Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ, ΒΙΒΛΙΑ ιβ'.

MARCI ANTONINI IMPERATORIS,

De Rebus ſuis, ſive de eis quæ ad ſe pertinere cenſebat,
LIBRI XII.
Locis haud paucis Repurgati, Suppleti, Reſtituti:
VERSIONE inſuper LATINA NOVA;
Lectionibus item variis, *Lociſque parallelis* ad *Marginem* adjectis:
AC
COMMENTARIO PERPETUO
EXPLICATI atque ILLUSTRATI.
Studio Operâque
THOMÆ GATAKERI, Londinatis.

Huic Tertiæ Editioni acceſſere
Annotationes Selectiores A. DACERII
LATINITATE DONATÆ,
NECNON
MARCI ANTONINI *VITA*,
Paſſim aucta, & idoneis Scriptorum Veterum Teſtimoniis firmata;
à GEO. STANHOPE, Coll. Reg. apud *Cantabr.* quondam Socio.

LONDINI,
Apud DAVIDEM MORTIER, in Vico vulgò dicto *The Strand.* 1707.

Honoratiſſimo Illuſtriſſimóque Domino,

JOANNI

Domino SOMMERS,

Baroni de EVESHAM,

Summo *ANGLIÆ* CANCELLARIO,
Sacræ Majeſtati Regiæ à Sanctioribus Conſiliis.

QUOD ſibi ſolent præſidii quærere, qui Magnorum Nominum umbone tecti Invidiæ extra jactum ſe ſiſtunt; Id, *Illuſtriſſime Domine*, ut mihi comparem, hujus Incepti ſuadet ratio. Præ-

ſertim cùm is ſim, qui non Malevolorum tantùm lividos, ſed accuratos etiam Eruditorum oculos jure merito reformidem. Et ſane limatum in paucis Judicium, atque exquiſita *Amplitudinis Veſtræ* Sapientia ſuſpenſum me & ſolicitum haberet nimis, niſi Optimis quibuſque & verè Magnis id eſſe familiare animo ſuccurreret, à Divino quo propiùs abſunt faſtigio, cultu demereri eos debito ſtudentibus tanto ut ſe præſtent æquiores. Hæc igitur poſtquam audentiorem feciſſet cogitatio, cùm Munuſculi aliquod digni de proprio minimè ſuppeteret penu, ad illorum Artificium confugere non ſum veritus, qui à Vicinis opulentioribus ea ſumunt mutuò, quibus & officio fieri ſatis, & inopiæ ſublevari poſſit ſuæ.

Habeas itaque, *Vir illuſtriſſime*, animoque quo ſemper es in Literatos prono, excipias oro obteſtorque lucubrationes, non tàm Noſtras quidem, quàm Dacerianas. Nam & alienam arrogare laudem mihi non eſt integrum; Et luculentior inde

de affulsit spes, Officii hoc qualecunque excusatius apud Te futurum, quod Viri nomen præ se ferat, de Literis quidem humanioribus jampridem bene, de M. verò Antonino nunc tandem optimè meriti. Quanquam & ipsi Dacerio nonnihil (ut spero) accessit incrementi. Qui jam Latinus nostrâ prodiens operâ Beneficii fructum sui diffundit longè pluribus percipiendum; Et Gatakero in societatem adscitus nihil quod in hoc Opere desideretur amplius reliquit; Tum etiam Testimoniis firmatus, Veterum Scrutator & Interpres tum fidei tum diligentiæ spectatissimæ jam omnibus factus est palàm. Quod quidem quo constaret magis, per omnem Marci vitam ab ipsis potiùs hauriendum fontibus, & Auctorum vestigiis, imò & verbis ut plurimùm insistendum duxi.

Sed nec Dacerio innixus uni ad *Virum plurimis honorandum nominibus* accedo. Hem etenim Regium, cui nostri famulatus est uterque, Advenam! Quem etiam benignissimo excipiendum hospitio indoles

& Illius & Veſtra fiduciæ facit plurimum. Id verò temerè factum nequis ſuſpicetur, quòd Imperator Philoſophans cum ejuſmodi Viro conſueſcere geſtiat, animo ſecum recolat velim, in Amicitiâ quantum poſſit Morum & Ingenii Similitudo. Quod enim mihi de Te vel inaudienti, vel de longinquò tantùm ſuſpicienti interdùm obtigit, id mirum ni Familiaribus & Neceſſariis tuis frequens & quotidianum credere eſt fas; Virum nempe graviſſimis diſtrictum negotiis, horas tamen ſubciſivas in Literas impendentem bonas, Magnatem Amicis nihilominùs comem & in loco ſuavem, Conſiliarium arduis regni rebus perſpicaci proſpicientem ſolertiâ, Cancellarium jus dicendo indefeſſum, Cauſas perorantium Auditorem patientiſſimum, Judicem integerrimum diu noctuque cognoſcentem, ut ſuum quod eſt cuique quantum primum tribuatur; Hæc, inquam, atque aliâ qui conſpicantur ſimilia, quidni Marcum videantur Aurelium in Muſæo, Foro, Curia, videre denuò redivivum? Qui

Qui utique jam es, esse precor pergas diu, Sereniſſimæ Majeſtati, ſive Suis præſtò Adjutor idoneus, ſive peregrè profectæ Prorex vigilantiſſimus; Æqui Verique tum Indagator ſagaciſſimus, tum acerrimus explorati Vindex; Nequitiæ Malleus, & vafris Legum cauponatoribus hoſtis inexorabilis; Sanctiſſimum injuriâ vexatis Aſylum; Miſeris & egenis ſolatium & levamen; Virtuti & Literaturæ ingens & Præſidium & Ornamentum. Faxit denique Optimus Maximus, ut Deo & Eccleſiæ, Regi & Regno, Tuis atque Omnibus ità Te fidum, utilem, charum præbeas, ut (quod omnium eſt inſtar, & pro Ordinis noſtri ratione obnixè præ cæteris efflagitandum) quos pompâ & honoribus anteis, Virtutum pariter ſplendore prælucens, ampliſſima tanti muneris præclarè geſti præmia in Illo tandem reportes Die.

Nec id pigebit dicere, Antonini tum Philoſophiam, tum Exemplum momenti aliquantulum ad hoc conferre poſſe. Quippe quo nemo unquam ho-

hominum Imperii aut onus expertus est gravius, aut curas expedivit feliciùs, aut pericula & casus lubricos tulit constantiùs, aut fortunæ blandientis lenocinia contempsit fortiùs. Hujus equidem dum singula expenderem, miro me sensi Sanctoque perfusum gaudio. Quod in aliorum etiam animos ità demum credidi faciliùs illapsurum, si Libellum Vestro prius Patrocinio commendatum exhiberem. Hoc autem consilio qui plurimis prodesse studet, si Tibi saltem Uni gratum acceptumque fecerit, id verò seriò triumphabit.

Illustrissimæ Amplitudini Tuæ

Devotissimus

GEO. STANHOPE.

M. VERVS AVRELIVS ANTONINVS
IMPERATOR ET PHILOSOPHVS.

K.K. HOFBIBLIOTHEK
WIEN

M. AURELII ANTONINI Philosophi

VITA;

AB

A. D'ACERIO,

ET

Aliis Authoribus excerpta, & Veterum Testimoniis firmata.

JAmdudum erant res Romanæ varias fortunæ vices expertæ, ex quo in unius ditionem redactæ fuissent, Triumvirorum scilicet, post Julium interfectum, Neronis & Domitiani crudelitatem, insolentiam & tyrannidem calamitatibus funestis gravissimisque injuriis infamem perpessæ; Justitiæ verò, Clementiæ, & Pietatis fructibus amplissimis jucundissimisque auctæ & refectæ optimorum Principum beneficio, imperantibus Augusto, Vespasiano, Trajano, Adriano, & Antonino Pio. Sive igitur virtutem, sive vitia spectes, dixeris Civitatem hanc, in rerum statu tam diverso, exempla utriusque indolis ob oculos habuisse consummatissima. Sed Is qui regnantium & seriem, & ingenia ita comparat Deus, prout vel infortuniis rempublicam atterere, vel infractam & lapsam erigere sibi visum fuerit, perfectam virtutis imaginem Marco demùm Aurelio reservabat exhibendam; Præ cujus radianti fulgore quicquid antehac Cæsarum habitum est illustre, tanquam umbra, aut crepusculum Soli, huic Virtutis laude & admiratione, facilè locum cessit. Ut verbo omnia Sapientiam hujus Principis ita videtur divinum composuisse consilium, ut calamitatibus istis, quæ illum regnantem manebant funestissimæ, par is esset unus; qui omnium ferè quotquot uspiam regnârunt, unus esse potuit par. Nunquam etenim imperio Romano tot simul, & tam atroces incubuerant procellæ, ab omni ferè plagâ co-ortæ, quibus non fractum tantùm, sed & submersum deletumque periisset funditùs, ablq; illo fuisset gubernatore. His igitur qui perlegendis operam impendunt, id unum monitos velim, nè callida Politicorum consilia, nè technas aulæ solennes, & structos dolos, ac simulationes hominum insolentium involutas, nè denuò artes, (quas vocant) regnum administrandi callidè in hoc spererit Principe. Sapuit is quidem, sed sapientiâ illi longè diversissimâ. Imperatorem nempe depingimus, sed Imperatorem philosophantem, Principem morum simplicitate, veritate, pietate, modestiâ, & candore, & omni vitæ sanctitate ornatissimum. Regem, qui sibi imperare primo, & nequid velle, præterquam quod & justitia vellet, & recta suaderet ratio, & edidicit, & omnium habuit primum. *Lib. 9. § 24.*

Jul. Capitol. Eutrop. Dion. In M. Aurelii originem recurrentibus, vix alia per Italiam subire potest animum familia, aut majorum stemmate perinde longo, aut pari virorum splendore, & claritate stirpis, insignis. A Numâ siquidem pater ejus Annius Verus sanguinem traxit, à Proavo satus est Prætore, & Patricio, Avo ter Consule, & urbi Præfecto. Pater in Præturâ decessit, relictis liberis tantùm duobus, Anniâ Cornificiâ, & Annio Vero, qui postea M. Aurelius est dictus. Cujus Amita Annia Galeria Faustina, Antonino Pio Imperatori juncta est connubio. Hoc tantùm de M. Aurelii origine paternâ posteris innotuit. Mater Domitia Calvilla à [a] Rege Salentinorum stirpem duxit, Calvisii Tulli bis Consulis filia, Avus etiam maternus Catillius Severus bis Consul, & Præfectus urbi. [1] Natus est Marcus Romæ Sext. Calendas Maias in monte Cœlii, Proavo ejus * materno iterum Consule, cujus & ipsi inditum est nomen Catilius Severus. [2] Adhæsit ei postea nomen Verissimi, ob amorem & studium veritatis, quo is flagrabat maximo, ab Adriano impositum. Togâ verò indutus virili, paternum resumpsit nomen, & Annius Verus audiit iterum, donec in Aureliam veniret gentem.

[a] Malennio ei nomen erat. Dafummi filio à quo Da. summiorum appellatio inter Romanas gentes defluxit. Calaub. in Capitol.

[1] Capitol.

[2] Dio.

[3] Ibid.

[4] Sed ab Antonino Pio adoptante adscitus, patris adoptivi suscepit nomen, & Marcus Aurelius vocatus est. [5] Patre ejus, dum is veneram adhuc ætatem ageret; vitâ functo, apud avum eductus est, qui simul annos nutricum auxilio indigentes egressus esset, [6] Præceptori virtutis famâ celeberrimo tradendum curavit. Ab Euphorione literas, à Gemino Concordo istius ætatis laudatissimo venustè pronunciandi morem, ab Androne Musicam, & Geometriam didicit: Grammaticis usus est, Græco quidem [7] Alexandro, Latinis autem Trosio Apro, Pollione, & Eurychio Proculo [8] Africano; Oratoribus Annio Marco, Caninio Celere, & [9] Herode; Latino verò [10] Frontone Cornelio. Indole autem cùm esset exiniâ, & animo verè virili & erecto, qui ad majora contenderet Studia, prædituit: [11] Veritatis præsertim apprentissimus, non multum in his absumpsit temporis, quæ censuit ejusmodi, quibus pueris potius immorandum esset: sed ad Scientiam sublimem magis & necessariam, & tali ingenio dignam se contulit: [12] necdum duodecimum ingressus annum, ad gravissimam Stoicorum Philosphiam animum adjunxit omnem. Ad se igitur adjutores jussit accersendos, [13] Sextum Chæronensem Plutarchi nepotem, [14] Junium Rusticum, [15] Claudium Maximum, [16] Cinnam Catulum Stoicorum tunc temporis doctissimos clarissimósque, quibus etiam adjecit & [17] Claudium Severum scholæ quidem Peripateticæ, sed nominis egregii virum.

[3] Dio.

[4] Ibid.

[5] Lib. 1. § 4.

[6] Sect. 5.

[7] L. 1. § 10.

[8] Sicensi Capitol.

[9] Herodes erat is Attici.

[10] L. 1. § 11.

[11] Capitol.

[12] L. 1. § 9.

[13] L. 1. § 7.

[14] L. 1. § 15.

[15] L. 1. § 13.

[16] Capitol.

Præceptores summo semper honore est prosequutus, & sibi in pauciss imis charos habuit; Princeps probè gnarus, quanti sint, qui animo excolendo incumbant, & virtutum incremento felicem ministrent opem. Privatâ siquidem beneficii memoriâ haud contentus, publicas exhibuit grati animi significationes; statuas enim Frontoni in Senatu petiit, & Rustico etiam, postea & Julium Proculum ad Consulatum provexit, & hujus quidem cùm res esset tenuior paulò, quàm quod oneri tanto ferendo esset, inopiam sublevabat, & muneris impensas de proprio suffecit. Illi verò tantum detulit, ut in publico convenientem, & etiam ante Præfectos Prætorio, osculo eum excipere non dedignaretur. Sed quæ forsan aliis cum illo principibus communia, ista minus moror; Hem itaque quod multò maximum, & Marco peculiare non agnoscas solum, sed & demirere. Virum sapientissimum id omnium fefellit minimè, bona caduca, & brevi interitura, veris & sempiternis bonis pari pretio & mercedi idoneæ esse non posse.

Capitol.

Quicquid igitur vel virtutis vel sapientiæ, illorum lucubrationibus & ministerio sive ortum sive culturam & incrementum in animo debuerat suo, id omne palàm faciendum decrevit, & tum præsenti sæculo tum posteris edicere, se non tam suæ ipsius sive Solertiæ, sive Industriæ & Studio, quàm illorum institutis acceptum muliss. Quod etiam libello, quem jam Lectori commendandum damus, adeò est familiare, ut vel hujus rei gratiâ excogitatum

---

* Secundum Severi consulatum, ad annum urbis conditæ 872. Christi autem 120. rejecit Helvicus in chronicò, cui & Jul. Capitolinus accedit, Marcum Varo avo paterno iterum, & Augure Can. natum referens, anno scil. proximi sequenti, quod ad annum Christi 121. quadrat magis, quanquam Euseb. in Chronico Severi consulatum ad annum Christi 121. refert.

gitatum & literis mandatum, sit conjicere. Singularem prorsus habes animi gratissimi modestiam. Nec quisquam ferè quantum novimus, est hominum; vel veterum cujus ad exemplum se hac in re composuerit Marcus, vel recentiorum, qui ad Marci morem, componat suum. Virtutes nimirum suas nemo non arrogat sibi, ab illarum laude & splendore tantum existimans detractum, quantum operæ deputatur alienæ. Sed à turpi isto amore proprio abhorruit Marcus plurimùm, quò magis præceptores Deorum fere habuit, loco. Nam & opibus & honoribus posteaquam vivos auxisset ornâssétque, imagines defunctorum aureas in lararío habuit suo, & sepulchra aditu, hostiis, & floribus semper honoravit.

Quod à studio Philosophiæ percipitur commodi, in actione id positum esse omne certò certius est; huic itaque accedat justitiæ & juris scientia necesse est, ut & Principis officio fiat satis, & utilitati publicæ, (qui fructus etiam est ipsius Philosophiæ amplissimus) consulatur optimé. Hanc itaque magno excolendam studio censuit Marcus, in quo L. Volusium Mecianum celeberrimum tunc temporis jurisconsultum, Ducem habuit & Prælectorem. *Capitol. Aristid. in Marc. Encom. Orat. 9. Tom. 1.*

A primâ usque infantiâ Adriano charus, & in illius gremio educatus erat, qui etiam sexenni equi publici honorem delatum illi voluit; ætati tam teneræ novum prorsus & inusitatum. *Capitol.*

Juventuti tunc temporis Patricio prognatæ stemmate, id erat moris, ut in Sacerdotum cooptati collegium, ita tandem ad alia deligerentur munera. Is itaque, ubi annum pertigisset octavum, Saliis (Martis ii sacerdotes erant) adscriptus, munia obibat omnia, non illorum ad ritum, qui nonnisi hanc ad majora affectant viam, sed assiduâ adeò & accuratâ operâ, ut ad id unum honoris culmen aspirâsse dixeris: Et Præsulis itaque officio, & Præcentoris & Magistri officiis ipse est functus; Et, quod aliis haud solenne erat diligentiæ, formulas omnes memoriâ tenuit, ut & ordini accensendos inaugurârit, & exaugurârit excedentes, nemine præunte. Adeò quod aliis in mandatis dederat, & ipse etiam est in omnibus obsequutus, ut *quicquid in manibus est strenuè peragueretur, prout virum decet, exquisitâ quantum poterit, nec studiosâ tamen nimis gravitate*, &c. *Ibid.* *Lib. 11. § 5. & alibi passim.*

In illo munere primum accepit imperii omen. Cùm enim coronæ in pulvinar pro more essent Sacerdotibus projiciendæ, aliæ quidem aliis hæserunt locis, Hujus autem, velut manu de industriâ capiti imposita, statuæ Martis (quam sertis coronare ad Imperatorem pertinebat unum) temerè projecta licet, aptata est. *Capitol. 4.*

Annos natus quindecim virilem togam sumpsit, statimque ei desponsata est L. Cejonii Commodi filia (ex Adriani jussu) nec multò post Præfectus est urbi, dum Consules ad ferias Latinas in montem Albinum concederent. Quo quidem ita functus est officio, ut nec dignitatis Imperatoriæ, nec gravitatis & prudentiæ senilis quicquam in illo Roma desideraret. *Ibid.*

In Annam Cornificiam sororem, quam Numidio Quadrato collocaverat nuptum, Patrimonium paternum contulit, quin & Mater ut & sua itidem conferret bona concessit, nè scilicet eo nomine à marito sperneretur, quòd conjugem is opibus inferiorem esset nactus. *Ibid. 4.*

Artem pingendi gravioribus adjunxit studiis, cui & sub Diogneto magistro operam dedit. " Sed is an Diognetus fuerit Philosophus, cujus in Lib. 1. meminit Marcus, eruditis inter se parùm convenit; quibus etiam id videndum relinquo, Philosophus illi Diogneto diversus necne, ad quem, ut Christianæ veritatis fidem illi faceret, Epistolam habemus à Justino Martyre conscriptam. Ipse quidem, (licet multæ quæ suadeant concurrant simul opiniones) animo tamen hæreo. *Ibid. 4.*

Amavit pugilatum, luctamina, & cursum, pilâ lusit apprimè, venationem, & aucupatum exercuit, & in deliciis habuit; quæ tamen omnia non tam animi oblectandi, quàm sanitatis tuendæ causâ adhibenda censuit. Aristippum nempe & Socratem secutus duces, quibus, corporis exercitationem ad virtutem adipiscendam momenti conferre plurimum, visum novimus. *Ibid.*

Dio. Apros etiam venatum ibat, & cum ferociſſimis ſæpè conflixerat, ut laudem omnium idcirco & admirationem mereretur; & hæc quidem, dum adhuc vires ſupereſſent integræ, nec corpus nimio curarum & ſtudiorum afficeretur impendio. Sed animum ſtudio veritatis intentum ab iſtis omnibus facilè abduxit Philoſophia. Cujus deſiderio, ab infantiâ uſque primâ, tam vehementi ardebat, ut habitum Stoicorum duodenarius aſſumpſerit. Nec habitum tantùm, ſed & omnem diſciplinæ iſti, quæ præ cæteris corpus tractabat duriter, Capitol. 2. familiarem tolerantiam; adeò ut & humi, & in pallio cubare ſuſtinuerit; ut inſtrato ſaltem pellibus lectulo decumberet matris precibus & conſilio, inductus quidem, ſed ægrè; ut obſequium Filii, non animi mollitiem agnoſcas. Et is quidem videtur à natura comparatus, qui iſtam demum Philoſophiam reſtitueret, virtutis integerrimæ & ſapientiæ cuſtodem fideliſſimam. Tanta enim, à puero uſque, animi erat gravitas & conſtantia, ut vultum nec gaudio unquam præſtiterit nec mœrore immutatum: ſed idem ſemper color, eadem ſemper ſerena frons. Quæ tamen ab eo, ut amicis comem minùs aut commodum redderet, aberat plurimùm; Serium quidem experti ſunt, quibuſcum erat conſuetudo, ſed nec auſterum nec difficilem; gravis enim erat ſine triſtitiâ, ſapiens & frugi ſine contumaciâ, ſuis indulgens & placendi ſtudioſus, ſine aſſentatione & ſordido nimis obſequio.

Capitol. 5. Spartian. in Adrian. 24. in Æl. Vero. Ann. Chriſt. 138. Adrianus ad Baias mortuus. 6to Id. Julii Spartian. in Adrian. 25. Euſeb. Chron. Capitol. Dio. Capitol. Cejonium Commodum adoptaverat valetudinis parùm firmæ Adrianus, cujus non multò poſtea morte abrepti deſiderio quò animum ægrum levaret, ſimul & imperio Romano, quantum poterat optimè, de ſucceſſore conſuleret, in Marcum Aurelium oculos animúmque conjecit. Sed cùm is ætate erat tanto muneri inidoneâ, utpote qui ad decimum octavum nondum pertigiſſet annum, Antoninum cognomine Pium interea loci adſcitum voluit. Eâ tamen lege, ut Marcum is Aurelium, & Lucium Commodum, Verum proximè mortui filium, ſibi ſucceſſores adoptaret. Marcus igitur Aurelius decimum octavum jam nuper ingreſſus annum, à Pio, ſed Adriano ſuperſtite, eſt adoptatus: eodem fortè quo adoptatus eſt die, viſus eſt in ſomnio humeros eburneos habere; quos, an oneri ferundo ſatis eſſent apti, expertus, ſolito reperit fortiores. Inſignem ſanè & calamitatis rempublicam prægravaturæ, & viri imperium ſuâ unius moderatione atque prudentiâ ſuſtentantis imaginem.

Capitol. Nuncium de adoptione apportatum, non hilaris aut in lætitiam effuſus (quod ſolet) excepit; ſed animo potius triſti & deterrito. Quod cùm familiares & domeſtici demirarentur, quid moleſti eſſet adeò in adoptione regiâ ſuſcitantibus de graviſſimis imperii malis eum verba feciſſe, & quibus illud difficultatibus & incommodis urgeatur, ſuſiùs explicuiſſe perhibent.

Spartian. in Adrian. Euſebii Chronic. Vid. Caſaub. in Capitol. Antonin. 6. Qui iſta de funere Annii Veri Avi paterni non adoptivi Adriani funera interpretatur. Capitol. in Pio. 6. in Marco 6. Ubi vide Salmaſ. de his Nuptiis. Ann. 142. Euſeb. 141. Adoptatus itaque, & in domum Adrianam traductus, necnon Aurelii nomine inſignitus, paucis pòſt diebus, Quæſtor eſt deſignatus. Ætatis nempe gratiam fecerat Senatus, Adriano referente. Quod etiam amoris & benevolentiæ indicium omnium extremum ab illo imperatore acceptum tulit Marcus, priuſquam Baias morbi ergo concederet; ubi quum nihil profeciſſet, aquâ non ita multò poſt periit intercute. Huic Marcus Aurelius juſta magnificè explevit, gladiatorum etiam munere in honoris gratiam edito.

Poſt exceſſum Adriani ſponſalia ſtatim diſſolvit Pius, quibus L. Cejonii Commodi filia Marco conjuncta erat; ſuam ut duceret filiam Fauſtinam. Lucio quidem illa Vero deſponſata erat, ſed cùm is ætate eſſet adhuc nuptiis impari, Marcum ſibi generum maluit Antoninum. Quem etiam & Quæſtorem ante tempus deſignavit, & ad Conſulatum è Quæſtore provexit; & Cæſaris appellatione donavit, & Sevirum turmis equitum creavit; & edenti cum collegis ludos Sevirales adſedit, & aulico faſtigio renitentem ornavit, & in collegia Sacerdotum jubente Senatu recepit.

Marco interea loci, qui ſe non tàm auctum quàm oneratum tantis honoribus ſenſerat, utpote minimè exoptatis, ſed ingratiis potius acceptis, id moleſtiæ haud paulum faceſſebat, quòd patris actibus & conſiliis neceſſariò intereſſe teneretur; ad regendum ſcilicet ſtatum hoc demum pacto formandus. Ex quo factum eſt, quò magis impeditum haberent & curis occupatum publica Imperii negotia, Philoſophiæ ut amor & ſtudium ingens eò accenderet animum

animum vehementiùs. Ab hâc itaque perquam ægrè avulsus, morem sibi gessit quantum potuit plurimum, nec otii vel tantillum subtraxit, quin & studiis impenderet, & lucro deputaret. *Capitol.*

Huic etiam Philosophiæ amori fovendo, Imperator ipse Pius haud parum contulisse censendus. Nam & suo edoctum exemplo stimulabat, & Apollonium Chalcidenum, Philosophum tunc temporis inter Stoicos celeberrimum, ab Athenis usq; accersendum curaverat; Cujus à præceptis & consuetudine quantum Princeps adolescens emolumenti ceperit ab Antonino ipso fas est Lectorem in sequentibus discere. Iste verò Philosophus quis esset; & qualis tiam, qui hominis stultitiam risserit, Imperator, vel ex illo sciru est facile: Quòd eum nempe cùm Pius ab Antonino ad Tiberianam domum in quâ habitabat, vocâsset, ut Marcus illi traderetur præceptis illic instituendus; respondit iste, *Non magistri esse ad discipulum, sed discipuli esse potiùs ad magistrum accedere.* Quo nuntio accepto, risit eum Imperator, *Facilius nimirum* (inquiens) *Apollonio fuit, à Chalcide Romam venire, quàm à domo sua in Palatium*; nec morem hominis moratus Marcum ad illum misit erudiendum Domî. *Lib. 1. §. 8.* *Capitol. in Pio c. 10.*

Ad id ferè tempus Marci Educator diem vitæ extremum confecerat, quod eximio pietatis indicio locum præbuit. Is nempe gravi mœrore, & viri desiderio perculsus, insolitâ morum constantiâ & animo casibus immoto excidere sustinuit, ut etiam in lachrymas effusus ploraret mortuum; Quod cùm Aulici nè facere perseveraret prohiberent, ostentationem pietatis criminantes, & Philosopho & Cæsare indignam: *Permittite* (inquit Imperator) *illi ut homo sit, neque enim vel Philosophia, vel Imperium tollit affectus.* *Ibid.*

Faustinam duxit uxorem, secundo, ex quo factus est iterum Consul, anno. Eximiæ quidem formæ, sed ingenii desultorii nimis fœminam, & ad amores proni magis, quàm vel honestam oportuit, vel conjugem Philosophi. Matris ad exemplum mores composuit suos; nec quidquam in animo erat priùs, quàm si formæ captos illecebris suî posset amore incendere. Ex illo filiam suscepit unam, primo statim à nuptiis anno; quo etiam & Tribunitiâ auctus est potestate, & imperio Proconsulari, quod non nisi Imperatoriæ Majestati Romæ deferri solitum accepimus. *Capitol. 6.*

His etiam & illum adjecit maximum honoris cumulum, quem olim Augusto ut assentaretur excogitaverat, Senatus. Inventum verò Posteri, nè sibi in adulandis Imperatoribus majores antecellerent, omnem præter modum amplificatum dederant. Quicquid rerum in Senatu ageretur, non nisi ipso Consule qui cætui præsidebat referente decretum est: Consules autem, quò magis Augusto obsequerentur, ab hoc jure recesserunt ultrò; & id prærogativæ solenni quâdam lege Imperatori decreverunt, ut ipsi semel in unoquoq; die ad Senatum referre liceret: Quicquid nempe illi visum est unum, ut illis acceptum haberet. Juris quidem vinculis semel laxatis, dictu est difficile, quò tandem obsequii & injuriæ evaserint, aut quis ad servitutem festinantibus, poni possit modus. Quod & in hac re factum vidimus. Jus enim Relationis unicæ tantum Augusto concessum, in secundæ tum postea, tertiæ, quartæ, necnon & quintæ (nam & illam jam Marco indulserat Senatus) demum exereverat. Quibus ita Imperatori concessis, frustra sit Senatus necesse est; Quantulum enim Patribus decernendum erat reliqui, cùm nihil ad hos pertineret prorsus, donec Imperator quotidie quinquies quicquid sibi visum est petere, tulisset prius? *Vid. Salmas. in Capitol. Marc.*

Quod verò, aliis commissum, exitio esse posset, id potestatis, non suo, sed reipublicæ bono transmittit Marcus; Libertatem potius tuendam, & populi fælicitatem eò sanctam magis & præ omnibus aliis antiquiorem habendam ratus, quò ipsi plus in illam licuisset. Et Is sane, quæ à populo ad principem emanârant commoda, non insolentiæ ergò putabat & tyrannidis affectandæ donata, sed, quò ille ad repentinos casus paratior majora potuit, studio ut vehementiori ad salutem & utilitatem publicam conferre se debere omnia; & lætæ fidei, nî faciat, obstrictum crimine, sentiret. Ita quæ sanè quidem naturâ certissimum in exitium cessissent reipublicæ, Marco imperante in malorum remedium conversa sunt. *Capitol.*

Nec

Nec minùs existimatione usus est modestè, quam apud Antoninum adeptus erat maximam; siquidem is nunquam fine eo quenquam facilè promoverit, quod eò quidem consultiùs voluit, quoniam illius commendationem minimè vulgarem omnes intellexerant, utpote apud quem neminem gratiosum esse constitit, qui non & idem vir probus, & ad munus obeundum apprimè esset idoneus. Animum autem adeò non efferebat tanta potentia, ut quanto plus potuit, eò studiosius Pio obsequeretur. Eandem prorsus in omnibus reverentiam, qualem patri suo privatorum quilibet, exhibuit; per viginti & tres annos in Pii domo ita versatus, ut ejus quotidie amor cresceret, nec præter duas noctes per tot annos, ab eo mansit diversis vicibus.

Capitol. in Pio 7.

Sedulitas ista, & obsequii amorisque certissima indicia, Antoninum jure prohibuêrunt optimo, istis ne aurem aut animum insusurrantibus accommodaret, qui id agebant, ut tantæ tamque ingenuæ virtutis suspicionem illi haud levem incuterent. Usque adeò ne simplicissimæ quidem & minimè fucatæ virtuti qui crimina fingi student nusquam desunt; cum nec Marcus ipse à culpâ, confictâ saltem, vacaret. Præ cæteris autem quod fecisse perhibetur Valerius Omulus minimè reticendum arbitror. Is Imperatori comes inter deambulandum adscitus, ubi Lucillam (matrem Marci) in viridario venerantem simulacrum Apollinis vidisset; ita Pio insusurravit, *Quid illam censes nunc Deum tanto rogare studio? ut diem nempe tuum claudas, & filius imperet.* Sed ea tamen erat Imperatoris fiducia, ea Marci probitas, & in principatu modestia, ut quod tyranni suffusum animo & matrem poterat & filium in ultimum capitis discrimen adegisse, tantâ effatum malevolentiâ adeò non odio Pii subjecit, ut nihil omninò apud eum valeret. Integra igitur permansit, & sanctissima principum amicitia, non nisi morte alterutrius dirimenda. Quæ Antonino hujusmodi contigisse narratur. Lorii febre commotus quum gravari se, & finem instare vitæ videret, vocatis amicis & præfectis, ut successorem Imperii, (nec L. Veri interim mentione habitâ) Marcum omnibus commendavit atque firmavit: statimque signo *Æquanimitatis* tribuno dato, (id nempe subindicans, quòd talem sibi Imperii successorem relinquenti, nihil erat quod ultrà desiderandum restaret) Fortunam auream, quæ publicæ felicitatis omen in Imperatorum cubiculo poni solebat, ad Marci cubiculum transire jussit.

Capitol. 6.

Capitol. in Pio 12. in Marc. 7.

Ann. Ch. 161. Eutrop. Capitol. in Marc. 7. in Vero 4.

Post excessum Divi Pii, à Senatu coactus regimen in se publicum suscepit, cujus tamen id primum potestatis indicium esse voluit, ut fratrem sibi in imperio quod illi soli detulerat senatus designaret participem; quem igitur & Cæsarem & Augustum dixit, indultâ simul Tribunitiâ potestate, & Proconsulatûs etiam honore delato. Ex eo pariter cœperunt rempublicam regere, & tunc primum Romanum imperium duos Augustos habere cœpit. Spectaculum eò magis & insperatum, & planè mirum, isti præsertim urbi, cui ingenti adeò civium & sanguinis dispendio unicum eligendi Dominum copia haud ità pridem, (nec semel quidem) steterat.

Capitol. Vide Salmas. in Notis.

Eo ipso die, Antonini nomen Marcus & ipse recepit, & imperii consorti addidit, filiámque suam Lucillam illi despondit. Lætitiam ob hanc conjunctionem quò magis animis conceptam faceret palàm, pueros & puellas novorum nominum frumentariæ perceptioni ascribi præceperunt. Actis igitur quæ agenda fuerant in senatu, pariter castra prætoria petiverunt; & vicena millia nummûm singulis ob participatum imperium militibus promiserunt, & cæteris pro ratâ. Adriani autem sepulchro corpus Patris intulerunt magnifico exequiarum officio, & Justitio mox indicto, ad ritus in imperatoribus consecrandis receptos, ordinem funeris expediendum curavere. Qui quidem qualis fuerit, lectori haud molestum fore credimus, ex sequentibus advertere.

Vid. Herodian. de Severi funere.

Ceream imprimis imaginem Imperatori quantum potuit defuncto simillimam, fingendam jusserunt, eámque in regiæ vestibulo proponendam, supra eburneum lectum, maximum atque sublimem, vestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recubuit. Circa lectum verò utrinque magnam diei partem consederunt, à lævâ quidem senatus omnis vestibus atris amictus; à dextrâ verò matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honestabat, quarum nulla vel aurum gestans, vel ornata monilibus

bus conſpecta eſt, ſed veſtibus albis exilibus indutæ mœrentium ſpeciem præbuerunt: Hæc ita per ſeptem dies fecerunt continuos, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inſpectúmque velut ægrum deteriùs ſe habere, ſubinde pronunciantibus.

Dein ubi jam extremum obiiſſe diem renunciatum eſſet, lectum humeris extulerunt equeſtris & ſenatorii ordinis nobiliſſimi ac lectiſſimi juvenes, pérque viam ſacram in vetus forum deſtulerunt, ubi magiſtratus Romani deponere imperium conſueverant. Utrinque autem gradus quidem, ad ſcalarum ſimilitudinem extructi ſunt, in quibus, alterâ ex parte poſitus eſt è nobiliſſimis atque patriciis, puerorum chorus; alterâ, fœminarum illuſtrium, hymnos in defunctum pæanaſque canentium, verendo & lugubri admodum carmine emodulatos.

His ita peractis, lectum rurſus extulerunt extrà urbem, in campum Martium humeris geſtantes; ubi, quà campus patet latiſſimus, ſuggeſtus eſt quidam, ſpecie quadrangulâ in pyramidis formam gradibus aſſurgens & magna lignorum vi compactus. Is quidem cubiculi figuram nactus, interior totus eſt aridis fomitibus oppletus, extrà autem intextis auro ſtragulis, atque eburneis ſignis, variiſque picturis exornatus. Secundus verò gradus, minuſculus quidem, ſed formâ & ornatu priori perſimilis, portis januiſque patentibus. Tertius item & Quartus ſemper inferiore contractior; ac deinceps alii, donec ad extremum, eumque breviſſimum omnium, perventum fuerit. Lecto igitur in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus, herbáſque, ſuccóſque omnes odoratos acervatim huc effuderunt loci; quippe neque gens eſt, neque civitas, neque qui honore ullo aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera principis honori deferant.

Ubi verò ingens aromatum acervus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud obequitarunt eſt univerſis equeſtris ordinis, certâ quidem lege ac recurſu, motu * Pyrrichio numeróque in orbem decurrentibus. Currus item ſimili circumacti ordine, inſeſſi purpuratis rectoribus, perſonas induti, quæ ducum omnium Romanorum Principumque illuſtrium imagines referebant.

* *De Pyrrichio motu vid. Athenæum. l. 14. p. 630. & Caſaub. in Notis.*

Hæc ubi celebrata ſunt, Auguſti duo, face manibus captâ, eam tabernaculo admoverunt; tum cæteri omnes undique ignem ſubjecerunt; cunctáque illicò fomitibus illis aridis & odoribus referta, igni valido correpta flammis emicuerunt. Mox ab extremo minimóque omnium tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam ſimul cum ſubjecto igni aſcendit in ætherem aquila, quæ in cœlum credita eſt ipſam defuncti principis animam deferre: Qui jam ex illo inter Deos relatus, eodem cum cæteris numinibus cultu & honore habitus eſt Divus Antoninus Pius.

His ritè peractis, imperatores laudavere uterque pro roſtris patrem, flaminémque ei ex affinibus, & ſodales ex amiciſſimis Aureſianos creavere; poſtremò verò ludos in honorem defuncti gladiatorios, funebre munus dederunt. *Capitol. 8. in Pio 13.*

A Patre ſtatim conſecrato, literæ undique ſupplices ad Marcum frequentes delatæ ſunt, à Gentilium Sacerdotibus, Philoſophis, & Provinciarum Præſidibus conſcriptæ, id unum prolixè orantes, Chriſtianos ut ipſis liceret ſuppliciis exagitare; quos ab impetu & furore hoſtium veſano Adriani Piſque clementia jamdudum præſtiterat incolumes. Imperator, qui nec Patri, nec Avo virtutis & clementiæ priorem ceſſit gloriam; nec aliud maluit magis, quàm ut ad eorum exemplar rerum componeret adminiſtrationem; cæcam hominum amentiam improbans totus, rogatum abnuit. Quos autem maximo locorum intervallo diſtinctos præſenti tutelâ non potuit, ut authoritate tamen à nefariis malevolorum inceptis propugnaret, literas ad Commune Aſiæ, quod tum Epheſi convenerat, admiratione dignas dedit: Quas cùm Euſebius nobis integras ſervaverit, nos non pigebit hîc loci exhibere;

Ἐγὼ μὲν οἶδα ὅτι καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιμελὲς ἐστι, μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. πολὺ γὰρ μᾶλλον αὐτοὶ κολάσεων ἂν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοὺς σέβειν, ἢ ὑμεῖς. ὃς εἰς τοὐναντίον ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες πρὸς γνώμην αὐτῶν ἣν τοὺς ἔχειν ὡς θεοὺς κατηγορεῖντες. εἰ δ' ἐν κακείνοις αἱρετὸν, τὸ δικεῖν κατηγορουμένους τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν, ὑπὲρ τῆς οἰκείας θεοῦ. ἔστιν καὶ νικῶσι σεβόμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἢ προδόντες οἷς ἐξῆν σέβεσθαι αὐτούς. οἱ δὲ ἧσσον μὲν γενόμενοι, ἐκ ἀτοπον ὑμᾶς ὑπομιμνῆσαι ἀθυμοῦντας μὲν ὅταν τι πάθωσι, παραβαίνοντας δὲ τὰ πάτρια σφῶν τὰ ἐκείνων. οἱ μὲν γὰρ ἐν εὐπαρρησιαστοτέροις γίνονται πρὸς τὸν Θεὸν ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἐγνωσθε δοκεῖτε, μὲν τι Θεῶν καὶ μὲν ἄλλων ἀμελεῖτε, καὶ τῆς θρησκείας τῆς πρὸς τὸν ἀθάνατον, ὃν δὲ τοῦ χειστιανὸς θρησκεύοντας ἐλαύνετε καὶ διώκετε ἕως θανάτου. ὑπὲρ δὲ μὲν πάντων, ἤδη καὶ πολλοὶ μὲν πρὸς τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων καὶ τὸ θειοτάτῳ πατρὶ ἡμῶν ἔγγραφα πεπὶ; οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ἐνοχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιτό τι πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐγχειροῦντες, καὶ ἡμοὶ δὲ μὲν περὶ τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν οἷς δὲ καὶ ἀντέγραψα. κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ. εἰ δέ τις ἐνοχλοῖ τινὰ περὶ τοιούτων εἰς πρᾶγμα φέρων ὡς δὲ τοῦτον, ἐκεῖνος ὁ κατηγορούμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φαίνηται τοιοῦτος ὤν. ὁ δὲ κατηγορῶν ἔνοχος ἔστω δίκης. Euseb. Eccl. Hist. Lib. IV. Cap. XIII.

Equidem scio Diis ipsis curæ esse, nè hujusmodi homines lateant. Multò enim magis illis convenit punire eos qui colere ipsos recusant; quàm vobis. Qui eorum adversus quos tumultuamini sententiam ac propositum amplius confirmatis, dum eos accusatis tanquam impios. Illis autem longè optabilius fuerit ut in jus vocati mortem oppetere videantur pro Deo suo, quàm ut incolumes remaneant. Ita victores evadunt, animas suas potius projicientes, quàm ut ea facere quæ vos jubetis in animum suum inducant. Cæterùm de terræ motibus, qui vel facti sunt, vel etiamnum fiunt, non absurdum videtur vos commonere, qui & animos abjicitis quoties hujusmodi casus contingunt, & vestra eum illorum institutis comparatis. Atqui illi quidem majorem tunc fiduciam in Deo collocant. Vos verò per omne illud tempus, quo præ imperitiâ labi mihi videmini, Deos negligitis, & tùm alias cæremonias insuper habetis, tùm cultum Immortalis illius: Et Christianos qui illum venerantur expellitis, & ad mortem usque infestiùs perurgetis. Porrò de his hominibus plurimi provinciarum rectores divo patri nostro antea scripsérunt. Quibus ille rescripsit, ejusmodi homines nullâ molestiâ afficiendos esse, nisi forte contra statum imperii Romani aliquid moliri viderentur. Sed & mulei ad me de illis retulerunt. quibus ego patris mei constitutionem secutus respondi. Quòd siquis adhuc pergit cuiquam illorum negotium facessere, ex eo quòd Christianus sit, delatus quidem crimine absolvatur; tametsi constet eum reipsâ Christianum esse. Delator autem ipse pœnas luat.

Proposita est hæc Epistola Ephesi in publico conventu Asiæ.

Capitol. Huic rescripto obtemperatum est, pax & felicitas per omne imperium imperturbata initium hujus regni serenum adeò securúmque præstiterat, ut lenitatem Pii nemo desideraret. Ita enim se civiliter ambo egerunt, ac si ejus ingenium & mores etiam jure quodam hæreditario adepti essent filji. Quod tamen eò mirum esse debeat magis, cum horum ingeniis & moribus nimium quantum inter se distaret.

Marcus siquidem Antoninus, vir animi constantis & modesti, gravis, sed ità ut & facilis & comis tamen; Clementissimus, simul & justus; Aliis tàm æquus & lenis, quàm sibi durus, cui sanè non pepercit uni; Gloriæ inanis expers, boni conscientiâ contentus. In inceptis firmus, quæ quidem non nisi diu cogitata susceperat; nihil ille præ animi impetu, vel pertinaciâ molitus; Delatoribus infensus; citra ostentationem pius; in dictis factísque omnibus egregiè moderatus; Tantæ soliditatis, ut sibi semper esset par, sui semper compos; Rationi in omnibus obsequutus uni; Dissimulare nescius, Domitor amoris proprii vigilantissimus; Animo nec ægro, nec irrequieto, quem nullus rei eventus aut extulit, aut dejecit. Delinquentibus in se commissa ad condonandum facilis; in rempublicam, & in quibus verteretur salus aliena, acerbus & inexorabilis; ità tamen, ut ad extrema supplicia coactus quodammodo videretur. Leges tulit omnibus ex æquo utiles, Subditorum jura summâ religione tuenda existimavit, non sibi quàm ipsis subjectis minùs

chara

chara. Quos igitur suo regere poterat arbitrio, liberos maluit. Id unum egit semper, ut bono in omnibus consuleretur communi; propriæ interim Voluptatis, & Utilitatis, & Gloriæ, modò rei prodesset publicæ, minimè studiosus. Ut verbo omnia. Hoc illi in votis erat atque animo, ut aliis se utilem posset præstare, ut obsequentem Deo; ex quo factum est, ut in omni actione nihil non justum fuerit, in omni ejus sermone nil nisi verum.

Lucius autem Verus, ingenio ab hoc diversissimo, animo erat impotenti, & ad omnem libidinem soluto; nec est quod virtuti & laudi illi duci possit, præter hoc unum, quòd vitiis caruerit atrocioribus istis & Belluinis, quæ regiam potestatem in lævitiam solent & Tyrannidis insolentiam impellere. Hæc tamen morum contrarietas ad tempus sefellit plurimos; Is enim fratri, sive quòd ita ferebat indolis lenitas, sive quòd beneficii recordatio id grati animi indicium postulare est visa, obsecutus est maximè: Et dum simul esset, ad Marci mores se composuit, & perquam egit graviter. Nec ingenium tantùm & mores, sed & studia, & sapientiam Marci in exemplum traxisse, videri saltem voluit; non tam imperii Socium, quàm Legatum se Proconsuli, aut Præsidem Imperatori præstitit: Ut, nomine tantùm dempto, unicum adhuc Romæ Augustum, & Marcum regnare solum dixisses. Sed vim istam & simulationem vitium diutiùs ferre non potest; nec tàm tollitur in improbis libido, quàm lacessitur ingratiis coercendo, & alienam induendo personam. Verus utique, ubi primùm tempus & locum nactus erat clam Marco peccandi, quis esset confestim ostendit; &, tanquam ruptis obicibus, in omnem lasciviam & luxum prorumpens eò diffluit vehementiùs, quò magis invitus à Genio indulgendo ægrè antehac temperâsset sibi.

Primo hujus regni anno nondum absoluto, editus est in lucem Commodus; nec deerant dira satis, quæ principis humanæ naturæ infensi & summo dedecori futuri nativitatem nobilitarent prodigia. ut nulli non & Diis iratis & hominibus infestus videri posset natus. *Nat. prid. Cal. Augus. 161.*

" Siquidem & mater cum esset Commodo cum fratre prægnans, visa est in somnis serpentes parere, sed ex his unum ferociorem; quod postea res ipsa probavit, cum gemellos enixa, & hunc, & fratrem Antoninum (qui quadrimus elatus est) præsagia insomnii ventura depingentis expleret." *Lamprid. in Commod.* Ex illo omnia continuò in pejus ruere, & Imperium calamitatibus publicis undique obsideri. Longa quidem malorum series, sed quæ à Tiberis inundatione initium traxit; Fluvius enim extra ripas effusus ingenti torrentis impetu ipsam adortus est urbem; non domicilia tantùm disjecit, sed & vicos, & magnam Romæ partem prostravit; vim pecoris immensam absorpsit, segetes corrupit, campos vastavit, famem denique & inopiam extremam urbi agróque intulit. Imperatores interea loci, medelam huic malo quam poterant adhibere sedulò; inediâ laborantibus opem ferre, & crescentem omnibus modis annonam laxantes, metum & pauperiem ingravescentem sublevare. Sed en tristis iterum rerum facies! Hanc enim exundationem secuti confestim Terræ motus, Oppidorum incendia, Aeris universi corruptio, unde Insectorum vis nata est incredibilis, quæ quicquid undis supereresset reliqui, diripiunt devastántque omne. Quibus accedit, quòd armorum strepitus, & bellorum ab omni parte simul ingruentium rumor & apparatus ingens impleverant omnia. Et Parthi quidem Vologeso Duce Romanis inopinantibus supervenientes, exercitum ferè omnem cædunt, Atidium Cornelianum in fugam conjiciunt, & Syriam, quam ipse administrabat, ingressi, impune depopulantur. Catti in Germaniam irruperant, igni ferróque omnibus minitati; nec minus infeliciter de Britannis nuntiatum, quod illi etiam ab officio defecerant, & motus non ciere tantùm, sed bellum instaurandum denuò meditari. *Capitol. in Marc. 8.*

Adversus Britannos quidem Calphurnius Agricola missus est: contra Cattos Ausidius Victorinus; Parthicum verò Bellum, Senatu consentiente; Vero reservatum. *Capitol.*

Et Is quidem, paucis pòst diebus, in expeditionem profectus est; Marcus autem remansit Romæ, quòd res urbanæ Imperatoris præsentiam postularent. Verum nihilominùs officii ergò Capuam usque prosecutus est, amicis etiam comitantibus à Senatu ornavit; auxit etiam officiorum omnium Principibus. Quam id fecerit ob causam, dubio est locus; sive ut quid rerum gereretur hoc fieret pacto certior; sive, (quod Antonini ingenio, ab omni suspicione alieniissimo, convenit maximè) ut Principi

Comitatûs ſplendore obſequium, & reverentiam conciliaret; ſeu denique (quod Marci ſapientiæ, ingenii humani probe gnaræ haud videtur abſimile) nimiam Juvenis licentiam veritus, ut fræno quodam coerceret; dum quicquid ſuaſerit libido, reprimeret pudor, & quem ſuî continuerat adhuc conſuetudo, ut neceſſariorum & miniſtrorum tum poſtea perinde contineret. Sed quod illi præſertim in animo erat, conjiciendum forſan. Id unum certò ſcimus; Conſilia hæc incaſſum recidiſſe omnia: Verus diu diſſimulando deſeſſus, & perſonam abjiciendi nactus copiam, amicos, quos Marcus itineris adjunxerat comites neglectui extemplò habere cœpit. A fratris itaque conſpectu ſimul ſeſe abſtraxerat, (quem dum verſaretur unà, Magiſtri illum loco veneratum diximus) ſublato metu: vel clam rati fore omnia, vel excuſſo jugo an fierent palam non jam ſolliciti, impetu recurrebat majori, & facilè obſequentem, imò fortiùs impellentem experta eſt natura. Legiones itaque Romanas ex improviſo cæſas fugatáſque, & Syriam jam à Romano deſciſcentem obſequio, inſuper habuit; Id unum agens, ut vitæ liberiori indulgeret; Et infamiam Reipublicæ parvam exiſtimans, niſi, qui illam ut deleret maculam miſſus, adeo non abſterſiſſet, ut graviorem inureret, & Sibi & Civitati: Laxatis itaque libidini & intemperantiæ habenis, adulteriis etiam & juventutis amoribus infamatus, in morbum incidit Canuſii: Gravem adeò, ut ad extremum vitæ diſcrimen penè deventum eſſet. *Capitol.* Vix itaque Romam reverſus erat Marcus, quin Verum apud Canuſium graviter ægrotare acciperet; Quibus auditis, ab itinere quantumvis recens, proficiſcitur denuò, & rectà ad eum videndum contendit. Pietatis tamen etiam dum feſtinaret memor, vota in Senatu ſuſcepit priùs, quæ poſteaquam Romæ rediit, auditâ Veri tranſmiſſione, ſtatim reddidit.

Verus autem ad ſanitatem quidem reſtitutus, ſed morbo tamen nihilo ſapientior, aut moribus ſanior, in omnem iterum ſe luxum laſciviámque effudit. In itinere nullum non locum vitiis infamem reddidit; ſed ubi primum in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnem vivere non erubuit. Locus iſte, (in quo omnia ad amœnitatem comparata ſunt, Cœli aeriſque temperamentum maximum, Solum & Naturâ & Arte luxuriæ accommodum, Arbores umbriferæ, florum gratia, aquarum & fontium Copia) mollitie diffluentibus gratiſſimus atque his adeò uſurpatus, ut infamis eſſet plane, nec citrà Turpitudinis notam honeſtis frequentandus. Nemus autem & urbem, quæ totum terrarum orbem nequitiâ & libidinum ſuperabat maculis, Verus nequiorem præſtitit, & vitiis infecit exquiſitis magis, & eò uſque vel Antiochiæ & Daphne ignotis.

Sed dum ipſe ſe Luxuriæ totum dedit, Duces Parthicum bellum confecerunt; Artaxata *Capitol. in Vero 7.* Statius Priſcus ſubegit cepítque. Vologeſum Caſſius, & Martius Verus in fugam conjecerunt. Quo pulſo, & Seleuciâ deinde captâ, Babylonem & Cteſiphontem incendio vaſtabant, & magnificam Vologeſi Regiam æquabant ſolo. Copiis tamen in hoſtem victri- *Dion. Lib. 71.* ces, quæque ad hominum quinquies mille per quadriennium profligaverant, hoſtis multo gravior revertentes manebat. Cum inediâ ſiquidem & ægritudine illis adhuc erat dimicandum; quibus adeò victi ſunt cæſique, ut illorum, quos Belli fortuna ſuperſtites reliquerat, enectis fame & morbo pleriſque, vix partem dimidiam reducem videret Imperator; Caſſius autem è ſuis perexiguam quidem partem in Syriam reportaret. Quæ tamen adeò Verum non commovebant, ut, tanquam res & fæliciſſimè fuiſſent, & Ipſo duce geſtæ, ob hanc victoriam inſolentior factus, animum extuleris. Gloriæ itaque vel inde ſibi acceſſiſſe incrementum exiſtimans *Armenicus* & *Parthicus* appellari ſuſtinuit. Titulos nimirum ſuſcepit non alio debitos nomine, niſi quòd in mediâ libidinum illuvie, dum omnes turpitudine & vitio facile exſuperaret, Victor idcircò nuncupari meruiſſet.

Marco interim Antonino, qui Fraternæ Libidinis neſcius videri ſalcem voluit, id erat *Capitol. in Vero 4.* præſertim curæ, ut animum à mollitie turpi, & diſſolutâ vivendi ratione abſtraheret. Quocircà ab amoribus illicitis avulſum iri ratus, ſi nuptiæ quamprimum conficerentur, filiam continuò ſuam Lucillam eximiæ formæ virginem, Vero nupturam, ſorori ſuæ commiſit, in Syriam deducendam. Proficiſcentem verò Ipſe Brunduſium uſque proſecutus eſt. Ferunt quidem à Româ profectum eſſe, ad Verum uſque filiam deducendi animo, ſed rediiſſe Romam à Brunduſio, ne illorum malevolentiæ locum daret, qui ſermones ſpargere

gere non sunt veriti, Marcum gloriæ fraternæ invidentem, finiti velle belli gloriam sibi vindicare, atque idcirco in Syriam iter instituere. Frigidæ sane istud Ambitionis nimis; quæque in hominem Philosophum neutiquam cadat; alienæ ut interveniat gloriæ, qui non minimum in eo laudis ponit, ut sit Contemptor suæ. *Capitol.*

Filiam itaque ubi navigio vidisset impositam, Brundusium reliquit; Literis priùs ad Proconsules & Provinciarum, per quas eundum esset, Præsides datis, ne quis Filiæ iter facienti occurreret; sed à pompâ potiùs & tumultu Principibus peregrè abeuntibus, nuptiis præsertim, solenni abstinerent. Cùm ex tantâ (inquit) hominum frequentiâ id unum efficitur, ut complusculi sub pedibus conculcentur.

Verus autem, Marcum ipsum Filiam ad se usque deducere ratus, veritus ne libidines & scelera quibus Antiochiam nobiliraverat, resciscere posset, si ipsum accederet vitii Theatrum tam infame; occurrendum illi censuit, & Ephesi potius sponsam excipiendum. Quo facto, statim post celebrata nuptiarum solennia cum Imperatrice Antiochiam iterum concessit. Quæ quidem, ceu vel Loci, vel Mariti nequam contacta labe, adeò se ad ejus mores, & ingenium composuit, ut per omnem flagitiosissimæ famosissimæque vitæ consuetudinem, & Veri posses Consortem, & Fausting Filiam agnoscere. *Capitol. in Vero 7.*

Confecto demum bello, post Regem Armeniis præfectum, & Parthos in potestatem redactos, rediit Verus. Invitus tamen, quantumvis ad triumphum, quòd Syriam, tanquam suum regnum, relinqueret. Cum Fratre igitur pariter triumphavit. Victoris tamen reditus parum abfuit, quin funesti magis Imperio Romano fati fuisset, quam hostis cujuslibet ingruentis Impetus. Siquidem in omnes, per quas rediit, provincias Romam usque, luem secum detulit. Et nata fertur pestilentia in Babylone, ubi de templo Apollinis direpto, ex arculâ aureâ, quam in adyto quodam concluso miles forte inciderat, spiritus pestilens evasit, ab ipsis Persarum finibus adusque Rhenum & Gallias cuncta contagiis polluens & mortibus. Videtur autem longè vero similius, labem istam ab iis ortum traxisse morbis, quibus ægri reduxit exercitus reliquias Cassius, à Parthis pulsis subactisque in Syriam reversus. *Ann. Christ. 167, 168.* *Capitol. in Vero 8.* *Ammian. Marcell. l. 23.*

"Post Veri reditum Patris Patriæ nomen ambobus decretum est, quum se Marcus absente Fratre erga omnes Senatores atque homines moderatissimè gessisset. Corona præterea Civica oblata est ambobus, petistque Lucius, ut secum Marcus triumpharet. Petiit præterea, ut filii Marci Cæsares appellarentur. Sed Marcus tantâ fuit moderatione, ut quamvis Profligato bello uterque *Parthicus* appellatus est, & quum simul etiam triumphâsset; post mortem tamen fratris, Lucium tantùm *Parthicum*, *Germanicum* se vocaret, quod sibi bello proprio pepererat. *Capitol.* 12.

Namque, ut res plerunque sunt humanæ, istius Victoriæ gaudia & triumphos non lues tantùm dira, sed & belli rursum ingruentis horror contaminavit. Siquidem eodem ferè tempore Germani, qui trans Rhenum incolunt, venere usque in Italiam, agros devastârunt, &, nullo prohibente, Romanis maxima ac gravissima incommoda attulerunt. Pertinax, (qui & postea Imperator factus est,) Virtutis spectatæ admodum vir, nonnullis tamen invisæ (ut solet cæteris nimis antecellens) (cui nec sua præclare gesta, nec Amicorum opes antehac efficere poterant, nisi ut copiis quibusdam auxiliaribus præficeretur) jam tandem eam apud Imperatorem existimationem est adeptus, ut omnî, quam, injecerant malevoli, amotâ suspicione, is demum unà cum Pompeiano ejus amicissimo dux huic Barbarorum inundationi opponendæ deligeretur. Ambos itaque Legatos constituit suos, & Belli hujus Gloriæ participes voluit Marcus. Pertinax, (quem quanti Imperatoris existimatio, & tanta in eo collocata fiducia ducenda esset, minimè fefellit) id sedulo enixus est, ut ne quid Marcum Legati pœniteret. Multis itaque tum fortitudinis, tum prudentiæ, tum Amicitiæ & Gratitudinis in Principem fidissimæ indiciis, compertum Antonino præstitit, & rebus Reipublicæ periclitantibus, & Disciplinæ bellicæ, quàm opportunus is esset & idoneus adjutor. Hostes, ubi ventum erat ad pugnam, magno adortus est impetu; non minùs quidem ad pugnandum paratos; & fortiter diu, dubioque Marte utrinque dimicatum est. Sed cæsi sunt tandem Germani, &, (quod in illâ *Ann. Chr. 168, 169.* *Eusseb. Chron.* *Dio.*

victoriâ minimè reticendum.) Inter Barbororum Cadavera corpora mulierum (ea erat & Conjugum in Maritos, & Matrum in Filios pietas) armata, & cum ſuis ſimul trucidata, reperta ſunt.

Dio. Prœlium quidem hoc pacto confectum eſt maximum; Quo tamen nec adeò ſe paſſus eſt efferri Marcus, ut Militibus poſtea pecuniam rogantibus ſtipendium adaugere ſuſtinuerit; Reſpondit nimirum id efflagitantibus pro victoriâ reportatâ præmii; *Siquid plus quàm eſſet conſtitutum acciperent, id ex ſanguine parentum ipſorum propinquorúmque exactum iri; cujus & ſibi apud Deum, Principum illum judicem unum, reddendam eſſe rationem.* Adeò enim temperans & continens erat in Imperio, ut ne quid periculo commotus, cum tot tantáque bella gereret, faceret contra quàm fas eſſet, Aſſentationis aut Timoris causâ.

Ibid. Partâ deinde Victoriâ, *Imperator* quintò renunciatus eſt; & *Germanicus* audiit; cum anteà, ob illas quas Verus peperiſſet, ad quatuor uſque viçes Imperatorio Nomine fuiſſet inſignitus. Pridie quàm manus cum Germanis conſererent, exploratorem prope Caſtra captum in ejus Tentorium milites deducebant. Quem cum interrogare voluiſſet, is nihil motus reſpondit; *Præ frigore vehementi loqui nequeo; ſiquid igitur ex me ſcire tibi eſt animus, veſtem inprimis jube, ſiqua ſuppetit, ut algenti circundent.* Non ægrè tulit Hominis confidentiam; & veſtimento, cujus indigebat, indutum dimiſit Marcus.

Ibid. Nec id ſilentio prætermittendum, quòd miles quidam, cùm eſſet noctu in Danubii cuſtodiâ, audirétq; trans flumen clamorem Romanorum, qui fortè in hoſtium manus inciderant; ſtatim, ut erat, tranavit, & cum liberâſſet captos, eâdem ſecum in caſtra reduxit viâ.

Anno proximè ſequenti, exortum eſt anceps magis, & periculoſius multo, iſtis quæ dudum profligaverat, bellis. In hoc uno tempeſtivum, quòd finito jam Orientali, diu Romanorum ducum qui aderant arte ſuſpenſo, id tandem agi poſſet. Marcomanni ſiquidem & Quadi, Gentes bellicoſiſſimæ, arma capiebant. Et hoſtes ferociſſimi metum ingentem incuſſerant; & graſſans indies peſtilentia, quæ omnia cadaveribus compleverat; ut vix mortuis domi terra condendis, nedum hoſti potentiſſimo eſſent propulſando, Romani. Imperator ſolus non deſperavit, & propriâ virtute mactus, & Divinâ fretus in arduis præſentiâ. Numini igitur (ut potuit) placando primam is operam dedit. *Capitol.* 13. Tantus enim Terror hujus Belli fuit, ut urbem omni genere luſtraverit; Lectiſternia per ſeptem dies Romano ritu celebraverit; tum, ne quid Diis deeſſe poſſet flectendis, peregrinos etiam acciverit Sacerdotes, ut illorum etiam ritus impleret. Quinetiam, quod nobis mirum eſſe debeat magis, Iſidis etiam ſacra, ab Auguſto uſque Imperante proſcripta & eliminata, reſtituit denuò. Nec Deam adorare dubitavit Marcus, cujus fanum, Tiberio regnante, dirutum, & æquatum eſt ſolo; Statua in Tiberim præcipitata, Sacerdotes autem obtruncati fuerant. Victimarum autem vis ingens adeò ad gratiam Deorum conciliandam cæſa eſt, ut Irriſoribus (quorum neque privato ullo neque publico infortunio repreſſa eſt unquam Audacia) locum dederit haud inficetè Superſtitionem perſtringendi; Id maximoperè metuendum dicentibus, ne ſi Marcus forte reverteretur Victor, nihil per totum Imperium ſupereſſet amplius, quod Diis immolare poſſet pecoris, ubi gratiæ demum eſſent rependendæ.

Capitol. in Vero 9. Hâc itaque Pietatis ſpecie diu retardatus, tandem cum fratre Vero profectus eſt; quem nec ſine ſe ad bellum mittere, nec in urbe dimittere luxuriæ causâ, ſuſtinuit. Sed ſecum traxit invitum. Paludati itaque ambo Imperatores urbe egreſſi, ad Aquileiam rectà contendunt. Nec mora, in hoſtes, qui caſtra haud procul erant metati, impetum fecerunt; *Capitol.* 14. exuerunt caſtris; & ingentem Barbarorum Stragem ediderunt. In hâc pugnâ Furius Victorinus præfectus Prætorio cum exercitus parte, & Juventute delectâ interit: Sed neque ob hoſtes fugatos cœſoſque Securitas, nec ob ſuos amiſſos dolor Imperatoribus obſtitere, quò minùs inſtarent Victis; quos ad id uſque ſæpiùs proterendo redegerunt perturbationis, ut in partes ſcinderentur contrarias. Reges ergo plerique, quos defectionis jam tædebat ſuæ, cum populis ſuis ſe retraxerunt. Tumultûs illi authores interemerunt, &, *Capitol. in Vero* 9. Legatis ad Imperatorem miſſis, veniam ſibi & pacem ſupplices poſtulárunt. Et Lucius quidem

dem, quoniam Urbanas desiderabat voluptates, isto contentus obsequio, condonandum illis censebat, & Romam, ubi poterant primum, redeundum. *Nec enim, ut res se tunc habebant Romanæ, quid magni sperandum esse amplius; Hostem ad desperationem adigere, id esse & sibi consulere pessimè, & suam, quæ celari debuit potius, debilitatem facere palàm; Id satius*, inquit, *& Imperatore dignius, ut ex illorum terrore & ignorantiâ quæstum faciamus; nec tam vindictæ, quàm recepti aperiamus viam.* Ita quidem urgebat Verus, non tàm rem ipsam perpendens, quàm militiæ tædio motus; Cui contrà Marcus, Nihil Barbaris esse fidendum, fictam suspicari se fugam; cæteraque quæ metûs & perturbationis præ se ferebant speciêm idcirco simulata, ne tanti apparatûs mole premerentur. Veritus itaque, ne si fictam pœnitentiam sibi profeciſse sentientes, aliquid molirentur novi, consultius id esse dixit, ut ne illis fractas disjectasque copias recolligendi daretur spatium; sed opus ut absolvant, & animo jam & viribus inclinatos pergant prosternere, ne vel inimicorum redintegretur, vel Romanorum, morbo grassante vergens in deterius, vix victis quidem par esset, Exercitus. Suos itaque in hostem promovendos statuit

Denique transcensis Alpibus longiùs processerunt; cum hostibus sæpiùs fælici prœlio conflixerunt; Quibus tandem dissipatis prorsus depulsisque, citrà magnum suorum dispendium reversi sunt; compositis prius, quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant omnia. Hieme jam ingravescente, Aquileiam redierunt, Anni tempestatem itineri commodam expectandi & illuc commorandi animo; sed cum in illâ quoque urbe sæviret pestis, Romam cum parvâ manu aufugere coacti sunt. Illud posteaquam ingressi sunt iter, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, non longè ab Altino, subito morbo quem Apoplexin vocant correptus est. Depositus ergò à vehiculo, & detracto sanguine, ad Altinum perductus est; illic quum triduo mutus vixisset, periit. Corpus ejus Romam deportatum supremis prosecutus est honoribus Marcus; Adriani id sepulchro illatum, in quo & Cæsar pater ejus Naturalis erat sepultus. Marcus autem, cujus adhuc in vivis vitia celaverat, quum ei vehementissimè displicerent, eundem mortuum Divum appellare non est gravatus; sacris etiam plurimis honorare, & eodem quo Pium diximus ritu cultum voluit; quin & Flaminem insuper, & Antoninianos sodales, cæterósque, qui Divis habentur honores Vero dedicavit.

Capitol. 14.

Galen.

Ann. Chr. 170.

Capitol. in Vero. 9.

Ibid. 11.

Capitol. in M. Ant. 15.

Nec id mihi mirum esse fateor, quod ferunt nonnulli, Marcum fratris mortem tulisse, minùs quàm solent plerique familiariter. Quidni etiam inde vel gaudii aliquantulum percipere, & Viri eximiâ Virtute & Sapientiâ, & Amore, quo subditos est prosecutus, dixerim dignissimum? Qui tamen longè absum, ut idem illud quod ab aliquo Scriptorum prædicatur, crediderim: Imperatorem nempe dum gratias in Senatu ageret, id gaudii testatum fuisse palam. Quod quidem de Marco perquam alienum, & fide neutiquam dignum arbitror. Is nempe asserere est ausus, Imperatorem inter perorandum in Senatu submonuisse, Parthicum bellum, absque suis esset consiliis, inauspicatò fuisse cessurum; enarrâsse vero, se nunc demum quasi à Principio acturum esse Rempublicam, amoto fratre remissiori, cum non esset amplius Imperii socium habiturus, luxu & inertiâ diffluentem. Antoninum ignoret prorsus oportet, qui hæc sibi persuasa habeat: Non ista hominis Ingenium, non mores tulerunt; Modestiam & Verecundiam facta ejus sapiunt, Dicta etiam spirant omnia: Longe is aliter de Vero in primo *ad seipsum* libello; longe denique ista ab Orationis tunc temporis habitæ consilio. Quam cum idcircò instituerent, quòd, illo Referente, Verum Divis decreverant accensendum; Veri laudibus & Virtuti vel tantillum ut detraheret, ab Incepto nimium quantum abhorruisse quis non videt? Hocce nimirum effinxerunt fabulæ, quos Marci Virtutes urebant malè, ut tetriori adhuc esset in subsidiis; quam spargere nonnulli non sunt veriti. Illum nempe de consilio ipsius è vitâ tollendi à Vero initi edoctum, fratrem priusquam insidias ipsi structas perageret, vel veneno sustulisse, vel certè per medicum Posidippum, qui ei sanguinem dicitur intempestivè emisisse. Hoc quidem, quantumvis Veri & cogitata & facta mererentur, de Marco tamen nefas est putari. Sed hominum usque adeò, nedum Principum est nemo, quem non

Capitol. *Capitol. in Marc. & Vero.*

gravis

Capitol. in Vero. gravis perſtringat fama. Quæ quidem injuria cæteris æquiori eſt animo ſuſtinenda; cùm etiam tantum poſſet malevolorum rumor, ut Marcus ipſe in iſtiuſmodi ſermonem venerit.

Capitol. in Vero. 10. Sed quam Imperatoris effecit virtus fabulam ut purgatam totam & confutatam reſpuerent Scriptores, Fauſtinæ infamia non eſt perindè amolita. Verus nempe & Socrum inceſtâſſe dicitur, & ejus extinctus dolo; propterea quòd conſuetudinem, quam cum Matre habuerat, filiæ prodidiſſet. Sed iſta præ cæteris invaluit Sententia, quæ Uxori ejus flagitium mortis aſſignat, idcircò quòd Fabiæ ſorori indulſerat Verus, Hujus potentiam, cùm uxor Lucii ferre poſſet minus, quam Viri contemptum (quippe quæ ſe efferebat inſolentiâ culpæ minime diſpari, nec jura cognationis violâſſe contenta ferociùs læſam & impotentiùs impetteret,) de Viro ſupplicium ſumere maluit. Sororem nempe faſtu tumidam, ità demum minùs impune laturam exiſtimans, ſi omni deſtitutam præſidio, ab illo deturbaret faſtigio; Et cùm nihil jam ei ſupereſſet quod Vero acceptum tulerat, præter unam Culpæ noxam & infamiam, non ultrà metuendam, ne Privata & Famoſa, Imperatoris ſe rum Filiæ, tum Viduæ poſthàc æquare auderet.

Capitol. 9. Honoribus ſupremis Vero perſolutis, & ipſo in Deorum cenſum adſcripto, ne tabem feralem magis, quam quæ jam tantum graſſata eſt, in Aulâ & Urbe ſpargerent, qui Veri vitiis in Syria famulati erant Liberti; id egit Marcus ut hos amoveret procul. In quo tamen faciendo, ne memoriæ fratris impingeret maculam, ſpecie honoris abjiciendos curavit. Munera itaque & Dignitates impertitus eſt, iſtis quidem in commodum & honorem cedentia, reverà autem ut exularent honeſtiùs; Electo uno retento, cui magis fidebat; Deo Lamprid. in Commod. 15. ità volente, ut hic demum à Patre Pientiſſimo, quid ſit futurum, (ut ſunt humanæ mentes) neſcio; tanquam ad Filii, hominum quotquot uſquam unquam fuerunt nequiſſimi, necem reſervaretur.

Ethnicorum jam furor, belli (ut ſolet) licentiâ expergefactus, Imperatoris reſcriptum ſuprà memoratum inſuper habuit, & partim infortuniis, (quæ ſolenne illis erat Chriſtianis adſcribere omnia) exagitatus; partim nihil non inter arma auſus; qui in provinciis agebant Româ diſſitis Chriſticolas denuò vexare cœpit. D. Polycarpum Epiſcopum Smyrnenſem illorum rabies primam immolaverat victimam; cujus rogo ſubjectus ignis, multos accendit. In Galliis præſertim atque Aſiâ Martyrum complures Fidei teſtimonium præſtiterunt, & Perſecutio vehementiſſimè flagravit. Non deſunt, qui Antoninum perſecutoribus animos addidiſſe autument. Galliarum ſiquidem Præſidi, quid de Chriſtianorum nonnullis in carcerem conjectis factum vellet conſulenti, reſcripſiſſe; *qui faſſi fuerint, illos ſupplicio Capitis mulctandos, cæteros autem continuo liberandos.* Quod tamen non ità intellexerim, ac ſi id habuiſſet in animo, quotcunque ſe profeſſi ſint Chriſtianos confeſtim capite truncandos, ſed qui Criminum, quorum inſimularentur, ſe reos agnoſcerent; & deferentium criminationes ſuo demum firmarent teſtimonio. Præſides etenim & Legati, cum id agerent præſertim, ut Chriſtianos eradicarent funditùs, nec aliter in illos ſævire poſſent, niſi Imperatori ſcrupulum & ſuſpicionem injicerent, technas ſtruere, falſas nectere calumnias, atrociſſima quævis flagitia audacter objicere, ſervos nempe vel mercede ſceleris conductos, vel metu miniſque coactos adhibere teſtes, in mediis cruciatibus quicquid iſti effutierint, Imperatori pro veris & idoneis reatûs indiciis exponere: Ità demum vel extortam habebant vel ſuffuratam prorſus, quæ in noſtros intentabant mala, infligendi poteſtatem. Quin & Facultatem falsò conceſſam, & verbis, ut ſolent iſtiuſmodi formulæ, latioribus paulò conceptam, ità ſunt interpretati, ut ſub eorum præſidio fræna furori & malevolentiæ laxare poſſent impunè. Quod ſi ità factum fuerit, cur id Antonino vertatur vitio, mihi minimè omnium conſtat. Nec enim quiſquam eſt Principum, cujus Legati, Duces, Magiſtratus, poteſtate ſibi conceſſâ non aburuntur; & quæ jure optimo indulta eſt agendi ſive imperandi copia, in injurias impendunt authoritate munitas. Abſit tamen, quæ Viri omnium peſſimi moliuntur, inferuntque, Imperatorum ut juſſu facta, aut his denique deputanda arbitremur. Cogites velim, Lector, Tempus, Locum & ſimilia; Cogites itidem indolem Marci egregiam, & mores ſanctiſſimos; quâ fuerit is Benevolentiâ,

volentiâ, Justitiâ, Animi Magnitudine & Constantiâ; His nimirum perspectis perpensisque, haud simile, nî fallor, videbitur vero, Illum sceleri & Sævitiæ Christianos insequentium jus fuisse daturum, quorum haud ità pridem majorum exempla secutum atrocitatem eundem cohibuisse constat. Nedum tum demum dedisse, cum Imperium teneret solus, Imperium tàm lue quam bello tantùm non subditis spoliatum exhaustumque. Ista denique Persecutio illius jussu infensissima, viderint, qui Antoninum sanguinis Sanctissimi reatu implicatum eunt, quî tandem cum istis convenire possit, *Animam omnem nonnisi invitam veritate privari, nec ideo dignas esse odio, à rectâ erantes, sed quorum potius misereſcere nos debeat.* Sed nè diutius rei tam apertæ immorer, vel id unum mihi satis est indicio, quantum à Christianos mulctando male abhorruerit Marcus, quòd Urbs Romæ cædibus aliis infamis, illo tamen regnante, nè ullius quidem Martyris Sanguine contaminata est. L. XI. 18.

" Atque hæc quidem D'Acerius, ut Marcum ab omni suspicione liberet persecutionis " illo Imperante incalescentis plurimùm: Aliis haud perinde forsan erit persuasum, sæ" vitiam in provinciis tantam, clàm illo, aut sub alio quovis prætextu, glisceré adeò po" tuisse. Nec huic Opinioni videtur vel Marci lene ingenium, vel publica Bellis mor" bisque accepta Calamitas officere: Siquidem quò quisque eximiæ magis est indolis, eò " magis est ad Pietatem in Deum pronus; Ipse verò Pietatis in Deum affectus, si errori" bus implicitus hostes superstitionis suæ tollendos crediderit, adeo non ingenii mansue" tudine coercetur, ut, humanitate in furorem versâ, alieno potissimum sanguine litare " studeat. Ab ipso novimus Servatore notatos, *qui cum suos trucidarent, oblationem se* *Joan. xvi. 2.* " *Deo offerre arbitrarentur.* Quo minùs nobis esse possit mirum, si in mediis infortuniis, " & extremis Reipublicæ angustiis, in Christianos impetum facerent maximè. Id enim " & Populi erat insciticæ, & Sacerdotum Ethnicorum astutiæ, sive pestis populum esset *Tertull. Apol.* " depasta, sive Bella motusque cierentur, sive res alicunde publicæ cessissent male, ut Chri- *c. 40.* " stianis ista deputata essent omnia. Marci quidem nomini inurere maculam neutiquam " est meum; Sed, ut quòd res est dicam, Baronii istud totus improbare nequeo, qui de " metu & superstitione Imperatoris Bellum Marcomannicum auspicaturi, ità scripsit. *At* *Ad ann. Chr.* " *si uti moris est, iis temporibus quærebantur à Diis responsa; eadem si non vera, saltem* *159.* " *conficta omnia pariter in necem Christianorum conspirâsse; & quasi prætextu placando-* " *rum Numinum, illorum hostes esse tollendos respondisse, Par est existimare. Quamobrem* " *qui inter Christianos erant omnium spectatissimi, eos ad necem petendos ante alios Impe-* " *ratorum consilium fuisse videtur. Quapropter sanctus Polycarpus*, &c.

" Fateor quidem quòd atrociùs tunc temporis tractarentur Christiani, nonnullis à " Vero impulsore visum; D'Acerium etiam de Marco Imperante solo præsertim locutum, *Clarer. in* " quem etiam Melitensem ideò illam Legionem conscripsisse, ut, dum peregrinos ritus *Hist. Universi.* " omnes impleret, nequa sibi gens hominum deficeret, quorum precibus Numen expe- *Epist.* " riretur præsens & propitium, non desunt qui strenuè satis asserant. Hæc, quo inter " se conveniant pacto, Lectori judicandum relinquo. Id nimis liquidò constat, sævitiam " Ethnicorum, Marco imperante, adeo increduisse, Martyrum complures sanguinem " effudisse, Christianos etiam multis in locis, adeo mulctatos male, ut tunc temporis ea " illis una incubuerit, quæ inter Decem acerbissimas Persecutiones numerari mereretur? " Neque id ab Antonino alienum prorsus aut insperandum puto, gratias siquidem is ha- " beat Diognero maximas, quòd animum ejus adversus superstitiones vanas præstiterat *Lib. I.* " munitum, quibus, qui morem loquendi Ethnicis usitatissimum norunt, quin Fides Chri- " stiana, Marco judice, accenseri debuerit, vix illis dubio erit locus. Sed de his fortean plus " satis.

Filiam suam Lucillam luctûs tempore nondum decurso, grandævo equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit Marcus, non satis quidem nobili, sed egregiæ tamen virtutis Viro, & quæ summos posset honores promereri. Fides illi Intemerata, Probitas, *Capitol.* Fortitudo, Gravitas verè prisca, Usus, & (quæ vel optimè merentibus non semper contingit) magna apud omnes Existimatio. Hæc adeo commendatum apud Marcum habue-

runt,

runt, ut tali virtute præditum Magnatibus opulentissimis anteferre non dubitaverit. Quippe qui Generum non pro opibus aut prosapiæ claritate, sed ex merito & virtute propriâ expendendum æstimandumque consuit. Lucilla autem, quæ & Augusta esset & Augustæ filia, longe aliter sentire. Has itaque Nuptias, & Faustina, & ipsa quæ dabatur, invitæ habuerunt. Sed Antonino tamen id erat curæ, ut Filiæ prioris fastigii jura conservarentur integra, Viro etiam bis Consule facto; quæ cum tàm Matri quàm Filiæ solatio cesserunt, nec defuit & illud rem æquius ferendi argumentum, quòd Licentiæ & libidini adhuc superesset loci: Nullo itaque dispendio suo, privati licet conjux, pro Imperatrice etiamdum est habita; solutioris autem vitæ appetentior, cum non tàm Marito quàm Servo se junctam existimaret, effrænatiùs ingenio obtemperari posse rata, commodè satis grandævo, ignobili collocata, & sibi & Faustinæ visa est. Solatia sane haud abs re, sed istâ tantum Matre, & istâ filiâ digna.

Capitol. 17. Id unum agebat Marcus ut Filiam Viri Boni committeret tutelæ, quo facto ad Bellum Marcomannicum proficiscitur. Ista nempe gens, Quadis, Sarmatis, Vandalis etiam firmo junctis fœdere, cum aliis etiam finitimis; & acriùs instabant, & copias multo magis quàm antea reformidandas in aciem produxerant. Omnia metûs plena; nec enim vel Hannibal, vel Cimbri olim graviorem Romæ incusserant terrorem. Bellum igitur quantum nullâ unquam memoriâ fuit, tùm virtute tum etiam fælicitate transegit; ità tamen ut in primis congressibus hosto multò minor discederet. Huic etenim bello, illud accensendum existimo, quod tùm Romanum exercitum, tùm Aquileiam urbem in extremum discrimen adduxerat prœlium. Rem omnem ut erat Lucianus ordine exposuit; nos breviori paulò compendio summam ejus exhibebimus.

Lucian in Pseudomant. Alexander Impostor, cujus Vitam & Res gestas Lucianus pro suo lepore depinxit, tantam erat tunc temporis existimationem adeptus, ut etiam Dei ferè haberetur loco. Is Imperatori, (quâ erat audaciâ) oraculum venditare non est veritus, hisce versiculis conceptum.

Gurgitibus fluvii turgentis ab imbribus Istri
Immisisse duos Cybeles edico ministros;
Monte feras alitas; tum quantum alit Indicus aer
Florum atque herbarum bene-olentum; moxque futura est,
Et Victoria, Pax & amabilis, & Decus ingens.

Antoninus, sive religione commotus, sive ut ex animi ardore, quo milites hoc vaticinio fretos incendi senserat, ut aliquid percipere posset commodi, tentandum saltem decrevit. *Baron. ad Ann. Chr. 171.* Missis igitur in fluvium Leonibus, herbis etiam, Aromatis, & ingenti florum vi; Feras quidem Barbari fustibus facilè arcebant, & simulac in hostium regionem enatâssent, ictibus continuò confectos dabant. Manum vero conserentibus utrisque, Romanorum protinus maxima strages consecuta est; viginti quinque millibus simul extinctis. Copiis vero disjectis fugatisque Barbari ad Aquileiæ usque portas à tergo instabant. &, absque Imperatoris esset egregiâ animi virtute ac solertiâ, qui fusos ægrè tandem in agmen denuò coegit, Urbs ipsa capta atque direpta ab hostibus fuisset. Romanis animos adjecit pudor. Admisso igitur dedecore acriùs posteà stimulati, hostilem adorti sunt exercitum & multis deinde prostratos prœliis, arcebant; id sibi summæ rati fore infamiæ, si non omni Pannoniâ de integro vindicatâ, damnum & dedecus ità resarcirent.

Ann. Chr. 170, 171. quibusdam 168. Mauri, id tempus defectionem meditantibus opportunum rati, dum funestum adeó cum Marcomannis bellum Imperatorem haberet occupatissimum, mala multa & gravissima Hispaniæ intulerunt. Ad hæc motus latronum in Ægypto, qui Bucoli, quasi pastores Boum dicuntur, factus est; cæteris etiam Ægyptiis à Sacerdote quodam, & * Isidoro ad arma capienda sollicitatis. Hi enim primo ornati muliebri vestitu, simulanteque se uxores Bucolorum esse Romanoque Centurioni aurum pro viris suis daturas; eum nimiâ credulitate captum, ubi ad illos accederat, dolosè interfecerunt, cæteris etiam qui in præsidio erant unà Militibus trucidatis. Id etiam, rebus adhuc feliciter gestis inflati, immanitatis adjecerunt; quòd, quodam è Captivis mactato, in visceribus ejus fumantibus conjuraverunt

** Ità Dion. Cassius ἐν τῇ ιγ΄, &c. non Sacerdote quodam cui nomen Isidoro, sed D'Accrias.*

verunt denùd, quæ etiam, ut ſolenniori ſe ad defectionem obſtringerent Sacramento, poſteà comederunt. Par erat Ducis fortitudini ſucceſſus. Iſidorus enim omnibus ætatis ſuæ antecellit. Et eo uſque proſperum graſſatum eſt ſcelus, ut Romanos in Ægypto ſæpius proſternerent; nec abeſſet multùm, quin ipſam cepiſſent Alexandriam. Caſſius itaque Dux è Syriâ adverſum eos miſſus, qui cum propter deſperationem & multitudinem aperto prælio congredi non fuerit auſus, quo tumultuantes opprimere poſſet, iniit conſilium. Diſcordiâ is, & ſeditione inter ipſos clam concitatâ, ut à ſe ipſi diſtraherentur, & in obſequium redirent, citrà ſuorum diſpendium, quod viribus non poterat, dolo atque arte effecit. *Dion. in Marc. Lib. LXIII. Capitol. 21. Velcat. in Caſſio. 6.*

Idem fere Mauros in Hiſpaniâ rebellantes manebat exitus; agros vaſtantium partem pleramque interemerunt Legati, cæteros repulerunt, disjeceruntque. *Capitol. 21.*

Ipſe interèà loci Marcus rem non minus geſſit feliciter: Is à ſeptentrione rebelles aſſiduis laboribus prœliiſque fatigavit, repreſſit, confecit, qualſque ipſi viſum eſt leges imponere, in iis acquieſcere coegit. Quibus demùm peractis, ad Romam reverſus Decennalia celebravit, votis pro more majorum factis, perſolutiſque quæ ad Deorum cultum pertinerent omnibus.

Nec minus ille pacis quàm belli ſtrenuus, & ſuis utilis. Siquidem, dum in tranquillo eſſent res Romanæ, ab illo pariter ſanis ſunt auctæ legibus; & Adminiſtratio Politica in melius reſtituta eſt. Inter hæc liberales cauſas ità munivit, ut quali quiſque ſtirpe prognatus fuerit, indiciis firmare certiſſimis in promptu eſſet. Primus nempe juſſit, apud præfectos ærarii Saturni unumquemque Civium natos liberos profiteri: Per provincias itidem Tabulariorum publicorum uſum inſtituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarii: Ut ſi forte aliquis in Provinciâ natus cauſam liberalem diceret, teſtationes inde petere, illi eſſet in proclivi; atque hanc totam legem de Aſſertionibus firmavit. *Capitol. 9.*

Nec vulgare id Beneficium huic retulit acceptum populus, quòd is diſertè vetuit, ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæreretur. Ne quod autem maleficium negotiumve impunitate vel morâ elaberetur, diebus feſtis, qui maximo populi impendio agebantur frequentiſſimi, Auguſti ſecutus exemplum detraxit, & judiciarios addidit; Ità ut ducentos jam triginta dies quotannis, rebus agendis litibuſque diſceptandis conſtitueret. Unde non illud tantùm perceptum eſt Commodi, ut in jure dicundo, maturiùs dirimerentur controverſiæ; ſed & litigandi magnâ ex parte demptæ ſunt occaſiones, cùm id ſæpiùs otioſis & genio indulgentibus contingere ſoleat, qui rerum ſuarum negligentiores facti, (ut procax & laſcivum eſt hominum male feriantium ingenium) alienis injuriam inferre eò paratiores ſeſe præbent. *Capitol. 10.*

Pupillorum curam habuit, & Prætorem primus Tutelarem fecit: Quum enim Tutores antehâc à Conſulibus poſcerentur, quibus de ſingulis dijudicare per otium minimè licuit; jam Huic id unum dedit negotii, ut ſummâ quâ potuit diligentiâ coram ipſo de Tutoribus tractaretur. De Curatoribus verò, cum antè non niſi ex lege Lætoriâ, vel propter laſciviam, vel propter dementiam darentur, ità ſtatuit, ut omnes adulti Curatores acciperent non redditis cauſis. *Ibid.*

Id illi erat in primis Curæ, ut à nuptiis lege vetitis arceret ſubditos, quos arctiſſima jam ſanguinis conjunxerat propinquitas eos in matrimonium ne coire pateretur. Nobilis itaque fœminæ cujuſdam avunculo ſuo jamdudum locatæ (Flavia ea erat Tertulla) nuptias diremit, ità tamen ut liberi inde concepti pro legitimis haberentur. Marci & Lucii nomina præ ſe fert Reſcriptum, per libertum quendam miſſum, quod hîc ſane locum nanciſcatur minimè indignum. Hem igitur tibi, Lector!

Movemur & temporis diuturnitate, quo ignara juris in matrimonio avunculi tui fuiſti; & quòd ab Aviâ tuâ collata es: & numero liberorum veſtorum: idcircòque cùm hæc omnia in unum concurrunt, confirmamus ſtatum liberorum veſtrorum in eo matrimonio quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractum eſt, perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent. *Digeſt. Lib. 23. Tit. 11. 57. Marcian. in Lib. 2. de Adulteriis.*

Cavit sumptibus publicis, Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit; ludis posuit
Capitol. 12. modum, ne vel istis intenti nimium in levitatem delaberentur suorum animi; vel vanis & irritis impensis ad ista adornanda factis, aut res privatorum in posterum profunderetur familiaris, aut inimicitiæ & simultates (quod sæpe jam erat factum) inter optimates intercederent gravissimæ. Scenicas etiam is donationes temperavit.

Ibid. 9. Vias urbis atque itinerum diligentissimè curavit. Leges de mensariis & auctionibus tulit. Leges etiam addidit de vicesimâ hæreditatum; quam extranei, ad quos sive hæreditates sive Legata devenerant, publico persolvere tenebantur; cui tamen à * Trajano aliquantum olim detractum est oneri. De Bonis etiam maternis, & filiorum pro parte maternâ successionibus, leges scripsit.

Vid. Digest. Lib. 1. Tit. 9. 11. de Senatoribus. Jamdudum legibus cautum fuerat, Senatores qui Romæ Magistratus & dignitates ambirent peregrini, Urbem atque Italiam pro patriâ quò deinceps haberent suâ, ut tertiam patrimonii partem in ea quæ solo continerentur, conferrent. Quod Antoninus, cum gravisculum censeret, ut ad Quartam tantùm in Italiâ possidendam obstringerentur, decrevit.

Sic. Ep. 6. 19.

Senatum honoribus quibus potuit maximis auxit; multis Cognitionibus, & maximè ad se pertinentibus, Judicem dedit; ità etiam ut ab illo ne liceret provocare. Multis Senatoribus vel pauperibus sine crimine, dignitates Tribunitias, Ædilitiasque concessit; Nec quenquam in ordinem legit, nisi quem & illi comprobâssent prius suffragiis, & ipse bene
Capitol. 10. scisset. Hoc quoque detulit, ut quoties de eorum capite esset Judicandum, secretò pertractaret, atque ità in publicum prodiret; nec pateretur Equites Romanos talibus interesse causis. Semper autem quum potuit, interfuit Senatui, etiamsi nihil esset referendum, si Romæ fuit; Si verò aliquid referre voluit, etiam de Campaniâ ipse venit. Curatores
11. multis Civitatibus, quo latiùs Senatorias tenderet dignitates, à Senatu dedit. Id, quod Augustus olim, arbitratus, Principem nempe Optimates & Magistratus honoribus & dignitatibus cumulando, suam ipsius Majestatem & Reverentiam, quæ nonnisi Justitiæ fundamentis inniti debeat, sanctam & munitam magis eâdem operâ præstare.

Nec tamen qui tantum in Senatum impendit curæ, cæteros neglectui habuit; cùm Omnis & Status, & Conditio sollicitum illum & sibi utilem experiretur. Inter cætera si-
Dio. Capitol. 12. quidem Pietatis ejus hæc quoque moderatio prædicanda est: Quòd nec Gladiatoribus concessit acuto ferro dimicare, sed obtusis gladiis, & teretibus tantùm; Et Funambulis culcitras subjici jussit; unde etiam diuturna ut rete illis prætenderetur invaluit consuetudo.

13. Leges sepeliendi Sepulchrorumque Peste etiam grassante, asperrimas sanxit; Tantaque clementia fuit, ut & sumptu publico vulgaria funera juberet efferri. Ad condonandum verò quàm esset facilis vel ex illo satis patet indicio, hîc loci neutiquam reticendo. Planus quidam, cùm diripiendæ urbis occasionem cum quibusdam conscîis requireret; De Caprifici arbore in campo Martio concionabundus, ignem de cœlo lapsurum, finemque mundi affore dixerat; Si ipse lapsus ex arbore in Ciconiam verteretur. Plebs Religionis vanæ, ut semper, credula, nuntio attonita, summâ cum reverentiâ varem exceperat; ad Caprificum turba convenerat ingens; Conscîis interim Urbem incolis vacuam planè & disertam, cùm sceleris opportunum nacti essent tempus, pro arbitrio diripientibus.

---

* *Quæ de hâc Lege Plinius in Panegyrico paucis adnotanda censui. Novi, inquit, seu per Latium in Civitate, seu beneficio principis venissent nisi suimet cognationis jura impetrâssent; alienissimi habebantur, quibus contunctissimi fuerant. Ità maximum beneficium vertebatur in gravissimam injuriam; Civitasque Romana instar erat odii, & discordiæ, & orbitatis; quam charissima pignora salvâ ipsorum pietate distraherent. Inveniebantur tamen, quibus tantus amor nostri nominis inesset, ut Romanam Civitatem non vigesima modò, verùm etiam affinitatum damno bene compensari putarent. Sed his maximè debebat gratuita contingere, à quibus tam magno æstimabatur. Igitur Pater tuus sancit, ut quod ex Matris ad Liberos, ex liberorum bonis pervenisset ad Matrem, etiamsi cognationum jura non recipisset, quum Civitatem adipiscerentur, quæ ne vigesimam darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filiæ tribuit, si modò reductus esset in Patris potestatem; vetus improbe, & subplenar, ac pene impia lis nominibus inferri publicanum nec sine piaculo. quodam sanctissimas necessitudines velut intercedente vigesima scindi; nullum esse tanti vectigal, quod Liberos ac Parentes faceret extraneos.* Hactenus ille.

Veteratus

Veterator interea loci statuto tempore decidit, Ciconiam è sinu pronus emisit; seipsum verò turbæ extemplo immiscens, spectatores fefellit. Populus prodigio obstupefactus Cælos ardentes sperare, flammas jam æthere erumpentes fingere sibi, Romam mox (ut videbatur) interituram amentes repetere, omnia denique strepitu atque tumultu implere. De quibus Marcus tandem factus certior, Impostorem exquirendum curat, perductum ad se interrogat, technam denique confesso veniam pollicitus, & dedit, &, tum Hominis astutiam, tum Populi Credulitatem cùm penitus perspexisset, animo vultuque quo is erat constanti, ægrè tamen à risu sibi temperavit. *Ibid.*

Mores Matronarum compositi diffluentes, & Juvenum nobilium. Suâ interim hos emendari quantum interesset, plane inscius. Conjugis siquidem Faustinæ Virum omnino fefellisse libidinem, Literæ ejus mox subdendæ evincunt satis. Nec mihi videtur vero simile, Marcum, si illam resciviſſet demum, ad dissimulanda potius flagitia, quàm idoneis cohibenda, & quantum poterat medenda remediis, se fuisse comparaturum. Ab illo siquidem ingenio indulgentia turpis adeò & vituperio omnium digna, abhorret maximè; præsertim cùm nec otiosus esset in hâc causâ dolor, Legibus vindictam & supplicium nequaquam aspernandum isti etiam in privatis impudicitiæ exposcendum decernentibus. Non me fugit quidem quod apud Historiæ Scriptorem quendam occurrit. Marcum nempe, quum de Faustinâ ei diceretur, ut repudiaret saltem si non occideret, dixisse, *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem*; quod etiam & plerisque fidem fecisse, & vehementer placuisse, satis scio. *Capitol.* 29. *Capitol.* 19.

Sententiæ pervulgatæ, & diu consensu & calculis fere omnium receptæ, privatam opponere suam, quàm arceps sit atque audax facinus, me neutiquam latet. Sed cùm Unius tantùm qui rem se in susceptit referendam, suspicione non immeritâ laboret fides, cùm is præsertim sit, cujus nec perspicacis ingenii, nec diligentiæ in rebus exquirendæ laudem unquam meruerint scripta; Responsum Marci istud, singulari eóque non magni nominis testimonio suffultum apud plerosque locum obtinuisse, non tam rei, quòd vero sit similis; quàm Lectorum incogitantiæ, quibus Scriptorum probitati nimium confisis narrata temerè excipere solenne est, deputandum existimo. Mihi quidem videtur, Imperio quantumvis in dotem accepto, Antoninum tamen ad excusationem frigidam adeò confugere neutiquam sustinuisse; sed potiùs Dignitatem Regiam tam sordido & illiberali emptam pretio, apud Philosophum & Probum sordescere debuisse. Sed longe aberat ut illam à Socero acciperet Dotem; Ad imperium nimirum destinatus, ne ullâ quidem hujus conjugis ratione habitâ: Statim nempe ab ipso adhuc puero in Familiam & Hæreditatem regiam adscito, desponsata est ei L. Cejonii Commodi filia ex Adriani voluntate. Quorsum igitur in re minime probabili, aut Viri moribus congruâ, Authori tantum deferatur, quem sibi planè contrarium, & rationes labefactantem suas, in eâdem Marci vitâ deprehendere est? Vid. *Salmas.* & *Casaub.* in *Capitol.* c. 6. *Capitol.* 4.

Nec multum apud me valet, quod mimi in scenâ, præsente Antonino, dixisse perhibentur: Ii nimirum, Tertullum, quem Marcus prandentem cum Uxore deprehenderat, perstringentes, stupidum induxerant maritum adulteri uxoris nomen à servo quærentem, cui is ter respondit, *Tullus*; Et quum ille adhuc stupidus quæreret, respondit iterum servus, *Jam dixi, Ter, Tullus* dicitur. Quid enim obstiterit, quò minus alteri cuivis id censeret tribuendum Marcus, nullus equidem intelligo. *Capitol.* 28.

Vehicula dudum antehac in urbem ingredi, aut equis in Civitatibus sederi prohibuerat Adrianus; idem etiam interpositis vetuit pœnis Antoninus. Nec enim ista vulgo usurpanda sustinuit, quæ Cæsar & Augustus solenni triumphorum pompæ reservata, aut tunc tantùm, cùm Imperator ipse maximè suspiciendus prodiret, solebant conscendere. *Spartian. in Adrian.* 22. *Capitol.* 22.

Principes, & suo & Reipublicæ pessimo, indignos & immerentes ad munera & Magistratus evehere, rectè judicans; id sibi præcipuè dedit negotii, ut nonnisi probis & virtutis spectatæ viris ad ista emergere liceret. Nec itaque renuere illum rogantibus unquam præ pudore pigebat, quarum si concessisset, pudere debuisset. Quum autem quendam Veterasinum famæ detestandæ honorem petentem moneret, ut se ab Opinionibus

populi vindicaret; & ille contrà reſpondiſſet, Multos qui ſecum in arenâ pugnâſſent, ſe Prætores videre: Patienter tulit Marcus cavillantem; id agens unicum ita ab iſto edoctus, ut nè talibus in poſterum conviciis eſſet locus.

Siquis rem utilem faceret, eum ſine invidiâ collaudabat; eóque homine ad eam rem utebatur: Dicebat enim *Fieri non poſſe, ut homines aliquis tales efficiat, quales habere vellit; iis vero qui ſint, prout aliquis eorum prodeſſe Reipublicæ poſſit, utendum eſſe.* Ex meritis & virtute unâ hominum quemque æſtimabat; cæteris, quæ honorem & gratiam conciliare ſolent, poſthabitis omnibus. Amicos nemo unquam principum libentiùs locupletavit: Horum alios ad dignitates ſummas evexit; alios, quorum vivendi ratio munera non tulit publica, donis cumulavit; aut Stipendiis auxit: In vitæ ſcilicet ſplendorem & honores repudiantis ſolatium. Ita tamen ut nequid publicæ in iſtos collocaretur pecuniæ, qui ſuis etiam Studiis non tantundem Civitati penderent. Pium nempe ſecutus, qui Salaria ſubtraxit otioſis, *Nihil eſſe* dicens *ſordidius, imo crudelius, quàm ſi Rempublicam ii arroderent, qui nihil in eam ſuo labore conferrent.* Illius opem nunquam incaſſum egeni popoſcere, quorum is egeſtatem lætus, & tanquam ſibi benefaciens ipſi, ſublevabat; prolixas inſuper idcircò Diis habens gratias, quòd, quotieſcunque animus fuit hanc ex alieno commodo voluptatem percipere, nunquam ei non ſuppeteret, unde animo gratificaretur ſuo.

Dio. — Capitol. in Pio. 7. — Lib. 1. ad Seipſ. § 17.

Crimina mos erat illi punire, minore quàm legibus plecti ſolent ſupplicio. Cauſas, Capitales præſertim hominum honeſtorum, ipſe cognovit, & quidem ſummâ æquitate; ita ut Prætorem reprehenderet, qui citò reorum Cauſas audierat, juberetque illum iterum cognoſcere: Dignitatis eorum intereſſe dicens, ut ab eo audirentur, qui pro populo judicaret. Alium quoque Prætorem, dum peſſimè egerat, non abdicare ſe Prætura juſſit, ſed Collegæ juriſdictionem mandavit. Per omnia denique moderatiſſimus, in hominibus deterrendis à malo; invitandis ad bona; remunerandis copia, indulgentia liberandis; fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos.

Capitol. 24. — 12.

Eorum quæ facere amant Principes, nihil non magnum quid aliis momenti confert, & optimo vel peſſimo exemplo admittitur. Vehemens utique, quo animum ad Philoſophiam adjunxerat Marcus ſtudio, parum id abfuit, quin Romanos maximis urgeret incommodis. Siquidem tanta ſubito Philoſophorum excreverat ſeges, quæ habitum & ſpeciem Virtutis & Sapientiæ veræ expertem arriperent, quanta non privatis tantùm eſſet oneri, ſed ipſam etiam vexaret rempublicam. Remedium is confeſtim adhibuit morbo, ſtipendiis & privilegiis protinus ſubtractis; ut inane nomen jactantibus nihil inde creſcere poſſet commodi. Quo facto, aperto ſtatim patuit indicio, inter Titulum & Rem ipſam, Philoſophiæ Virtutes, & Commoditates ambientes, quantum intereſſet diſcriminis. Ita demum Viri verè boni & Sapientes ſuis adhuc prærogativis, nullo malo publico, gaudebant; explosis interim & depulſi, (quod æquum erat) nomen illud ſanctiſſimum ſibi temerè arrogantibus.

Capitol. 23.

Sæpius dicebat, non decere Imperatorem propere quicquam & tranſcurſim agere: Cùm vel in minimis negligentia, rebus in quibus vertuntur maxima maculam non rarò inurat; & Principem graviſſimo probro afficiat. Idcircò maximè, quòd ſi in levibus prætermiſiſſe deprehenderetur, in cæteris calumniam effugere non poſſet. Advocatis, ubi jus redderet, liberam dicendi veniam, & quos vellent aquæ modos dari juſſit. Summæ enim & temeritatis eſſe & inſcitiæ, ſiquis Cauſis, priuſquam quales ſint conſtare poſſit, dicendis modum ponat præſtitutum. Perorantes ſiquidem expectare ad Juſtitiam cùm maxime pertinet; cujus officio fit ſatius, ſi multa ſuperflua & inutilia veniam adipiſcantur, quàm ſi vel unico neceſſario non detur Copia. In Cauſis itaq; omnibus examinandis & diligenter cognoſcendis longior eſſe paulò, ut undecunque vel in leviſſimis, jus inveſtigaret; nec enim in jure reddendo, leve quid eſſe poſſe exiſtimabat. In gravioribus autem & momentoſis ſtatuminandis, etiam decem aliquando & duodecim dies abſumere non eſt gravatus. Interdum etiam & noctu cognovit; quin & Comitiis ad noctem uſq; frequenter interfuit; neque unquam receſſit de Curiâ, niſi Conſul dixiſſet, *Nihil vos moramur, Patres Conſcripti.*

Vid. Lib. 4. § 2. — Capitol. 10.

Conſcripti. Quæ omnia & laude & admiratione tanto digniora, quòd is valetudine uſque adeò infirmâ erat, ut non modò frigus initio ſufferre non poſſet; ſed etiam modico cibo, idque etiam noctu, ſemper uteretur; Nihil enim capiebat interdiu præter Theriacum, quòd erat infirmo ſtomacho atque pectore. Sibi tamen minimè omnium pepercit, nec eum vel ſalutis ratio prohibere potuit, quò minus, quæ debita credidit Subditis, perſolveret; & iſta omnia & obiret & expleret munera, quibus ſe, quippe qui tum Legiſlator, tum Rex omnium præſtantiſſimus, ſanctiſſimè obſtrictum atque devinctum ſentiret. *Dio.*

Grande nimirum credebat nefas, & ſummæ impietatis poſtulandum, ſi vel tantillum temporis in rebus nihili contereret. Quoties igitur populari vitæ obſequendi gratiâ, ludis aut ſpectaculis interfuit, erat illi conſuetudo, ut legeret, aut audiret aliquid, aut denique ſubſcriberet. Idem in itinere fecit, & in caſtris. Quodque cæteri temporis animo ſolent oblectando, aut laborem fallendo impendere; Is adeò non ibat perditum, ut ſecum tum demum verſaretur per quàm familiariter; meditando, ſubmonendo quid factu opus, quæ jam fecerint rationem exigendo: Huic ſiquidem curæ ut nunquam non ſuo viveret compendio, Opuſculum planè mirandum retulimus acceptum. Ad calcem ſiquidem Libri primi & ſecundi notata, Carnunti hunc, Illum verò Quadis compoſitum docent: Bello interim omnium infeſtiſſimo cruentiſſimoque Regem nihilominùs ſollicitum habente. Pleraque etiam ejuſdem notæ alia Animus ſapientiæ feraciſſimus, & horarum adminiſtrator frugi produxit: quæ temporum injuriâ perierunt. Et illa quidem interiiſſe omnia minus eſſet iniquo ferendum animo; Si Commentarios ſaltem, in quibus vitam omnem morêſque depinxerat ſuos, & quos tanquam Archetypum ad quem ſe Filius componeret, reliquit, in tanti diſpendii ſolatium, meliora ſervâſſent auſpicia. *Capitol. 15.*

Salutem & Gloriam Reipublicæ in eo verti potiſſimum ratus, ut ſanis omnia maturentur Conſiliis; ſemper ille cum Optimatibus non ſolum Bellicas res, ſed etiam Civiles, priuſquam faceret aliquid, contulit; Sapientiſſimis nempe ex omni Civium ſtatu delectis. Nec id, ut ſolet ferè, oſtentationis causâ factum, aut inani laudis affectandæ ſtudio; ſed alienam potius ut inveſtigaret ſententiam quàm ambitioſè ut venditaret ſuam. Præcipuum nempe in ore illi fuit: *Æquius eſt ut tot & talium amicorum conſilium ſequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem ſequantur.* Ad Iſtam autem refutandam qua animos præpediri ſolenne eſt opinionem: Aliorum nempe judicio cedere, laudibus hoc eſſe detrahere ſui; id ſibi, nobiſque præcepti dedit, & veriſſimi, & maximi hac in re momenti: *Homines*, ſcilicet, *arbitrio proinde libero uti, aliorum obſequutos conſilio, ac à ſeipſis excogitata tantùm & animi proprii ſtudia inter agendum adhibentes.* *Capitol. 22.*

Fidem datam fallere ſumma illi Religio erat. Iſtis itaque quò minus Politicorum figmentis, veritatis interim diſpendio, morem gereret, qui Principem regnandi peritum à pacto omni & promiſſione liberum autumant, ex quo illi non pepigiſſe expediret magis; & ſuo Id inſculptum animo, & alienis infigendum penitus reliquit, Principibus verò præſertim ſanctiſſimè obſervandum, *Nihil unquam in pretio pro utili habeas, quod eò te adigat, ut fidem fallas.* *Lib. 3. § 7.*

Provincias ex Proconſularibus Conſulares, aut ex Conſularibus Proconſulares, aut Prætorias, pro Belli & Reipublicæ neceſſitate fecit. Quas utique Senatus Populuſque Romanus pro ſuis vindicabat, cum illis quæ Imperatoris habebantur propriæ ſæpe permutavit. Nec id temere factum. Ità enim, quod monuit olim Auguſtus, à quibus nihil erat metuendum, illas commiſit populo; in quibus autem illi fiduciæ erat parum, iſtas in ſe; per Præſides & Legatos, hoc demum pacto ſuſcepit coercendas. *Capitol. 22.*

Famæ erat ſuæ curioſiſſimus, & requirens ad verum quid quiſque de ſe diceret, non eo ut licentiam malevolorum comprimeret conſilio, ſed animo emendandi quæ bene reprehenſa viderentur; non, ut laudantium ſeſe efferret encomiis, ſed ut ad faſtigium virtutis, iſdemum pergendo, tandem evaderet. Et is quidem, quia durus ex Philoſophiæ inſtitutione viſus, ad militiæ labores, & ad omnem vitam graviter carpebatur; ſed male loquentium dictis, vel literis, vel ſermone reſpondebat; vel ut ſe omni eximere culpâ, vel ut illis falſi arguere, & ad rectum perducere poſſet, *Capitol. 20.* *Capitol. 22.*

Capitol. 11. "Falsis delatoribus notam apposuit; Delationes quibus fiscus augeretur contempsit; "cui etiam in Causis Compendii nunquam judicans favit: Curatoribus Regionum ac "viarum potestatem dedit, ut vel punirent, vel ad præfectum urbi puniendos remitte- "rent, eos qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent. Cum populo denique "non aliter egit, quàm est actum sub Civitate liberâ.

Magnifica quæ cæteris Imperatoribus perquam grata erant Nomina, sibi delata Marcus per verecundiam recusavit. Ædem sibi & aras extructas noluit, Virtutis esse unius Homines Diis consociare existimans, populi vero adulationes, & officiosa Senatûs decreta nihil ad id adjumento esse posse. Quicunque autem bene regnaverit, illi Totum terrarum orbem Templi, Sacerdotum probos piosque universos, vice defungi certus.

Id unum interea loci agebant Marcomanni, ut ficto lactatum obsequio amoverent procul Imperatorem; viribus per ejus absentiam receptis, armis denuò, ubi primum idoneum nacti essent tempus, ferociores adversus Victorem insurrecturi. Copiis igitur Capitol. 22. adauctis, metum Romanis haud mediocrem incusserant, ea propter præsertim, quod Gentes omnes ab Illyrici limite Galliam usque, belli sibi socias adjunxissent. Hosti tam formidando accessit & istud infortunii, quòd pestis etiamdum sæviret maximè, quæ magnam militum partem dudum absumpserat; nec Marco, unde Legionibus tàm morbo quàm prœlio confectis supplementa conscriberet, facile erat excogitatu. Adhæc, ærarium ad hoc bellum jam omne exhaustum difficili adeo rerum ambage implicuerat, ut quæ antehac Reipublicæ incubuerant mala, levia præ præsentibus viderentur omnia; Ad extrema igitur deventum esse existimantibus, & quo se possent expedire pacto prorsus ignaris, in unâ Imperatoris Prudentiâ spei erat reliquum.

Militibus is igitur conscribendis operam impendit quantam potuit maximam, &, urgen- Capitol. 21. te rerum necessitate, Gladiatores armavit, Latrones etiam Dalmatiæ, Dardaniæque, necnon & servos stipendia facere coegit, quod etiam olim Bello factum Punico accepimus. Deforme quidem id, & famosum nimis visum est auxilium, sed rebus desperatis nihil aspernandum esse medelæ, rectè existimavit. Id forsan magis demirere, quòd Populus tanto terrore percitus, tot tantisque simul attritus infortuniis, quo tamen res essent loco, aut parùm cogitans, aut præ voluptatibus & spectaculis (ut vulgi fert ingenium) nihil curans, pacem & Victoriam tanti emptam noluerit. Passim igitur audire erat Gladiatoria reposcentes munera, vituperia etiam per vicos & gravissima in Imperatorem jactata Capitol. 23. Convicia; *Philosophiæ nempe studiosum, & ipsum severiorem paulò, illos etiam jam ludis & spectaculis spoliatos, ut vel ingratiis fierent Philosophi, coacturum.* Nihil ille querimonias, aut contumeliosas moratus obmurmurationes, utpote quem vulgi mores minimè omnium fefellerint. Nec abs re istos arbitror bariolatos, qui his in hâc causâ lacessitum injuriis, id nobis Apophthegmatis verè aurei excogitâsse existimant, quod ad Lib. Τῶν εἰς ἑαυτὸν iv. § 16. occurrit: *Intra decimum diem Deus illis ipsis videberis, quibus nunc pro Belluâ haberis, si ad decreta rationisque cultum te retuleris.*

Cæterùm gravius longè de Fisco opibus exhausto restabat, cui haud perinde erat in promptu medelam adhibere incommodo. Quod potuit tamen, * Nervam & Trajanum * Plin. in Panegyr. secutus duces, in tantâ pecuniæ inopiâ Bona Imperialia, & Supellectilia pretiosissima, venum decrevit secum exponenda. Provincialibus extrà ordinem aliquid imperare, (quod perpaucis esse solet regnantibus, durâ præsertim premente Ærarii angustiâ) summa erat illi Religio. Sed quoniam Privatis Ornamenta adeò magnifica, nedum Majestatis Imperatoriæ propria gestare, aut illis uti fruive nefas esset; cautum est inprimis lege, ut viri clari eodem quo & ipse uterentur cultu, vel ministeriis similibus convivia exhiberent, quin & alio quovis Supellectili ut auctis esse liceret. Pocula itaq; Aurea, Chrystallina, & Myrrhina, vasa etiam regia, Vestem Uxoriam Sericam & Auratam, Gemmásque quas in re- Capitol. 17. positorio Sanctiore Adriani repererat multas, satius habuit vendere; quàm Belli Commea- Eutrop. tum ratione aliquâ novâ, & Legibus ignotâ, Subditis exorquere. Per duos quidem menses Auctio celebrata est in foro Trajani; nec frustrà illud fuit consilii. Genti enim Romanæ (quo in Reges esse animo omnes ferè solent Populi) quibus, Bello quod suâ perinde

atque

atque illius intereſſet gerendo, aut unde optimi Principis extremis rerum impeditarum angustiis ſubveniri poſſet, nihil ſuppetebat argenti; tanta erat in promptu Ornamentis emendis pecuniæ vis; ut in Ærarium continuò redigeretur, quantum Marco reliquias belli Marcomannici ex ſententiâ perſequenti ſuffecerit. Poſtea idem poteſtatem Emptoribus dedit, ut ſiquis vellet empta reddere, atque aurum recipere, ſciret licere. Nec moleſtus ulli fuit, qui vel non reddidit empta, vel reddidit.

Sub ipſis profectionis diebus filium natu minorem, Nomine Verum Cæſarem, Septennem amiſit; Tubere ſub aure (præ Medicorum nimirum imperitiâ) intempeſtivè exſecto. Forti is & æquo tulit animo, Jovis Optimi Maximi qui tunc erant ludos luctu interpellatos publico noluit, * Medicos eſt ipſe conſolatus, & præmiis (quantumvis infelicis Operæ) ornavit: Ut ſtatuæ tantummodò filio mortuo decernerentur juſſit, & Imago aurea Circenſibus per pompam ferenda, & ut Saliari Carmini nomen ejus inſereretur. Poſthæc conſolationibus tanto dignis viro vacans, publicis actibus ſe reddidit, Deorum ſacra ritè peregit, & votis pro more factis hoſti profectus eſt obviam. *Capitol. 22.*

* *Lectionem iſtam conſolatus Medicos Caſaub. & Salmaſ. improbant maximè. Graviorem admittendam cenſeo. Sed in iſta interpretum diſcrepantia, ut ipſe D'Acerii veſtigiis inſiſterem, numeris & incepti ratio poſtulat.*

Bellum ità demum de integro orditus eſt, & diuturnum, & anceps, & operoſum, præcæteris quibus implicitus eſt omnibus. In Carnunto ſtativa habuit, Copias ponti navigiis confecto impoſitas Iſtrum trajecit; ipſe Dux viæ in hoſtem profectus eſt. Plurimis potior factus prœliis villas & domicilia vaſtavit incendio; Multos conjuratorum principes, quos victoriæ tam præcipitis inceſſerat formido, veniam poſcentes in gratiam & amicitiam recepit.

Fauſta tamen ineuntis belli auſpicia, parum abſuit, quin ingens luctu & dedecore contaminâſſet calamitas. Dum enim propter fluvium quendam opportuna forte militibus exploraret vada, qui & ſuis objectus moram faceret, & Barbarorum præſidio aggeris ad inſtar oppoſitus eſt; tantum ex improviſo lapidum imbrem effuderunt ab hoſte funditores, ut abſque Militum eſſet Clypeis, qui vim ingruentis procellæ, Imperatorem ſedulò circumfuſi, arcebant, obrutus illic cecidiſſet loci. Romani verò, ut & Ducis in ſummum adacti diſcrimen de hoſte ſumerent ſupplicium, & ſe adeò non periculis animos demittere, ut inde audaciores factos potiùs oſtenderent, fluvium magno impetu tranſeunt, & in hoſtem extemplò tantâ vi irruunt, quantam cum Barbari ſuſtinendo non eſſent, ingentem ediderunt ſtragem. Poſtquam à dimicando utrinque ceſſatum erat, Pugnæ locum reviſit Imperator, non ille quidem partâ victoriâ efferendi ſeſe, aut oculos cæde & ſanguine depaſcendi animo; ſed (ut erat ingenio omnium humaniſſimo) quò miſeris illachrymaret interemptis; tum ſi quid ſauciis opis aut medelæ ſupereſſet loci, ut vitæ ſaltem reliquias curaret ſervandas. Grati denique animi ob prœlium feliciter pugnatum indicio, victimas priùs immolandas juſſit, quàm illinc loci cum exercitu progreſſus eſſet.

Quadi, quod ipſa res erat, Hoſtes inſecuturos eſſe exiſtimantes, ſagittarios cum turmis equitum expeditiſſimis, qui illis in Subſidiis ſubſtarent, & vim Romanorum exciperent, in locorum anguſtiis collocaverant. Hi prœliantium ad tempus exhibere Speciem, & aditu venientes prohibere. Callidi nimis, ut quos rerum eventus incautos fecerat lætus, opportunum nanciſcerentur opprimendi locum. Nec Spes homines fefellit, ſiquidem Romani, ardentiores quàm par erat, in Sagittarios impetu temerario effundebant ſeſe; qui pedem, (prout anteà inter ipſos convenerat) referentes, præcipiti quam dolo ſimulabant fugâ inſequentes eò perduxerunt, ut montibus tandem aridis præruptiſque tenerent intercluſos. Et Hi quidem, quanto premerentur periculo neſcii, conferti fortiter pugnârunt, omnia virtuti ſuæ pervia nulli dubitantes. Iſti verò prœlium interim diſtulerunt; nec enim id ſuo moliri periculo viſum eſt, quod locus ipſe & mora mox eſſent effectura. Romanos, quos temperandi à cæde conſilium quid ſibi vellet omninò latuit, Calor tandem Solis, vires exhauſtæ, vulnerum dolor, & ſitis importuna, morte quàm abeſſent propè, & quibus caperentur hoſtium inſidiis, edocuerunt. Serò quidem miſeris patuit, nec receptus ſupereſſe locum,

Dio. Baron. Annal. ad Ann. Chriſti 174.

locum, nec pugnæ; Id unum reſtare, ut moribundos vel Ardor, & Sitis; vel gladius hoſtilis conficeret. Quum itaque in tantas difficultates incidiſſent, quibus nec furor ipſe potuit nec deſperatio mederi, Antoninus illorum vicem magis quàm ſuam dolens, ordines obequitare, hortari, ſolari, rem facere divinam, ut Numine ſaltem pacato animos illis erigeret. Sed incaſſum omnia, cùm vel ab ipsâ ſpe jam decidiſſent. Occupatos itaque loci anguſtiis, & Solis ardore diu vexatos, penituſque effætos, hoſtes jam ad pugnam ſe parabant, ut victimarum inſtar mactarent. Illis neque in virtute, neque fortunâ, neque Diis ſuis amplius erat fiduciæ; ſed tanquam gladio præbentibus cervicem, nihil nisi Ejulatus, & Gemitus per omnem aciem. Cùm ſubito rebus deſperatiſſimis, in ipſo internecionis articulo, auxilium maturaret Deus. Nubes enim derepente ita coactæ ſunt, ut ipſi tenebras offunderent Soli, & Imber aquæ maximus in exercitum delaberetur. Miſera interim hominum ſpectra, quæ pedibus ſe ægrè ſuſtinuerant, animis ab aquâ decidente paulalum reſumptis, quam largiorem alibi locorum effundi credebant, gradum quantum poterant promovebant, ut loca à Sociis relicta maturius occuparent; hi itaque in cœlum ſuſpicientes univerſi, imbrem non ore tantùm, ſed & ſcutis & galeis ſubjectis excepiſſe, inde etiam & ſorpſiſſe affatim, & equis ad bibendum dediſſe perhibentur.

Dio. Romani igitur, dum in eo eſſent toti ut ardentem ſitim extinguerent, nec locum tenere, nec ordines ſervare, nec mandatis obſequi; quorum de tumultu ut commodi aliquantum perciperent Barbari, magno undique impetu ingruebant. Hi vero gravia cùm damna propterea accepiſſent, quòd adeò in bibendo occupati eſſent, urgentibus tamen hoſtibus, & bibiſſe ſimul & pugnâſſe dicuntur, complureſque ſaucios ſanguinem infuſum in galeas fama eſt cum aquâ ſimul abſorbuiſſe.

Sed vel ità tandem ad vitam reſtitutis parum profeciſſet demiſſa cœlo pluvia, niſi & vehemens grando, & complura fulmina ſimul in hoſtes & numero longè plures & viribus potiores cecidiſſent. Videre utique erat in eodem loco aquam ignemque ſimul de cœlo cadere, atque ob eam cauſam humectari alios & ſitim levare, exuri autem alios & flammis opem humanam ludentibus interire. Nec deſunt, qui Ignem aut non attigiſſe prorſus Romanos autument, aut ſi quos forte attigiſſet, continuò extinctum; Imbrem itidem Barbaros minime irrigâſſe, ſed eos haud ſecus ac oleum inflammâſſe potiùs, ut etiam aquam miſeri requirerent, dum pluviâ perfunderentur. *Ibid.* Quin & partem ſibi vulnera ultrò inflixiſſe, quò ignem ſaltem ſanguine reſtinguerent; partem verò multo maximam ad Romanos confugiſſe, quaſi apud illos tantummodò Aqua ſalutaris eſſet. Quorum Marcus, quâ erat animi clementiâ, miſertus eſt maxime; Milites autem, apud quos plus acceptæ contumeliæ potuit pudor, quàm periculi vel ſui recordatio vel alieni Miſericordia, quicquid inimicorum ſe auſum eſt opponere neci tradiderunt, Cæteris vel Bello captis, vel in fugam conjectis.

Et de hoc quidem Exercitu ſtupendis planè modis ab internecione liberato, plurima (ut ſolet) & longe inter ſe diverſa tradidit Fama. Arnuphin quendam perhibent nonnulli, qui cum Marco erat, Magum Ægyptium, dæmonas quibuſdam artibus Magicis Aereos invocaviſſe, ac per eos pluviam extorſiſſe. *Ibid. Lamprid. in Heliogabalo.* Nec id nobis mirum eſſe debet, ſi inter tot tamque Superſtitioſa Ethnicorum deliramenta, id vehementi ageretur Studio, ut Romæ ſervatæ honos & remedia periculi ſpem omnem exſuperantis illorum Religionis figmentis, & Numinibus falsò creditis, accepta referrentur. Cujus tamen vel leviſſimæ Suſpicioni id unum

§ 6. eliminandæ eſt ſatis, quod de ſe Marcus in Primo *Ad Seipſum* Libello poſteris mandavit; *Quòd is nunquam*, ſcilicet, *rebus inanibus impenderit ſtudium, neve eis fidem adhibuerit, quæ à Præſtigiatoribus & Magis de Incantationibus, dique dæmonibus averruncandis, aliiſque ejuſmodi impoſturis dicuntur.*

Capitol. 24. Precibus Alii unius Imperatoris, de Virtute ejus & Pietate, quæ revera erant laudatiſſimæ, honorificè ſentientes, id tribuere Miraculi nulli dubitant; Ipſum enim, manibus in cœlum ſublatis, cum jam de ſe ſuiſque pene actum eſſet omnibus, ità ferè inclamâſſe, "*Domine Deus, Vitæ Author & Origo, Te ſupplex opem poſco; manibus ad te ſublatis, ab alieno ſanguine puris!*

Ethnici

Ethnici verò, ut suæ Religioni eventûs tam eximii tamque mirandi gloriam arrogent, dum tantam impendunt operam ; id saltem nobis Veri de suis relinquunt exsculpendum mendaciis ; ut ab operosè disceptantibus unde facta fuerit, quin facta fuerit omnino res ipsa, disceptationi nihil superesset loci. Quanquam nec ab inimicis Veritati petenda sunt idonea Facti testimonia ; cùm & certissimis, quæ sera potest vel habere vel sperare posteritas, id traditum sit nobis & compertum monumentis. Nec igitur verendum, ne aut credulitatis temerariæ arguamur, aut rei Christianæ studiosi nimis fabulosis sustentandam fulcris anxii curemus. Non istis indiget Fides nostra adminiculis ; non ii sumus Christiani qui verî ergò falsa fingere sustineamus. Sed ut nec falsi simus nec creduli, manet tamen huic Narrationi solidum suum & idoneum veritatis fundamentum. Quid enim illis reponendum contrà excogitabis, quæ eâdem fere ætate Authores scriptis mandârunt, Dionem interim mendacii postulantes ? Quòd nempe Marcus, quum Legionem unam haberet ex militibus Melitenis (è Cappadocia sunt isti) qui omnes Christum colebant ad eum Præfectus Prætorianorum venit, nescientem in illo prœlio quid consilii caperet, timentemque toti exercitui. Ei hic fertur dixisse, Nihil esse quod ii qui Christiani nominantur precibus impetrare non possint, essèque Legionem integram in exercitu hominum hujus generis. Opportunum itaque id fore oppidò, si quam aliunde sperare non potuit Salutem, an ipsorum danda sit precibus, experiretur. Marcum hâc re cognitâ ab iis convocatis petiisse, ut Deo suo preces funderent supplices. Quòd quum fecissent, Deum eos exaudivisse subitò, & hostes fulmine dum percuteret, Romanos autem recrearet pluviâ, se unum esse & verum Deum illo testatum indicio, cui venti & fulgura obtemperant soli, & Patres illorum ad extrema usque discriminum adactos miris eripere modis olim erat solenne. *Xiphilin.*

Sed nec id etiam iis qui mente sunt sanâ ambigendum, quin literis ad Senatum scriptis rei ut erat historiam retexuerit Marcus, Christianos collaudaverit, nequid in illos atrocius admitteretur, ne quis impune Religionis ergò postularet, quin sanctissimè inhibuerit. Quæ omnia certis satis indiciis esse possunt, opem cœlitùs demissam horum precibus eum acceptam retulisse. Has sæpius apud Veteres memoratas constat, nec literas essent Imperatorias crepare ausi, Tertullianus, aliique ejusdem ferè temporis Scriptores, temerè, aut nisi iis qui jam tum superstites essent notissimas. Id nempe, Procacitatis fuisset minimè ferendæ, id causam Christianam adeò non coram persequutoribus dicentis, ut labem potius esset inurentis, & Scapulam Senatumque quo potissimum ad sævitiam & rabiem incenderet pacto, sedulò excogitantis. *Tertull. Apol. cap. 5.* *Ad Scap. cap. 4.*

Sed nec iis assentior tamen, qui Justini Apologiæ ad calcem adjectam ipsissimam opinantur Marci Epistolam. Ista nimirum ad Senatum data est, hominum cœtum Superstitionibus imbutorum, qui istius testimonii honorem Christianis invidebant maximè : Nec illos non omnem moturos lapidem sperare fas est, quò minus id intemeratum posteris mandaretur, quod vim & potentiam Deorum suorum irritam, Christianos autem voti compotes factos, & ipsorum Deum etiam in extremis omnium facile potentem prædicaret. Spiritui igitur Mendacii & Invidiæ tribuendum, quòd perierit Epistola Christianis in honorem sempiternum cessura. Periisse siquidem nullus dubito, cum nedum Eusebio Historiam scribenti genuinæ supereſſent Antonini literæ, ab illo nimirum (si secus fuisset) integræ operis ut solet filo intertexendæ. Istâ tamen ad Justinum Epistolâ ne se fraudatum conqueratur Lector, adjiciendam (hîc loci) curavimus.

MARCI IMPERATORIS EPISTOLA

ad Senatum Romanum: qua testatur, Christianos victoriæ Romanorum contra barbaros causam fuisse.

IMperator Cæsar M. Aurelius Antoninus [Philosophus] Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano & sacro Senatui salutem. De mea benignitate consilii institutique mei vos certiores feci. Supra modum consequutæ sunt in Germania ærumnæ graves ad confinium periclitantibus laborantibusque, & à septuaginta quatuor draconibus nono miliario oppressis nobis in Cotino. Qui cum non longe abessent, exploratores id nobis indicarunt: & itidem Pompeianus copiarum nostrarum Militarium præfectus ea significavit, quæ prius nobis cognita erant. Oppressus autem eram ab ingenti multitudine, cum mecum essent copiæ delectæ legionis primæ, decimæ, geminæ, ferentariorum, mistæ. Cum ergo renunciatum esset, exercitum ex omni turba conferta nongentorum septuaginta milium adesse: ipse quoque vires meas inquirens, & copiarum numerum iniens, & cum multitudine barbarorum atque hostium conferens, ad rem divinam diis patriis per preces faciendam decurri. Et vires meas in angustum redigi cernens, evocavi qui apud nos dicuntur Christianos: ac per inquisitionem magnum eorum inveni numerum: acriusque in eos infremui. Quod quidem minime factum oportuit, propter eam quam in illis postea competi esse virtutem: unde illi pugnam, non autem à telorum armorumque expeditione, quod ingratum atque inimicum hoc eis sit, cœperunt. Quapropter æquum est, quos Deos & à Diis alienos esse suspicati sumus, ut eos norimus Deum in conscientia, suapte sponte illapsum atque ibi inclusum [seu potius incolentem,] habere. Nam projicientes se in terram, non pro me tantum,

ΜΑΡΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρῆς Χριστιανοὶ αἰτίους γενομένους τῆς νίκης αὐτῶν.

ΑΥτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος Γερμανικὸς, Παρθικὸς, Σαρματικὸς, δήμῳ Ῥωμαίων, καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ χαίρειν. φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὰ ἐξ ἐμοῦ σκοπούμενα, ὁποῖα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ περιτάσεως διὰ φειδωλῆς ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεσογείᾳ κωμῶν καὶ ἀστεων, ἐν Κοτίνῳ καλαμβανομένῳ μου κατὰ δεκατέσσαρα καὶ ἑβδομήκοντα τετράρων, ἀπὸ μιλίου ἐνάτου ἡμωμένων ἢ αὐτὴ ἐγγὺς ἦλθε, ἐξαπλωσάντων ἐμαύτων ἡμῖν, καὶ Πομπηιανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν ἅπερ εἴδομεν (καλαμβανόμενος ἢ ἡμεῖς ἐν μεγάλῃ πλήθει ἀνίκλε, καὶ γραδιμάτων λεγεῶνος πείμας δεκάτης, γεμιναρίων σία μίγμα καθειλημμένου) πλήθη παρεῖναι μυριάκις ὄχλου χιλιάδων ἐννακοσίων ἑβδομηκονταέπτα. ἐξέβασας ἓν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, καλέσασθαι εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. ἀμελέμενος ἢ ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν στενοχωρίαν μου διορύσας τῆς δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Χριστιανούς, οὓς ἐφωράσας, εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν, καὶ ἐμβεβιασάμενος εἰς αὐτοὺς ὅσον οὐκ ἔφθειρα, διὰ τὸ ὑστερον ἐπιγνωσθῆναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν· ὅθεν ἀρξάμενοι, ἃ βελῶν θέλγεσιν, ὅτε ὅπλων, ὅτε σαλπίγγων, διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶδος τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς, διὰ τὸν θεὸν ὃν φοβοῦσι κατὰ συνείδησιν. εἰκὸς ἦν ὄντα, ὡς ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι, θεὸν ἔχειν αὐτόματον ἐν τῇ συνειδήσει τελεσιουργούμενον. ἰδιαίτερος γὰρ ἑαυτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ neque à tubarum classico, exordiuntur: propter Deum, quem in conscientia ge-

tantum,

οὐδὲ ἐμοὶ μόνον ἐδόκησεν, ἀλλὰ καὶ οὐδὲ τῷ παρόντι στρατεύματι, παρήγγειλε γνώναι δίψης καὶ λιμοῦ τῆς παρούσης. πεμπταῖοι γὰρ ὕδατος οὐκ εἰλήφεμεν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι. ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσογαίῳ τῆς Γερμανίας, καὶ τοῖς ὄρεσιν αὐτῆς. ἅμα δ' τῷ τότε ῥῖψαι ἅπαντας ἑαυτοὺς, καὶ εὔχεσθαι θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγνόουν, εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθησεν ἐφ' ἡμᾶς ψυχρότατον, ὅπου δ' τοῦ Ῥωμαίων ἐπίκεινται, χάλαζα πυρώδης· ἀλλὰ καὶ ἐνθὺ θεοῦ παρουσία ἐν εὐχῇ γενομένου παραυτίκα, ὡς ἀνυφορλήτου καὶ ἀκαταλύτου. αὐτόθεν οὖν ἀρξάμενοι, συγχωρήσομεν τοῖς τοιούτοις εἶναι Χριστιανοῖς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιοῦτον αἰτησάμενοι ὅπλον, ἐπιτύχωσι. τὸν δ' τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστιανὸν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι. Εἰ δ' εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ ὅτι Χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν πεπρα-γέναι Χριστιανὸν πεφάσκοντα εἶναι βούλομαι μηδὲν ἐγκαλέσαντα, ἢ ὅτι Χριστιανός ἐστι μόνον· τὸν δὲ τοῦτον, ζῶντα κρίνεσθαι. τὸν δὲ Χριστιανὸν ὁμολογήσαντα, καὶ σωτηρίαν ἐκ τοῦ τοιούτου, τὸν πεπρακότα τοῦ ἐπαρχίαν εἰς ἀπάτην καὶ ἀνελευθερίαν τὸν τοιοῦτον μὴ μετάγειν. ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυροῦσθαι βούλομαι, καὶ κελεύω τοῦτο μου τὸ διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τῷ Τραϊανῷ προτίθεσθαι, ὅσος τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι. φροντίσει ὁ πραίφεκτος Βηρ-νος Πολλίων εἰς τὰς πέριξ ἐπαρχίας πεμφθῆναι· πάντα δὲ τὸν βουλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ, ὧν προτίθεται παρ' ἡμῶν.

tantum, sed & pro exercitu qui tum ibi aderat universo, precati sunt; ita ut solatio nobis essent in præsenti fame & siti: in quintum enim jam diem aquam, quod ea defecisset, non ceperamus: nam in meditullio Germaniæ, & in finibus hostium eramus. Simul atque vero illi in terram sunt provoluti, & Deum precatione invocarunt, quem ego ignorabam, confestim aqua de cœlo est consequuta: ad nos illa quidem frigidissima, in Romanorum vero imminentes hostes grando ignea. Sed & cum oratione ipsa illico præsentia Dei affuit, tanquam insuperabilis & invicti. Inde igitur incipientes, permittemus hisce, Christianis esse: ut ne id genus armorum adversus nos [precibus] illi utentes, voti compotes fiant. Quocirca consulens statuo, ne hominem hujusmodi, quod videlicet Christianus sit, accusare liceat. Si quis autem inveniatur Christianum, propterea quod Christianus sit, deferre; delatum ipsum Christianum, qui hoc sit professus, nulloque alio crimine accusatum, quam quod Christianus sit, manifesto se pro eo gerere: delatorem vero ipsum vivum comburi volo. At Christianum confessum, ac proinde eo nomine tutum atque securum, is cui provinciæ præfectura credita est, ad pœnitentiam ejusmodi professionis & statum illiberalem non traducet. Hæc vero etiam Senatusconsulto confirmari volo: & constitutionem hanc meam in foro Trajani proponi jubeo, ut legi possit. Illam quoque in provincias quasque mittendam curabit Verasius Pollio præfectus. Quicumque autem hac uti, & habere exemplar ejus voluerit, ne recipere id ex eo quod à nobis propositum est, prohibeatur.

Istud etiam hallucinatos esse nonnullos non est diffitendum, quod Legionem Melitinensem idcirco *Fulminatricem* nuncupatam autumant, quòd Quadi eorum precibus sint fulmine percussi. Satis enim constat, Legionem, cui *Fulminatrix* erat cognomini, etiam apud Augusti exercitum extitisse; titulo nimirum isto insignitam, ob Clypeos, in quibus Fulmen erat depictum, in manibus, discriminis ergò, gestatos. Vid. *Baron. ad Ann. Chr.* 176. *Scalig. in Euseb. Chron.* p. 222, 223.

Brachio, uti jam dictum est finito, Antoninus à Militibus septimùm Imperator appellatus est. Quod etsi admittere non consueverat, priùs quàm esset decretum à Senatu, tamen non repudiavit. Faustina quoque Augusta *Mater Castrorum* appellata est. *Ann. Chr.* 174. *ad Euseb. Dion. Epit.*

Marcus isthîc tam infamis loci minimè commorandum ratus, eâ ipsâ nocte diem portentosum sequutâ, castra movit; & spatia nactus commoda vallo sepsit. Militibus deinde corpora curandi per dies aliquot indulta est copia; quibus exactis, de hostibus certior per Speculatores factus, adhibitis ad consilium Præfectis, quam illi insistebant viam in sequendum decrevit. Castra propter fluvium metatos invenit, Pagis utrinque positis, qui exercitûs extrema clauderent. Flumen Copiæ trajecerunt, Funditoribus & Sagittariis quantumvis obnitentibus; ripam deinde simul adversam attigissent, magnam in Barbaros Vim fecerunt. Et irruentem quidem illi aciem exceperunt, sed, ubi fortissimos quosque, & ad pugnam acerrimos primus iste prostravisset impetus, cæteri virtute parum fisi loco posteà cesserunt. Cædes ibi secuta est atrocissima, Campi omnes cadaveribus pleni; furorem enim Militis ægrè admodum cohibuit tandem Imperator; cui familiare id est, ut quamvis laboribus pene confectus, de victo tamen hoste dum sumit Supplicium, ut vires refici credat suas. Ingens hominum multitudo capta est, & è Regibus etiam conjuratis nonnulli, cum liberis etiam & uxoribus, ferro vincti ad Antoninum deducti sunt.

Hâc partâ victoriâ exercitum Imperator ad Granum flumen admovit, (quod Quados à Sarmatis, Jazygum gente omnium quotquot Barbararum sunt bellicosissimâ, disterminat;) & ut in promptu esset illi trajiciendo jussit. Ab isto non longe & alterum aberat, spatium autem fluminibus interjectum occupaverat omne Sarmatarum acies. Legio Fulminatrix prima castris educta, pontem navigiis junctum conscendit, Sarmatas progredientes repellere conatos detrudit, quorum plerisque vel trucidatis, vel in torrentem præcipitatis, in fluminis secundi ripâ Aquilas defixit. Dum hæc agerentur reliquus trajicitur exercitus; qui cum omnis ripam ulteriorem conscendisset, Antoninus Diis sacra facere extemplo, castrorum ambitum delineare, vallo denique & muniendis Castris incumbere. Tantis obstupefacti & tam inopinatis progressibus, legatos confestim mittunt Barbari; sed conditionibus ab Antonino reprobatis, Classicum canendum, & aciem illico in procinctu habendam jussit. Alterum itaque amnem Legio Fulminans transiit prima, & in equitatum Jazygum tanto sese effudit impetu, ut protinus in fugam conversus & profligatus fuerit omnis. Agri itaque profligatis his extemplo vastantur, præda reportata est amplissima, tam pecoris quam hominum vi magnâ captâ. Regionum circumjacentium Incolæ se Marco protinus dedunt, pacem orantes; Obsides ille fidei firmandæ traditos admisit; & Principes, pro more Barbaris usitato, concilia in locis variis atque desertis habere, cum ab his accepisset; maturandum censuit, & gradu tam concitato produxit copias, ut inopinatos opprimeret. Isti adventu tam improviso, quique nuntios & famam ipsam anteverterat, attoniti, stupore magis quàm terrore perciti, ad genua ejus provoluti veniam obtestantur. His itaque in castra ablegatis, ipse cum copiarum delectu progressus est ultrà, Exercitum inter sylvam & paludem arundine consitam castrametatum, ut temporis & loci tulerit ratio, adorturus. Acriter utrinque est dimicatum; Romani præsertim tanto sunt furore accensi, ut fractis Sarmatarum copiis, occisis plerisque, numero Captivorum ingenti, agro atque oppidis flammâ ferroque devastatis nondum contenti, aufugientes facibus accensis exquirerent, qui noctu se in sylvam & paludosas latebras receperant. At Antoninus ut se tunc temporis gesserit reticere summum jure nefas haberetur, cùm omnia id & victoriâ & Trophæo sit virtutis monumentum perennius. Is sylvam est ingressus, ut exploratos qui ibi laterent fugitivos furori militum subduceret, & non tàm rogantibus condonandi, quàm ut rogati clementiam ejus experiri sustinerent, impetrandi animo. " Usque adeò suum ipsius ingenium moresque graphicè depinxit, dum qui aliis prodest, eâdem eum operâ sibi præsertim benefacere monuit.

vid. Subscrip. ad calcem l. 1.

Lib. VII. 13.

Lib. XI. 4. & alibi.

Hostem tot tantisque cladibus atque infortuniis attritum nondum suæ Ditionis fecerat; pulsi Sarmatæ fugatique prœlium tamen redintegrant, nec nisi justâ demum victoriâ finis huic imponi bello potuit. Hanc autem de Barbaris reportare omnium erat difficillimum, quibus exercitum omnem discrimini objicere non est moris; sed ita potiùs decertare, ut victis etiam ampla satis, ad hostem vel repellendum vel lacessendum, superfint semper copiarum Subsidia. Anni igitur jam in hyemem devergentis incommoda, ut quantum posset, suis

ſuis amoliretur, quo tempeſtivum bellum confici poſſet nihil non tentavit. Legatos itaque, non tàm pacis conſequendæ, quàm temporis terendi gratiâ miſſos, inſuper habuit; In abdita penetrare certus, ut ſubſidiis, in quibus fiduciæ iis erat plurimum, ſimul deturbatis, direptiſque opum reconditarum præſidiis, ad rei perveniri exitum poſſet. Quod tamen anceps eo erat magis & aleæ plenum, quoniam & via longa erat, & loci aditu difficiles, & Milites à Barbarorum quotidianis irruptionibus vexarentur, & lentè progrediendum eſſet, ne præ nimiâ feſtinatione incauti vel cæcis opprimerentur inſidiis, vel regione parum perſpectâ, aut loco parùm commodo, ad arma deventum eſſet. Sed iſtis ſe demum difficultatibus emerſit Antoninus. Ad caſtra nempe Sarmatarum admovit copias, inter Sylvam ſpatioſam, & Iſtrum gelu ſtrigentem poſita. Hîc, habitâ prius deliberatione, quo potiſſimum pacto munitos aggrediretur, exercitum in aciem produxit. Fecerunt idem & Barbari. Claſſico protinus audito ſpicula Romani in hoſtes contorquent, qui firmo pede ingruentium impetum excepere. Ancipiti diu cruentoque decertatum eſt prælio; donec Romanos tandem ſe parum profeciſſe ægrè ferentes, & obnixu tam præfracto in furorem verſo, & ira ſtimularet & pudor. Ictus itaque ingeminant, & Equitatum tandem loco pulſum ad ripas Iſtri profligarant. Jam Flumen Hoſtes conglaciatum petunt, pedites Romani nihil ſibi metuentes periculi, ubi Salutem ſperabant Barbari, inſecuti ſimul; cò promptiores, quòd quos jam terrâ vicerant, Aquâ denuò vincendi deſiderio flagrarent. Hîc enim perinde, imò acrius & vehementiùs, quàm in continente erat, pugnatum eſt: Jazyges, quum Romanos ſe pone ſequi intelligerent, ſperarentque facile ſe poſſe eos conficere, quòd glaciei eſſent inſueti, Impetum jam impune ſuſtineri poſſe putaverunt. Ergo Romanos alii à fronte adoriuntur, alii à lateribus Equites irruunt, quòd eorum equi in hujuſmodi glacie currere tutò didicerant. Et ſanè concuſſa eſt impreſſione ferociſſimâ acies Imperitoria, effractáque eſſet penitûs, ni novum ſibi Scutorum uſum in locô excogitâſſent: Siquidem malè tractati animos tandem reſumunt, converſi adverſique facti hoſtibus magna pars ſecuta deponunt, atque quò minùs cadant, pedem in iis alterum firmant. Hoc pacto eorum impetum primò ſuſtinent, arreptiſque alii frænis, alii Scutis & contis eos ad ſe pertrahunt; Hinc implicati ſimul, & manus conſerentes, Seſſores equis dejiciunt. Nam Barbari, quòd leviter erant armati, Romanis qui gravioris erant armaturæ reſiſtere minùs poterant. Ex quo factum eſt, ut pauci admodum de multis vel in ſylvarum latibula aufugerent, vel in Caſtra munitionibus inſtructa, ſe reciperent. Imperator, de fugitivis parum ſollicitus, quos & timor imbelles reddiderat, & rerum inopia brevî retraheret, arces & propugnacula continuò adortus eſt. Nec prohibere poterat vel loci opportunitas vel obſtinatus propugnantium furor, quin is tandem potiretur, & ab extremo hoc in quo fiducia erat omnis poſita, perfugio Barbaros depelleret.

His ità compoſitis, Copias Antoninus in hiberna miſit, Syrmio ipſe uſus eſt, oppido ad belli ſubſidia & fomenta propter propinquitatem idoneo. Dum ibi ageret per Demoſtratum & Praxagoram delatus eſt apud illum Herodes, Horum Criminationem, & iſtius defenſionem ſibi cognoſcendam ſumpſit; Herodem iſti tyrannidis & inſolentiæ poſtulabant, necnon & Intimam, quæ Illi cum Vero interceſſerat conſuetudinem inſimulabant & amicitiam, Criminis participem inſinuantes Vero affi&ti, & conjuratum ſimul in Marci vitam veneno tollendam. Herodes autem Inſidias ab ipſis, Athenienſes nempe in Regem excitantibus, ſibi inſtructas eſſe dictitabat. Herodis adverſarios fovebant ſtimulabantque Quintilii, qui cùm Græciæ præeſſent, magnam exiſtimationem adepti ſunt, Attico vero infenſi, Exitium ejus omnibus quibus poterant modis moliebantur. Quintilios ſiquidem is, cum magnis à Rege honoribus affectos videret, *Equidem*, inquit, *Jovem Homericum reprehendo, quod Trojanos adeò diligat.* Momordit nimirum Viros Troade oriundos, & inveteratas peperit Simultates; Nec tanti quos voluit perſtringere, quanti ſibi conſtitit Authori, hæc Sententia. Quintiliis enim adjuti Demoſtratus & Praxagoras, qui abſque illorum eſſet ope parum potuiſſent, apud Imperatorem pollebant plurimùm, & magnas Herodi moleſtias faceſſebant.

Is eſt qui Marcum & Verum inſtituit Rhetor celeberrimus Herodes Atticus ſuprà memoratus.

Vid. Philoſtr. in Vitâ Herodis.

Philostr. Aures illis facillimas præbebant & Marcus & Augusta etiam, & causam sæpiùs dicentes tam prono excipiebant studio, ut nullus dubitaret Herodes, quin Athenienſium causæ ut faveret magis, Conjugis & Filiæ, (quibus gratioſum ſe præſtiterat Demoſtratus,) precibus commotus Antoninus, animum induxiſſet ſuum. Herodes autem, tum ob æquiorem inimicis Imperatorem indignabundus, tum ob ærumnam, quam ob geminas puellas ſibi chariſſimas, (quas filiolas nuncupare ſolitus erat) fulgure ſimul noctu interfectas conceperat, amens animi factus, ad Regis prætorium manè acceſſit. Mortis utique cupidus, nec mentis compos. In Imperatorem acriter, & nudâ linguâ his vocibus invectus eſt. *Hæc ſcilicet affert mihi Lucii Commercium, quem Tu ad me diſcipulum & hoſpitem miſiſti; unde jus dicis, Mulierculæ, & Puellulæ trienni me concedens.* Ibi cùm Præfectus Prætorio, mortem minitatus, manum ei eſſet injecturus, Antoninus ne faceret interdixiſſe, quin & nec Supercilia contraxiſſe fertur, nec oculos torſiſſe; ſed tantùm ad Athenienſes converſus *Cauſam ut dicerent ſuam* juſſiſſe, *tametſi Herodes non permitteret.* Ibi verò Demoſtratum audiens in multis doluit, cum verò Herodem incuſabant, *beatos illos qui lue graſſante moriebantur*, prædicantem, ità concuſſus eſt corde, ut in apertas lachrymas adactus fuerit. Jam verò cùm Athenienſium Apologia libertorum etiam Herodis accuſationem contineret, in iſtos iram convertit Marcus, caſtigatione tamen, pro more atque ingenio, quàm fieri potuit moderatâ uſus. Puellarum autem, quas modò memoravimus, patri pepercit, & ſupplicium in ſolidum remiſit; ſatis ſuperque Illi eſſe liberorum jacturam affirmans. Quæ omnia quàm Philoſophicè ſint à Marco peracta, Lectorum nemo non videt.

Aſcribunt porrò exilium Herodi, cum nec exilium ipſi indictum ſit, neque prorſus ſuſtinuerit. Sed in eo hallucinati ſunt, quòd cum diu Orici in Epiro commoratus eſſet, cum è Pannonia reverteretur morbo correptus, relegatum illuc putarent. Sed falſi arguuntur vel ex ipſius Marci teſtimonio. Cùm enim is ad Imperatorem ſcripſiſſet, an infenſus eſſet ſibi facturus periculum, non tàm defenſionis, quàm expoſtulationis præ ſe ſpeciem ferebant Literæ. *Atenim mirari ſe aiebat, quid tandem de illo fuerit tempore ſuperiori factum cum ità crebrò ſcriberet, ut tres aliquando Tabellarii unâ eademque die ad ſe ab illo accederent.* Nec minus Sententiam iſtam convellunt, quæ Marcus deinde ad Herodem reſcripſiſſe perhibetur. Is nempe, cùm de Belli priùs hibernis verba feciſſet, & Mulierem defleviſſet recens ipſi mortuam, adjunctis etiam quibuſdam de corpuſculi tunc temporis ægrè affecti imbecillitate; Ita pridem exorſus, *Salvus mihi ſis, amice Herode; Te verò*, inquit, *& valere ex animo precor, ac de me ut tibi benevolo ita cogitare cupio. Neque te injuriâ affectum exiſtimare, ſi deprehenſis quibuſdam delinquentibus, animadverſione in eos uſus ſim, quàm fieri potuit æquâ. Propter illa quidem ne mihi ſuccenſeas. Quod ſi quâ te in re dolore affecerim, aut tibi ſim moleſtus, expoſcas velim à me pœnas, in Templo Minervæ Athenienſis, in Myſteriis Initiorum. Namque in votis habui, etiam quando bellum ingraveſceret maximè, Sacris initiari. Utinam id fiat etiam Te ſacrorum antiſtite.* Adeo benigna fuit Marci Oratio, ab iſtâ nimirum, quâ principes quos exilio mulctaverant alloqui ſolent, abhorrens plurimum.

Marcus vere primo exercitum ex hibernis eduxit, quò Barbaris novas ſibi copias adſciſcendi ſpatium interciperet. Danubio itaque trajecto, multis hoſtem prœliis attritum, Spe tandem omni tantâ virtute, vigilantiâ, Induſtriâ ſimul & Sapientiâ ducem debellandi præciſâ prorſus atque amiſsâ, Legatos qui pacem orarent mittere, & obſidibus datis fidem firmare coegit. Hoc illi jam reſtabat unum, ut Barbarorum Legatis reſponſa daret, & Reges finitimorum fidem & ſocietatem pollicitos, ad ſe accedentes exciperet. Sarmatarum quidem qualis adhuc eſſet Rex vel ex eo patuit, quòd centum millia Captivorum reſtituerit. Prætereà quòd nomine Societatis octo illi de ſuis equitum millia conceſſerit, quorum pleramque partem Imperator in Britanniam miſit.

Vid. Dion. ex Theodoſio.

Ibid. Cæterùm Marcus populos, qui cum illo per Legatos agebant, non omnes iiſdem conditionibus admittebat; ſed prout quilibet eorum digni erant, ſive animo ad obſequium proclivi magis, ſive ad deſciſcendum propenſo, ita vel plura illis remittenda vel legibus duris coercendos conſtringendoſque cenſebat. Voluit quidem Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere; & feciſſet, niſi Avidius Caſſius rebellâſſet ſub eodem in Oriente,

Capitol. 24. Volcat. in Caſſ. 7.

Oriente, qui Imperatorem se appellavit. Illius igitur in Syriâ novas res tentantis & Marcum vehementer commovit nuntius, & Sarmatis addidit animos. Barbari itaque de libertate semper tuendâ quàm de fide solliciti, tempus se nactos opportunum oppido rati, quo aliquantum hinc elicerent sibi commodi, Marcum, ut è conventis jam pactis quædam remitteret, complura denuò concederet, pacem denique novis nixam legibus ut contra sententiam animi sui pangeret, premente jam rerum temporisque angustiâ, cogebant. Hinc est factum arbitror, quòd ne quidem Senatui conditiones perscripserit, quibus in gratiam cum eis rediisset, quemadmodum alioqui facere consueverat. *Dio. Theodos.*

Imperii quidem arripiendi sibi consilium nemo hominum erat qui ad ineundum Cassio magis esset idoneus, nam & viri Mores & existimatio exitum quem vellet huic præ cæteris spondere videbantur. Militibus is inprimis charus, & ob victorias in Armeniâ, Arabiâ, & Ægypto reportatas, summo habitus honore: Virtute bellicâ eximius, in hostes ferox, animi audax & inconcussus, moribus variis & ad libitum confictis; Avidus vini, & tamen idem abstinens & inediæ patiens. Veneris cupidus & castitatis amator; Alieni appetens, sui profusus; Nonnunquam trux & asper, aliquando mitis & lenis; sæpe religiosus, aliàs contemptor sacrorum; ingenium vero ad dolos & simulationem natum adeò usu comparaverat, ut & naturæ quibus urgebatur vitiis velum obtenderet, & quas non habuit Virtutes, earum ut speciem præ se ferret egregiam. *Volcat. in Cassio 3.*

Disciplinæ Militaris tenacissimus fuit, & qui se Marium dici vellet; nec enim si quid in imperium peccatum esset, vel minimis ad ignoscendum exorabilem se præbuit. Milites, qui provincialibus aliquid per vim tulissent, in illis ipsis locis in quibus peccaverant, Morte mulctavit. Is quum exercitum adversus Germanos duceret, & inscio ipso manus auxiliaria, centurionibus suis auctoribus, tria millia Sarmatarum negligentiùs agentium in Danubii ripis occidissent, & cum prædâ ingenti ad eum rediissent; Sperantibus centurionibus præmium, quòd perparvâ manu tantum hostium, segnitis agentibus tribunis & ignorantibus, occidissent; rapi eos jussit & in crucem tolli, servilique supplicio affici. Dicens evenire potuisse, ut essent insidiæ, ac periret Romani imperii * reverentia. Ingens ob id Exempli tàm atrocis visi exorta est in Exercitu seditio. Quâ Cassius adeo non perterritus est, ut nudus campestri solo tectus processerit, torvoque milites vultu intuitus, *Percutite*, inquit, *Me si audetis, & corruptæ disciplinæ facinus adjicite.* Tunc conquiescentibus cunctis meruit timeri, quia non timuit. Quæ res tantum disciplinæ Romanis addidit, tantum terroris Barbaris injecit; ut exercitum imperii observantissimum, quique etiam Victores si temerè vicissent supplicio affecit, inexpugnabilem rati, pacem continuò supplices peterent. *Ibid. 4.* * vid. *Paptr. apud Liv.* lib. viii. c 34.

Hic etiam primus Desertoribus aliis manus excîdit, aliis crura incîdit & poplites; ut vivens miserabiliter criminosus majus exemplum quàm occisus ederet. Idem præter Lardum, & Buccellatum, atque Acetum militem in expeditione portare prohibuit. Arma militum septimâ die semper respexit, vestimenta etiam, & calceamenta, & ocreas; Exercitium etiam septimi diei fuit omnium, ut & Sagittas mitterent, & armis luderent. Dicebat enim, Miserum esse, quum exercerentur Athletæ, Venatores, & Gladiatores, non exerceri Milites: Quibus minor esset futurus labor, si consuetus esset. Luxum & Delicias omnes de castris submovit, jussitque reos hyemem sub pellibus agere, nisi corrigerent suos mores; & egissent, nisi honestiùs vixissent. Severitas ista Antoninum perpulit, legiones dum Verus ageret in Syriâ mollitie discinctas, ut huic potissimum Duci, qui collapsam restitueret disciplinam, mandaret. De quo extat Epistola Divi Marci ad Præfectum suum talis. *Volcat. in Cassio 5. Ibid. 6.*

Avidio Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuriâ, & Daphnicis moribus agentes, quas totas excaldantes se reperisse Cæsonius Vectilianus scripsit. Et puto me non errâsse, siquidem & Tu notum habeas Cassium, hominem Cassianæ severitatis & disciplinæ. Neque enim Milites regi possunt nisi vetere disciplinâ. Scis enim Versum à bono Poetâ dictum & omnibus frequentatum. *Volcat. in Cassio 5*

Moribus antiquis stat res Romana, Virisque. *Ennius.*

Tu tantùm fac adsint legionibus abunde commeatus, quos, si bene Avidium novi, scio non perituros.

Præfecti

Præfecti ad Marcum reſponſio, quibus fuerit moribus, quâque exiſtimatione Caſſius luculentiùs adhuc docebit, Hem itaque!

Rectè conſuluiſti, mi Domine, quòd Caſſium præfeciſti Syriacis Legionibus. Nihil enim tam expedit, quàm homo ſeverior Græcanicis militibus. Ille ſanè omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo & ſinu militi excutiet. Annona militaris omnis parata eſt, neque quicquam deeſt ſub bono Duce: Non enim multum aut quæritur, aut impenditur.

Dio. Ille tamen Caſſius tantâ morum ſeveritate, quod magis mirere, natione erat Syrus, cui pater Heliodorus ille, qui propter multam artis Rhetoricæ peritiam, Adriano olim à Scriptis ſecretis, ad Ægypti deinde præfecturam pervenerat.

Quæ verò ſtirpem hominibus novis mutare nequit Fortuna, ut quâ ſint reverâ oriundi diſſimulare ſatagant, ſæpenumero facit. Caſſius utique, ut ſe ad magnitudinem evectum, & apud Imperatorem multum pollentem ſenſerat, ab illo demum Caſſio oriundus videri voluit, qui in Caium Julium conſpiravit. Arrogatæ ſibi proſapiæ Cauſam juvabat maximè nominis ſimilitudo; quæ vel per ſe ſatis nonnunquam habetur divitibus & imperio potitis in nobilium cenſum adrogandis. Deinde verò, quod iſtiuſmodi ferè ingeniis uſu-

Vulcat. in Caſſio 1. venire ſolet, ut quibus ſe jactant majoribus, ad illorum mores ſe ſummo componant ſtudio, ne à ſuis degeneri præditus animo videretur, odiſſe Caſſius Principatum cœpit, nec ferre poterat Imperatorium nomen; dicebatque *nihil eſſe gravius nomine Imperii, quod non poſſet è republica tolli, niſi per alterum, eodem nomine inſignitum.* Id etiam ſibi dedit negotii, ut illius inſtar Rempublicam & libertatem de integro reſtitueret; in ore ſi-

Ibid. 13. quidem illhoc illi frequentiſſimum, *Tantùm Dii faveant bonis partibus, Reddent Caſſiani reipublicæ principatum.* Auxit Imperatoriæ Majeſtatis odium Animus Gloriæ avidiſſimus, & modum ſervare neſcius, eo confidentior, quòd Auguriis & Vaticiniis neſcio quibus de futurâ ejus magnitudine inniteretur. Quæ omnia jam tum adoleſcentem ad id perpulerant amentiæ, ut etiam Pio principatum tentaret extorquere; Sed per patrem Heliodorum, virum Sanctum & gravem, affectationem tyrannidis repreſſam, & impunem idcircò celatam referunt; quòd animum & mores tum procaciores, ætate & ſapientiâ ad maturitatem perductâ, correctum in ſpes magna ſubeſſet. Et iri quidem ſuperſtiti adhuc Patri ſatis eſt obſequutus, ſed illo demum extincto, ingenium (ut ſolent quæ vi magnâ cohibentur,) tanto prorupit impetu, quantum vel iſte adeo diſſimulandi peritus ægrèad-modum, ut ne omnibus fieret palàm, efficere potuit. Vero id olim ſuboluiſſe, cùm in Syriam copias educeret, ſatis eſt notum; qui occaſionem Viri deperdendi oblatam gaviſus, cujus Virtutis & rerum præclarè geſtarum laudes illum urebant male: Antoninum ad ejus exitium pertrahere, his demum literis enixus eſt.

Vulcat. in Caſſio 1. *Avidius Caſſius avidus eſt Imperii, quantum & mihi videtur, & jam inde ſub Avo meo Patre tuo innotuit, quem velim obſervari jubeas. Omnia ei noſtra diſplicent; Opes non mediocres parat; Literas noſtras ridet. Te Philoſopham Aniculam, Me Luxurioſum Morionem, vocat. Vide quid agendum ſit: Ego hominem non odi: Sed vide ne Tibi & Liberis tuis non bene conſulatur; quum tales inter præcinctos habeas, quales milites libenter audiunt, libenter vident.*

Suſpicionem hanc levem nimis arbitratus, & Veri animum, ſeu tantò duci æmulum, ſeu tacitâ quâdam ſimultate ægrum inceſſiſſe, ſequentibus reſcripſit Marcus.

Epiſtolam tuam legi, & ſollicitam potiùs quàm Imperatoriam, & non noſtri temporis. Nam ſi ei divinitus debetur Imperium, non poterimus interficere, etiamſi velimus. Scis enim * *proavi tui dictum,* Succeſſorem ſuum nullus occidit: *Sin minus; ipſe ſponte ſine noſtrâ crudelitate fatales laqueos inciderit, Adde, quod non poſſumus reum facere, quem nullus accuſat, &, ut ipſe dicis, Milites amant. Deinde in cauſis Majeſtatis hæc natura eſt, ut videantur vim pati etiam quibus probatur. Scis enim ipſe quid Avus tuus Adrianus dixerit,* Miſeræ Conditio Imperatorum quibus de affectatâ tyrannide niſi occiſis non poteſt credi. *Ejus autem exemplum ponere, quàm Domitiani, qui hoc primus dixiſſe fertur, malui. Tyrannorum enim etiam Bona dicta non habent tantum autoritatis quantum debent. Sibi ergo habeat ſuos mores Caſſius, maximè quum bonus dux ſit, & ſeverus, & fortis & Reipublicæ neceſſarius. Nam*

* *Adriani id eſſatum pervulgatiſſimum.*

Vulcat. in Caſſ. 2.

quo

quod dicù, liberis meis cavendum esse morte illius, planè Liberi mei pereant, si magis amari meretur Avidius quàm Illi; & si Reipublicæ expediet Cassium vivere quàm Liberos Marci.

Certiorem postea Marcum res ipsa fecit, Verum de Cassii consiliis & ingenio nequaquam hallucinatum; & Ipsum potiùs virtute mactum suâ, & Cassii severitate productum, æquius paulò judicâsse. Sed ita ferè fert sincera morum sanctimonia, à quibus ipsa abhorret plurimum, ea ab aliis admissa credere facinora, ut ne temere animum inducere possit suum.

Cogitata vero perficere, ob impensum illum, quo Antoninum subditi ejus prosecuti sunt amore atque studio, Cassio haud ita erat in proclivi. Nec, quas apud Syros & Ægyptios adeptus est opes, quicquam illi profecissent, nisi morte Antonini falsò creditâ adjutæ. Alii igitur dicunt, ementitâ hujus morte Cassium Imperatorem se appellâsse, quum Divum Marcum appellâsset. Deceptum alii à Faustinâ, quæ quum Virum suum imbecillum & annis infractum videret, ut jam de illius valetudine spei nil esset reliquum; Commodum autem adolescentem adhuc, & regio muneri ineptum cogitaret; Sibi etiam metuens, ne si principatus ad alium deveniret, privatam vitam agere cogeretur, simul etiam ut filios tueri posset; huic secretò persuasisse, ut se compararet, ut & Ipsâ pariter & Imperio potiretur. Sed mihi vero haud videtur simile, Faustinam imprudentem ita rationes iniisse; nec multis opus est ut sententiam falsi arguamus, cui satis est convellendæ vel unum Cassii ingenium. Eum nempe, utut se cætera habuerint, pervulgasse id nuntii constat, Marcum diem obiisse suum; non sine mœroris gravissimi ea propter concepti specie; Exercitum etiam Pannoniæ tunc temporis agentem, cui Commodus regno immaturus videbatur, ipsum designâsse Imperatorem, adjecit. Et quanquam non ità multò post verum rescivit, tamen quòd semel motum fecerat, de sententia non decedendum sibi, sed imperium potius armis firmandum, putavit. Præfectis igitur Exercitui, quorum in amicitiâ & virtute illi fiduciæ erat plurimum, quicquid in illud fastigii contendenti obicem opponere potuit, aut conciliandum aut debellandum suscepit. Et brevi quidem temporis spatio omnia quæ intra Taurum erant, sui juris fecit.

Vulcat. in Cassio. 7. Capitol. 24.

Vulcat. Ibid. Capitol. ibid. Dio.

Sub idem fere tempus Epistolam ad filium, seu generum ejus Druncianum, qui tum Alexandriæ præsidebat conscripsit; in quâ & consilii rationem omnem enarrâsse, & aliqualem facti purgationem instituisse videtur. Illa vero qualis fuerit, dijudicabit Lector, ita enim se habet.

*Miserа Respublica, quæ istos divitiarum cupidos & divites patitur misera. Marcus homo sane optimus; qui dum clemens dici cupit eos patitur vivere, quorum ipse non probat vitam. Ubi L. Cassius, cujus nos frustra tenet nomen? Ubi Marcus ille Cato Censorius? Ubi omnis disciplina Majorum, quæ olim quidem intercidit, nunc verò quæritur? Marcus Antoninus philosophatur & quærit de Clementiâ, & de Animis, de Honesto & Justo, nec sentit pro Republicâ. Vides multis opus esse gladiis, multis * Elogiis, ut in antiquum statum publica forma reddatur. Ego verò istis præsidibus provinciarum —— An Ego Proconsules, an Ego Præsides putem, qui ob hoc sibi à Senatu & ab Antonino provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant? Audisti Præfectum Prætorii nostri Philosophi, ante triduum quam fieret, mendicum & pauperem, sed subitò divitem factum. Unde quæso, nisi de visceribus Reipublicæ, & Provincialium fortunis? Sint sane divites, sint locupletes, ærarium publicum refercient. Tantum Dii faveant bonis partibus: Reddent Cassiani Respub. principatum.*

Vulcat. in Cassio. 13.

* Titulis nonnullis quibus purgationem suam instituisse videtur. An crimina indigitantur.

" Ad ista quisquis animum advertat, Cassium de occupando imperio Marco quantum-
" vis superstite cogitâsse, nec per mortui ejus nuntium stetisse quòd is nova moliretur,
" facilè existimaturum constat. Quod ut obiter moneretur haud abs re censui.

Martius Verus Antonini Legatus victoriarum à Cassio olim in Armeniâ reportatarum partem sibi jure vindicare posset minimè contemnendam. Is jam Cappadociam obtinens, ad Marcum misit primus, qui Cassium ab illo defecisse nunciarent. Ille Com-

Dio. Xiph.

modo præsertim metuens, ne vel apprehensum teneret Cassius, vel de medio tolleret, literis ad Romam clàm scriptis ad se accersit; rem autem interea dissimulat celatque. Postea tamen, ubi Milites perlato rumore commoveri vehementer cœperunt, & multa colloqui, exercitum convocari jubet, atque apud ipsos pauca in hanc sententiam exponit.

Οὐκ ἀγαναχτῶν, ὦ συστρατῶται, ἢ ὀλυνόμενος παρελήλυθα. χαλεπαίνειν μὲν γὰρ τί δεῖ θεοῖς τὸν ἀθάνατον, ᾧ πάντα ἔξεστιν; ὀλοφύρεσθαι δὲ ἴσως ἀνάγκη τοὺς ἀδίκως δυστυχοῦντας· ὃ καὶ ἐμοὶ νῦν συμβέβηκε. πῶς γὰρ ἂν δεινὸν, πολέμοις ἡμᾶς ἐκ πολέμων συμπλέκεσθαι; πῶς δ' οὐκ ἄτοπον καὶ ἐμφυλίῳ συμπλακῆναι; πῶς δ' οὐκ ἀμφότερα καὶ δυσπραγίαν καὶ ἀτοπίαν νικᾷ, τὸ μηδὲν πιστὸν ἐν ἀνθρώποις εἶναι, ἀλλ' ὅλως ἐκλελεῖφθαί τε μὲ ὑπὸ τοῦ φιλτάτου, καὶ εἰς ἀγῶνα ἀκούσιον καθίστασθαι, μήτε τι ἠδικηκότα, μήτε τι ἁμαρτωλικότα; πῆ μὲν γὰρ ἀρετὴ ἀσφαλὴς, πῆ δὲ φιλία ἔτι νομισθήσεται, ἐμοῦ ταῦτα πεπονθότος; πῶς δ' οὐκ ἀπόλωλε μὲν πίστις, ἀπόλωλε δὲ ἐλπὶς ἀγαθή; ἀλλ' εἰ μὲν μόνῳ ἐγὼ ἐκινδύνευον, παρῆν ἂν τὸ θεάγαμα ἐποιησάμην· (ἐμὲ γάρ πω καὶ ἀθάνατος ἐνύμφευσεν) ἐπὶ δὲ δημοσίᾳ τε ἀπόστασις, μᾶλλον δὲ ἐπαφέσεως γίγνεται, καὶ ὁ πόλεμος πάντων ὁμοίως ἡμῶν ἅπτεται· ἐβουλόμην, εἰ ᾗ τι ἦν, συγκαλέσας τὸν Κάσσιον, καὶ διομολογήσασθαι περὶ αὐτῶν παρ' ὑμῖν ἢ ἐμοὶ τῇ γερουσίᾳ· καὶ ἦλθεν ἂν ἀμαχεὶ παρεχόμενος αὐτῷ τῆς ἡγεμονίας, εἰ τοῦτο τῷ κοινῷ συμφέρειν ἐδόκει. ὑμᾶς δὲ τῆς κοινῆς γε πονῶν καὶ κινδυνεύων διατελῶ· τοσοῦτον τε ἐπαυδοῦ χρόνον ἔξω τῆς Ἰταλίας πεποίημαι ἄνθρωπος καὶ γέρων ἤδη καὶ ἀδυνατὴ, καὶ ὅτε τερφθῆναι ἥδιστον, ὕπνου ἄφαντον λαβεῖν δυνάμενος· ἐπεὶ δ' ἐκ ἂν ποτε συγκαθεῖναι εἰς τοῦτο ὁ Κάσσιος ἐβουλήσατο, (πῶς γὰρ ἂν πεισθείη μοι, ἄπιστος ὢν ἐμοὶ γνησιωτάτῳ;) ὑμᾶς γὰρ συστρατιώτας χρὴ δεδιέναι. ἃ γάρ τις κρείσσους Κίλικας, καὶ Σύρους, καὶ Ἰουδαίους, καὶ Αἰγυπτίους ὑμῶν ἔστι ἐγένοντό ποτε, ἔστε ἔσονται, ἢ ἂν μυελίνας καλείας ὑμῶν, ὅσῳ νῦν ἐλάττους εἰσὶν, ἀφροδισιάσειν. ἐμοὶ μὲν ἢ αὐτὸς ὁ Κάσσιος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ στρατηγικὸς ἦν καὶ πολλὰ κατωρθωκέναι δοκεῖ, λόγῳ πρὸς ἀξίωσιν νῦν ἂν φανείη. ἔστε γὰρ ἀστὸς κολοιῶν, ἢ καὶ λέων νεβρῶν ἡγησάμην, ἀξιόμαχος γίνεσθαι καὶ τὸν Ἀραβικὸν τοῦτο Παρθικὸν ἐκεῖνον πόλεμον ὁ Κάσσιος ἀλλ' ὑμεῖς κατεπράξασθε. ἄλλως τε εἰ καὶ ἐκεῖνος ἐκ τῆς πρὸς Πάρθους προσβάντων εὐδοκιμός ὄντως, ἔχατε καὶ ὑμεῖς βῆσον, ὃς οὐδὲν ἧττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτῷ καὶ ἐνίκησε πλείω καὶ κατεστήσατο. ἀλλὰ τάχα μοὶ καὶ ἤδη μεταγενόμενα ζῶντά με μεμαθήκοις. ἃ γάρ τε καὶ ἄλλως, ἢ ὡς τετελευτηκότος μου, τοῦτ' ἐποίησεν.

Etsi non huc veni, Commilitones succensendi aut lamentandi animo (Quid enim Deo succenseatur in cujus potestate sunt omnia?) *tamen eos qui præter meritum infelices sunt, adverjam fortunam lamentari necesse est; id quod mihi quidem nunc evenit. Quàm enim grave est & molestum bella nobis ex bellis trahi? Quàm porrò calamitosum civili bello nos implicari? Quàm verò utroque & gravius est & insolentius, fidem apud homines nullam superesse? Insidias autem in me strui ab homine amicissimo; nec que invitum, nullâ factâ injuriâ, nullo admisso delicto, in certamen rapi? Quæ Virtus uspiam tuta, aut quæ tandem Amicitia firma existimabitur, cum mihi hæc facta sit injuria? Nonne Fides, nonne bona Spes omnis periit funditùs? Quod si meum unius esset periculum, nihili certè facerem* (nec enim ipse natus sum immortalis.) *Jam verò, cùm publica facta sit defectio, vel rebellio potiùs, bellumque ad nos omnes pariter pertineat, Vellem, si fieri potuit, evocatum Cassium, ut cum eo apud Vos, aut coram Senatu, de jure disceptarem. Nullo siquidem prælio commisso libenter imperium ei concederem, si id utilitati publicæ expedire videretur. Etenim Reipubl. gratiâ labores & pericula sustineo, ejus ergò tandiu longe extra Italiam commoratus sum, idque senio jam & imbecillitate confectus, ut neque cibum doloris experten, usque somnum curis vacuum capere possim. Sed quoniam nolet Cassius mecum in hâc convenire causâ, (quo pacto enim mihi Is habeat fidem, qui fidem mihi datam adeo jam læserit?) Vos Commilitones, animo esse forti fas est. Nec enim Cilices, Syri, Judæi, & Ægyptii vobis unquam aut fuerunt, aut erunt potiores. Non, si Milites quanto nunc numero minores, eò plures quàm vos congredientur. Sed neque Cassii ipsius, quantumvis ille bonus videatur Imperator, multaque consultò & prosperè gessisse, ratio ulla impræsens habenda. Nec enim Aquilæ Graculorum, aut Leo Hinnulorum dux aptus esse ad bellum protinus gerendum potest. Jam verò illud Parthicum & Arabicum bellum non Cassius, sed Vos confecistis. Quòd si ille, præsertim de rebus contra Parthos gestis, adeptus est gloriam, Vos quoque M. Verum habetis, non modò non hoc inferiorem, sed multò etiam potiorem, à quo longè plura Bello victa & parta sunt. Quinetiam illum jam incepti fortasse pœnitere cœperit, quòd Me vivere intelligat; Neque id niminam, nisi me mortuum credidisset, facturum fuisse arbitror. Quod*

Quod si manet etiamdum in proposito susceptoque consilio, ubi primum de profectione nostrâ fuerit edoctus, respiscet tamen; Et vos enim metuet, & me reverebitur. Itaque illud tantum vereor, Commilitones, ne aut Ipse sibi manus afferat, quòd scilicet præ pudore sceleris, in nostrum venire conspectum non audeat; aut alius quispiam, cognito adventu meo, ad officiosè sedulus faciat. Mihi enim amplum oppidò præmium belli atque victoriæ, quantum unquam reportavit nemo, ita demum eripiet. Quale verò isthoc? Id nempe, Homini qui injuriam fecerit ignoscere; Eique, qui amicitiam fidemque violaverit, amicum nihilominùs & fidelem me præbere. Hæc vobis fortassè fide majora videantur, quam tamen istis haud oportet derogatam, cum non omnia prorsus bona ex hominum commercio exterminata sunt; Sunt enim & adhuc apud nos antiquæ virtutis relliquiæ. Quòd si quis mihi fidem parum habeat, tantò vehementiùs excupio, ea quæ videntur fieri non posse, omnibus ob oculos à Me effecta ponere. Hæc enim sola mihi ex malis præsentibus lucranda foret utilitas, si rebus bene compositis, cunctis ostendero, nos bellis etiam Civilibus bene uti posse.

ἐν ᾧ κ᾽ ὁπωσοῦν ἀντίσχῃ, ἀλλ᾽ ὅταν γε κ᾽ σφᾶς πύθηται, πάντως γνωμαγήσει, κ᾽ ὑμᾶς φοβηθεὶς, κ᾽ ἐμὲ αἰδεσθείς. ἐγὼ γοῦν ἓν μόνον ὃ συσχεθῆναι δέομαι, (εὐχῆσθαι δὲ πᾶσι χρὴ ὑμᾶς ἃ ἀληθῆ) μὴ ἄρα αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποκτείνῃ, αἰσχυνθεὶς εἰς τὸ ἡμέτερον ὄμμα ἐλθεῖν, ἢ ἕτερός τις μαθὼν ὅτι τι ἔχω κ᾽ ὅτι ἐπ᾽ αὐτὸν ὁρμῶμαι, τοῦτο ποιήσῃ. μέγα γάρ μοι ἄθλον κ᾽ τῆς πολέμου κ᾽ τῆς νίκης, κ᾽ πλέον οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἔλαβεν, ἀφαιρήσεται. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ἀδικήσαντα ἄνθρωπον ἀφεῖναι, καὶ φιλίαν ἐκβεβλημένον φίλον μεῖναι, πίστιν καταλύσαντα πιστὸν διαγενέσθαι. παράδοξα μὲν ἴσως ταῦτ᾽ ὑμῖν φαίνεται, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπιστεῖν ὑμᾶς αὐτοῖς δεῖ. οὐ γάρ πω κ᾽ πάντως πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐκ τοῦ ἀνθρώπων ἐξέπεσεν, ἀλλ᾽ ἔστι κ᾽ παρ᾽ ἡμῖν ἔτι τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς λείψανον. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τις, κ᾽ διὰ τοῦτο μεῖζόν ἐστί μοι τὸ ἐπιθύμημα, ἵνα ὃ μηδεὶς ἂν πιστεύσειν ᾠήθη δύνασθαι, τοῦτο ἴδῃ ᾠόμην. ὡς ἔγωγε τοῦτ᾽ ἂν μόνον ἐκ τῶν παρόντων κακῶν κερδάναιμι, εἰ δυνηθείην καλῶς διὰς τὸ πρᾶγμα, κ᾽ δεῖξαι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι κ᾽ ἐμφυλίοις πολέμοις δεῖν ὀρθῶς χρῆσθαι.

Hæc Marcus & apud Milites concionatus est, & ad Senatum scripsit, qui Cassium Hostem appellavit, & Bona ejus proscripsit. Quæ, cum Antoninus in privatum ærarium congeri noluit, Senatu præcipiente in ærarium publicum sunt relata. Commodus interea loci ad Exercitum pervenerat, quem Marcus Tribunitio munere ornavit. Paratis jam omnibus ad iter capessendum necessariis, copias promoveri justit, ipse interim in Italiam contendit, ut Augustam, & Regiorum Liberorum cæteros expeditionis comites adhiberet. Ubi verò Albanum usque montem pertigisset, ad Faustinam literas dedit, quorum hoc exemplum est. *Dio. Capitol. 24. Volcat. in Cassio, 7. Lamprid. in Commod. 2.*

Verus mihi de Avidio verum scripserat, quòd cuperet imperare. Audisse enim te arbitror quod deruscatores de eo nuntiarent. Veni igitur in Albanum ut tractemus omnia Diis volentibus, nihil timens. *Volcat. in Cass. 9.*

En itaque quæ rescripserit Faustina.

Ipsa in Albanum eras, ut jubes, veniam. Tamen jam hortor, ut si amas Liberos tuos, istos rebelliones acerrimè prosequaris, malè enim assueverunt & Duces & Milites, qui, nisi opprimuntur, opprimunt.

Cum autem nonnulla obstarent, quò minus ad Albanum Imperatorem ex condicto conveniret: Ad Formianum accersit denuò, ut ibi navigium simul conscenderent. Sed Filiâ natu maximâ tum Romæ ægrotante, ab itinere instituto iterum depulsa, ita demum scripsit. *Volcat. in Cassio, 10.*

*Mater mea Faustina Patrem tuum * Pium * ejusdem in defectione Celsi sic hortata est, ut pietatem primùm circa suos servaret, sic circa alienos. Non enim pius est Imperator, qui non cogitat uxorem & filios. Commodus noster vides in quâ ætate sit. Pompeianus Gener, & senior est, & † peregrinus. Vide quid agas de Avidio Cassio, & de ejus conscii. Noli parcere hominibus qui Tibi non pepercerunt; & nec Mihi nec Filiis parcerent, si vicissent. Ipsa iter tuum mox consequor. Quia Fadilla nostra agrotabat, in Formianum venire non potui. Sed si te Formiis invenire non potero, assequar Capuam: Quæ civitas & meam & filiorum nostrorum ægritudinem poterit adjuvare. Soteridam medicum in Formianum ut dimittas rogo: Ego autem Pisitheo nihil credo, qui puellæ virgini curationem nescit adhibere.*

* Pium avi, ab ejusdem eliminandum censent. Mihi videtur potius pro Celsi, debere referri Cassio, ut supra dictum. Pio imperio dudum usi exercitus.

† Fuit in genere Arbitrio-

Signatas mihi literas Calpburnius dedit, ad quas reſcribam ſi tardevero; per Cæcilium ſenem Spadonem hominem (ut ſcis) fidelem; cui verbo mandabo quid uxor Avidii Caſſii, & filii, & gener de te jactare dicantur.

Caſſium neutiquam fefellit, magna & audacia facinora moram non pati, aditum igitur quò ſibi fæliciorem in Italiam aperire poſſet, Græciam ad ſuas partes pertrahere ſummo obnixus eſt ſtudio. Herodis nuper memorati facundia & exiſtimatio quantum apud illam gentem poſſent probè gnarus; nihil inexpertum reliquit, quo ſibi eum adjungeret. Sed ità demum ſe quo vellet perventurum ſperabat, ſimultate, quam is in Antoninum diu conceperat, denuò expergefactâ. Exitum habuerunt conſilia ab Authoris mente longè diverſum. Herodes enim, qui ne literas quidem perlegere ſuſtinuit, reſponſum breve perquam, ſed mordacem ſatis & iſtâ dignum causâ retuliſſe perhibetur, unico tantum verbo vecordiam hominis exprobrans.

Philoſtr. in vita Herodis. *Herodes Caſſio Μαίνῃ. Inſanis.*

Multos etiam alios Caſſius expertus eſt fruſtrà, nec enim civitatem ex potentioribus ullam ab officio dimovere, aut ſceleris ſibi participes devincire, præterquam qui vel ære alieno, vel criminibus & vitiis obſtricti fuis, niſi à rebus perturbatis quod ſperarent, non habuerunt. Hinc factum, ut qui unicè olim à ſuis dilectus eſt auctoritate (ut ſolet quoties minùs rectè cedunt conſilia) infirmatâ, & amore in odium atque contemptum verſo, hoſtem illum tollendum Milites primi meditarentur. Ita tandem Imperator, non tàm factus quàm ſibi viſus, Menſes tres cum ſex diebus ex quo defecerat, interemptus eſt. Antoninus enim Centurio in iter pedibus facientem irruit, & cervicem de improviſo vulneravit; Quod tamen cum non eſſet mortiferum vulnus, is equo concitato facinus imperfectum reliquit, ſed brevi abſolvit Decurio quidam, & capite Ducem truncavit.

Dio. Vulcat. in Caſſio 7.

Vulcat. in Caſſio 11. Capite ad Antoninum in Formiano agentem delato, is non elatus eſt; ſed ad Fauſtinam iterum reſcripſit. Quæ verò & qualia ſubdita perdocebit Epiſtola.

Tu quidem mea Fauſtina religiosè pro marito, & pro noſtris liberis agis. Nam relegi Epiſtolam tuam in Formiano, quâ me hortaris, ut in Avidii conſcios vindicem. Ego verò & ejus Liberis parcam, & Genero, & Uxori, & ad Senatum ſcribam, ne aut proſcriptio gravior ſit, aut pœna crudelior. Non enim quicquam eſt quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam Clementia. Hæc Cæſarem Deum fecit, hæc Auguſtum conſecravit, hæc Patrem tuum in primis Pii nomine ornavit. Denique, ſi ex meâ ſententiâ de bello judicatum eſſet, nec Avidius eſſet occiſus. Eſto igitur ſecura.

Dii me tuentur. Diis pietas mea
Cordi eſt. *Horat.*

Pompeianum noſtrum in annum ſequentem Conſulem dixi.

Capitol. 24. Tanta Imperatoris Clementia ab aliis illi erat laudi, ab aliis vitio ducta. Cùm autem quidam diceret reprehendendum Antoninum, quòd tàm mitis eſſet in hoſtem ſuum, ejuſque liberos & affectus, atque omnes quos conſcios tyrannidis reperiſſet, addente illo, *Quid ſi Caſſius vicisſet?* dixiſſe Marcus dicitur, *Non ſic Deos coluimus, nec ſic vivimus, ut ille nos vinceret.* Enumeravit deinde omnes Principes, qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas quibus mererentur occidi; nec quenquam facilè Bonum, vel victum à Tyranno vel occiſum dicens. Meruiſſe Neronem, debuiſſe Caligulam, Othonem & Vitellium nec imperare valuiſſe. De Galba etiam paria ſentiebat, quum diceret, *In Imperatore avaritiam eſſe acerbiſſimum malum.* Denique non Auguſtum, non Trajanum, non Adrianum, non Parentem ſuum Pium à rebellibus potuiſſe ſuperari; quum & multi fuerint, & ipſis vel invitis, vel inſciis, extincti. Præclara quidem illa, & quæ in Virtutis præſidio quantum ſibi erat fiducia ſatis oſtendunt; ſed quæ quantumvis in iſtis exemplis veriſſima, longe tamen abſunt, ut in omnibus & ſemper fuerint. Quocirca ita cum bonis actum iri principibus ſperare æquius eſt, quàm nunquam non agi aſſerere. Ad Senatum verò qualem poſthac orationem miſerit, intereſt ſcire.

Vulcat. in Caſſio 12. *Habetis igitur P. C. pro gratulatione victoriæ generum meum Conſulem, Pompeianum dico: Cujus ætas olim reminiſcenda fuerit Conſulatus niſi viri fortes interveniſſent, quibus*

bis reddi debuit, quod à Republicâ debebatur. Nunc quod ad defectionem Cassianam pertinet, Vos ore atque obsecro. P. C. ut censurâ vestrâ depositâ, meam pietatem clementiamque servetis, imò vestram: Neque quenquam ullum Senatus occidat. Nemo Senatorum pœnâ ut, nullius fundatur viri Nobilis Sanguis; deportati redeant, proscripti bona recipiant. Utinam possem multos etiam ab Inferis excitare. Non enim unquam placet in Imperatore vindicta sui doloris; quæ etsi justior fuerit, acrior videtur. Quare filiis Avidii Cassii, & Genero, & Uxori veniam dabitis. Et quid dico Veniam, cum illi nihil fecerint? Vivant igitur securi, scientes sub Marco se vivere. Vivant in patrimonio parentum pro parte domito. Auro, argento, vestibus fruantur. Sint divites, sint securi, sint vagi & liberi, & per ora omnium ubique populorum circumferant Meæ, circumferant Vestræ pietatis exemplum. Nec magna hæc est P. C. clementia, veniam proscriptorum Liberis & Conjugibus dari. Ego verò à vobis peto ut conscios Senatorii Ordinis & Equestris, à cæde, à proscriptione, à timore, ab infamiâ, ab invidiâ, & postremò ab omni vindicetis injuriâ. Detisque hoc meis temporibus, ut in Causâ Tyrannidis, qui in Tumultu occidit, probetur occisus.

" Hanc ejus clementiam Senatus acclamationibus & Benedictionibus prosequutus est, *Antonine pie, Dii te servent. Antonine clemens Dii te servent: Antonine clemens Dii te servent: Tu voluisti quod licebat, nos fecimus quod decebat. Eas securi sint Liberi tui. Bonum imperium nulla vis lædit. Præsentiam tuam rogamus. * Philosophiæ tuæ Patientiæ tuæ, Doctrinæ tuæ; Nobilitati tuæ; Innocentiæ tuæ. Vincis inimicos, Hostes exsuperas. Dii te tuentur,* &c."

* Scil. Boni Precamur.

Marcus interea loci Cassii caput humandum curavit, & mortem ejus doluit palam. Quo facto iter institutum progressus est ut Copias desciscentes in officio contineret, & Orientales reduceret. Ab Ægypto exorsus, Ignovit Civitatibus quæ Cassio consenserant; & quum multa Alexandrini in Cassium dixissent fausta, tamen omnibus ignovit, & filiam suam, in paternæ benevolentiæ pignus, apud eos reliquit. *Capitol.* 25, 26.

Postquam ad Pelusium appulisset, sacra Serapidis ibi celebrata comperit, confluente illuc undique ingenti hominum turba. Quantum inde excreverit licentiæ & libidinis, & quàm famosus fuerit Numinis hujuice cultus, à pluribus jam notatum non opus est ut enarrem. Marcus itaque de populi querimoniis parum sollicitus, qui Cultum Deorum immutatum iniquo semper ferunt animo, Ferias abrogavit, pompam consuetam exegit, populum à Sacris faciundis arcendum jussit, & solos deinceps Sacerdotes rituum conscios permisit. Ubicunque locorum venerat, Templa, Scholas, & conventus publicos ingressus, populum edocebat, in consuetudinem & colloquium excipiebat; Nodos Philosophiæ, & quæstiunculas abstrusiores discutiebat, enucleabat; nusquàm non relictis & egregiis Sapientiæ vestigiis, & maximâ sui apud omnes, optimos præsertim & eruditissimos, admiratione. *Capitol.* 23. *Capitol.* 26.

Ubi primum deventum erat Syriam, Cassii literas omnes in supellectili inventas conscidit, & in ignem conjecit; nec perlectas voluit, ne cogeretur quenquam invitus odisse. Ferunt nonnulli, Martium Verum anteà in Syriam præmissum, (quam etiam in virtutis & fidei præmium regendam obtinuerat) sponte priùs suâ aboleviſſe; id Marco gratum inprimis fore autumantem. Quòd si forte ob eam is causam succenseret, longe fore melius se unum pro multis interire. Exemplum Charitatis & Benevolentiæ insigne sane & in paucis eximium; in Ethnico, nedum in Aulico, præ mirâ paucitate planè stupendum. *Dio.*

Sub hujus anni exitum Antoninus Octavum Imperator renuntiatus est, quod ex Nummis nobis colligere est, qui Titulum Imperator VIII. cum Anno Tribunitiæ potestatis XXIX. simul exhibent.

Faustinam uxorem suam inter hoc itineris in radicibus montis Tauri, exanimatam subito morbo amisit; cujus Mortem vehementer luxit. Senatus itaque animum ejus Faustinæ consiliis in Cassiani sceleris conscios insensissimum factum existimans, nec in illo dolore, quem ex illius interitu conceperat, opportuno magis solatio uti posse, quam si Cassio *Capitol.* 26. *Dio.*

qui

qui tuliſſent opem huic ægritudini devoti morte afficerentur, gravius in illos per adulationem & obſequium ſtatuere cœpit. Vitium uſque adeò non privatis tantùm, ſed publicis ſolenne nimium eſt, & auguſtiſſimis Conciliis, ut ſanguinem & cædem præ Principis Studio parvi pendant; & ſedulo nimis officio impulſi, quod nec fieri debuit, nec factum placet, maturent ultrò. Id nunc à Senatu factum, qui Marci Orationem aut negligentes, aut ad ſpeciem tantùm confictam arbitrati, eum uſque adeo perpulit, literas ut reſcriberet denuò, quæ vindictam de ſeditioſis ſumptam minimè omnium ſibi gratam affirmarent; Ab illius mente abeſſe plurimum ut quiſquam vel ſuo, vel illorum decreto capite damnetur. Quinctiam ad extremum addidit; *Si id à vobis non impetrabo, ad mortem ipſe ibo celeriter.*

Dio.

Reipublicæ interim ut ſaluti in poſterum & tranquillitati conſuleret, Conſtituit, ut nemo in eâ, unde ortus eſſet gente aut provinciâ, rerum potiretur. Caſſius etenim cum in Syriâ patriâ ſuâ imperium haberet, hoc fretus patrocinio res novas molitus fuerat.

Dio.

Volcat. in Caſſio, 7.

Caſſii filios quod attinet, Mecianus natu maximus, cui erat commiſſa Alexandria, quique conſenſerat ſpe participatus Caſſio, invito atque ignorante Antonino, eo ipſo quo pater in Syriâ periit die, à ſuis interemptus eſt. Deportatus eſt Heliodorus, Alii vero liberum exilium acceperunt cum Bonorum parte. Alexandria Filia, & Druncianus gener, liberam evagandi ubi vellent poteſtatem habuerunt. Jura illis integra ſervata ſunt; vixeruntque, non quaſi Tyranni pignora, ſed quaſi Senatorii Ordinis in ſummâ ſecuritate. Nam & illis etiam in lite objici fortunam propriæ vetuit domûs; damnatis aliquibus quòd in eos petulantes fuiſſent.

Capitol. 26. Volcat. 9.

Senatus interim, cujus in rebelles plectendo acerbitas Imperatori diſplicebat maxime, an honoribus Fauſtinæ delatis gratiam ſibi conciliare poſſent, tentandum cenſuit. Æde itaque illi decretâ Auream etiam Fauſtinæ ſtatuam in ſellâ collocavit, quam quoties Marcus ſpectaret, in primâ Theatri ſede, unde ſuperſtes ipſa ſpectare conſueverat, ponendam juſſit; eique ut omnes præſtantiſſimæ fœminæ aſſiderent. Quinetiam adulationi ſtudentes majoribus ignotæ, Marco & Fauſtinæ decrevit ſtatuas argenteas in Templo Veneris collocari; aramque extrui, in quâ virgines omnes quæ nuberent in Urbe, unà cum ſponſis ſacrificarent.

Dio.

Capitol. 26.

Laudata eadem ab Antonino, quam etiam Divam à Senatu appellatam publicè gratulatus eſt; Novas autem ipſe Puellas, Fauſtinianas in honorem uxoris mortuæ ut ſodales olim Antoninianos in Pii memoriam, inſtituit. Fecit & Coloniam vicum in quo obiit, & ædem illi extruxit, ſed hæc poſtea (fato tam impudico numine digno) Heliogabalo dedicata eſt, monſtro hominis omnium quotquot uſpiam fuerunt impuriſſimo.

Orientalibus rebus ordinatis, Romam redire decreverat Antoninus. Smyrnæ aliquantiſper commoratus eſt, ubi quoniam de Ariſtide multa acceperat, ne in magnâ ſalutantium turbâ deſpectus ipſi vir fuiſſet veritus, familiares nunquid is adeſſet Interrogabat. Hoc enim illi ſemper erat ſolenne, quâvis virtute aut præſtantiâ cæteris prælucentes, honore & ſtudio proſequi palam. Quod cum Ariſtidi non factum ſuſpicaretur, male id ſe habere, Quintiliis qui Græciæ ut ſupradictum eſt præerant, edicit, ne vir egregiæ inter ſuos famæ neglectui habitum ſe indignaretur. Hi verò, neque ipſos eum conſpexiſſe aſſeruerunt; alioqui enim minimè fuiſſe prætermiſſuros, quò minus commendarent. Craſtino vero die redierunt, Ariſtidem deducentes comitem. Tum allocutus ipſum Imperator, *Quare*, inquit, Te *ſero* vidimus? Subjecit Ariſtides; *Theoremati* O Rex *heri incumbebam, atque mens occupata ab eo quod quærit ægre admodum ſe ſuſpenſam fert.* Exhilaratus Imperator viri indole tanquam ſimpliciſſimâ, *At quando*, inquit, *audiam te?* Cui Ariſtides contrà pari animi fiduciâ, *Hodie ſi lubet proſone, & cras audies, non enim ex iis ſumus, qui quicquid in buccam venerit temere evomunt, ſed in iis qui accuratè loqui inſtituunt. Liceat autem, O Rex, notos etiam & Familiares intereſſe auſcultationi. Licet*, inquit Marcus, *Concedatur etiam* (addidit Ariſtides) *ipſis exclamare & plaudere quantum valent, nullâ Tui præſentis ratione habitâ. Hoc*, inquit Imperator ſubridens *in Te ſitum eſt.* Poſtero igitur die laudes Urbis Smyrnæ, fœlici admodum facundiâ ornatas coram Antonino deprædicavit; quæ quidem ad nos uſque permanſit Oratio.

Philoſtr. in Ariſtide.

Ariſtid. Tom. 1. Orat. 15.

Smyrnæ

Smyrnâ Athenas concessit, quodque diu illi in votis fuerat, Cereris sacris initiatus est, quâ non sanctior apud Ethnicos, aut solennior erat Religio. Hujus utique Templum ingressos, summâ morum innocentiâ & nullius sibi sceleris conscios, oportuit. Quin at Examine accuratiùs institutо opus erat, nec nisi qui Sacerdoti, cujus erat de singulorum statu dijudicare, se comprobarent, adeundi copiam mos erat elargiri. Quò magis hanc ad vitæ integerrimæ famam affectabat viam Antoninus, ut virtutem tam luculento testimonio cohonestatam, & sæculo præsenti & posteris commendaret. *Capitol. 27.*

Magnos itaque honores Athenienſibus tribuit; Doctores etiam in eorum urbe, annuâ mercede conductos, constituit, qui omnis generis Scientiam excolerent. Donis etiam auxit munificentissimis, prærogativas etiam & immunitates plurimas ampliſſimaſque illis indulsit. Revertens ad Italiam navigio tempestatem gravissimam passus est. Brundusii togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse jussit; nec unquam, eo imperante, Romæ, aut in Italiâ sagati prodierunt milites. *Dio. Philostr. in vit. Adriani. Capitol. 27.*

Romam ut venit, omnia gaudio & acclamationibus plena; Ipse autem, quum annos octo peregrinatum abfuisset, Populo octo aureos viritim largitus est. Quicquid etiam vel fisco, vel ærario publico debebant, ab annis sex ad quadraginta, absque sexdecim annis Adriani, omnibus remisit: jussitque Syngraphas omnes de ære illo scriptas in foro comburi. Commodum, quem puerum adhuc Cæsarem appellaverat, togâ virili induit, Collegam in Tribunitiam potestatem junxit, cum eo triumphavit unà, Consulem in annum sequentem designavit; quem ut cohonestaret magis, ad Consulis currum triumphalem in Circo pedes ipse cucurrit. Exinde Lavinium profectus est, ut in illo se receptu Philosophiæ totum impenderet, quam *Matrem* sæpe suam, Aulam verò *Novercam* appellare, familiare illi erat. Sententia Platonis semper in ore illius fuit, *Florere Civitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.* Cùm tamen populum victorem & otiosum spectaculis gaudere, & prudentis esse nôsset, labores & dura belli ludis & pompâ lenire; simul ut animos hujusmodi oblectamentis occupatos, à novis & Reipublicæ noxiis abstraheret moliendis, Congiarium, & magnifica inprimis spectacula donavit. Ipse quidem suopte ab his ingenio alienissimus, popularibus tamen suos attemperare mores, ubi usus esset, nequaquam dedignatus. *Dio. Capitol. 27. Ann. Christi 176. Capitol. 6. Vid. lib. VII. § 3.*

Roma interea, dum Imperatore tandem præsenti, dum gaudiis atque otio laboribus ejus & periculis parto frueretur, tristissimo perculsa est nuntio, Smyrnam nempe incendio penè absumptam, & terræ motu graviter conquassatam, ut pars ædificiorum multò maxima solo æquata, incolas etiam plerosque ruinis & ruderibus obrutos simul improvisâ morte opprimeret. Orationem ad Antoninum scripsit Aristides, miro planè artificio, in quâ calamitosæ urbis infortunia adeò deploravit, ut sæpe ingemuerit is inter lectitandum, tandem verò etiam in lachrymas effusus, urbem confestim instaurandam Senatori mandaret; Pecuniam reficientibus largitus est ampliſſimam, ut ne pristina quidem desiderari magnificentia, aut suo periisse dispendio, potior ex ruinis rediviva, videretur. Æream cives Statuam in foro Smyrnensi Aristidi erexerunt; grati ob urbem restitutam animi indicium; cum illius impulsu annuerit restaurationi Marcus. Honorem sane exemplo carentem! nec nisi fausti & virtutis studiosis proprium temporibus, in quibus Monumentum perenne vel Regiâ largitate dignum, Oratoris facundia mereri potuit. Sed Antoninus beneficium, non tàm contulit in Smyrnenses, quàm officio pridem devinctus rependit. Illi siquidem, dum Parthicum gereretur bellum, Atidium Cornelianum Syriæ tunc temporis præfectum, fugatum fanciumque, fusasque ejus copias, benignissimo exceperant hospitio. Cornelianum vulneribus confectum justis prosecuti erant exequiis; Milites autem non humaniter tantùm, sed etiam certatim curabant, Arma, Sumptus, Vestimenta largâ suppeditabant manu, Venusinæ olim post infamiam & Cladem Cannensem benevolentiæ æmuli. Sed nec his opus erat Antonino ad benignitatem & munificentiam excitando; cum aliis præterea Civitatibus, non Italis tantùm, sed peregrinis etiam largitus esset; Carthagini scilicet, Epheso, Nicomediæ pari conculsis infortunio. *Dio. Philostr. in Aristide. Aristid. tom. orat. 20, 21. Philostr. in Aristide.*

Sumptus

Capitol. 13. Sumptus ſpectaculorum ingentes, munera populo crebrò donata, pecuniæ vis immenſa in urbes incendio & terræmotibus labefactatas erogata; Debita Romanis & Vectigalia dimiſſa, exhauſto etiam tunc temporis ærario, Viri indolem atque ingenium adeò prædi-
Dio. cant; ut illiberalitatis purgationem nefas ſit inſtituere. Frugi equidem Principem & agnoſcimus & collaudamus; qui Pii exemplo edoctus res fiſci curaret ſeduló; largum tamen & profuſum, ſiquem unquam alium, ubi aut Populo ex uſu fuerat, aut Romani nominis intereſſet. Cogitavit nempe, & perſpectum penitus habuit Vir Sapientiſſimus, tum tantùm cùm res agitur publica, ſumptibus ponere modum Principi minimè decere; Avaritiam verò in neceſſariis, & tempeſtivo rei gerendæ articulo, malum eſſe omnium
Capitol. 23. longè acerbiſſimum. Subditos, dicere ſolebat, tributa lubentiori perſolvere animo, qui
Dio. Principem in publicis magnificum, in domeſticis parciſſimum perſpexerint: Ab opibus probè gnaros & copiam & fælicitatem ſuam proficiſci omnem; nec ab Imperatore egeno bene rem geri poſſe. Nec tamen eſt, quòd Antoninum miremur injuriâ notatum; cùm iſta ſola collaudare munera ſit populo ſolenne, quæ perperam & temerè conferuntur: quæ verò regni commoditates ſuadent, & recta moderatur ratio, ea parſimoniæ inſimulare. Rerum nempe, & quid ex uſu ſit prorſus ignari, quantum inter dandum & profundendum interſit, dijudicare nequeunt; Data verò non ex ipsâ re, aut accipientis merito, ſed ex avido ſuo & inſatiabili ingenio æſtimant. Id ſatis conſtat, Antoninum præ
Ibid. cæteris qui Romæ imperitârunt beneficentiſſimum ſe præſtitiſſe; Is utique ædem primus omnium extruxit in honorem Deæ Beneficiorum patronæ; quæ forſan virtutum unica *Beneficientiam* dico, apud Romanos divinos honores nondum erat nacta. Sed ab Illo præſertim illius Numinis cultum inſtitutum oportuit, qui per omnem vitæ conſuetudinem, & dona temperare, & virtutem excolere, & decorum in omnibus ſervare, & quæ temerè dantes utrinque urgent vitia declinare novit; dandi peritiſſimus & ſcientiâ & uſu factus. Antoninum hoc anno exeunte Imperatorem Romæ nonò renunciatum Nummi compertum dabunt; illud enim anno Tribunitiæ poteſtatis trigeſimo primo factum docent.

Fabia, quam, Veri quantumvis ſororem, cum illo tamen turpiſſimè conſueviſſe jam ſuprà memoravimus, ne minor videretur Imperii libido, quàm morum Impudicitia, eniſa
Capitol. in fine. eſt maximè, ut, Fauſtinâ mortuâ, in Marci matrimonium coiret. Is infamiæ ſuæ conjugis tametſi neſcius, at quid fœminæ Fabia eſſet probè gnarus, ſin minus, nec animo ad alteras nuptias propenſo, technas ejus irritas dedit omnes. Fertur quidem ille Concubinam ſibi aſciviſſe, ne tot liberis ſuperinduceret novercam: ſed fertur tantum, &, nî animus me fallit, temerè. Id minimè omnium me fallit, rumores non rectè ſeuper refutatum iri, ex eo quòd iſtiuſmodi facta à dictis abhorreant plurimùm: Sermonibus enim cum vitæ conſuetudine nimium quantum inter ſe ſæpe ſæpius diſconvenit. Et hominum quidem id vulgo familiare novimus, ſed de Antonino tale quid cogitare nefas. In ejus nimirum ſcriptis hominis ingenium & mores legere eſt: ut non tàm aliis quàm ſibi præcepta dignoſcas: Hujus itaque famam injuriâ hâc inuſtam labe vel inde æquum eſt credere, quòd
§ 17. in primo *Ad Seipſum* Libello, Gratias Diis adeò habuerit prolixas, *ob ſeipſum adoleſcentem apud Avi concubinam non diutiùs enutritum.* Quo itaque ſe puerum non contaminatum exemplo ſeriò gratulatus eſt, eundem ſuis iſtud demum liberis ætatè jam grandiorem objeciſſe, ego equidem ut credam, animum haud facile induxerim.

Sed nec Pax, nec Romæ commoratio diuturna fuit. Triennio enim poſteà Scythæ, adſcitis etiam è Septentrionalibus auxiliis, arma ſumpſerunt denuò; Legatos adorti nihil tale
Dio. metuentes, nec ſibi aut provinciæ tuendis pares. Res igitur perturbatæ cùm Imperatoris & præſentiam, & ingentem ex improviſo belli apparatum poſtularent, tum denique Marcus primò pecuniam à Senatu petivit. Erat quidem iſta in principis Poteſtate, ſed quod licebat, noluit tamen. Argentum is nempe cæteráque omnia eſſe Senatûs Populique Romani exiſtimavit. *Nos enim*, inquit, Senatum allocutus, *uſque adeo nihil habemus proprium, ut etiam veſtras ædes habitemus.*

Filio deinde suo Brutii Præsentis, Viri consularis, filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum. Deinde hastæ cruentæ in Bellonæ templo Ritum pro more perfecit. Ritus iste apud Veteres, tunc tantùm, cum Bellum in Regiones transmarinas procul transferrent, est usitatus. Marcus itaque peregrè profecturus hastam arripit in templo repositam, & suprà columnam in Circo Flaminio oppositam, agrum hostium versus contorsit. *Capitol. 27. Dio.*

Romani Imperatori jam senio & laboribus infracto, novis etiam belli eunti obviam periculis metuentes; tum etiam optimo Principe, & tam egregiâ quæ in hoc uno superstes visa est sapientiâ privatum iri se veriti, ad ædes ejus confluxerunt frequentes; animo & moribus instituendi ab illo præcipienda avide accepturi. Hoc illis nimirum in votis erat, tum ob insignem Viri Reverentiam, tum si sibi Dii accensendum eum decernerent, ut Virtutis Viam, quam præeunte Illo & exempli facem præferente pridem institerant, præceptorum olim memores pergerent porrò tenere. Antoninus, voluptate ex animis ita affectis perceptâ haud mediocri, rogatis annuit lubens; nec per Triduum integrum Scientiæ Moralis quæstiones exponere, difficultates expedire, bene vivendi regulas in breve redactas compendium, & memoriæ facile commissas excogitare, atque impertire gravatus est. *Ann. 178.*

Profectus deinde ineunte Mense Augusto, Filio etiam Commodo itineris socio, Copiis Paternum præfecit, eumque ad prælium cum hoste committendum mittit. Exercitûs Hostilis partem multò maximam in illâ pugnâ confecerunt Romani, postquam à primo manè usque ad Vesperum, obfirmato utrinque animo, & ancipiti diu Marte esset dimicatum. Quâ demum partâ victoriâ Antoninum Imperatorem decimò lætus renunciavit exercitus. *Dio.*

Quas in annorum horum extremâ Antonini expeditione is res præclarè gesserit, ex illâ tantùm scire est quam Imperio Romano afferebant gloriam. Singulas autem oratione posse persequi inter optata nobis referendum est; cùm nemo superstit Authorum, qui in se suscepit enarrandas. Id unum constat, bellum contra Scythas durum perinde & grave, ac olim vel Parthicum fuerat, vel Marcomannicum. Pleroscque hdei suspectæ duces Scytharum regem ob clandestina cum hoste consilia, aut inita, aut saltem iniri credita, capite truncâsse; Marcum cum illis sæpiùs cruento admodum & obfirmato prælio manum conflixisse; exercitum ejus hoste potiorem, tanti ducis exemplo factum; qui animi solertiâ planè incredibili omnia inter pugnandum disponebat, suorum quantumvis senex agmen ducebat, pericula nulla detrectabat; Sed hostem ubi multis attritum præliis, arcibus extructis, & præsidiis per omnem regionem dispositis, per biennium coercuisset; Tertiam jam expeditionem susceptarus; ineunte mense Martii, Viennæ Austriorum, vel ut alii Syrmii, gravissimo correptus est Morbo, quo etiam pauces intra dies absumptus interiit.

Ferunt quidem nonnulli Medicos, quò Commodo gratificarentur magis, mortem ejus maturâsse: Quod si verum est, (& Dio sanè verissimum esse præstat,) quàm suis id erat rebus opportunum, quod is in ore habuisse frequentissimum perhibetur? *Quàm multa sunt ob quæ à nobis liberari desiderent haud pauci? Illi ipsi elatum me optant, pro quibus tam multa exantlavi, supplicavi, procuravi: Illi injuam ipsi elatum me optant, tanquam qui levamen forsan hinc aliquod sperent.* Et is quidem suo tum præsertim præcepto, quod ibidem memoratum habes, obsequutus est. *Nec propterea tamen minus illis propitius discedas, sed moris tui tenax, amicus, benevolus, mitis.* Ab eodem utique Dione accepimus, Marcum morti proximum Commodum militibus commendâsse, (noluit enim videri, quòd sibi ab illo allata est credere) Tribuno etiam Militum Tesseram postulanti, *Abi ad Orientem*, respondisse, *Ego enim jam ad Occasum commeo.* "Quod eo creditu est proclivius, quòd Antoninum constet, quâ erat mira animi in suos benevolentiâ, propinquorum vitia dissimulare solitum." *Dio. Lib. x. §36. Dio.*

Sed tenera adhuc Commodi ætas, quæ nondum indolis adeò turpis atque immanis indicia dederat, ignominiam & culpam hanc injuriâ illi insuetam ut credam facit. Præsertim, quum non nisi mortuo patre in vitia delapsum narret Herodianus. Mores sanè *Herodian. lib. Commod. p.*

cruenti, quibus se omnibus brevi reddidit infestum, ut hujus etiam patricidii reum existimarent, plerosque poterant inducere; ut nequid sit facinoris aut flagitii, quo non ipse se contaminâsse putaretur. Nec insolens est iis omnibus facilem adhibere fidem, quæ etsi pridem, & illis forsan inscii vel facta, vel conficta, extremo tamen vitæ actu Principes in se admitti potuisse ostendunt. " Hæc quidem D'Acerius pro suo etiam in malos æqui-
" ori ingenio: cujus affectum & mores benevolos non laudare nequeo: Sed ita tamen mo-
" nendum duxi, Herodiani testimonium à Capitolino perquam esse diversum; qui & An-
Capitol. 27. " toninum perhibet moribundum *Sententiam de filio eandem quam Philippus de Alexandro*
" *ostendisse, quum de illo malè sentiret*; (sensu nempe longè alio, Imperium Romanum Com-
" modi vitiis & profusæ libidini minimè suffecturum) quin & *minimè se ægrè mortem ferre,*
" *cum filium superstitem relinqueret*, qualem verò docent sequentia, *Nam jam Commo-*
" *dum turpem se & cruentum ostentabat.* Et mox tum postea. *Ferunt illum mori voluisse*
" *cum filium talem videret futurum, qualis extitit post ejus mortem; nè, ut ipse dicebat,*
" *similis Neroni, Caligulæ, & Domitiano esset.*

Statim ex quo perculsus erat morbo, salus ejus deplorata est. In illum tum demum scopulum impingens, ubi naufragium faciunt pars hominum maxima; qualis revera esset, & quantum potuerit Virtus & Sapientia intimis animi sensibus insculpta, omnibus o-
Herodian. in Com. 3, 4. stendit. Pectus tamen etiam constantissimi Viri diversæ scindebant curæ. Quicquid divinæ visum est voluntati, æquo ille & modesto, quod Philosophum decuit, animo tulit: Populus tamen, quem Imperatori inprimis charum oportuit, quid tandem ipso vitâ functo fieret, cogitare acerbum; & anxio timore plenum. Diem quem morte clausit extremum agebat mœstus; Multa adeò, quibus animi angebatur, revolventi subibant mentem. Terrebat nempe ingenium adolescentium à rectâ honestâque disciplinâ ad luxum voluptatesque facilè delabens; nec hominem minimè imperitum fugit multorum memoria Principum, qui Juvenes imperium suscepissent; qui vitiis & adulatione victi, voluptatibus tantùm studebant, & imperio grave dedecus infligebant. Solicitabant etiam animum recentiora Neronis & Domitiani Exempla, qui nihil sibi ad extremam crudelitatem reliqui fecerant. Filio itaque timebat suo, ne lubricum nactus locum ab instituto descisceret; bonis artibus, studiisque (quibus tanto curarum & laboris impendio ætas ejus tenera fuisset imbuta,) relictis, ebrietati sese & crapulæ dederet; Virtutis etiam, Justitiæ, & in patriam Charitatis obrutis seminibus & extinctis, pro Patre Patriæ Tyrannum ageret. Terrebat præterea Germaniæ vicina gens, quam nondum planè subjecerat; sed partim in societatem adsciverat, alios autem armis belloque edomuerat; quibus, quantumvis metu principis in præsens contineantur, mos est tamen quamlibet levibus momentis ad arma resumenda facillimè impelli. Quare dubitabat, ne despectâ mox filii ætate, & regnandi imperitiâ, conjurati iterum vindictam quærerent, & infamiam victoriarum à se reportatarum delendam. His igitur Curarum fluctibus æstuans, amicos propinquosque omnes, quotquot aderant, convocari jubet. Qui postquam convenerunt, constituto in eorum conspectu adolescente filio, paululúmque se, ut potuit, è grabbato sublevans, hujusmodi habuit orationem.

Ibid. 4. 5.

Marci Imperatoris Oratio pro Commodo.

Dolere vos atque angi cum ita me affectum contemplamini, minime mirandum. Quippe humanum est hominis casibus ingemiscere: multoque magis misericordiam provocant, quæ oculis usurpamus. Ceterum peculiaris vobiscum nostra ratio est. Nam de mei erga vos animi conscientiâ, mu-

Δημηγορία τοῦ βασιλέως Μάρκου περὶ Κομμόδου.

" Ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς, ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν. φύσει τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν, ἔν τε ταῖς ἀλλοτρίαις συμφοραῖς τά τε ἴδια ἐπὶ πολὺ πάσχοντα, οἰκτίζον θεραπεύεται μείζονα. ἐμοὶ δὲ πρὸς τοῦτον κατάστασιν πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ δέδεται ὑμᾶς, ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως ἤλπικα

παρ. τῶν ἢ κρειττόνων εὐτυχίᾳ, ἐμοί τε αἰδοῖος, μὴ μάτην σοὶ ὑμᾶς τοσάυτα χρόνον πολύ τε καὶ σπουδῇ καλαπεθῆδαι ὑμῶν τε ὑπεδύναι χάριν, δείξασιν ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐπύχατε, ἐκ ἀμνημονεῖτε. ὁρᾶτε δὴ μοι τὸν υἱὸν, ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψασθε, ἄρτι τῆς μειρακίου ἡλικίας ὅριζόμενον, καὶ δόκιμον ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ, ἧδη πιλοτῶντον, μὴ πως φερόμενον ὑπ' ἀπειρίᾳς τῆς τῶν πόντων ἐμπειρίας, οἱ φαῦλα ἐπιπλοΐσματα σφαλερὰ χθῇ. χρῆσθε δὴ ἓν αὐτῷ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ, πατέρες πολλοὶ θεράποντές τε, καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύοντες.

tuum spero à vobis quasi meo jure benevolentiam. Nunc autem illud accidit, cum & mihi sit judicium faciendum, frustrane vobis honorem tam diu habuerim, studiumque omne meum lubens detulerim: & vobis referenda gratia ostendendum, non esse eorum quæ acceperitis immemores. Videtis filium, quem ipsimet educastis, primas nunc adolescentiæ metas ingredientem, quasique in salo, atque in fluctu vitæ, gubernatoribus indigentem: ne rerum imperitiâ de recto quasi cursu ablatus, malis artibus impingat. Este igitur vos illi pro me uno multi parentes, excolendo scilicet, atque optima suggerendo.

Οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος ὑβρὶν αὐταρκὴς σφῇς τυραννίδος ἀκεσαίαν, ὅτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ βιάδαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ σφῶν ἄρχοι ἢ σφὶ πιπτόντων εὔνοια. μάλιστα γὰρ ἐκεῖνοι αἰὲ ἀρχῆς μάκος ἀκινδύνως πλέουσι, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον γὰρ τῆς αὐτῶν χρηστότητος, τοῖς σφῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. ἐ γὰρ οἱ δεῖ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μὴ πανθοῖς ὑπακούοντες, ἀνυπόπτοι, καὶ ἔξω κολακείας σφᾶσιν τὰ δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διάγουσιν, ὑδέποτε ἀφυιάζωσιν, ὧν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει δεῖ τύτῳ ἀχθῆσαι. χαλεπὸν γὰρ μαθῆσαί τε, καὶ ὄφρα ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπερτύσας ἐξουσίας. τοιαῦτα γὰρ συμβουλεύοντες αὐτῷ, καὶ ὧν ἀκόσι παρὰν ὑπομιμνήσκοντες, ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα, τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέγιστα, ὅτου τε μόνου ἀΐδιον αὐτοῖς ποιῆσαι δυνήσεσθε.

Neque enim ut pecuniæ vis tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi illi ipsi quos reges, animum imperanti benevolentiamque accommodent. Quippe ii demum diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate civium suorum animis instillant. Neque enim quos servire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quemque voluntas adegit, ii sunt in agendo, patiendoque à suspicione omni, assentationeque vacui: nunquamque imperia detrectant, nisi violenter contumelioseque sint habiti. Est autem difficile, in maximâ licentiâ moderari sibi, quasique frænos imponere cupiditatibus. Quòd si bene vivendi autores illi fueritis, & quæ nunc coràm audit, identidem admonueritis, unâ operâ & ipsum vobis reliquisque omnibus optimum principem reddetis, & memoriam nostram demeribemini, quam scilicet immortalem hac una ratione poteritis efficere.

Talia dicentem Marcum ita repente animus defecit, ut statim conticesceret, ac languore nimio Supinus, in lectulum relaberetur. Quum itaque diem unum duntaxat & noctem supervixisset, fato est functus: sic ut magnum suî desiderium ejus ætatis mortalibus, posteris verò etiam virtutis memoriam reliquerit sempiternam.

Postquam illius mortem fama vulgavit, incredibilis repente exercitum ipsum, plebem, atque Italiam adeò omnem luctus occupavit. Nullus unquam nuntius tantum dolorem Romæ excitavit, tantum unquam terrorem intulit. Imperii Gloriam & Felicitatem integram cum Antonino interiisse unà diceres; quem omnes certatim unâ voce, alii Parentem, Fratrem alii, alii Ducem Fortissimum, Bonum quidam Imperatorem, nonnulli etiam Probum, Continentem, Sapientem, Moderatum Principem, Virtutis denique consummatissimæ Exemplar vocitabant; quodque vix alibi usquam factum accepimus, tot in laudes ejus conspirantium ne quisquam sanè aut falsus aut nimius habebatur.

Capitol. 18. Senatus Populusque, etiam priusquam funus conderetur, non divisis locis, sed in unâ sede propitium Deum dixit. Et parum sanè fuit, quod illi & Aurea poneretur in æde Julii Statua, & honores divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas dedit, nisi quòd etiam sacrilegus judicatus est, siquis ejus imaginem in suâ domo non habuit, qui per fortunam vel habere potuit, vel debuit. Denique in multis domibus M. Antonini Statuas moris erat inter Deos penates consistere.

Ann. Christ. 180. *Dio. Capitol. Sexagesimum primum egisse narrat. Dio* lviii. *annos, menses* x. *dies* xxii. *natum occubuisse.*

Ita demum conquievit omnium, qui Romæ unquam principatum tenuerunt, optimus, maximusque Marcus, Diis vitâ & morte conjunctus, cum annum ætatis quinquagesimum nonum nondum exegisset. Annos novem Fratrem habuit imperii participem; decem regnavit solus. Quem variis exagitatum fortunis, & plurima præclarè prosperéque gerentem, idcircò tamen præsertim fælicem ducere fas est, quòd immane Filii ingenium, & flagitia (quibus is humano generi & pestem & probrum brevi se præstitit) nefanda, parum adhuc perspexisset.

PRÆ-

PRÆLOQUIUM,

IN QUO

De Disciplina Stoica, cum Sectis aliis, Peripatetica, & Academica Vetere, Epicurea verò præcipuè collata; deque eorum, qui hanc secuti sunt, quæ supersunt, Senecæ, Epicteti, Marci nostri cumprimis, scriptis differitur: Operisque hujus totius ratio atque institutum exponitur.

SToicam *Disciplinam*, præ cæteris Philosophorum priscorum Sectis ad dogma Christianum proximè accessisse, è nostris qui censuerint, non desunt. Et Josephus quidem Judæus, ubi *vitæ suæ* rationem denarrat, de *Pharisæorum*; quam apud suos αἵρεσιν ἀκριβεστάτην fuisse [1] Paulus pronunciat, quamque horum uterque, & Josephus & Paulus, aliquando sectatus fuerat; [2] ἡ Φαρισαίων, inquit, αἵρεσις τῇ παρ' Ἕλλησι Στωϊκῇ λεγομένῃ. *Pharisæorum Secta ei est affinis, quæ Græcis Stoica nuncupatur.* Hieronymus verò noster verbis planè disertis; [3] *Stoici*, inquit, *nostro dogmati in plerisque concordant.* Et in multis quidem convenire, ambigi non potest, si quis instituti utriusque τοὺς τῶν πράξεων regulas legésque secum invicem contulerit: in pluribus etiam, opinor, quàm Secta alia ulla; quum nulla, credo, comperta sit, quæ pietatis ac virtutis studium exercitiúmque aut pluris faciat, aut altiùs evehat, aut fortiùs spiret, aut acriùs urgeat, aut penitiùs inculcet, aut enixiùs provehat.

[1] Paul. apud Lucam, *Act.* 26. 5.

[2] Joseph. in *Vita sua de Bello Judaic.* libris subjuncta.

[3] *In Esaiam Comment. cap.* 11.

Hoc quo clariùs eluceſcat, de Sectis eminentioribus quibusdam cum ista collatis videbitur. Atq; hîc mitto Pythagoræ, [4] mysticam an magicam dixerim, disciplinam, cujus rudera duntaxat & λείψανα disjecta jam supersunt. *Aureum* enim *carmen*, quod hujus nomine prostat, ejusdem esse notæ censent eruditi cum Phocylidæ *Monitorio*; suppositititium utrumq;. Sed nec in ullo numero habendam existimem,

[4] Videatur *Pythagoræ Vita*, apud Laert. l. 8. & ab Jamblicho conscripta, *cap.* 13, 14, 23, 24. necnon *Jamblichi vita*, apud Eunap. in *Vit. Sophist.*

ſtimem. aut Cynicorum affectaram illuviem, fœdáq; in propatulo etiam perpetrata [5] χειρουργήματα; (quos [6] *à Stoicis tunica tantùm diſtare*, haud ritè pronunciâſſe videtur Satyricus, quam illi [7] obſcœnitates iſtiuſmodi, ſordéſq; etiam, [8] tanquam à natura humana alienas, ſint averſati:) aut Academiæ etiam Novæ ἀκαταληψίαν, quæ cùm ſenſibus tam externis quàm & internis fidem omnem detrahat, [9] mentíſque pariter atque corporis oculos penitus revellat, hominem nec rationis particeps eſſe animal patitur.

[5] De quo videri poterit, ni pudor prohibeat, Dio Pruſ. *orat.* 6. in *Diogen.* ſive, *de Tyrann.* & Laert. *l.* 6. in *Diogen.* quo loco vim vocabuli non aſſecutum Ambroſ. Camald. Interpretem, non eſt mirum, quum H. Stephan. præterierit.

[6] Juvenal. *Sat.* 13.

[7] Proinde Zeno αἰδήμων ἀνὴρ τῷ χυνικῷ ἀναισχυντίᾳ, à Cratete deſecit. Laert. *l.* 7.

[8] Τὸ καθήκειν παρέλιπε ἐν τῇ φύσει τὸν ἄνθρωπον πεφυκέναι· ἢ εἴ τινι ἄλλῳ, ἢ τούτῳ τῷ ζῴῳ χρείζεται. Epictet. *diſſert. l.* 4. & per totum *cap.* 11. quod his verbis clauditur, Παῦσαι ἐκβῆναι ἀπὸ τινος ἀνθρωπικῆς γένεται· αὕτη δ' ἰσχύς ἐστι τοῦ μὴ ἀνθρωπικὴ εἶναι.

[9] De quo videri poterit, ni pudor prohibeat, Dio Pruſ. *orat.* 6. in *Diogen.* ſive, *de Tyranno.* & Laert. *l.* 6. in *Diogen.* quo loco vim vocabuli non aſſecutum Ambroſ. Camald. Interpretem, non eſt mirum, quum H. Stephan. præterierit.

Ad illos accedo, qui Philoſophiam nobis excultiorem dederunt, Scholáſq; frequentiores, ampliores, illuſtriores habuerunt. Ex his ſunt, qui è Platonis Gymnaſio prodiêre, *Academici Veteres*, & Peripatetici: quos, quia [10] *nominibus* ſolis *lociſq;* (cùm *Academiam* alteri, *Lycæum* alteri tenerent) à ſe invicem *diviſi*, *rebus* interim *conveniebant*, unà junxiſſe, compendio dabitur. Inter iſtos cumprimis emicuit Ariſtoteles. Is in ſcientiis diſciplíniſque omne genus tradendis, *Logicâ*, *Rhetoricâ*, *Poeticâ*, *Politicâ*, *Oeconomicâ*, *Ethicâ*, *Phyſiologicâ* [11], ad [12] miraculum uſq; tantum præſtitit, ut plus illi hac in parte totus eruditionis humanioris circulus debeat, [13] quàm priſcorum, non dico uni alteri alicui, ſed eis, quorum ſaltem ad ætatem hanc ſcripta perennârunt, etiam univerſis. Nam quòd [14] *Platonem* hujus Magiſtrum, familiæq; illius utriuſq; parentem, *excipere* ſolent, qui huic alioqui primas deferunt; haud advertiſſe ſatìs videntur, Platonem non tam in diſciplinis tradendis, quàm in ſui temporis [15] Sophiſtis, ſub perſona Socratis, defricandis, ludendis, traducendis, refellendis, horum phaleris detrahendis, fucis detergendis, tricis exolvendis, operam maxima ex parte collocâſſe. Unde natum, ut in *Dialogis* pleriſque, per anfractuoſas diſceptationum ambages, artificio ſingulari ſibi invicem implicatas & innexas, in immenſum ferme protractâ diſſertationis ſerie, veri certíque ſitiens lector, niſi quòd dictionis amœnitate, inventionis varietate, ſtructuræq; elegantiâ; quæ feſſum interim reficiant, dum delinitur detinetur, logis longis ac lacinioſis penè delaſſatus, cùm [16] quod pro certo

Naturâ homo mundum & elegans animal eſt. Seneca *epiſt.* 92. [9] Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 5. & *l.* 2. *c.* 20. & Seneca *ad Lucil. ep.* 88. [10] Cicero. *Academ. l.* 1. [11] *Muſicam*, *Mathematicam*, *Medicam* non adjicio, quia periiſſe videntur, quæ de his ſcripſiſſe diſcimus ex Laertii laterculo: ſed nec Metaphyſicam, quia nomen priſcis illis ignotum; aliúdque planè ſonat τὰ μετὰ τὰ φυσικά. [12] *Talem eſſe unum hominem miraculoſum eſt potiùs, quàm humanum.* Averroes in *Proœm. Phyſic.* [13] *Ariſtoteles meo judicio in Philoſophia prope ſingularis.* Cicero. Academ. *lib.* 4. [14] *Ariſtoteles, excepto Platone, Philoſophorum princeps.* Cicero. *de finib. lib.* 1. *Ariſtot. longè omnibus* (*Platonem ſemper excipio*) *præſtans ingenio & diligentiâ.* Idem *Tuſculan. lib.* 1. [15] *Sophiſtas è Platone intelligimus luſos à Socrate.* Cicero. *de finib. lib.* 2. [16] *Platonis in libris nihil affirmatur; & dum in utramque partem multa diſſeruntur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur.* Cicero. Academ. *lib.* 1.

ſtatuatur

ſtatuatur nihil occurrat, in quo pedem figat, nec jam animi pendens, opinatione dubitationéque omni depoſitâ, firmus conſiſtat, ac ſecurus acquieſcat, vix aut nè vix quidem tandem deprehendere queat.

Ariſtotelem itaque ſeligemus, qui in eis, quæ ad mores formandos, vitæque rationem ritè inſtituendam pertinent, (de his enim jam agimus) reliquorum nomine ſententiam ferat. Is poſt Platonem, cum agmine utroque dicto, in tres claſſes *Bona* diſpeſcit univerſa, *animi*, *corporis*, & quæ *extra horum utrumque* conſiſtunt, vitæ hujus adminicula. Quamvis autem *animi bona præſtantiſſima* eſſe cenſeat, & *per ſe* maximè eſſe *expetenda* concedat; tanti tamen poſteriora duo iſta facit, tantúmque [17] ad ſortem beatam conſtituendam momenti viriumque eis tribuit, ut [18] virum virtute licèt univerſâ inſtructum, ſed alteris illis orbatum ac deſtitutum, *beatorum* numero eximat, præſertim [19] ſi in adverſa graviora, calamitatéſque inſigniores inciderit; iſta ſiquidem, ubi incurſaverint, *beatitudinem*, quanquam, [20] *mutatu haud facilem*, [21] *intercidere* tamen, *abrumpere* & *corrumpere* prorſus.

At Stoici, adeò nihil hanc in partem efficaciæ corporeis externíſque iſtis permittebant, ut præ animi illis nec in *bonorum malorúmve* cenſu collocanda cenſerent; ſed pro rebus *mediis* prorſus haberent, quæ in neutram partem momenti multum conferrent: cùm [22] *nihil bonum* ſtatuerent, *niſi quod pium, juſtum, humanum, honeſtum foret*; *nihil malum, niſi quod impium, injuſtum, inhumanum, inhoneſtum* exiſteret. Proinde *miſerum* eſſe *inſipientem, iniquum, improbum, impium* quemque, quantumcunque, quæ aliis habentur, *bonis, corporeis exteríſque inſtructus ſuffultúſque vitam exegerit*; [23] *beatum* contrà *bonum piumque* quemlibet, quantumcunque *malis*, quæ cæteris reputantur, *obſtrictus divexatúſque ævum tranſegerit*. Hunc denique ſolùm *ſapere*, verè *liberum* eſſe, *ſui compotem, numini charum, cujus ſub tutela curáque, cùm perpetim agat*, ſolùm poſſe [24] *ſecurum malique omnis metu*

[17] Τῶι εὐδαιμονίαν ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συνιστάμθρ. Ariſt. *Ethic. Magn. l.* 1. *c.* 2. Περσεῖται γὰρ ὁ εὐδαίμων ἥθ ἐν σώμαπ ἀγαθῶν, ἢ ἥθ ἐκτὸς, ἢ τῆς τύχης. Idem. *Ethic. Eudem. l.* 6. *c.* 13. *Multi & magni Philoſophi hæc ultima bonorum junctæ faciant; ut Ariſtoteles, qui virtutis uſum cum vitæ perfectæ proſperitate conjunxit.* Cic. *de fin. l.* 2.

[18] Ἀνὲ ἥθ ἐκτὸς ἀγαθῶν· ἐκ εὐδίκηται

εὐδαίμονα εἶ. Ariſt. *Eth. Mag. l.* 2. *c.* 8. [19] Οὐ μακάριος γε, ἂν πελαμικῆς τύχας συντύχῃ. Ariſt. *Eth. Nicom. l.* 1. *c.* 10. Οἱ δ τετραζώνου ἢ τῆς δυσπραξίας μεγάλας συνπίπτοντα εὐδαίμονα εἶ φάσκοντες, ἐὰν ἦ ἀγαθὸς, ὑδὲν λέγουσι. Idem *Magn. l.* 6. *c.* 13. [20] Οὐκ εὐμεπάβολον. [21] Θλίβει ἢ λυμαίνεται τὸ μακάριον. Ibid. idem *Eth. Nicom. l.* 1. *c.* 10. [22] Τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἀγαθὰ εἶ. τὰ δ κακὰ τὰ δ ὑδέτερα ἀγαθὰ μὲν τὰς ἀρετὰς κακὰ δ τὰ ἐναντία· ὑδέτερα δ, ἃ μήτε ὠφελεῖ, μήτε βλάπτει, οἷ ζωὴ, ὑγίεια, πόνος, κάλλος, ἰσχὺς, πλοῦτος, δόξα, εὐημερία. Laert. *l.* 7. *Zenon.* Μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν, οἷδεν ἡ βάρβαρος φιλοσοφία. Clemens Alex. *ſtrom. l.* 5. Mox poſt nonnulla ejuſdem notæ interjecta, ταῦτα ἀγυλλῶσιν οἱ Στωικοί. *Unum bonum eſt, quod honeſtum eſt: cætera falſa & adulterina bona ſunt.* Sen. *Epiſt.* 71. *Nihil eſt bonum niſi quod honeſtum eſt.* Id. *Ep.* 120. Sed & Ambroſ. noſt. idem *Scripturam aſſerere, Offic. l.* 2. *c.* 3. *Media, ſive indifferentia vocamus, quæ nec bona, nec mala, morbum, dolorem, paupertatem, exilium, mortem.* Sen. *ep.* 82. [23] *Virtus ad vitam beatam per ſe ipſa ſatis eſt.* [Hac prædito] *adjice cæcitatem, debilitatem, dolores continuos & graves, non fit miſer, Quem tam multa mala in miſeram vitam non tranſferunt, nec ex beata quidem educunt.* Sen. *epiſt.* 91. [24] Διὰ τί γὰρ φοβηθήσεταί τι ἢ ἐπιθήσεται τοῖς ἀνθρώποις; ἀλλὰ θεὸς ὠμὸν τὸν Καίσαρα συνβήσεται ἐκεῖνὸ παρέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγοντας, ἢ ἀσφαλεστάτους, ἢ δεδοικότας ὑδ' ὅπῶν· τὸ δ τὸν ἄλλον ἔχειν πιπτωκὸς ἢ πατέρα ἢ κηδεμόνα, ἐχ ἡμᾶς ἐξαιρήσεται λυπῶν ἢ φόβων; Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 9.

immunes

immunem degere, utpote [25] *cui mali nihil aut viventi aut morienti obtingere permissurus is fit,* [26] *cui ipse regendum se totum permiserit: nec posse itaque fieri, ut vel sorte beatâ unquam excidat, vel in calamitates ullas ejusmodi incidat, quæ beatitudinem incidendo miserum faciant.* Et hæc quidem fuêre Stoicorum dogmata, in quibus quatenus tam Peripateticos, quàm & Academicos veteres transcendebant, eò ad regulam populo Christiano præscriptam illis utrisque propiùs utique accesserunt.

Etiamsi autem concedere nequeam, quod post [27] Antiochum [28] Cicero, post Ciceronem [29] Augustinus, ab istis illos *vocabulis* tantùm *discrepantes rebus* interim *convenisse*, cùm hoc apud [30] Ciceronem Cato nervosè ac luculenter satis refellere videatur; nolim tamen diffiteri, quod Orator celeberrimus ille, [31] *honestum* saltem *inter hos certamen* fuisse, cùm *omnis* esset *de Virtutis dignitate contentio*; hoc tantùm interesset, quòd partes *primas* alteri, alteri *totas* integrásque *Virtuti* concederent. Cæterùm Epicuri hortulos cum Zenonis porticu, *Voluptatis* Magistros cum *Virtutis* patronis, molles cum rigidis, discinctos & dissolutos cum altè cinctis, arctè strictis committi & in certamen descendere, [32] indignissimum planè videtur, & à ratione omni alienum non immeritò habeatur. Nec defuere tamen istud qui tentarent: idque, quod mirum magis minúsque ferendum, ex eis etiam, qui Stoicis nomen dederant, horum saltem in classe locum ambiebant. Sed quid in hunc sensum proferatur, audiamus, ab eo qui Stoicus ipse haberi volebat.

[33] *Non est*, inquit, *quòd putes magnum, in quo dissidemus.* Exiguum scilicet spatiolum interjectum fuerat, quod utrosque à se invicem dispesceret, cùm *Virtuti* illi *totum* deferrent, *Voluptatem* isti pro *bono* vel *summo*, vel *solo* etiam haberent.

Sed, [34] *Quam*, inquit, *virtuti legem dicimus, ille dicit voluptati.* At Stoici *Virtuti legem non dicunt, à virtutis norma legem accipiunt* ipsi. Nec si eadem suis quæ & illi in nonnullis præcipiunt, ideo non longè à se invicem diviši existunt. Ecquis *Medicum* à *Philosopho* non distare multùm dixerit? Eadem tamen suis in victu vitáque communi præcipiunt isti, præscribunt illi. Medicorum principem & parentem audiamus. [35] Πόνοι, inquit, σῖτα, ποτά, ὕπνοι, ἀφροδίσια· πάντα μέτρια. *Labores, escæ, potiones, somni, venerea; moderata sunto omnia.* Ecquid aliud

[25] Ἐγὼ οὖν ἀκατασκεύῳ μὲν ἀνδρὶ, ὅτι μὴ ἔστιν αὐτῷ ἀγαθὸν οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα. Socrat. apud Plat. in *Apol. Pro certissimo habeatur quod dicturus sum. Nec cuiquam bono quicquam mali evenire potest, nec vivo nec mortuo, nec unquam res eorum à Deo negligentur.* Cic. ex Plat. *Tuscul. l.* 1. & Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 26. ecquid hæc, quàm quæ Solomon Parœm. 1. 33. & Paulus Rom. 8. 28.

[26] Ἄγε δή μοι, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ παρεμένη Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος· Ἕψομαί γ' ἄκων. Cleanthes. ἐπὶ παντὸς ἐνιστέον τούτῳ. Epictet. *enchir. c.* 52. *dissert. l.* 3. *c.* 22. *Duc me parens, celsique dominator poli, Quocunque placuit: nulla parendi mora est; Assum impiger.* Sen. *epist.* 107.

[27] Cicer. *de Deorum nat. lib.* 1. [28] Cicer. *de finibus, lib.* 4. [29] August. *de Civit. Dei, lib.* 9. *c.* 4. [30] Cicer. *de finib. lib.* 3. [31] Cicer. ibid. *lib.* 2. [32] Χαλεπὸν, ἐπιδέᾳ γυναικὶ πόρνῃ μάχῃ. *dura res, Matronæ cum meretrice contestatio.* Menand. apud Cyril. *adversf. Julian. lib.* 7. [33] Senec. *de Vit. beat. c.* 13. [34] Senec. *ibid.* [35] Hippocrat. *epidem. l.* 6. *sect.* 6. § 5. & ex Hipp. Galen. *Hortat. c.* 6.

Philoso-

Philoſophus, ſive Stoicus, ſive Epicureus etiam, ſive alius quilibet? ſed aliis planè rationibus, & diverſis prorſus, ſinguli. [16] *Finem* aiunt, *dare appellationem, & in re ethica formæ rationem habere.* Iſtic ergò vere uſurpatur, quod diverbio vulgari dicitur,

[17] Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.
Fines Myſorum ſunt Phrygúmque diſſiti.

nec ſecus [18] *Medici & Philoſophici, Epicurei & Stoici* fines ſunt diviſi. Medicus ſiquidem valetudini proſpicit, ne in morbum mutet; Epicureus voluptati, nè in dolorem vertat; Stoicus virtuti, nè à tramite iſtius vel tantillum declinando, in vitium protinus proruatur. Toto denique, quod aiunt, cœlo à ſe invicem ſunt diſſiti, quorum alteri *Virtutem,* tanquam Reginam legitimam, Principem juſtam, cui cætera concedant omnia, in faſtigio ſummo collocant; *Voluptatem* huic vix in famulitium etiam admittunt, quæ vel ad pedes ſubſerviat, vel à tergo ſubſequatur; alteri *Virtuti* de Principatu dejectæ *Voluptatem* ſubſtituunt, [19] cui in ſolio regali ſedenti, ancillulæ inſtar, aſtet illa, hoc duntaxat officium ſuum ducens, Dominam in aurem admonere, caveat, ne quid perficiat, à quo dolor aliquis oriatur.

Sed, [20] *ſancta,* inquit, & *recta præcipit Epicurus*; imò *rigida* & *triſtia, fortia* etiam, *ſi propiùs acceſſeris.*

Et propiùs igitur accedamus, quò penitiùs & accuratiùs introſpiciamus. idque eò lubentiùs, quia [41] multos monet Orator hac offuciâ allectos Epicureas partes ſequi, quia *recta & honeſta* ipſum plurimùm facere putant.

Sancta ergò ſcilicet præcipit is, cui [42] *numen rerum humanarum curam nullam planè gerit.* cui [43] πρᾶγμα ὁ θεὸς, ὔτε αὐτὸς ἔχει, ὔτε ἄλλοις παρέχει. [44] *negotii quicquam Deus nec ipſe habet, nec alteri exhibet.* quod impii illi olim fæcibus ſuis immerſi infixíque Judæi, [45] *Deus nec beneficio nec maleficio quenquam eſt affecturus*; [46] *nec propitius eſſe, nec iraſci cuiquam poteſt.* qui denique, utì gloriantur aſſeclæ ipſius, [47] *primus adverſus numen cœleſte oculos attollere* eſt *auſus,* [48] *omnémque funditus* (quantùm in ipſo fuerat) *religionem ſuſtulit.*

Recta verò ab eis quænam, aut quorſum quis expectet? *qui* [49] *amicitiam, fidem, juſtitiam, virtutem ullam, niſi* [50] *proprii vel emolumenti, vel oblectamenti intuitu, nec colant, nec colendam cenſeant*; (*cùm*

[16] Ὁρίζεται ἕκαστον τῷ τέλει. Ariſtot. *Ethic. l.* 3. *c.* 7.
[17] Strabo *geogr. l.* 12.
[18] Χωρὶς τὰ ὁπλοσόφων καὶ ἰατρῶν, ὥσπερ πρὸν Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. Plut. *de valetud. præcept.* quod idem de *Vatibus* & *Philoſophis* uſurpavit Damaſcius in *Vit. Iſidori,* à Suida adductus, quem ex Photio alibi reſtitutum damus.
[19] Videatur Cleanthis pictura apud Cicer. *de fin. l.* 2.
[20] Senec. *ubi ſuprà epiſt.* 33. & alibi.
[41] Cic. *de fin. l.* 1.
[42] *Semota à rebus noſtris, ſejunctamque longé; Nec bene promeritis capitur, neque tangitur irâ.* Lucret. *l.* 1.
[43] Senec. Σωκρατικῶν. τὸ γνωσθὲν καὶ ἀφανὲς, ὔτε αὐτὸ θεόν ἐστιν ἔχει, ὔτε ἄλλῳ παρέχει. ὅτι ὔτε ὀργῆς, ὔτε χάριτος συν-

ἔχεται. Epicur. apud Laert. *lib.* 10. [44] Cicer. *de nat. Deor. lib.* 1. [45] Zeph. 1. 12. [46] Cicer. *in Piſon.* [47] Lucret. *de rer. nat. lib.* 1. [48] Cicer. *de nat. Deorum, lib.* 1. [49] *Quia hæc benevolentiam conciliant, & quod aptiſſimum eſt ad quietè vivendum, charitatem.* Torquat. apud Cic. *de fin. lib.* 1. [50] *Quia tutiorem vitam, & voluptatem efficiunt pleniorem.* Idem *ibid.*

[51] *nihil horum per se bonum, suíque caussâ expetendum existiment; qui* [52] *honestum ipsum inanem sine re subjecta sonum, nec tam solidum, quàm splendidum nomen pronunciant; quin* [53] *nec flagitio, facinore, scelere ullo, quod voluptatem conciliet, lucellúmve pariat, propter se abstinendum statuunt, (cùm* [54] *hujusmodi nihil ex se malum reputent) nisi supplicii,* [55] *damni, mali alicujus insecuturi metu coërceantur; nec à numine hoc (à quo iram vindictámve ob istiusmodi quicquam, vel expectare, vel formidare vanitatis & superstitionis nomine, non damnant tantùm, verum etiam deridenf) sed* [56] *ab hominum conscientia, qui ab iniqua & scelesta perpetrantibus pœnas exigere, ac vindictam sumere, sive pro autoritate publica, sive pro viribus privatis valent; hos autem* [57] *latendi fiducia nulla possit unquam haberi.*

Sed pergamus, & *rigida* ac *tristia* ista Epicurea videamus, ut [58] *imperitorum scil. errore sublato,* ex horum patrono intelligamus, *ea quæ voluptuaria, delicata, mollis habetur disciplina, quàm grævis, quàm continens, quàm severa sit.* [59] Epicurus ergò ipse τὺς ἀκολάςυς & ἀσώτυς castigat & damnat, qui *voluptatis specie objectâ allecti, præsentium deliciarum blanditiis deliniti, cupiditatéque enormi corrupti & occæcati, luxuriis ac libidinibus constringendos se temerè tradunt, nec quid porrò eventurum sit, quos morbos, quos dolores excepturi sint, provident.*

Verùm quo fundamento istos reprehendat, extrema hæc satis liquidò produnt. [60] *Luxuriam* útique *severus* iste, *per se, aut propter se reprehendendam non putat:* siquidem [61] *Voluptas omnis,* inquit, *bonum est:* (ità nec turpissima re ulla perceptam excludit) Et, [62] *si ea,* inquit, *quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum & mortis & doloris metu, docerentq;, qui essent fines cupiditatum, nihil esset eorum quod reprehenderem, cùm undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aut dolens aut ægrum, aut malum.* Ità nec luxuriosos ob eam caussam reprehendit, quia luxuriosè vivant; probat potiùs ac collaudat, quia voluptatibus omni ex parte complentur; modò cætera caveant, quorum primum quidem & præcipuum est, ut omnem numinis è mentibus metum excutiant. Quâ ergò ratione castigat asotos istos damnátque Epicurus? quia utique [63] *Voluptates,* quas immodicè sectantur isti, *Voluptatem* ipsam *multis modis conturbant & corrumpunt.*

[51] Nè justitiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem; sed quia jucunditatem afferat. Idem *ib.* τὰς ἀρετὰς διὰ τὴν ἡδονὴν αἱρεῖσθαι, ἃ δ' αὐτὰς. Epicur. apud Laert. *l.* 10. *Nihil justum esse naturâ, & crimina vitanda esse, quia metui vitari non possit.* Sen. *epist.* 97.

[52] Torq. *ubi sup.*

[53] *Nihil tam turpe, quod hominum conscientiâ remotâ non facturus videatur.* Cic. *de fin. lib.* 2. Vid. Sen. *sup.*

[54] Ἡ ἀδικία οὐ καθ' ἑαυτὴν κακόν· ἀλλ' ἐν τῇ ἀπὸ τῆς ὑποψίας ταραχῇ ἐφ' ᾗ τυχόντων ἐφεστηκέναι κολάσεως. Epicur. apud Laert.

[55] *Plus* hinc *in ipsa injuria detrimenti est, quàm in eis rebus emolumenti, quæ injuriâ petuntur.* Torquat. *ubi sup.*

[56] Οὐκ ἦν τὸν λάθρᾳ τι ποιοῦντα πεφυλαγμένον ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ἐπὶ τῷ παρόντι ἀσφαλὴς· μέχρι γὰρ ἀδήλου εἰ μὴ λήσει. Epic. apud Laert. *Eleganter Epicurus, potest nocenti contingere ut lateat, latendi fides non potest.* Sen. *epist.* 97.

[57] *Tuta scelera esse possunt, secura non possunt.* Sen. ipse *ibid.*

[58] Torquat. apud Cicer. *de finib. l.* 1.

[59] Torquat. *ib.*

[60] Torq. idem *ib.* & Cicer. *de finib. l.* 2.

[61] Πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν. Epicur. apud Laert. *l.* 10.

[62] Epicur. in κυρίαις δόξαις Cicerone interprete, *de fin. l.* 2. Εἰ τὰ ποιητικὰ τῆς τοῦ ἀσώτυς ἡδονῆς ἔλυε τὸν φόβυς τῆς διανοίας, τὺς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτυ καὶ ἀλγηδόνος, ἔτι τε τὸ πέρας τῆς ἐπιθυμιῶν ἐδιδάσκεν· οὐκ ἂν ποτε ἐγκαλῶν ὅτι ἀπεμπολῶμεν αὐτὺς, παντελῶς ἀμεμπτήσομεν τῆς ἡδονῆς, καὶ ἀδακώτυς μᾶλλον τὸ κλῆθρον, μᾶλλον τὸ λυπηρὸν ἔχοντα, ὅταν ὀξὺ τὸ κακόν. Laert. *l.* 10.

[63] Τὰ πρὸς ἡδονὴν ποιητικὰ πολλαπλασιοῦσι τὰς ὀχλήσεις τῆς ἡδονῆς. Epicur. *ibid.*

corrumpunt, dum istis procurandis & prosequendis, [64] *in morbos graves, in damna, in dedecora incurrunt, sæpe etiam legum judiciorúmque pœnis obligantur.* Hæc scil. *rigida*, hæc *severa*, hæc *tristia* sunt, quæ suis præcipit Epicurus. Voluptatibus vel fœdissimis, vel obscœnissimis indulgeant, totósque se dedant, concedit; caveant duntaxat, nè usu an abusu immodico, vel morbum contrahant, vel facultates profundant, vel infamiam attrahant, vel legibus indicta in se arcessant supplicia.

[64] Torq. apud Cicer. *de finib. lib.* 1.

[65] Senec. *ep.* 18.

[66] Βεβαίως τῆς χρείας τὸ σωμάτιον ἔχει, ὅταν τις τὰ ἀναγκαῖα καὶ τὰ φυσικὰ κατὰ τὸ μέτριον πορίσηται· τὰ δὲ πλείονα πολυτελείας ἤδη πρὸς ἄνδρα. Epicur. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.

[67] Ἡδοίμεθ' ἂν καὶ τῷ Διὶ μακαριζόντων ἡμῶν τὴν εὐδαιμονίαν, μᾶζαν ἔχοντες καὶ ὕδωρ. Idem apud eundem, sed vitiatus, & sic restituendus. quam vocem ἀσυζύου notat. Clem. Alex. *strom. l.* 1. ac ampliùs intendit & extendit Seneca *Epist.* 110. *Faciamus*, inquit, *oro te, etiamsi ista desuerint.* Et ipse *Epist.* 25. *Intra hæc quisquis desiderium summ clausit, cum ipso Jove de felicitate contendat.*

Sed temperantes, sobrii, bonæque frugis fuisse referuntur, ex eis qui *Voluptatis* tamen *patroni* ac *magistri extitêre*, eámq; pro *bono summo* habuerunt. [65] Gloriatur utiq; Epicurus ipse, *asse non toto se pasci*; *Metrodorum, qui nondum tantùm profecerit, toto.* [66] *diffluere se corpusculi voluptate profitetur, aquâ & pane vescentem, epuláq; sumptu magno comparatas despicere ac despuere:* [67] *aquam & polentam si habuerit, Jovi ipsi de felicitate controversiam facturum:* [68] *summam enim ista voluptatem exhibere, ubi indigentiâ affectus ea quis sumserit,* [69] *nec minorem voluptatem ex victu tenuissimo, & contemtissimis escis & potionibus percipi, quàm ex rebus ad epulandum exquisitissimis, ubi quicquid dolorem creat, eis sublatum fuerit.*

Et Eudoxo quidem, qui Epicuro prior, de *Voluptate* huic gemina tenuisse & tradidisse videtur, [70] *temperantiæ & sobrietatis in victu insignioris testimonium perhibet Aristoteles luculentum. quâ etiam* [71] *vitæ ratione fidem dogmati suo est ampliorem consecutus*; *utpote qui* [72] *non affectu vitioso, aut partium studio, sed judicio incorrupto* [73] *& veritatis vi victus* [74] *de principatu pro voluptate sententiam tulisset.* de Epicuro verò ambigi non immeritò potest; quem Timochares narrat, non *assem nec totum*, sed [75] *minam* integram *in victum diurnum quotidie impendere solitum*, idq; [76] ipsum alibi de se esse professum. Aliud itaque fuisse videtur, quod ex usu communi, aliud quod per exercitium peculiare factitabat. [77] *Certos* utiq; *habebat dies, quibus malignè famem extingueret, visurus an aliquid deesset ex plena & consummata voluptate, vel quantum deesset, & an dignum quod quis magno labore pensaret*, sive, quibus tanquam [78] *ad palum exerceretur, nè imparatum fortuna deprehenderet, &* [79] *ut contra injurias fortunæ inter ejusdem beneficia firmaretur.* Hoc per intervalla fecisse videtur, quod Eudoxus forsan jugiter. Vi-

[68] Καὶ μᾶζα καὶ ὕδωρ τοῖν ἀνεσιδήλοιν ἡδονοῖν, ἐπειδὴν ἐπίπαν τις αὐτὰ προσενέγκηται. Epic. *ibid.*

[69] Idem apud Ciceron. *de finib. lib.* 2. Οἱ λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελῆ ἡδὺτητα τοῖς ἡδονοῖς. ἐπειφέρουσι, ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ. apud Laert. *lib.* 10. [70] Διαφερόντως ἐδόκει σώφρων εἶναι. Arist. *Ethic. lib.* 10. *cap.* 1. [71] Ἐπεβεβαίωσε δὲ λόγοις. διὰ τοῦ τῇ ἡδυ αἱρετόν. Ibid. [72] Οὐχ ὡς φίλοπαις ἡδονῆς. [73] Οὕτως ἔχων πρὸς ἀλήθειαν. *Ibid.* [74] Συνηγόρευσε δὲ καὶ ἐπὶ ἀκρότητι τῇ ἡδονῇ, *Ibid. lib.* 1. *cap.* 12. [75] Μνᾶν ἀναλίσκειν ἡμερησίαν εἰς τοῦτο τετιμῆσθαι. Laert. *lib.* 10. [76] In *Epist. ad Leontium meretriculam, & ad disciplinæ suæ observantes Mitylenæus philosophos.* [77] Senec. *epist.* 18. ex Epicuri *ad Polyænum epist.* [78] Idem *ibid.* [79] *Ibid.*

ctum autem tenuem ſimplicémq; qua de cauſſa lautiori ac multiplici, perpetim uſurpatæ præſertim, præferendam exiſtimet, rationes ab ipſo proditas habemus. Et primo quidem loco, [80] *non ob luxum ipſum aut intemperantiam,* [81] quam *nec propter ſe fugiendam,* utì [82] *nec temperantiam propter ſe expetendam,* definiat; ſed *ob moleſtias graves, quæ indè provenire poſſint.* Quia nimirum ex largiore ac lautiore victu jugiter habito, ingentes in re familiari excitantur tempeſtates, quibus, dum epulandi modus nullus adhibetur, facultates funditus exhauriuntur, & *patrimonia* integra, quaſi [83] *pilæ in modum convoluta,* [84] *ovi ſorbilis inſtar,* ità penitus *deglutiuntur,* ut rerum omnium egeſtas ſumma protinus conſequatur. Sed nec in re familiari tantummodo tam gravia iſtinc emergunt, ſed & in corpore ipſo, [85] quod eſt illis *boni maliq; omnis,* quia *voluptatis & doloris,* utì mox videbitur, *ſedes præcipua.* [86] *Conſequuntur enim,* inquit, *magni dolores eos, qui voluptatem ratione ſequi neſciunt:* dum [87] *quæ deſiderantibus alimenta erant, onera fiunt plenis;* [88] *multóſq; morbos multa faciunt fercula;* & [89] *miſerabilior ex cruditatibus quàm ex fame enaſcitur macies;* eæ deniq; crapulam ebrietatémq; ſequuntur [90] *capitis vertigines,* oculorum ſuffuſiones, *cerebri æſtuantis verminationes,* artuum reſolutiones, corporis totius affectus moleſtiſſimi, [91] quos ſi vel præſentiſcerent homines, vel prævifos haberent, negat ille apud Comicum Græcum, futurum, ut luxui vinolentiæq;, aut toties, aut tantopere indulgerent. Adhæc proſpectum hac ratione volebant, cùm ipſe, tum & ipſius aſſeclæ, *ut* [92] *cùm in ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparâſſet, nunquam expaveſcerent, quod ſæpiùs experti, priùs didicerant, minúſq; moleſtè id perferrent, ſi neceſſitas incideret, cui antè aſſueverant.* Porrò ut experiundo addiſcerent, [93] *quàm exiguum naturæ ſatisfaciat, quantúmq; ex iſtis voluptatis percipi poſſit,* [94] *ubi indigentiâ affectus quis ſumſerit ea.* Deniq; ut [95] *ex victu lautiore voluptas plenior* accreſceret, cùm [96] *voluptates uſus rarior commendare* atque [97] *intendere ſit natus;* frequentior autem, & continuus magìs multò ſenſum contrà obtundere atque hebetare conſueverit. ac proinde aſſiduam eſcæ delicatioris uſurpationem [98] *ſumtûs quàm oblectamenti amplius habere* pronunciant. [99] Acriores

[80] Οὐ δ' αὐτὰς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἀκολουθοῦντα αὐταῖς συχνὰ βλάβη. Epicur. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.

[81] Torq. apud Cic. *de finib. l.* 1.

[82] Idem *ibid.*

[83] Σφαῖραν ἀπτῆνας ἢ πτερόεσσαν ὀλκάν, ἣ ἀνὰ ἠπείρους ἀνεμώλιος ἐρρίπιαται. Alexis *Cnidiâ,* apud Athen. *lib.* 4.

[84] Ὥσπερ ὄὸν μὴ φορῶν, ὕπνου ἐμπεφορῆσθαι λέγειν καὶ ἐξεγρήγορθαι. Nicomach. apud eund. *l.* 2.

[85] Videantur, quæ apud Cic. ex Epicuro *de finib. lib.* 2. paulò poſt exhibentur.

[86] Torq. apud Cic. ex Epicur. ſententia, *de finib. l.* 1.

[87] Senec. *ep.* 95

[88] Idem *ibid.*

[89] *Ibid.*

[90] *Ibid.*

[91] Εἰ τῷ πάντ' ἀνθρώπῳ φανερὸν ἦν τὸ μελλοντ' ἔσεσθαι πάθος, οὐδ' ἂν εἷς ἐθέλων ποτὲ πρὸς ἡδονὴν τὸν βίον ἔτρεπεν. Alexis *Phryge.* Et in eandem mentem Clearchus *Corinth.* Εἰ τοῖς μεθυσκομένοις ἐκδῆλος ἦν ἡμέρας, Ἀλλᾶν σωφρονεῖν τὸν καφαλὸν ἐκέλευον πρὸ τοῦ πόνου τὸν ἄκρατον, ἡμᾶς δὲ λάθοις ἐπιὼν ἂν· νῦν δ' ἐπειδὴ τὸν πόνον τὸν ἐκ τοῦ πάντα τὸν ἄνθρωπον ἐκλαμβάνοντος ὑστερεῖν πέφυκε. Habet utrumque Athenæus in *Dipnoſophiſtis,* hoc *l.* 1. illud *l.* 15. [91] Sen. *epiſt.* 18. πρὸς τὸν πόλεμον ἀφόβους παρασκευάζει. Epicur. apud Laert. *l.* 10. [92] Epic. apud Senec. & Laert. *ibid.* [94] Epicur. apud. Stob. *ſup.* [95] Torq. apud Cicer. *de finib. l.* 1. [96] Juv. *ſat.* 11. [97] Τῶν ἡδέων τὰ ἀναισθητότατα ἥδιστα μάλιστα τίκτει. Democr. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17. [98] Τοῖς ἄλλοις γὰρ τέρψις μὲν ἐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δέ. Alexis *Amante.* ſive Δαπάνη σοφίσιν, ἡδονὴ δ' οὐδ' ὑποῦν. Idem. *Mentiente.* Athen. *l.* 10. [99] *Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quàm retentæ.* Cic. *offic. l.* 2.

utique

utique ad res placitas intermissas revertimur: esúique [1] *lenocinium* est *antecedens* esúries, ut liberationis *muneri metus.* [2] *Cibi* itaque *condimentum famem* Socrates dicebat, *potionis sitim.* quemadmodum autem ille [3] *ad cœnam vespertinam famem se obsonare* aiebat *ambulando*: Epicurus itidem [4] *ad epulas* insecuturas *appetitum vehementiorem,* [5] *famem maligniùs extinguendo, aucupabatur,* quò amplior ex lautitiis haberetur voluptas. Cæterùm ad virtutem veram, laudémque justam nihil habet momenti, quicquid non honesti caussâ, sed vel lubentiæ ampliori conciliandæ, vel molestiæ majori amoliendæ suscipitur.

Ità *rigida, severa, tristia* vidimus; *fortia* videamus. *Fortis,* inquit, est Epicurus, *& fortia* loquitur: [6] *fortis, licèt manuleatus; fortis, sed stolâ indutus.* Ecqua re fortis? Quia non prudenter tantùm, sed & fortiter agit. Etiamsi enim [7] *Voluptatem omnem in se bonum, dolorem omnem in se malum* censeat; [8] *bono* tamen *quandoque tanquam malo utitur, & malo* vicissim *tanquam bono*; [9] prout expedire *vel non expedire visum fuerit.* [10] *siquidem & voluptatibus quibusdam quandoque se abstinet, ob molestias, quas admissæ essent parituræ*; [11] *& labores dolorésque graviores etiam ac diuturnos nonnunquam sponte lubénsque sustinet, quò voluptatem indè ampliorem deinceps consequatur:* ([12] *istius* enim *consequendæ gratiâ universa & patrare & perpeti* disertè profitetur) quod non prudentis duntaxat, sed & fortis est.

Verùm non est illico *fortis* pronunciandus, quicunque asperi aut adversi quicquam subire sustinuerit. Alioqui *fortes amantes* cum [13] Nasone prædicemus, vel *amentes* etiam; quorum illi libidinis œstro perciti, nihil non laboriosum sustinent ultronei; illi per mentis errorem arrepti abreptíque, in nihil non periculi plenum [14] citra formidinem ullam proruunt. *Fortis* fuerit [15] Mutium agens maleficus, qui *tunicâ præsente molestâ,* in focum ardentem manum ultrò immittit. *Fortes* fuerint, qui [16] *vitæ tædio, quam vitæ genere inquietam sibi fecerint ipsi, ad mortem confugiunt*; adversus quos [17] Epicurus ipse pronunciat: *fortiùs* facturi, censente Epigrammatario, si [18] refugerit ille, [19] sustinerent isti. *Fortes* contrà, qui [20] vitæ cupidine nimiâ, cruciatûs & tormenti nihil subire ac perpeti recusent, [21] non tam quò *vitam ulteriùs protollant,* quàm *quò mortem diutiùs protrahant. Fortis* fuerit Mæcenas,

[1] Senec. *de benef. l.* 1. *c.* 11.
[2] Cicer. *de finib. lib.* 2.
[3] Cicer. *Tuscul. l.* 5. Ὅλον συνάγειν τὸν βίον. Laert. *lib.* 2.
[4] Τοῖς πολυτελέσιν ἐπιδιαλαμβάνειν συνεχόμενος. Epicur. apud Laert.
[5] Senec. *epist.* 18.
[6] Idem *ep.* 33. & *de vit. beat. cap.* 13.
[7] Πᾶσαν ἡδονὴν διὰ τὸ φύσιν ἔχειν οἰκείαν, ἀγαθὸν καὶ ἀναγνήσιμον πᾶσαν, καλόν. Epicur. apud Laert. *lib.* 10.
[8] Χρώμεθα τῷ ἀγαθῷ κατὰ πᾶσας καιρὰς ὡς κακῷ τῷ δὲ κακῷ τὸ ἔμπαλιν ὡς ἀγαθῷ. *Ibid.*
[9] Τῇ συμμετρήσει καὶ συμφερόντων καὶ ἀσυμφόρων βλέψει σωτέα πίστα κείνουσες.
[10] Ἐστι γὰρ ὅτε πολλὰς ἡδονὰς παραιρούμεθα, ὅταν πλείονον μῶν τὸ δυσχερὲς ἐπὶ τούτοις ἐπιφέρηται. Id. *ib.* [11] Καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν ἐπειδὰν μείζονα ἡμῖν ἡδονὴ παρομένη ἀλγηδόνων χρόνον ὑπομείνασι τὰς ἀλγηδόνας. Id. *ib.* [12] Τούτου γὰρ χάριν ἅπαντα πράττομεν. *Ib.* [13] *Amor. l.* 1. *eleg.* 9. [14] *Metus lapsi, mortem non metuunt.* Sen. *ep.* 36. [15] *In matutina nuper spectatus arena Mutius, imposuit qui sua membra focis, Si patiens fortisque tibi durúsque videtur, Abderitanæ pectora plebis habes.* Martial. *l.* 10. *ep.* 25. [16] Senec. *ep.* 24. [17] Idem *ib.* [18] *Nam cùm dicatur, tunicâ præsente molestâ,* Ure manum, *plus est dicere,* Non facio. Martial. *ubi sup.* [19] *Rebus in angustis facile est contemnere vitam: Fortiter ille facit, qui miser esse potest.* Id. *l.* 7. *ep.* 57. [20] *Optat ultima malorum, & quæ pati gravissimum est, vitæ longioris mercede.* Sen. *ep.* 101. [21] Θάσαν, ἐ μίον μακεσ-

mollis-

[1] *Apparet mollem fuisse, non mitem.* Senec. *epist.* 114. cujus de eodem videri potest censura, cùm *ibi*, tum & *epist.* 19. & *epist.* 92.
[2] Apud Sen. *epist.* 101.
[3] Senec. *ibid.*
[4] Auguſt. *in Psal.* 34. & *epist.* 167.
[5] Καλῶ ἕνεκα ἀνδρῶν ὑπομένειν καὶ πονεῖν τὰ κατὰ πόλεμον ἀνδρείαν. Ariſtot. *ethic. l.* 3. *c.* 7.
[6] Torquat. apud Cicer. *de finib. lib.* 1.
[7] Τὴν ἀνδρείαν φύσει μὲ γίνεσθαι, λογισμῷ δὲ τῶν συμφερόντων. Epicur. apud Laert.
[8] Ἐὰν στρεβλωθῇ ὁ σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. Idem *ibid.*
[9] Idem, apud Cicer. Tuſcul. *lib.* 2. & *lib.* 5. & Senec. *epist.* 66.
[10] Μακαρίαν ἄγοντες καὶ αὐτοὶ τὴν ἡμέραν τοῦ βίου ἐγκρίνομεν ἐκείνην. Epicur. *epist. ad Idomen.* Laert. *lib.* 10. Cicer. *Tusc. lib.* 2. & *de finib. lib.* 2. Senec. *epist.* 66. & 92.
[11] μεγάθυς, Ibid. μήμη, *Ibid.*
[12] Ἀντιπαρετάττετο δὲ τούτοις τὸ κατὰ φύσιν ζῆν, ὅπερ ἐστὶ τῆς ψυχῆς γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν
[13] Senec. *ep.* 9.
[14] Idem *de vit. beat. c.* 4.
[15] Idem *ibid.*
[16] *Ibid. c.* 16.
[17] Idem *ep.* 92.
[18] Ibid.
[19] Cicer. *Tusc. l.* 5.
[20] Tertull. ad Nat. *l.* 1. *c.* 18.

[1] *mollitie* infamis, ſi carmen illud horridum ex vero animi ſenſu emiſit;

[2] *Debilem facito manu,*
Debilem pede, coxâ:
Tuber aſtrue gibberum;
Lubricos quate dentes.
Vita ſi ſupereſt, bene eſt:
Hanc mihi, vel acutam
Subde, ſuſtineo, crucem.

[3] *Suffigas*, inquit, *licèt, & acutam ſeſſuro crucem ſubdas. eſt tanti vulnus ſuum premere, & patibulo pendere diſtrictum, dum differat id, quod eſt in malis optimum, ſupplicii finem. Fortis* demum fuerit, quicunque dura pertulerit, quò vel naturæ neceſſitatibus urgentibus ſatisdet, vel affectui vitioſo alicui gratum faciat. [4] *Cauſſa*, aiunt, *non pœna, martyrem facit.* nec fortem arguunt perpeſſiones ipſæ, ſed perpetiendi rationes. Ille duntaxat *fortis* jure cenſetur, [5] qui *honeſti cauſſâ* iſtiuſmodi ſtrenuè pertulerit. Nunquam autem *honeſti cauſſâ* quicquam perpeti ſuſtinuerit, cui *honeſtum* ipſum voluptate ſemotâ, vel pro nihilo, vel pro re nihili habetur, utpote quod [6] *umbram neſcio quam* meram reputat, cui ſolidi nihil ſubſit; quique [7] *fortitudinem ex rei natura nullam* eſſe exiſtimat, niſi quòd *utilitatis ratione dura tolerantur.*

Sed *fortia* tamen Epicurus loquitur, extántque hujus revera quædam vaniloquæ magìs quàm magnanimæ voces. *Sapientem* utiq; ſuum affirmat, [8] *etiamſi torqueatur beatum fore*; imò, [9] *ſi in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum, Quàm ſuave, quàm dulce hoc eſt? quàm hoc non curo?* Se verò decumbentem ſpiritúmq; extremum trahentem, [10] *ſupremum eundem & beatiſſimum vitæ diem agere* profitetur, [11] *cùm tanti veſicæ viſcerúmque morbi cruciatúſque adeſſent ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere.* [12] *compenſatam enim cum ſummis terminibus lætitiam, quam ex inventorum ſuorum memoria capiebat.*

Cæterùm, [13] *non quid dicat quis, ſed quid ſentiat, refert.* Et iſta quidem is dicere poterat, cui [14] *unum bonum honeſtum, unum malum turpitudo*; cui [15] *nihil bonum malúmque ſit, niſi bonus malúſque animus*; cui [16] *virtus ſola ad vitam beatam ſufficit, &* [17] *ipſa per ſe ſatìs eſt*; cui per cruciatus quoſcunq;, quantoſcunq; [18] *de ſorte beata nihil defringitur*, nihil decedit, nihil deperit; cùm *virtus*, nec [19] *ad rotam* unà *aſcendere*, nec *ad equleum* unà deſcendere, defugiat; nec ad [20] *tunicam incendiarium* admotam, aut indutam etiam deſerat, ſed in ea comes individua adhæreat

adhæreat, & [1] *per ignes* illos ipſos, qui corporis membra depaſcunt & abſumunt, *colluceat.* his principiis imbutum iſtiuſmodi proloqui fas eſt, quum decretis dicta ſint conſentanea, nec à dogmate ſermo diſſentiat. Ecquis verò eſt adeò aut mentis impos, aut ſenſûs communis expers, qui hæc ex animi ſententiâ protuliſſe, aut proferre potuiſſe credat eum, qui [2] *Voluptatem* ſtatuit eſſe *ſummum bonum, dolorem* & cruciatum *ſummum malum,* [3] *omneſque,* etiam *animi voluptates & dolores, ad corporis voluptates & dolores pertinere* contendit; qui negat [4] *gaudere quenquam niſi propter corpus,* aut [5] *animi gaudium eſſe ullum, niſi quod à corpore oriatur, & ad corpus referatur*; qui denique diſerte profitetur, [6] *nec intelligere quidem ſe poſſe, ubi ſit, aut quid ſit ullum bonum, præter illud, quod ſenſibus corporeis, ex cibis potionéque, formarum aſpectu, aurium delectatione, & obſcænâ voluptate percipiatur.*

[7] *Non eſt,* inquit poeta, *beatus, eſſe ſe qui non putat.* aſtipulatur Epicurus; nec, *qui non beatum ſe putat,* dixiſſe contentus, [8] *qui non beatiſſimum ſe judicat,* dixit. Quî autem, non jam, *beatum,* dico, *putare,* ſed *beatiſſimum* etiam *judicare* ſe poterat, cùm non in *ſummo* tantùm *malo,* ſed in ſummi mali gradu ſupremo, quo altiorem aut intenſiorem dari poſſe negat, verſatum ſe profitetur?

Sed diutiùs in hara hac, non quidem purganda, ſed luſtranda hæſimus. ab ea ad porticum, auræ liberiori ac ſalubriori captandæ, & contrà, quàm de ſe olim [9] Cynicus Lacedæmone Athenas proficiſcens, ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς ἀνδρωνῖτιν, *à fœminis ad* [10] *viros, à mulierculis ad* [11] *mares,* tranſeamus.

Apud Stoicos ergò omnia, à veris ſaltem Epicureis illis, diverſa; imò eis adverſa plané.

Numen iſti *cœleſte* [12] *rerum humanarum curam gerere; nec univerſi tantummodo, ſed hominum etiam ſingulorum, & rerum quoque ſingularum; rebus humanis præſtò eſſe,* [13] *generique humano, non ad bona verè ſic dicta duntaxat, ſed & ad vitæ hujus commoda & adminicula ſuppetias ferre. Deum* itaque *ante omnia* [14] *colendum,* [15] *ad omnia invocandum,* [16] *per omnia cogitandum, in omnibus* [17] *agnoſcendum, &* [18] *comprobandum,*

[1] Senec. *de benef. l.* 6. *c.* 4.
[2] Epicur. dogma apud Laert. *lib.* 10. & Cicer. *de finib. l.* 1, & 2.
[3] Cicer. *de fin. l.* 2.
[4] Torquat. *ib. l.* 1.
[5] *Ibid. lib.* 1. & 2.
[6] Οὐ γὰρ ἔχω τὸ νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρεῖν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, τὰς δ' ἀφροδισίων, καὶ τὰς δ' ἀκροαμάτων, καὶ τὰς διὰ μορφάς. Epicur. *lib. de finib.* apud Laert. *lib.* 10. & Cicer. *de finib. l.* 2. & *Tuſcul. l.* 3.
[7] Poeta neſcio quis, apud Senec. *epiſt.* 9.
[8] Epicur. *ibid.*
[9] Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. Diogen. Laert. *lib.* 6.
[10] Ἡ ἀνδρωνῖτις αἵρεσις Στωϊκή. Laert. *lib.* 6. in *Antiſthen. Stoici virilem ingreſſi viam.* Sen. *de conſtant. ſap. cap.* 1. *Stoicorum rigida & virilis ſapientia.* Idem *ad Helv. cap.* 12.
[11] *Tantum inter Stoicos & cæteros ſapientiam profeſſos intereſſe, quantum inter fœminas & mares.* Idem *de conſtant. cap.* 1.
[12] Epictet. *diſſert. lib.* 1. *cap.* 12. & *cap.* 14. & *cap.* 16. Marc. *lib.* 2. § 11. & *lib.* 6. § 43.
[13] Marc. *lib.* 1. § 17. & *lib.* 9. § 27. & § 40.
[14] Τί ἀρχεῖ ἄλλο, ἢ θεὸν μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν, ἀνθρώπους δ' εὐποιεῖν. Marc. *lib.* 5. § 33.
[15] Ἐφ' ἅπαν δὲ θεὸς ἐπικαλεῖ. Idem *l.* 6. § 23. Καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότατον ὧν ποιεῖν. Idem *lib.* 3. § 13.
[16] Ἐκ παντὸς ἐπὶ παντὶ μιμεῖσθαι σοι μάλιστα θεόν. Idem *lib.* 6. § 7.
[17] Οὔτε γὰρ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τῆς ὅλης τὰ θεῖα συνιέναι δυνατόν, οὔτε ἐμπαλιν. Idem *lib.* 3. § 12.
[18] Τοῖς θεοῖς σύμφωνος ἐπαινῶν ἅπαντα ἐκεῖνος διανέμοντι καὶ διοικοῦντι. Idem *l.* 6. § 16. Ἐγὼ σοι ἤδη ἀπέδειξα τίνα χρὴ πρὸς τοὺς θεοὺς ὑπολαμβάνειν. Epictet. *lib.* 2. *cap.* 16.

[1] Ποτὲ δ' ἐγὼ ἡμάρτανον, ταῦτα δὲ οὐκ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ θεοῦ. Id. *lib.* 4. *cap.* 4. [2] Ἐφ' ἑκάστοις δεῖ ἐν κόσμῳ γενομένοις, ῥᾴδιον ὄζειν ἑαυτὸν ἀγωμένοις τῷ ἡγουμένῳ, ἂν δυο πρὸς ἔχῃ, ἑαυτὸν τε συνεχτικὸν δεῖ γενέσθαι, καὶ τὸ εὐχάριστον. Id. *lib.* 1. *cap.* 6. & apud Stob. *serm.* 1. *l.* 1. *c.* 4. ex quo emaculandi codices Epicteti. Idem *lib. ejusd. c.* 16.

[1] *de omnibus laudandum & celebrandum*; [2] *huic uni in omni negotio simpliciter obsequendum*, [3] *ab ipso, quicquid obvenerit, animo promto ac lubenti excipiendum atque amplexandum*; [4] *nihil melius*, [5] *nihil convenientius*, [6] *nihil conducibilius*, [7] *nihil opportunius aut tempestivius, quàm id quicquid existat, quod ipse voluerit, existimandum*; [8] *quocunque ducere visum fuerit*, [9] *citra tergiversationem aut murmurationem, sponte sequendum*; [10] *locum stationémque, quemcunque is assignaverit, strenuè tuendum, enixè tenendum*, etiamsi *mortem millies oppetere oporteret.*

Hæc de *Numine* Stoici, & erga Numen affectu: de *Homine* quid, & officijs adversus congenerem sibi præstandis?

Hunc [11] *carditùs diligere*, & [12] *curare*, [13] & *sustinere*, [14] *injuriâq;* *omni* (*ut quæ* [15] *impietatis etiam notam inurat*) *abstinere*, & [16] *beneficentiâ prosequi*, [17] *nec sibi soli genitum censere se, aut vivere, sed* [18] *in commune bonum ac beneficum* [19] *cunctis, pro facultate viribúsque, semet exhibere*; [20] *re ipsâ, reíque bene gestæ conscientiâ*, ([21] *nec hac etiam ipsâ quadantenus reputatâ*) *citra* [22] *testem, aut* [23] *mercedis spem*, [24] *commodive proprii intuitum, contentum agere*, [25] *à beneficio uno præstito ad aliud transire,*

apoteleſmata, Ταῦτα, inquit, τίς ἔξαρκεῖ λόγος ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινεῖν, ἢ θαυμάσαι; οἱ γὰρ νῦν ὀχλοῦμεν, ἄλλο τι ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν ἢ κοινῇ μὲν ἀδῆ, ἢ ὑμνεῖν τὸ θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπιξεχεῖν τὰς χρείας; ἵνα δὲ δεῖ καὶ σκάπτοντας, καὶ ἀρύτοντας, καὶ ἀποδύοντας, ἄδειν τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν θεόν; Μέγας ὁ θεός, ὅτι ἡμῖν παρέχει ὄργανα ταῦτα, ἅ ἐστιν πρὸς ἃ χρείαν ἐργασόμεθα. Μέγας ὁ θεός, ὅτι χεῖρας δέδωκεν, ὅτι κατάπωσιν, ὅτι κοιλίαν, ὅτι αὐξεσθαι ἀλληθότως, ὅτι καθεύδοντες ἀναπνεῖν. ταῦτα ἐστὶ θεὸν εὐφημεῖν ἔδει καὶ τὸν μέγιστον καὶ θειότατον τὸν ὕμνον ἐφυμνεῖν ὅτι τοῦτο δέδωκε τοῦτο παρασκευάσματα τούτων, καὶ ὁδοὺς χρηστοῦ. Et quæ sequuntur his gemina, homine Christiano quovis non indigna; Christum modò donatum nobis adjecisset. [2] Ἐγὼ ἔχω τινὰ εὐσεβεστέχθαι, τίνα πειθέσθαι δεῖ, τῷ θεῷ, Epictet. *dissert. l.* 4. *c.* 12. Ἐκὼν σαυτὸν τῇ καλοδοῖ συνεπιῤῥόδῃ, παρέχων συνῆσαι, οἷοσί πατρὶ ἀγόμενοι βάλεται. Marc. *l.* 4. § 33. [3] Ἀρεσκόμενος τοῖς ἐκ τοῦ ὅλου ἀποτελουμένοις. Idem *ibid.* § 25. ἀσπάζομαι ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὸ συμβαίνοντα πάντα. Idem *l.* 3. § 4. Ἁπλῶς μᾶλλον ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ Θεὸς θέλει. Epictet. *l.* 2. *c.* 17. Περιπατεῖ τὰ μετὰ τοῦ θεοῦ· ἃ ἐκεῖνος θέλει, καὶ ἐγὼ θέλω· ἃ ἐκεῖνος οὐ θέλει, οὐδὲ ἐγὼ θέλω. Idem *l.* 3. *c.* 26. & *l.* 4. *c.* 7. [4] Κρεῖττον δὲ ἡγοῦμαι, ὃ ὁ Θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγώ. Idem *ibid.* [5] Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτοῦ συμβαῖνον καὶ ἁρμοδιώτερον· τί γὰρ ἁρμοδιώτερον; Marc. *l.* 7. § 57. [6] Συμφέρει ἐκείνῳ, ὃ φέρει ἐκείνῳ ἡ τοῦ ὅλου φύσις. Idem *l.* 10. § 10. [7] Καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει. Ibid. [8] Τῷ θεῷ ἑπόμενον ἀφελῶς παρέχειν. Marc. *l.* 12. § 27. & 31. Περισπείσομαι διάκονος καὶ ἀκόλουθος ἐκείνῳ, σπουδαῖος, συνορέγομαι, ἀφελῶς συνθέλω. Epict. *l.* 4. *c.* 7. Cleanthis votum, huic toties repetitum; *Ench. c.* 52. *dissert. l.* 2. *c.* 17. & *c.* 23. *l.* 3. *c.* 22. & *l.* 4. *c.* 4. [9] *Optimum est Deum, à quo omnia proveniunt, sine murmuratione sequi. malus miles est, qui Imperatorem gemens sequitur.* Senec. *epist.* 107. [10] Ἣν ἂν χώραν καὶ τάξιν ἰσχνείσῃς, μενεῖς ἀποδυόμενος ἀφίστασθαι ἢ παύτῃ ἐξαπολλῦσθαι. Epict. *lib.* 3. *cap.* 24. post Socrat. in Platon. *apolog.* [11] Ἴδιον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ καρδίας φιλεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Mor. *lib.* 7. § 12. Καὶ εὐφυεῖν αὐτοῖς, ὡς φύσει φίλοις. Idem *lib.* 7. § 29. [12] Καὶ κήδεσθαι αὐτῶν. Id. *lib.* 9. § 18. [13] Καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν. Idem *lib.* 5. § 33. [14] Καὶ ἀπέχεσθαι αὐτῶν. Idem *ibid.* [15] Ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ. Id. *lib.* 9. § 1. [16] Καὶ εὐποιεῖν. Idem *lib.* 5. § 33. [17] Κατασκευάσαι τὸ λογικὸ ἀλλήλων ἔχειν τὸ μὴ ἓν περιγράμμων ἐν τῇ τῶ ἀνθρώπου φύσει τὸ κοινωνικὸν δεῖ. Idem *lib.* 7. § 55. [18] Ἀρκεῖ τὰ ἡ φύσις λογικὴ, τὰς ὁρμὰς ὅπ' τὸ κοινωνικὸ ἔργα μόνα ἀποδιδύναι. Idem *lib.* 8. § 5. [19] Παντὶ κήδεσθαι. Idem *lib.* 3. § 4. [20] Ἀρκεῖ ἡ παρῦσα φορᾷ κοινωνική. Idem *lib.* 9. § 6. Ἑαυτὸν ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγίᾳ. Id. *lib.* 7. § 28. [21] Οὐδὲ οἶδεν ὁ ποιήσας. Idem *lib.* 5. § 6. *dedisse dum dare, oblitus.* Senec. *de benef. lib.* 2. *c.* 6. [22] Οὐ δόκιμον ἀνθρώπου μάρτυρα. Marc. *l.* 3. § 5. *In omnibus factis re, non teste, moveri.* Cicer. *de fin. l.* 2. [23] Μισθὸν δὲ ἀνθρώπου τι ἀνθρώπου φιλεῖ, κατ' Ἐπίκτητον. Plut. *de amor. prol.* [24] Καταπεπτωκὼς δόξαν, ὥστε ὀξ αὐτῆς τῆς πράξεως, ἐνδὺς ἀπολαβεῖν πᾶσα τὸν κερδῶν. Marc. *l.* 9. *fin.* [25] Ἐπὶ πᾶσι τὸ μεταπαιεῖν, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν. Id. *l.* 6. § 7. & *l.* 5. § 6.

fructus

[1] *nec unquam benefaciendo defetiſci*; [2] ſed *vitæ telam, tanquam vivendi fructus hic ſit, benefactis ſibi invicem continenter annexis ità totam pertexere*, [3] *ut nuſquam interveniat* [4] *hiatus ullus vel minimus*; [5] *beneficii loco, quòd benefecerit habentem*; [6] *ſibiq; profuiſſe exiſtimantem, ſi alii cuiquam uſui eſſe potuerit*; [7] *nec extra ſe proinde quicquam vel laudis humanæ vel lucelli, aut aucupantem aut expetentem.* Adhæc [8] *nihil mentis cultu antiquius*, [9] *nihil honeſti ſtudio potius aut pretioſius habere:* [10] *ab eo* denique, *quod officii ſui eſſe norit*, [11] *nullâ vel vitæ, nedum alius rei cujuſpiam, cupidine abducendum, nullâ mortis, cruciatúſve ullius, nedum damni aut detrimenti, formidine abigendum, ſe permittere.*

Hæc *Stoicorum* ſunt *decreta* & *præcepta*, & ipſorum principiis quidem planè congruentia, *ſancta, recta, ſevera, fortia*; *pietatem, caritatem, humanitatem, magnanimitatem* ſpirantia; quibus priora illa, quæ ſunt ſaltem verè Epicurea, nihil ſapiunt, nihil ſonant minùs.

Sed adverſus Stoici nominis profeſſores objiciuntur, *raritas, hypocriſis, defectio, defectus.* de ſingulis videbitur.

Ac primo quidem loco *raritas* ſub animadverſionem venit. Pauciores utiq; omni ævo reperiri, qui diſciplinam hanc ſunt amplexati, quàm qui ad ſectas alias ſeſe applicuerint. Et hâc revera in parte triumphant ſplendidè, atq; efferunt ſeſe Epicurei, qui [12] Epicurum tot amicos & ſectatores nactum gloriantur, ut *nec urbes integræ eos capere* poſſent. agnoſcítq; qui in Torquato Epicurum oppugnat Cicero, [13] *populum, qui vim maximam, autoritatem minimam habet, cum Epicuro facere.*

Nec revera quicquam iſtic mirandum occurrit. Notum eſt Stratonis Phyſici illud, [14] *Plures eſſe qui lavari, quàm qui ungi velint.* hoc eſt, ad thermas plures itare quàm ad palæſtras. [15] *Semitæ utique arctiori atque aſperiori pauciores inſiſtunt; latiore & læviore confertim inceditur.* [16] *Multitudo numerum habet; pondus non habet.* Calculi ubiq; numeroſiores ſunt quàm gemmulæ. Diverbium vetus eſt, [17] *Plures mali.* [18] *Turba peſſimi indicium eſt.* [19] *eximia, raritate commendat natura.* [20] *nec unquam*

[1] Καὶ μὴ κάμνειν. Id. *l.* 7. § 74.

[2] Τὴν ζῆν ἐπιλαμβάνειν, συνιστῶντα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἀγαθόν. Marc. *l.* 12. § 29.

[3] Ὥστε μήτε τὸ βεβιωμένον διάστημα ὑπολείπεται. Id. *ib.*

[4] Ἡ τῆς ἕξεως σου μὴ ἔχειν τινὰ ἀναφορὰν, ἢ τε περιπλοκὴν, ἢ τε πόρρωσιν, ἀλλὰ τὸ κοινωνικὸν πᾶν, αὐτὰ διαπρᾶξαι τὸν βίον. Id. *l.* 9. § 23.

[5] Ἄνθρωπος εὐεργετικὸς περὶ κοινὰ ὁπόταν τι εὐεργετικὸν, ἢ ἄλλως εἰς τὰ κοινὰ συνεργητικὸν πρᾶξιν, πεποίηκε πρὸς ὃ κατεσκευάσθη, καὶ ἔχει τὸ ἑαυτοῦ. Id. *l.* 9. *fin.*

[6] Ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖ. Ibid. § 74.

[7] Ὅταν οὖν ἐν πεποιηκὼς ᾖ, καὶ ἄλλος ἐν πεποιηθώς, τί ἔτι ζητεῖς πρᾶττε, ὥσπερ οἱ μωροὶ,

τὸ καὶ δόξαι εὖ πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν; *Ibid.* [8] Τὸ ἐν σοὶ κρεῖττον τιμᾶν, τοῦτο πρὸς ἅπαντα χαίρειν, καὶ ὑφ' ἕνα ὃ σὸς βίος διοικεῖται. Idem *lib.* 5. § 21. Περὶ τούτου μόνου οὐκ ἀρκεῖ, καὶ τοῦτον γυμνάσια δεήσουσιν. Idem *l.* 2. § 13. [9] Μηδὲν κρεῖττον ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας, &c. τούτων πάλιν πάντα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα. Idem *l.* 5. § 21. Τί τιμιον κεκτήσεται; τὸ κατ' ἀξίαν καταπολεμεῖσθαι καὶ ἡττᾶσθαι. Idem *lib.* 6. § 16. [10] Ἐγὼ τὸ ἐμαυτοῦ κρεῖττον πάσῃ ἕξει τῶν ἄλλων μᾶλλον ἀσπάζομαι. Idem *lib.* 6. § 22. Ὅσα ἂν τις ποιῇ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. Idem *lib.* 7. § 15. Μνημονεύειν, ὅτι ἀγαθὸν σε εἶναι δεῖ, καὶ τί τῇ ἀνθρώπου φύσει ἀπαιτεῖ, σκέψασθαι τοῦτο ἐμπλησάμενος. Idem *l.* 8. § 4. [11] Μηδὲ κινδυνον ὑπολογίζεσθαι ἢ ζῆν ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅστις τὸ καλὸν μᾶλλον ὄρεγόμενος, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον σκοπῶν, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράξει, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα, ἢ κακοῦ. Idem ex Plat. *apol. l.* 7. § 44. [12] Φίλοι ποιεῖται τὸ πλῆθος ὡς μηδὲν ἂν πλείονα ὄλως μισεῖσθαι. Laërt. *l.* 10. [13] Cicer. *de fin. l.* 2. [14] Πλείους εἶναι τοὺς λούεσθαι ἢ τοὺς ἀλείφεσθαι βουλομένους. [15] Matt. 7. 13, 14. [16] *Multi ſunt, & quis numeret? ſtateram profer, appende: vide contra pauca grana quantam paleam leves.* Aug. *in Pſal.* 39. [17] Πλείους κακοί. Bias. Auſon. *Lud.* 7. *Sap.* [18] Senec. *de Vit. beat. c.* 2. [19] Id. *ep.* 42. [20] Id. *de Vit. beat. c.* 2.

CAUSE

cum rebus humanis tam feliciter est actum, ut meliora pluribus placerent.

Verùm sicut in disciplinam hanc se pauciores dedêre; ità ab eadem hac ad alias, Epicuream præsertim, complures desciverunt, cùm ab aliis ad hanc rari deprehendantur transiisse.

Nec hoc certè quam illud mirum magis. Celebre satis est Arcesilai illud, qui percunctanti, cur à sectis aliis ad Epicureos tam frequentes deficerent, non contrà vicissim ab his ad illos, respondit, *Quia* [1] *è viris Galli fiunt, non autem è Gallis viri.* Gallorum nomine non gentem aliquam, sed Cybeles mystas, qui testâ Samiâ resecti, virilitatem exuebant, volens intelligi. nos nostris familiari magis dicterio diceremus, *Quia* [2] *è gallis capi fiunt, non è capis vicissim galli.* Nec gnarum minùs, quod Calistoni meretriculæ Socrates, glorianti Philosopho præferendam se, ipsum enim suorum neminem ad se pellicere posse, cùm ipsa illius sectatores pleroscq; ad se, si id vellet, traducere valeret; [3] *Probabile admodum esse quod dicat: ipsam enim ad declivia homines deorsum propellere, cùm ipse contrà ad ardua sursum impellat.* Ad voluptatem utique proclivis est via; ad virtutem [4] acclivis semita. cùm autem *ingenium humanum* ex vitio innato sit sponte suâ propensum ac [5] *proclive à labore ad libidinem*, ecquid mirum complures, itineris tædio devictos, hac desertâ, ad illam transcurrere.

Sed ex eis etiam qui in disciplinæ hujus professione perstiterunt, extitisse haud paucos, qui à dogmate, quod mordicùs tamen tenebant, & enixè interim tuebantur, vitæ rationem diversam & aversam planè instituerint; titulo habitúq; duntaxat speciem Stoicam præferentes, cùm ex studio vitæq; instituto Epicurei, aut aliud quid potiùs quàm Stoici jure censerentur, adversus Stoicos, post [6] Lucianum, qui hoc nomine sectam hanc passim insectatur, ab aliis pariter intorquetur.

Nec est scil. hæc nova nupérve nata, sed antiqua querimonia, in secta unaquaq; repertos, [7] *citharis*, [8] *lyris*, [9] *tubis*, *lituis* compares, quæ *eorum* utique, *quæ aliis modulantur, canunt, crepant, personant*, [10] *nihil quicquam audiunt, percipiuntve ipsæ.* Et in aliis sectis, non Stoicâ solâ, [11] compertum est deprehensos, quod ex Pacuvio Macedo, *homines ignavâ operâ, & philosophâ sententiâ*; sive, quod ex Epicteto Favorinus, [12] *Verbis tenus Philosophos, factis procul.* Quin & inter nominis Christiani professores, quod Scriptores quoque sacros & confessos & conquestos legimus, comparuêre, qui [13] *Numinis notitiam, quam dictis jactitabant, factis abdicarent*; qui [14] *pietatis, cujus larvam gerebant,*

[1] Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν Γάλλοι, ἐκ δὲ Γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. Laert. *l.* 8.

[2] Varro *de re rustic. l.* 2. *c.* 7. & *l.* . *c.* 9.

[3] Καὶ μάλα γε εἰκότως· οὐ γὰρ ὁμοίως πρὸς τὸ κατάντη αὐτὸς πάντας ἄγεις, ὥσπερ ἢ ὁδὸς πρὸς τὸ ἀνάντες ἄγουσα· ῥᾴδιον γὰρ καὶ κατολισθάνειν ἐνθένδε πρὸς τὰς κακίας. Æl. *hist. Var. l.* 3. *c.* 32.

[4] Prov. 15.24.

[5] Terent. *Andr.* 1. 1.

[6] In *Vitarum auctione*, de *Sectis*, Micyllo, alibi.

[7] Καθάπερ καὶ τῶν διαφόρων τοῦ αὐλοῦ λήγουσι, ἐ τοσοῦτοι καὶ Stoici. Diog. Laert. *l.* 6.

[8] Ὅμοιόν τι πάσχειν τοῖς λύραις, αἱ πολλὰς φθόγγους ἐκ ἀκούουσι. de Peripateticis Cleanthes. Laert. *l.* 7.

[9] Σάλπιγγα Antisthenem vocabat Diogenes: αὐτὸν δὲ ἐκ ἀκούειν φθεγγόμενον μέγιστον. Dio Prus. *orat.* 8.

[10] Μήτε ἀκούειν, μήτε αἰσθάνεσθαι Laert. *l.* 6.

[11] Gellius *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 8.

[12] Λόγῳ τῷ σοφίζειν, μέχρι τῶν λόγων. Idem. *l.* 7. *c.* 19.

[13] Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. Paul. *ad Tit.* 1. 16.

[14] Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Id. *ad Tit. ep.* 2. 3. 5.

vim

vim virtutémque abnuerent, qui [1] *gratiam divinam in lasciviam verterent*; *qui* [2] *libertatem Christianam nequitiæ improbitatísque velamentum facerent*; [3] *libertatémque aliis pollicerentur, cùm in corruptelæ servitio agerent ipsi.* nec ex horum tamen moribus de religione Christiana sententiam ferre, æquum fuerit, quum politiæ Christianæ isti, nec viva, nec vera, nedum sana, aut integra membra jure censeantur, sed φύματα potiùs mera [4] & ἀποστήματα, ut cum Marco nostro loquar, sive [5] *vomicæ* & *carcinomata*, ut de suis Augustus. Haud est incelebre Cratetis illud, [6] *In malo Punico etiam probo, granum putre aliquod*; Varronis itidem, [7] *Nec in segete bona, nullum spicum nequam* reperiri. In agro Dominico quoque [8] *zizania* steriléque non *succrescunt* tantummodo, sed [9] *dominantur* etiam aliquando avenæ: ex quibus tamen de segete tota judicari iniquissimum fuerit.

Quod denique præscribitur, insigniores etiam pleroſque non per omnia decretis præceptísque suis consentanea præstitisse, sed à norma reguláque, quam fixerant ipsi, in nonnullis declinâsse.

Ecquem, quæso, mihi dabis, ex eis etiam qui sunt γνήσιοι Χριστιανοὶ, qui ab ea, quam profitetur, vitæ instituendæ ratione non quandoq; declinet. Ex eis inter hos fuerat, [10] qui *columnæ* & *existimabantur* & revera existebant, cujus ingenua vox illa, [11] *In multis offendimus omnes*; sive *impingimus universi.* ad quæ verba [12] Beda noster, *Non*, Offendiris, dixit; *sed*, Offendimus, *inquit*; *&* In multis *præmisit*; Omnes, *subjunxit.* Ex eisdem & qui illud, [13] *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, decipimus nos*, (cum [14] *peccantium* utique *numero excipimus*) *nec penes nos est veritas.* [15] *Nec*, habuimus, (inquit Augustinus) *Sed*, habemus, *dixit*; *ne de vita præterita*, (quæ *per ignorantiam* variáque indè enatas *cupiditates* tota exacta est) *dictum quis suspicetur.* Ex apostolis ipsis, qui Christum proximè accesserant, quíque lateri ejusdem comites individui adhæserant, ut reliquos mittam, nec de proditore quicquam dicam, [16] *primi* & [17] *noviſſimi*, agmen qui ducit, & qui claudit, utriusque etiam firmati jam, [18] nævi aliqui in tabulis sacris proditi extant: ut apud exteros quosvis disciplinæ etiam severissimæ professores, sectæque exactissimæ sectatores, à dogmate aliena nonnunquam deprehendi, minùs mirum videri debeat. Oraculi vicem meritò sibi vendicat Æschyli illud,

[19] Ἁμαρτάνει δὲ σὺν σοφῷ σοφώτερος.
Sapiente qui plùs sapiat, est cùm labitur.

[1] Τὴν τῆς θείας χάριν ἀσελγείας εἰς ἀσέλγειαν. Jud. ep. v. 4.
[2] Ἐπιβολὴν κακίας ἐλευθερίαν. Pet. ep. 1. c. 2. v. 16.
[3] Ἐλευθερίαν ἄλλοις ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. Idem ep. 2. c. 2. v. 19.
[4] Marc. l. 2. § 16. Idem lib. 4. § 28.
[5] Sueton. l. 2. c. 85.
[6] Ἐν φαύλῳ τῷ καλῷ σπουδὴν πολλὴν ποιοῦνται. Laert. l. 6.
[7] Varro Leg. Mem. apud Nonium, in Spicum.
[8] Ζιζάνια. Matth. 13. 25. 27. de qua voce alibi diximus.
[9] De seculo suo, Salvian. de Dei guber. l. 3. *Præter paucissimos quosdam, qui mala fugiunt, quid est aliud pene omnis cœtus Christianorum, quàm sentina vitiorum?*
[10] Οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, Paul. ad Gal. c. 2. v. 9.
[11] Πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Jacob. 3. 1. [12] Beda in Jac. epist. [13] Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. Joan. ep. 1. c. 1. v. 8. [14] De Pharisæo Luc. 18. 15. Bern. de grad. humil. & superb. Dum in se singulariter exultat, aliis arroganter insultat, & se solum decipit, quem solum excipit, dum alios damnat. [15] Aug. in 1 Joan. [16] Matth. c. 2. [17] 1 Cor. 4. 9. & 15. 8, 9. [18] Gal. 2. 11. Act. 15. 39. [19] Stob. tom. 2. tit. 3.

Stoici certè præceptis decretísque ſuis, [1] non tam quid ipſi valerent, aut aſſecuti jam eſſent, quàm ad quid contenderent, modíſque omnibus elaborandum atq; enitendum cenſerent, deſignatum volebant. quod & idem de ſe [2] Apoſtolus liberè ingenuéque profitetur.

Veruntamen ex eis qui ſectæ hujus in diſciplinam ſeriò ſedulóq; ſeſe dederunt, per ſingulas quaſq; fere ætates reperti ſunt, qui fide dignorum Scriptorum ſuffragiis conſenſu conſono atteſtantibus, ità dogmata ſua factis conſentaneis conſignata, decretáq; vitæ inſtituto æquabili fere comprobata exhibuerint, ut nominis etiam Chriſtiani profeſſoribus pleriſque pudorem incutere, rubore̅m ſuffundere meritò queat. In his fuere; poſt Zenonem, cui teſtimonium dat inſigne Athenienſium pſephiſma, quo [3] *virtutis ac temperantiæ nomine*, eò quòd [4] *vitâ ſuâ eis quæ diſſerebat congruente cunctis in exemplum expoſitâ, ad optima quæq; quoſq; incitaret*, [5] *imagine æreâ, coronâ aureâ donandum*, [6] *ſepulcrum ſumptu publico extruendum*, [7] *piláſque duas, quarum utriq; teſtimonium iſtud incideretur, erigendas*, decernitur: poſt hunc, inquam, alióſque qui in Schola hac eidem ſucceſſerant, emicuêre viri magni, diſciplinâ iſtâ imbuti, virtutis maſculæ imagines vivæ vivacéſq; conditionis eminentioris ratione, Scriptorum nobilium calamis celebrati, (ut Philoſophiam diſertè profeſſos præteream) Cato Uticenſis, Thraſeas Pætus, Helvidius Priſcus, & Marcus cumprimis Antoninus, qui iſta commentandi occaſionem nobis præbuit.

Verùm à diſciplina ipſa, ad eos, qui eam ſcriptis ſuis illuſtrârunt, hos præſertim quos reliquos habemus, tranſeamus. Ex eis præcipui fuerant Zeno & Chryſippus: quorum alter Stoam primus condidit; unde & Straboni, [8] ὁ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης· & Galeno, [9] ὁ πατὴρ ἁπάσης τῆς περὶ Στωϊκῶν αἱρέσεως· *ſectæ Stoicæ totius princeps patérque*; & Balbo apud Ciceronem, [10] *Stoicorum pater*, dicitur. alter eandem adeò ſtrenuè felicitérque [11] *ſuffulſit*, ut de eo dictum fuerit.

[12] Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στόα.
Chryſippus ni fuiſſet, nec Stoa foret.

Et complura quidem uterque reliquit ſcripta: alter iſte [13] *uſque ad ſeptingenta quinque* συγγράμματα, ſive [14] *opuſcula*: cùm [15] Epicuri πολυγραφίᾳ æmularetur, [16] quem tamen aſſecutum negant; cùm [17] *ad* [18] *volumina ter centena* uſq; iſte pertigerit, quorum quodlibet utiq; συγγράμματα complura complectebatur: alioqui Chryſippum πολυγραφίαν non æquâſſet, nedum Scriptorum numeroſitate anteceſſiſſet. Cæterùm

[1] *Non dicebant, quemadmodum ipſi viverent, ſed quemadmodum vivendum eſſet.* Sen. *de vit. beat. c.* 18.

[2] Οὐχ ὅτι ἔλαβον, ἢ τετελείωμαι· διώκω δέ, —ἐπεκτεινόμενος καὶ σκοπὸν διώκω. Paul. *ad Phil.* 3. 12, 14.

[3] Ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης. pſephiſma apud Laert. *l.* 7.

[4] Περὶ τὰ βέλτιστα, οἷς διδάσκαλος τὸν ἴδιον βίον ἐνδεὴς ἁπάσιν, ἀκόλουθον ὅλαις πόλεσι παρέσχηται.

[5] Εἰκόνι χαλκῇ. χρυσῷ στεφάνῳ.

[6] Οἰκοδομῆσαι τάφον δημοσίᾳ.

[7] Ἐγεῖραι τὸ ὕψισμα πίλαις δυσί.

[8] Strab. *geogr. lib.* 14.

[9] Galen. *de dogmat. Hippoc. & Platon. l.* 2. *c.* 6.

[10] Cicer. *de nat. Deor. l.* 3. de *Zenone*, non *Cleanthe*, uti inadvertentiâ, an memoriâ, lapſus Lipſius, *manuduct. ad Stoic. philoſoph. diſſert.* 11.

[11] *Qui fulcire putatur porticum.* Cic. *Acad. l.* 4.

[12] Laert. *l.* 7.

[13] Idem *ibid.*

[14] Ità malim vertere, eo ſenſu, quo *poſt mortem opera, non opuſcula penſanda*, dixit Sidonius *l.* 8. *ep.* 4. quàm cum Lipſio, *volumina*.

[15] Ex Carneade, Laert. *l.* 10.

[16] Πάσας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων. de Epic. Laert.

[17] Κύλινδροι δὲ αὐτοῦ τετρακόσιοι εἰσί. Laert. *ib.*

[18] Κύλινδροι *volumina*, quæ *cylindri* figuram convoluta referebant. vocabulum notione eâ vix alibi repertum.

etrùm par ſcripta utriuſq; fatum ſunt experta. nèc Zenonis ſiquidem, nec Chryſippi, quin nec ſeculi priſci illius è Stoa cujuſquam ſcriptum ullum integrum ad tempora noſtra perennavit. Superſunt fragmenta duntaxat, ἀποσπασμάτα, apud Plutarchum, [1] qui paſſim exagitat; Galenum, [2] qui plerumq; oppugnat; Laertium, [3] qui ſimpliciter recitat; Ciceronem, [4] qui in partem utramque diſceptat. Citerioris ævi ſuperant ex eis qui diſciplinam hanc ſunt aſſectati, quorum diſſertationes commentationéſque ad manus noſtras pervenerunt, Seneca, Epictetus, & Marcus noſter iſte.

Ætatis ratione Senecæ locum primum tribuo: quem dignitate tamen æſtimationéq; verâ è duobus illis alterutri poſthabendum exiſtimem. [5] Habet ille revera multa eximia, utilia, fortia, ſublimia; & arguta, ſubtiliáque complura; éſtque dignus admodum, qui non ab humanioris literaturæ tantùm, ſed à Theologiæ etiam ſtudioſis, ſedulò quidèm, ſed judicio atque examine juſto adhibito, legatur. Verùm non eſt unius ejuſdémque ubiq; coloris; nec per omnia conſtat ſibi. Neque verò vitam attingo; quam Caſſius tamen arrodit, [6] *tanquam à dogmate præceptionibúſque quàm maximè diſſentaneam:* de ſcriptis ago. In his, [7] quàm fœdè Claudio, dum apud ſuperos, ex mente etiam Neronianâ, [8] *morabatur*; nec huic duntaxat, ſed & in gratiam illius, ejuſdem mancipio, [9] *licentiæ intoleranda maſtigiæ*, Polybio, adulatur? quem tamen è vivis exemtum, [10] dictione Satyricâ & ſarcaſticâ, vernilitatis prægnate, acerbiſſimè proſcidit, & publicè ſubſannandum propinavit. De animæ corpore excedentis ſtatu, quàm repugnantia ſtatuit? dum τῇ ἀοιδίμῳ δουλεύων, nunc [11] in ſedes cœleſtes integram ſubvehit, nunc [12] in flatum halitúmve merum diſpergit, tædæque inſtar, materiâ, quâ alebatur, abſumptâ, deficientis prorſus extinguit. Epicurum eſt ubi accuſat, increpat, deprimit, damnat, ut [13] *degeneris & humillimæ mentis, apud quem voluptas imperat hominem,* [14] *voluptatis Magiſtrum* ipſum, ſcholam, [15] *voluptatis officinam*, nuncupat. Eſt contrà, ubi (quo Lucilio ſuo forſitan hujus aſſeclæ, quem [16] *Virorum optimi* titulo ſubinde cohoneſtat, gratum faciat) eundem non excuſat tantùm, ut qui [17] *immeritus malè audiat & infamis ſit*; ſed comprobat etiam & collaudat, ut qui [18] *ſancta & recta* præcipiat, *& ſi propiùs acceſſeris*, triſtia. Deniq; quod *in* [19] Chry-

[1] In *Stoic. repugnant. de communn. notitiis, & de paradox.*
[2] *In libris de dogmat. Hippocrat. & Platon.*
[3] *Lib. 7. in Zenon. & Chryſip.*
[4] In *Academ. Tuſcul. de finib. & de nat. Deor.*
[5] *Multa in eo claræque ſententiæ; multa etiam morum gratiâ legenda. multa in eo probanda, multa etiam admiranda ſunt; eligere modò curæ ſit.* Fabius *inſtit. l. 10. c. 1.*
[6] Πάσῃ ἐναντιώτατα, ὅσῃ φιλοσόφου ποτὲ ἦν ἀλήθεια. Dio Caſſ. *l. 61.* in Jo. Xiphil. *excerptis.*
[7] In *Conſolatorio ad Polybium.*
[8] *Morari* eum *inter homines deſiiſſe*, productâ primâ ſyllabâ jocabatur. Suet. *l. 6. c. 33.*
[9] Cùm in ſcena Pantomimus illud protuliſſet, Ἀφ' ἧς ἔδυν ἐντυχῶν, μαστίγια, omnium oculos in Polybium hunc defixos refert Dio Caſſ. *l. 60.*
[10] In ἀπόκολοκυντώσεως.
[11] *Ad Lucil. ep. 102. ad Polyb. conſol. c. 28. ad Marc. conſol. c. 25. ad Helv. c. 17.*
[12] *Ad Lucil. ep. 54.* cùm morti proximus videretur.
[13] *Ad Lucil. ep. 42.*
[14] *Epiſt. 18.*
[15] *Epiſt. 9.*
[16] *Epiſt. 13. & 21. & 48. & quæſt natur. præfat. l. 1.*
[17] *De vit. beat. c. 13.*
[18] *Ibid.*
[19] *Chryſippi acumen nimis tenue retunditur, & in ſe ſæpè replicatur: etiam cum agere aliquid videtur, pungit, non perforat.* Sen. *de ben. l. 1. c. 4. Chryſ. penes quem ſubtile acumen eſt, totum librum ſuum his ineptiis replet.* Ibid. *c. 3.*

ſippo

[a] *Libet videre ineptias Græcas; quas quamvis miror, (mirere Lipſ.) nondum excuſſi. non vis ſeverius loqui, nec moriturо riſum movere? adverſus mortem tam minuta jocularis? ſubulâ leonem excipis? acuta ſunt iſta quæ dicis. nihil eſt acutius ariſtâ. quædam inutilia & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit.* de Zenone. Idem *epiſt.* 82.

[b] *Pro veritate ſimplicius agendum eſt. Ibid. At qui ingenia ſanare, & officiorum memoriam ingerere volunt, ſeriò loquantur, & magnis viribus agant.* Idem *de benef. l.* 1. *c.* 4.

[c] *Rerum pondera minutiſſimis ſententiis franguntur.* Fabius *inſtit. l.* 10. *c.* 1.

ſippo & [1] Zenone non ſemel reprehendit, contráque id [2] quod ipſe præcipit, [3] ingenii acumini nimiopere indulgens, ad ſubtilitates rei vacuas non rarò delabitur, & argutiolis leviuſculis, frigidis etiam ineptíſque aliquoties ludit. Neque tamen hæc, quæ, nec primus, nec ſolus, dixi, ſed me priores, eruditione & judicio cum primis pollentes, ità ſumi velim, quaſi [4] à Senecæ lectione (quem tyronibus ſtudioſis de Scriptoribus eligendis legendíſque conſultus, inter alios commendare conſueverim) abſtentum quenquam, atque abſterritum, aut quò de viri tanti (quem eruditi quique indolis ingeniíq; acerrimi nomine ſuſpiciunt, imitandum etiam propoſuiſſe ſibi videntur haud pauci) magnitudine juſtâ quicquam detractum eam: ſed quò oſtendam, à virilitate illa Stoicis peculiariter ab ipſo etiam adſcriptâ (quam Chryſippus quoque ſubtilitate nimiâ enervâſſe, eidem ipſi [5] cum aliis incuſatur,) deſciviſſe; nec duobus illis alteris (Epictetum & Marcum dico) aut ſcripto, aut facto etiam, parem ſeſe præſtitiſſe: qui in ſorte diverſa, vel adversâ etiam quàm maximè, in [6] ſervitii gradu infimo alter, ſummo alter in imperii faſtigio, poſiti; diſciplina hæc quanti ſit, quantúmque in ſtatu quovis poſſit, tum præceptionibus ſanctiſſimis virtutis genus omne ſpirantibus, tum & vitæ formâ ad decreta ſua accuratè compoſitâ uberrimè demonſtrârunt. Et noſter quidem (prout & [7] Epictetus eo prior, [8] cujus ex commentariis profeciſſe ſe profitetur) ſui per omnia ſimilis, *ſeriúſq;* ac *ſeverus* (quod [9] ille poſcit, licèt ipſe non ſervaverit) ubique deprehenditur.

Denique, ut ad illud revertar, quod in pagina liminari ex Hieronymo monueram, ad diſciplinam noſtram quod horum utriúſque ſcriptis monitíſque propiùs accedat, in exterorum priſcorum, quæ hodie extant, monumentis, nihil reperiri, fidenter pronunciari poſſe exiſti-

Iniquiùs tamen illi, neſcio, qui apud Gellium (An Agellium, quod Lipſ. mavult) *Noct. Attic. l.* 12. *c.* 2. *Res atque ſententiæ, aut inepto inanique impetu, aut ut levi & quaſi dicaci argutiâ,* &c. Moderatius Eraſmus, *præfat. ad Sen. Habent nonnihil veri, quæ doctiſſimi ſcriptores de illo pronunciárunt, ſubinde ludit in Græculos, & interdum abſque cauſſa. Naſonem aliquoties attingit, quod indulſerit ingenio ſuo. ut magis ipſe indulget ingenio ſuo in oratione proſa ac ſeriis argumentis, quàm Ovidius in poematibus plerumque ludicris. Jam hoc ipſum, quod in Seneca cum primis laudatur, corruptum eſt. Inſectatur mores hominum liberè ſalſeque; ſed non ſemper in loco; interdum immodicè; tum aliquoties affectatiùs, iſque modis, ut non ità multum abſit à ſcurrilitate. quædam vitia ſic deſcribit, dum inſectatur, ut videatur ridere potiùs quàm odiſſe, atque doceat magis quàm deteſtetur. quin ubique plurimus videtur jocorum affectator, etiam in rebus maximè ſeriis, in quibus optarim illum aliquanto longiùs abeſſe ab inepta, obſcenitate, vitioque ſcurrilitatis.* Hæc inter alia Eraſmus. mitto enim ea, quæ cùm Marci patris ſint, Lucio filio, nomine communi deceptus, aſcribit. Lipſius deniq; ipſe, qui adverſus priores duos illos Senecam defendere ſatagit, in Judicio ſuper Senecam, ejuſque ſcript. *Ego Senecam universè admiratione magis quàm laude proſequendum arbitror. in partibus aliquid eſſe, quod cenſeas, aut cui ſuccenſeas, non nego. Sanè decidit interdum, aut à ſe mutat: ut in jocis aut dictis, quàm ineptus alibi, ſive affectatus eſt? in laudibus, vituperiis, ſine modo?* &c. [4] Quod apud Gellium cenſores rigidi atque importuni illi, *Cujus libros attingere nullum pretium operæ ſit. Noct. l.* 12. *c.* 2. [5] Notant eundem hoc nomine Plutarchus, Galenus, alii. [6] Δοῦλος Ἐπίκτητος ἐνθάδε, καὶ πτωχὸς καὶ ἀνάπηρος, καὶ πτωχοῖς ὅμοιος. Leonid. *epitaph.* Epictet. [7] *Epict. verus ac Severus Stoicus & Stoicorum vel maximus.* Herodes apud Gell. *l.* 1. *c.* 2. *Philoſophorum maximus,* Favorinus *ibid. l.* 17. *c.* 19. [8] *Marc. lib.* 1. § 7. [9] Seneca *de benef. l.* 1. *c.* 4. & *epiſt.* 82.

mem

mem. Certè quæcunque Dominus ipſe Chriſtus in cõcionibus collationibúſque ſuis Hiſtoriæ Evangelicæ inſertis intextíſque, de [1] *mali cogitatione etiam abſtinenda*, de [2] *affectibus vitioſis ſupprimendis*, de [3] *ſermone otioſo non inſuper habendo*, de [4] *animo cumprimis excolendo*, & [5] *ad imaginem divinam effingendo*, de [6] *beneficentia ſimpliciſſimè exhibenda*, de [7] *injuriis æquanimiter ferendis*, de [8] *admonitione & increpatione cum moderatione cautionéque accurata exercendis*, de [9] *rebus quibuſlibet, adeoque vitâ ipsâ, ubi res ratióque poſcit, nihili habendis*, de aliis denique pleriſque [10] *pietatis*, [11] *caritatis*, [12] *æquitatis*; [13] *humanitatis officiis* [14] *quam exquiſitiſſimè obeundis exequendíſque*, præcepta dedit; apud noſtrum hunc eadem, perinde acſi illa lectitâſſet ipſe, in diſſertationum commentationúmque harum congerie inſperſa paſſim, nec ſine vehementia & vivacitate inſigni, quæ in præcordia ipſa penitiùs penetret, atque in animo infixos altiùs relinquat aculeos, inculcata ſubinde, Lector quivis ſedulus advertet, ingenuus agnoſcet.

[1] Matth. 15. 19.
[2] Matth. 5. 22, 28.
[3] Matth. 12. 36.
[4] Matth. 5. 20. & 6. 33.
[5] Matth. 5. 45, 48.
[6] Matt. 6. 1, 3.
[7] Matth. 5. 39.
[8] Matth. 18. 15, 16.
[9] Luc. 14. 26, 33.
[10] Matth. 22. 37.
[11] Matth. 22. 39.
[12] Matth. 7. 12.
[13] Matt. 5. 44. Luc. 10. 37.
[14] Matth. 5. 19, 20.

Sed iſta forſitan dixerit quis, quorſum aliunde, ab extero præſertim, eóque fidei Chriſtianæ adverſo, petantur? quum è pagina ſacra, in qua proſtant, poſſit promtiùs haberi, & à Magiſtri ipſius ore profecta, cùm imperii autoritate potiore præcipiantur, tum & obſequii neceſſitate arctiore percipiantur.

Cui ego præſcriptioni poſſim verbulo occurrere; pari utique ratione rejici poſſe omnes in univerſum ab eruditis piiſque concinnatas Inſtrumenti ſacroſancti utriuſq; enarrationes: ut eodem tandem deveniatur, quo proceſſerant apud nos haud ità pridem, par ferè geminum, cerebri certè parùm ſani uterq; quorum alter præter paginam ſacram nihil aut legebat, aut lectitandum cenſebat; alter, poſtquam Anachoretæ cujuſpiam inſtar, cum ſuis domi ſuæ ſe concluſerat, librorum (quam pro hominis privati ſorte cenſúq; amplam ſatìs habebat) ſupellectilem omnem, Bibliis ſacris exceptis, foco accenſo, flammis abſumendam tradidit; neuter ſanè, aut fundo juſto, aut exemplo bono, & quod imitatione ſuâ dignum ſobrius quis ſanúſq; ſentiat.

Verùm enimvero ratione non unâ utilis eſſe poterit noſtri hujus in his, cum animadverſione ſeria conjuncta, lectio ſedula.

Primò, quod quæ in Sermonibus Dominicis (quorum Capita præcipua duntaxat, *κωλὰ* plerunque apud Scriptores ſacros extant delibata & digeſta) ſummatim ferè propoſita habemus, iſtic latiùs diducta, fuſiùs explicata, magnâ argumentorum inſignium varietate firmata, illuſtrata, ingeſta, inculcata, ad vitæ uſum communem accommodata habeantur. quod ut eſt ſcriptis aliis cum iſto commune, ità in hoc genere haud paucis iſtud præcellit.

Tum

Tum nec illud levis est momenti, quòd dogmatis Christiani æquitas rationi etiam ipsi consentanea deprehenditur, dum ab ipsis etiam extraneis & adversariis comprobata & collaudata demonstratur. [1] *Grave est*, ponderísq; non exigui (ut Isidorus Ægyptius) *testimonium ab inimicis profectum.* Et, (quod Dio Prusæus) [2] *Encomium ab eis, qui non suscipiunt, & suspiciunt tamen, palàm est illius,* sive personæ, sive disciplinæ, *laudem esse præstantissimam.* Non nesciebat hoc Apostolus, cùm ab [3] exterorum inscriptionibus scriptísque, ei quod afferebat & promulgabat, dogmati asserendo, testimonia advocabat. Nec parùm idcirco præcepti documentíque Dominici æquitati ac [4] *rationabilitati* (si ità loqui licuerit) apud quosvis vindicandæ formandæq; conduxerit, quòd ab homine extero, nec nomini Christiano favente (cùm nec mysterii nostri gnarus esset, nec fidei rationes assequeretur) tanta tamen cum vehementia, argumentísq; tam validis, commendata ac confirmata habuerimus. [5] *Quis non intelligat,* (inquit gravis Autor) *bonam eos habuisse causam, qui eam apud medios judices obtinere potuerunt?* quid eam dixerit quis, quæ apud aversos & adversos etiam, ubi [6] hostes ipsi judices considunt, obtineat?

Adhæc divina in istis relucet & providentia & benignitas, quòd in homine à se dilapso imaginem sui non intercidere omnino & aboleri prorsus passus est, sed scintillulas quasdam asservavit reliquas; quas & disciplinis variis excitavit, & ad miraculum usque evexit: partim, quò societati humanæ conservandæ ac continendæ prospiceretur; nè [7] efferati prorsus homines, belluarum ritu, in exitium mutuum proruerent universi; quum [8] *absque disciplina nulla homine truculentior aut immanior sit bellua:* partim, quò *Numini* [9] *dignoscendo,* [10] & *indagando,* his adminiculis adjuti, possent operam dare; quæ si vel contemtim, vel neglectim haberent, [11] ἀναπολόγητοι planè haberentur. Verum est proculdubio Claravallensis illud, [12] *Imaginem divinam uri posse, exuri non posse.* [13] *Imaginem* certè animæ rationali primitus impressam funditus eradere, [14] *facem* in mente hominis cœlitùs accensam penitus extinguere, nec vitiositas humana, nec malignitas diabolica valuêre: (tertium quiddam, [15] *flammas gehennales* adjecit ille) quam inter ruinas & incendia defectionem primitivam consecuta, in generis humani commodum, suorúmque beneficium servatam confotámque volebat bonitas divina.

Quin nec divinæ erga nos misericordiæ gratiæque planè gratuitæ testimonium monumentúmque luculentum minùs in istis oculis

[1] Σεμνὸ γὰρ τὸ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτύριον. Ilidor. Pelus. *l.* 2. *epist.* 228. & *l.* 3. *ep.* 335.

[2] Τὸ μὴ [μὰ] Δία ἐπαινεῖσθαι ὑπὸ τῶν μὴ ἀποδεχομένων, ἀλλὰ καὶ θαυμάζειν ἐνίων, ὅλου ἐστὶ καὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιον εἶναι. Dio Prus. *orat.* 51.

[3] Act. 17. 23, 28.

[4] Λογικὴ λατρεία. Rom. 12. 1. ἔπαιζε τοῦ λόγου καὶ τοῦ Θεοῦ. Marc. *l.* 12. § 31.

[5] Aug. *ep.* 170.

[6] Deut. 32. 31.

[7] Μηδὲν ἀσυζύγητον ἀνθρώπῳ μηδὲ ἀμίκτους, ὅταν ἅπαξ ἀποθηκευθῇ. Polyb. *hist. l.* 1. & *legat.* 122.

[8] Ὁ ἄνθρωπος παιδείας μὴ τυχὼν, ἀγριώτατον ζῴων πάντων, ὅσα γῆ τρέφει. Plato *de legib. l.* 6.

[9] Τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ. Rom. 1. 19. & v. 21. γνόντες τὸν Θεόν.

[10] Εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. Act. 17. 27.

[11] Rom. 1. 20.

[12] Bern. in *ann. nic. serm.* 1.

[13] Gen. 1. 27. & 9. 6.

[14] Prov. 20. 27. Rom. 2. 15.

[15] *Imago in gehenna ipsa uri poterit, non exuri; ardere, non deleri.* Bern. *ubi sup.*

nostris

nostris obversatur; cum [1] eis, apud quos dotes tam eximiæ, tam admiratione penè omni superiores, se produnt, præteritis, nobis, nobis, inquam, [2] in tenebris, umbráq; ferali ac letifera cum illis pariter considentibus, imò in vitiorum cœno altiùs longè demersis, fœdiùs contaminatis, tenaciùs etiam ac pertinaciùs infixis, lumen illud salutiferum, [3] *Sermonis* sui sacri *Spiritúsque* sancti ope operâq; usus, [4] effulgere procuraverit; [5] quo prævio ac prælucente, per [6] feculi tenebricosi hujus caliginem plusquam Cimmeriam, aut * Ægyptiacam etiam, veritatis supernæ, vitæq; verè sic dictæ, inter diverticula tam frequentia, à recto utrinq; abducentia, tramitem & invenire, & inventum ad itineris exitum usq; tenere possemus; & absq; quo per obliquas & tortuosas mundi hujus nequissimi ac perturbatissimi semitas, sine luce, sine duce temere palantes, in exitii æterni voraginem horrendam præcipites tandem prolaberemur. Subit me certè subinde (ità ista dum lego, affectum me sentio, & ingenuè agnosco) non stupor duntaxat, sed horror etiam, cum arcani divini admiratione vehementissima conjunctus, seriò apud me reputantem, quàm longè in multis ab eo absim, quod de se Vir iste, veri ad salutem perducentis tramitis ignarus, de se profitetur, nec quin verè & ingenuè, ambigi posse videtur. Ut proinde & Marco & Epicteto altiùs assurgens, *Hymnum* [7] illius vel *maximo* majorem ac præstantiorem decantare jugiter debeam; [8] *Magnus,* [9] *divésq; misericordiâ Deus, qui me miserum,* [10] *cum gente humana universâ collapsum* [11] *& perditum, sed cum paucis è turba reliqua* [12] *selectum,* [13] *massâ secretum,* [14] *mihi restituit,* [15] *sibi reconciliavit,* [16] *Filium misit,* [17] *qui redimeret;* [18] *Spiritum immisit, qui* [19] *refingeret,* [20] *culpam omnino omnem remisit, quo &* [21] *supplicio culpæ debito omni eriperet, & supplicii subeundi* [22] *metum dirum eximeret,* [23] *nequitiæ servitio liberum emisit, quò* [24] *in famulitium suum adsciscret, &* [25] *in filiorum suorum numerum cooptaret,* [26] *gratiam spiritualem impræsentiarum donavit,* [27] *gloriam cœlestem deinceps* [28] *donaturum repromisit.*

Est in his denique, quod ad altiora enitendi, nomen Christianum professis, calcar acerrimum subjiciat, cùm à fide ac familia ea exteros in tam celsa evasisse adverterint; ac pudore meritò suffundat, quod in imis adhuc subselliis subsistant hæreántq; cum adminiculis fortioribus firmioribúsq; tam amplis ad ea consequenda instructi sint, & adjutari, nî nolint ipsi, possint. Certè plùs posse naturæ jam collapsæ reliquas vires, disciplinæ secularis accedentibus auxiliis, quàm gratiæ divinæ animis cœlitùs illapsæ, cujus operi etiam promovendo eadem illa pariter inserviunt, pro dedecore insigni non immeritò habeatur; éstque quod probro eos, qui hujus participes

[1] Matth. 11. 25, 26.
[2] Esai. 9. 2. Luc. 1. 79.
[3] Esai. 59. 21.
[4] 2 Cor. 4. 6.
[5] Luc. 1. 79.
[6] Ephes. 6. 12.
* Exod. 10. 22, 23.
[7] Epicteti *Hymnum* habes, supra ad marginem ex *diss. l.* 1. *c.* 16.
[8] Psal. 145. 8, 9.
[9] Eph. 2. 4.
[10] Rom. 3. 19, 23.
[11] Matt. 18. 11.
[12] Matth. 20. 16. & 22. 14.
[13] Rom. 9. 21.
[14] Eph. 2. 5.
[15] Col. 1. 21.
[16] Gal. 4. 4.
[17] Apoc. 5. 9.
[18] Ezek. 36. 27.
[19] Joann. 3. 5. 2 Cor. 3. 18.
[20] Col. 2. 13.
[21] Rom. 8. 1. Gal. 3. 13.
[22] 1 Thess. 1. 10.
[23] Rom. 8. 15. Heb. 2. 15.
[24] Rom. 6. 22.
[25] Eph. 2. 19.
[26] Rom. 8. 14, 15. Gal. 4. 6.
[27] Joan. 1. 16.
[28] Rom. 8. 18, 30. Rom. 6. 23. χάρισμα donativum Tertul.

ticipes se ferunt, jure merito afficiat, cum hoc ipso nomine, nomini, quod profitentur, Christiano [1] opprobrio esse se senserint, quòd à nomine alienis hac in parte inferiores comperiuntur. Grande quippiam & insigne visus est, sibi saltem, protulisse, qui adversus mortis metum dissertatiunculam clausit monitu illo; [2] *Nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem: & esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad quam stultitia perducit.* futile revera & frivolum est. Pari siquidem ratione Epicurus probaverit, *Turpissimum esse, aut Numinis offensam subvereri, aut sceleris conscientiam formidare; cùm neutrum hoc timeant, vel infantes, vel amentes, vel fatui; eámque nobis securitatem non præstare sapientiam, ad quam insscitia & desipientia perducit.* [3] Fatui scil. laminam candentem contrectare non metuunt; [4] infantuli facis accensæ flammæ manum admovere non formidant. num turpissimum ideo horum alterutrum scientem prudentem timendo refugere, quia neutrum neutri illi timeant? Verùm turpe est revera, dedecus, opprobria, damna, exilia, vulnera, tormenta, mortem ipsam, mortéq; ipsâ pejores gravioréſq; mortis moras, pro veritate divina, fide Christiana, asserenda, conscientia integra & intaminata custodienda, nî deficere & delinquere velimus interminata atque intentata; si defugere maluerimus, aut detrectare, nec mente promptâ, animo propenso alacriter constantérq; subire ac perpeti; cùm hæc omnia pro pietate fidéq; conservandâ, homines ethnici, & fortiter libentérq; sustinenda definierint, & ipsi strenuè sustinuerint. turpe est præcepta documentáq; Dominica, [5] *de sui ipsius abnegatione,* [6] déq; *suorum omnium, bonorum, opum, facultatum, necessitudinum, affectuum, vitæq; adeò ipsius abdicatione* gravia, molesta, dura, difficilia, tristia, rigida, iniqua conquerendo ducere homines Christianos; cùm à religione Christianâ alieni quoque, argumentis etiam validissimis adjectis, hæc eadem pia, justa, æqua, rationi rectæ consentanea, naturæque humanæ congruentia censuerint; nec eam nobis magnanimitatem aut æquanimitatem præstare fidem veram, ad quam ratio illos, recta quidem, nec renata tamen & recocta adhuc, perduxerit. Insignis igitur Scriptorum istiusmodi usus, apud Christianos etiam, nomine non uno, vel ista quæ diximus, vel istis paria, seriò perpendenti, liquidò comperietur.

Illud interim observatu non indignum fuerit, aliâ ratione Epicteti, aliâ Marci monumenta fuisse ad nos transmissa. Epicteti siquidem [7] ab ore differentis excepta, Arriani operâ sunt scripto tradita, eisdem ipsis, quantum assequi poterat, quibus ille differebat verbis. quo modo à Domino Christo, dum in terris inter mortales agebat, habiti

[1] *Christiani in opprobrium & contumeliam Christi.* Salvian. *de provid. lib.* 4.

[2] Senec. *ep.* 36.

[3] Fatui mentio fit in *Legend. Pontific.* apud *Discipul. de Tempor.* qui fersi candentis massam sine læsione contrectavit imprudens. Credat qui volet.

[4] Ind. Joan. Chrysost. *de statuis orat.* 4. ait, eos qui mortem metuunt, peccatum non metuunt, παιδικὸν φόβον φοβοῦνται. puerilis compares, qui larvam timent, lucernam non timent.

[5] Matt. 16. 24. Luc. 9. 23.

[6] Luc. 14. 26, 33.

[7] Ὅσα ἤκουσεν αὐτὸς λέγοντος, ταῦτα αὐτὸς ἐπειρᾶτο αὐτοῖς ὀνόμασιν, οἷς οἷόντε ἦν γεγράφθαι. Arrian. *præfat. ad dissert.*

habiti ſermones, (cùm [1] nihil ipſe ſcripſiſſet) [2] ab audientibus memoriter conſervati, Evangeliſtarum calamo, ſed Spiritu Sancto aſſiſtente, & linguâ quidem aliâ, Græcâ utique, cùm is Syriacâ uſus fuerit, ſunt evulgati. Id quod tam de Enchiridio, quàm de *Diſſertationum* libris, ex *Epiſtola* ejuſdem *ad Maſgalenum*, cui ſcriptum illud dedicabat Arrianus, licèt jam perierit, conſtare teſtatur, qui eam vidit, Simplicius. At Marci *diſſertationes* & *commentatiunculas* iſtas, ex ipſius *Adverſariis* deſumta liquet. quo modo Regis Sapientiſſimi *Paræmiarum* partem non exiguam ab Ezechiæ Regis amanuenſibus ex ipſius autographis fuiſſe deſcriptam, docet *Cap.* 25. præfixum lemma. In more namq; habebat Vir iſte ſummus, ſtudiis philoſophicis, ſive domi, ſive militiæ agebat, intentus, quæ inter meditandum ſuccurrebant, chartis, quas ad hos uſus jugiter præſtò habebat, illinere: nullâ rerum ipſarum ſerie continuâ conſtanter obſervatâ; ſed pro locorum temporúmque, quibus vel ab ipſo concipiebantur, vel aliunde in mentem memoriámq; ſe ingeſſerant, ratione digeſta. patet hoc ex locis alicubi, quibus ſcripſerat, nominatim deſignatis; cujuſmodi ſunt *libris*, vel *primo* & *ſecundo* adnexa, vel *ſecundo* potiùs *tertióque* (ut ego reor) præfixa lemmata, de quibus ſuo loco [3] diſſeruimus. Indè natum eſt, ut neque ſibi invicem cohæreant pleraque (quanquam *Liber primus* uno quaſi filo perpetuo totus pertexitur) eadémque ſæpiùs iterata reperiantur, prout mentem ſæpius pulſabant: nec ſuccinctè tantùm, ſed ſuccisè quoque repræſentata reperiantur complura; (prout in Ciceronis *ad Atticum* aliósque *Epiſtolis*, Græca, formularúmque uſitatarum haud pauca) quod ad rei ipſius notæ ſatis ac familiaris memoriam refricandam & reficiendam ſuffecerat, cùm ad uſum privatum maximè deſtinarentur. quin & ἀνέφαλα, & quaſi abruptè inchoata nonnulla. quod & de Serpentis ad Evam dictione prima prout à Moſe refertur, opinantur [4] Interpretes quidam eruditi. Indè aliis obſcuriora multa, & de dictionis vel ſenſu vel ſcopo divinationes incertæ; cùm vel quæ adnotantis mens, vel quæ adnotandi occaſio fuerit, conjicere difficile admodum exiſtat. ſed & de locis variis, quaſi vel mutilatis vel depravatis ſuſpiciones fruſtrà conceptæ, de lectione quaſi non ſincera & genuina vel integra ſolicitationes admiſſæ, immutationes tentatæ; cùm non aliter ſe habeant, quàm ab Autoris ipſius calamo primitùs prodierint. Verùm de iſtis, in *Commentario*, prout occaſio dabitur, ampliùs videbitur.

Atque hæc quidem ſuffecerint, cùm de *Stoica diſciplina* ipſa, tum & de eis hanc amplexis & ſecutis, quorum ad nos ſcripta pervenêre; Marco præſertim noſtro, cujus impræſentiarum denuo edendi conſilium

[1] Fictitiæ ſunt enim *literæ* a-mœbææ *Agheri ad Chriſtum, Chriſti ad Agherum*, quomodo. & *Senec.* ad *Paulum*. quarum meminere tamen Euſeb. *hiſt. Eccleſ. l.* 1. *c.* 13. & Hier. in *Script. Eccleſ. catalog.*

[2] Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι. Luc. *præfat. Evang.*

[3] Cui adjectum velim, ex perpetuo dictionis contextu, tot temporum variorum res ſingulas complexo, domi potiùs per otium, quàm militiæ ſub pellibus agenti *Librum primum* conſectum conſcriptúmq; videri.

[4] De hoc videri poterunt Tremellius & Junius; ſed inprimis Piſcator.

silium institutúmque paucis expositum ubi dederim, in limine Lectorem non sum diutius detenturus. Anni itaque ultra quadraginta jam excesserunt, ex quo, dum apud Juris nostratis Professores ac studiosos in Hospitio Lincolniensi, quod est in suburbano Londinensi situm, agentes, Præconis Evangelici munus sustinebam, in Marci Imperatoris scriptum hoc, à Viro doctissimo, & in negotio hoc exercitatissimo Gul. Xylandro Basileæ iteratò cum Græcis aliis quibusdam editum, inter codices à manu secunda (quod aiunt) venum expositos, incideram. Hoc nactus, per vacationem à munere publico autumnalem, ex Justitio solenni intercedente obvenientem, otium aliquod adeptus, dum ruri ago, cùm diligentiùs evolvissem, adeò meditationibus ac præceptionibus pietatem, gravitatem, caritatem, magnanimitatem, virtutis nullum non genus spirantibus, à capite ad calcem usque constipatum reperi, ut nec possem non perlecto summopere affici, nec lectione repetitâ etiam affectui satisfacere; cùm nihil in hoc genere apud exterum quenquam (Epicteto uno excepto; quo nec inferiorem, nisi quòd ille amplior est, Marcum nostrum censuerim) eximium magìs legisse meminissem. Cùm autem in multis vitiatum, mutilatum, lacerum, luxatum animadverterem, nec Versionem Xylandrianam Græcis commodè satìs respondere, de recensione & pariter versione novâ instituendâ animum subibat cogitatio. Hæc meditanti ad manus venit scripti ejusdem editio altera Lugdunensis, à qua subsidium aliquod sperabam: sed frustra: cum Xylandriana ea, quâ usus fueram, inquinatiorem ac corruptiorem deprehenderem. jam autem ex viri doctiss. cujus *Versio* scripti hujus *Anglicana* post prodiit, D. Merici Casauboni *prolegomenis* Editioni Græcæ à se nuper adornatæ præfixis, è Xylandri priore Tigurina (cujus in Basileensis *Præfatione* mentionem ipse facit, quamque nisi in Viri Doctiss. manibus, cùm me comiter invisisset, quod in *Prolegomenis* illis ipse commemorat, nunquam oculis usurpavi) expressam edoctus fum. Cùm autem codicum penuriâ laborarem, partim ex ingenio, partim ex Suida scriptoribúsque aliis, qui ex libris his nonnulla laudaverant, partim eruditorum quorundam, quibuscum necessitudinem aut familiaritatem aliquam habebam, consilio opéque usus, loca quæ vitii quoquo modo suspecta videbantur, restituere annitebar. Quumque in Viri Illustriss. D. Cl. Salmasii *commentariis* nullo non literaturæ humanioris genere refertissimis, Marci nonnulla secius, quàm in eis, quos penes me habebam, codicibus expressa offendissem; unde editionem aliam aliquam secutum suspicabar; amici communis interventione usus, (aliter enim compellare ignotum

tum planè verecundia prohibebat) Virum Clariſſ. per literas conſulebam, quibus tum quid molirer ſignificabam, tum & de locis tam illis, quos ab ipſo aliter quàm aut Baſileenſis, aut Lugdunenſis habebat, exhibitos repereram, quàm aliis etiam, ad quos hæſitabam, ménſque tunc temporis ſuggerebat, nec conjecturis de quibuſdam propriis celatis, ſententiam illius cenſurámq; ſciſcitabar. Is pro eximia, quâ cumprimis pollet humanitate, inter cætera, in hæc verba ingenuè reſcripſit. *In tam utili ad vitæ præcepta ſcripto, & ad imbuendos virtute illâ forti & humanorum contemptrice animos, quam ponere operam deſtinas, ſummopere laudo. Editum illud ſcivi linguâ Anglicanâ à Merico Caſaubono, ſed ultra nihil. quid enim præſtiterit, præ illius linguæ ignorantia haud etiam ſcire mihi licuit. Hoc tamen mihi pronunciare certò poſſe videor, ſatis operæ eſſe in illo opere perfectè abſolvendo quæ non ſolum duos, ſed etiam plures fabros diſtineat. ità ſpiſſa eſt materia, vix multis cuneis evincenda, vix optimis runcinis dedolanda. Haud alium puto autorem ex antiquitate Græca corruptiorem ad nos, injuriâ temporum, fortean etiam hominum, qui eum interpolârunt, tranſmiſſum. Ubique hiatus, & lacunæ, quæ tamen ſolidum mentiantur. Tranſpoſitiones etiam multis locis commiſſæ ab hominibus, uti videtur, ſciolis, qui ſententias plerumque minutis punctiunculis Stoico more ſignatas non capiebant. Præter ea, quæ obſervâſti, atque in ſchedam mihi miſſam conjeciſti, alia toto paſſim opere vitio laborant. & quædam ex his tibi impertienda duxi, ut locum expleant eorum, quæ à te propoſita diſſolvere non potui.* Hæc vir ſummus ille; qui & liberaliter admodum mecum, homine peregrino, nec de nomine etiam, opinor, antè noto, egit; cùm non de eis duntaxat, quæ quæſieram, ſed de aliis quoque, quæ inter ea diſquirenda occurrebant, nec requiſitus, animi ſui ſenſum ultroneus impertiretur; adjectâ inſuper invitatione humaniſſimâ, quâ ad alia quælibet ulteriùs operam præſtare promptum, *tempúſque* eo fine *negotiis aliis ſuffuraturum, nec imputaturum* profitebatur. Et de aliis quidem, pollicitatione tam liberâ, tam largâ animatus, per literas alteras Virum Clariſſimum ſum percontatus. Verùm per ſubitaneam illius occaſionibus quibuſdam Lugduno-Batavorum in Gallias ſuſceptam profectionem, (ſive literis meis ad manus illius non pervenientibus, ſive ab ipſo ad acceptas reſponſione in reditum dilatâ: ſimul per amici communis, cujus interventu uſus fueram, è partibus iſtis demigrationem, ſponſionis repetendæ opportunitate ſublatâ) factum eſt, ut à Viro Celeberrimo nihil ampliùs acceperim. Illud obiter monere viſum eſt, *Editione Argentinenſi* uſum ſe ſcribere, ſed quæ cum *Baſileenſi* per omnia convenire viſa ſit. Præter hunc operâ uſus ſum Viri Eruditiſſimi,

tissimi, linguarúmque peritissimi D. Arnoldi Bootii, Doctoris Medici, qui vir quantus in his sit, *Animadversionum Sacrarum* opus elaboratissimum uberrimè testatur. Is pro animi propensione, & humanitate singulari, sæpiùs consulenti non deerat. Sed nec Virum Doctissimum, nec comitatis nomine illorum alterutri postponendum, D. Patricium Junium fas est mihi hîc præteritum, qui & conjecturas mihi suas communicavit; sicut & ipse illi vicissim meas; & ubi ad Conventum Vestmonasterienſem evocatus fueram, in partibus illis occurrentem non semel de Antonino edendo solicitabat. Ab his autem aliisque, quorum scripta pervolutaveram, quicquid accepi, suo cujusque loco mentione factâ, animo liberrimo lubentissimóque acceptum cuique gratanter fero.

Versione siquidem jam confectâ, de *Annotationibus* succinctioribus porrò adjiciendis cogitare primò ceperam. pòst de *Commentario* justo & ampliore etiam, qui Scriptum tam insigne dignum valde videbatur. Huic conficiendo inter curas operásque pastorales, quibus per annos ultra quadraginta eodem loci, quò ab Hospitio dicto transieram, jugiter districtus insudavi, nisi quòd ante sexennium morbo gravi correptus, ad tempus aliquod intermittere, tum reversus denuo remittere aliquid, demum incidere ferè prorsus, coactus fuerim, inter horas subsecivas, quæ & rariores intervenerant, & per intervalla diductiora redierant. dum intendo, in molem eam opus istud excreviſſe animadverteram, ut de evulgando spem omnem abjicerem; siquidem, contrà quàm in Flacciano illo, *urceus institui* cùm cepisset, *rotâ currente, amphora exiit*; expertus utique, Bibliopolæ & Typographi nostri, quàm ægrè aliquid etiam minoris negotii in hoc genere suscipiant. Verùm cùm annos apud me delituisset haud paucos, amicorum tandem quorundam flagitatione frequente, qui & edendum poscebant, & de impensa ad id perficiendum prospectum iri, fiduciam faciebant, eorum in manus quod confeceram totum contradidi, pro ipsorum optione, vel premendum, vel prelo subjiciendum, & in lucem publicam (quod ab illis jam est effectum) emittendum.

Ipse in hoc opere quid præstiterim; præstare saltem conatus sim (dextréne ac feliciter, an seciùs alii viderint) sic habeas. Primo loco; post Scriptorum variorum, tam antiquioris quam & ævi recentioris de *Marco* Scripti hujus Autore *elogia* & *encomia*, déque *Scripto* hoc ipso *testimonia* & *judicia*; Marci *contextus Græcus* exhibetur, (nisi si, dum affectus imponit, spes fallat) vitiis mendísque, quibus antè passim scatebat, haud paucis sublatis, repurgatior; lacunis,

cunis, quibus hiabat, ſuppletis aliquot, integrior; loco motis quibuſdam ad ſedes proprias revocatis, aptiùs haud paulò concinnatus & compoſitus; interpunctionibus neceſſariis, & ſectionibus, ſive paragraphis, (utì Juriſtæ loqui ſolent) commodis (quod Lugdunenſis infeliciùs paulò primus tentaverat) accuratiùs quàm antea, pro dictionis ſenſu genuino interſtinctus, pro materiæ ſubjectæ ratione diſtinctus: ad marginem adſcriptis lectionibus variantibus, locíſque parallelis, in quibus ſententiæ, formulæ, voculæ, vel eædem, vel geminæ, reperiuntur, ut nec ad *Commentarium* ampliorem in ſingulis quibuſque recurrere neceſſum eſſet; & Marcus ex Marco ipſo, vèl explicatus, vel illuſtratus, haberetur. Adjecta eſt *Verſio Latina* nova, ad Græcum contextum eo, quo ſuperiùs eſt dictum, modo reſtitutum, accommodata. Sequitur *Commentarius* in Scriptum totum perpetuus, in quo Verſionis à prioribus diſcrepantis, mutationis, ſuppletionis, commiſſionis, diſtinctionis, expunctionis cujuſque ratio redditur; *verſionibus* etiam atq; *annotationibus* antegreſſis, prout occaſio ſe tulerat, examini ſubjectis, & pro ea, quæ probabilis tunc videbatur, ratione, vel admiſſis, vel rejectis: formulæ Marco uſurpatæ, ex aliis, vel Græcis, vel Latinis, (nam & ex ſermone Latino hominem Romanum, licèt Græcè ſcribentem, mutuari non eſt inſolens) ſacris etiam nonnullæ Scriptoribus explicantur. Sententiæ & dogmata ex aliorum itidem, vel conſentientium, vel diſſentientium & diſſidentium etiam, ſive ſcriptis, ſive dictis, ſive moribus factíſque, vel firmantur, vel illuſtrantur. ad eos, eorúmque loca, à quibus, & è quibus, Marcus mutuo ſumſerit, aut excerpſerit quicquam, quantum aſſequi datum eſt, digitus intenditur. de hominibus locíſque, quorum mentio alicubi occurrit, ex monumentis hiſtoricis, quæ in manibus habentur, proutin horum etiam ruderibus ruſpando deprehendi quicquam poterat, lux aliqua datur. Sacræ denique paginæ periochæ formulæque nonnullæ, prout occaſio intervenerat, obiter, vel è Marco ipſo, vel aliunde enarratæ, aliorum quoq; Scriptorum emendatæ inſuper complures repræſentantur. In his autem quamvis diligentiâ aliquâ ſim uſus, multa tamen ſedulitatem meam ſubterfugiſſe nullus ambigo; plura quoque reſtare, quæ cùm vel mihi forſitan ſine cauſſa ἀνίατα ſint viſa, vel dextrè minùs tentata aut curata fuerint, medici peritioris manum opémque requirant. Nihil in hoc genere, vel in alio ullo, prodit, cui non aliquid (meis quibuſque plurimum, ſat ſcio) adjecto opus ſit. latus amplúſque ſatis adhuc patet iſtîc campus, in quo ingenia feliciora, cum laude fructúque

ctúque se exerceant. In meis his interim siquid præstitum sit, quod vel Theologiæ sacræ candidatis, vel literaturæ humanioris studiosis, vel aliis etiam quibuscunque usui esse poterit, laboris in eis suscepti insumtíque merces ampla satìs futura est. Siquid autem vel istîc, vel in Opere toto, (quod evenisse sæpenumero suspicor ipse) humanitùs admissum occurrerit, quod notam sequiorem severiorémve mereri jure videbitur, Lectorem humanum rogatum pervelim, ut nè stricto jure agere volupe sit, sed [1] sortis memor humanæ, humanitatísque (prout in Schola loqui amant) suæ quoque sibi conscius, utpote qui, [2] *homo cùm sit, humani nihil à se alienum* censere aut sentire debeat, pro humanitate, quâ ingenitâ, quâ insitâ, humaniter ignoscat. Istam enimvero *dissertatiunculam*, mente, ratione non unâ minùs validâ, oculo à senio caligante à lema lippiente; manu tam à frigore, (cùm nec rigens ignem propinquiorem sustineam; quod nôrunt probè, qui me familiariter habent) quàm à morbo, tremulâ, (cùm ad manum amanuensis nullus existeret) non tam concinnabam, quàm consarcinabam, conscribillabam magìs quàm conscribebam, in agri Surreiensis pago Urbi natali adsito Rotherithiensi, mense Januario, hyeme sæviente, cui & gemina altera, [3] *ætatis* & *invaletudinis;* (quæ [4] rariùs sejunctæ reperiuntur) accesserat; Anno à Virginis Ἀποφόρου & Ἀποδόχου conceptu salutifero (secundùm computandi ritum vulgò receptum) Millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo; Ætatis propriæ, non tam currentis, quam decurrentis & devergentis, septuagesimo octavo.

[1] Τὸ μηδὲν ἀνθρώπου ἄτοπον εἶναι ἡγεῖσθαι, καὶ μάτην θεῖον. Gregor. Naz. *orat.* 15.

[2] Terent. *se punient.* 1. 1.

[3] Κεφαλὴ τὸ γῆρας, senectutem dixere, Pythagoras, apud Laert. *l.* 8. Aristoteles in *Ethicis*, Eratosthenes, & Patrocles, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 117.

[4] — πῶς ἔχει, Μηδεμίαν ἡφᾶτε τῶν ἀνιᾶν μίαν· ἴδε δ' ἀυδὺς, ὅτι κακῶς ἔχει. Philem. apud Stob. & Maxim. *collectan. c.* 41. Τὸ γῆρας ὃν αὐτὸ νόσημα. Apollodor. *Senectus ipsa morbus est.* Ter. *Pherm.* 4. 1. Senec. ad illud Virgilii ex *georg. lib.* 3. *subeunt morbi, tristisque senectus. morbos & senectutem unà posit; non immeritò: senectus enim insanabilis morbus est. epist.* 108.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
Τῶν εἰς ἑαυτὸν Βιβλίον α.

I. ΑΒ avo meo Vero accepisse agnosco moris esse candidi, & ab iracundia alieni.

II. A fama memoriaque genitoris mei modestam simul ac masculam indolem.

III. A matre, pietatis studium, & largiendi promptitudinem: nec à malo patrando tantùm, sed cogitando etiam continere. tum victu simplici, quique ab opulentorum more ac instituto abscedat quàm longissimè, contentum esse.

IV. A proavo, quòd publicas exercitationes adierim; quódq; bonis præceptoribus privatim sim usus; & quod in res istiusmodi impensè erogandum intellexerim.

V. Ab educatore, ne in certamine equestri Prasinæ, aut Venetæ factioni néve in gladiatorio Thraci aut secutori fautor fierem: aut labores sustinerem; minimo contentus agerem; operi manus admoverem: negotiis alienis me neutiquam immiscerem; nec delationem facilis ullam admitterem.

VI. A Diogneto, ne rebus inanibus studium impenderem: néve eis fidem adhiberem, quæ à præstigiatoribus magisq; de incantationibus, déque dæmonibus averruncandis, aliisque ejusmodi impostoris dicuntur: ne coturnices ad pugnam alerem, néve rebus istiusmodi animum adjicerem; útque liberè dicta æquanimiter sustinerem. eidem debeo, quòd philosophiæ me addixerim; quódque [a] Bacchium primum, tum [b] Tandasidem, & [c] Marcianum audiverim: quòd dialogos, puer adhuc, conscripserim; quódque pro stratis grabatulum ac pellem expetiverim; cæteráque institutionis Græcanicæ adminicula.

VII. A Rustico, quod in eam cogitationem devenerim, morum cor-

I. ΑΡΑ τῦ πάππω Οὐήρω, τὸ καλήθες, καὶ ἀόργητον.

II. Παρὰ τῆς δόξης, καὶ μνήμης τῆς περὶ τὸν ἡγούμενον Θ., τὸ αἰδήμων, καὶ [2] ἀρρενικήν. [2] Confer. *l.* 6. §48. *l.* 9. §29.

III. Παρὰ τῆς μητρός, [3] τὸ θεοσεβές. καὶ [4] μεταδοτικὸν· καὶ ἐφεκτικὸν ὑ μόνον τῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τῦ ὅλη ἐννοίαι γένεσθαι τοιαύτης· ἔτι ὂ τὸ λιτὸν κατὰ τὸν δίαιτον, καὶ πόρρω τῆς πλουσιακῆς ἀγωγῆς. [3] *L.* 2. § 5. *L.* 6. § 30. [4] Inf. § 14.

IV. Παρὰ τῦ προπάππου, τὸ μὴ [5] εἰς δημοσίας ἀκροάσεις φοιτῆσαι· καὶ τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις κατ' οἶκον χρήσασθαι. καὶ τὸ γνῶναι, ὅλι εἰς [6] τὰ τοιαῦτα δεῖ ὀκτενῶς ἀναλίσκειν. [5] τὸ με vel, τὸ εἰς. Mer. [6] τὸν τοιῦτον. f. Jun.

V. Παρὰ τῦ ῥήφεως, τὸ μήτε Πρασινος, μήτε Βενετικὸς, μήτε παλμυλάριος ἢ [7] σκυλάριος ἡμιώδης καὶ τὸ [8] φερέπονον καὶ ὀλιγοδεὲς, καὶ φιλεργικὸν· καὶ τὸ [9] ἀπολύσασθαι μόνον, καὶ [10] τὸ [11] δυσπρόσδεκτον δόξης. [7] Σκυλάριος. Lipſ. [8] *L.* 5. § 5 & *l.* 9. § 12. [9] *L.* 3. § 5. [10] *L.* 6. § 30. [11] Δυσπρόσδ.

VI. Παρὰ Διογνήτυ, τὸ ἀκενόσπουδον· καὶ τὸ [12] ἀπιστικὸν τοῖς ὑπὸ τ πρεσβυομένων, καὶ γοήτων, περὶ ἐπῳδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς καὶ τ τοιύτων λεγομένοις· καὶ τὸ μὴ [13] ὀρτυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπποῦδας· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παῤῥησιάς· καὶ τὸ οἰκειωθῆναι φιλοσοφίᾳ· καὶ τὸ ἀκῦσαι, πρῶτον μὲν [14] Βακχίυ, εἶτα [15] Ταμασίδυ Θ., καὶ [16] Μαρκιανῦ, καὶ τὸ γράψαι διαλόγυς ἐν παιδί· καὶ τὸ σκίμποδος Θ. καὶ δορᾶς ὀπτυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. [12] ἀπιστ. Suid. [13] ὀρτυγοκοπεῖν. Suid. [14] Εὐτυχίδ. for. [15] Ἀνδρων Θ. Caſ. [16] Μαικιανῦ. f. [a] Eutychium, f. [b] Andronem, f. [c] Mœcianum, f.

[17] Παρὰ Ῥυσίκυ, τὸ λαβεῖν φαντασίαν [17] τῦ χρήζειν διορθώσεως καὶ περὶ [17] *L.* 7. § 12.

πείας τῆς ἤθους· ☙ [2] τὸ μὴ ἐπιλεπτῶναι εἰς ζῆλον σοφιστικὸν, μηδὲ [3] τῆ συντεταφέναι περὶ τῶν θεωρημάτων, ἢ παραινετικὰ λογάρια διαλέγεσθαι, ἢ [4] φιλοσοφολικτικὸν ἢ ἀσκητικὸν, ἢ τὸ [5] ἐναργικὴν ἀνδρα ὑποδείκνυσθαι· ☙ τὸ ἀπορρῶναι ῥητορικῆς ☙ ποιητικῆς, ☙ [6] ἀστρολογίας· ☙ τὸ μὴ ἐν [7] σολῆ κατ' οἶκον περιπατεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν· ☙ τὸ τὰ ὑπηρόλια ἁφελῶς γεγραφέναι, οἷον τὸ ὑπ' αὐτῆ τέτυ ἀπὸ Σινοέσσης τῆ μητρί μυ γεγραφέναι· ☙ [8] τὸ περὶ τὰς χαλεπήνανλας ☙ πλημμελήσαντας εὐθυμικλήτως· ☙ [9] εὐδιαλέκτως· ἐπιθυμίαν ταύτης αὐτοῖς ἐπαγγελθεῖν ἐνδελήσεσι μαθεῖν· ☙ τὸ ἀκριβῶς ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι περιτυχεῖν τοῖς [10] ὁλοχερῶς, μηδὲ τοῖς [11] περιλαλῶσι ταχέως συνιέναι τὰ λεγόμενα· ☙ τὸ εὐτυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν ὧν οἴκοθεν μεταδοκεῖ.

VIII. Παρὰ Ἀπολλωνίυ, τὸ ἐλεύθερον ☙ [12] ἀναμφιβόλως ἀνεύθυτον· ☙ [13] περὶ μηδὲν ἄλλο ἀποβλέπειν, μηδ' ἐπ' ὀλίγον, ἢ περὶ τὸ λόγον· ☙ τὸ [14] ἀεὶ ὅμοιον, ἔν τε ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῆ τέκνυ, ἐν μακραῖς νόσοις· καὶ τὸ ὅτι παράδειγμα ζῶντος ἰδεῖν ἐναργῶς, ὃς δύναται [15] ὁ αὐτὸς σφοδρότατος εἶναι· ☙ [16] ἀπαθὴς· ☙ τὸ ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι μὴ δυσφορητικόν· ☙ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον [17] σαφῶς ἐλάχιστον περὶ ἑαυτῶ ποιοῦντα ἢ ἐμπειρίαν, ☙ τὸ ἐντρέχειαν τοῦ τὸ παραδιδόναι τὰ θεωρήματα· ☙ τὸ μαθεῖν πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς δοκούσας χάριτας παρὰ φίλων, μήτε ἐξαπατώμενον ὑφ' [18] αὐτῶν, μήτε ἀναισθήτως παραπέμποντα.

VIII. Ab Apollonio, ut liber essem; firmúmq; ac certum citra fluctuationem omnem consilii ingenij; tenorem retinerem: neq; aliud quicquam, vel minimum, præter rationem solam, intuerer: ut idem semper essem, in doloribus acerrimis, in liberorum amissione, in morbis diuturnis. adhæc, quod in ipso, tanquam in exemplari vivo, evidenter cernere licuit, posse eundem, prout occasiones se dabant, & vehementissimum & remissum esse. sed & q^d in disciplinis tradendis neutiquam morosè se gereret: quódque hominem viderim, qui peritiam suam & in theorematibus tradendis solertiã, bonorum suorum minimum existimare se, palam faceret. ab isto didi-

ci, & quo modo beneficia, quæ dicuntur, ab amicis accipere oporteret, ut nec acceptis obnoxius fierem, nec citra sensum tamen omnem transmitterem.

IX. Παρὰ Σέξτυ, τὸ [19] εὐμενές· ☙ τὸ παράδειγμα τῆ οἴκυ τῆ πατροπαραδότυ· ☙ τὸ πρὸ ἐννοιαν τῆ [20] κατὰ φύσιν ζῆν· ☙ τὸ [21] σεμνὰν ἀπλάστως καὶ τὸ συναπτικὸν τῶν φίλων ἀνεκλείπτως· ☙ τὸ ἀνεκλείπτως

IX. A Sexto, benevolum erga alios affectum: familiæ affectu paterno administratæ specimen: de vita naturæ convenienter instituendâ cogitationem: gravitatem item neutiquam personatam: & sedulam amicorum observationem: & imperitorum,

[2] Infr. § 16. & l. 6. 30.
[3] τὸ f.
[4] ἐνεργ Xyl.
[5] Infr. § 17. & l. 3. § 5.
[6] ἀστρολογ. Xyl. & Lugd.
[7] σολίῳ Suid.
[8] Infr. § 15.
[9] ἐναπαλδέκτως, Suid. ἐυδιαλέκτως, Xyl.
[10] L. 5. § 36. & l. 9. § 3.
[11] οἷς [αὐτῶν] vel οἷς [ἄλλοις] λαλ. Xyl.
[12] L. 3. § 9. & l. 9. § 7.
[13] Inf. § 16. & l. 3. § 6.
[14] Infr. § 16. & l. 11. § 21.
[15] Infr. § 16.
[16] L. 4. § 26.
[17] σοφῶς, F. Jun.
[18] αὐτῶν Jun.
[19] L. 3. § 4. & l. 9. § 11. & l. 11. § 9.
[20] Infr. § 17. & l. 3. § 4. & l. 4. § 49. & l. 5. § 29. & l. 7. § 55. & l. 10. § 15. & l. 12. § 32.
[21] L. 2. § 5. & l. 9. § 29.

ritorum,eorúmq; qui citra consideration opinione merâ ducuntur, tolerationem : & mores quibusvis accommodatos,ita ut quamvis consuetudo ipsius adulationem omnem suavitate vicerit, in veneratione tamen eisdem ipsis eodem ipso tempore non minùs extiterit.adhæc dilucidam ac methodicâ cùm inventionem, tum & dispositionem, decretorum ejusmodi, quæ ad vitam rectè instituendam conducerent. quódq; nec iracundiæ,nec perturbationis alius alicujus,indicium exhibebat ; sed cum affectibus immunis prorsus existeret,ad affectum genuinum erat tamen propensissimus : favere promptus,sed sine strepitu variéq;, citra ostentationem, eruditus.

X. Ab Alexandro Grammatico, increpationibus abstinere ; nec probrosè excipere,si quis barbarū quid, vel solœcum, vel absonum protulerit,sed illud tantùm, quod dici debuerat,dextrè proponere ; idq; sub specie vel respondendi, vel calculū dictis contribuendi, vel de re ipsa, non autem de dictione,unà despiciendi, vel per aliam aliquam istiusmodi scitam, sed quæ obliquè facta sit, commonefactionem.

XI. A Frontone ut scirem, quæ invidentia, versutia, simulatio tyrannidem consequatur : quódq; ut plurimùm qui patricii nobis nuncupantur, ab affectu genuino alieniores existant.

XII. Ab Alexandro Platonico,ne crebro,néve nisi necessitate adactus, aut dicto aut scripto significem alicui,non vacare me : néve hoc modo sub negotiorum distinentium prætextu officia ea, quæ vitæ hujus necessitudo à nobis exigit, solens deseram.

XIII. A Catulo,ne insuper haberem amicorum querimonias,etiamsi ratio earum nulla subesset,sed in statum ipsos pristinum restituere anniterer : ut præceptores promptè impenséque prædicarem ; quod de Domitio atq; Athenodoto refertur; liberósq; meos affectu sincero prosequerer.

XIV. A fratre meo[a] Severo, fami-

ἰδιωτῶν. καὶ τὸ [1] ἀθεώρητον τῶν οἰομένων ἐν τῷ πρὸς πόλεις [2] συναρμόσαν, ὥστε κολακείας μὴ πάσης προσωτέραν εἶναι τὴν ὁμιλίαν αὐτῷ, αἰδεσιμώτερον ἢ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς ἀνδράσιν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἶναι. καὶ τὸ καλλιπιστικὸς καὶ [3] ὁδῷ ἐξευρετικὴν τε καὶ παντικὴν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. καὶ τὸ μηδὲν ἔμφασιν ποτε ὀργῆς, ἢ ἄλλου τινὸς παθους προσσχεῖν, ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοστοργότατον. καὶ τὸ εὔφημον, καὶ τὸ τοῦτο ἀψοφητί· καὶ ὁ πολυμαθὴς [4] ἀνεπιφθόνως.

X. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ, τὸ ἀνεπίπληκτον. καὶ τὸ [5] μὴ ὀνειδιστικῶς ὑπομιμνήσκειν ἢ παρορᾶν βάρβαρόν, ἢ σόλοικόν τι, ἢ ἀπηχὲς προενεγκαμένων, ἀλλ' ὑποδεξίως αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι, προφέρεσθαι, ἐν ὕφει ἀποκρίσεως, ἢ συναμφιτυρήσεως, ἢ συνδιαλήψεως περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ῥήματος ἢ δι' ἑτέρας τινὸς τοιαύτης ἐμμελοῦς παρυπομνήσεως.

XI. Παρὰ Φρόντωνος, τὸ ὑποπτον οἷα ἡ τυραννικὴ βασκανία, καὶ ποικιλία, καὶ ὑπόκρισις· καὶ ὅτι οὐκ ἂν ὑπάρχοι οἱ καλούμενοι ὕπατοι πρὸ ἡμῶν οὐ πατρίκιοι, [6] ἀγοραιότεροί πως εἰσί.

XII. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ πλατωνικοῦ, τὸ μὴ πολλάκις, μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρός τινα, ἢ ἐν ὑπιστολῇ γράφειν ὅτι ἄσχολός εἰμι μηδὲ διὰ τοιούτου ὕπου σωματικὰς παραιτεῖσθαι τὰς [7] πρὸς τοὺς συμβιοῦντας χρείας καθήκουσα, προσδοκώμενον [8] τὰ προειρημένα πράγματα.

XIII. Παρὰ Κατύλλου, τὸ μὴ ὀλιγώρως ἔχειν φίλου αἰκωμένου τι, κἂν τύχῃ ἀλόγως αἰκάζηται, ἀλλὰ πιθανὸν εἶναι καὶ ἀποκαταλλαγὴν ἐπὶ τὸ συνήθες· καὶ τὸ περὶ τῶν διδασκάλων εὐδήλως εὔφημον, οἷα τὸ περὶ Δομιτίου καὶ Ἀθηνοδότου καὶ μνημονευόμενα καὶ τὸ περὶ τὰ τέκνα [9] ἀληθινῶς ἀγαπητικόν.

XIV. Παρὰ δὲ ἀδελφοῦ μου [10] Σευήρου τὸ

[1] τῦ ἀθεωρήτου Salm. τῶν ἀθεωρήτως οἰομ. f.
[2] L. 6. § 16. B.
[3] L. 3. § 11. & l. 5. § 25. & l. 6. § 17, 26.
[4] Supr. § 7. & l. 7. § 67. & l. 9. § 29.
[5] Inf. § 16. & l. 11. § 13, 18.
[6] Infr. § 13.
[7] L. 3. § 1. & l. 8. § 27. & l. 11. § 18.
[8] Infr. § 15. & l. 6. § 11.
[9] Supr. § 11.
[10] Οὐήρου Scal. & Salm.
[a] An. Vero.

Καὶ τὸ ὅλῃ ἐννοίᾳ μηδὲ τοιαύτης | *Abstinere non à perpetrando tantùm sed ab intendendo malum.* Casaubon. Xyl. *à cogitando.* quod ampliùs est. potest enim cogitare quis, quod non intendat tamen. Vid. § 9. Idem valent, ἐπί τινος ἐννοίας τινὸς γίνεσθαί τινα, ἔννοιάν τινος γίνεσθαί τινι, & ἐννοεῖν τι τινὰ, *cogitare aliquid aliquem.* Est autē hoc sanè religionis peculiare cumprimis, cogitatorum etiam religionem habere. Tertull. *in apol. c.* 36. dogma Christianum referens; *Malè velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de quoquam, ex æquo vetamur.* Et Minutius in *Octav. Apud nos & cogitare, peccare est.*

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet.——Juvenal. *Sat.* 13. *v.* 209.

impurâ scil. *mente, licèt purâ manu*: ut Apul. *in apol.* Quin & quod Thales, autore Laërtio, quærenti, Εἰ λήσει θεὸς ἄνθρωπον ἀδικῶν, respondit, Ἀλλ' οὐδὲ διανούμενον, *Nec cogitata numen latere possunt.* Idémq; cum primis discendum proponit Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 14. Μαθεῖν δεῖ πρῶτον τοῦτο, ὅτι ἔστι θεὸς καὶ πρόνοιεῖ τῶν ὅλων· καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτὸν, οὐ μόνον ποιοῦντα, ἀλλ' οὐδὲ διανούμενον, ἢ ἐνθυμούμενον. Socrates (Xenophonte referente, *memorab. lib.* 1.) πάντα θεοὺς οἰδέναι τά τε λεγόμενα, καὶ πραττόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα. & Justinus *apolog.* 2. Θεὸν ἀδύνατον λαθεῖν τι, οὐ μόνον πραττόμενον, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον. Nimirum ut Clem. Alexand. *pædag. l.* 2. *c.* 10. Λήσεται ἴσως τὸ αἰσθητὸν φῶς τις· τὸ δὲ νοητὸν, ἀδύνατόν ἐστι λαθεῖν. ἢ, ὡς Ἡράκλειτος, τὸ μὴ δῦναί ποτε πῶς ἄν τις λάθοι; imò, πῶς ἄν τι λάθοι; Quod Isidorus *Pelus. l.* 4. *ep.* 47. Τὸν ἀνείμητον ὀφθαλμὸν οὐδεὶς λήσει, οὐδὲν λήσει. Siquidem, *Nihil Deo clusum est, interest animis nostris; & cogitationibus mediis intervenit.* Senec. *ep.* 83. quò respexerit forsan Minutius in *Octav.* ubi dixit, *Deus autor omnium, ac speculator omnium, à quo nullum potest esse secretum, tenebris interest; interest cogitationibus, quasi alteris tenebris.* Vide *l.* 6. § 30. & *l.* 12. § 2.

Τὸ λιτὸν καὶ πρὸ ὀλίγου | Laudat & in Marco pariter Aristides, βίᾳ εὐκολίαν, καὶ διαίτης εὐτέλειαν. Eam Christicolis commendat & Clemens Alex. *pædag. l.* 2. *c.* 12. his verbis, Περσόπολιν γοῦν λιτότητα ἀσπάζεσθαι τοῦ Χριστοῦ παιδαγωγίας. τῷ ὄντι γὰρ ἡ λιτότης ἀμωσύνης σφραγὶς οὖσα, ἐξισοῦσα τὰς πλεονεξίας, καὶ διὰ μὴ πυγόντων πρὸ ὑπὸ μὴ πεσόντων κομιζομένη χρείαν. τὸ γὰρ λιτὸν, ἢ καὶ τέτυμα ἐμφαίνει, οὐκ ἐξέχει, οὐδὲ κατά τι ὀγκᾶται ἢ τυπᾶται· ὁμαλὸν ἦν ὅλον, καὶ λεῖον, καὶ ἴσον, καὶ ἀπερίσπαστον, καὶ ταύτῃ ἰκανὸν ὄζειν. quo loco forsan pro τυπᾶται Clemens τυφᾷ scripserat. Vide quæ de Pertinace ex Herodiano post paulò exhibentur.

Τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς | Πλουσιακὸς dictum eadem

dem analogiâ, qua Ἀργυριακὸς, pro quo vulgo Ἀργυρικὸς dicitur, *ad divites pertinens*, sive *divitibus solennis & familiaris*. Neq; enim H. Stephano, qui idem quod πλούσιος vel πλουτᾶξ potiùs, esse vult, possum assentiri: malimq; *opulentos* quam *opulentiam*, cum Xyl. & Cas. *comitante* sive *consequente*, vertere. Est enim à πλούσιος, non à πλοῦτος, efformatum. Διαγωγὴν autem πλουσιακὴν Marcus dixit, quod Δεῖγμα πλουσιακὸν Plutarch. *de avarit.* pompam illam epularum sumptuosam ac magnificam, quæ apud ditiores exhiberi solet. At Alexis apud Athenæum *l.* 13. πλουσιακὸν κακὸν etiam *mollitiem* dixit versibus illis, quos Casaub. feliciùs quàm Stephanus restituit.

§ 4. Τῷ φερπάτρῳ. | *Proavus paternus, Annius Verus*; *maternus, Catilius Severus.* Capitol. illum opinor hîc voluit.

Τὸ μὴ εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι | Τὸ μὴ εἰς δημοσίας, sive τὸ εἰς δημ. &c. negativâ prorsus expunctâ legit Meric. Casaub. ductus illis præcipuè Jul. Capitolini verbis, *Frequentavit & declamatorum scholas publicas.* Quod est idem prorsus cum eo, quod de se Marcus istic. De Pertinace Herodian. *l.* 2. Οὗτος δὲ μέτριος καὶ ἰσότιμος ὢν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἤδη μειράκιον ὄντα, μήτε εἰς τὸ βασίλειον αὐλὸν ἀναγαγεῖν, ἀλλ' ἔν τε τῇ πατρῴᾳ μένειν οἰκίᾳ, καὶ εἰς τὰ συνήθη φοιτῶντα, διδασκαλεῖα καὶ γυμνάσια, ἰδιωτικῶς διεῖντα, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς παιδεύεσθαί τε καὶ πάντα φοιτᾶν, ἁδαμοῦ τῦφον ἢ πομπὴν παρεχόμενον βασιλικήν. Ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐντεῦξιν ἀναλίσκειν. | Ἐντεῦξις ἀναλίσκειν potest esse, vel *prompte, alacriter*; sic enim Hesych. ἐντεύξεις, σπουδαίως, *vel studiosè, vehementer.* Suid. ἐντεῦξις, ὁλοψύχως, vel *impensè, prolixè.* Pollux, ἐντεῦξις, δαψιλῶς, quod & pro ἐντεύξεις Phrynicus subsitui monet. Vult certè Marcus fieri contra planè quam Scoptica illa Cratetis Thebani, quam Laërtius exhibet, Ephemeride;

Τίθει μναῖον μᾶς δύο, ἰατρῷ δραχμήν·
Κόλακι τάλαντα πέντε, συμβούλῳ κάπον·
Πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον.
Coquus minas decem, medicus drachmam ferat;
Talenta quinque scurra, fumium consulens;
Scortum Talentum, philosophus triobolum.

aut quam suo seculo fieri solitum non sine stomacho monet Juvenalis *Sat.* 7. quo loco, post impensas in ædificia extruenda exornandáque immensas enarratas hæc subjicit:

Quanticunq; domus, veniet qui fercula doctè
Componit, veniet qui pulmentaria condit.
Hos inter sumptus, sestertia Quintiliana,
(Ut multum) duo sufficient. res nulla minoris
Constabit patri quàm filius. cui hic scil. erudiendo conducitur. Hîc autem ratione se tutabatur Aristip. quòd à discipulis pecunias mercedis loco vel exigeret, vel acciperet saltem notatus: ἀργύριον λαμβάνειν οὐκοῦν, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῆται, ἀλλ' ἵνα εἰδῶσιν εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις, refert Laërt. *lib.* 2. Quin & de Alexand. Gramm. pariter Aristides: ἐμοὶ τοι τέχνης οὐκ ἠξίωτο λαμβάνειν· ἐδόκει γὰρ αὐτῶν ἀναντελλὴν τοῖς νέοις μαθημάτων εἶναι κολλᾶν φενάκης. Et Libanius in *apolog.* Τὸ μὲν δοῦναι, ῥᾳθυμοτέρους ποιεῖ. τὸ δὲ ἔχειν σφίγγα λαβεῖν, ὀξεῖς σφοδρότερον ἐπανασκάζει λαμβάνειν. ὃν γάρ τις ἡδέως πωλῶ, τοῦτο οὐκ ἀλγεῖ μὴ κλαύσαντος. Nec incelebre illud à Philostrato laudatum Damiani Sophistæ dictum, cum mercede data neutiquam vulgari, Aristidem Adrianúmq; Rhetores audivisset, Πολλοῦ ἥδιον εἰς τοιαῦτα δαπανᾶν παιδικὰ, ἢ εἰς καλὰς τε καὶ καλὰς ἅπασι ἑταίρας. Laudantur Principes hoc nomine, Alexand. Macedo, qui præterquam quod in Philosophos Anaxarchum, Xenocrat. Callisthenem, alios, munificus admodum extitit, in unam illam Stagiritæ animalium historiam octingenta talenta dicitur contulisse. ut Athen. *dipnos. l.* 9. Vespasianus, qui licèt alioqui pecuniæ avidior, *ingenia & artes vel maximè fovit, primúsq; è fisco Latinis Græcisq; Rhetoribus annua centena constituit*, Sueton. *l.* 10. *c.* 18. Anton. Pius, qui *Rhetoribus & Philosophis per omnes provincias & honores & salaria dedit.* Capitol. in *Piv.* quod & ab Alexan. Severo, quem post Marcum nostrum summæ suspiciendum Suidas censet, & *continuatum* & *dilatatum*, autor est Lamp. Marcus ipse, qui & Philosophos omne genus δὴ μυείας profitentes Athenis instituit, utl ex Lucian. & Philostr. *ad Capitol. Pium* docet Cl. Salmasius. Nec tacendi videntur, aut M. Scaurus civitatis princeps, qui *Lutatium Daphnidem Grammat.* IIIMDCC (vel ut Budæus, *de asse* CCCIMDCC) *sestertiis emerat, pretio hominis in servitio geniti maximo ad hanc diem*, inquit Plin. *l.* 7. *c.* 39. quanquam à Q. Catulo, & *ducentis millibus nummûm emptum, ac brevi manumissum*, apud Sueton. habetur *de illustr. Gram. c.* 3. Aut Leo Macelles, qui cùm annonam Eulogio Philosopho dari præciperenti, dixisset Eunuchus quidam, in milites potiùs ista esse insumenda, respondit; Εἴθε ἡμῖν ἐπὶ τῆς ἐμῆς χρόνου, ὥστε τὰ ἡμῖν στρατιωτῶν εἰς τοὺς διδασκάλους παρεχθῆναι. *Utinam meis id temporibus contingeret, ut militum stipendia ad doctores transferrentur.* Suidas. Cæterùm nolim omissum, quod doctiss. Patr. Junius pro εἰς τὰ τοιαῦτα, suspicatur εἰς τοὺς τοιούτους legi debere: utrumvis ceperis, eodem redibit: *in istiusmodi, vel homines instituentes*, vel *instituta* ipsa.

§ 5. Τὸν θρέψαντα | *Educatorem suum mortuum flevisse* Marcum, refert Capitolinus. Verùm is quis fuerit nullus dicit. Vide *infrà ad* § 8.

Μήτε φρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς | Aurigarum factiones *Prasina* & *Veneta*, à vestium, quas habebant, coloribus sic nuncupatæ, de quibus videndi Tertul. *de spectac. c.* 9. Cassiodor. *Var. l.* 3. *ep.* 51. & Onuphr. *de Lud. Circens. c.* 10. De L. Vero Marci consorte, Capitol. *Amavit & aurigas, Prasino favens & Volucri equo Prasino aureum simulacrum fecerat,*

quod ſecum portabat. at Venetæ contra Vitellium, qui *quoſdam de plebe, quod Veneta factioni clarè maledixerant, interemit.* Sueton. *l.* 9. *c.* 14. Marcus quod hiſce ſe neutiquam immiſcuerit, educatori ſuo, quiſquis is fuerat, acceptum refert. Plin. jun. 9. 6. de Circenſibus populóq; ad eos ſpectandos confertim jugiterq; confluente locutus. *Si tamen*, inquit, *aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc favent panno, pannum amant: & ſi in ipſo curſu, medióq; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium favorq; tranſibit, & repentè agitatores illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina, relinquent. tanta gratia, tanta auctoritas in una viliſſima tunica; mitto apud Vulgus, quod vilius tunica eſt; ſed apud quoſdam graves homines.*

Παλμυλάριος ὁ σκυτάριος | Παλμυλάριος, *Palmularius.* Meurſ. *in Gloſſ.* & Παλμυλάριος. ὄνομα κύριον, Suidas. quod idem & de Βαστιανῆς pronunciat. falſus uterque. Eſt enim Παλμυλάριος *Parmularius*, literâ aſperiore in leniorem immutatâ, ut κοϊάνδρον, *coriandrum*, κολιάνδρον· *farcimen*, φαλλιμίωον· *barca*, βάλγα· *cardinalis*, καλδινάριος· κελτάρος, κλίτάρος, *clibanus*; λείριον, *lilium*; γαργαρεών, γαργαλεών, *gurgulio*; μυρμύρων, *myrmillo*: nec eſt proprium perſonæ, ſed ſectæ ſtudiiq; vocab. ſicut reliqua quæ iſtic ſimul recenſentur. *Parma*, ſive *parmula* & *ſcutum*, inter arma gladiatoria, illa Thracum, iſtud Samnitum; utì ex Feſto & Livio docet Lipſius in *Saturnal. l.* 2. *c.* 9, & 11. Martialis magnitudine maximè diſcrepâſſe docet, *l.* 14. *epig.* 213.

Hæc quæ ſæpe ſolet vinci, quæ vincere raro,
Parma, tibi ſcutum pumilionis erit.

& Nonius, *Parma ſcutum breve.* Quanquam Parmæ militares benè magnæ videantur fuiſſe. Polyb. *de diſcipl. Rom.* Πλειοφορὶς δὲ ἔστι τῷ ῥώμῃ, πελτοειδὲς ἔχει τὸ διάμετρον. Et de Velitibus Liv. *l.* 38. *Hic miles tripedalem parmam habet.* σκουτάριος *Scutarius.* Xylan. & σκουτάριος, *ſcutarius, ſcutatus.* Meurſ. in *Gloſſar.* eandem ſcripturam agnoſcit & Suidas in Πελτασταί. quod ſi ſequimur, alterius factionis ſtudium deſignabitur, cui *ſcutum* parmæ loco fuerit. Verùm Lipſius hîc non σκουτάριος ſed σκουτάριος legit, ubi ſuprà *c.* 24. Ita *Parmularius*, qui Thracibus, *Secutorius* ſive *ſecutorianus*, qui *ſecutoribus* favebat; de quibus videri poterit Lipſius idem *ib. c.* 7. Martialis *l.* 9. *epig.* 70.

Vincenti parmæ cum ſua turba favet.

Hos autem Parmularios nuncupatos ex Sueton. diſcimus; qui *l.* 12. *c.* 10. *patrem familiàs quendam, quòd Thoracem Myrmilloni parem, munerario imparem dixerat*, refert à Domitiano *canibus objectum cum hoc titulo, impiè locutus Parmularius.* Ad quod facinus reſpexit in *Panegyr.* Plinius ubi dicit, *Jam quàm libera ſpectaculorum ſtudia? quàm ſecurus favor? nemini impietas, ut ſolebat, objecta, quòd odiſſet gladiatorem. nemo ſpectator ſpectaculum factus, miſeras voluptates unco & canibus explevit.* Marcus ergo nulli gladiatorum factioni addictus: contra planè quam filius, imperii paterni, non & inſtituti, hæres; qui, ut Lamprid. *gladiatoribus convixit, & gladiatorem ſeſe perfectum exhibuit: Secutoribus* cum primis tam impensè favens, ut (Dione autore) eorundem armaturâ uteretur, & inter triumphalia nomina geſtiret audire, Περσικὸς καὶ Σκουτέριος· qua de voce videatur, poſt Lipſ. & Scalig. V. Cl. Salmaſ. *in Lamprid.*

Τὸ αὐτουργεῖν | *Manibus propriis operari*; ſive *operi manus ipſummet admovere*, ſuíſq; id nonnunquam manibus exequi, quod alienis ſi vellet, poterat. De Danao Lucianus *dial. marin.* 6. Συλλεγομένῳ τὰς θυγατέρας, αὐτουργεῖν διδάσκει. Catonis majoris τὸ αὐτουργεῖν prædicat Plutarchus, μὴ ἀεὶ οἰκέτῃ ἐργάζεσθαι ſoliti. De Quintio Dictatore apud Suid. autor innominatus, τὸν αὐτουργὸν ἡγάπα βίον. Pacatus *paneg. Theodoſ. Detrahit laudem patientiæ inopia: majoris exempli eſt labor ſine neceſſitate.* Laus ea Tranjani apud Suid. ex autore incerto, Καὶ ἐζήλωσε πάντα τοῖς ἄλλοις ἕνεκα τοῦ πολιτεύεσθαι. At verò mollitiem hominum, qui alienis ad omnia manibus utuntur, falsè tetigit Cynicus, qui (referente *l.* 6. Laërt.) ex his quendam à famulo calceari conſpicatus, dixit, Ὅτε μακάριός εἶ, ἂν μὴ σε ἡ ἀπαιδία; νῦν δ' ἴσως ἀπορώτερον εἶ τῶν χέρας. *Nondum ſat beatus es, niſi te alter etiam emungat* (non utì Eraſm. reddidit, *abſtergat*) *quòd ſi mancus fueris, futurum eſt.* id q^d de Ariſtagora ſuſpicata eſt Gorgo puella Lacæna, quem cùm idem facitare animadverteret, ad patrem (Cleomenes is erat) converſa, Πάτερ, inquit, ὁ ξένος ἔτος χέρας οὐκ ἔχει. *Pater, hoſpes iſte manibus caret.* Plut. in Apoph. Itaq; adulatoriè nimis Conſtant. Panegyriſt. *Deceat te, Imperator, hoſtem ferire? imò non deceat laborare.* De Imperatore nim. cenſuit, quod de Deo ſenſit, qui Ariſtotelis nomen præfert, Autor *de Mundo c.* 6. Μὴ αὐτουργὸν εἶναι μήτε κάλλει μηδὲ εὐχρηστίᾳ αὐτουργεῖν τὰ ὑπὸ γῆς· οὕτω γὰρ οὐδὲ ἀνθρώπων ἡγεμόσιν ἁρμόττοι, ποιεῖν ἃ τῶν πολιτῶν ἐφίεσθαι πρέπει. Quod Apul. ſic ἐξηρτίσθαι, *Non ut orbem manibus ſuis inſtruxerit: talis quippe humilitas dejecti & minus ſublimis officii; nec cum homine quidem conveniat qui ſit paululum conſcientiæ celſioris, qualis militiæ principes, & Curiæ proceres, & urbium ac domorum rectores, ut id ſuis manibus factum velit, quod ſit curæ levioris.* Atqui de Deo nos aliter docent literæ ſacræ, etiam τὰ ὑπὸ γῆς αὐτουργεῖν non dedignari prorſus; etiamſi ad plurima exequenda creaturarum miniſterio utatur. Quin & apud Hom. (qui id Heroibus ſuis dedecori non eſt futurum opinatus) αὐτουργοῦσιν ἥρωες, ſúntq; αὐτοδάικτοι, ut Euſtat. monet *ad Il.* 1. αὐτουργοῦσιν Ulyſſ. & Achilles ipſe; αὐτουργὸν deprehenditur ab Ulyſſe Laërtes. quod obſervat Ælian. *hiſt. var. l.* 7. *c.* 5. eo utiq; ſemet exercent opere, quod in Cyro minore admiratus eſt Lyſand. apud Xenoph. in *Oeconomico*; & quo nihil

nihil regale magis huic visum refert in *Catone majore* Cicero, agri nempe colendi studio. De Pittaco notum est ex næniâ muliebri, sive ἐκ τῆς φόδης ἐπωιδῆς, utl appellant Athenæus *l.* 14. Eustath. *ad Od.* ϐ. & Pollux *l.* 7. *c.* 33. § 8. (apud quem tamen *l.* 4. *c.* 7. § 1. ἐπωιδὲν φόδην perperam est edit. quod *Carmen seculare* interpres reddidit) quam, dum molam versabant, quo laboris tædium tollerent, mulierculæ sibi accinebant. Eam Plutarc. in 7. *Sapientûm Symposio* nobis hanc exhibet. Ἄλει, μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μυτιλήνας βασιλεύων. Inde Theodorum Scholasticum objurgandi ansam arripit Isidorus Peluſiota *l.* 1. *ep.* 470. Αὐτὸς μὲν ἐφύσησεν ἠγνῇ πᾶσαν χαλεπήμητον ἐργασίαν· ὁ Μυτιλιναῖος δὲ Πιττακὸς, καὶ τὸ βασιλεύειν ὤν, τὸν μύλωνα νυτάζειν, καὶ ἐναργῶς γυναικίζεσθαι, καὶ τῷ ὄχλῳ ἐργάζεσθαι. ubi vitiosè μύλωνα codices: nec ſaniùs interpres, *piſtrinum manibus ſuis extruebat.* imò, *in piſtrino ipſe operas obibat, ſimul ſeſe & exercens, & labore ſuo de victu proſpiciens ſibi.* Nam quod Theod. Zuingerus Theatri *vol.* 19. *l.* 2. *tit. de Mola,* Pittacum tradit molæ encomium conſcripſiſſe, quod ἐπαίνιον nuncupârit, quo autore dicat neſcio. apud Ælian. quem certè laudat *var. hiſt. l.* 14. nihil ejuſmodi comparet, queritúrq; Pictorius ad Marbod. *de gemmis,* molæ laudes poetam nullum celebrâſſe. De Romanis priſcis Seneca *ad Helviam, c.* 10. *Scilicet majores noſtri, quorum virtus etiam nunc vitia noſtra ſuſtentat, infelices erant, quia ſibi manu ſuâ parabant cibum.* Et mox, *Scilicet minùs beatè vivebat Dictator noſter, qui Samnitum legatos audit, cùm viliſſimum cibum in foco ipſe manu ſua verſaret.* Manium Curium Dentat. dubio procul intelligit: quanquam Conſul ille, non Dictator. *Cibum viliſſimum* quem dicit, γογγυλίδας fuiſſe refert, ex Megacle *de viris illuſtribus,* Athenæus *l.* 14. & Plutarch. *in Apoph.* i. e. *rapa,* ut ex *Annal.* Plin. *l.* 19. c. 5. *rapum,* inquit, *torrentem in foco inventum.* Hiſtoriam tangit & Cicer. *de repub. l.* 3. à Nonio laudatus, & in *Catone majore.* Nec peccare puto Athenæum, (quod Pet. Victorius cenſet, *Var. lect. l.* 10. *c.* 5.) cùm Sabinos dicit, quos Samnites illi. poteſt enim fieri, nec eſt vero abſimile, Sabinos Samnitibus in ea legatione junctos fuiſſe: cùm ex L. Flori *epit. Livianâ l.* 11. compertum ſit, Curium iſtum tam Samnitibus cæſis, quam & Sabinis victis, & in deditionem acceptis, bis eodem anno triumphâſſe.

Δυσερέσκητον διαβολῆς] leg. Δυσερέσκητον. De Antonino Pio, *l.* 6. § 30. οὐς διαβολὰς ἐκ ἐλέγχου. De Trajano itidem Dio, διαβολαῖς ἥκιστα ὑπέκειτο. C. Caligulæ inter imperii exordia memoratu dignum dictum, facto etiam conſignatum, à Sueton. *l.* 4. *c.* 15. refertur. *Libellum de ſalute ſua oblatum non recepit, contendens nihil ſibi admiſſum cur cuiquam invidſu eſſet;* negavitq; *ſe delatoribus aures habere.* Præclarum & illud Domitiani, ab eodem in literas relatum, ſi in tenore cepto is perſtitiſſet, quod *fiſcales calumniæ, magnâ calumniantium pœnâ repreſſit; adjectâ voce illâ memorabili,* PRINCEPS QVI DELATORES NON CASTIGAT, IRRITAT. De Marco noſtro, qui hîc conſtans, Capitolinus, *Suffragatoribus non citò credidit, ſed ſemper diu quæſivit quod erat verum. Quin & calumniis quadruplatorum interceſſit, appoſitâ falſis delatoribus notâ: delationeſq; quibus fiſcus augeretur, contempſit.* Optimè Menander à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 42. adductus, & poſt Stobæum ab Ant. *Meliſſ. l.* 1. *c.* 53. & à Max. *coll. c.* 10.

Ὅστις ϐ διαβολαῖσι πείθεται ταχύ,
Ἢτοι πονηρὸς αὐτὸς ὢν τοῦτο πέφυκε,
Ἢ παιδὸς οὐδὲν παιδικὸν γνώμῃ ἔχει.
Qui mentem addicit credulam calumniis,
Aut ipſe eſt pravis inquinatus moribus,
Aut certè ingenio nil ſupra puerum valet. Grot.

§ 6. Διογνήτου] *Operam pingendo ſub Diogneto magiſtro dedit.* Capitol. Verùm de Diogneto iſto pictore, an philoſopho, an utroq; etiam, videndi Joſ. Scal. *com.* ad *Euſeb. Chron.* & Cl. Salm. *ad Capitol.* Philoſophum certè Marcus ipſe nullus appellat; potuitq; Marcum ad philoſophiæ ſtudium impellere, monitáq; iſtiuſmodi eidem ſuggerere, etiâ qui philoſophiam non eſſet profeſſus. quanquam nec pingendi artificium quicquam impedit, quo minus & philoſophiam profiteretur, eadem ſaltem imbut⁹ fuerit, cùm inter diſciplinas liberales *picturam* olim haberetur; unde de Hil. Bithyno Eunap. in *Priſco,* περὶ τὸ γραφικὸν τῆς ἄλλης παιδείας καὶ γεωμετρικὸν ὕστερον φιλοσοφήσαντα, ὅτε ἐκ ἐπεδήμει ἐν ταῖς ἐκείνου χερσὶν ὁ Εὐφράνωρ. quæ verba Hadr. Junius ſic reddidit: *In arte pingendi adverſus liberalium artium vacuos ita philoſophatus eſt, ut appareat in illius manibus non eſſe extinctum Euphranorem.* cùm debuiſſet potius ſic vertere, *Qui præter ingenuam, ſive liberalem, reliquam diſciplinam, in picturâ quoq; ità verſatus eſt, ut per ejus manus Euphranor adhuc ſupereſſe videretur.* τὸ γραφικὸν τῆς παιδείας, eſt ἡ γραφικὴ παιδεία, *ingenua ſive liberalis diſciplina.* φιλοσοφεῖν, *ſtudere, exerceri in ſtudio, exercitióve aliquo verſari.* Euphranor pictor nobiliſſimus, fictórq; idem ex Plinio notus ſatis, qui *l.* 34. 8. & *l.* 35. 11. videri poterit. Cæterùm in Hilario ſuperſtes, qua ratione dicatur, ex Fabio meliùs quam ex Plin. diſcas. Is *Inſt.* 12. *c.* 10. *Euphranorem admirandum fecit, quòd & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit.* quod idem planè de Hilar. Eunapius.

Τὸ ἀκανόστατον] Citat quædam hinc Suidas ſub vocabulo iſto. Plut. *de commun. notion. c.* 17. Τίς ἂν ἐζήλωσε τὸν ἀνόητον καὶ τὸν ἀσύνετον, καὶ κακόστομον ἐπιμέλειαν; ἢ γὰρ ἐπὶ τοῖς μικροῖς ἀπαθὴ μίμησιν φέρει. Ariſtid. in *Panath.* Si autem ἐπὶ μικροῖς, certè ἐπὶ κακοῖς multò magis. poſſunt enim μικρὰ eſſe, etiam quæ κακὰ protinus non ſunt. Sunt autem κακὰ ſive *vana* & *vacua,* & hoc nomine indigna in quibus ſtudium

ſtudium collocetur, vel τὰ τῆς παιδιᾶς καὶ γέλωτος, *res ludicras*. quo nomine Laco quidam Athenienſes notabat, quos dicebat, μειρακίων, ἢ παιδιὰ εἰς ἢ παιδίαν καταγελάσοντας. Plut. *de glor. Athen.* ſive ὁ σοφρονῶν πολὺ πόλιν οὐ τοιαύτης παιδιᾶς παίζουσαν. Idem *Symp. l.* 7. *c.* 9. qui & rectè ſubjungit; Τῷ γὰρ ὄντι παίζοντα δεῖ παίζειν. Et Cato Maj. dicere ſolebat, πρὸ παιδιζόντας ἐν τοῖς γελοίοις, ἐν τοῖς παιδικοῖς ὄντας καταγελᾶσθαι. Idem in *Apoph.* Itaq; Iſocr. *ad Demon.* § 23. μήτε περὶ τὰ γελοῖα παιδιζων· μήτε περὶ τὰ παιδικὰ τοῖς γελοίοις χαίρων. Vel etiam τὰ ἀεὶ πλὴν καὶ μάταια, quæ licet ſeria ſint, fructus tamen & emolumenti *inania* exiſtunt, quales καταστηγίαι illæ, quas commemorant damnáteq; ſimul, Galenus, *hortat. c.* 6. & Fabius, *inſt. l.* 2. *c.* 21. ἢν τὸ τέλος ὠφελῇς, ut Iſidor. Pel. *l.* 3. *ep.* 185. quáſq; nihil eſſe aliud, quam χρόνου παραδήλωμα, Ælian. pronunciat, *var. hiſt. l.* 1. *c.* 17. ſed & *triſtes* illæ *ineptiæ*, uti Cæcilius apud Senec. *ep.* 113. & *nugæ difficiles*, ut Martialis loquitur, *l.* 2. *epig.* 86. quas Seneca idem (licèt eiſdem ipſe indulgentior paulò, & in quibus Chryſippo nimius fuiſſe videtur) tantopere exagitat toties, *ep.* 45, 48, 49, 88, 106, & 111. & *de benef. l.* 5. *c.* 12. Vide *l.* 4. § 32. καὶ ἀνωφελῆς. Optimè Plut. *de commun. notit. c.* 4. Ἀλλὰ γὰρ ὕδατι φιλοπόνου τοῦ κυβοπαίδου ἀφοείζομαι ἐν τοῖς ἔργοις ὄντα πολλάκις, ἢ πρὸ τὸν μθὺ εἰς ἀναφελῆ πονεῖν καὶ ἀδιαφόρως, τὸν δ ἕνεκα δεῖ συμφερόντων, καὶ λυπηρῶν.

Τὸ ἀπιστικὸν | Rectè: nec cur ἀπιστικὸν legiſſe Xyland. velit Mericus noſter, cauſam nullam video: etiamſi τὸ πιστικὸν infrà § 15. legatur. at Suidæ codices iſtinc omnino corrigendi, qui ὀπιστικὸν perperam exhibent: nam quod vir eruditus admitti poſſe exiſtimat; & περὶ τὸ ἐφιέσθαι ἤτοι ὀπισθίου deducit, quaſi eis Marc. ex parte ſaltem animum adjecerit; nec Gram. ratio id patitur, quæ παρὰ τὸ ἐφίεσθαι τὸ ὀπιστικὸν, (non τὸ ὀπιστικὸν, quod ab ὀπίσω oritur,) & ὀπιστικὸν deducit: nec præter tantùm, ſed contra prorſus, autoris ipſius mentem eſſe videtur. Οὐδὲν γὰρ μᾶλλον αὐτοῦ καὶ γοητείας ὁ Μάρκος χαίρειν ἐῴη. Jo. Xiphil. in *M. Ant. Neq; enim magorum conſuetudini aut præſtigiis deditum fuiſſe Marcum quiſquam meminit.* & ipſe etiam hoc loco id apertè diffitetur. qua ratione ſubnixus Xiphil. idem fabulam illam refutatum it à Dione allatam, de pluviis in aquar. penuria inſigni, Arnuphis magi procuratione impetratis, de quibus inf. ad huj. lib. calcem dicetur. Quin & ſcripturam receptam probat Joſ. Scal. *in Euſeb.* qui & *ad Dionis Claudianiq; vaniloquentiam confodiendam, non poſſe telum teſtimonio hoc efficacius inveniri* autumat, *ſiquis omnem induſtriæ ſuæ vim intendat. Cui enim*, inquit, *potiùs quàm ipſi Marco de ſe ſcribenti, Magis nunquam fidem adhibuiſſe, & ab eorum vanitate ipſum avertiſſe Diognetum?* Accedit quod Paulus in *Digeſt. l.* 48. *tit.* 19. *de pœnis, l.* 30. *Marcum*, ait, *reſcripſiſſe, in inſulam relegandos, qui aliquid facerent, quo leves hominum animi ſuperſtitione numinis terrerentur.* quod Modeſtini nomine laudat Iſ. Caſaub. *ad Capitol.* Chriſtianos autem quòd hoc loco à Marco notatos Mer. exiſtimat, fieri poteſt reverà ut ad illos etiam ſpectet illud περὶ δεισιδαίμονα ἀπονοίας: de quibus Tertull. *apol. c.* 32. *Dæmonas adjurare conſuevimus, ut illos de hominibus exigamus.* Latiùs tamen ſe extendere Marci verba, & ad Ethnicas ſuperſtitiones pertingere, etiam pater ipſius ὁ μαγείτης cenſet. Verùm de iſtis utcunq; ſe res habuerit, τὸ ὀπισθιον, cùm ſit planè vox nauci, nullâ ratione hîc admitti meretur: nec cur ſcriptura recepta aut muretur aut ſolicitetur, quicquam comparet. Xylandri lapſum geminum habes *infra* § 11. ὀπισθίους.

Περὶ δεισιδαίμονα ἀπονοίας | Hujus generis eſt ſuperſtitioſus mos ille, quo æris tinnitu luminaribus cœli laborantibus, utì rebantur ipſi, ſuccurrere ſolebant. Alex. Aphrodiſ. *probl. l.* 1. *p.* 46. Κτύπῳ γὰρ χαλκοῦ καὶ ἠχείου, ὡς τοῦ δίσκους ἀπολαύοντας δίκην κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οἱ φοβῆται ὑπ' ὀπτιμίαν τῆ γῆ ἀπορρέας ἀγαθοποιοὺς, κωλυτὰς τῆ φαύλων δαιμόνων. Pariq; ratione *Manes exigi* prodit Naſo *Faſt. lib.* 5.

Rurſus aquam tangit, Temeſæque conſtrepat æra,
Et rogat ut tectis exeat umbra ſuis.
Cùm dixit noviès, Manes exite paterni,
Reſpicit; & purè ſacra peracta putat.

Cui gemina planè Papicolarum ſuperſtitio, qui campanis tintinnabuliſq; pulſis dæmonas abigi credunt. Vide Paul. Girland. *de ſortileg.* & Hier. Magium *miſcell. l.* 4. *c.* 14.

Ὀρτυγοθηρεῖν | At Suidas non ὀρτυγοθηρεῖν, ſed ὀρτυγοκοπεῖν hîc legit. Id ludi genus Græcis familiare deſignat: de quo conſuli poſſunt Suid. *ib.* à Leopardo *l.* 1. *c.* 5. emendatus: Ariſtoph. Schol. *ad aves*, ab eodem laudatus: & Pollux *l.* 9. *c.* 8. à Meurſio *de lud. Græc.* adductus. Meminere Plato in *Alcibiad.* 1. Plut. *de legend. poet.* & Athen. *dipnoſoph. l.* 11.

Περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιπλῆξαι | *rebus iſtiuſmodi deditum*, ſive *addictum*, eiſq; nimiopere affectum eſſe. Vide ad *l.* 4. § 19.

Τὸ αὐτόχρημα παῤῥησίας | De Marco Capitol. *Moderatè nonnullorum cavillationes ferebat: malè loquentium dictis, vel literis, vel ſermone, reſpondebat.* & de Marco Lucióq; pariter: *Adepti imperium ità civiliter ſe ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo deſideraret, cùm eos Maruſtus ſui temporis mimographus cavillando impunè perſtringeret.*

Βακχὺς | *Bacchius* iſte quis fuerit, nuſquā comperio. neq; enim quenquā hoc nomine inter illos reperio, quib. Marc. noſter in diſciplinam ſe dediſſe perhibetur: Εὐτυχὴς forſan ipſe ſcripſerit, quod in Βακχὺς, literis fugientibus an confuſis, per exſcriptor. errorem

errorem transierit. *Eutychius Proculus Siccensis* certè inter Grammaticos Latinos, quibus Marcus usus est, à Capitol. ponitur. Verùm in re tam incerta quid statuas certi? Vide *l.* 10. § 31.

Ταυδιανῷ | Depravatum esse etiam nomen istud Casaub. *ad Capitol.* censet, & suspicatur *Andronem* posse reponi, quo *Magistro Musico ac Geometrâ* usus est Marcus. De *Basilide* haud minùs forsitan probabilis conjectura fuerit; quem Marco *præceptorem* quoq; extitisse, ex Eusebio autores sunt Geo. Monachus & Marianus Scotus.

Μαρκιανῶ | Quod si conjecturis indulgere libuerit, istic nihilominùs oboriri possit suspicio, pro *Marciano Metianum* substituendum; de quo Capitol. *Studuit & juri, audiens L. Volusium Metianum.* Ea porrò mutatio proclivior fuerit, si cum Casaub. non Metianum sed Mæcianum legerimus. *ex leg.* 17. *de jure patronatus.* ut **τὸ Μαρκιανῶ ἀντὶ τῶ Μαικιανῶ** irrepserit, deflexione planè levissimâ.

Τὸ γεγλαι διαλόγως | Ingenii sc. & calami exercitandi causâ. Alioqui tangit hominem Epictetus apud Arrian. *l.* 2. *c.* 1. qui hoc tanquam re magnâ gloriabatur, **Ἰδὲ πῶς διαλόγως ζωγράφημι.** *Ecce quomodo dialogos componam.* Hinc autem *Dialogistam* Cassio Marcum dictum, referente Vulcatio, autumat Casaub. in *not. ad Vulcat.* Vide *ad* § 7.

Ἐν παιδὶ | *In puerili ætate,* Xyland. sive, *puer cum essem.* phrasis insolens; nec illecta tamen. De Maximino Herodian. *l.* 6. **Πέπυσμαι μὲν ἐν παιδὶ πατρικίων,** &c. pro quo Lucian. etiam **ἐν παιδὶ** dixit, in *Necyomantia.* **Ἐγὼ γοῦν ἄχρι μὲν ἐν παισὶν ἦν.** quanquam ibi **ἐν παισὶν εἶναι** potest verti, *inter pueros versari, è puerorum numero esse.* Sed eodem planè modo Philostr. **ἐν μειρακίῳ** dixit *in Hermocrate Sophista,* **ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ πλῶ Καλλιστὼ ἀφεῖναι ἐν μειρακίῳ ὑποδυόντι,** *ut nec lacrymam emitteret Callisto ad mortem illius in adolescentia defuncti.* Observavit & Casaub. ad Athenæi *l.* 13. *c.* 8. **Τὸ παῖς** pro **ἡλικία παιδικὴ** usurpatum ab Hermesianacte Colophonio in *Elegia* illa quam *in Leontium* meretriculam composuit, ubi inter alia de Hesiodo,

Πόλλ' ἔμαθεν, πάσας ὃ λέγων ἀνεγείλατο βίβλους
Τίμων, ἐν φρεσὶ παιδὸς ἀνερχόμενος.

& in Praxinoë apud Theocritum *Idyll.* 15.

Ἴππον κὴ τὸν ψυχρὸν ὕδην ταμάλικα δηδίκω
Ἐκ παιδός. ——

quod Marc. *Evang.* 9. 21. **παιδόθεν.** *à puero,* i. e. *à puerili ætate.* Paul. *ad Tim. ep.* 2. *c.* 3. *v.* 15. **ἀπὸ βρέφους** dixit. Plato Hipp. maj. **ἐκ παίδων. ἐκ παίδων ἀρξάμενοι.** quomodo Lucianus etiam, plurali usus numero, cùm de Demonacte solo, & Longin. in *de Fine,* apud Porphyr. in *Plotini vita,* cùm de se solo loqueretur. sed & quod **ἐκ μειρακίου** Epicurus dixit, in ep. ad Idomen. ap. Laërt. *l.* 10. verbis illis **Σὺ δ' ἄξιος τῆς ἐκ μειρακίου πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν,** &c. id *ab adolescentia,* Cicero *de finibus, l.* 2. *Sed tu, ut dignum est tuâ erga me & philosophiam voluntate ab adolescentia suscepta,* &c. Aliud tamen phrasis illa *ex puero,* apud Sidonium sonare videtur, ubi dixit *l.* 8. *ep.* 6. *Audivi eum adolescens, atq; adhuc nuper ex puero.* h. e. cùm nuperrimè *ex ephebis excessissem.* ut Ter. *And.* 1. 1. vel ut Cicer. *ad Brut. adolescentulus & penè puer.* Sidon. ipse *l.* 9. *ep.* 14. *adolescens, vel penè adhuc puer.* ut *ex* istic eam vim obtineat, quam in illis *Exprætectus, Exadvocatus,* &c. nec puerilem ætatem includat sed excludat potiùs.

Σκίμποδος καὶ δοκὸς | i. *Pro stratis grabbatulum & pellem, cæteraq; Græcanica instituta; eorum nempe qui à Philosophis Stoicis instituebantur.* Casaub. *ad Pers. Sat.* 3. *v.* 53. faciunt huc quæ de Marco nostro Capitol. *Duodecimum annum ingressus habitum philosophicum assumpsit: & deinceps tolerantiam; cùm studeret in pallio, & humi cubaret, vix autem, matre agente, in strato pellibus lectulo cubaret.* quæ verba de *lectulis lucubratoriis, quibus pelle instratis philosophi studebant,* exponunt Casaub. & Salmas. de quibus vide sis illum *ad Sueton. l.* 2. *c.* 78. plenâ manu, vel etiam **ὅλῃ τῇ δυλάκῃ** congerentem, cui ego acervo adjiciam tantum illud Gellii ex *Noct. Att. l.* 19. *c.* 10. de Corn. Frontone; *Offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi; circum undiq; sedentibus multis doctrinâ, aut genere, aut fortunâ nobilibus.*

Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς | quam & **παιδείαν Ἑλληνικὴν,** Plut. in *Alex.* de Barsene.

§ 7. **Ῥουφῖνα** | *Audivit & præcipuè Junium Rusticum, quem & reveritus est & sectatus, qui domi militiæq; pollebat, Stoicæ disciplinæ peritissimum, cum quo omnia communicavit publica privatáq; consilia.* Capitol. Alius ergo iste à Junio Rustico, cujus meminit Plutarch. *de curiositat.* quemq; Suetonius *l.* 12. *c.* 10. à Domitiano cæsum narrat, quod Pæti Thraseæ & Helvidii Prisci laudes edidisset, appellassétq; eos *sanctissimos homines.* Stoicus tamen uterq; unde priorem illum, quem & Plinius Arulenum, Regulus ille, ex Modesti elogio, *bipedum omnium nequissimus; Stoicorum simium,* per contumeliam appellabat. Plin. min. *lib.* 1. *ep.* 5.

Τῶ χρήσιμον διορθώσεως | Qua nimirum opus habent & præstantissimi quiq; unde & Basilius Cæsar, *ep.* 77. poscit à suis **γεγράμματα, ὅτι ζωφάλεται, διορθώμεθα. ἐκ ἐγγύθεν γὰρ,** inquit, **μείζους σφάλματα ὑποπτεύσεις, ἄνθρωποι ὄντες, καὶ ἐν σαρκὶ ζῶντες.** Seneca *epist.* 6. *Intelligo non emendari me tantùm, sed transfigurari: nec hoc promitto jam aut spero, nihil in me supereſſe, quod mutandum sit. quàm multa habeam quæ debeant corrigi, quæ extenuari, quæ attolli? & hoc ipsum argumentum est in melius transiti animi, quòd vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt. quibusdam ægris gratulatio fit, cùm seipsos ægros esse senserunt.* Epictet. apud Stob. *tom.* 2 *serm.* 1. **Εἰ βέλει ἀγαθὸς εἶναι φρόνησον πάσδοσον, ὅτι κακὸς εἶ.** Vide *ad l.* 11. § 39.

Ζῆλον σοφιστοῦ | quem exagitat passim apud Platonem Socrates ille Sophistomastix: de quo & Plutarch. Τὸν ἧ πόθον, ὥσπερ καπνόν τινα φιλοσοφίας τοῦ σοφιστὰς ἀποκεδάσας, &c. *lib. de Socratis genio.* Vide *l.* 7. § 66. Hoc autem genus hominum Dio Prusqui & ipse tamen Sophista audit; nunc *Pavonibus* confert; *orat.* 12. Ταὼς ποικίλος, δόξῃ καὶ μαθητεῖς ἐπαγόμενος, οἷον πτερῶν. nunc *Spadonibus libidinosis: orat.* 4. Ὅπου ὑδὲν διαφέρει σοφιστὴς ἀνδράσιν εὐνούχου ἀκολάστου. τούτων γὰρ φασιν οἱ ἀσπαλιεῖς, ἄνδρες ὄντες καὶ ἱερᾶν ἧβῆ γυναικῶν, καὶ συγκαθεύδουσιν αὐταῖς, καὶ ἐσοχλοῦσι, γίγνεσθαι ἧ ὑδὲν πλέον, ὑδ' ἂν τὰς τε νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας ζωῶσιν αὐτοῖς καὶ περὶ τοῖς σοφισταῖς πολλοὺς εὑρήσους γηθοσύνους ἀμαθεῖς, πολὺ πλείους πλουσιωτέρους ἐν τοῖς λόγοις, ἢ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν Ὅμηρος ἐν τῇ Θεσπρωτίδι, καὶ σεσιτευμένον εἰς ᾅδου ἂν ἀφικέσθαι ἄπορος ἐνθένδε, ἢ ἡμῖς ὁ ἀνὴρ ἀγαθὸς λέγων τε καὶ ἀκούων.

Μηδὲ τῶ συνεχόμενον | leg. forsan, μηδ' τὸ συνεχ. alioqui contra Marci mentem sensus futurus esset, si artic. τῶ ad ἐκλεγεσθῶαι, quod proximè præcessit, retuleris. neq; enim probare possum, quod ad φαντασίαν λαβεῖν referre videtur Cl. Casau. malim cum Mer. filio, qui sic legisse videtur, μηδὲ τῷ συνεχόμενον, *neq; conscribendo*, vel *neq; ut conscriberem.* nisi fortean τῶ fuerit ἀντὶ τοῦ ὡς.

Ἡ φορτικὴ λογέια διαλέγεσθ | Colligit hinc Casaub. *ad hist. Rom. panituisse Marcum scripti* illius *dialogis comprehensi*, cujus meminerat *supra* § 6. quòd id genus scriptionis multa habeat φαντασιόπληκτα, & *ad ostentationem comparata.* Citátq; idem sic Marci verba, Περὶ P. τὸ λαλεῖν φαντασίας τῶ χρῆζον φορτικὴ λογέια μὴ διαλέγεσθ. Viderint alii. Certè aliud est exercitationis causà, aliud ostentationis & æmulationis, argumentum aliquod tractare. ut nè adjiciam, illud in ætate puerili factum, cùm adolescentis jam studia istîc attingantur.

Φαντασιοπλήκτως ἀσκητικὸν | Φαντασιοπλήκτως, Vocabulum, opinor, ἅπαξ λεγόμενον. quod nusquam certè alibi legisse commeminerim. Φαντασιοπλήκτως ὀπτέλεγυδ est *cum eo apparatu, eóq; ostentationis studio aliquid moliri atq; edere, ut in stuporem & admirationem summam spectantes audentesve conjicias.* Ita φαντασία hîc eandem significationem obtinet, quam apud Lucam habet, *Act.* 25. 23. ubi Agrippa Rex, conjuge Reginâ comitante, μὴ πολλῇ φαντασίᾳ, i. *cum pompa insigni, speciosq; admodum, sive splendidissimo, apparatu*, auditorium ingressus dicitur. Sed & apud Polyb. cujus vocabula solens usurpat Evangelista, in *Excerpt. l.* 16. de P. Scipione à Carthagine debellata reverso, μεγάλῳ ἦναι συνέβαινε πᾶσι φαντασίᾳ ἄξει τὸν ἄνδρα, *magnam speciem ejus pompa habuit.* quem locum adducit Cl. Casaub. in notis ad *N. T.* Cui adjici possunt & illa à Camerario laudata, ex Posidonii narratione de Athenione apud Athenæum *l.* 5. ὑδὲν ὑδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ κατεχλιδῶν τῆς Ἀθηνίωνος, *tanto cum apparatu*, vel *tanta cum ostentatione.* ex Hippocrate, ἄξει ἐυχρμμ. πυθέσθ ἧ κέρτα μηδὲν αὐτῆ ἀκέρεως, μηδὲ μετὰ φαντασίης, *nihil curiosè, vel ostentatoriè facere.* ex Aristotelis *Rhetor. l.* 3. *c.* 1. Ἅπαντα ταῦτα φαντασίᾳ ὄξιν, *hæc omnia ad pompam & speciem tantum faciunt.* inde Clementi, *Pædag. l.* 3. *c.* 1. κόλλῳ φαντασιαστικὸν, *forma*, sive *decor ostentatorius*, sive *ostentationi expositus.* Et φαντάζεσθ verbum, apud Herodotum *l.* 7. ubi Artabanus Xerxi, τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κέραυνοῦ ὁ Θεὸς, ὑδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, *neque patitur efferre & ostentare se*; quomodo plumis expansis pavi solent. Sed & τὰ ἐμφαντάζομθα Marco nostro *l.* 2. § 12. Vim vocabuli optimè explicabit nobis Dio *de Regno*, ubi Tyrannos ait, θαυματοποιῶν ζῶν ἐκπλήξει φαντασθέντες, *quasi miracula edant, cum aspicientium stupore visendos se præbere*; & ampliùs adhuc, si pro φαντασθέντες φαντασθέντες dixisset. De exercitiis autem ad ostentationem adhibitis Epictetus in *dissertat. l.* 3. *c.* 12. Τὰς ἀσκήσεις ὑδεῖ διὰ τὴν πρὸς φύσιν καὶ ἀβλαβῆ ποιεῖσθ· ἐπεί τοι τὴν θαυματοποιῶν ὑδὲν διοίσομθ οἱ λέγοντες φιλοσοφεῖν. δύσκολόν ὄξι γὰ καὶ τὸ ὀδὲ χειμὼν ἀνατλῆναι· καὶ ὁ μόνον δύσκολον, ἀλλὰ καὶ ὀπτικθέσθον. τούτου ἕνεκα δεῖ καὶ ἡμᾶς ἀσκεῖσθαι, ὅπως χειμὼν ἀνατλεῖν· ἢ φοίνικα ἐσθίειν, ἢ ἀνθρακίας πυελαμβάνειν; ἀλλωῶς· ἐκ ἔστ τὸ δύσκολον τῶν καὶ ὀπτικθέσθον, ὀπτιθέσθον ἀεὶς ἀσκηθ· ἀλλὰ τὸ φέρειν τοῦ φερομθόν ἐπονομάζωαι· τί δ' ὄξι τὸ φερόμθον ἐπονομάζωαι; ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει ἀκολύτως ἀναφόρους. Quod autem dicit, ἀνθρακίας πυελαμβάνειν, Diogenem Cynicum notare videtur, qui *gelu cunctis rigentibus, statuas aneas inspectante populo circumjectis brachiis amplecti* solebat. Laërt. *l.* 6. Καὶ Διέγες μὲν ὅτι ἔλεγεν ζεστῆς ἐπυλινθοῦτο χειμῶνος ἧ ἀνθρακίας κεχονισμένης ἀγκαλιζόμενος πολλαχόθεν ἑαυτὸν συναγόμενος. Itaq; vanitatem hominis perstringens Plato, cum aliquando ἀλιμυρίζοντος, i. *gelidâ undiq; perfusus* in turba media consisteret, miseranti populo, εἰ βέλεσθε, inquit, αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόσπλε. *Si misereri vobis illius, discedite.* Sed & alii hac ratione tolerantiæ gloriam ambiebant; uti ille apud Plut. in *apoph. Laconic.* cui Spartanus, ὑκ ἀλγεῖν, *dolorem inde percipere ullum neganti*, τί ὖν μίκα ποιεῖς; *quid ergo*, inquit, *magni facis?* Subjungit autem prioribus illis Epictetus, Ὅσα τοῦ σώματι προσάγεται ὑπὸ τῆς γυμναζόντων αὐτὸ, ἂν μὲν ᾖ δέ τι ῥῖπτ πρὸς ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν, οὐκ ἂν καὶ αὐτὰ ἀσκητικά· ἂν ἧ πρὸς ὀπτικθέσθον, ἔξω γεγράκοις ὄξι, (quod Plutarch. ἔξω βλέπων dixit; vide *ad l.* 9. § 29. quanquam leg. forsan, ἔξω γεγράκοτος ὄξι, *sunt ejus qui extra prominet*, Volph. ut cum sequentibus cohæreat aptiùs) καὶ ἄλλό τι ἐνδωμύτερον, καὶ διαπᾶς ζητοῦντος τοῦ ἐρᾶσθαι ὡς μεγάλου ἀνδρός. Concludit deniq; dissertationem suam Apollonii cujusdam monito, ὅτ ὅταν διάῃς συκῆ ἀσκῆ-

σαι,

νω, δηλῶν ποτε καὶμοὶ, ἐφίλωσαν βούγχον ψυχεῖν, καὶ ἐκπύσαν, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. Apollonii verò istî[9], quisquis is fuerit, (vix enim crediderim esse, de quo proximè Marc[9]) dictũ, videtur librariorũ incuriâ perveniſſe ad nos minùs ſincerum. nec ſatis animo facit illud, ἐφίλωσαν βούγχον ψυχεῖν. cogitabam aliquando βόσσχον illud expungendũ, vel etiam uſum forſan Apollonii verbo βογχθίσω, quod *ainti* τῷ ῥοφῆσαι poſitum in *problemat.* Ariſtotelis tributis *l.7. q.3.* verbis illis, τὸ μὴ πίνειν, ἀλλὰ καὶ βογχθίσαι. ut dixiſſe potuerit, ἐφιλώσας βόγχθισον ψυχρῶ. Verùm Etymol. quem Favorinus tranſcripſit, Βόγχος eſt ὀλίγον πόμα. & Heſychio, Βόσχες, ῥόφημα. ῥόφημα, opinor. *Sorbitio*, pro eo quod ſorbetur. hoc ſi admiſerim[9], nihil mutato erit opus. *Frigidæ*, inquit, *aliquantulum ſorbillando ſumas, & nemini dixeris.* Epictetus ipſe *lib. ejuſd. c.14.* Ὅταν τις ὕδωρ πίνῃ ἢ ποίῃ τι ἀσκητικὸν, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε αὐτὸ πρὸς παῖδας, Ἐγὼ ὕδωρ πίνω. διὰ τοῦτο ὕδωρ πίνεις, διὰ τὸ ὕδωρ πίνειν; ἄνδρατο, εἰ σοι λυσιτελεῖ πίνειν, πίνε· εἰ δὲ μὴ, γλοίους ποιεῖς. εἰ δὲ συμφέρει σοι, καὶ πίνειν, σοίπα. Οὕτως, ἵνα ἐκεῖ τὸ μηδὲν ἁλγεῖν, ἂν μὴ κηρύσσῃς; Quin & vitium hoc corrigens, *enchir. c.45.* Μηδὲ ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε. ὅτι ὕδωρ πίνεις. κἂν ἀσκοῦσί ποτε πρὸς πόνον δίαιτα, σεαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, μὴ πρὸ ἀνδριάντος. θέλαμβάνε· ἀλλὰ [καὶ] δηλῶν ποτε Σωφρῶν, ἐπίασαν ψυχεῖν ὕδατος καὶ ἐκπύσαν, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. διάσασαν ψυχεῖν ὕδατος hîc dixit, quod illic ἐφίλωσαν βόγχον ψυχεῖν. quanquam iſtîc non tam moderationis, quàm tolerantiæ exercitiũ inſinuari videtur, cùm de expuendo, non demittendo illud ſubjiciat. quomodo hydropicos qui curant, aquâ illos os colluere permittunt, quam demittere tamen prohibent. De ſtatuis amplexandis quid voluerit, ex ſupra dictis patet ſatis. Quod eò magis moneo, quia Simplici[9] iſtîc ab Epicteti mente quàm longiſſimè aberravit. Vide Ariſtid. *in Eteon. ad l. 9. §. 29.* vide & *l. 9. § 12.*

Ἐπεργητικὸν | ut ἐπιποιητικὸν, *infrà* § 14. ſed ἐπεργητικὸν, Xyland. optimè, opinor. ἐπεργητικὸν ἀνδρα ἐπιδείκνυσι, bifariam poteſt intelligi: vel de eo, qui *occupatiſſimum eſſe ſe ſimulat*, & qui *multis variiſq; negotiis diſtincatur*: vel de eo qui *virium roboriſq; corporei oſtentandi gratiâ ſeſe exercet.* Nos Anglicè ſic diſtinguimus, ut alterum dicamus A man of action, h. e. *actuoſum*; alterum, An active man, quaſi *activum* dixeris. Prioris generis fuit Attalus ille, de quo Martial. *l. 1. epigr. 80.*

Semper agis cauſſas, & res agis, Attale, ſemper:
Eſt, non eſt quod agas, Attale, ſemper agis.

de quo eodem videndus & idem *l. 2. epigr. 7.* Sed & Juridicus ille, de quo feſtivè Chaucerus noſter. in *fabulis* ſuis quas *Cantuarienſes* indigitavit,

A buſier man than he no where there nas:
And yet he ſeemed buſier than he was.

Notat vitium hoc Seneca *ep. 62. Simulant occupationes, & augent, & ipſi ſe occupant.* Notat & Marcus noſter, *infra* § 12. ubi morem tangit quorundã, qui, vel cùm ad ſuos ſcriberent, vel ab eis convenirentur occupationes & negotia prætendere ſolenne habebant. Ad poſterius pertinet, q[d] de ſtudio athletico verbis proximis dixerat: quò eodem & iſta referri poſſunt. De Marco ſiquidem in iſtis quoq; non infeliciter verſato, ex Caſſio Xiphil. Τοσαύτη δὲ ἐξέχῃς χρησάμενος, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, καὶ σῦς ἀγεῖν ἐν διῴξει κατακαλεῖν ἐπὶ ἵππου. Et Capitol. *Amavit pugilatum, luctamina, & curſum: & aucupatus, & pila apprimè luſit, & venatus eſt. Sed ab omnibus his intentionibus ſtudium eum Philoſophiæ abduxit, ſeriúmq; & gravem reddidit.* De Conſtantio maj. Libanius *orat. 3.* Οὐ γὰρ φιλεῖν δεῖν καθήμενον πυρφόρον, ἀλλ' ἐνδὺς ἐπὶ γεμμῆς ἐνεργὸς ἐφαίνετο. Mox de Conſtantino, Ἀεὶ θεὸς ἔργοις ἦν τοῖς τε χείραις καὶ τῷ λογισμῷ· καὶ ὅτε ἡμέρας φαείνοις, ὅτε νυκτὸς ἐπιλθόσης, ἦχεν τὴς ἀνεπνεῖν, ὅτι ἔλαγεν, ἢ ζωμυρτίσεων, ἢ πάντως γε δεκτέον.

Τὸ ἀποκωλυτικὸν ῥητορικῆς, καὶ ποιητικῆς | Zeno certè Stoicus, autore Laërtio *l.7.* dicere ſolebat, μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως ἀλλοτριώτερον πρὸς κατάληψιν ἢ ῥητορικήν. quin & idem non *rhetoricam* ſolùm, ſed & *dialecticam* fugillâſſe videtur, cùm diceret, Ἐοικέναι τὸν διαλεκτικὸν λόγον τοῖς ἐρχείοις, ἃ καὶ τοῖς δοκοῦσι τεχνικὸν τι ἐφαίνεσθαι, ἀχρηστὰ ὄντα. Deniq; ſi Caſſio Sceptico ab eodem adducto fides, πᾶν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηστον ἀπέφανεν, *artium liberalium orbem integrum inutilem prorſus pronunciavit*: nec Seneca ipſe hâc in parte à Zenone longè diſceſſiſſe videtur: quem videas licèt *ep.88.* prolixiùs iſta diſſerentẽ. quanquã ἐγκύκλιον καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα, dixit Chryſip.; nec id omnino diffiteri auſus eſt Seneca. Cæterùm Marcus, cùm iſtic, tum & *inf.* § 17. gratulatur ſibi, q[d] vel ab iſtis abſtinuerit, vel haud magnos in eis progreſſus fecerit, utpote quæ animũ à graviorib[9] magiſq; neceſſariis avocaturæ fuiſſent.

Ἀσεμολογίας | Ἀσεμολογίας. Xyland. Seneca *ep.88.* *Venio nunc ad illum, qui cæleſtium notitia gloriatur, &c.* Et Greg. Naz. *in Hieron.* Ταῦτα (philoſophiæ utiq; præcepta ſalubria) ἐμοὶ συλλογισμοὶ, καὶ γεμμαὶ, καὶ τὸ κυλίεσθαι πρὸς τὸν ἀγέρα, ἢ μακρὸν περιπάτους τις εὐρυχωρῶν; Ἐκεῖνο εὐθυμηθείς, ὅτι συναγόντων ὧν πάντων, ἢ γαμετρούντων, ἢ ἀστρονομούντων, οὐδὲν ἂν ὁ βίος ἡμῖν ὠφελήθειη, ὅτι μὴ καὶ τὰ πάντα λυθείη). Ego tamen nihil iſtîc movendũ cenſuerim: quùm ἀσεμολογία, *Sermonis elegantiam* ſive *feſtivitatem* indicet; cujus ſtudium cum Rhetorica ac Poetica aptiſſimè conjungitur. Seneca *epiſt. 75.* ubi orationem, quam Philoſopho vult convenire, deſcribit: *Non delectent verba noſtra, ſed proſint: ſi tamen contingere eloquentia non ſolicito poteſt, aut ſi parata eſt, aut parvo conſtat, aſſit, & res pulcherrimas proſequatur. ſit talis, ut res potiùs quàm ſe oſtendat. aliæ artes ad ingenium totæ pertinent: hic animi*

animi negotium agitur. Verùm, *eloquentiam* ut aliquâ ex parte admittat, *festivitatem* certè illam five *urbanitatem*, quæ facetiis jocisq; plurimùm conſtat, quámq; in oratore probant laudántq; dicendi magiſtri, in philoſopho Stoicorum gens ſevera vix ferat. Siquidem illi, ut Laërt. in *Zenon.* Αὐστηρούς φασιν εἶναι πάντας τοὺς ἀπαιδεύτους, τῷ μήτε αὐτοὺς ὠθεῖς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, μήτε παρ' ἄλλων τὰ ὠθεῖς ἡδονὴν ὠθοσδέχεσθαι· καὶ ἄλλας δ' εἶναι αὐστηρὰς, ὥσπερ πλανίας λεγομένου τοῦ αὐστηροῦ οἴνου, ᾧ ὠθεῖς μὲν φαρμακοποσίαν ἔχειν, ὠθεῖς δ' ὠθόποσιν ἁπλῶς. Strob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8. αὐστηρὸν λέγουσι τὸν ἀπαίδευτον, καθ' ὅσον ἔστι ὠθοσφέρειν τινὶ, ἔστι προσίεται τὸν ὠθεῖς χάριν λόγον. Itaq; Epictetus, *Enchir. c.* 32. ubi characterem typúmq; certum delineat, quem in congreſſibus ac conventibus obſervari poſtulat. § 13. Ἀπίσω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν· ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος εἰς ἰδιωτισμόν, καὶ ἅμα ἐνδὺς τινὰ οὐκ ἀπίσω τινὰ ὠθεῖς σε ἧττον ἀλήσεσθαι. Marcus ipſe *l.* 3. § 5. Μήτε κομψεύεσθαι τινὰ δικαιοῦν σε καλλωπίζεσθαι.

Τὸ μὴ ἐν στολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν | *domi neq; veſtitu, neq; aliis hujusmodi rebus utendum.* Xyl. quod meritò notat Annotator. Lugdunenſis. *Quaſi verò*, inquit, *domi nudum ambulare oporteat. tu verte ne domi ſtolâ fœmineâ, vel talari, quale eſt Syrma Citharœdorum & Scenicorum, uteris. id enim eſt ſtola.* Fuit reverà ſtola veſtis muliebris. unde illud Tullii in Antonium *Philipp.* 2. *Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti.* Et Petronii illud de cinœdo ; *Quid ille alter, qui togæ virilis die ſtolam ſumpſit?* ita enim reſtituenda trajectione vitiata dictio. Fuerit & *Citharœdorum* ac *Scenicorum Syrma*; (quanquā *Syrma* propriè non tam veſtis ipſa quàm pars veſtis oblonga, quæ ſolū verrit, *cauda* quibuſdam, noſtris **train** dicta, aut ejuſmodi ſaltem, qualis illa :) at fœmineo amictu, & Citharœdico aut Scenico multò minùs, nec domi, nec foris indutū conſpici Marcū noſtrum ullo modo oportebat. *Stolam* itaq; (ut nihil dicam de Medorum *ſtola* peculiariter ſic dicta, quam deſcribit Xenoph. *pæd. l.* 8.) laxius noſter hîc uſurpâſſe videtur, pro *toga*, ſive prolixiore quavis veſte, quâ induti in publicum procedere ſolebant. Aliam enim *domeſticam* veſtem habebant pleriq;, qui notæ ſaltem alicujus erant, aliam *forenſem*. Cicero *de finibus l.* 2. *Aut ut veſtitum, ſic ſententiam habeam, aliam domeſticam, aliam forenſem.* Cato *in carmine de moribus*, apud Gellium *l.* 11. *c.* 2. *Veſtiri in foro honeſtè, mos erat ; domi quod ſatis erat.* Plutarchus *Syllâ*, ἐνδῦται δ' ἄλλως μὲν οἰκουρόν, ἄλλως δ' εἰς ἀγορὰν ὑποφερόμενον, *Veſtem aliam, cùm domi maneret, aliam cùm ad forum procederet.* Sueton. *l.* 9. *c.* 8. de Vitellio, *Subitò à militibus è cubiculo raptus, ità ut erat in veſte domeſtica, Imperator eſt conſalutatus.* De Maximo & Balbino Imper. Herodianus, Ἀφεῖλον τοὺς φρουροῦντας, ἁρπάσαντες δ' ἃς ἔτυχον ἐπὶ τῶν σωμάτων ἐνδύτας λιτὰς, ἅτε οἴκοι διατρίψοντες, *Scientes utrumq; corripuiſſe, Lacernâtiſq; veſtibus quas gerebant, vilioribus ſanè, utpote domi ſe continentium*, &c. De Hunnis Ammian. *hiſt. l.* 31. *Nec eſt alia illis domeſtica veſtis, alia forenſis.* Itaq; tam domi forenſi veſte uti, curioſitatis ac faſtus, quàm foris domeſtica, ruditatis ac ruſticitatis fuerit. Romanis *Forenſis Toga.* Nonius *Toga à tegendo dicta, veſtimentum, quo in foro amicimur*, quod & *Tectum* dictum antiquis tradit idem ex Titinnii *Geminâ* ; (ita reſtituente Lud. Carrione *antiq. lect. l.* 1. *c.* 11.)

—— *ſi rus*
Cum ſcorto inſtituit ire, claves illicò
Abſtrudi jubeo, tecti ne ſit copia.

i. e. *Togæ ruſticæ*, inquit Nonius : nimis forſan de ſuo liberalis. ſiquidem *togam*, quam in foro, ſive foris, geſtare ſolebant, Romani (quod Baiſius *de re veſt.* obſervat) ubi domū redierant, componere & ſeponere conſueverant : niſi ſiqui faſtuoſiores forſan fuerant. Hoc autē quod à Ruſtico accepiſſe ſe Marcus ſcribit, potuiſſe & à Pio patre, obſervat Cl. Caſaub. quem & *viſum ab amicis cum privatis veſtibus*, (i. e. *ſinè toga, tunicatum tantùm, aut, ſi frigus eſſet, pœnulatum*) *& domeſtica quædam gerentem*, refert Capitolinus. Verto itaq;, *ne toga indutus intra ædes obambularem.* narrat enim de ſe Marcus, non præcipit. Nec illud prætereundum pro ἐν στολῇ Suidam hîc, ἐν στολίῳ legere. quod *veſtem philoſophicam* H. Stephanus eſſe vult, *ad ſtolæ inſtar talarem.* Amictū certè iſtiuſmodi uſum, tanquam faſtus gravitatíſq; affectatæ indicium, in Phariſæis notat D. Chriſtus, re eiſdem planè cum Marco verbis ; θέλουσιν ἐν στολαῖς περιπατεῖν, *qui ſtolis*, ſive *togis*, veſtibus prolixis ad talos demiſſis, induti, libenter *obambulant.* Marc. 12. 38. & Luc. 20. 46. Faſtus itidem, ſed & mollitiei ſimul, Flaccus *epod.* 4. in Mena Pompeii Magni liberto,

Videſne ſacram metiente te viam,
Cum bis ter uncarum togâ,
Ut ora vertat huc & huc euntium
Libertina indignatio.

hujus Cicero itidem in Catilinæ aſſeclis, *Pexo capillo nitidos manicatis ac talaribus tunicis*, (ita Nonius, *triſtis*, meritò exerto, reddit) *Velis amictos, non togis.*

Τὰ ἐπιστόλια ἀφελῶς γεγράφειν | Seneca *ep.* 75. Lucilio conquerenti, quòd minùs accuratè ſcriberet, *Qualis ſermo meus eſſet, ſi una ſederemus aut ambularemus, illaboratus & facilis ; tales eſſe epiſtolas meas volo, quæ nihil habeant accerſitum, nec fictum.* Philoſtratus item de *charactere epiſtolico* ; Ἐχέτω δὲ τὸ εὔχαριν ἐν τῷ μὴ ἐσκευάσθαι. Εἰ γὰρ σκευασθήσῃ, φιλοπαιδὶς δόξομεν· φιλοπαιδία δὲ ἐν ἐπιστολῇ μειρακιώδης. Quin & idem ex Regibus Marcum aſſerit in hoc ſcriptiónis genere primas tuliſſe : ὠθεῖς γὰρ, inquit, τῷ κεκευθότι τὸν λόγον, καὶ τὸ ἐσπαῖον τῆς ἀπλότητος ὑποτυπῶν τῆς γεγραμμένης, *Siquidem præter limatum in*

in verbis judicium, (quod de Fabiano Senec. *ep.* 100. *Electa verba sunt, non captata.*) *morum etiam constantiæ ac stabilitatis indicia in literis illius elucent.*

Εὐαγκλήτως, καὶ εὐδιαλείκτως | Locum hunc citat, sed miserè depravatum, Suidas in vocabulo, εὐαγκλήτως, quod ille exiliter & jejunè nimis συμπαθῶς interpretatur. est vocabulū à re militari petitum. Siquidem τὸ ἀναγκλητικὸν, *classicum*, dicitur illud, *quo à pugna vel fusorum prosecutione milites revocantur*. quanquam Xenoph. etiam de canibus indagatoriis usurpavit in κυνηγετικῷ verbis istis; τὰ δ' ὀρόματ' αὐτῶν πάνυ ἄγαν βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ. *ut revocatu faciles sint.* h. e. quæ ad venantis vocem signúmve datū à fera persequenda facilè revocentur. εὐαγκλήτως itaq; ἔχειν, ut Suidas habet, sive διακεῖσθαι, ut Marcus istic, is dicitur, *qui ad classicum illud exaudiendum promptus*, ad pugnam intermittendam sponte suâ proclivis est: qualis Laco ille de quo ad *l.* 3. §5. tralatitiè verò, qui ad simultates privatas deponendas solvendásq; facilem sese exhibet, & εὐδιαλλάκτως pariter. quod pro εὐδιαλείκτως Xyland. in *annot.* reposuit. etsi in contextu *alloquii facilitatem exhibendam* verterit. Cæterùm Suidæ codices εὐαγαδιάκτως exhibent, quòd, si verbum istiusmodi alicubi legeretur, pro εὐαγαλλάκτως irrepsisse crederem. interim Xylandri emendationi acquiesco. Εὐαγκλήτως itaq; καὶ εὐδιαλλάκτως διάκειν ᾖ, qui sunt *reconciliatu faciles*, quibus opponuntur οἱ δυσδιάλυτοι Aristoteli *Ethic.* 4. 5. dicti, qui ad offensiones & dissentiones solvendas difficiliùs adducuntur. De re ipsâ præceptum habemus dominicum, Luc. 17. 3, 4. ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σε ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ· καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ, &c. Sed & Dionis Prus. monitum non aspernandum *Orat.* 38. Μὴ πλουσίῳ ὅμοιόν τι τοῖς ἄφροσι τῶν παίδων, οἵ τινες αὐδήμονα, μὴ δικαίως μάτην ὀργίζεσθαι τοῖς πατράσιν ἢ ταῖς μητράσιν, ἐθέλουσι καταλλάττεσθαι ῥᾳδίως. Deniq;, ut Seneca, *Agam.*

Det ille veniam facile, cui venia est opus.

Ἔπειδὴν τάχιστα αὐτοὶ ἑαυτῶν ἐδιάλυσαν πάλιν istud non agnoscunt Suidæ codices, & est forsan superfluum. neq; enim tam redeundi in illis, qui læserant, quàm in gratiam recipiendi, in læso celeritas est, quæ in laudem eidem cedit.

Καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναμιμώσκειν | ἀκριβῶς *accuratè, diligenter*, singula penitando. Cui opponitur mox τὸ ὁλοσχερῶς ἔχειν, quando *summatim capita duntaxat delibantur & leviter percurruntur*. Ad Marci mentem planè Fabius *instit. l.* 10. *c.* 1. *In lectione certius judicium. Lectio enim libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere sæpiùs licet, sive dubites, sive memoriæ affigere velis.* repetimus *autem & tractamus, & ut cibos mansos ac prope liquefactos dimittimus quò faciliùs digerantur. ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationiq; tradatur.* Et mox, *Sed diligenter, ac penè ad scribendi solicitudinem, legendum est.*

Καὶ μὴ ἀρχεῖσθαι ἔχειν τὰ ὁλοσχερῶς | *neq; omnino considerationem summariam satis putandum.* Xyl. *perceptionem*, malim. nam editor Lugdun. cur sincerum vas incrustare, vel corrumpere potiùs voluerit, *considerationem accuratam*, pro *summaria* substituendo, nisi Marci mentem invertere & pervertere prorsus curæ habuit, ariolari nullus possum. Quanquam τὸ ὁλοσχερῶς in alio planè, quàm quo Marc⁹ hîc usus est, imò contrario prorsus significatu usurparum, haud rarò deprehendo. Dioscoridi siquidem 5. 82. ὁλοσχερῶς συνθλᾶσαι, uti Marcel. Virg. vertit, *est penitus contundere*: sive, ut idem *lib. eodem c.* 92. εἰς ὁλοσχερίσματα μέγα θλᾶσαι, *in minutissimas partes conterere*, sive *confringere*, ut ὁλοσχερίσματα μέρη sint, quæ λεπτομερίσματα idem alibi: & ὁλοσχερῶς κοπέντα *l.* 2. *c.* 90. quæ λεπτοκοπηθέντα, *l.* 5. *c.* 85. Verùntamen eodem, quo hîc, sensu apud Clementem Alex. reperias, *Strom. l.* 7. Ἀκριβῶσαι κρίνειν, ἵνα δικαίως μὴ, μηνυσόμεθα ᾖ ὑπ' ἀνάγκης. ταυτὶ γὰρ τοῦ αἱρετικοῦ ἐνδείκνυται, ἐνδυσαι μὲν πᾶσι καὶ ὑπὲ ὀνομάτων ἐνδεικνύντος· τῷ δὲ λογίων ἐκκλησιαστικῶν παρῳδίαν ποιήσαντος καὶ πλανᾶσθαι ἔξωθεν ὑπὸ τῶν ἔργα δικαιοσύνης ὁλοσχερίσαντος, ὑπὸ ἀκριβείας, μαρτυρομένου· ἔτι καὶ μετέλθοιεν. quo loco quemadmodum & apud Marcum istîc, τὸ ἀκριβῶς καὶ τὸ ὁλοσχερίσαν sibi invicem opponuntur. τὸ ἀκριβῶν καὶ τὸ λεπτουργεῖν, tanquam *synonyma*, ὧν ἑκάτερον ponuntur: cum apud Dioscoridem aliter prorsus se habeant. Itaq; ὁλοσχερὲς φάντασμα est *perceptio summaria & superficiaria*, quæ generatim & confusè facta sit, cui ἀκριβὴς ἀνάγνωσις apud Marcum nostrum, λεπτουργία quoq; apud Clementem, quâ singula quæq; etiam minutiora, inter legendum, expenduntur, adversatur. Ita in Sexti Empir. illis *Pyrrhon. hypoth. l.* 1. *c.* 13. ὡς ἂν ὁλοσχερίσαν εἴποις. ὁλοσχερίσαν εἰπεῖν est *generalius* & minùs distinctè *loqui*. ita etiam τὸ ὁλοσχερῶς τοῦ κατὰ μέρος ἀντιδιῄρηται, apud Polyb. *l.* 2. ποτὲ μὲν κατὰ μέρος, ποτὲ δ' ὁλοσχερῶς συμπεπτώκοντων. Et Epicur⁹ apud Laërt. *l.* 10. in *ep. ad Herodot.* Τοῖς μὲν δυναμένοις ἅπαξ ἅμα τὴν φύσιν ἡμῶν ἀναλογισμοῖς ἐξακριβοῦν, μηδὲ τὰς μείζους τῶν Ἐπιτομαγίων βίβλων διεξιέναι, ἐπιμελῶς τῆς ὅλης θεωρίας, εἰς τὸ κατὰ μέρος τῶν μάλιστα ἱκανῶς, αὐτοῖς παρεσκεύασα. Et mox, Καὶ δὴ καὶ τὸ κατ' εἰδώλια πᾶν ἐξεργασθήσῃ, τῶν ὁλοσχερεστάτων τύπων ἐμφερειλημμένον καὶ μεμορφωμένων. qui locus nostrum cum primis illustrat. Siquidem accuratæ fusioríq; rerum tractationi epitomen summa rerum capita tantùm complectentem opponit, sive παραλαμβάνειν ἐπιτετμημένα, ut ipse loquitur. Aliter paulò, nec multò secùs tamen, τὸ ὁλοσχερῶς

Marcus

Marcus usus videtur *lib.* 4. § 36. & *lib.* 9. § 3.

Μηδὲ τοῖς ἀδολεσχοῦσι ταχέως συγχαταθοῦ | ἀδολέσχαις], vel ἀδολέσχοις [αὐτοῖς] λαλοῦσι, Xyland. ut vel de *calumniatoribus*, vel de *ardeliomibus*, quos Græci ἀδολεσχολόγους, cautio data intelligatur. Verùm retineri potest istud ἀδολεσχῶν, ut *blateronem*, garruli, nugacésque designentur. Aristophan. *concionatr.*

Μὴ ἀδολεσχῶμεν. ———

Idémq; de Euripide in *Nebulis*, si Laërtio *l.* 2. in *Socrate* credimus, [Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν] τὰς ἀδολεσχίας, ὅτῳ δεῖ τὰς σοφάς. atq; ita Suidas adductis etiam Marci ipsius verbis. ἀδολεσχεῖν ἀντὶ τοῦ ἀδολεσχολογεῖν, φλυαρεῖν. Hinc ἀδολεσχήματα, vocabulum eidem restituendum, in Κατασκωπτομένοις, pro quo perperam ibi ἀδολεσχήματα legitur. Sic enim Etymologus, σωμάλημα, ἀδολεσχήματα. & Suidas alibi, Κομψὸν, ἀδόλεσχον, ἀδόλεσχον. Cui suffragatur & quod Scholiastes *ad Sophoclis Antigon.* Κόμψα, ἀδολεσχεῖ· κομψὸν δὲ ἔλεγον, ὡς νῦν ἡμεῖς ἀφελῆ καὶ πολυλάλητα φαμέν. quæ novissima laudans D. Heinsius, in *ad Cor. ep.* 1. *c.* 13. *v.* 4. ἀφυσίους καὶ ἀδολέσχας legit. Inde & Aristoph. in *Ranis*, Ἀδολεσχᾷ. quod Schol. pessimè, οὐκ εἰώθασι λαλεῖν, est interpretatus. Vide Gellium *l.* 1. *c.* 15. meliùs Suidas ὃν οὐκ ἄν τις ἀδολεσχήσαι, *quem loquacitate vel superare vel compescere nullus possit.*

Τὸ ἐντυχεῖν | *quod inciderim*: Cas. meliùs forsan, *nactus sim*; cum non casu fortuito, sed amici homi-nis Marci commodo prospicientis, beneficio an offi-cio, commentariorū illorum compos sit factus. quo sensu & ἐντυχόντων pro *adipisci* usurpatur. Verùm Xyl. vertit, *quod commentarios legerim.* nec spernenda ea versio. siquidem γεγραμμένα ἐντυχόντων est *scriptum legere.* Apud Herodianum *l.* 4. Antoninus Severi filius, καλέσας Μακρῖνον ἀπορρήτῳ καὶ ἰδιάσαντι, ἐντυχεῖν τοῖς γεγραμμένοις, καὶ εἰ τι ἐπεσπέσθαι οἴοι, δηλῶσαι αὐτῷ, *Macrinum jubet, ubi secesserit, literas ad se datas sibiq; in manum traditas, privatim legere, & si quid contineant, quod properato opus sit, id sibi in-dicare.* atq; ita accipere licuerit etiam in illis Dio-scorid. in *præfat. Oper.* Παρακαλῶμέν σε, καὶ πρὸ ἁπάντων ἐξομνύμενοι τοῖς ὑπομνήμασι, *qui commentarios istos lecturi sint*, tam potest verti, quàm, *qui in eosdem inciderint, vel eosdem nacti fuerint.*

Τοῖς ἐπιτηδείοις ὑπομνήμασι | Ita in operis *proœmio* indigitat Arrianus ipse *dissertationes Epicteti*, quas diligentiæ illius debemus. Idémq; quod haud perindè vulgò innotescit, *Enchirid.* quoq; concinna-vit ex ejusd. *dictis collectaneis*, quod ex *epist.* ad Mas-galenū quendam, qui commentarium illum inscri-psit, constare monet Simplicius in *prolegomenis* ad eundem. Verùm periisse videtur *epistola* illa, unà cum Philosophi ipsius *vita*, quam & prolixè descri-psisse Arrianū eundem ex eodē autore discim⁹: qui cū Epicteto superstes fuisse videatur, & post obitum ejusd. tum *dissertationes dictáq; collectanea*, tum & *historiam* illam conscripsisse, haud fit probabile, quòd Suidas refert, Epictetum ipsum ad Marci imperiū pertigisse. Vide *ad l.* 7. § 10. & *l.* 8. § 31.

§ 8. Ἀπολλωνίῳ | *Usus est & Apollonio Chalcedo-nio (Chalcidensi*, Salmas. & Casaub. quanquam & Eu-seb. χαλκηδονίῳ.) *Stoico Philosopho.* Jul. Capitolin. qui & in imperatoriam dignitatem jam adscitum ad domūApollonii discendi causâ ventitâsse testa-tur. De eodem idem in *Pio*, *Cùm Apollonium, quem Chalcide acciverat, ad Tiberianam domum, in qua habi-tabat, vocâsset, ut ei Marcum Antoninum traderet, atq; ille dixisset, Non magister ad discipulum debet venire, sed discipulus ad Magistrum*; *risit eum, dicens, Facilius fuit Apollonio à Chalcide Romam venire, quàm à domo sua in palatium: cujus avaritiam etiam mercedibus no-tavit.* Quin & Lucian⁹ eundem à Demonacte Cy-nico perstrictum meminit, cùm de ipso accomitatu ejus ad Imperatorem proficiscentis, per ludibrium diceret, *En Apollonium & Argonautas ejus*: quasi vellus aureum petiturus, h.e. quæstûs causâ, se ad aulam regiam conferret. Hunc autem Apolloniū *Nicomediensem* Dio eur dicat, alii disputant. Ac fieri potest ut *Arriani* nomen interciderit, quem & *Philosophum* vocat Eusebius, & *Nicomediensem* fuisse testatur, & inter Marci nostri magistros recensēt. Cæterùm Apollonius idem hîc esse videtur, quem Epiphan. *l.* 2. *tom.* 1. *hæres.* 56. Ἀντωνῖνα ἐταῖρον vocat, & à quo Bardesanem de fide deserenda frus-tra solicitatum refert.

Ἀναμφιβόλως ἀκίνδυνον | De hoc ipso, inter alia, loco, cùm clariss. virum Dom. Cl. Salmasium, cui ob operam in hoc opere defungendo lubentissimè ac candidissimè præbitam, plurimùm debere me semper agnoscam, per epistolam consuluissem, is in hæc verba responsum dedit; Τὸ ἀναμφιβόλως ἀκίν-δυνον. *Hominis est qui certo semper proposito & consilio res agit; qui non fluctuat in deliberatione sua, nec quic-quam incertis fortunæ casib⁹ eorum quæ aggressurus est com-mittit: quod qui faciunt*, κινδυνεύειν τοῖς πράγμασι *Graci eos dicunt.* τὸ ἀκίνδυνον igitur in eo est, qui nihil ag-greditur, nisi cujus certus est futurus eventus. κινδυ-νεύειν ἐν τῷ βίῳ *Græci dicunt, qui vitam suam periculis exponunt.* Κινδυνεύειν & κίνδυνον ἀναβάλλεσθαι πολέμου, *ille dux vel Imperator dicitur, qui prælium cum hoste com-mittit, de exitu securus, quem fortunæ commendat. In-certus auctor apud Suidam*: Τῷ στρατηγῷ ἀλλὰ καὶ ἐγγὺς κίνδυνον ἀναβάλλεται πολέμου τούτου. *Polybius a-pud eundem*: Οἱ μὲν ἀλογισταὶ καὶ μανίαν ἔρασται εἰσὶ, τὸ ἁπλῶς κινδυνεύειν τῷ βίῳ, *quod ipse exponit*, Παρὰ λόγους τι ποιεῖσθαι καὶ φιλονεικοῦντας. (quibus adjici potest, quod Suidas idem: Κινδυνεύω, κίνδυνον εἰς κίνδυνον ἐμπίπτω. μὴ παραβάλλεσθαι, (καὶ) κινδυ-νεύειν τῷ βίῳ. Et rursus, Ἐγκωμιάζων τοῖς πράγμασι, τὸ φιλονεικοῦντας τι ποιεῖσθαι, καὶ ἀλογίστως, ἐρρίφθω κι-

quod tamen ad τὸ κυβευτῶν κυείας τὸ ὀλίγ᾽ κυμαλῆς ῥίπτον, rectiùs ille retuliſſet) *qui certâ itaq; ratione omnia agere inſtituit, is* τὸ ἀκύβευτον *habet.* Κυβεία *etiam* ἀνθρώπων *eodem ſenſu uſurpatur ab Apoſtolo eo loco quem notáſti.* (ſimul enim de loco illo *Eph. c.* 4. *v.* 14. quæſieram) *puerorum enim ætas improvida, qui nondum certæ rationis uſum habent, paulo momento huc & illuc impellitur.* κυβείαν ἀνθρώπων *Apoſtolus appellat actiones hominum temerarias & fortuitas, quæ nullo certo conſilio explicantur. Veteres tamen* κυβείαν παιγνίαν *interpretati ſunt, quod minùs placet. nam de* παιγνίᾳ *ſequitur ſtatim. Eo referenda hæc Suidæ gloſſa.* Κύβεια, παιγνία. *Interpres quoq; Arabs exponit,* [illegible] *quod eſt fallacia & aſtutia, certè in ludo teſſerario,* ὃν κύβον. *ut veteres iis ludebant, non ſolùm fortunæ locum habebat, ſed etiam ars; cùm id quod malè ceciderat ex teſſerarum jactu, arte corrigebant; ut ex Platone & aliis auctoribus explicavimus ad hiſtoriam Auguſtam.* Hæc vir ille illuſtriſſ. Cujus verbis noviſſimis & illud adjici poteſt, non artem ſollam in jactibus diſponendis, ſed fraudem etiam in procurandis, in eo ludi genere frequenter nimis intervenire: quò & Apoſt. forſan reſpexerat. Eò certè loci, more ipſi non inſolente, ῥητορικῶς πάνυ, metaphoras, tanquam teſſellas quaſdam, orationi ſuæ varias intexuit. prima eſt à puerulis ducta, quos pomis, crepundiis, rebus leviculis quibuſvis pellicias facilè & traducas quo ipſe velis. altera à navibus, quæ ἀνερμάτιστοι, & *juſto ſine pondere labant,*

Pérq; mare inſtabiles nimiâ levitate feruntur,

ut Naſo *Met. l.* 2. tertia, poſteriorem hunc ſi admittimus ſenſum, ab aſtutiâ ac fraudib⁹ aleatorum, quibus ludi ignaris aut improvidis facilè imponunt; prout Lyſandri dictum celebre illud docet, q¹ quidam tamen Philippo Maced. ut Ælian. 12. 7. alii Dionyſ. majori, ut Plutarchi nom. autor *de Alex. l.* 1. tribuunt; Τὸς μὲν παῖδας κύβοις καὶ ἀστραγάλοις, τοὺς δ᾽ ἄνδρας ῥήμασι καὶ ὅρκοις ἐξαπατᾶν δεῖν. Plut. in *apoph.* & *in Lyſan.* & *Sympoſ. l.* 9. *c.* 20. & Dio Pruſ. *orat.* 74. itaq; κυβείαν, Eraſm. *verſutiam*; Auguſt. *illuſionem* reddidit. *de Civ. Dei l.* 22. *c.* 18. Apoſtolus ipſe forſitan per παιγνίαν expoſitum volebat. Ad eum autem Apoſtoli locum reſpexiſſe videtur Clem. Alex. in *hortat.* ubi myſteria exotica appellat, μανικὴν ἀνθρώπων ἀπίστων σοφιστείαν, καὶ πάλαι ἀκέραιον κυβείαν. quæ verba noviſſima cùm exſcriptorum incuria exciderint, ex Euſebio *præp. l.* 1. *c.* 5. Clementi ſunt reſtituenda. Verùm de loco Apoſtoli viderint eruditi: Marci mentem quin vir literatiſſimus clariſſimè explicaverit, ambigi vix poteſt.

Περὶ μηδὲν ἄλλο βλέπειν | Vide *ſupra ad* § 7. ex Epict. *l.* 3. *c.* 12. Idem *Enchir. c.* 50. Σκοπεῖτε μὴ πως ἀπατηθῆτε, ὑπὸ τῶν φαινομένων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ φορτίῳ, ἢ τῷ λόγῳ.

Μηδ᾽ ὑπ᾽ ἀλόγου | Vide *ad l.* 3. § 6. Syneſ. *de providen.* Ὥσπερ γὰρ ἀδὺν ἡ φρόνησις ἡδονὴν ἡσυχίαν ἐργάζεται. φρονοῦσα πλέον δεῖ τι ποιεῖν, καὶ πολυπραγμονεῖν ἀναγκάζουσιν εἰς πλεῖον τὸ ἀντιτυπὲς ὅπως ἴδοι τις ἂν καὶ ὅπῃ νέων γινόμενον, καὶ τὸ σμικρὸν εἰς διαφορὰς, πλεῖον ἐρίζουσι φρονοῦντας.

Ἀεὶ ὅμοιον | Vide *infrà ad* § 16. Senec. *ep.* 20. *Maximum hoc eſt & officium ſapientiæ, & indicium, ut ipſe ubiq; par ſibi idémq; ſit.* De Marco noſtro Dio *l.* 71. Ὁμοίως δὲ πάντων ἐφήπτο, καὶ ἐν ὑβρεῖ τοιούτῳ, quod eſt illi argumentum, ὅτι οὐ φαινομένῃ, ἀλλ᾽ ὄντι ἀρετῇ πάντα ἐφέσπετο. ὅπως, inquit, οἷς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐκ ἐφαινόμενον ὤφελε. De eodem Suidas, Ἐκ φύσεως γὰρ ἦν τῆς ἡλικίας εὐκαθεκτῆ καὶ ἡσύχιον βίον ἠσκηκότα, ὅτε καὶ ἀνὴρ, ὅτε καὶ ἡδονῇ τραπεὶς τὸ φρόνημα ἔφθη πάσχειν. Capitolin. item, *Erat ipſe tantæ tranquillitatis, ut vultum nunquam mutaverit mœrore vel gaudio.* Et Aur. Vict. *A principio tranquilliſſimus, adeò ut ab infantia (in infantia* quoque Eutrop.) *vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaverit.* Cui geminum de Socrate marito ſuo Xanthippe dictum refert Ælian. 9. 7. Ὡς ὅμοιον ἦν τὸν Σωκράτους φρόνημα, καὶ σεμνὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἐπιτερπὲς ἀεὶ διατελοῦν, quod de eodem Epictet. *differt. l.* 3. *c.* 5. Τὸ αὐτὸ φρόνημα ἀεὶ καὶ ἀκρόασιν, καὶ ἀναγνῶσιν. & *l.* 1. *c.* 25. ὃν ἔχων φρόνημα ἀεὶ διετέλει. Plinius *l.* 7. *c.* 19. *Ferunt Socratem clarum ſapientiâ, eodem ſemper viſum vultu, nec aut hilaro magis aut turbato.* Hinc Seneca *epiſt.* 104. ubi Socratem *ſenem perpeſſitium, per omnia aſpera* (quæ & recenſet quamplurima) *jactatum dixerat: Hæc,* inquit, *uſq; eo animum Socratis non moverunt, ut ne vultum quidem moverint, illam mirabilem laudem & ſingularem uſque ad extremum ſervavit: non hilariorem quiſquam, non triſtiorem Socratem vidit. æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ.* Idémq; *de ira l.* 2. *c.* 6. *Quid indignius, quàm ſapientis affectum ex alienâ pendere nequitiâ? deſinet ille Socrates poſſe eumdem vultum domum referre, quem domo extulerat.* De Socrate tamen Hieronymo fidem non faciunt. Sic enim *adv. Pelag. l.* 3. *Eumdem ſemper vultum habere non poſſumus, quod de Socrate falsò Philoſophi gloriantur, quanto magis animum?* Eraſm. *in Annot. ad eund. Is agelaſtos eſt dictus, ſemper eodem vultus habitu, nec alio fuit, cùm ebiberet cicutam, quàm quo ſolebat vinum bibere.* De Alexandro Mammææ filio, Lamprid. *Fronte ſemper pari, & lætus ad omnia.* De ſe tale quidpiam pollicetur Flaccus ad *Florum, l.* 2. *ep.* 2.

——— *Ego utrùm*
Nave ferar magnâ an parvâ, ferar unus & idem.

Quanquam de Marco Dio refert, quòd Fauſt. uxoris mortem ἐμμελῶς ἐπήνεσεν, *vehementius luxerit: πλέον ἢ σωφρονεῖν, pluſquam conveniret*; Julian. qui hoc nomine Marcum notat in *ſympoſ.* & Capitol. quòd *educatorem ſuum mortuum fleverit*; unde *cùm ab aulicis miniſtris notaretur ab oſtentatione pietatis,* dixerit

Pius

I ius, *Permitte illi, ut homo sit; neq; enim vel philosophia, vel imperium tollit affectus.* ut in hoc saltem vel Apollonio vel Socrati dispar videatur. Verùm Dio de animi moderatione sinceritatéque minimè fucatâ, non de affectibus istiusmodi, locutus videtur. Capitolinus qui secum constare possit, ipse viderit. Cæterùm Suidas, vel alius quis apud Suidam, Apollon. Tyanensi tribuit, quæ de Chalcidensi Marcus istîc, in Ἀεὶ. Ἀεὶ χρὴ τὸν σπουδαῖον ὅμοιον, ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν νόσοις πάνυ, ἐν μακραῖς νόσοις. οἷόν ὡς τὸν Ἀπολλώνιον ὁ Τυανεύς. Ad quem locum Portus mirum in modum sed incassum, se torquet.

Ἐπὶ οἰκοδέσποτα ζῶντος | Ennodius, *l. 1. ep. 1. Domi habes, unde adhortationis meæ viva sumas exempla.* Quam autem vim habeant *viva exempla* ista docet Seneca *ep. 6. Plus tibi*, inquit, *viva vox, & convictus, quàm oratio proderit. in rem præsentem venias oportet. primum, quia homines amplius oculis quam auribus credimus. deinde quia longum est iter per præcepta, breve & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodò audisset. Vitæ ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum, utrùm ex formula sua viveret. plus Plato ex moribus quàm ex verbis Socratis traxit. Metrodorum & Hermachum & Polyænum, magnos viros, non schola Epicuri, sed contubernium fecit.* Itaque Aristides in *Alexandri Epitaph.* ex Platone, *Phædr.* concludit, Παιδιὰν εἶναι λόγων τὰ ἐν τοῖς γράμμασι, σπουδὴν τὰς ὁμιλίας αὐτὰς ὑπὲρ σοφῶν ἀνδρῶν.

Ὅτι δύναται ὁ αὐτὸς βραδύτατός τε εἶναι, καὶ ἀνειμένος | *Posse eundem & vehementissimum esse, & remissum esse.* pro rerum scil. in quibus versatur, varietate. quod de Pio infra § 16. De Patre suo Gregor. Naz. in *epitaph.* Ἀλλ' ἰδοὺ ὁ αὐτὸς, ἡμεῖς μὲν, εἰ καί τις ἄλλος· ἐνεργὸς δὲ κατὰ τὸ ἦμεν. δύο γὰρ τούτων ὡς τὰ πολλὰ μαχομένων ἀλλήλοις καὶ ἀντιπαρισταμένων, ἁπλότητος καὶ πραότητος, καὶ τῆς μὲ τὸ ἦμεν ἐχούσης μετὰ τοῦ ἀφελοῦς, τῆς δὲ τὸ φρονεῖν ὑψηλὸν ἅμα τῷ φιλανθρώπῳ, ἐκείνῃ ζωπύρει θαυμασίως ἀμφότερα· φρονεῖν μὲν ὡς οὐδενὸς, μετὰ τῆς ἡμερότητος· ὑφεῖσθαι δὲ, ὡς ἀναγκαίῳ, μετὰ τῆς ἐντελείας.

Τὸ ἐν ταῖς ἀκροάσεσι μὴ δυσχερανθὲν | *Ut in percipienda doctrina me non morosum præberem.* Xyl. tanquam in differentes audiendo morositatem eam notaret, quam in auditorib. haud paucis observat multisq; exagitat Plut. *lib. de audiendo.* at Cas. cui assentior potiùs, *in disciplinis tradendis morositate omni immunem* vult intelligi; utpote qui audientium ac discentium, vel importunitate, vel incapacitate, neutiquam offenderetur. Siquidem ut ex Philemone Comico Theophilus *ad Autolyc. l. 2.*

Καλεπὸν ἀκροατὴς ἀσυνίστῳ καθήμενος·
Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται.
Molesta res est fatuus auditor sedens:
Se namq; præ stupore non redarguit.

Vide *infra* § 9. Τὸ ἀνεκτικὸν ἐν ἰδιώταις.

Καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον σοφῶς | *Sed circumspicerem de homine.* Xyland. ut cum clausula priore cohæreat. quod non videtur. *exemplar verum hominis.* Cas. ad verbum, *& quod viderim hominem.* pro σοφῶς autem σοφῶς legendum conjicit doctissim. Junius. utrumlibet constare poterit. vel quòd *manifestè* id is sentire se ostendebat, vel quod sapienter agebat, quod id *sentiret.*

Ἐλάχιστον γὰρ ἑαυτῶν ἡγούμενον πλεῖ ἁμπεῖεν | Lodem sensu Heracl. apud *Laert. l. 9.* Πολυμαθίην νόον ἔχειν οὐ διδάσκει· Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην. Quod Philosophi dictum ab Ambrosio Camald. Laërtii interprete pessimè acceptum; à Gell. cujus codicibus jamdiu exciderat, *in præfatione* operis adductum, restituit simul explicátq; Salmas. *exercit. in Solin.* Apud Athenæum *dipnosoph. l. 13.* secius paulò sic effertur; Πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκει. quo loco etiam Hipponis Athei, & Timonis Phliasii in eandem ferè sententiam dictum refertur, quo pronunciatur, τῆς

Πολυμαθιποσωπίης οὐκ εἶναι κατεπτῆναι ἄλλο. Clemens itidem *Stromat. l. 1.* ubi Platonis illud, tanquam ex *Demodoco*, quod in Ἐρασταῖς, legitur (ubi Socrates πολυμάθειαν aliud à *philosophia* esse multis contendit) adduxisset; Μὴ δὴ ἡγῶ τὸ φιλοσοφεῖν λέγειν, ὃς τὰς τέχνας κωμῳδοῦντα ζῆν, ἀλλὰ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἀλλὸ τι. Subjungit, Ἤδει γὰρ, οἶμαι, ὡς ἄρα ἄλλη πολυμαθὴ νόον ἔχει ὁ διδάσκει καὶ Ἡράκλειτον. qui locus cùm sit depravatissimus, ex M.S. Hœschelius legendo, ὡς ἄρα πολυμάθειαν νόον ἔχειν, ex parte satis feliciter restituit; sed mendum omnium fœdissimum intactum reliquit. legendum ergo, Πολυμάθεια, νόον ἔχειν ὁ διδάσκει. atq; ita fortasse etiam Athen. scripserat. Deniq; tanquam Democriti idem ferè laudat Stobæus *tom. 2. tit. 4.* Πολλοὶ πολυμαθίες, νόον οὐχ ἔχουσι. quod apud nostros vulgari dicterio est celebre, *Peritissimos quosq; non & prudentissimos esse*, **The greatest clerks are not always the wisest men.** Cæterùm Apollon. bonorum suorum minimum censet, quod alii *in* se summum reputant: hi verò inane prorsus ac futile quiddam pronunciant. Vide *infra* § 9. Τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιτήδευτος. Optimè verò sive Democritus sive Heraclitus (alterius enim dictum esse nullus ambigo, etiamsi nomen nullum adscriptum extet) apud Stob. *tit. 34.* Πολυμαθίη κάρτα μὲν ὠφελίει, κάρτα δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα. ὠφελίει μὲν τὸν δεξιὸν ἄνδρα· βλάπτει δὲ τὸν βηιδίως φαντεῦντα πᾶν ἔπος, καὶ ἐς πᾶν ἄμμι. Nec dispar Aristip. illud, ὅτι πολυμαθία σεμνοποιόν. Ὥσπερ οὐχ οἱ πλεῖστα ἐδίοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ μέτρια θεραπευόντων· ὕπνος οὐχ οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες, εἰσὶ σπουδαῖοι. Porphyrius deniq; *de abstinent. l. 1.* ἐκ ἔστιν ἡ εὐδαιμονικὴ ἡμῖν θεωρία, λόγων ἄθροισις, καὶ μαθημάτων πλῆθος, οἷς ἄν τις φιλοσοφῇ — ὅτῳ γὰρ ἡδὺν ἂν ἀπολύε

λυς τοῦ πᾶν μάθημα συνέχοντας, εἶναι δυσείμονας. τῶ δ' οὐχ ὅπως πᾶν μάθημα ὁ συμπληροῖ τὴν Θαυσίαν, ἀλλ' οὐδὲ τὰ περὶ τῆς ὅπως ὄντως, ἐὰν μὴ φρονῇ, ἢ ἀπ' αὐτὰ φυσίωσις ἢ ζωή. Audiant Chriſtiani, ab ore hominis nomini Chriſtiano infenſi, dogma ſanè Chriſtianiſſimum.

Πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς δωρεὰς χάριτας | τὰς δωρεὰς χάριτας, ſicut *infra* § 16. τὰς δωρεὰς πομπάς. & *l.* 4. § 3. Τῶν εὐφημιῶν δωρεῶν. quia hoc loco multa vulgò habentur, quæ Stoici eo nomine neutiquam dignanda cenſent. Ars eſt quædam in beneficiis dextrè tam accipiendis, quàm & largiendis. Plut. *de Socratis genio*, Ἡ χάρις οὐχ ἥπλου διαφόρου τῆς λαμβάνοντος ἢ τοῦ διδόντος, ἐξ ἀμφοῖν τελουμένη πρὸς τὸ καλόν. ὁ μὲν δεξάμενος, ὥσπερ ζῷα ἐσθίοντα εὖ φορμόν, κατέχουσιν ἀτελῆ ποιοῦσαν. Eandem imaginem aliò tranſtulit Plutarch. idem in *lib. de audiendo*, Ὥσπερ ἐν τοῖς ζωγράφοις τοῦ βαλόντα δεῖ συγκρύπτοντα εὐρύθμως φέρεσθαι τὸν λεχθέντα λόγον ὅπως ὅλη ἡ λόγων ἕξις καὶ συνυθμία καὶ χάρις τὸν ἀκροώμενον, ἂν ἐκφύγῃ τὸ προσῆκον αὐτῷ φυλάξῃ. Seneca, *de benefic. l.* 2. *c.* 17. *Volo Chryſippi noſtri uti ſimilitudine de pila luſia: quam cadere non eſt dubium aut mittentis vitio, aut accipientis. tunc curſum ſuum ſervat, ubi inter manus utriuſque, aptè ab utroque & jactata & excepta, verſatur.* Laudat hoc nomine Lacedæmonios apud Herodotum *l.* 1. Anacharſis, τούτοισι γὰρ εἶναι μούνοισι σοφρόνως δῶναί τε καὶ δέξασθαι λόγον.

Διὰ ταῦτα | D. Junius vult ταῦτας, χάριτας, ſcil.

§ 9. Σέξτου | *Audivit & Sextum Chæronenſem Plutarchi nepotem.* Capitolin. & Eutrop. ἀδελφιδοῦν. Euſeb. τὸν ἐκ Βοιωτίας. Dio, Suidas & Philoſtr. in *Herod.* Quæri forſan poſſit an idem ſit, qui Pyrrhonias opiniones ſcripto propugnat. negant in *Plut. vit. c.* 5. Rualdus, & *ad hiſt. Aug.* Salmaſ. qui & Sexto Afro iſtud tribui monent. negat & *ad hiſt. eand.* Caſaubon. qui *ad Laert. vit.* tamen ſecus ſtatuerat.

Οἶκον τὸ πατρονομούμενον | *domus ad arbitrium patrisfamilias inſtitutæ.* Xyl. quo ferè ſenſu Suidas. Πατρονομούμενοι, οἱ τοῦ παρὰ τοῖς πατράσι παραδεδομένους νόμους τηροῦντες. niſi quod hîc ad majorum jam defunctorum, illic ad ſuperſtitum adhuc parentum leges vivitur. Ita certè Plato primos mortales ait, *de leg. l.* 3. Ἔθεσι καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις ἑπομένους, *inſtitutis legibuſq; patriis vixiſſe.* móxq; ubi de Cyclopibus Homeri illud ex *Odyſſ.* 1. laudaverat,

——Θεμιστεύει δ' ἕκαστος Παίδων ἠδ' ἀλόχων,

à *patrio* hoc regimine *regium* dicit profluxiſſe, in quo ſcil. primo ætati honos ille deferebatur, διὰ τὸ ἐν ἀρχῇ ἐν παισὶ καὶ μικροῖς γεγονέναι, οἷς ἑπόμενοι, καθάπερ ὄφεσιν, ἀγέλαι ἑπέπεσαν, πατρονομούμενοι καὶ βασιλεύεσθαι πασῶν δικαιοτάτῳ βασιλεύμενοι. quem locum Suidas, opinor, explicare volebat. Verùm meliùs Caſaub. *domum patrio affectu gubernatam* intelligit: in qua Dominus domus, etiam quoad ſervos & famulos, non titulo tenùs tantùm ſed re verâ, paterfamilias exiſtit. non eâ quidem ratione, quâ Martiali, *l.* 1. *ep.* 85. quia

Domúmq; & agros implet equitibus vernis,
Pater familiæ verus eſt Quirinalis.

Sed quâ Seneca ex majorum mente monet, *ep.* 47. *Vide*, inquit, *quam omnem invidiam majores noſtri dominis, omnem contumeliam ſervis detraxerint. dominum patrem familiæ appellarunt; Servos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares.* Verus ergo paterfamiliæ, qui & erga ſervos paterno more ſe gerit, Plinius *l.* 5. *ep.* 19. *Eſt mihi ſemper in animo, & Homericum illud, πατὴρ δ' ὡς ἦπιος ἦεν, & hoc noſtrum, paterfamilias.* Tertull. *apolog. c.* 34. *Gratius eſt nomen pietatis, quàm poteſtatis: etiam familiæ magis patres, quàm domini vocantur.* Cæterùm fruſtra vocantur, niſi nomini ſuo reipſa reſpondeant. Qualem autem hic Marcus Sexti domum, tale Dionyſii regnum voluit eſſe Dio, σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ μετ' ἐμφρείας παρηνωμένον. Plut. *Dion.* Atq; hoc eſt quod in Ulyſſe ſuo celebrat Homer. *Odyſſ.* ζ'. *v.* 47.

Τοῖς δ' ἄνσσεν βασιλεὺς πατὴρ δ' ὡς ἦπιος ἦεν.

& *ibid. v.* 234. & ι. *v.* 12.

Λαῶν οἷσιν ἄνασσε πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.

His, quos rexit, mitis erat populis, patris inſtar.

Ad illud autem Homeri oculum habuit Libanius *or.* 14. ubi narrat ſe de Florentio Cilices quoſdam percontatum, εἰ μίμηταί ποθ' ὁ Ὀδυσσεὺς εἰρημένον Ὁμήρου, καὶ ὅτις ὢν πρὸς τοὺς Ἰθακησίους. ab eis reſponſum retuliſſe, his verbis, quæ quo mentem genuinam indicem, ſubjicio: καὶ λίαν ἔφασαν καὶ ὅτι δεῖν ἡδέως, ὅτι πλήθειν. ubi δεῖν ἡδέως illud cum vitioſum eſſe autumaret Vir doctiſſ. Fed. Morell. ἡδέως expuncto, ἥδιστ' ſubſtituit: vertitq; *illi admodum ſe meminiſſe dixerunt, & neq; opus eſſe lætari, neq; ferire.* quæ ſanè verba quid ſibi velint, Oedipo aliquo, qui explicet, opus eſt. mitto quod *ipſos meminiſſe* refert, lapſu gemino cum eo, quo εἰ μίμηται antè verterat, *nunquid meminiſſent*, cùm de Florentio præſide ab ipſis Libanius, non de ipſis, quæſiviſſet. Tum an *non lætari opus* habebant, qui præfectum περὶ τοὺς ἀγροικοτέρους (Libanium audis) ἥκοντα βέλτιστόν τι, Ulyſſis inſtar, nacti eſſent. Verùm ſanus ac ſincerus eſt locus, quem vitii ſuſpectum vir doctiſſ. habuit, qui in Libanio & creberrimè, & turpiſſimè lapſus deprehenditur. de Florentio utiq; reſpondent Libanio *illum admodùm meminiſſe*; (eorum ſcil. quæ de Ulyſſe à Poëta dicta ſunt) réq; ipſâ exhibere. *neq;* enim *aut vincire libenter aut ferire*, h.e. *nec in vincula conjicere, nec plectere quenquam proclivem eſſe.* ita τὸ δεῖν uſurpavit & Plato *in Crat.* ubi ἅπτειν & δεῖν, *nectere & vincire*, ſive *ligare*, idem

ferè

ferè esse affirmat. Quod autem in Ulysse Homer⁹, idem in Cyro prædicat apud Xenophon. *ped. l.* 8. his verbis Chrysantas. Πολλάκις μὲν δὴ καὶ ἄλλοτε κατενόησα, ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς ὑδὲν διαφέρει πρὸς ἀγαθὸν. οἵ τε γὰρ πατέρες ἀγαπῶσι μὲν παῖδας, ὅπως μήποτε αἰτιῶνται παιδὸς ὀλιγωρίαν. Κύρῳ τέ μοι δοκῶ νῦν συνεκλησίαν ἀμῶν, ἀφ' ἧς μάλιστα εὐδαιμονοῦντες διατελοίημεν. & Xenophon ipse, *libro eodem*, ὑπὸ τῆς ἀρχομένου πατρὶ καλόμενος addit etiam, & à servis, τῆς οἰκείας τὸ διαφέρον κατεσκευασμένον. Idem hoc de se, ad populum ipsum provocatione factâ, profitetur Tullius Rex, apud Dion. Halicarn. *l.* 4. Πάσῃ τοῖς πολίταις, ὡς πατὴρ ἀρχόμενος υἱοῖς αὐτῶν χρώμενος. Quódq; ille de Cyro, de Antonino nostri patre Pausanias in *Arcadic.* Τοῦτον Εὐσεβῆ τὸν βασιλέα ἐπάλεσαν οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐς τὸ θεῖον πᾶν μάλιστα ἐφάνη χρώμενος· λέξει δ' ἐμοὶ καὶ τὸ ὄνομα τῆς Κύρου φύσεως ἂν τις ἐρμηνεύτης, πατὴρ ἀνθρώπων ἡμέρου. idem & in Justiniano celebrat Procop. *de structuris orat.* 1. & Arcadio commendat Synesius *de Regno*. Libanius, *orat.* 12. Εὐσεβείαν δεῖ παρεῖναι τὸν βασιλέα. Et Erasmus *in institut. princip. Bonus princeps non alio animo debet esse in suos cives, quàm bonus paterfamilias in suos domesticos. quid enim aliud est regnum quàm magna familia? quid Rex nisi plurimorum pater?* Hic opponuntur οἱ παρεκβαίνοντες τὰ πάτρια, καὶ δεσποτικῶς ἀγῶσι ὀργώμενοι. Aristot. *polit. l.* 5. *c.* 10. Hoc nomine Cambysem notant Persæ, cum dicerent, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν πατήρ· Καμβύσης δὲ δεσπότης· Κύρος δὲ πατήρ, *Darium institorem esse*, quia nundinabatur omnia; *Cambysem* herum, quia asper & insolens; *Cyrum patrem*, quia mitis, bonus, benignus, beneficus. Herodot. *l.* 3. Optimè Th. Morus noster.

Legitimus immanissimis
Rex hoc tyrannis interest:
Servos tyrannus quos regit,
Rex liberos putat suos.

Putat? imò *habet*. pro liberis habet, & habet liberos. Idem: *Princeps pius nunquam carebit liberis:*

Totius est regni pater.
Princeps abundat ergo felicissimus
Tot liberis quot civibus.

Καὶ τὴν ἔννοιαν | omisit Xyl. *propositum*, Cas. reddidit. *cogitationem*, oportuerat. Vide § 3.

Τῷ κατὰ φύσιν ζῆν | Refert Laërt. *l.* 7. in *Zenon. Cittiens.* Zenonem primum in *lib. de nat. hominum* statuisse, Τέλος εἶναι τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, quod idem esse τῷ κατ' ἀρετὴν ζῆν. ὅτι ἄγει πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ἡ φύσις. (quod & Cic. *Offic. l.* 3. *Quod à Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper.*) Eum secutum Cleanthem *l. de volup.* Hecatonémq; & Posidonium *lib. de finib.* Verùm Jo. Stobæus *collect. tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 5. Zenonem asserit τὸ τέλος dixisse, τὸ ὁμολογουμένως ζῆν. quod cùm posteriores deficientiùs dictum existimarent, Cleanthem primùm τὸ τῇ φύσει adjecisse. Subjicit autem ipse, ἐσοφισαμένῳ ταῦτα, τὸ κατὰ φύσιν ζῆν, ἢ τὸ καλῶς ζῆν ἢ τὸ εὖ ζῆν. Retinuerunt istud deinceps Stoici. Noster *l.* 3. § 4. Τῶν ὁμολογουμένως τῇ φύσει βιούντων. quod Cicero *de finib. l.* 3. *Congruenter naturæ convenientérq; vivere.* Senec. *epist.* 5. *Nempe propositum nostrum est, secundùm naturam vivere.* Et *de vit. beat. c.* 31. *Solemus dicere summum bonum esse secundùm naturam vivere.* Philo Jud. *de migrat.* Τοῦτό ἐστι τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς ἅπασι φιλοσοφοῦσιν ἀδιάβλητον τέλος, τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν· γίνεται δ', ὅταν ὁ νοῦς εἰς τὴν ἀρετὴν ἀτραπὸν ἐλθὼν κατ' ὀρθὸν λόγον βαίνῃ, καὶ ἕπηται θεῷ, τῆς προηγουμένου αὐτῷ διανοήσεως, καὶ πόσης ὁμοῦ καὶ παντοίας ἕξεως τε καὶ λόγοις βεβαιώσεως. Idem vult esse, *secundùm naturam vivere, rectæ rationis semitam tenere, & Deum sequi mandatis ipsius per omnia obsequendo.* Vide *infrà ad* § 16. & *ad lib.* 2. § 9. & *lib.* 4. § 42. & *ad lib.* 5. § 39.

Τὸ σεμνὸν ἀνεδέξω | Ita *l.* 2. § 5. μὴ σεμνότητος ἀνάδεξω. Vide notas ibi. Contra L. Vero imperii cum Marco consorti, *callidam severitatis simulationem* impingit Jul. Capitol. in *Marc.* Nec à nota saltem aliquâ hac in parte Marcum ipsum immunem evasisse idem indicat, dum refert *datum ei vitio, quod & fictus fuisset, nec tam simplex quàm videretur, aut quàm vel Pius vel Verus fuisset.* Vero certè *simplicitatem* tribuit Al. Severus, ubi Antoninorum virtutes peculiares commemorans, dixit, *Quid Pio sanctius? quid Marco prudentius? quid Vero simplicius? quid Bassiano fortius?* Lamprid. Quin & de Vero Capitolinus ipse in *Pio*: *Amavit tamen Antoninus Pius simplicitatem ingenii, puritatémq; vivendi: hortatúsq; est ut imitaretur & fratrem.* ubi *puritatem vivendi*, καθαριότητα, i. e. *munditiem*, interpretatur Cas. quæ vitio quandoq; affinis est. Verùm Capitolino de Vero secum convenire quî possit, viderint alii. mihi locus ille prior in Marco mendi suspectus est: nisi si ita accipi debeat, quòd ad Marci mores per tempus aliquod ille se specie saltem tenus accommodaverit. ut fuerit quod in senatoribus quibusd. Plin. perstringit. 6. 13. *temporaria gravitas, vel potiùs gravitatis imitatio.* eò inclinarem lubens, nisi ut vitium ingenitum autor notâsset. Quod autem de Sexto Marcus hîc, de Liciniano quæstore pariter Sidonius Apollinar. *l.* 3. *epist.* 7. *Nihil affectatum simulatúmque; vera potius severitas, quàm severitatis imitatio.* Vide *infrà ad* § 14. φιλάνθρωπος.

Τὸ σοφιστικὸν τῆς φίλων | In *consulendo amicis sagacitatem*. Xyl. ut σοφιζόμενος hic sit *conjecturari & conjectando sagaciter indagare*, quid quis velit, quóve opus habeat. Atq; ita Marcus usus est *infrà* § 14. Μὴ δεῖσθαι σοφισμοῦ τὸν φίλων. sed meliùs Cas. *Amicorum ingenia sedulò observare.* ut σοφιζόμενος ista hic sit *observ-*

observare, & *observando rationem alicujus habere*, quò ad ingenium ejusdem se accommodet. Etenim σχολάζειν τινῷ, est *rationem alicujus habere*. Galen. *de fractur. l.* 1. Ἐγὼ γὰρ, ὅταν μὲν παρὰν παρῇ ζωγραφούσαν τὸ βιβλίον, ἀκριβῶς σχολάζειν δίναμαι τῇ μίᾳ τῆς ὄψεως, ἀπολιπὼν ἀφῆναι πρὸς πλεῖον τὴν μανδάκην θ' ἕξιν. ὅταν δ' ὑγιάσω παῖδα, ὅτε τῇ ἕτερα παρισκαλαμῶμαι, ὅτε τὰ χείρονα σχολάζομεν. τὸ μὲν γὰρ τοῖς πλουσίοις ἀσφαλὲς ἔχει· τὸ τὰ δ' ἀντίτυπα χορίζοντας ἐν τοῖς σωτῆρσιν. ἄμεινον ἂν ἡγοῦμαι τὸ μέσως ἔχειν ἑκάτερον σχολάζειν. *In privata lectione accuratam prorsus habeo disjunctis rationem; in scriptis nec optimè nec pessimè imbuti, sed mediocrium tantùm rationem habeo.* Polybius *hist. lib.* 6. Ἦν μὲν σύγκλητον πάλιν ἡ πλῆθος ἔχουσι διαμφισβητῆσαι, ἐν τοῖς κοινοῖς φροντίσασι ἀναγκάζονται φορτίοις τοῖς πολλοῖς, ἢ σχολάζειν τῷ δήμῳ. *Senatus multitudinem respicere, populique rationem habere cogitur.* Et mox; Ὁμοίως γε μὴν πάλιν ὁ δῆμος ὑπόχρεώς ἐστι τῇ συγκλήτῳ, ἢ σχολάζειν πάντας ὀφείλων, ἢ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν. *Populus Senatui obnoxius est, ejusdémque rationem habere, sive eundem observare necesse habet.* Et rursus; Ὀφείλουσι δὲ καὶ πειθῆ οἱ ἀδικοῦντες τὸ δοκεῖν τῷ δήμῳ, ἢ μέλλοντες σχολάζειν τῇ τότε βουλήσει. *Id exequi quod populo videbitur, ejusq; voluntati se accommodare.* Marcus ipse *l.* 3. § 11. Τῷ κατ' ἀξίαν συνεσχολάζομεν. *Simul rationem habeo cujusque pro existimatione sua.* & *l.* 10. § 6. σχολάζομεν τῇ ὁμογενείᾳ. *Cognatorum mihi rationem habeo.* & *l.* 8. § 3. ἡ φύσις ἐσχόλασεν. *natura unicuique rei rationem habet, curam gerit.*

Καθημονικῶς | *Sedulò, studiosè, cum cura cautioneque benevolâ & amicâ.* Polyb. ibid. Τῷ μὲν ἐχθρῶς καὶ διαπαλαίστως, τῷ δὲ φιλικῶς καὶ καθημονικῶς ἔχειν. Inde oxymoron Clementis illud *Pædag. l.* 1. *c.* 8. Ἀλλ' ὑπὸ ἀλλήλοιν τῇ σωτηρίᾳ λόγῳ, καθημονικῆς λοιδορίᾳς. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς θείας φιλανθρωπίας φάρμακον· εἰ γὰρ λίξαι χρὴ καὶ λοιδορεῖσθαι δεῖ. & *c.* 9. Νυθέτησις μὲν ἔστι, φόβος καθημονικὸς, τῇ ἀμπωτικῇ. Facetè Alexis *Midone* (referunt Athen. *l.* 15. & Eustath. *ad Odyss. ν'.*)

Ὁ πρῶτος εὑρὼν κατὰ λυχνοῦχον βαδίζειν
Τὰς νυκτὸς, ἴσθ' τι καθημῶν τῶν δακτύλων.
Qui primus docuit cum laterna incedere
Noctu, digitorum egregius curator fuit. Grot.

Καὶ τὸ ἀνεπιτήδειον τῶν ἰδιωτῶν | *Facilitatem erga privatos.* Xyl. parùm commodè. Ἰδιῶται enim, homines *imperiti*, qualis plebs esse plerumq; solet. Sic Lucas *Act.* 4. 13. ἀγράμματοι ὄντες καὶ ἰδιῶται. & Athenæus *l.* 4. ὁ συνήλικος ἰδιώτης, πρόσωπον καὶ ἀναλφάβητον. Sed & Chaldæo Paraphrastæ, & Judæis Doctoribus עם הארץ istinc pro *vili, plebeio, rudi, literarum imperito.* Talium imperitiam & stoliditatem *sustinere* posse, artis laudisq; est haud infimæ. Pythagoras apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 10. Μεγάλως δεῖ παιδίας, τὸ ἀνοήτους ἀνέχεσθαι φέρειν. Vide *supra* § 8.

Καὶ τὸ ἀδιάφορον τῶν ὑπολήψεων | Locus depravatus, & Xylandro conclamatus. Annotator Lugdun. *Interpretor*, inquit, *ut ea spectare non cuperem, quæ opinione tantùm constant.* οἴεσθαι *enim est opinari.* Est reverà; sed ὑπόληψις pro *opinabilibus* vix, opinor, quisquam admiserit. Addit idem; *Vel, ut spectare non cuperem eos qui magnificè de se sentiunt.* οἴημα *enim &* οἰήσεις *apud Plutarchum, Laërtium & Dionysium significat præsumptionem & τύφον.* Meric. Casaub. Τῶν ὑπολήψεων nomine τοὺς ἰδιώτας designari existimat: idémq; hìc de Sexto prædicare Marcum, quod Epictetus *Enchir. c.* 68. hisce verbis præcepit; Μὴ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν μυστηρίων. Quæ genus vitii notans Cicero *de Orat. l.* 2. *Omnium autem*, inquit, *ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, hanc scio an ulla sit major, quàm illorum, qui solent quocunq; in loco, quoscunq; inter homines visum est, de rebus, aut difficillimis, aut non necessariis argutissimè disputare.* Verùm id mihi animo insidere nequit, cùm in clausula proximè antegressa τῶν ἰδιωτῶν meminerit; nec verisimile videatur Marcum de eisdem prorsus agentem, verbulo tantum unico interjecto, vocabulum alterum usurpâsse voluisse. Sed nec ex ipsis verbis, prout exhibentur, quî elici posset iste sensus, intelligo. Cl. Salm. οἱ ὑπόληψοι *sunt*, inquit, *qui res, τῇ οἰήσει*, i. e. *opinione tantùm metiuntur. notum illud, Sapientis non esse dicere, Non putabam. non tantùm sic delicta sua multi excusant ac defendunt, sed etiam τὸ putabam in multis aliis locum habet. Putabam sic rem casuram, aut non putabam. Puto tamen locum hunc non vacare vitio. legendum fortasse, καὶ τὸ ἀνεπιτήδειον τῶν ἰδιωτῶν, καὶ τῇ ἀνεσχησίᾳ τῶν ὑπολήψεων*, i. e. *Qui facilè ferret idiotas ac rerum imperitos; sed & incensiderationem eorum, qui leviter res perpendunt, & solam οἴησιν pro attentione & districtiori examinatione afferunt.* Conjecturam meam adjicere licuerit, à D. Salmasii vestigiis paulùm admodum deflectendo, à sensu nihil, legerim, καὶ τῶν ἀνεσχημένων ὑπολήψεων, *eósq; qui citra considerationem opinantur, & de rebus quibusvis temerè statuunt.*

Καὶ τὸ μηδὲν πάντας ἐνδέχεσθαι | Quod de se Apostolus 1 Cor. 9. 20. Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος (μὴ ἄνομος θεοῦ ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους· ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω· τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. & 10. 33. Πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτῷ σύμφορον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. *In licitis omnibus nimirum omnibus placere & satisfacere satagebat; omnia factus omnibus; non amittendo fidem; sed ostendendo pietatem.* Gregor. Rom. *pastor. l.* 2. *c.* 5. & *regist. l.* 1. *ep.* 24. *Compassione misericordiæ, non simulatione fallaciæ.* Augustin. *ad Hieron. ep.* 1. *Nunc ad licita condescendens, nunc a licitis se cohi-*

bus: nunc moralia docens, nunc mystica differens. Gilbert. *in Cant. Serm.* 27. qui videndi ulteriùs in locis adnotatis: sed & Irenæus *adv. Valent. l.* 3. *c.* 5. & Oecumenius ex Chrysost. Theodoret. Phot. aliisq; 1*Cor.* 9. Estq; sanè ars quædam, nec contemnenda, nec obvia passim, eóq; laude dignior, quò plerumq; rarior comparet, accommodandi sese gnaviter citra decori leges imminutas quibusvis; ad ipsorum, quibus id datur, emolumentum procurandum, offensionémve declinandam. quam & Marco *indulgentiæ* nomine tributam à Capitol. censet Cl. Casaub., & ἐυπρωσίαν φησὶ τέρπειν interpretatur ex Platone *de Repub. l.* 3. Cæterùm ista degenerat & in vitium devergit, ubi in mores se induit, quæstúsque vel blanditiæ causâ adhibetur. quod genus hominum nunc Chamæleonti assimilatur, qui *colorem subinde mutat, redditque quemcunque proximè attingit.* Plin. *l.* 8. *c.* 33. & Solin. *c.* 43. Ità Plut. *de adulat.* Ὥσπερ γὰρ ἴσμεν, ὅσα πεφυκότα τὰ χρόας τρέπειν, ὥσπερ φασὶ τοὺς ὑποκριτὰς τὰ σώματα καὶ χαίτας, ἀλλοτρίους χρώμασι, χρῆται οἰκείοις, κοσμήμασι. nunc Polypo; qui & *colorem mutat ad similitudinem loci.* Plin. *l.* 9. *c.* 29. Ὥστε τὰ χρηστὰν, οἷς ἂν πλησιάσῃ, πίστεως ὁμοίων. Plut. *natur. quæst.* 19. Vide & Lucian. *dialog. marin.* 5. inde Pindarus *ibid.* & *de animal. solert.* ab eodem adductus. Πουτὶν ἴσμεν χρωτὶ μάλιστα νόον ἔχοισαν, πᾶσιν πολίταισιν ὁμιλεῖ. ubi forsan tamen legendum, ὁμίλει· ut præcepti monitive rationem habeat; quale & Theognidis illud, eidem cùm ibidem, tum & περὶ πολυφιλίας, laudatum:

Πυλόποδος νόον ἴσχε πολύφρονος, ὃς ποτὶ πίστιν
Τὴν μὲν ὁμιλήσας, τοῖς δ' ἰδέειν ἐφάνη.

quæ in Theognidis tamen, quas nunc habemus, *elegiis* aliter paulò sic concipiuntur,

Πυλόπου ὀργὴν ἴσχε πολυφράστου, ὃς ποτὶ πίστιν
Τὴν ἑτερομιλήσῃ, τοῖς δ' ἰδέειν ἐφάνη.

Quam lectionem securus est, qui in Philostratum Ægyptium, Philostrato Lemnio referente in *vit. Sophist. l.* 1. per παρῳδίαν istud transtulit;

Πυλόπου ὀργὴν, ἴσχε Φιλοστράτου, ὃς Κλεοπάτρῃ
Νῦν ἑτερομιλήσας, τοῖς δ' ἰδέειν ἐφάνη.

At contra Phocylides;

Μηδ' ὃς πηδήσῃς πολύπους χθὼν χῶρον ἀμείβει.

Iój; Tragic. apud Athen. *l.* 7.

Στυγῶ μεταλλακτῆρα πυλύπουν χερός.

Quin & de viro verè bono Greg. Nazian. *orat.* 27. Ὥστε δεῖόν τι πάσχω, καὶ τὸ τῆς θεᾶς ᾠδὰδαι λέγειν, Ἐγὼ ἡ ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἀλλοίωμαι. ἂν μεταπιπτήσῃ, οὐδὲ μεταπεσῆται, οὐδὲ συμμεταπεσῆται τοῖς χωρεῖς καὶ τοῖς φεύγουσι, ἄλλοτε ἄλλῳ γνώμῃ, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὥσπερ τὰς ἐπὶ πέτρῶν οἱ πολύποδες, οἷς ἂν ὁμιλήσωσι. Verùm nulla imago vitiosum istud ἐπὶ κολάκων καὶ ἀρίστων τὸ ἐυδέμονον depingat meliùs, quàm Plutarchi illa *lib. de adulat.* ab aquis desumpta; quæ per fluxilem labilémq; quam obtinent, naturam, vel vasis cujuslibet concipientis, vel corporis immersi cujusvis, figuram confestim induunt. Ὁ γὰρ κόλαξ, inquit, ἅτε δυνάμεις ἐσίας ἤθους ἐκ ἔχων μόνιμον, οὐδὲ ἑαυτοῦ βίον ζηλῶν αἱρετὸν, ἀλλ' ἑτέρου καὶ σοῦ ἕτερον πλάττων καὶ σχηματιζόμενος ἑαυτὸν, ἀεὶ ἕτερος, οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ πανταπασι ὄζει καὶ ποικίλος, εἰς ἄλλον ἐξ ἄλλου τύπου, ὥσπερ τὸ μεταμέλημον ὕδωρ, ἐυρρόου ἀεὶ καὶ μεταχωροῦντος τοῖς ἐπιδεχομένοις. Vide *ad l.* 5. § 36. & *l.* 7. § 42.

Κολακείας μὲν πάσης σφοδρότερον οὐδὲν τῆς ὁμιλίας αὐτῆς | Quod de Dexippo Sophista (opinor) apud Suidam nescio quis, Ὁ αὐτὸς σεμνότατος καὶ ὢν καὶ σπουδαιότατος, ὅμως ἐπιχαρεῖς ἦν ἐν ταῖς ὁμιλίαις, ἡδὺς ἦπλον ἦν ὅτι χάριεν θαυμαζοῦσθαι.

Αἰδεσιμώτατον ἦν αὐτῆς ἐκείνοις | De Bruto Cicero in *Oratore* § 35. *Admirabilis fama virtutum incredibilium, quæ specie dispares, prudentiâ conjunguntur. Quid enim tam distans, quàm à severitate comitas? quis tamen unquam te aut sanctior est habitus, aut dulcior? quid tam difficile, quàm in controversiis dijudicandis ab omnibus diligi? consequeris tamen, ut eos ipsos, quos contra statuis, æquos placatósq; dimittas. ita efficis, ut cum gratiæ caussâ nihil facias, omnia tamen sint grata, quæ facis.* De Agricola Tacitus: *Nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit.* Et Seneca *de beat. c.* 8. *Virum sapientem* ait fore, in his quæ agit, *cum comitate magnificum.* De Marco pariter Capitol. *Philosophiæ serium & gravem reddidit: non tamen prorsus abolitâ in eo comitate, quam præcipuè suis, mox amicis, atq; etiam minùs notis exhibebat.*

Καὶ ὁδῷ ἐξεργητικόν τε καὶ ταχτικὸν | formula Marco nostro admodum familiaris; *quâ certâ ratione, methodóq;* aliquid institutum designatur. ita ὁδῷ ὑπολαμβάνειν *l.* 5. § 34. &, ὁδῷ περαίνειν. *l.* 6. § 26. &, ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἐλέγχειν. *l.* 3. § 11. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 16. Deum ait dedisse nobis τὴν διάνοιαν τὴν δεξικολουθητικὴν τούτων, (externa vult) καὶ ὁδῷ χρησικήν. Aristides *palinod. in Smyrn.* Πάντα ἦν ὥσπερ ὁδῷ κεχωρηκέναι φαίνεται. Apud Plut. *de commun. notit. præfat.* Stoici quidam Arcesilaum Academicósq; appellant, λυμεῶνας ἦν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δογμάτων ὁδῷ βαδίζοντων ἀναῤῥοπίας. Zeno Citt. apud Laërt. *l.* 7. Τὴν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν. quod Cicero de Nat. Deor. *l.* 1. *ad gignendum progredientem viâ*, & *ibid.* χωρεῖς τε αὐτῆς (de Dialectica loquitur) ἐκ εἴ ὁδῷ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι· ubi Casaub. ὁδῷ, i. e. *viâ & ratione*, ut solet loqui Cicero. Sanè *viam* & *rationem* conjunxit Cicero in *Verrin.* 2. *viam & artem in Bruto.* Sed & in *de finib. l.* 2. qui est locus huic geminus, *Omnis in quærendo, quæ viâ quadam & ratione habetur oratio*, &c. Confirmat autem istinc Ruald. in *Plut. vit.* Sextum istum non esse Empiricum illum, qui disciplinas omnes oppugnatum & eversum ibat.

Μηδὲ

Μηδ' ἅμαξαν ποτε | quod Cicer. *de fato. ut nemo in eo libidinis vestigium viderit.* de Stilpone Megarico loquitur.

Ἅμα τε ἀπαθέστατον ἦθος, ἅμα ϗ φιλοσοφώτατον | Ita scil. exemplo suo ostendit Sextus, quod Seneca *de Clement. l. 2. c. 5. Secta Stoicorum, licèt apud imperitos malè audiret tanquam nimis dura, nullam benigniorem lenioremque; esse, nullam amantiorem hominum.* possèq; φιλοσοφίαν uberrimam etiam cum summa ἀπαθείᾳ consistere simul. Infandum interim facinus ac ridiculum simul patravit editor bonus ille Lugdunensis, qui ἀπεχθέστατον pro ἀπαθέστατον nobis hoc loco suppositit. dignúmq; patellâ operculum adjecit Annotator, cùm ἀπεχθὴς, quod propriè *odiosum* significat, hîc *odio vacuum* designare adnotavit. cum lectionis genuinæ hominem monere posset adjecta interpretatio. res scil. admiratione digna fuerit, esse hominem eundem & odio vacuum & ad amorem propensum. Verùm ut idem & affectuum perturbationibus cum maximè immunis, & ad amorem genuinum interim propensissimus existeret, miraculi propè loco haberi poterat. Siquidem ut vulgato dicterio dici solet,

Amare & sapere vix Deo conceditur.

Τὸ εὐφημον ϗ τοῦτο ἀφοτητι | *quod benè passim audiret, idq; sine strepitu.* quum *nec ipse* scil. *sibi plauderet*, ut de Tacito Plin. *l. 9. ep. 14.* & aliorum plausus etiam nihil moraretur, sed supprimeret potiùs, quod de Servatore nostro Matth. 9. 30. & Luc. 5. 14. Contra quàm Cicero, qui cùm elogia & encomia ab aliis sedulò aucupabatur, & solicitè emendicabat, tum & suas ipse laudes aliis quibusq; materiis intercalares subinde facere gestiebat. quàm Crescens Cynicus, quem Justinus *apol. 1.* non φιλόσοφον, sed φιλόδοξον, ϗ φιλόκομπον vocat. quanquam usu venit ferè, ut quod de Agricola Tacitus *ipsâ dissimulatione famæ fama fiat auctior.* quod & Christo Domino contigisse monent Matth. *ibid. v.* 31. & Luc. 5. 15. De Catone Salust. in *Catilin. Esse, quàm videri, bonus, malebat: ità, quò minùs gloriam petebat, eò magis adsequebatur.* Atq; hoc sensu τὸ εὔφημον istîc interpres uterq; accepit, ac si τὸ εὔφημον idem quod τὸ εὐδόξον esset. in quorum & ego sententiam Jubens concederem, si τὸ εὔφημον usquam ita usurpatum occurreret. Verùm cum pro *faventia*, i. e. faustâ expetitione, aut honorificâ existimatione, extemis indiciis palam factâ, quæ solet aliis exhiberi, frequentissimè adhibeatur, nec hîc secùs à Marco sumptum existimem. eò magis, quia *infr.* § 13. ità prorsus accepit. itaq; verterim, *favere promptum, sed sine strepitu.* ut medium quendam affectum, candidum moderatúmq; simul, designet, qualem in auditore Plutarchus desiderat: μήτε ἄτρεπτον ϗ ἀτενῆ, οἰήματος ὑπάντα μεστὸν, μήτε ὀφρῦν ϗ ῥῆμα κινοῦντα, μήτε φαυλῶν εὐγνώμονος μαρτυρας φιλοτιμίας ἀφιέμενον, ἀλλὰ σιγῇ ϗ βαρύτητι κατασταλτὸν ϗ σχηματισμῷ ἀνεπιδεῶς δόξαν ἐνεγκάθης ϗ βάθος ἔχοντα ἀνδρὸς· ὥστε αὖ πάλιν ἐλαφρόν τινα ϗ ὀρεωδῆ, ϗ῎ῥῆμα ϗ συλλαβὴν ἐφιεμένου ϗ κεκραγότα. qui nec aliis laudem meritam deferre, ubi occasio datur, detrectat, & eandem tamen exhibet sine partium studio, ac sine contentione aut vociferatione minùs decorâ. Horum autem sensuum optionem liberam ego lectori relinquo.

Τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάντως | *absque ostentatione.* cui contrarium τὸ φαρτασιοπλήκτως ἐπιδεικνυσθαι, ϗ ἐπηδόντως φαίνεσθαι, ut noster *suprà* § 7. & *infrà* § 16. τὸ ἐπιδεικτῶν ϗ φαντῶν, ut Casaubon. qui videndus ad illa Pers. *Sat. 1. v. 70.*

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

At pulchrum est digito monstrari, & dicier, Hic est.

id est, δακτυλοδεικτῆσθαι ut Philo loquitur. Senec. *ep. 16. Non est Philosophia populare artificium; nec ostentationi paratum.* Vide *suprà* § 8. τὸ ἐμφανίσαι, &c.

§ 10. Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ | *Usus præterea Grammaticis, Græco, Alexandro,* &c. Capitolin. De Alexandro isto vise sis in eundem Aristidæ Sophistæ *sermonem epitaphium.*

Τὸ ἀνεπιτήδευτον | De Alexandro Aristides. Μόνῳ ϗ ἰδιώτας τε ἐκ παίσῃ, ϗ παρὰ τοῖς δεξιοῖς εἰς τὰ σοφὰ ἐθαυμάζετο.

Μὴ ὀνειδιστικῶς | Ita *l. 11. § 13.* τὰ παρορώμενα δῆξαι, ἐκ ὀνειδιστικῶς.

Παρησιαστικὸν | Qualem Socratis disciplinam laudat Plutarch. *de adulat. & amic.* ὃς ὕστερον αἰτρέψατο τοὺς νέους ἔλεγχον, ὁτὲ μὲν αὐτὸς ἀπολλαγὴς ἀμαθίας, ἀλλὰ μετ' ἐκείνου οἰόμενος δεῖν ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, ϗ ζητεῖν τὸ ἀληθές. Et *Platonic. quæst. 1.* δοκῶν ζητεῖν κοινῇ τὴν ἀλήθειαν.

§. 11. Φρόντωνος | *A Frontone*; quem cur *Frontinum* hîc Mer. Cas. vocare maluerit, nescio. aliter enim constanter historici omnes. Et Frontin⁹ Rhetor Alexandri, qui post Marcum diu vixerat, præceptor fuit. De Marco Capitolinus: *Oratoribus usus est, --Latino, Frontone Cornelio, --Cui & statuam in Senatu petiit.* & Dio *l. 71.* ἐν τοῖς ῥητορικοῖς τὸν Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον. quem eundem & *l. 69.* idem hoc elogio ornat; ὁ τὰ σοφὰ τὰ περὶ τὸν Ῥωμαῖον ἐν λόγοις φερόμενος. Et Panegyrici Maximiniano dicti autor; *Fronto Romanæ eloquentiæ, non secundum, sed alterum decus.* ut Ciceroni, quem primum omnes agnoscunt, non secundum sed parem velit. A *gravitate* laudat Sidonius *l. 4. ep. 3.* qui & *Marcum Frontonem* appellare videtur, *l. 8. ep. 10.* cùm tamen *Marci Frontonis* alterius, *viri Consularis*, meminerit Gellius *l. 2. c. 26.* qui eodem tempore vixerit, nec nostro interim tacito, quem *Frontonem Cornelium*, quasi ab altero illo distinguendo, appellat, *l. 19. c. 8.* Eandem cum Sidonio *gravitatis* laudem Frontoni huic tribuit & Hieronymus, *epist. ad*

ad Ruſticum: quo loco, falſus eſt Eraſmus, (erroris ducem ſecutus forſan Joannem Sarisber. Policrat. *l.* 8. *c.* 14.) quòd *Jul. Frontonem*, cujus meminit Juvenalis *Sat.* 1. *v.*12. & præter Juvenalem Tacitus *h.ſtor. l.* 1, & 2. ab Hieronymo deſignatum cenſet. *Siccitatis* nomine notat Macrobius, vel apud Macrobium Euſebius, *Saturnalium lib.* 5. *cap.* 1. *Quatuor ſunt*, inquit, *genera dicendi: copioſum, in quo Cicero dominatur; breve, in quo Saluſtius regnat: Siccum, quod Frontoni adſcribitur: Pingue & floridum, in quo Plinius ſecundus quondam, & nunc nullo veterum minor noſter Symmachus luxuriatur.* Dignitate Conſulari à Marco fuiſſe ornatum, autor eſt Auſonius *in grat. act. Gratian.* Ex Frontonis ad Marcum Imper. epiſtolâ (utî videtur) ſive oratione aliquâ, citat hæc Chariſius *inſtit. grammatic. l.* 2. *Mihi ſatis abundèq; honorum eſt, quos mihi quotidiano tribuis.* Nec illud omiſſum velim, videri Frontonem hunc adverſus Chriſtianos vel ſcripſiſſe, vel egiſſe, ex Minutio Felice, cujus hæc in Octavio verba; *Sic de iſto & tuus Fronto, non ut affirmator, teſtimonium fecit; ſed convicium, ut orator, aſperſit.*

Ἐπιζῆτω | *ut ſcirem.* Xyl. potiùs *ut conſiderarem, animadverterem.* eſt enim ab ἐφίζημι, non ab ἐπίσταμαι. Vide *ſuprà* § 6. ἀπιζητέον.

Οἷα ἡ μεγίστη βασιλεία, καὶ τοιαῦτα, καὶ τοσαῦτα | Polyb. *hiſt. l.* 2. αὐτὸ γὰρ τύραννα [τὸ μεγίστην δύνασθαι πλεῖστον ἀσεβεστάτην ἴσμεν, καὶ πάντας πεφοβῆσθαι τοὺς ἐν ἀνθρώποις ἀδίκους καὶ ἀθρόους.] Thyeſtes apud Senecam,

Ut nemo doceat fraudis & ſceleris vias,
Regnum docebit.—

&, *Ubicunq; tantùm honeſta dominanti licent,*
Precariò regnatur.—

&, —*ſanctitas, pietas, fides,*
Privata bona ſunt: reges, quâ volunt, eant.

Scilicet ut idem *Agamemn.*

Id eſſe regni maximum pignus putant,
Si quicquid aliis non licet, ſolis licet.

& Lepidus apud Saluſt. *Omnia retinenda dominationi honeſta eſſe.* Cæterùm regnum illi cùm dicunt, tyrannidem intelligunt. Quum enim, ut Ariſtot. *polit. l.*1. *c.*2. Πρώτη καὶ θειοτάτη, ἡ βασιλεία. *Regnúmq; res ſit inter Deos hominéſq;* (Ethnicum pro ritu ſuo loquentem habes) *pulcherrima.* Livius *l.* 2. unde & Plato *polit.* 9. pronunciat, ὡς παντὶ δῆλον, ὅτι πόλεως μεγεννώσης μὴ ἂν ἔτι εἴη εὐθυμοτέρα, βασιλευομένης ἢ ἂν εὐδαιμονεστέρα. nil nurum, ſi (quod Polybius *l.* 6.) συναλλάττεται καὶ συγχωροῦσι πάντες οἱ μάναρχοι, καθ' ὅσον οἷοί τ' εἰσὶ, τῇ τῆς βασιλείας ὀνόματι. ſi inquam, *monarchæ quivis*, tyranni quoq; quantum poſſunt, *mentito regni nomine* abutantur. Inter *tyrannum* interim, *regémq;* juſtum quantum interſit, nemo meliùs Dione Pruſ. docebit, *orationes* quæ *de Regno* eſt, 1, & 3. & quæ eſt *de tyrannide*, 6. cui Syneſium adjungere licet, *lib. de regno.* & è recentioribus Eraſmum in *inſtitutione principis Chriſtiani.* Sed nec tyrannum quiſquam accuratiùs depinxerit. quàm Plato id præſtitit, *politic. l.* 8. *&* 9.

Βασανίζει | *tyrannicam invidentiam* dicit; ſive quâ illis invidetur.

De qua Statius *l.* 5. *Syl.* 1.

Quiſnam impacatâ conſanguinitate ligavit
Fortunam invidiamq; Deus?—

Et in eandem ferè mentem Tragicus in *Thеb.*

Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,
Odium atque regnum.—

Et Attius apud Cicer. *Offic. l.* 3.

Multi iniqui atq; infideles regno, pauci ſunt boni.

Unde Lycus apud M. Senecam, *Herc. fur.* 2.2.

Ars prima regni eſt, poſſe te invidiam pati.

& de Dionyſio Siculo tyranno, Corinthi agente, Juſtinus, *l.* 21. *Laborabat invidiam præteritorum, contemptu præſentium demere; expertus, quàm inviſa tyrannorum forent etiam ſine opibus nomina.* Sive etiam ipſam *tyrannorum invidentiam*, quâ illi cùm ſeſe invicem inviſos, tum & bonos quoſvis etiam exoſos, habent. Siquidem ut Claudian. *de Honor. Coſſ.* 4.

—*Sors iſta tyrannis*
Convenit, invideant claris, forteſq; trucident.

Ὑπόκρισις | *Hypocriſin* dicit *tyrannicam*, quâ illos cum primis diligere & in pretio habere ſe ſimulant, quos quàm maximè oderunt. Tiberius, de quo ampliùs *infr. ad* §14. *nullam, ut rebatur, ex virtutibus ſuis magìs quam diſſimulationem diligebat.* Tacit. *annal. l.* 4. De Domitiano itidem Caſſius, Ἀνθρώπου ἰσχνοῦ μὲν ἀληθῶς ὄντος, πολλὴν γοῦν αἰκαιότητα τινὰ ἐπιδεικνύμενος ἢ ἀγαπᾶν δεῖ, ἢ ἀεὶ μᾶλλον ὑποφοβεῖσθαι ἔδοξεν· de quo eodem & eundem videas *ad l.* 10. §17. exempla, quibus id comprobatum dederit, habes apud Suetonium 12. 11. Sed & quâ cuncta *ſimulare ac diſſimulare* ſolenne habent, ubi id è re ſua eſſe putant. De Alexandro 6. Pontifice Romano, filióq; ejuſdem Valentino, (quem Nic. Machiavellius tanquam exemplar Principibus imitatu dignìſſimum proponit, *de princip. c.* 11.) tradit Guicciardinus, *hiſt. l.* 6. adeò ſimulatione ac diſſimulatione celebres, ſive infames potiùs, fuiſſe, ut quaſi proverbiali dicterio vulgò jactaretur, *Pontificem nunquam quod diceret, facere; Valentinum nunquam quod faceret, dicere.* Nec aliunde illud Sigiſmundi Cæſaris effatum; *Neſcit regnare, qui neſcit diſſimulare.* Æn. Sylv. *in Panorm. l.* 1. Elegantiſſimè vir illuſtriſſimus Dan. Heinſius *Herode act.* 2. *Scen.* 2.

Non tot receſſus abdites æther habet,
Non inferi, non terra, non totum mare,
Quot aula, quam deſerta vis rectè fugit:
Impervia aliis ſemper eſt, ſemper ſuis.

Huic & ἀκάκητον αὐλὴν illum adjicere licet, qui

καθ' ἑαυτὸν (inquit Julian. *epist.* 12. expertus ipse forsan, nec ejusd. expers, ejeret licèt, quum Basilium eâ ipsâ tam blandè compellet & ad se invitet, quem non poterat non odisse) ἀπαυθάδης, μισῶν πλησίον μᾶσον, ἡλίκον οὐδὲ πρὸ πολεμιωτάτης. & Polybius *hist.* l. 4. Καινὸς γὰρ οὐ τις ἔπος ἔυρηται βασιλεῖ διαβολῆς, τὸ μὲ ψεύγοντας, ἀλλ' ἀπαυθάδας λυμαίνεσθαι πρὸς πίλας. ἔυρηται δ μάλιστα κὴ περὶ τὸν τοιαύτη κακοτρόπεια κὴ βασκανία κὴ δόλος, ἐν ᾗ περὶ τὰς αὐλὰς διατρίβοντες, καὶ τῆς τυράννου τὰς ἀλλήλων ζηλοτυπίας κὴ πλεονεξίας. Hoc est, quòd in *vita Agricolæ* Tacitus: *Pessimum inimicorum genus, laudantes.*

Ἐυπατρίδαι ἀσοφώτεροι | De Tiberio Sueton. l. 3. c. 52. *Filiorum, neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum patriâ charitate dilexit.* Scil. ut Naso *Metam. l.* 2.

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur
Majestas & amor.——

Certè qui istiusmodi hominum æmulationes fœdas diráſq;, quas cum natura sibi conjunctissimis exercuere, quarum prægnans est omnis omnium ætatum, omniúmq; gentium historia, animo recoluerit, oraculi vicem obtinere meritò censebit, quod à Frontone noster hîc se accepisse profitetur.

§ 12. Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πλατωνικῷ | Plures hoc nomine tum philosophos, tum Sophistas recenset Suidas. Verùm noster iste an ex illis sit, certò statuere nullus habeo. Alexandri Cilicis Sophistæ inter cæteros meminit, de quo latiùs etiam Philostratus in *vit. Soph. l.* 2. qui πλατωνίζων dictus fuerit. Platon. nimirum, si non dogmate, dictione saltem æmulatus videtur. unde declamantem ubi audiverat quidam ex Herodis Attici Sectatoribus, τὸν μὲν πλὴν ἔυφυᾶ dixit, τὸν δ Πλάτωνα ζητεῖν. A Marco autem accitum, *ab epistolis Græcis* eidem fuisse, autor est Philostratus. qui & Favorini γνησιώτατον ἀκροατὴν extitisse eum ait. Favorinus autem iste in eorum albo censetur, qui & *philosophi* simul & *sophistæ* etiam habebantur. Fieri itaque potest ut Alexander ille is ipse sit, quem hic Marcus *Platonicum* appellat. Meminit & Galenus *lib.* περὶ τῆς θεριακήσεως Alexandri cujusdam, qui eisdem temporibus Romæ vixerit, Damasceni. Cæterùm istum ait γνήσιον μὲν τοῦ τῆς Πλάτωνος, ἀλλὰ τῆς Ἀεισοτέλους θεραπεῦσαι μᾶλλον· & φιλονεικίας nomine à plerisq; notatum. Ad priorem illum itaq; potiùs inclinaverim.

Ἢ ὁ ἐπὶ τὴν στοὰν γεγράφων | Non ineptè istud in Alexandrum illum conveniat, cujus operâ ad epistolas Marcus est usus.

Ὅτι ἄσχολός σοι | Vide *suprà* § 7. Ἄσχολος ὁ καὶ ἐνεργός. σχολὴ γὰρ ἡ ἐν τῇ λεγομένῃ σωμβίᾳ ἐνεργεία. Suidas. qui & hæc ipse Marci subjungit. Cicer. *ad Attic. l.* 1. *ep.* 14. *Vereor, ne pudendum sit, scribere ad te quàm sim occupatus.*

Τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς τοῦ συμβιοῦντας σχέσεις καθήκουσα | Epictet. *Enchirid. c.* 29. Τὰ καθήκοντα ὡς ὀνόμασι τοῖς σχέσι συμμετρεῖται. *Officia ut plurimùm pro relationibus & qualitatibus personarum* (quas invicem gerunt) *definiuntur.* σχέσεις autem, sive *relationes* & affectiones mutuæ, vel sunt naturales, vel adscititiæ. Epictet. *differt. l.* 3. *c.* 2. διάτρεχε τὸν, ὁ περὶ τὸ καθῆκον. ὁ δεῖ γὰρ μὴ εἶναι ἀναθὸν, ὡς ἀνδρείαν, ἀλλὰ τὰς σχέσεις τοῦτας πρὸς φυσικὰς καὶ ἐπιβάτους, ὡς υἱῷ πατρὶ, ὡς ἀδελφὸν, ὡς πατέρα, ὡς πολίτην. quod idem habet & *lib.* 2. *cap.* 14. Cæterùm de his ampliùs vide sis Simplicium in *Commentario ad Epicteti Enchiridium*, & Casaubonum *ad Persii Sat.* 3. *v.* 70. Sed & Marcum ipsum *infr. lib.* 8. § 27. & *l.* 11. §. 18.

Τὰ θεωρητὰ θεώγματα | id est, ut Demosth. *Olynth.* 1. ἅπερ ἂν ἡμᾶς θεωρῆ τὰ θεώγματα. quæ autem Marcus θεωρητὰ θεώγματα, ea Plutarch. θεωρητικὰ θεώγματα dixit *de superstit.* Τοιαῦτα μὲν οὖν τοῖς ἀζώνοις καὶ θεωρητικοῖς λεγομένοις θεώγμασι καὶ χρεῖος ἡ διατριβὴ βελτίων καὶ ὑγιὲς ἐν τοῖς ἤθεσι τῆς ἀθυμίας. Clemens simpliciter τὰ θεωρητά. Ità *Strom. l.* 7. τῆς ἀνδρείας, sive *fortitudinis* munus inter cætera statuit, τὸ περιστατικὸν ὑπομένον. & *lib.* 5. Pios sæpenumero ad virtutis exercitium Deo permittente, τοῖς θεωρητοῖς περιπίπτειν. denique *lib.* 4. ἓν μάλα τοῖς θεωρητοῖς ἅπασιν ἔθον τι δεῖ καλῶς χρῆσθαι τῷ γνωστικῷ. Galen. in *hort. ad art. c.* 2. θεωρήσεσι περιστάσεων dixit. Κἂν τῷ βίῳ μηδὲν ναυαγίων περὶ πολλὰς ὄψεις γινομένων, ἢ περὶ τὸ σκάφη καὶ θάλασσαν, ἐν ὀρθῶς γινώσκοντες ἔχειν, ὑπηρέτην ἑαυτὸν ἐν τοιαύταις θεωρήσεσι περιστάσεων τυφλῇ δίκῃ νέμοι, μηδ' αὐτῇ βεβαίως ἐπιστέμην. Idem *de sanit. tuend. l.* 2. *cap.* 1. Πολλοῖς γὰρ ἤδη ἀνθρώπων μὴ θεωρήσεως περιστάσεων ὁ βίος καὶ βλαπτικῶς μᾶλλον ἀναστρέφειν ἔζη αὐτοῖς, ἀποθνήσκειν ἢ σώζεσθαι. inde βίος θεωρητικὸς, Origeni *adversus Celsum l.* 1. *Vita negotiis molestiisque implicita*; cui opponitur ὁ ἀπολαυστικός. Sed & Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* ex Stoicorum sensu; Τῶν καθηκόντων τὰ μὲν ἀνὰ θεωρήσεως· τὰ δὲ θεωρητικὰ θεώγματα itidem pro *negotiis* & *molestiis.* ità Aristophan. *ranis act.* 1. *scen.* 4.

Τίς ἐς ἀναπαύλας ὧν πόνων καὶ θεωρημάτων ;
Quis in requiem ex malis vult & molestiis?

Menander in *Agricola*, ab Aristoph. *Schol.* adductus *ad Plut. act.* 3. *Scen.* 2.

Ἐν θεώγμασιν, ἐν μάχαις.——
Molestiis in negotiis, in prœliis.

Epicurus apud Laërtium, in *Epic.* & Senecam, in *Claud.* Περίγμαλα ὁ θεὸς, ὅτι αὐτὸς ἔχει, ὅτι ἄλλοις παρέχει. id est, vertente Cicerone *de Nat. Deorum lib.* 1. *Negotium Deus nec ipse habet, nec aliis exhibet.* Eodem sensu & θεωρήσεις dicuntur

suntur. Vide *infrà* § 15. *l.* 6. § 11. & *l.* 9. §. 13.

§ 13. Κατύλλ | Inter *Stoicos*, quos audiverit, *Cinnam Catullum* ponit Capitolin. quo loco Catullum legi postulat Cl. Salmasius.

Τὸ περὶ τοὺς διδασκάλους ἐνδύμως ἔνθημον | Senec. epist. 73. *Verè philosophus præceptores suos veneratur & suspicit, quorum beneficio illis se vitiis exuit.* Sive, *illis in viis exiit.* altera lectio à Museto est, à Lipsio altera. Idémque *epist.* 64. *Quidni ego magnorum virorum & imagines habeam, & natales celebrem? quidni illos honoris caussa semper appellem? Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si Consulem videro aut Prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam; equo desiliam, caput adaperiam, semitâ cedam. Quid ergo? M. Catonem utrumque, & Lælium sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem Cleanthémque in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego verò illos veneror, & tantis nominibus semper assurgo.* Juvenal. *Sat.* 7. *v.* 206.

Dii majorum umbris tenuem & sine pondere terram
Spirantésque crocos, & in urna perpetuum ver,
Qui præceptorem sancti voluere parentis
Esse loco —

Talis Marcus noster, qui, ut Capitol. *Tantum honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in lavario haberet, ac sepulcra eorum aditu, hostiis, floribus semper honoraret.* Talis & Alexander, qui, ut Plutarchus est autor, Aristotelem præceptorem cum primis coluit, οὐχ ἧττον τοῦ πατρὸς ἀγαπῶν dictitans, ὡς δι' ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δὲ καλῶς ζῶν. Cui sententiæ astipulatur & Aristoteles ipse apud Laërt. his verbis. Τῶν γονέων τοὺς παιδείσεως ἐπιμοτέρους εἶναι μᾶλλον ἡγητέον· τοῦ μὲν γὰρ τὸ ζῆν, τοῦ δὲ τὸ καλῶς ζῆν παρέχειν. Et Plut. *adverss. Colot.* Τὸ μὲν ζῆν οἱ γονεῖς ἡμῖν ἔδωκαν· ἀφ' ὧν δὲ φιλόσοφον ἔλαβε καὶ νόμιμον ἐγένετο, λόγον ὀφείλομεν καλῶς λαβόντες, ἵν' εὖ ζῇμεν. Et Aristides *pro Themistocl.* Τοῖς ἐπιστήμασιν οἷς τοὺς ἡγεῖσθαι, καὶ δι' ὧν σοφὸν ἄνδρα εἶναι φασι, τούτοις τοὺς σοφοὺς μείζω χάριν ὀφείλειν ἡγούμεθα δεῖν ἔχειν, ἢ τοὺς ὅτου τούτων σοφοὺς ποιεῖν· οἱ τοίνυν τῆς γενέσεως δι' αὐτὸ τὸ εἶ μόνον τοσαύτην ἔχουσι χάριν, καὶ ὁμολογοῦσιν ὀφείλειν χάριν πλείστην. χαλεπὸν φιλοσοφῆσαι, πῶς ἂν ἐκείνοις πλέον τι προσθεῖναι καὶ δοκεῖν, οἵ τινες οὐ τὸ ζῆν μόνον, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας αἴτιοι κατέστησαν, ἀλλὰ καὶ βελτίως αὐτὸ χαριέσθαι ἔδοξαν εἶναι.

Τὸ περὶ τὰ τίτλα ἀληθινῶς ἀγαπητικόν | quod in eis rarius, qui sunt in dignitatibus summis constituti. Sicut enim illi plerumq; ἀσυμπτώτως, utl noster monuit *suprà* § 11. Cicer. *ad Attic. l.* 7. *epist.* 2. *Fiolâ tuâ te delectari lætor, & probari tibi σοφισμὸν φυτικὸν* esse τοῦ φεύγειν τὸ τίτλα.

§ 14. Τοῦ ἀδελφοῦ μου Σευήρου | Οὐήρου legendum aliquando suspicatus eram ex Dione Cass. & Jul. Capitolino, apud quos *Verus*, non *Severus*, Marci frater, adoptione tamen, non genere, (nam Ceionii Commodi filius hic fuit) & imperii consors, toties occurrit. Quin & Jos. Scaliger in *animadv. ad Euseb.* & Cl. Salmasius in *annot. ad Capitol.* sic corrigendum uterque censuit. Errorem consimilem in Galeni, Theophili, Epiphanii, aliorúmq; scriptis, apud quos ἀντὶ τοῦ Βήρου, ἤτοι Οὐήρου, Σεβήρου, ἢ Σεύηρος, pro *Vero Severus* reperitur, observârunt Gulstonus noster, *ad Galen.* Scalig. *ad Euseb.* Salmas. *ad Capitol.* Petav. *ad Epiphan.* Verùm cùm Verus ille vitæ impurissimæ, & flagitiosissimæ, moribus perditissimis ac profligatissimis fuerit; non video qui potuerit in tam fœtido fæculentóq; sterquilinio virtutum istiusmodi seges ulla, nedum tam ampla, quàm istic depingitur, deprehendi. *Claud.* itaq; *Severum* philosophiæ Peripateticæ διαιτῶν, quē inter cæteros audivisse Marcum nostrum autorem habemus Capitolinum, intellexisse fors fuerit. Eóq; magis hunc voluisse videri possit, quòd hujus ipsi9, à quo tamen multa traxerit necesse est, nusquam alibi meminerit. Sed nec istud satisfacit, cùm nec quâ ratione *fratrem* illū appellaret, occurrat; & fratris quasi germani & genuini infrà rursus meminisse videatur § 17. alioqui, quid si pro ἀδελφῷ legamus φίλῳ? ut *amicus* non *frater* indigitetur Severus iste: quo modo Nabud Nathanides Solomonis *Regis amicus. Reg. l.* 3. *c.* 4. *v.* 5. Verùm istud potiùs Jun. Rustici fuerit; de quo vide sis quæ ex Capitolino *suprà* adduximus *ad* § 7. & quæ apud eundem de eodē sequuntur. Proinde caligine septis undiq; nihil lucis cùm affulgeat, nihil certi renunciare datur. Ego itaq; ἐπέχω, & (quod in ambiguis solet) mihi *non liquere*, ingenuè profiteor. Addito tamen, potuisse Marci consanguineum aliquem qui *proavi materni* utriusq; communis (*Catilius Severus* dictus is, Capitol.) nomen gesserit, *fratris* nomine designari. alii videbunt.

Φιλόκαισαρ | De Vero Capitolinus, enumeratis omnibus ejus magistris in diverso genere scientiarum, *Hos omnes*, inquit, *amavit unicè, atq; ab his invicem dilectus est.* Atq; hoc esse τὸ φιλόκαισαρ, quod à Fratre suo Vero didicisse Marcus profitetur, censet Salmas. *ad Capit.* ambigo tamen. Marci verò τὸ φιλόκαισαρ habemus à Capitolino his verbis, commendatum, dixerim, an perstrictum? *Jam in suos tantâ fuit benignitate, ut cùm in omnes propinquos cuncta honoris ornamenta contulerit, tum in filium Commodum, & quidem sceleſtum atque impurum, citò nomen Cæsaris & mox sacerdotium, statimque nomen Imperatoris, ac triumphi participationem, & consulatum.*

Ἀφελότητος | *Simplicitatem* certè Vero tribuisse Severum, eandémq; in illo adamâsse Pium monuimus

mus *suprà ad* § 9. sed & Capitolin. de eodem, *Erat*, inquit, *morum simplicium, & qui adumbrare nihil posset.* Verùm istud infirmitatis potiùs ἢ ἠλιθιότητος ἄτοπ ἐυηθείας, quàm candoris ingenui ἢ φιλαληθείας fuerit. *nihil potuisse*, dicit; *nihil voluisse adumbrare*, non dicit. Siquidem idem eidem alibi impingit, (quòd & suprà notavimus) *callidam severitatis simulationem*: quâ nimirum per imperii initia, graviter se, & ad Marci mores egerit. Cæterùm *membrana tenuis, & bracteata* tantùm (ut cum Seneca *ep.* 115. loquar) erat illa severitas, cujus fucus facilè deprehendi poterat. nec personam illam diu sustinuit; sed ad ingenium indolémq; pravam citò deflexit. docuítq; verum esse, quod Greg. Naz. *orat in Jul.* 1. Ὡς ὑδὲν σεμνοπιθν, μάνιμον, i.e. *quæ simulata sunt diuturna esse non posse.* ut Ambrosius *de Offic. l.* 2. *c.* 22. Ego interim non video (quod & priùs monui) quomodo Capitolinus sibi ipsi constet, qui in Vero modò *simplicitatem* prædicat, modò *callidam simulationem*, tanquam vitium illi ingenitum, notat. At Marcum hac ratione *pro Vero Verissimum* appellabat Adrianus. Cass. & Capitol.

Φιλοδικαιον | Verùm Pio an Marco (nam ambiguè locutus est) *fidem, non & amorem exhibuisse*, auctor est Capitolinus. Est autem *fides justitiæ pars*; ut Cicero, *Offic. l.* 1. Cæterùm *fides* ab *amore* sejuncta, φιλοδικαίυ elogium neutiquam meretur. Utrumq; autem hoc & φιλαλήθες & φιλοδίκαιον interpres Anglic. (quâ ratione motus, mihi incertum) omisit.

Θερσίτην | De Thraseâ Pæto, Tacit. *annal. l.* 16. Dio Cass. in *Neron.* & in *Dioclet.* Suetonius *l.* 6. *c.* 37. & *l.* 12. *c.* 10. Arrian. in *Epictet. dissert. l.* 1. *c.* 1.

Ἑλβίδιον | De Helvidio Prisco, Thraseæ genero, Tacit. *ibid.* & *hist. l.* 4. Dio Cass. in *Vespas.* Sueton. *l.* 10. *c.* 15. & *l.* 12. *c.* 10. Arrian. *l.* 1. *c.* 2. & *l.* 3. *c.* 26. & Plin. min. *l.* 9. *ep.* 23.

Κάτωνα, Δίωνα, Βροῦτον | De his, præter cæteros historicos, fusissimè Plutarchus; qui ex professo res gestas horum omnium descripsit. Verùm quid cum heroibus istis L. Vero, homini *vitiorum Cajanorum, & Neronianorum, & Vitellianorum æmulo, & in pluribus Neroni?* Capitolini sunt de Vero verba. Nero scil. alter Thraseam Marco conciliaverit, & in notitiam ipsius eum insinuaverit? Accedit, quod ex hìc positis videri possit, Marcum Lucio in disciplinam quandoq; datum; & ab eodem in eis, quæ referuntur istîc, aliquâ saltè ex parte, institutū. Verùm repugnat planè sententiæ huic, tum utriusq; ætas, cùm Marc⁹ Luciū anteceſſerit, utpote qui Pii filiam ideò duxerit uxorem, quòd Luci⁹, cui ab Hadriano destinata fuerat, impar ætate videbatur, filiámq; suam Lucillā nomine eidem Vero jam transnominato nuptum dederit: tum etiam quòd Luci⁹ hic, post septimum annum in familiam Aureliam traductus, *Marci moribus & autoritate formatus* perhibetur. Vide Capitolinum in *Marco* (sed à Salmasio restitutum) & in *Vero.* Alius igitur est necessariò Marci frater requirendus, in quem ista possint competere.

Πολιτείας ἰσονόμου | Πολιτείαν ἰσόνομον & noster istîc, & Plut. in *Jap.* 7. *Sympos.* appellat τὴν δημοκρατουμένην. in qua singulis quibusq; civibus jus ex æquo competit. Ἰσονομίαν eandem appellat Herodot. apud quem Otanes *l.* 3. Πλῆθος ἄρχον, σκέψα μὲν ὄνομα πάντων κάλλιστον ἔχει ἰσονομίην. Eúmq; secutus Thucydides, qui *l.* 3. Οἱ ὀν τὰς πόλεις σφετέρας ἔσχοντες, μετ' ὀνόματος ἐλευθερίης ἐυφρωσύνης, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς, ἢ ἀειναυτικίας σώφρονι σφετερισάμενοι, τὰ μὲν καινὰ λόγῳ διεκρίνοντες, ἄθλα ἐπιδίδυσαν, &c. Quanquam autem, ut *Sen. ep.* 30. *Prima pars æquitatis est æqualitas.* non immeritò tamen Plutarchus, Πασῶν ἀδικιῶν μείζω τὴν τῶν ὀχλικῶν ταύτην ἰσότητα, pronunciat, in *Sympos. probl. l.* 8. *c.* 2. &, *æqualitate istâ nihil inæqualius*; Plin. min. *l.* 2. *ep.* 12. Nec sanè minùs veritati consonum quicquam, quàm Lactantii illud *inst. l.* 5. *c.* 14. *Ubi non sunt universi pares, æquitas non est.* Itaque non infrunitè Lycurgus, monenti *democratiam* induceret, *Tu*, inquit, *eam primò domi tuæ institue.* Plut. *sap. Sympos.* & in *apoph.* qui & eo nomine eundem laudat, *Sympos. probl. l.* 8. *c.* 2. quod *proportionem arithmeticam*, tanquam δημοκρατικὴν ἢ ὀχλικὴν, repudians, *geometricam* ejus loco in rempubl. à se efformatam induxit. Ἡ μὲν γὰρ, inquit, ἀριθμῷ τὸ ἴσον, ἡ δὲ λόγῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμει. Vide Casaubon. *ad Sueton. l.* 2. *c.* 51. Potest tamen & πολιτείαν ἰσόνομον à Marco dicta videri, *in qua juxta legum præscripta jus cuiq; ex æquo redditur.* Ita Plinius in *panegyr. Trajano*: *Dicitur actori, atq; etiam procuratori tuo, In jus veni, sequere ad tribunal, nam tribunal quoq; excogitatum principatui*, (ità Lipsi.) *est par cæteris. Sors & urna fisco judicem assignat. eodem foro utuntur principatus & libertas. quæ præcipua tua gloria est, sæpe vincitur fiscus*; *cujus mala causa nunquam est, nisi sub bono principe.* Sed & de Marco ipso Eutropius, *Hic cum omnibus Romæ æquo jure egit.* Cæterùm tale potius est regium regimen, quale verbis sequentibus depingit.

Τὸ ἐλευθερικὸν τῆς ἀρχομένων | Claudianus *in Stilicon.*

Fallitur egregio quisquis sub principe credit
Servitium, nusquam libertas gratior exstat.

Optimè itaq; Euripides *Ægeo*, à Stobæo laudatus, *tom.* 2. *tit.* 47.

Ἄνδρὸς δ' ὑπ' ἀνδρὸς ἐλευθέρου κρατεῖσθαι κακόν.

Perferre regnum rege sub bono juvat.

Certè Marcus noster, si Capitolino credimus, *cum populo non aliter egit, quàm est actum sub civitate libera.* Itaq; cùm pecunias ex publico ad bella gerenda à Senatu postularet, Ἡμῖν γὰρ, inquit, ὅσα ἐστὶν

ἴδιον ἔχωμεν, ὅστε καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ οἰκίᾳ οἰκεῖμεν. refert Cassius. Quin & de eodem Aristides, φιλανθρωπίαν γε μεῖζον ταύτης καὶ φανερωτέραν, ἢ κατεπηχὲς ἅπαν τὸ ὑπήκοον, καὶ ὑπὸ φόβου δεδουλωμένον, πολλῶν ἤδη κρημνῶν φειδόντων καὶ ὑπακουόντων ἐπὶ πᾶσαν τὰς πόλεις, εἴ πῃ φθέγξαιτό τι, ἐλαθάνειν ἦν ὑβρίζουσά τι ἅτε ἐπιτρέπειν οἷόν τε ὂν ἀνηρημένης τῆς σωφρονος καὶ δικαίας παῤῥησίας, πρέμοντος ἢ ἐφύσει, σκιὰν ἀπόλλυσι τῷ φόβῳ τούτῳ, καὶ ἐλαθάνειν τὰς ἀπάντων ψυχάς, ἐντελῆ καὶ ὁλόκληρον ὑπὸδες τὴν ἐλαθάνειαν αὐτοῖς. Laus est Nervæ apud Tacitum, in *vita Agricolæ*, quòd *res olim dissociabiles miscuerit, Principatum & libertatem.* laus eadem & Marco nostro, hisce autoribus, debetur.

Τὸ ἀμελὲς | *Curis vacuum*, Xyl. ad sequentia refert M. Cas. *tenorem constantem in philosophiæ studio æstimationeq; observare, curis distractionibusq; aliis neutiquam interruptum.* forsan tamen *corporis negle-ctum* Marcus voluit. Si tamen locus integer fuerit. siquidem τὸ ἀμελὲς alioqui in vitio plerumq; ponitur. quin & infrà § 17. talem se habuisse fratrem prædicat, qui moribus suis θεὸς διαμίλλησιν ἑαυτῷ excitaret ipsum.

Ὁμότονον ἐν τῇ τιμῇ τῆς φιλοσοφίας | De Pio certè Aurel. Victor. *Adeò æqualis probisq; moribus, uti planè docuerit, eò demum fortunatas urbes fore, si regna sapientiæ sint.* Respexit ad celeberrimum Platonis illud, quod Oraculi vicem jam diu obtinuit, nunquam bene cum rebus humanis actum iri, aut civitates probè constitutas fore, πρὶν ἂν ἢ τὸ ἧττ φιλοσοφέντων ὀρθῶς γε καὶ ἀληθῶς ἥμιος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικὰς, ἢ τὸ ἧττ δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφίσῃ, *epist.* 7. & *polit. l.* 6. Ἐὰν μὴ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλῆς τε καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ δύναμίς τε πολιτικὴ, καὶ φιλοσοφία. Quod Hierocles *de Providentia l.* 2 apud Photium *cod.* 252. sic expressit, Τὰς φιλοσόφους ἄρχοντας ταῖς πόλεσιν ἐφεστάναι, ἵνα λήξωσί ποτε ἧττ κακῶν· καὶ ὡς ἔκ ἂν ποτε εὐδαιμονήσει πόλις, εἰ μὴ αὐτῶν διαχρήσιεν οἱ τῷ θείῳ ἀφωμοιωμένοι χαρακτῆρι. Ex Juliani mente Gregorius Naz. συλλεύτ. 1. Χρῆναι δὲ φιλοσοφίαν καὶ βασιλείαν, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, εἰς ταυτὸ συνελθεῖν. Cicero *ad Quint. frat. ep.* 1. sic extulit. *Tum denique fore beatas respublicas, si aut docti & sapientes homines eas regere cepissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocâssent. hanc conjunctionem videlicet potestatis ac sapientiæ, saluti censuit civitatibus esse posse.* Justinus in *apolog.* 2. Ἔφη γάρ που καὶ τὸν ἧττ παλαιῶν, Ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, ἔκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονήσει. de principibus subditisq; simul pronunciavit, quod de illis solis Plato dixerat. præsumpsisse Platonem forsan existimavit, principe philosophante, idem & populum facturum. Ita certè de Numa Plutarchus: Ἐναργὴς ἐξώυσγκε παράδειγμα καὶ τεκμήριον τῆς Πλατωνικῆς φωνῆς, ὡς ὕστερος ἐκείνος ἐκ ὀλίγοις χρόνοις γνόμενος ἐπόλμησεν ἀρεῖναι πᾶσι πολλείαις, ὡς μία κακῶν παῦλα καὶ λύσις ἀνθρώποις ἔζιν ἔκ ποτε τύχης θείας, εἰς ταυτὸ δυνεῖν φιλοσόφῳ βασιλικῷ συμπεσοῦσαν δύναμιν, ἐγκρατῆ καὶ ὑφηνίοχον τῆς κακίας τῷ ἀρίστῳ κρατοῦσαν. μακάριος μὲν γὰρ αὐτὸς ἐσώφρων ὡς ἀληθῶς· μακάριοι δὲ οἱ ζωπύροι ἧττ ἐκ τῆς σωφρονοῦντος σώματος ὄντων λόγων. τάχα γὰρ ἂν ἀνάγκης πρὸς δεῖ θεὸς τὸν πολλὸν, ἂν ἀπειλῆς, αὐτοῖ δὲ τῷ ἀρίστῳ ἐν ὑμῖν παραδείγματι καὶ λαμπρῷ τοῦ βίου τοῦ ἄρχοντος, ἑκουσίως σωφρονῆσαι καὶ συγκαταζῆσαι θεὸς αὐτόν. De Osiride pariter Synesius *de provident.* Καὶ σωφροσύνας ἦν Ὄσιρις ἠξίου τιμᾶν. παιδείας γὰρ ἀρετῆς ὄντα ἡγεῖτο ἐπηγεῖ ἔτι). unde per Ægyptum totam eo regnante virtutem adeò floruisse εἰς ἐσικέναι τῷ χρόνῳ ἀρετῆς διδασκαλεῖον, ἧττ παῖδων θεὸς ἅπαν βλαστόντων τὸν ἡγεμόνα, καὶ δρώντων τε ἅ, τι ὁρῶεν, καὶ λεγόντων ἃ ἤκουσεν. Idem Synesius *ad Arcad. Imper. de regno*, Τὰς φιλοσοφίας ἦν πύγμαι καὶ εἰκ γε τυχεῖν τῆς ἐυχῆς, ὡς Πλάτων ἐυξάμενος ἔκ ἐπύχετον. ἰδιαί σε τῇ βασιλείᾳ θεσπιλαμπόσι φιλοσοφίαν. Quod in Arcadio optaverat Synesius, in Justiniano contigisse refert Agapetus in *Paræn.* Ἐφ' ἡμῖν ἀνεδείχθη τῆς εὐσεβείας ὁ χρόνος, ὃ θεσπέσιε τῆς ἧττ παλαιῶν ἕνεκα, ὅταν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ βασιλῆς φιλοσοφήσωσι· καὶ γὰρ φιλοσοφοῦντες ἠξιώθητε βασιλείας, καὶ βασιλεύοντες ἔκ ἀπέστητε φιλοσοφίας. Cæterùm q[a] ille videre optaverat, iste vidisse se profitetur, id in Marco nostro ab omnibus agnitum est. Huic etenim, Capitolino referente, *sententia Platonis semper in ore fuit: Florere civitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.* Nec in vita, quàm in ore, minùs; quum, ut idem autor est, *honoribus in se receptis, philosophiæ operam vehementer dederit; tantúmque in eo philosophiæ studium fuerit, ut adscitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen ad Philosophorum domos discendi causâ ventitaret.* quod & Cassius etiam his verbis affirmavit, Λέγεται καὶ αὐτοκράτωρ ὤν, μὴ αἰδεῖσθαι, μηδὲ ὀκνεῖν ἐς διδασκάλου φοιτᾶν. Quin & conspicatū hoc Luciū quendam, philosophum & ipsum, ad cœlum manibus sublatis, exclamâsse refert Philostratus in *Herode*, & ex Philostrato Suidas, Ὦ Ζεῦ, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηραλέος ἤδη, δίκην ἔζαλάμενος, ἐς διδασκάλου φοιτᾷ ἄσπερ οἱ παῖδες! *Proh Jupiter, Romanorum Rex senescens jam, libro ad latus appenso, sicut pueri solent, ad præceptoris ædes it at!* Verùm tantum abest ut hoc sibi Marco dedecori putârit, aut à verè sapientibus ei notam aliquam attraxerit, ut contrà studium philosophiæ constans & indefessum nomen illi celeberrimum conciliârit. Itaque non immeritò forsan & Diocletianus, Capitolino referente, *vitâ & clementiâ talem se cupere, qualis fuerit Marcus, etiamsi philosophiâ*

phiâ nec Plato esse possit, si revertatur in vitam. Quin & à Casaubono nostro ad Pers. Sat. 1. elogio honoratissimo planè amplissimóq; isto ornatur: *Sapientissimus ille Imperator Marcus,* ὃ ἐν βασιλεῦσι φιλοσοφικώτατος. In eam deniq; propter doctrinam virtutémq; existimationem venisse dicitur, ut eo imperante ferrent palam, *Platonis impletum esse verbum, quo dicebat, Tum orbem terrarum feliciter habiturum, cùm contigisset ut Philosophi rerum potirentur.* Fulgos. *memorab. l.* 2. *c.* 5. De Leone cognomine Sapiente, Baronius, *annal. tom.* 10. *ann.* 911. ubi orationem ejusdem quandam piam admodum ac eruditam recitaverat: *Ità planè cùm vel Philosophi Christiani regnant, vel reges philosophantur.* E nostris, De Henrico I. Guilielmus Malmesbur. *l.* 5. *Fuerunt illi (ut verè confirmo) literæ, quamvis tumultuariè libatæ, magna supellex ad regnandi scientiam, juxta illam Platonis sententiam, quâ dicit, Beatam esse rempublicam, si vel Philosophi regnarent, vel reges philosopharentur.* Et de Jacobo Rege Andr. Dunæus, ἐν τῇ δεξιώσει. Πέφυκα σωφρονεῖν ὁμῶς, μεγάλη τε ἀξιοσία καὶ ἀσφαλὴ φέρουσι· ἧς συζυγίας ὑμῖν χθὲς ἐν τῷ βίῳ μαρτυρίων. ὡς ὅταν οἱς τοῦτων τῷ φρονεῖν τε καὶ σωφρονεῖν ἡ μείζων δύναμις ἐν ἀνθρώποις ξυμπέσῃ, τότε πολιτείας ἀρίστης, καὶ νόμων θεῖ τοιούτων φύεται χρόνος, φησί που Πλάτων. Deniq; in hanc eandem mentem Doctores Hebræi: אזהו אדם ראוי למלוך ואמר חכם או מלך שיורש חחכמה *Ecquis homo est regno dignus? vel sapiens, vel rex sapientiæ studiosus.* Quanquam Platonis sententiam illam, tot autoribus tantísque comprobatam, ridet exagitátq; multis apud Athenæum *dipnosoph. l.* 5. Masurius, Themistius etiam censuræ subjicere est ausus. Sic enim ille *ad Jovianum Imp. orat.* 12. Πλάτων μὲν ἦν., εἰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα θεῖος καὶ ἀοίδιμος, ἀλλὰ τοῦτόν γε ἀτεχνῶς ἀποκαιρδωδυμῶν θεσπίζειν λόγον, ὅτι μὰ θρέψειεν τὰ κακὰ λήξει τοῖς ἀνθρώποις, πρὶν ἂν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν. Mox Aristotelem Platoni opponens, qui dixerit è contrario, οἱ λοσοφεῖν μὲν τὸ βασιλεῖ, ὑκ ὅπως ἀναγκαῖον εἴη, ἀλλὰ καὶ ἐμποδὼν τὸ δὲ φιλοσοφῶσιν ἀληθινῶς ἐπιτυχόντων, ἐυπρεπὲς καὶ ἐύκοπον. hunc probans, ἔργον γὰρ ἀγαθῶν, inquit, τὸν βασιλεῖα ἐνέπλησεν, καὶ ῥημάτων. quasi in verbis, non in factis philosophia consistat. Concludit ipse; Ἀγαπῶμεν δὲ, εἰ φανείη ποτὲ βασιλεὺς, ὑκ αὐτὸς αὐτυχῶν φιλοσοφίαν, τοῖς δὲ φιλοσοφοῦσιν ἀληθῶς ἐυπειθὴς καὶ ὑπήκοος. Atqui à regibus sacræ philosophiæ, an theosophiæ, studium etiam codex divinus exigit, *Deut. c.* 17. *v.* 16, 17. Cæterùm, missis his, quæ hîc Marcus, quî possint Lucio competere, non video, cujus vita, tum principis, tum & privati, à philosophica disciplina fuit semper alienissima.

Τὸ πεδάτικον θεὸν τὸν ὑπὸ φίλων φιλεῖσθαι | Apud Livium *l.* 22. Acedux Hispanus; *unde sibi quisque credi; & habita fides ipsam plerumque obligat fidem.* Et Seneca, *epist.* 3. *Fidelem si putaveris, facies.* De amore pariter habeas. Imò idem de utroque Plut. in *præcept. conjugal.* Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πεδίον, δοκεῖν πεδιάδες· καὶ τὸ φιλεῖν, φιλεῖσθαι.

Τὸ ἀνεπίχρυσον | Verum revera Capitolinus (quod & suprà non semel monuimus) ait fuisse *morum simplicium, & qui adumbrare nihil posset.* nec tamen eum esse existimo, de quo Marc. istic. Cergè fratrem suum, quisquis is fuerit, talem Marcus hîc depingit, qualem Achillem (puto) Ennius apud Gellium *lib.* 19. *c.* 8. — *eo ego,* inquit, *ingenio Natus sum, amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gerere.* De Clearcho itidem Xenophon, *expedit. lib.* 2. Τὸ ξυσὸν, τό τε φαιδρὸν αὐτῷ ἐν τοῖς θεσσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι. vid. *l.* 11. § 15.

Τὸ μὲ δεῖσθαι ζοχασμῷ τοῦ φίλως αὐτὸν, πεῖ τῶν πὶ θέλει, ἢ πὶ ὐ θέλει | Contrà prorsus quam Dominus, qui κρυπτῆς Dioni Cassio prædicatur. & quàm Tiberius multò magis; qui sensus ità privatos obtegere est solitus, ut ancipiti eventu, quid expeteret, quid averearetur, ariolari suos necesse fuerit, & gravissimam sæpe officiis eis offensionem incurrerent, quibus potissimùm demereri se posse sperabant. Eum nobis sic Cassius *l.* 57. depingit. Φύσει δὲ ἐδαπάτητε ἐπήχθητο. ὅτε γὰρ ὧν ὑπῴμνυμε θεσπιῶτό τι, καὶ ὃν ἔλεγεν, ὑδὲν ὡς εἰπεῖν ἐξύλετο· ἀλλ' ἐναντιώτατος τῇ θεσαιρέσει τοὺ λόγως ποιούμενος πᾶν τε ὃ ὑπόθες ἠργάζετο, καὶ πᾶν ὃ ὑμόσει θεσβεύετο· ὠργίζετό τε ἐν ὅις ἥκιστα ἐδικαίου, καὶ ὅτε ἐκεῖνος, ἐν ὅις μάλιστα ἠγανάκτει, ἐδόκει ἦδ' ἥλεε τε ἅδων, ὃς σφόδρα ἐκόλαζε, καὶ ἐχθρὸν ἐνόμιζε, ὃς συμβήσεσθε τὸν τε ἔχθιστον ὡς οἰκειότατον δεῖν ὅτε ἐώρα, καὶ τῷ φιλτάτῳ ὡς ἀλλοτριωτάτῳ θεσσοφέρεσθαι τό τε σύμπαν, ὑκ ἠξίε τὸν αὐταρχοῦντα κατάδηλον ὂν φρονεῖ εἶναι· καὶ εἰ μὲ μόνα ταῦτ' εἶχεν, ἀφύλακτον ἂν τοῖς εἰς πεῖραν αὐτῷ ἐλθοῦσιν ἦν· θεοὶ γάρ τοι τὸ ἐναντιώτατον πάντα ἀναλαμβάνοντες, ὁμ τῷ ἴσῳ τό τε μὲ βέλεσθαι δή π αὐτὸν πᾶν ποιῶν, καὶ τῷ ὀργίλως πον τὸ μὲ ἐφιέσθαι ἐνδυμεῖσθαι· ἐπὶ τῷ ἀργίζετο, εἴ τις αὐτῷ σωκοφαντοῖς ἐχθίστοις καὶ πολλὰς ἡδὺν ἄλλο σφίσιν, ἢ ὅτι σωκοφάντης αὐτὸν, ἐγκαλέσαι ἔχων, ἀπέκτεινε. ὥστε χαλεπὸν μὲν ἦν αὐτῷ σώκοφαν ποιεῖσθαι· πολλὰ γὰ ἂν τοῖς τὸ λεχθέν, ἀλλὰ μὲ θεοῖς τὸ βελόμενον σωκοφάντης ὃς, ἐσφάλλοντο. χαλεπώτερον δὲ σωκόφαν. τῷ τε γὰ ὀπτῆδύσιν αὐτῷ καταφεύγειν, κἂν τύτε καὶ ἀληθεῖα αὐτῇ ὑποπτεύοντο. μόν ἦν, ὡς εἰπεῖν, ὅτῳ πε ἀπιστότατον ὄτι, διαβλήτο, ὃς ὅτ' ἠγνόησε τῷ φύσιν αὐτῷ, ὅτ' ἠλεγξεν ὅτω γὰ, ὅτε πεῖσαι ἐπεῖ ἠπατῶντες ὅτε ἐνδεχόμενος νοεῖν ἃ ἔφασκεν, ἐμισεῖσθαι πάνυ γὰ πολλῶ ὄχλον παρεῖχεν, ὃ τέ τις ἐναντίτο δὲς ἔλεγεν, ὅτε καὶ σωκόφαντο. τὰ μὲ γὰ ἀληθῶς ἡδέως, τὸ δὲ δοκεῖν βέλεσθαι, πάντως τέ πνας θεὸς

ἐφίεσθαι

ὀχήτεον ἐναπομόρας ἔχα, καὶ διὰ τοῦτο, τοῦ μὲν τῆς ἀληθείας, τοῦ δ' τῆς δυνάστας ἕνεκα ἡττᾶσθε. Sed & de Domitiano, Caſſius idem, *lib.* 67. Καί τοι καὶ τοῦτο δυνότατον ἔχων, ὅτι καὶ κολακεύεσθαι ἤθελε, καὶ ἀμφοτέρως ὁμοίως ἤχθετο, καὶ τοῖς θεραπεύουσι, καὶ τοῖς μὴ τοῖς μὲν, ὅτι ἐνεδίετο, τοῖς δ' ὅτι κἀφεορᾶν ἐδόκει.

§ 15. Παρήλπισε Μάξιμε | *Maximus me adhortatus eſt.* Xyl. Verùm addititium videtur [κλῆσις] illud. lego, Παρὲξ, ut ſupra. atque ità citare comperio Iſ. Caſaubonum *ad vitam Marci.* Legere tamen videtur Salmaſ. *ibid.* Παρὲξ Κατύλε καὶ Μάξιμε. Sed cum *Catuli* ſuprà § 13. meminerit, quare denuò, præter morem ſuum, eundem reponeret, cauſſam nullam video. minúſq; jam placere ſibi, quod olim voluerat, vir candidiſſimus profitetur. Meric. Caſ. Παρὲξ Κλ. Μάξιμε, *à Claudio Maximo. Cl. Maximus* inter *Stoicos* à Capitolino recenſetur, quibus Marcus noſter in diſciplinam ſe dederit. Verùm nec viro clariſſimo ea lectio probatur; quum nec in aliis citandis duplici nomine ſit uſus, παρὲξ Οὐήϊε, ἢ Διογένητε, παρὲξ Ῥεσίκιε, παρὲξ Σέξτε, ἢ Φόρτωνος, ἢ Κατύλε. *Ergò & hìc ſcripſit,* inquit, παρὲξ Μάξιμε. *Et ſic legendum cenſeo.* Cui accedit & *ad Capitolinum* Caſauboni patris calculus, qui *ſolis cognominibus Catulum Maximúmque* monet, *à Marco in hoc ſcripto nuncupatos.* Etiamſi autem Μάξιμον Τύριον Euſebius in *canone chronico* (utì ex Georgio monacho patet, qui eundem tranſcripſit) inter Marci noſtri præceptores collocaverit: unde & ſupplendus videtur Marian. Scotus, apud quem *Maximi* nomen intercidit, *Tyrii* remanſit; vix adducor tamen ut credam quod Viri illuſtres Joſ. Scaliger *notis in Euſeb.* & Jac. Capellus *hiſtor. Eccleſ. cent.* 2. autumant, *Maximum* hunc, *Tyrium* illum eſſe, cujus extant *Διαλέξεις*, cùm iſte quantus quantus eſt, totus *Platonicus* eſſe videatur, illum *Stoicum* extitiſſe conſentiunt autores. Sed & *Tyrium* iſtum ſub Commodo, non ſub Marco, Romæ *διατρίψαι* Suidas prodiderit.

Τὸ κρατεῖν ἑαυτῦ | *ut ſuo exemplo meipſum regerem.* Xyl. ad verbum, *ſe continere*, vel, *ſui continentem*, ſive *potentem eſſe*, ut Flaccus, *carm. l.* 3. *od.* 29. & Seneca, *ad Marc. c.* 20. vel etiam, *Sibi imperioſum*, ut Flaccus idem *Serm. l.* 2. *c.* 7.

Quiſnam igitur liber? Sapiens, ſibi qui imperioſus.

Sic κρατεῖν τῆς χειρὸς apud Plutarchum Ariſtides, de Themiſtocle quem peculatus reum agebat, ex Tragico an Comico aliquo;

Σοφὸς μὲν ἀνὴρ, τῆς δ' χειρὸς ὐ κρατῶ.

Sapiens quidem vir, ſed manus non continens.

h. e. manum (à publico, ſive alieno) continere ac cohibere haud potis. Et κρατεῖν ὀργῆς. Dionyſius Halicarn. apud Stob. tom. 2. tit. 20. Ὅτι μεγάλα καὶ δυσκίνητον ἔχει καὶ ὄνειρον τὸ κρατεῖν ὀργῆς, ἡ φρόνησις καὶ ἡ φυλακὴ τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν μείζονα. Ὀργῆς κρατεῖν dixit, quod ὀργὴν κατέχειν Menand.

Ὅσους τὸ κατέχειν δεῖ τὴν ὀργὴν πόνος;

Cohibere quantus impetus eſt iræ labor!

Rex ſapientiſſimus, *Proverb. c.* 16. *v.* 32. *Potior eſt longanimis robuſto; & qui in animum ſuum imperium obtinet, expugnante civitatem.* Græc. Κρείσσων ἀνὴρ μακροθυμῶν ἰσχυροῦ· ὁ δὲ κρατῶν ὀργῆς, κρείσσων ἁλώσεως πόλεως. Optimè, Siquidem, ut Plut. *de ira cohib.* Ἀνδρὸς μὲν κρατῆσαι, καὶ χείρονα βελτίονα, ὑπήκοα τὰ δ' ἐν ψυχῇ πάσας ἔχειν θυμῷ, τέρατος μεγάλης δεῖ καὶ νικητικῆς ἰσχύος. Socratis dictum eſt; à Stobæo relatum tom. 1. *l.* 2. tit. 7. μείζω μὲν ἀρχὴν ἔφη τὴν βασιλείαν, ἐλάττω δὲ τὸ ἑαυτῦ ἄρχειν. & de Alexandro Plut. τῆς νικᾶν τοὺς πολεμίους, τὸ κρατεῖν ἑαυτῦ βασιλικώτερον ἡγεῖτο. Seneca, *de Benef. l.* 5. *c.* 7. *Gentes facilius eſt barbaras impatienteſque alieni arbitrii regere, quàm animum ſuum continere, & tradere ſibi,* &, *epiſt.* 75. *Hæc eſt abſoluta libertas, in ſeipſum habere maximam poteſtatem. inæſtimabile bonum eſt ſuum fieri.* Et, *epiſt.* 113. *Sibi imperare maximum eſt imperium.* Et, *quæſt. nat. l.* 3. *Nullæ majores ſunt victoriæ, quàm vitia domuiſſe. innumerabiles ſunt, qui urbes, qui populos habuere in poteſtate; pauciſſimi, qui ſe.* Horat. *Carm. l.* 2. *od.* 2.

Latiùs regnes avidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
Serviat uni.

Et Claud. *de* 4. *Conſ. Honor.*

—— tunc omnia jura tenebis,
Cum poteris rex eſſe tui. ——

Rectiùs enim is appellabitur Rex, (qui hoc præſtiterit,) *quàm Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit.* Cic. *de fin. l.* 3. Dio Pruſ. *Orat.* 49. Τὸν γὰρ ὅλως φιλόσοφον τὸ ἦθος, ἡ αὐτῷ ἀρχή. Τῷ δὲ τὴν ἀρχὴν ταύτην ἰσχυρὰν καὶ ἐγκρατῆ ἔχοντι, καὶ χαλεπὸν ἤδη καὶ συμπάντων ἀνθρώπων κρείττω γενέσθαι. Et rurſus, Ὁ τοίνυν φιλόσοφος ἀεὶ αὑτῆς ἄρχει· ὁ τῆς πατρὶ χαλεπώτερον, ἢ συμπάντων μὲν ἐλλιπῶν, συμπάντων δὲ βαρβάρων βασιλεύων. Vide *l.* 2. § 2. & *l.* 11. § 29.

Κατὰ μηδὲν παρέφορον | ità Baſil. Verùm παρέφορον vox eſt nauci. παρόφορον D. Junius vult. quod Xyl. etiam legiſſe videtur, quum *præcipitem* vertit. Eſt enim παρόφορος propriè qui *tranſverſus abripitur*; eíq; optimè opponitur, qui in ſuo ſui imperio ſe continet. ità Herod. *l.* 8. de quibuſdam qui fluvium tranare volentes in aquas unà cum equis ſe dederant, παρενεχθέντες ἀπώλοντο. *Vi fluminis abrepti perierant.* indè ἡ φορὰ à torrente flumine tranſlatum, *l.* 5. § 23. & *l.* 12. § 14. ὁ κλύδων παρατέρει, *æſtus abripere*, dicitur. at Lugd. παρέφορον exhibet. quod ſecutus M. Caſaub. *circumactum*

cumactum reddidit. atq; ità περιέρεσθαι etiam usurpatur ab Apostolo, de hominibus instabilibus, qui cùm judicio certo nulli nitantur, ab aliis facile circumaguntur, *ad Ephes. c. 4. v. 14.* κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας. metaphora ducta à navibus ἀγκυροβολίαις, uti priùs dictum, ad § 8. Sed prius illud magìs arridet. Vide *l. 2. § 7.*

Ἐν ταῖς ἄλλαις περιόδοις | περιόδοις ibi, ut Galeno suprà ad § 12. adducto, pro *rebus* ejusmodi nos *circumstantibus*, quæ negotium nobis molestiámq; aliquam facessant. de qua vocabuli hujus significatione dicetur ulterius ad *l. 9. § 13.*

Τὸ ἠνυφλον τῆς ἤθους | *mores benè tempearti.* sive *morum insigne temperamentum.* De Aufidio Cicero *ad famil. l. 12. ep. 37. Est autem ità temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas, summa cum humanitate jungatur.* Idem de Lentulo *ad Attic. l. 4. epist. 6. Virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi, multâ temperatum humanitate.* Tractum videtur ab aëris constitutione temperata, quando nec æstu torret, nec vexat frigore. Æschines (hujus enim esse docent Laert. Athen. alii) *Axiocho* : ὅτε μὲν γὰρ χεῖμα σφοδρὸν. ὅτε δὲ λιμὸς ἐξήνεται, ἀλλ' ἠνυφλῶς ἐπὶ γῆς κεῖται, ἐπαλαῖς ἡλίῳ ἀκτῖσιν ἀναιμιγνύμενος. Potest & à vino aquâ mitigato. in quibus miscendis si justa ratio habita fuerit, (artis autem id esse docet Athenæus *l. 10.*) ἀφαιρήσει ἡ κρᾶσις τὸ ὄινῳ τὸ βλάπτον, ἃ σωμαίνεται τὸ χρήσιμον. Plut. *de leg. poet.* Inde ἠνυφλῶς, Polluci *l. 6. c. 3.*

Οὐ χαλεπὸν καὶ ἐργασιμὸν ἦν τοῖς ἐγχειρήμασιν | *Ut quæ instituissem, expedite, nec magnâ cum molestia perficerem.* Xyl. *Negotia, quæcunque ea fuerint, cùm exquisitè, tum sine quiritatione, exequi.* M. Casaub. Eóq; sensu τὸ καλεργάζεσθαι usurpâsse Xenophon videtur, *memorab. l. 4.* Καίτοι γε τοσούτῳ ταῦτα ἐκείνων ῥυσκαλεργαστότερα φαίνεται, ὅσῳ περ πλείνων καὶ ταῦτα περισματοφόρων, ἐλάττους οἱ καλεργαζόμενοι γίγνονται. Thucydid. etiam *l. 4.* Οὕτω τῇ παρούσῃ ἐυτυχίᾳ χρώμενοι, ἤξιουν σφίσι μηδὲν ἐναντιοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ξυμβαλὰ ἐν ἴσῳ καὶ τὰ ἀπορώτατα μεγάλῃ τῇ ὁμοίως καὶ ἐνδεξιᾷ περιπλοῇ καλεργάζεσθαι. Vide *l. 9. §. 12.* Usurpatur & de cibis digerendis concoquendisq; : unde alimenta ἐυκαλέργαστα, *concoctu facilia*, & ῥυσκατέργαστα, *concoctu difficilia*, in medicorum scriptis frequentissima. & indè forsan mutuatum fuerit.

Πάντας αὐτῷ πιθέσθαι | De Xenocrate Laërt. *l. 4.* Ἦν δὲ καὶ ἀξιόπιστος σφόδρα. ὥστε μὴ ὄζον, ἀνάμοσον ὑπερεῖν, τούτῳ μόνῳ σωμαχίαν Ἀθηναῖοι. *Tantæ apud suos fidei existimationem obtinuit, ut quod nemini cuiquam alioqui licitum, huic etiam injurato testimonium perhibere Athenienses permitterent.* Vide *ad l. 3. §. 5.* Eadem ferè apud eosdem autoritate fidéque pollebat Aristides : sed & apud Romanos Cato Uticensis. Unde factum, ut de rebus fide omni prorsus indignis παρημιασθῶς diceretur, Τοῦτο μὴ δὲ Κάτωνος λόγοις πιστεύειν ὄφελον. *Hoc nec Catone prædicante fidem meretur.* Plut. *in Caton.* Malè autem Xyl. ibi, *Dicebat sibi verba facienti*, &c. quasi hoc de se prædicâsse Maximus diceretur, quod tam à Maximi moribus quàm & à Marci mente alienum est.

Ὅτι ὁ κακῶς πεφύκη | Geminum de Jesu nostro elogium populi apud *Marc. c. 7. v. 37.* καλῶς πάντα πεποίηκε. Sed & de Davide dictum *hist. Regum l. 2. c. 3. v. 36. Populo rectum videbatur, quicquid rex fecerat.*

Τὸ ἀθαύμαστον καὶ ἀνέκπληκτον | alterum horum interpres Ang. omisit. Vide *l. 12. §. 13.* Zenonis placitum est apud Laërt. *l. 7.* τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν. Quin & Zenone prior Democrit. apud Stob. *tom. 2. tit. 3.* Σοφίαν ἀθαμβῆ, ἀξίαν πάντων καὶ πιστοτάτην, pronunciavit. Nec Democrito in hoc prorsus quicquam adversatur Heraclitus ; Βλαξὶ ἀνθρώπῳ ὀδὲ πρὸς λόγῳ ἐπιποίθοις φιλεῖ. quod usurpat Plutarch. *de Poet. leg. c. 10.* & *de audiend.* Verùm illi moderantiús. At utroq; isto antiquior longè Pythagoras, Zenoni planè σύμφορος, hunc sese ex philosophia fructum percepisse professus est, τὸ μηδὲν θαυμάζειν, quòd nihil admiraretur, sive *quòd nihil admiratione suâ dignum duceret.* quod tamen perperam à quibusdam acceptum monet Plut. *de audiend.* Hinc Horat. *l. 1. epist. 6.*

Nil admirari prope res est una, Numici,
Soláque, quæ possit facere & servare beatum.

Ex adversùm tamen Plato in *Theæteto* : Μάλα φιλοσόφου πάθος, τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη· καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν θαύμαντος ἄγγελον φῆσαι, οὐ κακῶς γενεαλογεῖν. Cui & Clemens Alex. calculum contribuit suum, *Stromat. l. 2.* Τῆς ἀληθείας ἀρχὴ, inquit, τὸ θαυμάζειν, ὡς Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ λέγει. καὶ Ματθαίας ἐν παραδόσει παραινῶν, Θαύμασον τὰ μεγάλα βαθμὸν ἔστιν ποιῆσαι τῆς ἐπικεινα γνώσεως ὑποτιθέμενος. ἢ κἂν τῷ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίῳ, Ὁ θαυμάσας, βασιλεύσει, γενόμενος καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαύσεται. Nec in hac parte à Magistro suo dissentiens Aristot. περὶ ζῴων μορίων, *l. 1. c. 2.* Διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς τὰ πρόχειρα ἀπορήσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν προιόντες, καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες. Et mox : Ἀρχὴ μὲν γὰρ καὶ τοῦ θαυμάζειν πᾶσιν. Verùm conciliari poterunt istæ, quæ ex diametro repugnare sibi invicem videntur, sententiæ ; si de tyrone philosopho Platonis istud, de veterano sapientiæ jam apicem summum assecuto, priora illa acceperimus. Cyrus deniq; Persas suos ità instituisse refert Xenophon, *l. 8.* Ὡς μηδὲ μεταστρόφους φαίνεσθαι ἔτι, ὡς οὐδὲν θαυμάζοντας.

Καὶ μηδαμοῦ ἐπιστρόφους, ἢ ὀκνεῖν | quod *lib. 7.*

69. dixit, μήτε ζοῦζον, μήτε ραγκᾶν.

Ἡ ἀμηχανῶν | ἀμηχανῶν propriè *in eis esse angustiis, è quibus nullâ ratione, nullâ machinâ expedire vel extricare te possis.* itaq; verto *perplexum esse.*

Ἡ φθορισμὸς | Suspecta vox. forsan φθορισμὸς, ut gemina litera altera exscriptoris vitio exciderit, quo modo in φθοριμιαιζομβίας, *l.* 4. § 16. Xyl. *neq; mœstitiæ, neq; gaudii nimium.* Cas. *ridere,* vertit; sed ita ut *risûs excessum* designet. Mihi aliò inclinat animus. σισηρᾶσαι est quod Latinis *ringi,* vel etiam *dentibus renidere.* usurpatur plerumq; de *risu simulato,* qualis eorum, qui Græcis antiquis γναθμοῖς ἀλλοτρίοις, recentioribus ξυναῖς παρειαῖς γελᾶν, utl Eustath. *ad Odyss.* σ'. *malis alienis ridere,* Latinis dicuntur, ut Flacco *Sat.* 3. *l.* 2. vel etiam de *indignatione, dissimulata* quidē, sed quæ istiusmodi oris habitu re prodat, qui cùm *risum,* vel *irrisionem præ se ferat,* ab animo tamen exacerbato proveniat. ità *ringi* Latinis, non simpliciter *irasci,* utl exiliter nimis Nonius, sed *tacitum stomachari, cùm aliùd præ te feras,* utì Donatus in Terentiano illo *Phorm.* 2.2. ubi *risui vero* opponitur;

——— *ille ringitur, tu rideas.*

Sidonius *carm.* 23. *v.* 87.

Multum ringitur otiosa virtus.

Marcus noster *l.* 11. § 18. Τὸ ἐνμανὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ σισηρός, μηδὲ ὑπόκρισις. *Si verum ac genuinum fuerit, non personatum & ementitum.* quale eorum, qui vultu oriſq; habitu externo offensionis speciem nullam læsi proferunt, sed injuriarum despectum quendam præ se ferunt, cùm animus tamen intùs odiis occultis æstuet. Apud Suidam, Procopius, opinor, Ἐν τοῖς ἀνεκδότοις, Λίαν γὰρ ὡς αὐτῷ ἡ Θεοδέρα ἠγελάτησε καὶ ἐσισήρει. *Valdè adversus eam exacerbata erat, & ringebatur.* ut sit istîc σισηρίζεσθαι, sive σισηρᾶσαι πρός τι. *ad rem aliquam,* sive *ad occasionem aliquam ringi,* h. e. vel exacerbari vel renidere aliquem, ad risum quendam adscititium composito vultu, cum animo tamen angeretur. id quod *affectationem caninæ æquanimitatis stupore formatam,* nuncupâsse videtur Tert. *de Pat. c.* 2.

Καὶ τὸ συγγνωμονικὸν | De Demonacte Lucianum vide ad *l.* 5. § 22. Præclara sanè Catonis majoris, referente Plutarcho, vox illa, Πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι χαρὰς ἑαυτῷ δίνευ συγγνώμης. Cui gemina Plinii minoris ista, *l.* 8. *ep.* 22. *Optimum & emendatissimum existimo, qui cæteris ita ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet; ita peccatis abstinet, tanquam nemini ignoscat.* Concinna & Senecæ illa, *de benef.* 1. 10. *Hoc tu cave, tanquam maximum crimen, ne admittas: ignoces tanquam levissimo, si admissum est.* &, *ad Marc. c.* 4. *Nec quicquam pulchrius existimo in fastigio collocatis, quàm multarum rerum veniam dare, nullius petere.* In quam ferè sententiam de Marco Dio Cass. *l.* 71. Αὐτὸς μὲν ἁπάντων ἧττον ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, καὶ ὅτε ἰκὼν ὅτε ἀκὼν ἐπλημμέλει τὰ ἧττον δὲ ἢ ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς, ἤρετο, καὶ ὅτε ἐπολυωρεῖτο, ὅτε ἐκόλαζε. Cæterùm Stoicorum placitis ista adversari prorsus videntur. Censent siquidem illi ut Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* sapientes, ἐλεήμονας μὲν εἶ' συγγνώμων τι ἔχειν μηδενί. Et Stob. Collectan. *tem.* 2. *tit.* 46. Φασὶ μηδέποτε συγγνώμων ἔχειν μηδενὶ, τὸν τῶν ἔλεγτα· καὶ οὔτως λέγεσθαι τὸ μηδὲ συγγνώμων ἔχειν τοῖς ἁμαρτάνουσι. Hæc tum commemorat, tum & exagitat Cicero *Or. pro Muræna. Fuit quidem summo ingenio vir Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. hujus sententiæ sunt & præcepta hujusmodi; sapientem gratiâ nunquam moveri; nunquam cujusquam delicto ignoscere. neminem misericordem esse, nisi stultum & levem. Viri non esse, neq; exorari, neq; placari.* Et mox, *Supplices aliqui veniunt, miseri & calamitosi? sceleratus & nefarius fueris, si quidquam misericordiâ adductus feceris. Fatetur aliquis se peccâsse, & ejus delicti veniam petit? nefarium est facinus ignoscere; exorari, scelus; misereri, flagitium.* Et rursus sua illorum præceptis opponens. *Nihil ignoveris. Imo aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causſa feceris. Imò ne resistito* [al. *persisto*] *gratiæ, cùm officium & fides postulabit. Misericordiâ commotus ne sis. sed tamen est etiam in dissolvenda severitate laus aliqua humanitatis.* Agnoscit, sed explicare ac mollire conatur Seneca *de clement. l.* 2. *c.* 5. *Scio malè audire apud imperitos sectam Stoicorum tanquam nimis duram. Objicitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. hæc si per se ponantur, invisa sunt. videntur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad pœnam deducere. Quod si est, quid hac sectâ durius, quæ dedisce humanitatem jubet, portúmque adversùs fortunam certissimum, mutuum auxilium claudit? sed nulla secta benignior leniórq; est, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior.* Et, *c.* 7. *At, quare non ignoscat, dicam. Venia est pœnæ meritæ remissio. ei igitur ignoscitur, qui puniri debuit. Sapiens autem nihil facit, quod non debet; nihil prætermittit, quod debet. Itaq; pœnam quam exigere debet, non donat: sed illud, quod ex venia consequi vis, honestiore tibi viâ tribuit. Parcit enim sapiens, consulit, & corrigit. idem facit, quòd si ignosceret, nec ignoscit. quoniam qui ignoscit, fatetur aliquid se, quod fieri debuit, omisisse. Aliquem verbis tantùm admonebit, pœnâ non afficiet, ætatem ejus emendabilem intuens: aliquem invidiâ criminis manifestè laborantem, jubebit incolumem esse; quia deceptus, quia per vinum lapsus: hostes dimittit salvos, aliquando etiam laudatos, si honestis causſis pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti sunt. Hæc omnia non veniæ sed clementiæ opera sunt.* Verùm hæ sunt Stoicorū argutiolæ spinosæ, & subtilitates supervacaneæ, quas Marc⁹ noster, solidior quàm subtilior, minùs curâsse videtur: imò meræ sunt, Senecâ ipso censente, λογομαχίαι. Sic enim ipse demum *ibidem.*

ibidem. De verbo, ut mea fert opinio, quæstio est; de re quidem convenit. Sed de istis ampliùs, ad *lib.* 2. § 13. De Pio certè Capitolin. *Ad indulgentias promptissimus fuit.* Et, *His quos Adrianus damnaverat, in Senatu indulgentiæ petiit.* Idémque de Marco. *Fuit per omnia moderatissimus, in hominibus deterrendis à malo, invitandis ad bona, remunerandis copiâ, indulgentiâ liberandis: fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos: moderatè etiam cavillationes nonnullorum ferens.* & rursus: *Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minori supplicio quàm legibus plecti solent, puniret: quamvis nonnunquam contra manifestos & gravium criminum reos inexorabilis permaneret.* Κἂν ἄρα συμβῇ τοῦ γοῦν πεισθῆναι ἀναγκῆσαι, ἢ τὸ πᾶσιν ἢ δόξαι ἄκλως δεῖν ποιεῖν νομίζων, ἀλλὰ μὴ μόνῳ σφαλῆναι, κἀξέδου τὸ δόξαν. Aristid. de eodem. De Agricola Tacitus, *Omnia scire, non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pœnâ semper, sed pœnitentiâ sæpiùs contentus esse.* Vide infrà § 16. τὸ πᾶσιν.

Καὶ ἐδουλώθη μᾶλλον ἢ διορθώθη παρανοίαν παράλογον | *magisq; constantiam erroris secuta, quàm erroris correctionem præ se tulisse.* Xyl. obscuriùs pauló. Hoc vult. Cùm sit prima felicitas, à recti norma ne minimum quidem, vel discedere, vel distorqueri: secunda, siquis quoquo modo deflexerit, εἰς διορθώσιν χάλων. (ut ipse de se dixerat, suprà § 7.) ad rectitudinis statum priſtinum denuò reduci; quùm, *quod naturâ bonum est, neq; emendari, neq; corrigi se poscat*, ut *l.* 2. Arnobius; eam in Maximo rectitudinis firmitatem & stabilitatem extitisse, ut ope alterâ ista nihil opus habuerit, τοῦ διορθωτοῦ ἢ λυθῆναι, quod de Deo Aristot. *de mund. c.* 6. ita saltem *in bonum transfiguratus*, ut *nihil in eo supereſſet, quod mutandum videretur*, ut Seneca, *ep.* 6. In quem eundem sensum & illa accipi possunt, quæ habentur *l.* 3. § 5. Ὀρθὸν ὃν τῇ γνώμῃ, καὶ διεθέμενον. Et *l.* 7. § 7. Ὀρθός, ἢ ὀρθούμενος. Neq; enim ἀδυσωπησίαν sive *pertinaciam* illam Marcus noster in Maximo aut offenderat, aut si offendisset, prædicaret; quâ nihil in natura sua magis laudare ac probare palam profitebatur, portentum illud hominis, Caius Caligula, ut Sueton. *l.* 4. *c.* 29. cùm nihil sit hâc magis aut devitandum, aut derestandum; ab eáq; Marcus & ipse se cum primis abhorrere doceat, *l.* 6. § 21. & alios itidem ferè sedulóq; dehortetur, *l.* 4. § 12.

Οὕτω σπάνιον ἐν κεφαλαίοις καὶ αὐτὸν ἐπαινεῖν | Miranda de hominis præstantiâ aliorum omnium consensio, cui nemo quisquam deprehensus est, qui exæquare se ausus esset. Stupenda etiam, non suspicienda duntaxat, in tanta universorum existimatione, hominis modestia, qui neminem quenquam unquam neglectui aut despectui habuerit.

Καὶ τὸ ἐπιχαριτίζειν | Nec occurrere alibi vocem hanc existimo; & hoc loco mihi suspecta est planè. Siquidem χαριτωμένη sive *urbanitas*, parum distare videtur, vel ab ἀστειολογίᾳ, quam repudiat Marcus *suprà* § 7. vel à κομψείᾳ etiam, quam non semel damnat. *l.* 3. § 5, & 8. & *l.* 4. § 51. unde τὸ χαριτίζειν καὶ τὸ κομψεύεσθαι à Platone conjunguntur, *polit. l.* 4. εἰ ἔτι μᾶλλον χαριτίζοι τε ὁ ταῦτα λέγων, καὶ κομψεύοιτο. quin & Suidas τὸ καταφερόμενος exponit per χαριτιζόμενος. quod Marco itidem in vitio ponitur, *l.* 5. § 5. forsan tamen existimaverit quis, τὸ ἐπὶ istud adjectum, urbanitatem ita condire posse, ut suo modo suáq; tempestate adhibita, (quod non observant οἱ χαριτιζόμενοι ἐν μὴ χαίρουσι καιρῷ, uti Dionys. Halic. in *Lysia* loquitur) etiam citra Stoicæ severitatis violationem ullam locum suum obtineat. quum τὸ εὐκόλως in Pio prædicet ipse *infr.* § 16. Xyl. *liberaliter quoq; factum esse.* quod tam à Maximi instituto, quàm & à Marci, puto, ingenio, aberat procul. Verùm ego Marco ipso autore, τὸ ἐπὶ χαριτιζόμενος reſcribere non dubitem; atq; ita Marcum ipsum scripsisse, pignore etiam interposito, contendere ausim. τὸ χαριτιζόμενος certè in sequiorem partem usurpari, docent, cum ex Aristophanis illo, χαριτίζεις (ἵππε f.) καὶ παραπαίζεις ἅμ' ἅμα καὶ βωμολοχεύῃ. apud Etymologum & Suidam; qui & χαριτιζόμενοι exponunt εὐλογοπλαθούμενοι, σκώπτοντες. tum & ex Glossario, ubi χαριτίζειν, *Carinari. Carinari* autem in Isidori *Glossis* est *illudere.* Et *Carinantes* ap. Festum, *probra objectantes*, sive *objicientes.* quibus accedit quod *Carinare*, Servius *ad Æn. l.* 8. *obtrectare.* adductis Ennii illis,

—*neq; me decet hanc Carinantibus edere chartis.*

&, *Contra Carinantes verba atq; obscœna profatus.*

ubi in priore versu pro *hanc*, *hoc*, sive *hæc* Merula; in altero, pro *atque*, *aiquè*, sive *æquè*, Castricom. legendum censet. porrò *Carinare à navium carinis dictum* vult Festus, an hujus mutilator Paulus, *quod ut infima navis pars carina; ita sortis infimæ homines, quibus scommata id genus jacere usus effert.* at Jos. Scaliger, & hunc secuti Merula *ad Ennium*, & *ad Strabonem* Casaubonus, *carinari* Latinis eodem modo dictum statuunt, quo Græcis κωμείζειν. nec indicant tamen unde nominis id tractum velint. à *Carinis* ne loco in urbe sic dicto; an à *navium carinis*, ut ad nautis usitata convitia respiciat, de quibus Flaccus *Serm. l. Sat.* 5.

Tum pueri nautis, pueris convitia nautæ
Ingerere.—nam Festo quæ tribuitur notatio nec nauci est. ego sanè à χαριτιζόμενος ipso *carinari* vel deductum, vel corruptum nullus ambigo.

§ 16. Τῷ παιδὶ | *Puerumne* velit naturalem, *Annium Verum*, de quo suprà § 2. an adoptivum, *Antoninum Pium*, ambiget forsan quispiam. Verùm hunc potiùs designatum existimem, cum quia ille Marco nostro impube adhuc, excessisse videtur; ut ex Capitolino conjicere est; tum quia hæc eadem (quæ

&c.

& magna ex parte ſunt principis potiùs, quàm privati hominis, virtutes) pleraque ferè de Pio enunciata deprehenduntur *l.* 6. § 30. idem ſtatuit & Caſaub. *ad Marci vitam.* Interim falſus eſt Theodoretus, ſi Pii gnatum Marcum exiſtimavit, quod verba ipſius ſonare videntur, *therapeut. l.* 9. ubi poſtquam de Hadriano dixerat, καὶ Ἀντωνῖνος, inquit, καὶ Βῆρος ὁ ἐξ ἐκείνου. & Acciaolus, *Antoninus qui Hadriano ſucceſſit, quique ex eo genitus eſt Verus.* Marcum enim potiùs quàm Luciũ deſignatum opinor, cùm eo loci, tum & operis ejuſd. *l.* 6. ubi Imperatorum Series ità digeritur, Ἁδριανὸς, καὶ Ἀντωνῖνος ὁ σεμνὸς, καὶ Βῆρος, καὶ Κόμμοδος. Cæterùm de Vero neutro verum eſt, *ex Pio* fuiſſe *genitum.*

Τὸ ἥμερον | De Pio, Capitolin. *Erat moribus clemens, ingenio placidus & mitis. Nulli acerbus, cunctis benignus.* Eutrop. & Aurel. Victor. *Adeò manſuetus, ut inſtantibus patribus, ad eos qui contra eum conjuraverant, perſequendos, compreſſerit quæſtionem. uſque eò autem mitis fuit, ut cum ob inopiæ frumentariæ ſuſpicionem lapidibus à plebe Romana perſtringeretur, maluerit ratione expoſitâ placare, quàm ulciſci ſeditionem.* Marcum pariter prædicat Galenus in *commentar. de libris ſuis*, εὐγνώμονά τε καὶ ἥμερον, ἥμερόν τε καὶ σεμνὸν. Clementiam Marci celebrat cum aliis & Capitol. Sed præcipuè Ariſtides & Dio. Ille *orat. in Regem*: Ὧν γὰρ, inquit, πολιτῶν ὁ Σατραδὴς, ἡμερώτατα καὶ ἐπιεικέστατα ἀνηλίσκων ἀπάντων βασιλέων. Iſte in *Marco*, ὅτου τι, inquit, καθαρεῖς διὰ πάντων, καὶ χρηστὸς καὶ εὐσεβὴς ἐγένετο, ὡς ἔγωγε τῇ βελτίστῃ μητέρα τοῦ Καισίου σωφρονίσαι πεπάνται. Μὴ γὰρ γένοιτο, ἔφη, μητέρα ὑμῶν ἐπ' ἐμοὶ, μήτε τῇ ἐμῇ, μήτε τῇ ὑμετέρᾳ ψηφῷ σφαγὰς καὶ τέλος ἔφη, ὅτι ἂν μὴ τούτου τύχω, ἀπόδοσιν τοῦ θανάτου. Unde in Senatu acclamatum ei refert Vulcat. in *Caſſ. Antonine pie, Dii te ſervent. Antonine clemens, Dii te ſervent.* Vide *ſuprà* § 15. Τὸ συγγνωμονικόν.

Μεγαλοπρεπῶς ἐπὶ τοῦ ἐξεταζομένου κεκόλακται | Ita *l.* 6. § 30. Τὸ ὑπὲρ τοῦ καὶ λόγου σεμνοτομοῦντος ἔντονον. Verùm cave iſtic intelligas ἀλαζονείαν illam, quam Cajum Imperator. in ſe maximè probâſſe, ex Sueton. ſupra monuimus, ad § 15. aut Neronis etiam pervicaciam, dixerim an præcipitantiam obſtinatam, cui illud Caſſio referente, ſubinde in ore, Πρὶν ὧν ἂν ἅπαξ τι εἴπω, μηκέτι με αὖθις πύθῃ. Siquidem ut Seneca, *de benefic.* 4. 38. *Hæc vero ſuperba ſtultitiæ perſeverantia eſt, Quod ſemel dixi, qualecunque eſt, fixum ratumque ſit.* Quomodo apud Antiphan. ille in *Gorgytho*, referente Athenæo *l.* 8.

Ἥδιον γ' ὑποτείλω ἂν, ὧν σεμνολόμει,
Ἢ κενομισθὲν γλαῦκα σεῦτοιτ' ἂν κεραῖν.

Nec ſtultitiæ tantùm, ſed & inſcitiæ proprium. Syneſ. *in calvit.* de plebe imperita: Καὶ γὰρ ἀμαθεῖς ὄντες, ἰσχεροκαμοῦσι, καὶ χαλεπὸν σεσάπται τὸ ἀπόπτων σεφυκέναι ἂν' ἂν τις τὸ πανοῦργον ἐξελέγξῃ, ταχὺ πείθεται τὸ κάρτιον. Verùm rationibus veris certiſq; ſubnixam conſtantiã intelligit in rebus accuratè perpenſis, & veritati æquitatíq; conſentaneè conſtitutis. Rectè Senec. *ep.* 23. *Conſtituendum eſt quid velimus, & in eo perſeverandum. Nam illi, qui ex aliis propoſitis in alia tranſiliunt, aut nè tranſiliunt quidem, ſed caſu quodam tranſmittuntur, quomodo habere quidquam certum manſurúmve poſſunt?* Et, *de Beat. c.* 8. *Fidens ſit animi: ſed fiducia ejus non ſine ſcientia ſit, non ſine conſtantia. ita maneant illi ſemel placita, nec ulla in decretis ejus litura ſit.* A conſtantia certè laudat Pium Capitolinus; uti mox videbitur. Verùm de argumento iſto habetur elegans ſanè Epicteti diſſertatio apud Arrian. *l.* 2. *c.* 15. ubi inter alia hæc habet. Τοῖς κεκρατεῖν ἐμέλησεν ἅπασι, καὶ πάσαις ἀλλαῖς τοῖς ὀρθῶς. — Θέλεις τοίνυν ἀρχὴν ποιῆσαι καὶ τὸ σπουδαῖον, τὸ κεῖμαι σκέψασθαι, πότερον ὑγιὲς ἢ οὐχ ὑγιὲς, καὶ ὅτου λοιπὸν ἐπιεικοδομῶμεν αὐτῷ τὴν εὐλογίαν, τὴν ἀσφάλειαν; ἐν ᾧ σαθρὸν ὑποστήσῃ καὶ καταπῖπτον, ἐκ ὀικοδόμημά τι ὂν, ὅσῳ ἂν πλείονα καὶ ἰσχυρότερα ἐπιθῇς, τοσούτῳ θᾶττον κατενεχθήσεται. Vide *ad l.* 8. § 16.

Τὸ ἀκινδύνως θέλειν δοκίμους τιμᾶς | idem & *l.* 6. §. 30. De Pio Victor. *Appetentiã gloriæ carens & oſtentatione.* Quin &, Capitolino teſte, *menſes* Septembrem *atque* Octobrem cùm *Antoninum atque Fauſtinum* (ab ipſius uxoríſq; ſuæ nominibus) *appellandos decreviſſet Senatus, id Antoninus reſpuit.* quanquam cæteroquin honoris ſibi ſuíſve ab eiſdem oblatum delatúmque, quod legitur, aſpernatus. Vide *infrà*, § 17.

Τὸ φιλόπονον! Verùm iſta potiùs Ælii Adriani laus fuerit, de quo Victor: *Immenſi laboris: quippe qui provincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium prævertens.* Sed & hanc laudem etiam Marco tribuit Dio: Vide *infrà ad illa*, ὃ σεμνύνεται. Capitolinus item verbis illis: *Magno igitur labore, etiam ſuo, gentes aſperrimas vicit.*

Τὸ ἀκριτικὸν ἧς ἐχόντων τι κοινωφελὲς εἰσφέρειν | De eodem *l.* 6. § 30. Τὸ ἀνεπιχείρητον ἀνθρώπων παρρησιαστικῶς τοῖς γνώμαις αὐτῶν, καὶ χαίρειν, εἴ τις δεινόν βέλτιον. Optimè Agamemnon *Iliad.* ξ'. *v.* 107.

Νῶϊ δ' οἵη, ὃς τῆς γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσσει,
Ἣ νέῳ, ἠὲ παλαιὸς· ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη.

Sophocl. Antigon.

Ἄναξ, σά τ' εἰκὸς, εἴ τι κρεῖσσον λέγει,
Μαθεῖν, σέ τ' αὖ τῶδ' εὖ γὰρ εἰρῆσθ' ἑκατέρῳ.

Et rurſus:

Μὴ νῦν ἓν ἦδος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει,
Ὡς φῂς σὺ, κ' ἐδὲν ἄλλο, τῶνδ' ὀρθῶς ἔχειν.
Ἀλλ' ἄνδρα, κἂν τις ᾖ σοφὸς, τὸ μανθάνειν
Πολλ' αἰσχρὸν ὑδὲν, καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.

Et denuò,

Καὶ δεῖ λεχθέντα εὖ, κρατεῖν τὸ μανθάνειν.

Et

Et ibid.

Ἓν σοι φρονήσας, ὃν λέγω· τὸ μανθάνειν
Δ' ἄλλον ὃν λέγοντ' ἄκρ', εἰ κέρδ' φέρει.

Anacharsis apud Plutarchum in *Symposio*, cùm quæreretur, ecquid regem maximè illustrem faceret, respondisse dicitur, Ἐὰν μόνος φρόνιμος ᾖ. *Si solus sapuerit.* quod mihi videtur à ratione quàm longissimè dissitum. Itaque malim, quod Stobæus exhibet 2. 48. Ἐὰν μὴ μόνος φρόνιμος ᾖ. Si non solus sapuerit. si sapientia suâ non fuerit confisus nimis, dum se solùm sapere existimat. Quod de Tiresia Homer. *Odyss.* κ'. *v.* 495. de Scipione Cato apud Plut. in *apoph.* & *Polit.* De Chrysippo alii apud Laërt. *l.* 7.

Ὀλίγα πάντα· τὰ δ' ἄλλα αὐλεῖται.

Et Callimach. hymn.

Μοῦνος πανύμνος.

Qualis Creon depingitur à Strattide in *Phæniss.* apud Athen. *l.* 14.

Οὐδὲν σωφρονέστερα Θηβαίων πόλις,
Οὐδὲν ποτε. —

Et à Sophocle in *Antigon.*

Οἱ παλαιοὶ δὲ καὶ δόξαιεν ἂν
Φρονεῖν ἔπος ἀνδρὸς παλαιὸν ἢ τὸν φύσαν;

Siquidem, ut apud eundem Creontem filius patrem prudentior monet;

Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
Ἢ γλῶσσαν ἴσα ἢ ἂν ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.

& Euripidis *Æolo* apud Stob. *tom.* 2. *c.* 22.

— τούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' οἶκον φίλον,
Μήτ' ξυνοίκους, ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν
Πέφυκε, δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενον.

Ità qui solus sapit, bis desipit; dum aliorū consilia respuit & despuit, aliorúmq; consortia abs se abdicat. quibus duobus nihil potest esse principibus perniciosius. fit deniq; quod Plato *ad Dion. epist.* 4. & ex Platon. Plut. *de adulat.* & in *præcept. polit.* αὐθάδεια. ἐρημίᾳ ξυοίκους. De Marco nostro Capitol. *Semper sanè cum optimatibus, non solùm bellicas res, sed etiam civiles, priusquam faceret aliquid, contulit.* denique, sententia illius præcipua semper hæc fuit, *Æquius est, ut ego tot & talium amicorum consilium sequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem sequantur.* Optimè L. Æmylius apud Livium *l.* 44. *Non sum is qui non existimem admonendos duces esse: imò cum, qui de sua unius sententia omnia gerat, superbum judico magis quàm sapientem.*

Τὸ ἀπαρεγχείρητος εἰς τὸ καθ' ἑξῆς ἀπορευτικὸν ἀνήρ | De eodem *l.* 6. § 30. Ὡς ἀκλινὴς καὶ ἑξετικὸς ἐν ὧν καὶ φρόνιμον. Capitol. *Fuit sanè eâ constantiâ, ut septenis & novenis annis in provinciis bonos præsides detineret.*

Τὸ ἐμφρονέστερον, καὶ μᾶλλον χρήσιμον ἐντάσεως, καὶ ἧττον ἀνέσεως | *Diligens agri cultor, mitis, largus; & omnia hæc cum mensura.* Capitol. Vide *suprà* quæ de Apollonio § 8. Seneca, *epist.* 89. *Impetus ex dignitate rei cujusque concipitur, proinde remissior acriorve, prout illa digna est peti.*

Τὸ παῦσαι τὰ ἐπὶ τοῦ ἔρωτος ἧττον μετρίων | quibus scil. cum Hadrianus, tum & Trajanus nimiò perè addicti: utì ex Dione liquet & Capitolino. Vide *infrà* § 17. Θεσπέσιος.

Ἡ κοινοπραγωσύνη | *quod utilitati publicæ omnes cogitationes impendebat.* Xyl. Κοινοπραγωσύνη vocabulum compositione novà, vel à nostro fabricatum, vel à suis receptum. hoc enim Stoicis familiare fuisse deprehender, qui in eorum quæ superfunt fragmentis versatus fuerit, nova subinde prout usus postulabat, compositionis Grammaticæ ope, comminisci & procudere vocabula. Insolens itaq; vox ista; & rei propemodum insolentis. Nam quod Paulus conqueritur *ad Philip. c.* 2. *v.* 21. Πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν. *Quæ sua sunt, plerique quærunt:* (quod charitatis esse negat idem Apost. *ad Cor. ep.* 1. 13. 5. οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς) in ore subinde habentes, vel Davidicum illud *Psal.* 4. 6. *Quis nobis commodi aliquid repræsentabit?* vel Theocriticum istud ex *Idyll.* 16.

Αὐτῷ μοί τι γλύκιον. —

Et quod Pindarus *Nem.* 1. Gregor. Naz. *in Julian. l.* 1. & Greg. Presb. in *vit. Naz.* Τὸ ὀικεῖον πάζει πᾶν. τῶν δὲ δημοφελῶς καὶ κοινῇ διαφερόντων ὀλίγοι τοῖς πολλοῖς ἕνεκα φέρονται. Herodian. *l.* 2. hoc est, ut Tacit. *Annal. l.* 17. *Privata cuique stimulatio, vile decus publicum.* Ità quod idem *ibid. pessimum veri affectus venenum, sua cuique utilitas.* Et quod Livius *histor. l.* 20. *Privatæ res semper officere, officientque publicis consiliis.* Dum, Ἐν βραχεῖ μὲν μοίρᾳ σκοπῶσι μᾶλλον τῶν κοινῶν οἱ πλεῖστοι τὰ δὲ πλείονι τὰ οἰκεῖα προτιμῶσιν. ὅσῳ τῷ ἰδίῳ λυσιτελοῦν τὸ κοινὸν ἀδέεσι φθείρεσθαι. Thucyd. *hist. l.* 1. & quod Lysias *adv. Philon.* Παρέλυσε τοῦ τῆς πόλεως κοινοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι τὸ ἑαυτοῦ ἴδιον κέρδος ἦλθον, διὰ τοῦτο μὴ τῇ πόλει, ἀλλὰ τύραννος αὐτοῖς ἠγεῖσθε. Πόλεσι δ' ἄρχουσι, ὁ αὐτῷ ἄρχων. Euripid. *Heracl.* vide & Aristotel. *polit. l.* 2. *c.* 3. Eò igitur laudabilior fuerit in Antonino κοινοπραγωσύνη ista, quò in plerisque rarior: quâ *potior* habetur *privatis vel rebus vel necessitudinibus respublica*; ut Liv. *l.* 24. &, *communia propriis præjudicare*, ut Bernard. *de temp. Serm.* 58. οὐ χρὴ τὰ ἴδια πρὸ κοινῶν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ πρὸ ἰδίων προτίμητέον. Apollon. Tyan. *epist.* 66. Eam principi suo Claudian. his verbis commendat, in *Honor. Cos.* 4.

— *consule cunctis,*
Non tibi: nec tua te moveant *sed publica vota.*

Eam certè in Pio cum primis prædicat Capitolinus his verbis: *Tantâ sanè diligentiâ subjectos sibi populos rexit, ut omnia & omnes, quasi sua essent, curaret. itaque provinciæ sub eo cunctæ floruerunt. Ibid.* & in Catone, Lucanus *l.* 2.

— *urbi*

——urbi pater eſt, urbique maritus;
In commune bonus.——

In Galba, Plaut. in *Galb.* Ὁ δὲ Γάλβας ἀεὶ μὲν δίκαιος περὶ τὸ ἴδιον τὸ κοινὸν ἐπιμελὴς. In Severo, Galenus *ad Piſon. de Theriac.* Νομίζεται τὸ μέγιστον ἐν τῆς βασιλείας μέρος, τὸ τὸ κοινῆ συμφέρον. In Athenienſibus priſcis Demoſth. *Olynth.* 3. Οὐ δὲ εἰς ἀδικίαν ἐτρέπετο, αὐτοῖς τὰ τῆς πόλεως· ἀλλὰ τὸ κοινὸν αὔξειν ἕκαστος ἐφρόντιζεν. In Lacedæmoniis cum primis, Plut. in *Lycurg.* Τὸ δὲ ὅλον, inquit, εἰθίζει τοὺς πολίτας μὴ βούλεσθαι μήτε ὄφελεσθαι κατ' ἰδίαν ζῆν, ἀλλ' ὥσπερ τοὺς μελίττας, περὶ τὸν ἡγεμόνα συμφυεῖς ὄντας ἀεὶ καὶ τὸν ἄρχοντα, μικρᾶ δεῖν ὑπερφυῶς ἑαυτῶν ἐνθουσιαστὰς καὶ φιλοπολίας, ὅλως ἐν τῆς πατρίδος. vide *l.* 7. § 4.

Cæterùm in diverſum abit & reclamat hîc Xylandro de vocabuli hujus interpretatione par illud in republica literaria honoratiſſimum, Iſaac. Caſaubonus & Claud. Salmaſius, in eruditiſſimis ſuis *ad hiſtoriam Auguſtam commentariis.* Ille, *Propria*, inquit, *Marco vox eſt iſta, eruditiſſimo interpreti minùs intellecta. Sic autem appellat civilitatem, & virtutem illam, per quam cenſeri communi cum cæteris civibus jure æquo animo aliquis patitur. Herodianus vocat* τὸ μέτριον καὶ ἰσόμοιρον. vide pòſt in Διατριβικὸν ἦθος φίλων. Iſte pariter pro eo vult ſumi quem *communem ſenſum* vocat Juvenal. *l.* 3. *Sat.* 8. verbis iſtis;

Hæc ſatis ad juvenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit & inflatum plerumque Nerone propinquo.
Rarus enim fermè ſenſus communis in illa
Fortunâ.

Significat, inquit, *modeſtam illam, moderatam, uſitatam, & ordinariam, ut ità dicam, hominis mentem, quæ in commune quodammodò conſulit, nec omnia ad commodum ſuum refert, reſpectúmque etiam habet eorum cum quibus verſatur, modeſtè, modicéque de ſe ſentiens.* Eodémq; refert uterq; quod in ſequentibus adjicitur, tanquam vocabuli iſtius interpretamentū, de facilitate animi in concedendo amicis, nè ſe comitarentur, aut ſecum convivari cogerentur, ſi id ipſi nollent: quam & in Marco notat Galenus, qui in *comment.* εἰς τὸ περιγινόμενον, φιλανθρωπίαν καὶ χρηστότητα ἐν τῷ πρὸς ἑτέρους βίῳ, μετεσκεύασε καὶ συνωμοσωμένην, nuncupat. Juvenali Senecam adjungere licet, *ad Lucil.* ſuum *epiſt.* 105. *Odium ex offenſa ſic vitabis, neminem lacеſſendo gratuitò: à quo te ſenſus communis tuebitur.* De Tho. Moro noſtro Eraſmus *epiſt. ad Ulr. Huttenum, Nemo minùs ducitur vulgi judicio: ſed rurſus nemo minùs abeſt à ſenſu communi.* Nec multùm diſtat quod Apoſtolus *ad Rom. c.* 12. *v.* 16. Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. *Communem ſenſum* in Trajano hunc prædicat Plin. in paneg. *non de tyranno, ſed de cive; non de domino, ſed de parente loquimur. unum illi ſe è nobis putat; nec minùs hominem ſe quàm hominibus præſſe meminit.* In Marco Eutrop. *hiſt. Rom. l.* 8. *Hic cùm omnibus Romæ æquo jure egit: ad nullam inſolentiam elatus eſt imperii faſtigio.* Etiam poſt imperium collatum & ſuſceptum, τῷ αὐτῷ τρόπῳ χρώμενος. Ariſtid *orat. in Marc.* De Claudio Sueton. *l.* 5. *c.* 12. *In ſemet parcus atque civilis, præ nomine Imperatoris abſtinuit*, nimios honores recuſavit. Sed *c.* 35. *non ſine nota aliqua, jactator civilitatis.* De Pio ipſo Jul. Capitolinus, *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit.* De Marco denique noſtro Capitolin. idem, *In imperio ità civiliter ſe geſſit, ut lenitatem Pii nemo deſideraret.* Et mox; *Cum populo non aliter egit, quàm eſt actum in civitate libera.* Déque eodem Joan. Aventinus *annal. Boior. lib.* 2. *Admodum clemens & civilis erga omnes, adcuntium cuivis dextram placidè dabat.*

Καὶ τὸ ἐφεῖσθαι τοῖς φίλοις μήτε συνδιαιτᾶν αὐτῷ πάντως | Lamprid. de Alexandro Severo: *Cum amicis tam familiariter vixit, ut communis eſſet eis ſæpe conſeſſus, iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos. quotidiani igitur illi convivæ imperatorum, etiam non vocati aderant, & adeſſe quodammodo cogebantur, quòd ſine illis eſſe non poſſet princeps.* non tenuit autem hunc morem Marcus, ſed amicos liberabat hac neceſſitate veniendi, & gratiam illis faciebat ſecum convivandi, ubi ipſis collibuerat; Patrem Pium, ut hoc loco ipſe teſtatur, imitatus, quòd ſequiùs tamen interpretati ſunt quidā, & ad mores Marci arrogantes referre conati ſunt, qui faſtigium principis ſervare cuperet. *Dederunt crimini*, inquit Capitolinus, *quod aulicam arrogantiam confirmaverit, ſubmovendo amicos à ſocietate communi atque à conviviis.* Salmaſ. *ibid.*

Μήτε συναποδημεῖν | dicere nimirum ſolebat, *Grævem eſſe provincialibus comitatum principis etiam nimis parci.* Capital. Verùm Marcus hâc ratione Pium prædicat profectionem communem amicis condonâſſe, ne illis ipſis gravis potiùs ac moleſtus officio minùs neceſſario exiſteret. quo nomine Marcum item commendat Galenus locis paulò ante adductis. Χρηστόν τ' ὄντα, inquit, καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν ἐξωνήσω πᾶσιν ἡμῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ μένειν.

Ἀεὶ δ' ὅμοιον αὐτὸν καλλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῆς δι' ἡδονὴν πάσης ἀπολειφθέντων | M. Caſaub. de negotiis accipit, quæ cum neceſſaria aliqua occaſione interveniente, priuſquam confici poſſent, abrumpere cogebatur, eundem illū, h.e. pariter affectum, parāque ſentientem, ubi ad illa jamdiu intermiſſa rediret, ſemper deprehenderent. At Xyl. (cui accedo potiùs, ſuadente dictionis ipſius ſerie) de perſonis, amicis putā, familiaribus, miniſtris; quòd etiam cum neceſſitate aliqua eum comitati non fuerant,

rant, aut etiam ob cauſſas neceſſarias, quo minùs id poſſent, ab ipſo, cùm aliquò proficiſceretur diutius forſan abfuturus, relicti, eundem tamen tam abſentes quàm præſentes experti ſint. Vitium illud notâſſe videtur crebrum nimis, à quo Pius immunis fuerit, quò abſentium amicorum rationem nullam aut exiguam ſaltem habere ſolent plerique, quos præſentes tamen colere cum primis præ ſe ferant. Quò trahit Athenæus *dipnoſoph. l.* 5. tritum ſermone vulgari illud, quod ille πλὴν μισανθρωποτάτων ἁπάντων indigitat;

Τηλῦ φίλοι ταῦτ' ἴσθι, οὐκ εἰσὶν φίλοι.

Amici, amici non ſunt, qui degunt procul.

Et reverâ ſicut apud Romanos *lege Pompeiâ, ab honorum petitione abſentes ſubmovebantur*; Suet. *l.* 1. *c.*28. ità & pleriſque, bonis etiam candidiſque, abſentium benè meritorum quoq; oblivio quandoq; obrepit. Cæterùm quod in Pio Marcus hic prædicat, Epicuri dogma vult eſſe Laert. *l.* 10. qui ſapientem dixerit, húncque ſolum, Χάριν ἕξειν φίλοις καὶ παρὼν καὶ ἀπὼν ὁμοίως, διά τε ὀλίγ. ὅτι μήτις στρεβλῶται, ἔνδα καὶ μύζει καὶ ὀιμώξει. deſcripſi & quæ ad præſens negotium nihil faciunt, quò loco malè habenti medelam tentarem. Sic vertit Ambroſ. Camaldun. *Gratiámque amicis præſentibus æquè ac abſentibus habiturum ſapientem, ſolum, atque item in itinere: quum tamen cruciatur, & ingemiſcet & ejulabit.* Verùm, quid hoc eſt, *in itinere gratiam habere?* aut quò ſpectat? tum quæ arena ſine calce? aut quàm bella commiſſura illa? *quum tamen cruciatur*, &c. quid enim iſtud ad gratiam amico habendam? eò, utl videtur, reſpexiſſe voluit, quod antè dictum fuerat, Κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ σοφὸς, ἴδῃ αὐτὸν ἐυδαίμονα· ὅτε μήποτε στρεβλῶται, ἔνδα καὶ μύζει καὶ ὀιμώξει. ità ſenſus erit, *ſapientem, etiamſi in tormentis quoque conſtitutus beatus ſit, inter torquendum tamen ingemiſcere atque ejulare.* μύζειν *ingemiſcere.* de Delphino Ariſtot. *hiſt. animal. l.* 8. *c.* 2. ἔξω δ' ζῇ πολὺ χρόνον, μύζων δὲ πένων. atque indè μυσμὸς, ὁ στεναγμὸς. Suid. tum ſubjungenda, μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν, &c. quæ ad præſens inſtitutum pertinent.

Καὶ τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς — καὶ ὀλίμονον· ἀλλ' ὃ τὸ φερεπίση. Ex conjectura adſcripſi, καὶ ὅπ ὃ φερεπίση, ejuſmodi aliquid exigente ſenſu, & dictionis ſerie. Verùm D. Boorius mavult, ἀλλ' ὃ πῶς φερεπίση· quod & Annotator Lugd. cenſuit. D. Jun. ὃ φερεποιῆται & ἀρκυδόνλα. Illud autem Merici, ὀλίμονον ἄλλω, quod de *patientia* vult intelligi *in aliis audiendis*, ego concoquere non poſſum: ſicùt nec, quod ex paternis commentariis adducit, ἀλλ' ὃ τὸ, Περαπίση, &c. acſi alterius cujuſpiam dictum citaretur. De Pio pariter iterum Marcus *l.* 6. §. 30. Καὶ τὸ ἀεὶ καταλήψιν φερσμάτων φιλόπμον· καὶ ὡς ἐκείνῳ οὐκ ἐν τι ὅλως φαῦλον, μὴ φέρειν ἢν ὑδρα καθιδὼν καὶ σαφῶς νήσας. Ubi vides & ſententiam eandem; & geminam huic, quam nos damus, ſeriem etiam dictionis. De eodem Jo. Xiphilin. Λέγεται ὁ Ἀντωνῖνος ζητητικὸς γενέσθαι, καὶ μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα τῆς ἀκριβολογίας ἀφίεσθαι ὅθεν αὐτὸν οἱ σκώπτοντες καὶ κωμικώτερόν τινα ἐκάλουν. Nec hac in parte Pio diſpar Marcus; de quo Caſſius, Δικάζων τὰς τε πίστεις καὶ τὰς ἀναγκαίους ὧν μακρότερον ἐποιεῖτο, ὅτε πρόκριθεν τὸ δίκαιον ἀκριβῶν. —— φιλόπονος καὶ ἀκριβὴς πᾶσι τοῖς τῆ ἀρχῆ προσήκουσι προσφέρετο· καὶ ὅδεν ἐν παρέργῳ ἔπρα ἐλέχθη, ἔτε ἔγραφεν, ἔτε ἐποίει· ἀλλ' ἔχειν ὅπη καὶ περὶ τὰ βραχύτατα πάντας ὅλως ἀνύλισεν, ὡς ἀξιῶν τὸν αὐτοκράτορα ἐξ ὑποθέσεως τι φρονεῖν. Pertinet autem huc Platonis illud in *Phædon.* Ἐμοὶ δοκεῖ περὶ μὲν τοιούτων, τὸ μὲν σαφὲς εἰδέναι ἐν τῷ νῦν βίῳ, ἢ ἀδύνατον εἶναι, ἢ παγχαλεπόν τι. τὸ μέντοι τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν μὴ οὐ πάντα τρόπῳ ἐλέγχειν, καὶ φαφίσασθαι πρὶν ἂν πανταχοῦ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πάνυ μαλθακοῦ ἐστὶν ἀνδρός.

Τὸ διατεμπτὸν μὲν φίλον | *l.* 6. §. 30. τὸ βέβαιον καὶ ὅμοιον ἐν τοῖς φιλίαις. De Auguſto Sueton. *l.* 2. *c.* 66. *Amicitias neque facilè admiſit, & conſtantiſſimè retinuit.* Et de Conſtantio Liban. *Orat.* 3. Εἰς μὲν τὸν μὲν ἐπιδεέστερον κολάζων, ἵνα μὴ πρὸς ὀξύτητος ἰσχυρόν· ὡς ἢ ἰσχυρόν ἄπαξ, οὐκ οἶδως ὀξυμοιρεῖν· ἐπὶ ἀναλίσκων χρόνῳ τὸ φίλτρον, ἀλλ' ἐπιεικέστερον τῇ σωμοσίᾳ τὸν τρόπον. Solonis id monitum, Φίλος μὴ ταχὺ κλῶ· ὡς δ' ἂν κλίνῃ, μὴ ἀποδοκιμάζε. Laert. *l.* 1. De Pio Capitol. *Amicis ſuis in imperio ſuo non aliter uſus eſt, quàm privatus.* Et rurſus; *Convivia cum amicis & privata communicavit & publica. Frequentavit & ipſe amicorum ſuorum convivia.* Verùm hæc potius ad civilitatem referenda fuerint.

Καὶ μηδαμοῦ ἀψίκορον, μηδὲ ἐπιμανῆς | ſcil. *furor* & *faſtidium*, ſive *amor inſanus*, & *præpropera ſatietas*, apud animos verſatiles per vices obtinent, ſibiq; invicem ſuccedunt. ità Thamarem ſororem Amnon Davidis filius, quam paulò antè inſanè deperierat, expletâ libidine, mox penitiſſimè eſt averſatus. *Hiſt. Reg. l.* 2. *c.* 13. *v.*15. Πτίωσι γὰρ αἱ ψυχαὶ ἐρώντων καρδίαι, inquit Clemens *pædag. l.*2. *c.*10. καὶ σβέννυται μετανοίᾳ τὸ φίλτρα· χρῆται ἡ πολλάκις τὸ φιλεῖν εἰς τὸ μισεῖν, ὁπότε ἂν αἴσθηται τῆς κακοτροπίας ὁ κόρος. Apud Senecam Tragœd. *Medea*, 3. 1.

Si quæris odio miſera quem ſtatuas modum,
Imitare amorem. —

Ità quod Plato *politic. l.* 8. Τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τι ποιεῖν, μεγάλῳ φιλεῖ εἰς τἐναντίον μεταβολὴν ἀπαποδίδναι. Hoc eſt quod in juvenibus notat Ariſtoteles

Rhetor. l. 2. c. 12. Οἱ γὰρ ὑμπόσιοι καὶ ἀφίκοιτο ὀψὲ τὰς ὀδυνηρὰς καὶ σφόδρα μὴ ὀπόδυσιν, καὶ ἧκιστα πάντες. Est autem ἀφίκοιτο metaphorice ab eis translatum, qui cibos ilatim, ubi minimum libârunt, satiati repudiant. Suid. ἀφίκοιτο, ὑμετάλλῳ, ἢ ὁ πρὸς ἡδονὴν ἀφεὶς τὸ ἄλλο σῶμα τοῦ ἀναδῦναι κορεσθέντος. qui & Marci verba mox subjungens σωπᾶν δὲ εἴη ὀφὲς τὸν φίλον, καὶ μαλακοῦ ἀφίκοιτο. Eum secuti interpretes ad Pii adversùs amicos affectum referunt haud incommodè. quanquam potest etiam latiùs sumi, ut reliquum etiam vitæ institutum respiciat.

Τὰ αὐτάρκη ἐν πᾶσι | ἀς ὀλίγοις ἀριθμῷ. *l. 6. § 30.* neque enim assentior Xylandro vertenti, *In omnibus omnia sua in se repostta habebat.* nec ea mens Marci, istic saltem. malim, vel *modico*, vel *sorte contentus.* Epicur. *ad Menæc.* Τὸ αὐτάρκειαν ἡ ἀγαθὸν μέγα νομίζουμεν· οὐχ ἵνα πάντως τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα· ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ ἔχωμεν τὰ πολλὰ, τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα, πεπεισμένοι γνησίως, ὅτι ἥδιστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἧκιστα ταύτης δεόμενοι.

Τὸ φαιδρὸν | τὸ ἥδιον τὸ σεμνότερον. *ibid.*

Τῶν ἀναγκῶν σεμνοποιητὴν | Nec in hoc Pio dispar Marcus, qui *cunabulis post puerorum lapsum cultrices subjici jussit. unde hodieque rete prætenditur.* inquit Capitol. Ità *Philosophia* (ut apud Senecam *epist.* 17. Cicero) *& in maximis opitulatur, & ad minima descendit.* Verùm in Capitol. Salmasius pro *cunabulis, funambulis* legendum contendit; quem vide lis *ad Marci vitam.*

Καὶ πᾶσαν καλακείαν ἐκ' ἀπὸ φιλεῖσθαι | συσταλεῖσθαι Xyland. Verùm mutatu nihil opus: cùm & φίλεσθαι & φιλεῖσθαι simplex, *comprimendi, reprimendique* significationem obtineat. ità medicis dicuntur pharmaca quædam κοιλίαν στέλλειν, *ventrem supprimere*, ut Alexandro Aphrodisæo, an Tralliano (hoc enim vult Mercurial. *gymnast. l. 1. c. 11.*) in *præfat. problem.* idémque alibi, αἷμα δὲ φιλῶν· *cùm autem sanguis repressus fuerit.* De Alexandro Mammææ Lamprid. *Salutabatur autem nomine, hoc est, Ave Alexander: si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti adulator vel abjiciebatur, vel ridebatur.*

Τὸ φιλαπαιδὲ τῆς ἀναγωγίας τῇ ἀρχῇ | Hujus rei documentum esse potest, quòd *salaria multis subtraxit, quos otiosos videbat accipere, dicens, Nihil esse sordidius, quàm si rempublicam ii arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent.* Capitol. qui & de Marco: *In largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit: quod laudi potiùs datur, quàm reprehensioni.*

Καὶ ταμιεῖον τῆς χρηίας | *Sumptus procurabat.* Xyl. *Impensarum rationicinium custodiebat.* Cæs. qui & de *Imperii rationicinio* accipit, quod apud Pium habuerit. da quo & Capitol. *Rationes omnium provinciarum solvit & vectigalium.* indéque κωμῳδεῖσθαι dictum, quòd in istis exigendis districtiùs ageret. Verùm de diverbii illius occasione suprà diximus. Malim & istic τὸ ταμιεῖον τῆς χρηίας, de *sumptuum erogatione moderandâ & attemperandâ*, quàm de redituum rationibus exquisitè conficiendis interpretari. Pium scil. in illis *cendum* magis quàm *promum* se exhibuisse.

Καὶ ὑπομονητικὸν | Ità *l. 6. § 30.* τὸ μακρόθυμον καὶ ὡς ἔστιν ἰδεῖν τοῦ ἀδίκως αὐτὸν μεμφομένου μὴ ἀντεμφορμένου.

Ἐπὶ δὲ τούτων τονῶν | τόνον istic *rigorem* significare vult Mericus. Verùm τόνον, non τονῶν, esset à τόνω· & *rigares* dicere durius paulò videatur. Xylander τῶν legit, cui calculum do, operarum mendum merum subesse opinatus.

Μήτε περὶ τοῦ θεοῦ δεισιδαίμονα | Ita *l. 6. § 30.* de Pio: Θεοσεβὴς χρεὶς δεισιδαιμονίας.

Μήτε περὶ ἀνθρώπους δημοκοπικὸν | quod de eis usurpatur, qui muneribus ac viscerationibus populum demereri studio habent. Plut. *præcept. polit.* Τὸν μὲν ὦν λύκον ὅ φασι δεῖν ὥσπερ κρατῆρα δῆμον ἢ πόλιν ὑπ' ἀγαθῶν ἄρχειν δεῖ μᾶλιστα καὶ, καθάπερ ἔνιοι φασὶ δημαγωγῶν περὶ λόγων, (leg. λόγης) λαβεῖν ἀμύητος καὶ ἀτέχνως ζητοῦντες ἐν τοῖς πολλοῖς τῆς γαστρὸς ἅπτεσθαι, εὐοχθοῦντες, ἢ τὰ βαλαντία διδόντες, ἢ πυρρίχας ἄνας, ἢ μονομάχων θεάματα θεραπεύοντες ἀεὶ, δημαγωγοῦσι, μᾶλλον ἢ δημοκοποῦσι. δημαγωγία γὰρ ἡ διὰ λόγου πειθοῦς ἀρχὴ· αἱ δὲ τοιαῦται πανδοκεύσεις οὐκ ὄχλον, ἀλλ' ἀλόγων ζώων ἀγέλας καὶ βουκολίαν διαφέρουσι. nec multò pòst idem genus hominum perstringens: Οὗτος ἀπέρατον ἐφόδιον ἰσχνότητος ἅμα καὶ δεινότητός ἐστι ὁ πόλεσι καὶ δήμοις ὀψὲ ἕνα δι' ἀεστιὸν ἐξαγόμενος. αἱ δ' ὑπὸ διαφθορᾶς, ἢ νεωτέρων, ἢ μονομάχων ἀδύνατοι πυκνὰ καὶ ἀδιάδυτοι ἐπιπεσοῦσαι πολλαπλοῦν ὄχλον, ἀεὶ τῇ διδόντι καὶ χαριζομένῳ ἐφεπομένην ἐφύσησέν τινα καὶ αἰθέριον δόξαν. δημοκοπίαν & δημαγωγίαν distinguit, ut illa sit populi favorem muneribus captantium, ista orationibus.

Νήφων δὲ πᾶσι | *præcipuè sobrius.* Capitol. Verùm hoc restrictius. Apostolus *ad Timoth. ep. 2 c. 4. v. 5.* Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι. Et *ad Thessal. ep. 2. c. 3. v. 6.* χρησόμεθα καὶ νήφωμεν. De Scipione Polyb. *l. 10.* ἀσχήνως καὶ νηπίως. quod ob vocabuli insolentiam observo magis.

Παρόντων μὲν ἀνεπιτιμήτως ἀπολαῦσαι, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι | Ità paulò pòst, καὶ ἀπόχρεως, καὶ ἀκολούθως ἐδίωκτο. Quod de Aristippo ferè Laert. *l. 2.* Ἀπόλαυε μὲν γὰρ ἡδονῆς ὅτι παρόντων, ἐκ ἐπιμεμφὲς δὲ πόνῳ τινὶ ἀπόλαυσιν ὅτι οὐ παρόντων. Sentit nimirum, quod idem *ibidem*, ὅτι τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῆς, ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι. De Aristippo tamen Flaccus *l. 1. epist. 17.*

Tentantem majora, ferè præsentibus æquum.

Quod Isocrates Demonico § 19. στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω.

Ἀπορ-

Ἀπόντων ἢ μὴ δῆδε | τότι γὰρ δύναται, ὅταν δὲ τὸ μὴ παρῇναι ἀλγῶμεν. Epicur. *ad Menec.*

Καὶ τὸ μήτε ἄν τινα αὐτῶν | rectè Xyl. *Nemo fuit, qui eum esse diceret.* id est, verè dicere posset: per opprobrium scil. neque enim ἀγνωμοσύνῃ sunt quæ sequuntur, ut eruditus interpres Anglicanus opinatur; Sed σοφιστικὰ potiùs καὶ διανοητικά.

Μήτε ὑπ σοφιστῆς | Alluſit ad ζῆλον σοφιστῶν, quem ſuprà attigerat, § 7. De eodem *l.* 6. § 30. ὁ σοφιστής. Ec Capitolin. *Fuit vir formâ conſpicuus, ingenio clarus, — Singularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, — & hæc omnia cum menſura, & ſine jactantiâ.* Nam quod vir doctiſſimus *Sophiſtæ*, aut *Scholaſtici* etiam nomen in meliorem partem hîc accipi laudiſque loco haberi opinatus eſt, ab autoris mente quàm longiſſimè aberravit. quod & illud ex *l.* 6. planiſſimè adſtruit. Marci ſenſum optimè explicabit Plutarch. *de audiend.* ubi ſophiſtarum ingenium praxinq; depingens; Ὁ μὲ γὰρ, inquit, Μελάνθιος, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς Διονύσου τραγῳδίας ἐρωτηθεὶς, οὐκ ἔφη κρανδὸν αὐτῷ εἶναι περὶ ὀνομάτων ὀκτὼ συλλαβῶν· αἱ δὲ περὶ πολλῶν διαλέξεις καὶ μαλίστα σοφιστῶν, ὑμῖν μὲν τοῖς ἀνόμασι θεραπεύσασαι χάριν περὶ διανοημάτων, ἀλλὰ καὶ τῷ φωνῷ ἐκμαλακίας τινὰ καὶ μαλακότητι καὶ κεκλάσεσιν ἐκπλύνουσι ἀκαχήκασι καὶ σκιρρώσει πρὸ ἀπορωθήναι, κωλῶν ἅδην διδόντες, καὶ κενοτέραν δόξαν ἀντιλαμβάνοντες. Clemens itaque *ſtrom. l.* 1. Ἡ δὲ σοφιστικὴ, inquit, τέχνη, δυνάμεις ἔχει φαντασικὰς, διὰ λόγων δόξαν ἐμποιητικὰ ψεύδους, ὡς ἀληθοῦς. περίεργοι γὰρ σοφοὶ ὑφ' ἡδονὴν τοῦ ῥητορικοῦ· σοφὸς τὸ ἀγαθιστικὸν ἢ τοῦ ἐριστικοῦ. ἀντικρὺς γὰρ ἦν ὁ Πλάτων χαρακτῆρα σοφιστοῦ τοῦ σοφιστικοῦ ὄ, τε Ἀριστοτέλης ἐπόμενος, κλεπτικὸν τινα αὐτῶν ἀποφαίνεται· ἅτε τὸ ὅλον τῆς σοφίας ἔργον πλουτοῦσι φαινόμενον, καὶ ἐπαλλαττόμενον σοφίαν, ὧν οὐκ ἐπιλείπουσιν. ὁ μὲν βαρβάρῳ ἢ σοφιστὴς, κενοδοξίᾳ τῆς ῥητορικῆς ἀσκῇ μόνῳ τὸ πλουτεῖν ἔργον ἢ, τὸ ἐπιχειρεῖν καὶ τέλος. ὁ πλοῦτος ὕστερον τῆς ἐριστικῆς ἀσκῇ μόνῳ, τὸ δόξαν ἔργον ἢ τὸ ἀγώνισμα καὶ τέλος, ὁ νίκη. τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον καὶ τῆς σοφιστικῆς ἀσκῇ μόνῳ τὸ φαινόμενον ἔργον ἢ δοξῶν· τὸ μὲν ἐν ῥητορικῆς, ἐξοδικὸν φαινόμενον· τὸ ἢ ἐν διαλεκτικῆς, ἐρωτικὸν· τέλος ἢ αὐτῆς ἡ ἔμπειρία. Vide Platonem in ſophiſta, qui totam illam diſſertationem ſatis prolixam in hoc genus animalium definiendo inſumpſit, cujus inſtituti rationem prodit nobis Plutarch. inſignem nimirum nugatorum iſtorum per Græciam eo ſeculo feraciratem, qui acceprà à juventute poriſſimùm pecuniâ ſapientiam edocturos ſeſe pollicebantur, cùm nihil minùs quàm quod profitebantur præſtarent. Sic enim ille *Plat. quæſt. l.* Καὶ γὰρ ὅπερ ἐν πόλει, τότε φασὶν συνῆν σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι· καὶ τότε οἱ νέοι πολὺ πλεῖστα ἀργύριον, ἐπίμαστον ἐπαιρόντο, καὶ δόξοσοφίας, καὶ λόγων ζήλῳ, χαλεπὸν καὶ διαπεφθὰς ἀπεράτους ὄν ἕξιν καὶ φιλοτιμίας ἀγωγῆς, κακὸν ἢ καὶ χρήσιμον ὑπ' ὀπῆν. Iraq; Dio Pruſ. *orat.* 4. Eunuchis iſtos confert, quos, ut illa apud Comicum, *aiunt mulierum eſſe amatores maximos, ſed nihil poſſe*; ſaltem, ſiquid quàm maximè moliti fuerint, nihil procreare, eſt certo certius. Vide *ſuprà ad* § 7. & *ad l.* 9. §. 29.

Μήτε ὑπ ὀικογλυὸς ὑφείλετο | Οἰκογλυὸς ad verbum, qui Hebræis יליד בית *Jerem. c.* 2. *v.* 14. quanquam Mericus noſter gloſſema eſſe merum cenſet, quod è margine in textum irrepſerit. Verùm de hoc alii viderint. Servi interim, ut Moſis Græcus interpres, *Geneſ. c.* 17. *v.* 13. vel ſunt ἀγοραῖοι, vel ὀικογενεῖς. eandem habes diſtinctionem apud Tragicum in *Oedipo Rege*; ubi opilio regius οὐ ξένος, ὀικέτης, ἀλλ' ὀικογενὴς. Hi Latinis *Vernæ, vernulæ, vernáculi*, quod hîc noſter uſurpavit. De Macrino Capitol. *In vernaculis vel aulicis, tam impius, tam aſper, ut ſervi illum ſui non Macrinum dicerent, ſed Macellinum.* Seneca de *benefic. lib.* 6. *cap.* 11. *Alter apud proximum circulatorem reſedit, & dum vagus atque ferè vernaculis congregatur & ludit*, &c. Horum autem, cùm ſub oculos ipſorum educarentur parvuli, petulantiâ & procacitate oblectabant ſeſe familiariter patroni. Talis ille, qui Senecæ *ep.* 12. *Non cognoſcis me?* inquit. *Ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria afferre, Philoſiti villici filius, deliciolum tuum.* Martial. *l.* 14. *epigr.* 54.

Si quis plorator colle tibi vernula pendet,
Hæc quatiat teneræ garrula ſiſtra manu.

Et de Erotio *vernula* ſua, ſic enim appellat *l.* 5. *epigr.* 38. *Diſtare non te vernulæ pudet mortem?* *ibid. ep.* 35.

Inter tam veteres laudat laſciva patronos,
Et numen blæſo gutturat ore meum.

Seneca *de provident. cap.* 1. *Cogita filiorum nos modeſtiâ delectari, vernularum licentiâ; illos diſciplinâ triſtiori contineri, horum ali audaciam.* Indè *vernæ procaces* dicti Horatio *Serm. lib.* 2. *Sat.* 6. & *vernilitas* ἀπὸ τῆς βωμολοχίας. Martial. *lib.* 1. *epigr.* 42.

Urbanus tibi, Cæcili, videtur,
Non es, crede mihi. quid ergo? Verna es.

Et *l.* 10. *epigr.* 3.

Vernaculorum dicta, ſordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis.

Cicero *Bruto.* § 172. *Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetiſſimum, cùm familiari noſtro Q. Granio dicacitate contendere. Sed Tincam, non minùs multa ridiculè dicentem, Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo.* Ammianus *hiſt. l.* 17. *Julianum appellantes loquacem talpam, literionem Græcum, & huic congruentia plurima atque vernacula jactantes.* De Vitellio Sueronius *l.* 9. *c.* 14. *Nullis tamen infenſior quàm vernaculis & mathema-*

ticia. quam ſcripturam tamen ſolicitat Joſ. Scalig. Propugnat Juſt. Lipſius. De mancipiis pariter Senec. *de Sap. conſtant. c.* 11. *Nos mancipiorum noſtrorum urbanitas, in dominos contumelioſa, delectat: quorum audacia ità demum ſibi in convivas jus facit, ſi cepit à domino.* Quòd autem ex Epicteto *diſſert. l.* 4. *c.* 2. ἁδῶ τοῖς σωμάσι, ſive *officioſum atque obſequioſum* hominem, vir doctus hic deſignari exiſtimavit, nullâ id certè ratione niti videtur; cùm iſtud τὸν ἀγεννῆ magìs quàm *vernulam* ſapiat; & procacem potiùs, ac pro *vernularum* more leviculè ſe gerentem Marcus voluiſſe videatur; ſive ut Plautinâ linguâ loquar, ex *Mil.* 4. 2.

Cavillatorem facetum magis quàm convivam commodum.

Meliùs certè Ann. Lug. *dicaculus, quales ſunt vernulæ.*

Μήτε ὃν σχολαστικὸς | *homo de ſchola*, Xyl. atque ità Cicero *de Orat. l.* 2. *homo de ſchola, atque à magiſtro, & Græcis literis eruditus.* De Maximinis patre & filio Alexander Mammææ in *epiſt. ad matrem*, quam Capitol. in *Max. min.* exhibuit; *Sed timeo, nè ſoror mea Græcis munditiis erudita, barbarum ſocerum ferre non poſſit; quamvis ipſe adoleſcens & pulcher, & ſcholaſticus, ad Græcas munditias eruditus eſſe videatur.* Quo loco, *barbaro ſcholaſticus* opponitur, h. e. cultu liberaliore ſtudiiſque imbutus literariis. prout cl. Caſaub. adnotavit. Verùm iſtic πρὸ ἀνδρὸς πατέρα, i. *viro maturo* ὁ σχολαστικὸς ἀντιδιατεῖται· ut eum deſignet qui *in ſcholis ſub præceptore* adhuc *agat*, aut agere etiam opus habeat. indè Plutarch. *de audiend.* μελέτας σχολαστικὰς. quo loco notat, πολὺ τὰς ἤδη παιζόντων ἢ παιζομένων ἐν ταῖς σχολαστικαῖς μελέταις φανὰς ἔτι τοῦ φιλοσόφου ἀκολουθοῦντας. Vel ejuſmodi etiam, qui *pro ſcholaſtico ſe venditet.* quod *in mundialibus ſcriptoribus* (ità autor loquitur) in *epiſt. ad Salon.* reprehendit Salvianus. *Omnes*, inquit, *in ſcriptis ſuis cauſſas tantùm egerunt ſuas; & propriis magis laudibus, quàm aliorum utilitatibus conſulentes, non id facere adniſi ſunt, ut ſalubres ac ſalutiferi, ſed ut ſcholaſtici ac diſerti haberentur.* Facítque huc, quod ſequitur, τὸ ἀκολάνδοτον. Quin & *ſcholaſticum* quandoque pro *declamatore* ſive *rhetore* adhibetur, qui in *ſchola*, tanquam in *ſcena*, confictas cauſſas controverſiáſque tractat, & ab *oratore* diſterminatur, qui in foro judiciario veras agit. Virgil. iſtorum diſciplinis vale-dicens;

Ite hinc inanes Rhetorum manipli; ite hinc
Inflata rore non Achaico verba;
Et vos, Sile, Albuti, Arquitique, Varróque,
Scholaſticorum natio madens pingui,
Ite hinc, inanis cymbalon juventutis.

Tacitus, an Fabius, *de cauſſ. corrupt. eloquent. At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui rhetores vocantur.* Eas mox ex Cicerone, *ludum impudentiæ* nuncupat, addítque ſimul: *Deducimur in ſcholas, quibus non facilè dixerim, utrúmne locus ipſa, an condiſcipuli, an genus ſtudiorum plus mali ingeniis afferant: nam in loco nihil reverentiæ, ſed in quem nemo niſi imperitus æquè intrat. in condiſcipulis nihil profectûs, cùm pueri inter pueros, & adoleſcentuli inter adoleſcentulos pari ſecuritate dicant & audiantur. Ipſæ verò exercitationes magna ex parte contrariæ: — Suaſoriæ, & controverſiæ. — Sequitur autem ut materiæ abhorrenti à veritate declamatio quoque adhibeatur.* In eandem ferè mentem Petronius in Satyric. iſtorum exercitamenta infectando; *Hæc ipſa tolerabilia eſſent, ſi ad eloquentiam ituris viam facerent: nunc & rerum tumore, & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu, hoc tantùm proficiunt, ut cùm in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos: & ideò ego adoleſcentulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex eis quæ in uſu habemus, aut audiunt, aut vident; ſed piratas cum catenis in littore ſtantes, ſed tyrannos edicta ſcribentes, &c. — ſed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factáque quaſi papavere & ſeſamo ſparſa: qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quàm bene olere, qui in culina habitant.* & quæ ſeq. Fabius ipſe denique *inſtitut. l.* 12. *c.* 11. *Nam ut de noſtris petiſſimum ſtudiis dicam, quid attinet tam multis annis, quanquam in more eſt plurimorum (ut de iis, à quibus magna in hoc pars ætatis abſumitur, taceam) declamitare in ſchola? cùm ſatis ſit modico tempore imaginem veri diſcriminis, & dicendi leges comperiſſe. quod non dico, quia ſit unquam omittenda dicendi exercitatio; ſed quia non ejus ſpecie conſeneſcendum. cognoſcere enim, & præcepta vivendi perdiſcere, & in foro nos experiri potuimus, dum ſcholaſtici ſumus.* indè *ſcholaſticæ epiſtolæ* Plinio *l.* 9. *ep.* 2. quæ ficta habent argumenta, & exercendi ſtyli cauſsâ exarantur. *Niſi fortè volumus ſcholaſticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere.* Plinius idem *l.* 2. *ep.* 3. de Iſæo. *Diebus & noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur. annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantùm eſt. quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. nos enim, qui in foro veríſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus. ſchola & auditorium, & ficta cauſſa, res inermis & innoxia eſt.* At non ſunt tamen ejuſmodi iſta, quæ virum maturum, vel arguant, vel deceant. Eſt enim is, qualem Romanum ſapientem Fabius deſcribit, *inſtit. l.* 12. *c.* 2. *qui non ſecretis diſputationibus, ſed rerum experimentis, atque operibus, ſe verè civilem virum exhibeat.* Marci interim mentem genuinam iſta niſi clariſſimè aperiant, ego nihil video. Neque enim laudi, quod eruditus interpres Angl. exiſtimavit, ſed vitio, quod & annotator Lugd. obſervavit, vituperio ſaltem, *ſcholaſtici* nomen iſtîc tribuitur. Quanquam reticere religio eſt, quod Epict. habet *diſſert. l.* 11. *c.* 11. Ὁρᾷς οὖν, ὅτι σχολαστὴν σε δεῖ γράδια (τοῦτο τὸ ζῶον, ἃ πάντες καταγελῶσιν) ἀπὸ ἀρχῆς δίκαιος ἐπιτηρεῖν τῆς σεαυτοῦ

ἀυτῦ δεησόμενον τοιοῦδε; Hoc nimirum vocabulo vulgò perstringebantur, qui ad studia severiora animum seriò advertebant. Verùm tamen qui Scholasticis tricis totos se dederent, pro stolidis stultisque idem habebat. Sic enim *l.* 3. *c.* 26. Ἄρχειν ἐκεῖνα τὰ μὴ σχολαστικὸν καὶ μὴ μωρῶν.

Περιστάναι δυνάμενον καὶ μὴ ἑαυτῦ καὶ ἄλλων; *Qui & seipsum regere & alios posset.* Xyl. & Cas. contrà quàm Tarquinius ille, *qui nec se nec suos regere potuit:* ut Cicero *de fin. l.* 3. Vide *supra ad* § 15. Verùm articulum μὴ expungere videntur illi, quod ego nolim. Verò, *ὑπὲρ ἑαυτοῦ & aliorum rebus præfici dignus*; vel, *rebus & propriis & alienis administrandis idoneus.* Hoc est, quod Xenophon. in *Oeconom.* Οἰκονόμει ἀγαθοῦ ἔργον εἶ) ἐν οἰκεῖν τὸν ἑαυτῦ ἔχειν· καὶ τὸν ἄλλα δὲ ἔχειν, ὁ δεσπότης τις αὐτῷ, δύναιτ' ἂν, εἰ βούλοιτο, ἐν οἰκεῖν, ὥσπερ καὶ τὸν ἑαυτῦ.

Τὰ τιμητικὰ μὴ ἀναιδῶς φιλοσοφήσαντα | quibus *honores & salaria detulit.* Capitol. Vide *supra ad* § 4.

Τοῖς ἢ ἄλλοις | Quales Epictetus olim dixerat philosophos, ἄφαλ τῦ σχοινίον μάχεσθαι τῷ λόγῳ, *à factis procul, verbis tenus.* Gellius *noct. Attic. l.* 19. *c.* 19. de quibus festivè Isidorus Pelus. *l.* 5. *ep.* 28. Εἰ τις ἐν λόγοις φιλοσοφῶν, ἔργοις ἀφιλόσοφος ὀφθείη, ἀνολόγως ἂν ὁ λόγος τῶν τοιούτων σχοίνους. aut etiam quales Herodes Atticus dixerat, *nihil habere philosophi, præter barbam & pallium.* Gell. ibid. *l.* 9. *c.* 2. de quibus Fabius *instit. l.* 1. in *præfat. Nostris temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque vitia latuerunt. non enim virtute ac studiis, ut haberentur philosophi laborabant; sed vultum & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum, pessimis moribus prætendebant.* Tales autem, utì videri possit, nonnulli, imò non pauci etiam, sub Marco obrepebant, Τῷ τῆς φιλοσοφίας σχεδιάσαι κατασχόμενοι, (ut Dionis in *Vespas.* verbis utar) cum philosophiæ titulo vitia obtegerent sua. Testis Dio idem in *Marco*, παμπληθεῖς, inquit, φιλοσοφίᾳ ἐπιδεδωκότες, ἵν' ὑπ' αὐτῆς κρυπτόμενοι. Indè factum, ut *fama fuerit, quòd sub Philosophorum specie quidam rempub. vexarent & privatos. quod ille tamen purgâsse dicitur.* Capitol.

Οὐκ ἐξοργιστικὸν | Ità *l.* 6. § 30. Οὐκ ὀργιστικὸς. *Apollonii* tamen *Chalcidensis avaritiam mercedibus notavit.* Capitol. Vide *supr. ad* § 8.

Τὸ εὐκολον καὶ ἥσυχον ἄλλοτε ἄλλως | De Lacyda philosopho pariter Laërtius *l.* 4. Ἀνὴρ σεμνότατος —— ἥσυχος δ' ἄλλως καὶ εὐκολος. *Vir erat gravissimus, in congressibus tamen facilis & festivus.* Idem de Pio Marcus, partem alteram quòd attinet, dictione temperatâ: ἥσυχον, ἑορταστικὸν. *festivus, sed non immodicè*, sive *ad festidium usque.* contrà quàm Cicero, de quo Plutarch. Ἡ δὲ περὶ τὸ σκῶμμα καὶ τὸν παιδιὰν ταύτην ὑπερβολὴ, πικρὸν μὲν ἐνίοτε καὶ ἀηδὲς καὶ γλαφυρὸν, χάριν δ' αὐτῇ προσάπτουσι, πολλοὶ ἐλύπησε, καὶ κακοηθείᾳ ἐλάβετο πάσας. *immodico urbanitatis abusu multos offendit.*

Τὸ τῆς ἰδίας σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρως | Galen *de valetud. conserv. l.* 3. de Antonino Pio in Marco, Ὁ γοῦν, ὃν ἴσιμεν, αὐτοκράτωρ ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο τοῦ τοῦ σώματος ἐπιμέτρου καὶ Ἀντωνῖνος, &c. De Socrate Xenophon *comment. l.* 1. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς σώματος αὐτός τε ἦν ἐπιμελὴς, τοὺς τε ἐπιτηδεύοντας ἐκ ἐπῄνει. Vide si quæ sequuntur.

Διὰ τὴν ἰδίαν σεμνολογίαν, ἧς ὀλίγου ἐκβιασθῆναι χρῆζειν | De Andronico Imperat. Nicetas Chron. *l.* 3. *c.* 13. Ἦν γὰρ τὸν τοῦ σώματος φύσιν ἐσφυὴς, ἀγκὼν τὸ εἶδος, ὀρθὸς ἀναβῆναι, πλατὺς ἰλιόσιν ἠρωϊκὸς, καὶ τῷ βαθεῖ γήρᾳ τὸν ὅλον πεσεῖσθαι, ὑμενότατός τε ἀνδρῶπων, ὅπ μὲν ὀφθαλμὸς ἐκκοπὸν ἦν, καὶ ἀκρατῶς ἔχων κοιλίας, ἧς ζωσπόρος καὶ τένδης. ἀλλὰ καὶ τοῦ Ὁμηρικὸς ἥρωας, μάλιστα τοῖς ὀπαδοῖς σεφύκειτο τῷ χυτῇ. ὅθεν ἔδ' ἐρυσχάνοντά τις αὐτὸν ἐθεάσατο. ἀλλ' εἴ ποτε πλημμελῶς εἶχε χυμάχων, παπμεῖον μόγις τε καὶ νυσεὶ καὶ τὸ βεβρέχθαι ἐσχολῶν ἀπεκρύετο, ἀλλ' ἐξῆν καὶ ὅτε κλεισμάτα, κλυσῶσι τῆς κυλίκος, ἐπιμιξῶν τὸν ἀκρατέσιν τῷ σώματος ὑκεῖ ὑκ ἀπιθάνῳ ἐχρῆσθαι πάντοτε, εἰ μὴ ἄπαξ ἐν τῇ Βασιλείᾳ, καὶ εἰς τοῦτο μὴ ἐκβιῶν τὸν ἀποκωλύσαντα ἔκπλουν, φαμένων, εἰ μὲ δ' ἐφοπλίσασθαι κελεύειν, ἀλλ' ἐκ σφυρὸς χρῆναι τὸ ἀνάσπασιν χρεὼν φερομένου φάρμακον. De Aureliano pariter Vopiscus; *Convivium de apparatu maximè fuit. vino* [russo, Salm.] *rusco maximè delectatus est. medicum ad se cùm ægrotaret, nunquam vocavit; sed ipse se incidiâ præcipuè curabat.* Et de Tiberio Sueton. *l.* 3. *c.* 68. *Valetudine prosperrimâ usus est, tempore quidem principatûs pene toto, propè illæsâ: quamvis à trigesimo ætatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consiliove medicorum.* Indè Tacit. *annal. l.* 6. *Ludere solitum* refert *medicorum artes, atque eos qui post tricesimum annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alient consilii indigerent.* quod tamen Plutarchus commemorans in *præcept. salubr.* Ὡς ἀνὴρ ἐξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ σεσείνας ἅπαξ χρῆσι, καθαγιλασόν ὄν. quo loco frustra Lipsius τεσσαρακοντα legi postulat, quasi vitiati sint codices; cum pari modo dictum illud autor idem exhibeat in *libello de sene politico*, nec sopus loci aliter legi permittat. fuerit itaq; scriptoris potiùs ἀμελέτητα μνημονικὸν, quàm exscriptoris σφάλμα γραφικὸν. Plato certè, *politic. l.* 3. Τὸ ἐπιτηδεῖον δεῖ, ὅτι μὴ πραγμάτων ἐνεκα, ἢ πόνων ἐπιθείων νοσημάτων ἕνεκεν ἐπιτηδεύειν, ἀλλὰ δ' ἀρχὴν τε καὶ πᾶσαν τὴν ἐπιμέλειαν, (Συφαντικὸν τεχνῶν καὶ Ὑφαντικὴν πολιτικὴν ὅλον καὶ Κοσμητικὴν κόρων καὶ τῶν τοιούτων σίτων) ἑνεκα τε καὶ πάσης ἕνεκα

ὥστε λίμνας, ἱμπνεμαμβύλους, φύσας τε καὶ κατάρρυτα ποτίσματα ὀνόματα πόθεν ἀναγράψειεν τὸν κομψὸν Ἀσκληπιάδην, ἂν αἰχεῖν δοκῇ; Multùm hac in parte valet proba corporis ipsius constitutio. Philo *de vit. Mos. l.* 1. Τὰ ἐναντία τοῖς σωμάτων καὶ πάσαις τοῖς μέρεσιν ἐνίησι, φερηδόνα ἀπαλλάττει τοῦ ἀλυπίας, ὑδέρα ἢ βεγχα παρίσησι τοῖς ὀδυνῶσιν ὅσα καὶ γαγγραίνας τὰ ἔγκαυσα καὶ τὰ ἐνυδρῶν νοσήματα, βελτιώμενα δ' ἑαυτοῖς. Nec minùs tamen temperantia, sedulâq; tutelâ. Senec. *epist.* 58. *Illud simul cogitemus, si mundum ipsum, non minùs mortalem quàm nos sumus, providentia periculis eximit, posse tandem aliquatenus nostrâ quoque providentiâ longiorem prorogari huic corpusculo moram, si voluptates, quibus pars major perit, potuerimus regere & coercere. Plato ipse ad senectutem se diligentiâ pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte fortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat: sed navigationes ac pericula multum detraxerunt viribus: parsimonia tamen, & earum quæ aviditatem evocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus caussis.* Huic & Gorgiam Leontinum adjungere licet, de quo Clearchus *vitarum l.* 10. referente Athenæo *dipnosoph. l.* 12. Ὅτι δὲ τὸ σωφρόνως ζῆν, αὐτὸν ὑγιάσιμον τῷ φρονοῦντι συνίστησιν.

Ἡ φαρμάκων καὶ ὀνειδισμάτων ἐπῳδή | Suidas, qui per præceptionis formulam, transcripsit ista, voculis duabus auctiorem dedit. ἐπῳδὴ καὶ ἐπῳδός, ut illud ad *pharmaca*, istud ad *epithemata* referatur.

Τὸ ἡσυχαστικὸν ἀλαζονεύεσθαι | Contrà quàm Dionysius Siculus ille, de quo Plut. *de tranquil.* ὃν ἡδὺ τότε πυθέσθαι, ἀλλ' ὅτι φιλοξένου τοῦ πατρὸς μὴ βίλτιον ἦδει μηδὲν, μηδὲ πεπαιδεῦσθαι ἐν τοῖς διαλόγοις Πλάτωνος, ὀργισθεὶς καὶ παροξυνθεὶς, τὸν μὲν εἰς τὰς λατόμους ἐνέβαλε, τὸν δ' ἀπέδοτο πέμψας εἰς Αἴγιναν. Contrà quam Hadrianus, de quo Cassius, & ex Cassio corrigendus Suidas; φιλοσοφίᾳ τε ἀπλήστῳ ἐχρῆτο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τἄλλα πάντα καὶ τὰ βεγχίτεια ἐπῳδήσας καὶ ᾠδὴν δ,τι ἂν εἰρωνικὴν, καὶ πολεμικὴν, καὶ βασιλικὴν, καὶ ἰδιωτικὴν εἰδέναι ἔλεγεν. ἐν τούτων δὴ καὶ σφῦ ἔν τινι σχολάσαι, πολλὰς μὲν καθεῖλε, συχνὰς δὲ καὶ ἀπώλεσε. βελόμενος δὲ πάντων ἐν σκιᾷ εἶναι, ἐμίσει τοὺς ἐν τῇ ἐπαίνεσει. *professores omnium semper, ut doctior, risit, contempsit, contrivit; cumq; eis ipsis professoribus & philosophis, libris vel carminibus invicem editis, sæpe certavit.* Capitolinus in *vita Hadriani*; quo loco & Favorini festivum dicterium refert, qui arguentibus amicis quod Hadriano de verbo quodam reprehendenti fine caussa, cessisset; *Non rectè suadetis*, inquit, *qui non patimini me illum doctiorem omnibus credere, qui habet triginta legiones.* Idem tamen, Philostrato referente, tria ista paradoxa dictitabat sibi in vita contigisse; Γαλάτης ὤν, ἑλληνίζειν· Εὐπατρίδης ὤν, μισοκαίσαρι κεῖνος βασιλεῖ διαφέρεσθαι, καὶ ζῆν.

Ἡ ἧς τιὼ ὀξ ἰσοείας νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων τινῶν περιγραμμάτων | transponenda illa ἧς τιὼ, legendúmque τιὼ ἧς ὀξ ἰσοείας νόμων, liquet. Verùm & deesse vocula aliqua videtur, cui articulus prior innitatur. Itaque ἐμπειρίας post περιγραμμάτων supplet D. Junius: qui & ἰσοείας nomine non *historiam* vult intelligi, sed *peregrinationem* & *locorum dissitorum lustrationem*. ego *notitiam* opinor quoquo modo acquisitam. ità Marcus ipse cepit *l.* 4. § 21. ἢ ἰσοεία τῆς ἀλυθείας. & *l.* 9. § 3. ἴσον τὸ ἴκατον ἔτεσι, καὶ τὸ τεσσι, ταῦτα ἰσορῶσι. & *l.* 10. § 15. ἀνθρώποις, ἰσορροσίτοισι.

Οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἐπιπόδιον φαίνεται | nihil enim putidius affectationis affectatione, imitationisque ostentatione. Contrà verò quod Plut. *Sympos. l.* 1. *c.* 1. ὁ μόνον ἐφάπτης ἀθλίοις δεῖν, ὡς φησι Πλάτων, μὰ ὄρος ἔχειν, οὐ θρεῖν, ἀλλὰ καὶ σωφρόνως ἄκρας, φιλοσοφοῦντας, μὰ θρεῖν φιλοσοφεῖν. Vide *l.* 7. § 60. σοὶ τῷ ἀναπιπόδητῳ.

Τόπους καὶ περίγραμμα τοῖς αὐτοῖς ἐναλλάττεσθαι | Seneca Lucilio *epist.* 69. *Mutare te loca, & de alio in alium transilire nolo. primùm quia tam frequens migratio, instabilis animi est. coalescere otio non potes, nisi desinas circumspicere & errare. ut animum possis continere, prius corporis tui fugam fiste. deinde plurimùm remedia continuata proficiunt. interrumpenda non est quies.* Et *epist.* 2. *Ex his quæ mihi scribis, & ex his quæ audio, bonam spem de te concipio. non discurris, nec locorum mutationibus inquietaris. ægri animi ista jactatio est. primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere, & secum morari: nusquam est, qui ubique est. nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebrò medicamenta tentantur. non convalescit planta, quæ sæpè transfertur. nihil tam utile est, quod in transitu prosit.*

Ἔντα θεωρίων ἐπιτέλεσιν | Et istìc Marcus Pii æmulus, *Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit: Et gladiatorii muneris sumptui modum fecit. temperavit etiam Scenicas donationes.* Capitol.

Καὶ ἔργων κρεισσόνων, καὶ διανομῶν | *In operum extructionibus, congiariisque.* Xyl. illis siquidem *magnificentiam*, istis *munificentiam* suam Imperatores Romani ostentare ac venditare solebant. Cæterùm vir doctiss. Patr. Junius *operum distributiones* mavult intelligi.

Καὶ τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις, σοὶς αὐτὸ τὸ Νὸν περιχθῶσι δεδομένοις. | Xyl. legisse videtur: καὶ τοῖς τοιούτοις [καὶ] ἀνθρώποις σοὶς αὐτὸ τὸ &c. Meric. καὶ τοῖς τοιούτοις· τοῖς ἀνθρώποις, &c. qui & δεδομένοις pro δεδομένοις legi posse suspicatur. D. Boot. καὶ τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις σοὶς αὐτὸ τὸ Νὸν περιχθῶσι δεδομένοις· &c. ut genitivus ἀνθρώπων ab ἐμφερῶν, quod præcessit, regatur. Salmas. καὶ τοῖς τοιούτοις. tum aliâ orationis facie, ἀνθρώπων δὲ σοὶς

περὶ αὐτὸ τὸ λέν περ. Διδρχιδ. Vel etiam, ἢ τῆς τοιαύτης περὶ αὐτὸ τὸ λέν, &c. ut suprà. De sensu satis constat: Moderatum fuisse Pium in iis omnibus exhibendis, quibus animi hominum plausûsq; captari solent: hominémq; ejusmodi qui respiceret ad id quod agi oporteret, non ad gratiam gloriámve quæ indè consequeretur. De T. Aristone Plin. min. *l.* 1. *ep.* 22. *Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert: rectéque facti, non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit.* hoc est, quod Naso *Tristium l.* 5. *eleg.* 14.

— *pretium cui virtus ipsa petitum.*

Plinius idem ipse, *l.* 1. *ep.* 8. *Majore animo honestatis in conscientia quàm in fama reponitur.* Liberaliter satis de se *ad Constantium* in *Claudio* Trebellius; *Testis est, tua conscientia, & vita mea, nihil unquam cogitâsse, dixisse, fecisse gratiosum.* De se id perhibenti fidem habeat, qui volet. Interim quod de Pio Marcus hìc, pro viri optimi charactere Epictetus habet, *dissert. l.* 3. *c.* 24. ὑκ ἴδιδ' ὅτι ἀνὴρ καλὸς ἢ ἀγαθὸς, ὑδὲν ποιεῖ τῦ δόξαι ἕνεκα, ἀλλὰ τὸ πεφυκέναι καλῶς; Vide *lib.* 3. § 12. & *lib.* 9. § 42.

Οὐκ ἐν ἀκαίρῳ λύσις | *Non utebatur alieno tempore balneis.* Xyl. quomodo illi, qui, ut Flacc. *l.* 1. *epist.* 6.

— *crudi tumidique lavantur.*

Pers. *Sat.* 3.

Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur,
Gutture sulphureas lentè exhalante mephites.

Et Juven. *Sat.* 1.

Pœna tamen præsens, cùm tu deponis amictus
Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.
Hinc subitæ mortes, atque inteſtata senectus.

Vult laviſſe ſemper hord balneari, & ſibi commodâ & iis qui circa ipſum. Casaub. ad Capitol. ἐν illud, quod exhibet Basil. omittit Salm. & Lugd. retinet Casaub. ego vel expunxerim, vel, si retinere visum, ἀκαίρῳ legerim; quomodo Græc. *Psal.* 119. *v.* 146. καιρόθεσον ἐν ἀκαίρῳ. Sed illud, puto, potius.

Οὐχὶ φιλοικοδόμος | ὀλίγοις ἀρκούμενος, οἷ ὀικέται, σφωμαῖ, ἑδῆτι, τεχνῖ, ἀναγκαίᾳ. *l.* 6. § 30. De Augusto Sueton. *l.* 2. *c.* 73. *Instrumenti ejus & ſupellectilis parſimonia apparet etiam nunc, reſiduis lectis atque menſis, quorum pleraque vix privata elegantiæ ſunt, nè toro quidem cubuiſſe aiunt, niſi humili & modicè inſtrato.*

Οὐ περὶ τὰς ἐσθῆτας ἐπιμονῆς. | *non circa victum curioſus, aut ſtudioſus. anxius,* Xyl. ἐπιμονία. ἐπιτήδευμα. Hesych. ἐπιμονῆς, vox insolentior, qualia apud Marcum non pauca.

Οὐ περὶ σωμάτων ἕξεως | *non de formæ corporis elegantia anxius.* Xyl. quem & Cas. sequitur. de Pio ipso uterque accepit. ut sit idem quod priùs de eodem dixerat, ὑ περὶ καλλωπισμὸν τῦ ἰδίυ σώματος. Ego aliter prorsus velle existimo, nec idem (quod Marcus non solet) repetitum. Verto itaque *non circa corporum*, id est, famulitii & servitiorum, *speciem.* σώματα enim pro *servis* sive *famulis* dicebant. Antholog. *l.* 1. *c.* 12.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, ἢ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,
Ἅδαπ ἐς πυθμὴν ὄξυν ἐτοιμότατα.

Corpora multa alere, ac ſimul ædes condere multas.
Multam ad pauperiem per breve pandit iter.

Corpora, i.e. *Servos.* In eam mentem accipio Menandrianum illud quod ad *l.* 3. § 3. plenius exhibebitur,

Ἄυσπ τι δόξῃ, ἢ κρίλλει πῆ σωμάτων.

Harpocration in Πεισάνδρ, ex Nicandri *Colophoniac. l.* 6. ait Solonem σώματα ἀγορασθέντα ἐνεφανῆ, ἐπὶ στέγης ξύλου δὲ πᾶν νέμε, &c. quo nomine à Philemone Comico in *Delphis* laudatur, referente *l.* 13. Athenæo. Aristoteles *Rhetor. l.* 1. *c.* 5. externam felicitatem constituit ἐν εὐθενείᾳ κτημάτων ἢ σωμάτων, καὶ δυνάμεως φυλακτικῆς τε καὶ πρακτικῆς τύτων. mox σωμάτων illud quasi explicans quid velit, ἀνδρεπόδων, inquit, πλήθει, ἢ μεγέθει, ἢ κάλλει διαφερόντων, ut frustra sit Pollux, qui *l.* 3. *c.* 7. § 2. σώματα ἁπλῶς, inquit, ὡς ἂν εἴποις, ἀλλὰ δοῦλα σώματα. Romanorum autem curiositatem, an luxuriem, in servitiis speciosissimis undique conquirendis, excolendis, disponendis, tangit inter cæteros, Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 55.

Flos Asiæ ante ipsum pretio majore paratus,
Quàm fuit & Tulli census pugnacis, & Anci,
Et nè te teneam, Romanorum omnia Regum
Frivola. — nescit tot millibus emptus
Pauperibus miscere puer. Sed forma, sed ætas
Digna supercilio. —

Et Seneca *Epist.* 95. *Transeo putrorum infelicium greges: quos post exacta convivia, aliæ cubiculi contumeliæ expectant. transeo agmina exoletorum, per nationes coloréſque deſcripta, ut eadem omnibus levitas ſit, eadem primæ menſuræ lanuginis, eadem ſpecies capillorum, nequis cui rectior eſt coma, criſpulis miſceatur. transeo piſtorum turbam, transeo miniſtrorum, per quos ſigno dato ad inferendam cænam diſcurritur. Dii boni! quantum hominum unius venter exercet?* Greg. Naz. *de amor. pauper. orat.* 16. Παῖδας ἢ παῤθένους ἁπαλὰ πᾶν μᾶλλον ἐν κόσμῳ καὶ ἁφῇσιν, ἀνάτους τὰς κοιλίας, ἢ ἀκολουθείας, καὶ τῇ κρίσει τῦ ἀφροντίστου χάριτος ἀξιοπαραμύθητος πλέον ἢ ὅσον συμφέρει, λίχνους ὀφθαλμοῖς κακοσιμβόλους. πᾶν ἢ τὰς κύλικας, ἐκ' ἄκρου ἀκολύλων ἔχοντας, ὡς δίον τε ἐνυπερπίπτειν ἢ ἀσφάλειαν τῦ μὴ ἐκ βαθείας πληρᾶσθαι τοῖς ῥίπτουσι. ἀγαμαι τῶν ἀνδρῶν τὰς ἀκρατεῖς ἀναλύσεις.

Ἡ δὲ χωρὶς στολή | *locus iſte*, ſiquis alius, inquit, clariſſ. Salmaſius, *in hoc ſcripto corruptiſſimus.* Itaque Mericus noſter, lacunâ contextui ſuo interjectâ, ut depoſitum, conſultò prorsùs omiſit. στολὴν pro *comitatu* Xylander accepit. Sed & Annotator

Lugdun. qui τόλας legi postulat. frustra. cùm de vestitu agatur. Salmas. ad Capitol. ἐπιχώριον, legit. Casaub. ἀπὸ χωρίου, retinet. de sensu utriq; convenit, placuisse Pio vestem πλῶν ἐπιχώριον, indigenam, non exoticam, sive πλῶν ἀπὸ χωρίου, hoc est, qualis vulgò fiat, & quidem ἀπὸ τῆς ἐπαύλεως, è villa propria, & forè de reditibus Lanuvinis. ita Casaubon. ad vitam Pii. De Augusto istiusmodi quiddam Sueton. l. 2. c. 73. *Veste non temerè alia quàm domestica usus est, ab uxore & sorore & filia neptibúsque confecta.* De 10 te Seneca, *de tranquill. cap.* 1. *Placet non ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa; sed domestica & vilis, nec servata nec sumenda solicitè.* De Pio Capitolin. *Visus est sanè ab amicis & cum privatis vestibus*, &c. Cæterùm editio Lugdun. pro χωρίου nobis λωρίου exhibet. Hoc si non sit typothetarum mendum, quod suspicari forsan quis possit, *Lorium* villam designat, in qua Pius & educatus, & versatus plurimùm, cùm palatium ibi constructum esset, & tandem etiam defunctus est, autore Capitolino. Hanc autem sequendo lectionem, Salmasius mavult, ἢ ἐπὶ Λωρίου τόλῃ· ut de *toga* accipiatur, quâ *in secessu Lorinæ villæ* uti solitus erat. eam togam ipsi venisse dicit ἀπὸ τῆς πρὸ ἐπαύλεως. de qua proximè videndum.

Ἀναγνοὺς ἀπὸ τῆς πρὸ ἐπαύλεως | τὸ πρὸ ipsum Casaub. omittit. D. Boot. legit, διαγνὺς ὅτι ἐπὶ τοῦ κατ' ἀγρὸν ἐπαύλεως, id est, *commoratio ruri in villis.* ut κατ' ἀγρὸν adjectum sit, quò *villæ* istæ *à suburbanis* distinguerentur. Constat autem è Capitolino, Pium in agris atque propriis fundis plurimùm vixisse, etiam postquam imperium tenuit. ἔπαυλις certè hîc, non *casa*, ut Xyl. vertit, sed *villa*. Philo in *vit. Mosis l.* 1. λείας ἢ πολλῆς ἄγαν ἐπιμελούμενος, ἵν' ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ μὴ ἰδιωτικῶν κατ' ἀγρὸν ἐπαύλεων. Idémque *de vit. contempl.* πλὴν ὅτε ἂν ἀναπαύσεως αἱ ἐν κύκλῳ περίχωροι ἔπαυλές τε καὶ κῶμαι. *Credidi aliquando*, inquit clarill. Salmasius, *vicum hoc nomine Romæ appellari, in quo vulgares togæ fiebant ac venum ibant. citerioris & ulterioris vici mentio apud Sextum. quidni & similiter inferior & superior ex ratione status? dicit igitur hunc Imperatorem, cùm Lorii esset, usum esse vili ac vulgari togâ, quales venibant in vico inferiore Romæ. an potius ἡ πρὸς ἔπαυλις villa aliqua rustica infra Lorium, ubi ejusmodi togæ fiebant? ἔπαυλις certè villam, & etiam pagum significat. quicquid sit, oportet vilem esse & vulgarem togam, non imperatoriam, quæ in Lorii secessu utebatur. hæc enim exempla affert, ut ostendat, eum ἐσσανωτὴν fuisse καὶ ἰδιώτην ὑφὰς καὶ χεῖρας.*

Καὶ περὶ τὸ Λανούϊον | Casaub. nihil mutat; & ad vestis materiem refert, sive locum unde ea petebatur, ut suprà visum. At Salmasius, *Notat*, inquit, *quibus in locis quem habitum usurpare solitus fuerit.* itaq; lectionem duplicem proponit. vel ut legatur, ἀχίτων ἐν Α. τὸ πολλὰ, τὸ φελόνῃ ἐν Τ. π. ἐχρήσατο· velitque Marcus *Sine tunica Lanuvii egisse Pium: more, ut videtur, antiqui Catonis, qui solo campestri accinctus, super id togam accipiebat; & quidem etiam cùm prætor jus redderet, ut ex Val. Maximo constat l. 3. c. 6. & Asconio. quod idem in Catone minore etiam Plutarchus notat,* περιεζωσμένος οὖν πλὴν ἀχίτωνος ἐνεπόδιζε τῇ ἀγορᾷ τὴν τήβεννον. Vel etiam ἐν χιτῶνι Λανουϊῷ τὸ πολλὰ, sive χιτῶν ἐν Λ. τὸ π. *ut in sola tunica secessum illum Lanuvinum transegisse dicatur; quomodo plerumque Romani ruri solebant & in provinciis: Hinc tunicata quies, tam sæpe Martiali commendata & laudata l.* 10. *ep.* 51. Hæc ille.

Ἐν Λανουΐῳ | *Lanuvium* Italiæ oppidum juxta viam Appiam situm, de quo Strabo *l.* 5. ubi Λανούϊον pro Λανούϊνον Casaubonus reposuit. *In villa* interim *Lanuvina natum Antoninum Pium* autor est Capitolin. &, *è municipio Lanuvino ortum*, Victor Aurelius. quanquam Casaub. in Capit. codices Manuscriptos *Laviniâ* exhibere testatur, eundémq; locum existimat designari, ubi autor idem de Marco: *Ex Asia & Syria reverso, exinde Lavinium profectus est.* Certè *Lanuvium* & *Lavinium* idem esse utrumq; Jos. Scaliger contendit, Car. Sigonio *ad Livii l.* 8. refragante, & renitente.

Τῇ πλοκῇ ἐν Τούσλοις περιστυλίῳ ὡς ἐχρήσατο | *Inter Lanuvinos plerumque Tusculanos publicano utebatur, etiam deprecante.* Xyl. ut ad *comitatum* referatur. Annot. Lugd. *lego*, inquit, περιστιλίῳ. *quasi excusans & deprecans utebatur.* Salmas. τῇ φελόνῃ ἐν Τούσλοις, an Τούσλοις, περιστυλίῳς ἐχρήσατο. *cùm in Tuscos, an Tusculanos, agros secederet, non jam tunicatus ibi agebat, ut Lanuvii, sed penulam superinduebat: quod cùm faceret, excusabat tamen se, & quasi veniam deprecabatur, hoc est, quod ait,* περιαλυπῶς ἐχρήσατο. *Penula*, inquit Nonius, *est vestis, quam supra tunicam accipimus. eâ adversus pluviam maximè munire se solebant.* Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 78.

— fremeret sæva cùm grandine vernus
Juppiter, & multo stillaret penula nimbo.

Indè Varroni petitus jocus in *virga divina*, dum virtutis τὸ εὐτυχὲς prædicat; *Non est quærenda homini, qui habet virtutem, penula in imbri.* contrà planè quàm Lucil. *l.* 15. qui *penulam per imbrem iter obeunti, sapientiâ ipsâ utiliorem* esse pronunciat. certè etiam sapienti, vel in imbre vel in frigore, Stoicis ipsis fatentibus, saltem εὐχρηστὸς futura est: quum ut Philo *de provident.* apud Euseb. *præpar. l.* 8. *c. ult.* ὑετῶ μὲν ὄντι περιβόλαιον τὸν σοφὸν, εἰ δὲ ὑπομένοι λέγω, κατακρύπτεσθαι βορέου ἢ λίβα καταπνέοντος, ἵνα μηδὲν ἀχθέσθαι ἢ ψύχει. Sed & L. Galbæ, cuidam penulam roganti, *Non possum commodare, domi manco*; cùm cœnaculum ejus perplueret. alteri item

item ejusdem usum poscenti, *Non pluit? non est opus tibi: si pluit, ipse utar.* Refert Fabius *instit. l. 6. c. 4.*

Καὶ πᾶς ὁ τοῦτος ἦν Θ | Xyl. (quem & secutus est Mer.) cum sequentibus conjungit, dum sic reddit; *Omnibus in ejus moribus nihil inerat inhumanum.* Verùm præcedentia potiùs claudere videntur. Iraq; D. Boot. legit, ᾧ πᾶς ὁ ἦν Θ τοῦτος. *Totius deniq; vitæ facies erat, qualem suprà depinximus.*

Ἕως ἰδρῶτος | *Suspecta* ista & *salebrosa* Xylandro. Sed immeritò. est dictum proverbiale, à medicis mutuatum, quo exercitii modum illi mensurámq; justam ac legitimam in affectibus quibusdam præscribunt. Memini V. cl. Tho. Plaifirum adolescente me sacræ Theologiæ apud Cantabrigienses nostros professorem, Apostoli verba *ad Hebr. c. 12. v. 6.* enarrantem ex Autore medico (cujus nomen jam excidit) protulisse monitum aliquod istiusmodi, *Ad ruborem, non ad sudorem*; cùm Apostolus de fidelibus eo loci dicere visus sit, *Ad sudorem, non ad sanguinem.* Quò videri possit allusisse, quod de Diogene Cynico Laërtius, Xeniadæ, domini sui liberos exercuisse, οὐκ ἀθλητικῶς, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἔρυθήματος χάριν καὶ εὐεξίας, *non athletico more, sed quantum ad ruborem bonamque corporis habitudinem conduceret.* nisi quòd ἐρύθημα ibi colorem vividum valetudinis indicem potiùs designare doceat adjuncta εὐεξία. Hoc proculdubio Marcus hîc voluit, Pium nulla in re nimium fuisse. ita *lib. 6. § 29.* οὐδὲν ἐν ὑπερβολῇ ἐποίησεν.

Οὐδὲν ἀπλοῦν | Inde forsan *Pius* dictus, quòd verè natura clementissimus; & nihil temporibus suis asperum fecit. Siquidem & *sub Adriano, cùm consiliis illius adesset, mitiorem sententiam semper ostendebat, & principatûs sui initio cùm multi accusarentur, & ad supplicium nominatim etiam deposcerentur, neminem tamen interfici passus est, cùm diceret, non oportere se principatum suum factis ejusmodi auspicari. Quin & dcinceps, seditiones ubicunq; factas, non crudelitate, sed modestiâ & gravitate compressit.* Capitol. & Xiphil.

Συμφώνως ἑαυτῷ | De eodem *l. 6. § 30.* Τὸ ὁμαλὲς παντα χοῦ. & de Apollonio supr. §. 8. Τὸ αὐτὸ ὅμοιον. Quod de historia Lucian. Χρὴ ὅμοια τὰ πάντα καὶ ὁμόχροα εἶναι, καὶ ζωγράφου τὸ κεφαλῆ τὸ ἄλλο σῶμα, οὐκ ἐμὲ χρυσῆν μὲν τὸ κεφάλι, λιθίνην δὲ τὴν γλουτὸν ἐκ βαθέων ποδῶν, ἢ ἐκ λεμάτων συναγειρομένην, καὶ ἢ ἀσπὶς οἰσάνη, καὶ χαλκῆ τὰς κνήμας. De poemate Horat. in *art.*

Denique sit quodvis simplex duntaxat & unum:
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

& de persona idem,

——*servetur ad imum*
Qualis ab incepto processerit, & sibi constet.

De Stoica philosophia Cicer. *de finib. l.* ❧ *Mirabilis est apud Stoicos contextus rerum. respondent extrema primis, media utrisque, omnia omnibus.* De vita Senec. *epist. 20. Exigit philosophia, ut ipsa inter se vitæ unius, sine actionum dissensione, coloris sit.* Idémq; *epist. 33. Verum bonum unde subeat, interrogas? ex placido vitæ & continuo tenore unam prementis viam.* Et *ep. 31. Hoc & illud accedat, ut perfecta virtus sit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans sibi.* Et *epist. 120. Virtutem ostendit constantia, & omnium inter se actionum concordia; quando idem semper quis est, & in omni actu par sibi.* Et mox: *Magnam rem putas, unum hominem agere: præter sapientem autem nemo unum agit. cæteri multiformes sunt. modò frugi tibi videbimur & gravis, modò prodigi & vani; alternis Catones, alternis Vatinii mutamus subindè personam, & contrariam ei sumimus, quam exuimus. hoc ergò à te exige, ut qualem institueris præstare te, talem usq; ad exitum serves.* Et *ep. 35. Ante omnia hoc cura, ut constes tibi.* Hoc est quod Zeno voluit, cùm finem statueret, Τὸ ὁμολογουμένως ζῆν, i. e. κατ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν. ut Stob. *tom. 1. l. 2. tit. 4 § 5.* Vide supr. ad § 9. Sed & *l. 11. § 27.* Ambros. *epist. 82.* *Vetus dictum est, Adsuesce unus esse: ut vita tua quandam picturam exprimat, eandem servans semper imaginem, quam acceperit.* Optimè Aristoteles, *Ethic. Nicom. l. 9. c. 4.* Ἔοικε δ', καθάπερ εἴρηται, μᾶλλον ἑκάστῳ ὁ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. ὕστερ γὰρ ὁμογνωμονοῦσι ἑαυτοῖς, καὶ τῇ αὐτῇ ὀρέγονται καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν νοῦν. De Adriano contrà Aurel. Victor. *Varius, multiplex, multiformis, ad vitia atq; virtutes quasi arbitri genitus; impetus mentis quodam artificio tegens.* Et Æl. Spartian. *Idem severus, lætus; comis, gravis; lascivus, cunctator; tenax, liberalis simulator; sævus, clemens; & semper in omnibus varius.* De Avidio idem Cassio Vulcatius: *Fuit his moribus, ut nonnunquam trux & asper videretur, aliquando mitis & lenis; sæpe religiosus, aliàs contemptor sacrorum; avidus vini, interim abstinens; cibi appetens, & inediæ patiens, ventris cupidus, & castitatis amator.* At de Epaminonda & Agesilao Plutarch. *lib. de adulat.* Πλείοσι ἐμπλακεῖσιν ἀνθρώποις καὶ τόποις καὶ βίοις, τὸ σεμνὸν ἦθος αὐτοῦ παντα χοῦ, καὶ σολῆ, καὶ λαίτῃ, καὶ λόγῳ καὶ βίῳ διαφυλαττόν. Et de Platone; Ἐν Συρακούσαις, οὐδὲ ἐν Ἀκαδημίᾳ· καὶ πρὸς Διονύσιον, οὐδὲ πρὸς Δίωνα.

Τὸ περὶ τὸ Σωκρατικὸν | De Socrate Xenophon *memorial. l. 1.* Αὐτὸς δὲ πρὸς πάντα (τὰ ἀνθρώπεια) φανερὸς ὢν ὅτω παρεσκευασμένῳ, ὥστε ῥᾴδιον ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ἡδίστων καὶ ἀφροδισιωτάτων, ἦ οἱ ἄλλοι μὲν ἀπέχεσθαι καὶ ἀφροδισίων ὅτω κατεσκευασμένῳ ὢν. καὶ ὡς τὸ ἐδεῖν ἂν ὑπὸν ἀρκοῦντος ἦν ἕως μὲν ἐπὶ τούτοις πεφυσιολογοῦμεν, λυπεῖσθαι δὲ παντὸς ἄλογον. Atque hunc locum forsan præ oculis habuit Marcus, cùm ista scriberet.

Καὶ

Καὶ ἀπήχθης ἡ ἀπολαύσεις | Quod de se Apostolus *ad Philip. c. 4. v. 12.* Οἶδα ἡ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν· ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾶν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι· quod suprà, μεγίστων μὲν ἀπήχθης, ὀλίγων ἡ μὴ δίκης.

Τὸ ἡ ἐκεῖνον καὶ ἵνα χαρτιεῖον | Ἵνα quid hic velit, nullus video. ὑπογραφεῖον forsan scripserat Marcus, vel quod usitatius est, ἐγγραφεῖον, ut mox: ἐνύφον.

Οἷον ἐν τῷ νόσῳ τῆς Μαξίμου | Istud an ad superiora respectum habeat, quod Xylander censuit, ambigi potest. commodè posse vix videtur. Ego itaq; tanquam distinctum quid posui. De Demonacte Cynico refert Lucianus, quòd cùm cætera ἀπλῶς planè videretur, μόνον αὐτὸν ἤνια φίλου νόσῳ δεινῇ· ὡς ἂν καὶ τὸ μέγιστον ἦν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν, πλὴν φιλίας ἠγάθην. Tale quippiam in Pio Marcus forsan adverterat. & οἷον forsan legendum fuerit.

§ 17. Πιεσῆ θεῶν | Piè Marcus noster hîc divinæ procurationi plurima adscribit, quæ fortunæ pleriq; solent tribuere.

Πάππους | *Avus paternus*, *Annius Verus* (de quo *supr.* § 1.) *maternus*, *Calvisius Tullus*. Jul. Capitol.

Τυθας | Vide *supr. ad* § 2, 3.

Ἀδελφὸν | *Habuit & sororem natu minorem*, *Annium Cornificiam*. Capitol.

Διδασκάλους | quorum *supr.* meminerat, § 5,6,7. &c. quibus & alios adjicere licet ex Jul. Capitolino. Origenes *ad Celsi. l. 3.* Καὶ Ἕλλησι ἡ φησὶν, καὶ ἐν τοῖς νομιζομένοις εἶ σοφωτάτοις, κατὰ πολλὰ πλὴν εὐτυχίαν εἶναι αἰτίας· οἷον εἰ διδασκάλων τοιῶνδε, καὶ τῷ ἀκοῦσαι τοῖς κρείττοσι ὄντων καὶ φίλοις ἐναγείας αἰρέσεως διδασκόντων· καὶ εἰ ἀναθροφῆς τῆς ἐν βελτίοσι. πολλοῖς γὰρ καὶ τῶν ἐν ἀναθροφῆς τοιαύτης γεγόνασι, ὡς μηδὲ φαντασίαν ἐπιτηδεῦσαι φίλοι κρεττόνων λαβεῖν· ἀλλ' δεῖ καὶ ἐκ περάσεως ἡλικίας, ὅτε ἐν παιδικοῖς εἶ ἀκολάζων ἀνδρῶν, ἢ διαφθεῖραι, ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ καλύσῃ πλὴν ψυχῆς ἀναλλάκτου κακοδαιμονίᾳ. τὰς ἡ εἰ τούτων αἰτίας, πάντως μὲν εἰκὸς εἶ ἐν τοῖς τῆς προνοίας λόγοις· πιστὸν ἡ αὐτὰς εἰς ἀνθρώπους, ὑπ' ἐυχερείᾳ. Vide sectionis istius verba novissima, deprehendes cum Origenianis istis quàm suavissimè concinnere. De Platone Plut. in *Mario*: Πλάτων μὲν ὖν ἤδη πρὸς τὸ τελευτᾶν ἡδόμενα, ὑμνεῖ τὸν αὐτὸν διαίωνα καὶ πλὴν τυχὴν, ὅτι πρῶτον μὲν ἀνθρωπος, εἶτα Ἕλλην, ἔπειτα Βάρβαρος, εἶδε ἄλογον τὴν φύσιν θεῖον ἡδόντο πρὸς ἡ τέτοις, ὅτι τοῖς ζωηφόροις χρόνοις ἀναλύσουσιν ἡ ἡδίοις αὐτοῖς. At Lactantius *institut. l. 3. c. 18. Plato aiebat se gratias agere naturæ; Primum quòd homo natus esset, potiùs quàm mutum animal: deinde quòd mas, potius quàm fœmina; quòd Græcus, quàm Barbarus: postremò, quòd Atheniensis, & quòd temporibus Socratis.* Quo contendit ipse, immeritò tamen, *Nunquam quicquam dictum esse in rebus humanis delirius.* Idémq; *ib. c.* 19. ubi Socratem acriùs, & in quibusdam iniquiùs etiam paulò, perstrinxerat; *In cujus temporibus natum se homo sapiens gratulatur.* Quod autem in Platone tantopere exagitat Lactantius, id is à Socrate accepisse videtur; qui, ut Dio Prus. *or.* 64. Ἐπὶ πολλοῖς αὐτὸν ἐμακάριζε, καὶ ὅτι ζῶον ἀνημὸν, καὶ ὅτι Ἀθηναῖος. Socrates à Thalete; qui, ut Laërt. *l.* 1. Ἔφασκε τριῶν τούτων ἕνεκα χάριν ἔχειν τῇ τύχῃ· πρῶτον μὲν ὅτι ἄνθρωπος ἐγενόμην, καὶ ἐ θηρίον ἔτι, ὅτι ἀνὴρ, καὶ ἐ γυνή· δεύτερον, ὅτι Ἕλλην, καὶ ἐ βάρβαρος. Postremum tantummodo de suo addidit Plato. Nec reticendum quod Judæi habent in precibus suis virorum peculiaribus: *Benedictus esto, Domine Deus, quòd me virum creâsti, non mulierem: quòd Israelitam, non alienigenam.*

Σχεδὸν ἅπαντα ἔχειν | supplendum, ἀγαθὰ, quod excidisse existimem. ut sit [ἀγαθὰ] σχεδὸν ἅπαντα ἔχειν.

Τῶν θεῶν ἡ εὐπρέπεια | Digna Christiano quovis providentiæ divinæ, quâ factum fuerit, ut ne peccatis occuparetur, cùm peccare prona dispositio non deesset, agnitio. Agnoscit ipse de se, quod Deus Abimeleco; *Ego te cohibui, ne peccares, Genes. c. 20. v. 6.* Habent his paria è nostris; Bern. *de temp. serm. 79. Prima miseratio quod à multis adhuc peccatis in seculo postmodum custodivit. quis enim non videat, quòd sicut in multis cecidi, sic & in alia poteram cecidisse peccata, nisi omnipotens pietas conservâsset?* Qui & argumentum idem tractat fusiùs, *de diverf. serm.* 13. Augustin. homil. 23. *Hic multa commisit, & multorum debitor factus est; ille gubernante Deo pauca commisit. cui deputat ille, quod demisit, huic & iste deputet quod non commisit. Adulter non fuisti in vita illa tua præterita, plenâ ignorantiâ? Hoc tibi dicit Deus tuus; Regebam te mihi, servabam te mihi, ut adulterium non committeres. Suasor defuit? ut suasor deesset, ego feci. Locus & tempus defuit? & ut hæc decessent, ego feci. Affuit suasor; non defuit locus; non defuit tempus: ut non consentires, ego terrui. Agnosce ergò gratiam ejus, cui debes & quod non admisisti. Mihi debet iste, quod factum est & dimissum vidisti: mihi debes & tu, quod non admisisti. Nullum est enim peccatum quod facit homo quod non possit facere alter homo, si desit rector à quo factus est homo.* Piissimè, & ad nostri mentem plenissimè.

Περίπτωσιν πλημμελήσεώς τι | Lugd. περίπτωσιν. quod probare non possum. Xyl. *quòd nihil deliqui.* pleniùs rectiúsq; Cas. *quòd nihil temerè aut præcipitanter deliquerim.* περίπτω, *procido, præceps fero.* indè περιπτῶς, *præceps*: & περιπτῶς, *præcipitanter, temerè, incensiderate.* Vide *l.* 3. § 9. ἀπερισπάστως. alioqui suspicare quis posset, scripsisse Marcum περιδρόμησιν. Sicut paulò inferiùs, τὸ φιλόσοφον τοῦ ἔργου ἐν ἀξιώματι κατασχεῖν.

Μὴ

Μὰ πλέον ἐντεθράφθαι παρὰ τῇ παιδαγῷ τῷ πλάνῳ] Siquidem *in domo avi sui Veri educatus esset* in ætate teneriore, utì Capitol. docet. Pari autem ratione gratulatur Alcmon Poeta sibi, in *epigrammate* (quod Alexandro Ætolo *exercit. in Solinum* Salmasius vindicat) apud Plut. *de exilio*, quòd origine Lydus cùm esset, Sardibus tamen diutius educatus non sit, ubi luscus forsan sacerdos, aut Gallus tympanotriba evasisset; sed Spartam nactus puerilis indolis formatricem, ubi Musarum disciplinis initiatus & enutritus fuerit.

Καὶ τὸ τῆς ὥρας διαφέρειν] Ὥρα *flos ætatis*, ut *Ver anni*. unde Periclis illud ab Aristotele *rhetor. l.* 1. *c.* 7. & *l.* 3. *c.* 10. laudatum, Τὴν νεότητα τὴν ἀπολειφθεῖσαν ὑπὸ πολέμου ἔτους ἡφανίζειν ἐκ τῆς πόλεως, ὅσπερ εἴ τις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι. Tempestas nimiùm quàm lubrica, & lapsibus exposita. Præsertim ubi natalium splendor, status honestior, educatio delicatior, res lautior, & forma venustior accesserint. Πολλοὶ γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐφθάρησαν. Socrates apud Xenophont. *memorial. l.* 4. Inde Juven. *Sat.* 10.

Nunc, & juvenis specie lætare tuâ, quem
Majora expectant discrimina.——

Τὸ μὲν περὶ ὥρας ἀνδρωθῆναι] Lugd. περὶς ὥρας, perperam. Verùm aliud hîc ὥρα, ab eo quod supra. Ὥρα enim istîc, non tam *flos ætatis*, quàm ὁ καιρὸς, *tempus opportunum* & *idoneum* rei alicui vel aggrediendæ vel absolvendæ. Timon Phliasius de Dionysio Heracleota, qui & Metathemenos dictus, quòd ætate devergente à secta Stoica ad Epicuream transisset, apud Athen. *l.* 14.

Ἥλιξ' ἔχειν φιλοσοφοῦντ' ἄρχεται ἡδονάς.
Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη τε γαμεῖν, ὥρη τε πιεῖν.

Ita Thales, referente Stobæo *tem.* 2. *tit.* 68. Conjugium suadentem matrem elusit; natu minor cùm esset, ἔτι καιρὸς· *nondum tempus*: provectior factus, οὐκέτι καιρὸς· *non amplius tempus* esse, sive nuptiis *idoneam ætatem* jam præteriisse, respondendo. Beneficii ergo non contemnendi loco ducit Marcus, quòd non præmaturè se rebus venereis dederit. hoc est enim hoc loco τὸ ἀνδρωθῆναι, *virum fieri*, sive virilitatis specimen dare. quomodo γυναῖκα γίνεσθαι, *mulierem fieri*. Ità Democritus dicitur puellam, quam pridiè παρθένον, cùm nocte proximâ vitiata esset, postridiè γυναικὸς nomine salutâsse. Laërt. *l.* 9. & Cicero objurgantibus, quòd puellam virginem homo sexagenarius duxisset, *Crat*, inquit, *mulier erit*. Fabius *instit. l.* 6. *c.* 4. Clarissimè Hesych. Ἀνδροδυσὰς, συνήθεις· &, Ἀνδρωθῆναι, ἀνδρὶ συνοικῆσαι, διακορεῦσαι, i. e. *virum experta*, ut Flaccus; *devirginata*, ut Petronius. In hunc sensum usurpavit Hippocrates in *lib.* περὶ παρθενίων. Locus est insignis, sed ab Anutio infeliciter tentatus, & sub correctionis prætextu corruptus plané. Verba sic habent; Αἱ δὲ παρθένοι, ὁκόταν ὥρη γάμου ἔχωσι φρόνημα, τότε μᾶλλον πάσχουσι. ea contra editorum priùs omnium consensum solicitat vir doctissimus; & cui Medicorum pater princépsque ille alioqui plurimùm debet, & ex Regio MS. ὧραι rescribi postulat. Vertit autem, *Virgines, quibus propè nuptiarum tempus instat ut viro conjungantur*. explicat in *Oeconomia* 3. *quæ ad nubiles annos & virilitatem prope accedunt*. h. e. *quæ propè sunt maturæ viro, & virilitatem aut maturam viro ætatem ingrediuntur*. Verùm primò, *virilitatem*, sive *virilem ætatem*, de virgine dictam nusquam deprehendi existimo. Tum ἀνδρωθῆς Græcis, ubi de muliere usurpatur, non *viro maturam esse*, sed *virum experiri* significat. Porrò cùm ὁκόταν ὥρη γάμου dixisset, quid opus erat, ὅταν φρόνημα, quod idem prorsus valeret, τὸ παρθενικὸν φρόνημα, subjicere? quod concisa nimis respuit dictio Hippocratica. Deniq; aliud est ἀνδρωθῆς, aliud παρανδρωθῆς, utì mox indicabitur. Nihil igitur mutatum ego quidem velim, sed admissâ lectione jam olim receptâ, commatisq; notulâ duntaxat post γάμου, intersitâ, sic verterim. *Virgines quibus nubendi tempus adest, ni virum experiantur, affectui isti magis fiunt obnoxiæ*. Arq; hanc esse genuinam Hippocratis mentem, è sequentibus planè perspicuum fit. Siquidem ubi incommoda ea recensuerat, quæ ex affectu isto virginibus jam *viro tempestivis*, ut Horatius loquitur, quas ἀνδρὸς ἀγαλμας Græci dicunt, obtingere consueverunt, remedii loco subjungit, Καλὸν δ' ἔχειν τὰς παρθένους ὁκόταν τὸ τοιοῦτον πάθωσιν, ὡς τάχιστα ξυνοικῆσαι ἀνδρὶ ἐοικότι· ἢν γὰρ κυήσωσιν, ὑγιέες γίνονται. εἰ δὲ μὴ, αὐτίκα ἅμα τῇ ἕξει, ἢ μικρὸν ὕστερον ἀλώσονται, ἅτερ μὲν ἀνδρωθῶσαι. Præcipit sic affectis, ut quàm primùm nubant liquidem indè futuram conceptûs spem; qui malo isti medeatur: quod nisi virum expertas affectaturum est probabile. ita τὸ ἀνδρωθῆναι est, Hippocrate ipso interprete, ἀνδρὶ συνοικῆσαι. τὸ δὲ ἀνδρωθῆς verò q. e. virum experiri, eodem autore, opponitur τῷ παρανδρωθῆς. h. e. *a viro præteriri, neglectim haberi*, & *viri*, sive *thalami*, ut Marcus, *nuptiarum*, ut Flaccus, *expertam esse*. & παρθένοι ἐξανδρώμεναι, quas ἀπρηκέας ἐκ γάμου Anaxandrides dixit, referente *rhetor. l.* 3. *c.* 10. Aristotele. Nihil certius, nihil clarius.

Ἀλλ' ἔτι καὶ ὀπιλακεῖν τὸ χρόνον] *Sed tempus expectavi*. Xyl. sed nec ὀπιλακεῖν ejusmodi aliquem habet significatum; & ἔτι illud aliud prorsus innuere videtur. Rectiùs M. Casaub. *Sed longiùs etiam, quàm necesse erat, distuli*. Ita ὀπιλακεῖν τὸ χρόνον erit de tempore, quod liberum datur, aliquid sumere, quo cùm possis frui, nolis tamen. Phralis duriuscula, fateor, & insolens. Sed ea proculdubio Marci mens istîc, non quam Xyl. voluit.

Δυνατὴν ἔχειν τὴν αὐλὴν βίωσιν] Ita *l.* 5. § 16.

Δυνα-

Δωματίου ἄρας ἡ οὐ ζῆν ἐν αὐλῇ quem locum vide.

Ἐσθῆτι σημειωτῇ | sive σημειώδει, ut Lugd. quod usitatius est, & eodem recidit. utrumq; enim *vestes notabiles* & *insigniores* sive *splendidiores* designat. Hoc eo, quoniam, ait Jesus noster, *Luc. c. 7. v. 25.* Οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. Ἐσθῆτας σημειώδεις, inquit Annotator Lugd. vocat *imaginibus textas, pictas, pulmatas*, χρυσοπήκτους, *auro vel purpurâ elevatas.* De Augusto Sueton. *in c. 73. Pedes usus est recti; restrictis, nunc; fusis; clavo nec lato nec angusto.* De Antonino Pio Capitol. *Visus est sæpe ab amicis cum privatis vestibus, & domesticis quadam gaudere.* Et de Alexandro Severo, Lamprid. *Gemmas de calceamentis & vestibus sustulit, quibus usus fuerat Elagabalus. Veste albâ usus est, nec auratâ, penulis togisque communibus.*

Μήτε λαμπάδων ἢ ἀνδριάντων πρὸ αὐτοῦ | Just. Lipsius ad Tacit. *annal. l. 1. principatûs insignia* intelligi vult, inter quæ *ignis prælatio.* Herodian. in *Commodo* de Lucilla sorore ejus, ἢ τὸ πῦρ προπέμπεσθαι αὐτῇ. Et de Marcia ejusdem Concubina, πάντα ἐποίησεν, ὅσα σεμνῇ, πλὴν ὅσα πυρός. De Pertinace, Καπιτ. ὅτι τὸ Ζωπύρειον, ἔνθα τὸ πῦρ ἐκοίμα ἑαυτῷ προπομπεύσαι, ἐπὶ ἢ ἄλλο ὅτι βασιλικὸν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι. Quibus addas licet & ex eodem de Nigro, ἢ προπομπεύσαντος αὐτῷ πυρός. Eum *ignem lampadum* fuisse adfirmat ex hoc Marci nostri loco; quarum usum, ut *in Deorum cultu*, sic & *in Imperatorum*, extitisse. Accidit huic & Annotator Lugdun. *Lampadas*, inquit, vocat, *quæ præferebantur Imperatoribus, ut ignis Regibus Persarum.* Cuippus de adventante Imperatore in theatrum,

——*præmuncius ante*
Signa dedit cursor, posita de more lucerna.

Verum Meric. Casaubon. in adversum contendit; *lampadesq; & statuas* sive *imagines* eodem refert, ad *simulacra* scil. *lampadas manibus gestantia*, de quibus Lucret. *l. 2.*

Si non aureæ sunt juvenum simulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur.

Et Lucretio prior, poetarum princeps, *Odyss. η. v. 100.* Alcinoi aulam describendo,

Χρύσειοι δ' ἔσαν οἶκον, ἐϋδμήτοισι θύρῃσι
Ἕρκος, ἀειδομένοιο δαΐδας ἐπὶ νύκτα φαεινὰς
Ἐκ χερὸς ἐχόντων.

Ubi Eustath. χρυσοῦς κόρους, ἀνδριάντας exponit. Ideo autem Marcum πρὸ αὐτοῦ adjecisse, *ut à vulgaribus, quæ in ædibus plebeiis etiam plerisque reperiuntur, imagines hasce distingueret.* Ego verò inter summos istos viros arbitrum me neutiquam interponam: aliorum, uter Marci mentem attigerit propiùs, per me judicium fuerit.

Ἐγγυᾶσθαι ἑαυτὸν συνέλεγεν ἑαυτῷ, | De Marco Capitolin. *Adoptatus in publicum domum omnibus parentibus suis tantum reverentiam, quantam privatus, exhibuit, eratq; haud secùs rei suæ quàm in privata domo parcus ac diligens; pro institutis patris volens agere, dicere, cogitare.* Et Aristid. *orat. in regem:* Ἐπίδειξον, ὅτι ἡ ἐκείνου ὄντα καὶ βασιλέα, οἷόν τε ἦν τὸν αὐτὸν ὄντα ἐκεῖνον. τοιοῦτον μὲν οὖν τῆς βασιλείας ἀξίωμα ἐκεῖνος ἐξεσώσατο ταύτης ἐν ᾗ ἐν δυνατὸς ἑαυτῷ, ἀλλὰ τοῦ αὐτῷ γῆ τε καὶ θάλαττα χειρόω. De Pio pariter Capitolinus; *Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit. nec omnino quicquam de vitæ privatæ qualitate mutavit. vindemias privati modo cum amicis egit. quum sibi & filiis honores peteret, omnia quasi privatus fecit. quin & Senatui tantum detulit Imperator, quantum cùm privatus esset, deferri sibi ab alio principe gaudebat.* De civilitate hac quam in Augusto laudat Sueton. *l. 2. c. 51.* Vide Casaubonum ibidem. Sed & quæ superiùs ad § 16. ἐπιτροπεύοντα.

Καὶ τὴν δὴ τοῦτο ταπεινότητα | Lugd. τὴν δέ. Sed legendum μὴ δή. Sive ut M. Cas. τὴν δὲ μὴ δὴ τοῦτο. Rem quod attinet; *nihilo demissior?* imò tantò major, tantò augustior. Siquidem, ut scitissimè, sed & verissimè, Plinius in *panegyr. Cui nihil ad augendum fastigium supereſt, hoc uno modo crescere potest, si se ipse demittat, securus magnitudinis suæ.* neque enim ab ullo periculo fortuna principum longiùs abest, quàm humilitatis. De Pio Capitolinus, postquam *civilitatem* ejus descripserat, utq; species imperatorias superfluas à se amandaverat; *& tamen*, inquit, *ingenti auctoritate apud omnes gentes fuit.*

Ἀδελφῷ | Marci fratrem hunc adhuc quærimus, nec reperire hactenus potuimus.

Δωματίῳ μὲν δὴ ἄνευ ἐπιτηδείου ἦν | At tantùm ab eo abfuit Lucius, ut Marcum moribus suis ad rem bene gerendam excitaret; ut contrà *post illius obitum Marcus solus reipublicæ temperit, multò melior & feracior ad virtutes: quippe qui nullis Veri jam impediretur aut simulatis callidæ severitatis erroribus, aut his, quibus præcipuè displicebat Marco jam inde à primo ætatis suæ tempore, vel institutis mentis pravæ, vel moribus.* Capitolin.

Τιμῇ δὲ τοσαύτῃ ἐκαίνισεν μὲν | *Honorem* quidem *Marco exhibuisse Lucium, si suscipere obsecutum, ut legatum proconsuli. vel præfidem imperatori* (ad quæ verba videndus Salmas.) autor est Capitol. qui de *amore* tamen idem negare videtur.

Ἐν οἷς ἴσως ἂν παραλείπω | Senec. *de brevit. vit. c. 14. Dubitare se Fabianus noster aiebat, an satius esset nullis studiis admoveri, quàm his implicari.* Ipse Senec. *ibid. c. 13. De illis nemo dubitabit, quin operosè nihil agant, qui in literarum inutilium studio detinentur.* Idémque *epist. 88. Ista liberalium artium consectatio molestos, verbosos, intempestivos*

tempestivos, sibi placentes facit; & ideò non discentes necessaria, quia supervacua didicerunt. Vide *supra ad § 7.*

Παῖδα | *Filios* habuit *Verum*, quem septennem amisit; *Commodum*, cui imperium reliquit, patri per omnia dissimillimum; & *Antoninum* huic geminũ, qui quadrimus est elatus; cùm tamen parem astrorum cursu Commodo Mathematici promisissent. *filios* plures, quarum Commodus tres superstites reliquit. Cass. Capitol. Lamprid. Vulcat. *Lucillam & sorores.* Lampr. in *Com. Fadillam.* Vulcat. nominat.

Μὴ εἰφυῆ, μηδὲ κατὰ τὸ σωμάτιον δίδεφα | Et fuit reverà Commodus *formâ corporis justâ*, ut Lampridius, sed ingenio moribúsque planè distortissimis.

Τὸ μὲν ἐπαινέσαι τις ἂν ἐν φυσικῇ καὶ ποιητικῇ | Τὸ μὲν Lugd. perperam. Vide *supra* § 7. De re Musica perinde Philippus Macedo, qui filio, quem scitè admodum canere acceperat, *An non te tui pudet*, inquit, *qui nõris tam bellè canere?* Vide Stratonici dictum à Ptolemæo reprehensi, ad *l.* 4. § 31. Psaltæ item cujusdam ad Philippum, an Antigonum, ad *l.* 6. § 35.

Τῷ μὴ ἐπεὶ νίοι αὐτοὶ ἦσαν | Pro μὴ, με adscripsi, sensu exigente.

Ἀπολλώνιον | de quo *suprà* § 8.

Ῥοῦφον | *suprà* § 7.

Μάξιμον | *suprà* § 15.

Τῷ κατὰ φύσιν βίῳ | vid. *suprà* ad § 9.

Ἐναργῶς | *Perspicuè.* Xyl. *efficaciter.* Cas. ἐνεργῶς. crebra apud autores Græcos vocabulorum horum ab exscriptoribus permutatio occurrit. Ego tamen istic nihil mutem.

Ἐπινοίας. *Cogitationes injectas.* Xyl. ἐπιπνοίας malim. atque ità Cas. *inspirationes.*

Μηδὲν κωλύον ἦδη | Lugd. ἢ δὴ, quod & ferri potest, quia ἢ alterum sequitur. Vide ad *l.* 2 § 9.

Τὰς ἐκ θεῶν ὑπονοίας καὶ μυστικὴ διδασκαλίας | Plato *Philebo*, philosophiam esse ait, θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσιν. Cicero *Tuscul. l.* 1. *Philosophia quid est aliud, nisi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum Deorum?* Senec. *epist.* 90. *Deorum immortalium munus est, quòd vivimus; philosophiæ, quòd bene vivimus. itaq; tantò plus nos huic quàm diis, quantò majus bonum est bona vita quàm vita, pro certo deberemus, nisi ipsam dii philosophiam tribuissent.* Hæc eò retulerim, quòd διδασκαλίας noster dicit: ὑπονοίας verò pro occasionibus singulatim *suggesta* intellexerim. Hinc formulæ illæ apud Homer. *Iliad.* τ'. *v.* 485. & ψ'. *v.* 270.

——— Ζεὺς ἔμβαλε θυμῷ.

& *Odyss.* τ'. *v.* 10.

——— τὸ δ' ἐπὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων.

Ità in sacra pagina de Artaxerxe Memore Esdras *c.* 7. *v.* 27. *Indidit eam animo Regis rem Deus.* & Nehemias *c.* 2. *v.* 12. & *c.* 7. *v.* 5. *Indidit Deus meus animo meo.* Vide ad *l.* 2. § 11. ὑπονοίους verò καὶ διδασκαλίας ità distinguere videtur, ut illæ per signa quædam obscuriora, istæ per indicia clariora, quasi disertè præcipiendo quid facto opus sit, procedant. Galen. *de opt. sect. c.* 11. ex Empiricorum sententia: Τὰ καταλαμβανόμενα, ἃ μὲν αὐθαίρετοι καταλαμβάνεται, οἷς τὸ ἐφ' ἡμῖν· ἃ δ' ὑπομνηστικῶς. οἷς τὰ δὲ σημεῖον πάντων καταλαμβανόμενα ὑπόμνησιν ἀπὸ τῆς ἐνδείξεως, aperte distinguit.

Τὸ ἀντιοχεῖν μοι τὸ σῶμα | Αὐτὸς μὲν γὰρ ἀδυνήν ἐῶ τὸ σῶμα. Dio *Habuit enim corpus valetudinarium.* quod studio intentiori Capitolinus adscribit. *Tantum*, inquit, *operis & laboris studiis impendit ut corpus afficeret, atq; in hoc solo pueritiæ ejus reprehenderetur.* Sed & Cassius, Ἐκ τῆς πολλῆς, inquit, ἀσχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀδυνήσατον τὸ σῶμα ἔσχε· καὶ τοι τοιαύτην ἐνεξίν ἐπ' ἀρετῆς χρησάμενος, ὥστε καὶ ὁπλομαχῆσαι, καὶ σὺς ἀγελαίους ἐν δίκῃ καταβαλεῖν ὑπὸ ἴσχνου. Et mox; Οὔτε ἤρρατο, καὶ κακοῖς πλείοσι δὴ πᾶσιν, ὡς εἰκὸς, πλὴν ἡμιονίας ἐξεκύησεν. quæ postrema illustrant, quod adjecit hîc Marcus, ἐν τῷ τούτῳ βίῳ. Nec tacendum quod apud Suidam scriptor innominatus, ubi de Marci corpore imbecilliori dixerat, subjungit, Καὶ τοῦτο ἐξ ἀδυνησάτου κρᾶσεως ἀπαθὲς. Tribuit autem hoc Cassius theriaci, quod quotidiè sumebat, beneficio. De quo videri poterit Galenus, qui hunc Marci morem diligentiùs narrat, *de antidot. l.* 1. *c.* 1.

Μὴ ἁλῶναι | ἁλῶναι eo sensu, quo Apostolo *ad Cor. ep.* 1. *c.* 7. *v.* 1. Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. Clemens *pædag. l.* 2. *c.* 10. Μηδὲ ὑμῶν ἁλῶναί τινος πλὴν γαμετῆς τὸ ἔξωθεν τῆς ἑαυτῆς γυναικός. *Prov. c.* 6. *v.* 29. Οὐκ ἀθῷος ἀνήσεται πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς. *quisquis eam attigerit, haud futurus est insons.* de uxore aliena. Eadem mente ἅπτειν & θιγγάνειν usurparunt. Plut. *Alex.* Παριδὼν δὲ τοὺς τῆς γαμετῆς καλοὺς καὶ γλυκεῖς ἁλῶναι γυναικός. ——— ἀλλ' Ἀλέξανδρος ἔτι τούτων ἔλεγεν, ὅτι ἄλλων ἤκουε γυναῖκα θεᾶς γάμου, πλὴν Βαρσίνης.

Βασιλικῆς | Ex pallacis aulicis videtur ista fuisse.

Θεοδότου | ex numero exoletorum iste. Vide *supr.* §. 16.

Τὰ γαλεπήναντα Ῥουσίνῃ, μηδὲν πλέον φράζει, ἐφ' ᾧ ἂν μετίγοιεν | Faciunt huc, Abigajelis Davidem Nabali infensum mitigantis interpellatio, Regisq; ipsius tum mulierculæ, tum & Deo ipsi eo nomine benedicentis acclamatio, *Historiæ Reg. l.* 1. *c.* 25. *v.* 31, 32, 33. Atq; hoc est, quod Apostolus monet, *ad Ephes. c.* 4. *v.* 26. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. de quo loco alibi diximus.

Μάλιστα γὰρ τιλαδίᾳ τῶν τοιούτων | Obiisse videtur,

videtur ex Capitolino Marci mater, antequam filius imperium Pio defuncto adiret: quâ tamen ætate fato concesserit, incertum.

Οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὸ παλάτιον ἔτι | Capitol. *Ab Adriano adoptatus, jussúsque in Adriani privatam domum migrare, invitus de maternis hortis recessit.*

Ὅτι οὐκ ἔστι ποτε χρήματα | Quòd nec defuerit unquam, unde aliquid poscenti se subveniret; nec eò fuerit redactus, ut ab aliis flagitare cogeretur, pro magno ducit beneficio. Agnoverat nimirum illud Servatoris nostri; Μακάριόν ἐστι διδόναι, μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. *Act.* 20. 35. & quod optimum quemq; censere Greg. Nazianz. asserit *orat. pro pauper.* Τὸ ἐυπορεῖν τῶ πάνυ πιστεύειν ἢ φιλανθρώπῳ πάνυ λαῷ.

Τὴν γυναῖκα πεπαίδευκε | *Habuit uxorem Annium Faustinam consobrinam suam.* Capitol. Et reverâ, qualis istic depingitur uxor, numinis donum, haud è minimis, haud è multis, censeri meritò possit. Verùm an ejusmodi Marci nostri Faustina extiterit, licèt Pii filia, Marcus ipse viderit. Certè si vera narrant Cassius & Capitolinus, nihil minùs illa fuerit.

Τὸ ἐυπαίδευτον ἔφασκεν εἰς τὰ παιδία ἐυτυχῆσαι | Ità Philippus Macedo *epist. ad Aristotelem.* Ἴδοι γενοίμην μὲν ἐγὼ πολλῶν ὧν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, ἢ, ἵνα οὕτως εἴπω τῷ ἥλιῳ τῷ παιδὶ, ὡς ἐπὶ τῷ πρώτῳ τοῦδε ἐλπίσιν αὐτὸν γενόμενον. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ἐπὶ σὺ παιδείᾳ καὶ παιδεύσει ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας διαδοχῆς. *Filium mihi genitum scias; quo nomine Diis gratias ago, non tam proinde quia natus, quàm quòd eum mihi contigerit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, ut à te edoctus eruditúsque, dignus evadat, qui & mihi, & rebus à nobis susceptis succedat.* Refert Gellius *l.* 9. *c.* 3. Commodum autem Marcus & *suis præceptis, & etiam magnorum atque optimorum virorum operâ erudire conatus est. habuit literatorem Græcum, Onesicratum; Latinum, Capellam Africum: orator ei Antistius Sanctus fuit. Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt.* Lamprid.

Τὸ δὲ ὀνειρόπομπα βοηθήματα | De remediis istiusmodi per insomnia indicatis superstitiosa multa in *sermonibus sacris* Aristides; sed & Cicero *de divinat. l.* 1. tangit & noster, *l.* 9. § 27.

Καὶ τότε ἐν Καιήτῃ ἄωτον χρῆσαι | Locus mutilus; quod & Xylander monuit. *forsan,* inquit in *notis,* ἄωτος χρύσῳ, *quomodo utavie.* At in versione *sicut Chryse:* ac si loci alicujus nomen proprium esset, quò inclinat & Mericus; sed ut viri, non loci, appellatio sit, & χρύσῳ legatur. quasi dicat Marcus, *Cajetæ, quæ in regione Campana maritimum est oppidum, se Deis vota facientem, fausta retulisse; prout & Chrysæ Phœbi sacerdoti olim contigerat supplicanti* παρὰ Διὸς πολυφόρβου βασιλῆος. *Il. a'.* Eruditus vir D. Bootius χρῆσαι legendum suspicatur: χρῆος idem quod χρεμπὲς, ut χρεμπὲς interdum pro χρεμπεμὲς dicitur. ut sensus sit, *quemadmodum sibi divinitus remedia ad quosdam morbos monstrata fuerunt, ità etiam cùm Cajetæ aliquando agens versaretur in periculo alicujus morbi alterius ve casûs, auxilium, quo eum depelleret, ostensum fuisse, idque tanquam oraculo, cùm alias in ea urbe oracula nulla edi solerent.* Idem ferè vult Annotator Lugd. qui legit, καὶ τότε ἐν Κ. ἄωτον χρεμπὲς. ac vertit, *Hâcq; Cajetæ tanquam oraculum quoddam.* Clariss. Salm. *sine aliquo* Deorum *numine* (quales Marcus istic loquitur) *ità ei visum fanum fieri locum vix posse* censet. *conjecturam* tamen *duplicem* adjungit, legendum scil. vel καὶ τότε ἐν Καιήτῃ ἐυτυχῆσαι, ut *loci* meminerit, in quo monitum illud à numine acceperit: vel, καὶ τότε ἐν Καιήτῃ, ὡς ἀπεχρίσω, ut & *remedii* præcepti mentio fiat, quod *circumlinere* sibi aliquid jussus sit. In re tam ambigua ipse statuere nihil ausim.

Ὅπως τι ἐπιθύμησον | [τὸ] ὅπως τι ἐπιθ.' sic ut in præcedentibus passim. Salmas. forsan, τὸ, ὅπως ἐπιθ. ut τι ex τὸ factum sit.

Ἀπαγθήσεται ἐπὶ τοῦ συγγεγραφῆς | Lugd. ἀπαγθήσεται. forsan ἀπαγθῆς. unratiùs autem ἐπὶ τοῖς συγγεγραφὼν diceretur. Sed & Thucydides *l.* 1. ἀγθηδὼν ἐπὶ τῷ ἐσίᾳ, dixit. Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 6. οὐκ ἐπὶ τούτῳ, τούτων μὴ ἀπαιτήσαι, τοῦτο ἢ γεγαφέναι, τοῦτον ἢ χάριν ἀθυμηθῆναι γεγονέναι ἢ πολὺ ἀξίῳ. Verum ἀπαγθῆς, quo Marcus hic usus videtur, distertius est vocabulum. Significat enim *desidem & ignavum assidere.* Pollux *l.* 3. *c.* 24. inter *ignavum* ac *desidiam* denotantia vocabula, ἀπαγθῆς & ἀπαγθηδὼν collocat. Vetus Edictum Censorium ex Suetonio *de clar. Rhetor.* à Gellio *l.* 15. *c.* 11. exhibitum: *Renunciatum est nobis, esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt; ad quos juventus in ludum genus convenit: eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetores: ibi homines adolescentulos totos dies desidere.* hoc est, quod Marcus, ἀπαγθῆς.

Θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δῶρα | Expressisse videtur, quod Plato *de leg. l.* 4. & ex Platone Maximus Tyr. *orat.* 3. & Stobæus *tom.* 2. *tit.* 58. Θεὸς μὲν πάντα καὶ κατὰ θεῖ τύχη τὰ ἀνθρώπινα διακοσμοῦσιν ξυμπάντα. quanquam τύχης nomine *providentiam divinam* intelligere videtur, vel *casus* potiùs *fortuitos* rerúmq; contingentiam providentiâ divinâ dispositam & gubernatam. quomodo & Solomon rex usurpavit, *Eccles. c.* 9. *v.* 11. quo loco, quod Plato τύχην καὶ καιρὸς, Solomon עת ופגע dixit. Stoici enim omnia fato fieri statuebant; & fortuita etiam quæ dicuntur, eodem referebant. Ità Aristoteles Rhetor. *l.* 2. *c.* 19. § 8. Ἐν δ' ἀκολουθεῖ βέλτιον εἶναι τῷ ἐυτυχεῖ, ἢ φιλόσοφοί εἰσι, καὶ ἔχειν ὡς τὸ δεῖν πως ἀποδοῦναι, διὰ τὸ γινόμενα

μόνα ἀγαθὰ ἐπὶ τῆς πράξεως. Vide & Marcum *l.* 3. § 11. Plinius minor, *lib.* 4. *epist.* 8. *Sed nimirum quæ sunt in manu hominum, & mihi & multis contigerunt. illud verò, ut adipiscì arduum, sic etiam sperare nimium est, quod dari non nisi à Diis potest.*

Τὰ ἐν Κυάδοις | Ambigi potest, utrùm ad antecedentia lemma istud, an ad subsequentia pertineat. Ex usitata siquidem formula, si antegressa spectaret, dicendum videatur, τὰδε ἐν Κυάδοις, *apud Quados ista*; concepta nimirum vel conscripta sunt. Istud autem, Τὰ ἐν Κυάδοις, h. e. *Quæ apud Quados*, agenti scil. concepta & conscripta; tituli præfixi potiùs, quam subjunctæ clausulæ significationem præ se fert. Atq; in hanc partem hoc in loco M. Casaub. accepisse videtur; in libro proximo exeunte illam alteram secutus. Ipse interim ea disceptatione in medio relictâ, ad hunc locum libro primo terminum dare nihil quicquam dubitavi: cùm & huc usq; seriem quandam continuam, quæ hîc planè inciditur, autor ipse tenuerit, miscelam deinceps meram exorsus; & sectiuncula illa ipsa, à qua liber secundus in hactenus excusis inchoatur, ad proximè præcedentia respectum habeat satis clarum.

Κυάδοις | *Quadi* Germaniæ populus, de quibus Ptolemæus *geogr. l.* 2. & Tacitus in *tractatu de morib. German.* Adversùs istos Marcomannis junctos non sine prospero successu bella gessisse Marcum nostrum, autores sunt Dio Cassius & Jul. Capitolinus. Sed & Lucian. in *pseudomanti*, cujus hæc sunt verba, ὅτι καὶ Μάρκῳ ἦλθε πρὸς Μαρκομάννους καὶ Κυάδους ξυστρατεύσατο. Eam expeditionem celebriorem reddiderunt Christianorum suppliciis impetrati cœlitùs imbres, cùm exercitus siti ferè confectus jam esset, Meminere Tertull. *ad Scapul.* & *in apolog. c.* 5. & ex eodem atq; Apollinario Euseb. *hist. Eccles. lib.* 5. *cap.* 5. & *Chron. lib.* 1, & 2. Niceph. Callist. *l.* 4. *c.* 12. Zonar. *Annal. tom.* 5. Xiphilinus in *Marc.* Oros. *hist. l.* 7. *c.* 15. Otho Frising. *chron. l.* 3. *c.* 25. Jo. Aventin. *annal. Boior. l.* 2. alii. quanquam istud Cassius, Arnuphis Ægyptii, vel Juliani, ut apud Suidam alius nescio quis, Magicis procurationibus, Marci ipsius precibus Capitolinus, moribus pietatiq; Claudianus, Christiano nomini iniquiores, adscribant. Videatur Scalig. *ad Euseb. chron.* & Xiphilin. *supr. ad* § 6.

Ad Librum II.

§ 1. Ὥσπερ περιλέγειν | ἀεί, (ut *l.* 3. § 1.) ἀεὶ, μέμνησο, (ut *l.* 8. § 13.) vel tale quid, subintelligendum. q^d cùm in scriptis istiusmodi est frequentissimum, tum nostro istic cum primis familiare. Cæterùm Xyl. εἴωθε legit, vertitq;, *solebat is sibi prædicere.* Sed monentis potiùs quid velit, quàm quid assuevesit narrantis, dictio videtur. quin nec in persona tertia, quam dicunt Grammatici, de se Marcus loqui assolet.

Σωφρόξομαι ἀκούσῃ, ἀχαρίστῳ | Seneca, *de ira l.* 2. *c.* 10. *Placidus sapiens & æquus erroribus, non hostis, sed corrector peccantium, hoc quotidie procedit animo; Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi avari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia ista tam propitius aspiciam, quàm ægros suos medicus.*

Παρὰ τὸν ἄγνοιαν | Creberrimè istud inculcat noster, uti in locis collatis videre licet. vide *infr. ad* § 13. Sed & Epictetum latiùs idem differentem, *l.* 1. *c.* 18. & *c.* 28. Lactant. *instit. l.* 5. *c.* 8. *Mali sunt ignorantione recti & boni.*

Ἐγὼ γὰρ τηδεμονικὸς | Ita *l.* 3. § 11. ἀλλ' ἐγὼ ἐν ἀγρῷ. quod & urget vehementiùs, dilemmate usus. *l.* 7. § 26. Vel inscitiâ rerum pari & ipse laboras; & pariter affecto ignoscendum: vel perspicaciâ majore imbutus es; & caliganti æquior esse debes. Vide & *infr. ad* § 13.

Τὸν φύσει τῦ ἀγαθὸν, ὅτι καλὸν, καὶ τὸ κακὸν, ὅτι αἰσχρὸν | Imò solum illud bonum, hoc solum malum esse. Sic enim statuunt Stoici, apud Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Hecato *de bonis l.* 3. & Chrysip. *de honesto*; Μόνον τὸν καλὸν ἀγαθὸν εἶ· καὶ τὸ πᾶν ἀγαθὸν καλὸν εἶ· καὶ ἰσοδυναμεῖν τὸ καλῷ τὸ ἀγαθόν. & Seneca, *epist.* 76. *Unum est bonum, quod honestum.* De Helvidio Prisco Tacit. *hist. l.* 4. *Doctores sapientiæ secutus est, qui solæ bona, quæ honesta; mala tantùm quæ turpia; potentiam, nobilitatem, cæteràque extra animum, neque bonis, neque malis annumerant.* Vide *infr. ad* § 11.

Συγγενὴς, ὑγρὸν αἷμα καὶ πνεύματα τὰ ἄνω | Ita *l.* 12. § 26. Ὅσον ἡ συγγένεια ἀνθρώπῳ πρὸς τὸν ἀνθρώπινον νοῦν. ἡ γὰρ αἱματίη καὶ πνεύματι, ἀλλὰ ἰδίη κοινωνίη. Non hac duntaxat, aut præcipuè ratione: sed & istâ tamen. Paulus Apost. apud Lucam *Act. c.* 17. *v.* 26. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων. Et Lactant. *instit. l.* 6. *c.* 10. *Si ab uno homine, quem Deus finxit omnes ortimur, certè consanguinei sumus.* Itaque τὸ μίσος

μόνον hîc ſubintelligendum, cujus frequens paſſim Ellipſis. Xenoph. expedit. *l.* 3. Οὐδένα χρὴ ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς σεβεσθαι. *Hominem Dominum nullum, ſed Deos ſolos adoratis.* Ita ſupplet Chriſtus apud Matth. *Evang. c.* 4. *v.* 10. Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. quod omiſsâ particulâ illâ Moſes dixerat, *Deut. c.* 6. *v.* 13. *Dominum Deum tuum adorabis, eidémque ſervies.* Paulus *ad Rom. c.* 4. *v.* 9. Ὁ μακαρισμὸς οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; *Beatificatio iſta ad circumciſos* (ſolos) *an & ad præputiatos pertinet?* Quod Caſtellio, cùm minùs adverteret, perperam reddidit; *Hæc beatitudo in circumciſionem me cadit, an potiùs in præputium?*

Ἀλλὰ τῇ | Syneſ. *de provident.* Ἔστι γὰρ ἡ μία ψυχὴ καὶ σωμάτων συγγένεια. ἐκ γὰρ τοῦ τοῖν αὐτοῖν ἐπὶ γῆς ἐκφυῆναι γένοιτ', οὗτοι προσήκει ψυχαῖς, ἀλλὰ τὸ ἐκ μιᾶς ῥυῆναι πηγῆς. qui tamen fontes, unde deriventur animæ, duos ſtatuit; terreſtrem alterum, alterum cœleſtem; indè Oſiridi, Typhoni hinc animam contigiſſe. At contrà Lucret. *l.* 2. & Lucretio σύμφωνος Lactant. *inſtitut. l.* 6. *c.* 10. eodem, quò Marcus iſtîc collineans; *Si ab uno Deo*, inquit, *inſpirati omnes & animati ſumus, quid aliud quàm fratres ſumus? & quidem conjunctiores, quòd animis, quàm qui corporibus.* itaq; non errat Lucretius, cùm dicit;

Deniq; cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi:
Omnibus ille idem pater eſt. ———

Subjungit Lact. noſtro conſentiens: *Ergo pro belluis immanibus habendi ſunt, qui hominibus nocent.* —*Ob hanc enim neceſſitudinem germanitatis docet nos Deus, malum nunquam facere, ſemper bonum.* Idémq; *l.* 5. *c.* 8. ex Cicerone *de legib. l.* 1. *Sicut unâ eademq; naturâ, mundus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohæret ac nititur: ſic omnes homines inter ſe naturâ confuſi, pravitate diſſentiunt; nec intelligunt ſe eſſe conſanguineos, & ſubjectos omnes ſub unam eandémq; tutelam. quod ſi teneretur, Deorum profectò vitam homines viverent.*

Καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχον | Θεία ἀπόμοιρα i. e. *portiuncula divina*, ὁ νοῦς, i. e. *mens*, ſive *anima rationalis* hîc dicitur. ſicut infr. § 4. τῆς τῶν κόσμων διοικήσεως ἀπόῤῥοια. & *l.* 5. § 27. τῆς Διὸς ἀπόσπασμα. de quibus, ſuis locis dicetur. Eadem Epicteto diſſert. *l.* 1. *c.* 1. Τῆς Διὸς μέρος. Senecæ *epiſt.* 92. *Dei pars eſt.* & *de otio ſapient. Divini ſpiritûs pars ac veluti ſcintilla quædam.* Horat. *Serm. l.* 2. *Sat.* 2.

——— *divinæ particula auræ.*

quo modo Ammianus, tanquam ex Phyſicorum ſententia, *l.* 21. *Sol mens mundi noſtras mentes ex ſeſe, velut ſcintillulas, diffunditat.* Et Manilio Aſtron. *l.* 2.

——— *pars ipſa deorum eſt.*

Plutarch. *quæſt. Platonic. l.* 1. Ἡ δὲ ψυχὴ τῷ μεταξὺ καὶ λογισμῷ, οὐκ ἔχον δὲ τῷ θεῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, ἐν' ὦσι αὐτῷ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γένωνται. Sanius Auguſtinus, *epiſt.* 157. *Animam, Dei non particulam eſſe, ſed creaturam.* & *de anim. orig. lib.* 1. *c.* 4. & *l.* 3. *c.* 3. *ab illo, non de illo factam.* quem & ampliùs viſe ſis *de civit. Dei l.* 13. *c.* 24. Tertull. *de reſurrect. c.* 7. *Deus animæ ſuæ umbram, ſpiritûs ſui auram, oris ſui operam, viliſſimo alicui commiſerit?* Animam loquitur humanam corpori inditam. Pulcherrimè Gregor. Naz. Auguſtino ſenſu conſentiens, quamvis modo loquendi diſpar, *apol.* § 33. Περὶ ψυχὴν ἡ σπουδὴ, πλὴν ὅσα θεοῦ καὶ θείαν, καὶ τῆς ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν, καὶ οἷς ἐκείνῳ ἐπιτηδείως, εἰ καὶ τῷ χείρονι ζωωδέστερον. Modeſtiſſimè Epiphanius, in *ancorat.* § 55. Οὔτε μέρος θεοῦ λέγοιμ' ἂν εἶναι τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ ἀλλότριον τῆς ἀφθαρσίας. (ita enim legendum autumo, quod ἀφυσίματος vulgò legitur) πῶς γὰρ τὸ λεπτὸν τοῦτο νοεῖται θεῷ μόνῳ ἔγνωσται. Sed & Syneſius *epiſt.* 105. τὸν νοῦν indigitat πλὴν ἐν τῇ ψυχῇ μοῖραν τὴν θείαν.

Οὔτε βλαβῆναι ὑπὸ τοῦ σώματος δύναμαι | Argumentum à noſtro crebriùs repetitum, utì in collatione indicatum, noſtris etiam non inſolens, qui lædi neminem, niſi à ſeſe, poſſe contendunt. Habes à Joanne Chryſoſt. fusè pertractatum, Edit. Savill. *tom.* 7. *orat.* 2. cujus titulus; Ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδεὶς δύναται βλάπτειν. Inter exteros verò Maximus Tyrius *diſſertationem* eadem de re ingenioſam admodum inſtituit, numero 2^am^. quâ & Socratis dictum illud celeberrimum laudat, à Platone in *apol.* poſitum, à Plutarcho *de tranquill.* ab Epicteto *enchiridio extremo*, & *diſſert. l.* 1. *c.* 29. & *l.* 3. *c.* 23. à Clemente *Strom. l.* 4. repoſitum, à Thraſea etiam apud Dionem in *Nerone* uſurpatum. Ἐμὲ μὲν Ἄνυτος καὶ Μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν δύναιντο, βλάψαι δ' οὔ. *Me Anytus & Melitus occidere quidem poſſunt, ſed lædere non poſſunt.* In eundem hunc ſenſum & Dominus noſter de ſuis apud Lucam *Evang.* 21. quibus etiamſi prædiceret, fore ut morte ipsâ multarentur (καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν § 16.) ſubjicit tamen, nihil indè ad ipſos damni, ne vel minimum quidem, rediturum. καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται. *nec capillus è capite veſtri cujuſquam periturus eſt.* v. 18. οὐ γὰρ δύναμις, inquit Maximus, ἀγαθῷ ἀνδρὶ ὑπὸ πονηροῦ βλαβῆναι. quod Plato, οὐ γὰρ δύναται ἀμείνονα ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλαπτεσθαι. *neque enim jus fáſque patitur, ut vir bonus quiſpiam ab improbo quoquam lædatur.* Vide ad *l.* 9. § 4. Itaq; cum noſtro conſentiens planè Joan. Chryſoſt. *in Matth. orat.* 87. Εἰ γὰρ ὑδὲν πάσχεις δεινὸν, πόθεν ὀργίζῃ τῷ μηδὲν σε βλάψαντι κακόν; *Si mali nil pateris, cur ei ſuccenſes, qui te malo non affecit?* Julianus deniq; *de Cynicſm. orat.* 2. Κἂν τις ἕτερος ἔχῃ πρὸς αὐτὸν κατάφορα, οἶμαι, πολλοὶ πρὸς θεοῦ. ἐκείνῳ μὲν ἐκεῖσε ἐχθρός. ὑμῖν

ὑπὸ τοῦ βλαπτομένου· αὐτὸς ὁ αὐτῷ, βαρύτατον ὀνείδους τίμημα τῷ τῆς κρείττονος ἀγωγίας, ἔχημος τῆς ἐκείνου φορτικότητος.

Ἀλλ᾽ ἐμοῦ γάρ με ὑδὲς ἀφελόμενος | αἰσχροῦ ἀφελόμενος, ut & κακοῦ ἀφελόμενος, *infrà* § 11. metaphora ab amictu sumpta, qui corpori circumjicitur, quóq; corpus ipsum involvitur. qualis illa Psalmi *Psal.* 109. 18, 19. ἐνεδύσατο κατάραν ὡς ἱμάτιον. — ἐνδύτω αὐτὸν ὡς ἱμάτιον, ὁ ἀφελόμενος). *turpi*, inquit, *aliquo nemo me involvetit.* quia virturem scil. nemo eripere cuiquam potest, in qua sola τὸν κακὸν, & in cujus solius privatione τὸ αἰσχρὸν Stoici collocant. Λέγουσι δὲ μόνον τὸ κακὸν ἀγαθὸν εἶναι· εἶναι δὲ τοῦτο ἀρετάς. Laërt. *Zenon.* & Senec. *de vit. beat. c.* 22. *Sapientibus noſtris unum bonum eſt virtus.* &, *de conſtant. c.* 5. *Unum malum illis eſt turpitudo.* Vide Cicer. *Parad.* 1. qui & idem *ad Attic. l.* 10. *epiſt.* 4. *Nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum: nihil malum, niſi quod turpe ſit.* itaq; τὸ αἰσχρὸν ἀφελόμενον, & τὸ κακὸν ἀφελόμενον, Marco noſtro idem ſunt. Maximus Tyr. *orat.* 2. Ἀδικία ἔστιν ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ. τὸ δὲ ἀγαθὸν τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἀρετή; ἡ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρετον. ὃν ἀδικηθήσεται τοίνυν ὁ τὴν ἀρετὴν ἔχων· ἢ οὐκ ἔστιν ἀδικία, ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ. ὑδὲν γὰρ ἀγαθὸν ἀφαιρεῖται, ὑδὲ κτῆμα, ὑδὲ ἐλεύθερον, ὑδὲ λογισόν. Eodémq; Chryſoſtomus, in argumento hoc, telo pugnat. Telephus Accianus apud Macrob. *Saturn. l.* 6. *c.* 1.

— *nam ſi regnum à me fortuna atque opes*
Eripere qui vit, at virtutem non quit.

Λοιδὸς γὰρ ἀφαίρεσιν ὁ γίνεται. Epictetus apud noſtrum. *l.* § 36. *Prædo virtutis nullus eſt.* Itaque Maximus: Ἀνὴρ ἀγαθὸς ἢ λίθου καταγελάσεται γέλωτα ἀκρατῆ, ὁρῶν τοῦ ἀδίκως ἐπ᾽ αὐτὸν ἐρεμιθίως ἀποδῆ, οὐδαμῶς τὸ δρᾶν, δρῶντας δ᾽ ὑδέν. ἀλλὰ καὶ ἀπιμελόμενον ἐκείνων, βοήσεται τὸ τῆς Ἀχιλλέως. *Iliad. ι'.* 604.

—— φορτὸν δ᾽ τεπιμῆσαι Διὸς αἶσα.

καὶ ἀφαιρεμένων τὰ χρήματα, φορτίσεται ὡς παίζοντα καὶ ἀσχολάλως ἀφαιρεμένους. καὶ ὑποδαπεῖται, ὡς ὑπὸ πυρετοῦ καὶ λίθου, ὑδὲν ἀναπαλῆ φορτὸν τοῦ ὑποπλέοντος. Senec. *de conſtant. ſap. cap.* 5. *Injuria propoſitum hoc habet, aliquem malo afficere: malo autem ſapientia non reliquit locum. unum enim malum illi eſt turpitudo: quæ introire eò, ubi jam virtus honeſtúmq; eſt, non poteſt. injuria ergo ad ſapientem non pervenit. nam ſi injuria alicujus mali patientia eſt; ſapiens autem nullius mali eſt patiens; nulla ad ſapientem injuria pertinet.* Vide ad *l.* 8. § 1.

Οὔτε ὀργίζεσθαι πρὸς συγγενεῖς δυνατόν, ὔτε ἀπίχθεσθαι αὐτῷ | Epictet. *Enchirid. c.* 42. Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὸν μὲν φορητὸν, τὸν δ᾽ ἀφόρητον. ὁ ἀδελφὸς ἐάν ἀδικῇ, σεσῶσθαι αὐτὸ μὴ πρόμβασε, ὅτι ἀδικεῖ· αὕτη γὰρ λαβὴ ὑκ ἔστιν αὐτοῦ ἡ φορητή· ἀλλὰ ἐκεῖσθαι μᾶλλον, ὅτι ἀδελφός, ὅτι συνέθρεψε μετὰ τοῦ πατρός· τοῦτο ἐπιλαμβάνου τὸ μέρος ὃ ἐστὶ φορητόν. Idem *differt. l.* 3. *c.* 10. Οὐκ ἔδει ὕτω μοι προσενεχθῆναι τὸν ἀδελφόν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκείνου ὄψεται. ἐγὼ δ᾽ ὡς ἂν προσενεχθῇ αὐτὸς, ὡς δεῖ χρήσομαι τοῖς πρὸς ἐκεῖνον. τοῦτο γὰρ ἐμόν ὅτι, ἐκεῖνο δ᾽ ἀλλότριον· τοῦτο ὑδεὶς κωλύσει ἀνθρώπων· ἐκεῖνο κωλύσεται. Vide *l.* 5. § 22.

Γεγόναμεν πρὸς ἀνατρίαν | Quod *l.* 4. § 3. τὸ λογικὸν ζῶον ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. & *l.* 8. § 36. Οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν. & *l.* 5. § 16. πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν. & *l.* 7. § 13. πρὸς μίαν τινὰ ἀνατρίαν. Vide *infra ad* § 2. Senec. *de ira l.* 1. *c.* 5. Homo in adjutorium mutuum generatus eſt. & epiſt. 95. *Natura nos cognatos edidit, cùm ex eiſdem & in eadem gignerет. hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit: illa æquum juſtúmque compoſuit: ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere quàm læsi: & illius imperio parata ad juvandum manus. iſte verſus & in pectore & in ore ſit:*

Homo ſum: humani nihil à me alienum puto. Ter. *Heaut.* 1. 1. *Habeamus in commune, quòd nati ſumus. Societas noſtra lapidum fornicationi ſimillima eſt; quæ caſura, niſi invicem obſtarent; hoc ipſo ſuſtinentur.*

Ὡς πόδες | Ideò, πᾶν τὸ ὑσότιμον ἐξ ἀνάγκης ἀρετῆς ἔχει τοῦ πόδας. Ariſtot. *de animal. inceſſ. c.* 8. & *hiſt. anim. l.* 1. *c.* 5. & *problem. l.* 10. *q.* 18. & 23. Hierocles. Ἐν τῷ περὶ φιλαδελφίας apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 81. Οἱ ἀδελφοὶ τοῦτον πρὸς τὸν αὐτὸν μέρη τυγχάνουσιν, ὥσπερ οἱ ὀφθαλμοὶ, ἢ τὰ σκέλη, ἢ αἱ χεῖρες, ἢ τὰ λοιπά. ὥσπερ ὖν οἱ ὀφθαλμοὶ, ἢ αἱ χεῖρες, ἕτερον ὄντων ἰδίαν ψυχὴν ἢ νῦν λαβόντα, ἀφεῖπεν ἂν τὰ λοιπὰ πάσῃ μηχανῇ διὰ τὴν εἰρημένην κοινωνίαν, τῷ μηδ᾽ αὐτὰ τὸ ἴδιον ἔχειν οἷά τε ἦν παρέχειν χρείας πλείστας ὑπὲρ ἑτέρων παρουσίας· ὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς ἀνθρώπους γε ὄντας, ἢ τὴν ψυχὴν (forſan ψυχὴν μίαν. Vide *ad l.* 4. § 4. *annot.* 1. & § 29. *annot. ult.* & *l.* 9. § 8. & *l.* 12. § 30.) ὁμολογοῦντας ἔχειν, μηδὲν παρεῖναι αὐτοῖς, ὃπερ τῷ δέοντος ἀφορᾶσθαι τῆς ἀδελφοῖς· καὶ δὲ ἂν καὶ πλεῖόν τι ἔδῃ τὰ μέρη συλλαμβάνειν ἀλλήλοις ἀδελφοὶ πεφύκασιν· οἵ τε γὰρ ὀφθαλμοὶ μὴν ἑρῶσιν ἀλλήλοις παρόντες παρόντα, καὶ χεὶρ ἑτέρᾳ συνεργάζεται παρὸν χειρὶ παρούσῃ· ἡ δὲ ἀδελφῶν σύμπνοια ἀλλήλοις πολυχυτέρα πώς ὅτι φερτίζων γὰρ τὸ κοινῇ διαφέρουσα, καὶ διεσκότες πάμπαν μίαν δ᾽ ὑπάρχουσιν ἀλλήλοις ὄφελος, κἂν μυρίων ᾖ τὸ διαστῆμα. Ita enim locus ille insignis, ſed fœdiſſimè vitiatus, ex parte ſaltem reſtitui poterit. Baſil. Cæſ. *epiſt.* 63. Ἀκριβῶς εἰδότες ὅτι πλέον ἡμῖν τῆς ἐνδείας ἐκέκτηται ἡ τῶν ἀδελφῶν ὑπεροχὴ διορίζει· ἢ ὅσον ἡ ἑτέρα τῶν χειρῶν τῆς ἑτέρας. ἐστὶ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς, τὸ ἀναγκαῖον τῆς κοινωνίας ὁ κύριος ἡμῖν ἐδίδαξεν· ὅτου γὰρ ἕνεκα τοῦτα ἐπίδυμῶν τὰ μέλη ἡμῖν, ὅτι ἓ ἐστὶν

ἑαυτῷ σφῆς ἐυέργειαν αὐτάρκεις. ὅτε γὰρ ἂν πῶς ἀσφαλῶς βαδίσεις; ἢ συμπεσεῖ σοι τὸ ἕτερον ὑπ' αὖ ὀφθαλμὸς ὑγιὴς ἴδοι, μὴ κοινωνὸν ἔχων τὸν ἕτερον, καὶ μετ' αὐτοῦ συμφώνως σφᾶς βάλλων τοῖς ὁρατοῖς. καὶ ἀκοὴ ἀκριβεστέρα, ἢ δι' ἀμφοῖν τοῖν πόροιν τὸν φωνὴν διεκρίνη· καὶ ἀνάληψις κεφαλιστέρα τῇ κοινωνίᾳ τῆς δακτύλου. καὶ ἁπλῶς εὑρεῖν ὅτι τῆς ἐκ φύσεως, ὅτε τῆς ἐκ σφεδρείσεως κατορθωμάτων ὁρᾶν, ἀνάγκη τῆς ὁμοφύλων συμπνοίας ἐπιτελούμενον. Cæterùm de usu finéque Marcus, de necessitate Basilius loquitur.

Ὡς χεῖρες | De manibus Galen. *de usu part. l.* 1. Σύμμαχον ἕτερα τῷ ἑτέρᾳ τὴν φύσιν ἐποίησε. ταύτην ἄρα καὶ σφᾶς; ἀλλήλαις συνδίκους· ἀλλήλων γὰρ ἕνεκα γεγόνασι. Indè nata proverbialia illa Menandrianum apud Gnomologum;

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.
Servat virum vir, civitatem civitas:
Digitum lavátque digitus, & manum manus.

Epicharmeum apud Æschinem in *Axioch.* & Stob. *tom.* 2. *tit.* 10.

Ἀ χεὶρ τὰν χεῖρα νίπτει· δός τι, καὶ τι λάμβανε.
A manu manus lavatur: da quid, & quid accipe.

quanquam quod Stob. νίπτει, Æsch. νίζει habet. Erasm. & Grot. νίζει malunt. ut sit, *A manu manus fricatur.* sive ut vulgò efferri solet, *Manus manum fricat.* Denique Euripideum illud in *Heraclid.*

— μάχη δ' ἰσχὺς ἀδύνατος μάχῃ.
Invalida pugna est, una quam gerit manus.

Virgilius an Septimius in *Moreto:*

Admovet indè manus operi, partitus utrique:
Læva ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris, & concitat orbem.
Interdum fessæ succedit læva sorori,
Alternátque vices. —

Ὡς βλέφαρα | quæ ad oculi tegmen & tutelam amicè consparant.

Ὡς εἰ σφῆκες ἦσαν ὀδύνῃ | qui veluti in mola asillus & meta, mutuas sibi invicem operas jugiter præstant.

Τὸ ἐν ἀντιπεφύκεναι ἀλλήλοις πρὸς φύσιν | Senec. *de ira l.* 2. *c.* 31. *Illud ante omnia cogita, fædam esse & execrabilem vim nocendi, & alienissimam homini, cujus beneficio etiam sæva mansuescunt.* Apud Xenophontem *commentariorum l.* 2. Socrates fratres duos dissidentes his verbis alloquitur. Νῶν μὲν ὕτω διάκεισθε, ὥσπερ εἰ τὼ χεῖρε, ἃς ὁ θεὸς ὡς τὸ συλλαμβάνειν ἀλλήλοιν ἐποίησεν, ἀφεμένω τούτου, τεράστιον σφῆς τὸ διακωλύειν ἀλλήλω· ἢ εἰ τὼ πόδε θεῖεν μείρεα πεποιημένω σφῆς τὸ συνδρέχειν ἀλλήλοιν, ἀμελήσαντε τούτου, ἀμπαλίσσειεν ἀλλήλω. οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη καὶ κακοδαιμονία τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ πεποιημένοις ὅτι βλάπτ' χρῆσθαι; καὶ μὲν ἀδελφὼ γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὁ θεὸς ἐποίησεν ὅτι μέζονι ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν, ἢ χεῖρε καὶ πόδε, καὶ ὀφθαλμὼ, καὶ τἄλλα ὅσα ἀλλήλοις ξυνεργὰ πέφυκεν.

§. 2. Σαρκία δύο, καὶ πνεύματον καὶ τὸ ἡγεμονικόν | Eandem distributionem habes iæpiùs repetitam. *l.* 3. § 16. & *l.* 6. § 32. & *l.* 12. § 3. Idem ferè aliis verbis Apost. *ad Thessal. ep.* 1. *c.* 5. *v.* 23. Τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα. quo loco τὸ σῶμα est quod Marco hìc σαρκία. ἡ ψυχὴ, quod πνεύματον· τὸ πνεῦμα, quod τὸ ἡγεμονικόν.

Ἄφες τὰ βιβλία | Vide *infrà ad* § 3. sed & Epictet. *dissert. l.* 4. *c.* 4.

Μανίαν ταῦτ' ἐστὶ. Ita *l.* 4. § 3. σοὶ παῖδες μὴ ταῦτ', μηδὲ καλὸν εἶναι. quod eleganter admodum sic expressit Pers. *Sat.* 5. *v.* 154.

En quid agis? duplici in diversum scinderis hamo:
Hunccine an hunc sequeris? subeas alterum oportet
Ancipiti obsequio dominos; alternus oberres.

Οὐ δίδοται | *Non datum est.* Kyl. at Lugd. *Non licet.* nam quod *Nè studeas*, reddidit Annotator Lugd. &, μηκέτι σπούδαζε, mavult legi; à Marci mente alienum est. M. Cas. *Non est futurum. non dabitur.* quod exponi vult ex illis *l.* 3. § 14. Μηκέτι πλανῶ. ὑ γὰρ τὰ ὑπομνήματά σου μέλλεις ἀναγνώσεσθαι, &c. *Noli te fallere. neque enim futurum est ut Commentariorum tuorum & excerptorum, vel alienorum de antiquitus gestis rebus scriptorum, evolvendi & perlegendi copia tibi suppetat.* & est reverâ probabilis satis expositio. Videatur tamen an non forsan ἐρωτηματικῶς legi debeat, ὑ δίδοται; *annon datur? annon est in potestate tua positum,* ut hoc facias? h. e. ut distractione & perturbatione omni immunem te reddas. Ita *l.* 4. § 1. τὸ δωρεὰν καὶ δίδυμον. & *l.* 9. § 29. δῆμιον, ἐὰν δίδῶται. Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 26. δίδῶσί σοι ταῦτα; & ἐφ' ὅσον ἂν δίδῶ τι ἢ, καὶ ἐφ' ὅσον ἂν δίδωται· & Rufus Thraseæ apud eundem *lib.* 1. *c.* 1. ὑ δίδως μαθητῇ, ἀφελεῖσθαι τῷ διδόντι; hinc δόσις φυσικὴ. *lib.* 4. § 19. quâ nimirum

——*natura beatis*
Omnibus esse dedit, siquis cognoverit uti.

Claud. *in Ruffin. l.* 1. Occurrit nimirum objectioni vulgari illi, de qua Seneca, *epist.* 104. eodémque; planè, quo Seneca, modo occurrit. *Totiens,* inquit hic, *mihi occurrunt isti, qui non putant fieri posse, quicquid facere non possunt, & aiunt nos loqui majora, quam quæ natura humana sustineat. At quantò ego de illis melius existimo? ipsi quoque hæc possunt facere; sed nolunt. Denique quem unquam ista destituere tentantem? cui non faciliora apparuere in actu? non quia difficilia sunt, non audemus; sed quia non audemus, difficilia sunt.* Quem vide amplius *ad l.* 6. § 19. Eodem planè sensu Hebræi Doctores in *Pentum dictis c.* 3. § 15. הרשות נתונה *Potestas data est.* τοῦ αὐτεξουσίου scil.

Λύθεις | Ita *l.* 3. § 3. γῆ καὶ λύθεις. & *lib.* 8. § 37.

§ 37. χάσων πᾶν τοῦτο, ᾧ λύθρου ἐν θυλάκῳ. Euſtath. *ad* Il. ζ. λύθρον, ὁ τῷ αἵματι μεμιγμένος ἀναμεμιγμένῳ τῇ κόνει. *cruor pulveri commiſtus.* dictum à λύω, unde & λύμα, τὸ κάθαρμα· per theta ſcribi, ut à λύτρον diſtinguatur. Eadem ferè & *ad* Il. λ. & *ad* Odyſſ. χ. Utrumque autem, & λύθρος & λύθρον dici monet idem *ad* Il. Δ. pleniùs paulò Heracleo in *Schol. ad* Il. υ. Τὸ μὴ κονιορτῷ ᾗ ἱδρῶτι ἀνθρώπειον αἷμα, λύθρος καλεῖται· *ſanguis pulveri & ſudori commiſtus.* itaque de athletis uſurpat Clem. Alex. *Strom. l.* 2. Verùm iſtic potiùs eſt Marco idem quod ἰχὼρ αἱματώδης, Oppiano κυνηγ. *l.* 2. *v.* 279. *ſanies cruenta.* σῆψις καὶ αἵματος, ἰχώρ. Clem. Alex. *protrept.* quanquam *cruorem* vult tantum & *ſanguinem* ipſum: ſed quem ad rei vilitatem exprimendam ſic nuncupat.

Κεκρύφαλον | *reticulum* malim cum Xylandro, quàm cum H. Stephano *peplum.* tum quia κροκύφαλον τὸ κεκρυφάλῳ idem ſtatuit Euſtath. *ad Iliad.* χ. tum quia ſequitur mox, ἐκ δίφρου, φασίου, ἀφηνιῶν πλεγμάτιον. κροκύφαλον autem dictum vult Schol. *ad Ariſtoph. Veſp.* ὅτι διὰ κρίκων ὑφαίνεται. Ex quo Suidas corrigendus, apud quem perperam legitur, ὅτι διὰ κρίνου ὑφαίνεται. Verùm illis omnibus conſtanter, contrà quàm noſtro, κροκύφαντος formâ maſculâ dicitur. *Reticuli* verò nomine, nec *omentum*, licet id Polluci νήθεων πλάσμα dicatur; nec *cutem* ipſam, cum Merico noſtro, deſignari iſtic exiſtimo; ſed *contextum* illum, integrum, (cute tamen non exclusâ prorſus; ſiquidem τὸ δίκτυον ἐκ φλεβῶν καὶ νεύρων, καὶ ἀρτηριῶν, *cutis* etiam ex iſtis conſiſtit, Ariſtot. nom. *de ſpir. c.* 5.) qui per corpus totum permeat, *venarum, nervorum, arteriarum* intercurſantium, ſibique invicem implexorum, quo corporis moles quaſi continetur & conſtringitur: ὃ δὴ καὶ περιοχίζομεν τῷ τῶν κύρτων πλέγματι inquit Plato in *Timæo.* ad quæ verba forſan & Marcus reſpexerit, ubi πλεγμάτιον idem nuncupat. de eo loco videri poterit Galenus in explicatione eorum quæ *in Platonis Timæo* medicè ſunt dicta.

Ἄνεμος | *Anima* ergò *ventus* ſive *ſpiritus* & *flatus* Stoicis: quod confirmat Laert. *l.* 7. & Plut. *de Philoſ. placit. l.* 4. *c.* 3. Ità Marcus denuò, *l.* 6. § 14. ἴδιον ἦν ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐν τῷ ἀέρι ἀνάπνοησις. Quin & Tertull. *de anim. c.* 5. *Et Stoicos allego, qui ſpiritum dicunt animam: penè nobiſcum. penè,* inquit: non prorſus. nec hoc tamen, quaſi noſtri non & *ſpiritum* dicant, ex Salomone *Eccleſ. c.* 12. *v.* 7. & aliis: ſed quia aliâ ratione ſive *ſpiritum* ſive *flatum animam* nos dicimus; non tanquam ærem quiddam ſit, ut Marcus iſtic, qualis ſpiritus ille quem ſpirando trahimus; ſed *ſpiritum*, quia propriam quandam habet *naturam corporis expertem, & mundanæ molis elementis omnibus excellentiorem ſubſtantiam*, ut Auguſtin. epiſt. 28. *flatum*, quia *Deo eſt inſufflante* creata. ut ex Moſe *l.* 1. *c.* 2. *v.* 7. idem *de Civit. Dei l.* 13. *c.* 24. quo etiam loco, nè Stoicis calculum dare ſuum videretur, qui de ſubſtantia divina mentem ſaltem derivatam tradiderunt, ſubjungit: *ſicut autem nos poſſumus non de noſtra natura, qua homines ſumus, ſed de iſto aere circumfuſo quem ſpirando & reſpirando ducimus ac reddimus, flatum facere, cùm ſufflamus: ità omnipotens Deus non de ſua natura, neque de ſubjacente creatura, ſed etiam de nihilo potuit facere flatum, quem corpori hominis inſerendo inſpirâſſe vel inſufflâſſe commodiſſimè dicitur, incorporeus incorporeum, ſed immutabilis mutabilem, quia non creatus creatum.* Lactantius certè contrà planè quàm Marcus hîc, *de opific. Dei c.* 17. *Animam qui ventum putant, hoc falluntur, quòd ex aere ſpiritum ducentes vivere videamur. Varrè itaque definit: Anima eſt aer conceptus ore, defervefactus in Pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus. hæc apertiſſimè falſa ſunt. Anima non eſt aer ore conceptus: quia multò prius gignitur anima, quàm concipi aer ore poſſit.* Et hoc contrà quàm Stoici, qui à partu animam in corpus inſinuari ſtatuebant; quod & Lactant. *ibid.* monet; & Plut. *de Stoïc. contradict. c.* 38. Vide *l.* 12. § 24. Attamen in *Carminibus* Orpheo attributis dicitur, τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ὅλῳ εἶναι, ἀναπνέοντων φορυτῶν καὶ ζῴων ἀνέμων. Ariſtot. *de anim. l.* 1. *c.* 5. Latinis etiam *Animus* & *Anima* πνεῦμα τὸν ἄνεμον. Serv. *ad Æn. l.* 1. & Pſeudo-Cypr. *de dupl. Martyr.* Quin & *animas ventis tribui* multis docent, Joan. Zinzerling. in *promulſ. critic.* & Meurſ. *Critic. Arnob. l.* 3. *c.* 3. ad illa Arnobii; *Nunquid ſuas animas expiraverunt venti? Animam* enim dictam, *quod corpus animat*, ut Pſeudo-Auguſt. in *defin. orthod. c.* 20. & *de ſpir. & anim. c.* 9. præpoſterum eſt planè; cùm contrà hoc ab illo duci dicique manifeſtum ſit. Vide ampliùs ad *l.* 5. § 4.

Πάσας ὥρας | *in horas* Xyl. & § 5. *Singulis horis.* idem. *Singulis horarum momentis.* Caſ. *omni tempore, jugiter.* ut *l.* 8. § 53. Hinc tractum illud in tibicines, ſive ſubulones dicterium, cujus *l.* 8. meminit Athenæus:

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῇ θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν·
Ἀλλ' ἅμα τῇ φύσιν καὶ νόῳ ἐκπέταται.
Eſt tibicinibus mens cœlitus indita nulla:
Nam ſimul ac inſlant, avolat illa ſimul.

Ἐξεμέμβρων | Ità Maro *Æn. l.* 9. *v.* 354.

Purpuream vomit ille animam.——

idem enim ipſum in morte ſemel fieri, quod in reſpiratione fit jugiter, vult Marcus noſter, *l.* 5. § 4. ſicut autem *animam evomere*, ità *ſpiritum expuere* dixere. Seneca *de ira l.* 3. *c.* 43. *Jam ipſum ſpiritum expuimus interim, dum trahimus.* quæ tamen verba aliter diſtinguit Lipſius. Idem (ſi idem, nam Marco potiùs tribuunt haud pauci) in *Thyeſte v.* 244.

Ferro peremptus ſpiritum inimicum expuat.

& *Troad. v.* 1168.

Ubi hanc amisit expuam leti moram.

Unde & in *Herc. Oet.* v. 1467. Jo. Zinzerling. *promulf. c.* 14. vocabulum idem restituendum contendit, pro eo quod *expulit* vulgò legitur,

Ictus sagittis qui tuis vitam expuit.

Varro, Ἀνδρομέδα δεδεμένη· *Andromeda vincta, & proposita cete, non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os expuere vitam?* Val. item Flaccus *Argonaut. l.* 3. v. 97.

——*purpuream singultibus expuit auram.*

quod Statius *Thebaid. l.* 5. v. 262. *animam singultare* dixit;

Semineces pueri trepidas in limine vitæ
Singultant animas. —

Epiphanius verò in *Ancorat.* § 76. etiam *mentem expuere* dixit verbis illis: Οἱ λέγοντες, ἡμῶν ἡ χεὶρ τῶν ἔργων, (*Corinth. ep.* 1. *c.* 2. v. 16.) τὸν αὐτὸν νῦν ἔχον, καὶ ὃν ἐξεπύησεν. Cæterùm *purpuream animam vomere* dixit Maro pro eo quod Homerus, αἷμ' ἐμέων, *sanguinem vomens* dixerat *Iliad. δ.* v. 11. itaque Servius notat *secundùm eos dictum, qui volunt sanguinem esse animam: cùm alibi aliorum opinionem sequatur, qui dicunt spiritum esse animam: ut est,*

——*in ventos vita recessit.*

Καὶ πάλιν ῥοφύδιον | quod ψυχορροφεῖν uno vocabulo dici possit. quanquam id alio sensu usurpari monet Suidas, ἀντὶ τοῦ τὴν ψυχὴν ἐκπίνειν. pro *animam*, id est, *sanguinem, exorbere.* quomodo Aristoph. in *nebul.* de cimicibus, quos Corinthios, cùm κόρεις vellet, per jocum nuncupat;

Δάκνουσι δ' ἐξόρπητος ὡς Κορινθίων,
Καὶ πάνυ ψυχῆς ἐπίνουσι.

Hinc autem delirium Stoicum de animæ natura refutantem Plutarchum *de commun. notit. c.* 41. vide ad *l.* 3. § 16. Quod autem dicit καὶ πάλιν ῥοφύδιον, id in ænigm. 72. de utre sic extulit Symposius;

Non ego continuò morior, dum spiritus exit:
Nam redit assiduè; quamvis & sæpe recedat.

Ὃ ἢ ἀποτοῦσθαι | forsan ἀποτοῦσθαι, *animadverte, considera.* nisi si ἀποτοῦσθαι hoc significatu reperiatur alicubi. nam contrarium prorsùs passim obtinet.

Τέρεν ἐᾷ | Senec. *ep.* 76. *Perge Lucili, & propera, nè tibi accidat, quod mihi, ut senex discas: imò ideò magis propera, quoniam id nunc aggressus es, quod perdiscere vix senex possis.* Et, *epist.* 19. *Si potes, subduc te istis occupationibus: sin minùs, eripe. Satis multum temporis sparsimus; incipiamus in senectute vasa colligere. in freto viximus; moriamur in portu.* Et, *ep.* 68. *Utinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi: utinam de vita non in conspectu mortis ageremus. Sed nunc quoque non moremur. quod facere solent, qui seriùs exeunt & volunt tempus celeritate reparare, calcar addamus: E' quando, inquis, tibi proderit illud, quod in exitu discis, aut in quam rem? in hanc, ut exeam melior.* Præclarè Epicurus ipse, *epist. ad Menæc.* Μή τε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν· μήτε γέρων ὑπάρχων, κοπιάτω φιλοσοφῶν· ὅτε γὰρ ὥρας ἁβδὴς ἔστιν, ὅτε πέψεως, οὐδὲς τὸ κατ' ψυχὴν ὑμαῖνον. Ὁ δὲ λέγων, ἢ μήπω τῆ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ὥραν, ἢ παρῳχηλυθέναι πάλιν ὥραν, ὁμοίως ἐστὶ τῷ λέγοντι, οὐδὲς εὐδαιμονίαν ἢ μὴ παρεῖναι πάλιν ὥραν, ἢ μηκέτι εἶ) [πάλιν ὥραν Clem.] ὥστε φιλοσοφητέον καὶ νέῳ [νεωτέρῳ Cl.] καὶ γέροντι· τῷ μὲν ὅπως γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς διὰ τὴν χάριν [χαρᾶν f.] τῶν γενόντων· τῷ δ' ὅπως νέος ἅμα καὶ παιδὸς ᾖ, διὰ τὴν ἀφοβίαν τῶν μελλόντων. Refert Laertius vit. *lib.* 10. & Clemens, *strom. l.* 4. vide ad § 6.

Μηκέτι τοῦτο ἐάσῃς δουλεύσαι | *mentem*, inquit, *nè patiaris servire*: vel *corpori* nimirum, vel *cupiditatibus.* Ἡ γὰρ γαστρὶ ἐθέλει σφηκιάειν καὶ μὴ κατακρεατίζῃ, μήτε αἰδοίοις, μήτε ὀρμιητοῖς κινήσεως. Noster *l.* 7. § 55. hoc est autem δουλεύσαι· ὃ γάρ τις ἥσσηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. Petr. *ep.* 2. *c.* 2. v. 19. Itaque noster *infra* § 16. Τρέφει ἑαυτὸν ἡ τῆς ἀνθρώπου ψυχὴ, ὅταν ἡσυχᾶται ἡδονῆς ἢ πόνου. τοῦτο γὰρ ἀπλανεῖς δεῖ καὶ ἀσυγκατακλινομένην τῷ ἔνι σοι θειοτέρῳ μέρει τῇ ἀπιστέρᾳ καὶ ἐντῇ μοίρᾳ τῇ τοῦ σώματος, καὶ ταῖς τούτου παρεισαγομέναις ἡδοναῖς. Idem *l.* 11. § 18. *Extrema* autem *est servitus, cum animæ vitiis deditæ rationis propriæ possessione ceciderint.* Boeth. Consul. Et, ἀνθρωποδουλίσται, οἱ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύοντες· Isidor. *Pel. l.* 2. *ep.* 147. Itaque Joan. Chrysost. *tom.* 8. *orat.* 13. Εἰ τις κρατεῖ μὲν ἀνθρώπων, δουλεύει δ' ἡδοναῖς, ἐγὼ γ' ἂν πάντων ἀνθρώπων δουλικώτερον εἴποιμι. Et Clemens Alex. *Strom. l.* 2. Τὸ ὑποπεσεῖν καὶ ἡττᾶσθαι τοῖς πάθεσιν, ἐμοὶ δουλεία. Κακίσει γὰρ ἡδοναὶ κακίσεις δουλεία. Socrates apud Xenoph. *memorial. l.* 4. Hoc voluit Seneca ubi dixit, *sibi servire, gravissima servitus est. Præm. l.* 3. *quæst. nat.* Qui & idem, *epist.* 65. *Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illi materia, id nobis corpus est. Serviant ergò deteriora melioribus.* Plato *Phædon.* Ἐπεὶδὰν ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ ψυχὴ καὶ σῶμα, τῷ μὲν δουλεύειν καὶ ἀρχεσθαι φύσει δέδοται, τῇ δ' ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι, τὸ μὲν θεῖον οἷον ἄρχειν τε καὶ ἡγεμονεύειν πεφυκέναι, τὸ δ' θνητὸν ἄρχεσθαι καὶ δουλεύειν; —— καὶ δὴ τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀδιαλύτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ, ὁμοιότατον εἶ) ψυχὴν τῷ δ' ἀνθρωπίνῳ καὶ θνητῷ καὶ ἀνοήτῳ καὶ πολυειδεῖ καὶ διαλυτῷ, καὶ μηδέποτε κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότατον αὖ εἶ) σῶμα. Vide nostrum ulterius *l.* 3. § 3. & *ad l.* 8. § 3.

Καθ' ὁμιλίαν ἀκοινώνητον | *L.* 6. § 16. κατ' ὁμιλίαν simpliciter. & *l.b.* 3. *c.* 16. ὁμιλητικῶς. ὁμιλίαν ἀκοινώνητον, *vim non communem*, vertit Is. Casaub. *ad*

ad Perſ. Sat. 5. eámque intelligit, quæ, ut Perſius, —*extrinſecus intrat & nervos agitat.* Xyland. *alieno impetu raptari.* atque eſt illud reverâ, τὸ νευροσπαστικὸν de quo mox dicetur. Verùm ὁρμὴ ἀκουσίου & videtur potiùs *motus*, ſive *impetus*, aut *impulſus* ejuſmodi denotare, *qui à naturæ communis generiſve humani communione ac commoditate alieni ſint.* quod & Mer. Caſaubonus advertiſſe videtur, qui *affectus motúſque neutiquam ſociabiles* vertit. Inculcat enim Marcus paſſim, eſſe hominem ζῶον κοινωνικὸν *l.* 3. § 4. & *l.* 5. § 16. 30. & *l.* 9. § 9. actiones ejuſdem motúſque exigit, ut ſint ὁρμαὶ καὶ πρόξεις κοινωνικαὶ *l.* 9. § 23. & *l.* 11. § 37. damnat ubique τὸ ἀκοινώνητον. *l.* 3. § 5. *l.* 7. § 72. *l.* 9. §. 9. 23. & *l.* 11. § 8. denique *l.* 7. § 55. Περιλλέον, inquit, ἐκδῦναι τὸ ἕξις τῆς περιλλασκούσης καταστάσεως ἢ τὸ λογικὸν ἀλλήλων ἕνεκεν. τὸ ἐν ὑπηγμένον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου περιλλασκούσῃ, τὸ κοινωνικὸν ὄζε. Vide *ſuprà ad* § 1.

Νευροσπαστικῶς | *neuroſpaſtarum more impelli*, & in diverſa motu alieno moveri. Vocabulum à noſtro ſæpe uſurpatum; utì ex locis collatis patere poterit; tractum à *ſigillaribus* ſive νευροσπάστοις, quæ cùm per ſe ἀκίνητα exiſterent, verticillis quibuſdam nervíſque movebantur. horum meminit & noſter *l.* 7. § 3. dum res ludicras contemptúque digniſſimas recenſet; ad quem locum de eis uberiùs & opportuniùs dicetur. De uſu vocabuli ad rem Ethicam tralati videatur Caſaub. *ad Perſii* illud *Sat.* 5. *v.* 128.

Te nihil impellit, nec quicquam extrinſecus intrat,
Quod nervos agitet? ——

quod ex Horatio expreſſum monet, qui *Serm. lib.* 2. *Sat.* 7.

Tu mihi qui imperitas, aliis ſervis miſer, atque
Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

vel ex Platone potiùs ab utroque deſumptum; cujus hæc verba, *legum l.* 1. Τὰ παῖδα ὀνήσειν οὐ ῥᾴδιον ἢ ὁπωσοῦν πως ἐῶσιν, αὐτοὶ τε ὑμᾶς, καὶ ἀλλήλους ἀνδήλωσιν, ἑναντίως ἔσται, ἐὰν ἑναντίας πρόξεις. Hinc & Tertulliano *adv. Valentin. c.* 18. *ductus ſigillarius. A qua*, inquit, *occultò nihil ſentiens ejus, & velut ſigillario extrinſecus ductu, in omnem operationem movebatur.* Et *motus ſigillarius* eidem, *de anima c.* 6. *velut ſigillario motu, ſuperficiem intus agitante.* Gellius, in Favorini *adversùs Genethliaca* diſſertatione, *l.* 14. *c.* 1. comprehenſâ; *Ut plænè homines, non, quod dicitur*, λογικὰ ζῶα *ſed ludicra & ridenda quædam* νευροσπαστα *eſſe videantur, ſe nihil ſuâ ſponte, nihil arbitratu ſuo faciunt; ſed ducentibus ſtellis & aurigantibus.* Vide *ad l.* 10. § 37. Quod autem hoc loco dixit Marcus, καθ' ὁρμὴν ἀκοινώνητον νευροσπαστεῖσθαι, ipſe optimè explicat *l.* 3. § 5. ubi vetat, ὀκορρεῖν μήτε ἀκοινώνητον, μήτε ἀνδηλικὸν. hoc eſt enim τὸ νευροσπαστεῖς, quod ἀνδήλικος ἴσως νεύρους ποιεῖ, ut Plato. Dio Pruſ. *orat.* 30. μύρια παῖδα ἔχειν ἐν ἑαυτῇ, καὶ δὴ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὑπὸ τούτων ἀεὶ κρατουμένην καὶ σπαλλομένην.

Μικὴν τὸ ἀνδρῴδιον, ἢ παρὸν συλλαβεῖν | hoc eſt, quod Rufus ſuprà apud Epictetum, ἀρκτῶδες τὸ δειλόν. & *l.* 3. § 4. ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀνακεράννυσθαι. quod autem hîc μὴ συλλαβεῖν, idem *infrà* § 5. μὴ συναρπαγῆναι, dixit.

Ἢ μέλλον ὑποδύεσθαι | *vel impendens ſubterfuge.* Xyl. quem & Mer. ſequitur. at ὑποδύεσθαι, eſt *ſubire*; quod eſt *ſubterfugiendi* verbo prorsùs adverſum. forſan ergò ὑπεκδύεσθαι legerant; quod eſt *clam elabi.* verùm non eſt iſtud in cujuſquam poteſtate ſitum, ut effugiat τὸ ἀνδρῴδιον· ſed nec τὸ μέλλον ὑπεκδύεσθαι commodè ſatis diceretur. malim ergò, ὑποδείσαντες, *nec futura pavere*; ὑποδὺς enim ὑποφοβεῖται. Suid.

§ 3. Τὰ ἧπαρ θεῶν σπλάγχνα μετὰ | Ἄκυλον γὰρ θεὸν ἡπατοσκοπεῖν ῥᾴδιον. Infrà *l.* 6. § 44. qualem tamen fingebant ſibi Epicurei.

Τὰ τῆς τύχης ἢ ἀπὸ φύσεως καὶ συγκλώσεως | *non ſine natura aut conſilio*, etiam *fortuita* quæque. itaque Ariſtot. phyſic. *l.* 2. *c.* 6. Ἔστι τὰ αὐτόματα καὶ ἡ τύχη αἴτια, ὅταν ἕνεκά τινος αἰτιῶνται, ἢ φύσις, ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς αἴτιον ᾖ γένηται τούτων αὐτῶν. Et *c.* 5. Ὅσα τε ἀπὸ διανοίας, καὶ ὅσα ὑπὸ φύσεως περιγένεται, ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς γένηται, ὑπὸ τύχης φαμὲν εἶναι. Ità τὸ ὑποκείμενον, ſive ſubjectum caſus fortuiti cujuſvis eſt, vel à natura, vel à conſilio profectus actus aliquis. Cauſſam verò rerum omnium primam ſummamq; ſi ſpectemus; illius providentiâ diriguntur ac gubernantur, etiam quæ maximè fortuita videntur. quod de ſorte ipſa, quâ nihil incertius, rex ſapientiſſimus pronunciat, *Prov. c.* 16. *v.* 33. Deum ergò, ac diſpoſitionem divinam ſi ſpectemus, quod Senec. *de provid. c.* 5. *veniunt cuncta; non incidunt.* quod & idem Marcus mox.

Συγκλώσους καὶ ἐπιπλοκάς | Vide ad *l.* 3. § 11. σύγκλωσιν, & § 16. συγκλωθόμενα.

Πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ | Ità de prima principéque mente, *l.* 6. § 36. πάντα ἐκεῖθεν ἥκοντα. de providentia divina *l.* 8. § 27. ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσι πάντα. Vide & *l.* 9. § 35. de fato Liban. *orat.* 31. μεῖζόν τι καὶ ἀληθέστερον, πάντα ἐκεῖθεν. Apoſtolus pariter de Deo, *ad Rom. c.* 11. *v.* 36. Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Et *ad Cor. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 18. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ. Laudat itaque cum primis Chryſippus Homericum illud, *Il. ὀ. v.* 109. de Jove enunciatum;

Τῷ ἔχεθ' ὅπῃσιν ὕμμι κακὸν πέμπτον ἐκάστῳ,
Ἢ ἀγαθόν. ——

Pendet ab hoc, quodcunque malúmve bonúmve quibúſq;
Immiſſum fuerit. ——

Plut. *de Stoic. contrad. c.* 47. quanquam ἢ ἀγαθὸν illud apud Homerum non habetur, ſed videtur eſſe Chryſippi; cui non infrequens illud, Homericis à ſe laudatis de ſuo aliquid liberaliùs adjicere.

Πεφύκασι ἢ οὐ ἀναγκαῖον | *Necessarium*, & quoad nos : quia *hanc rerum conditionem mutare non possumus*, ut Seneca *epist.* 107. & quoad Naturam ipsam quoque, si Stoicis credimus, *quæ aliter non potest*, ut noster hic *l.* 4. § 9. tum quia *artifex materiam mutare non potuit*, *ut* Seneca *de provident. c.* 5. tum quia *nec aliter universi commodo consuli*, ut Chrysippus *de natur. l.* 2. apud Plut. *de Stoic. contradict. c.* 31. & *de commun. notit. c.* 13. Vide *infrà* ad § 11.

Τὸ πρὸ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον | Quæ sibi invicem adversa sunt, ad totius tamen bonum & incolumitatem conspirant & conducunt. Τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται, καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον. Aristot. nomine autor *de mundo c.* 5. quem latiùs hoc *ibidem* prosequentem vide sis. Sen. *epist.* 107. *Contrariis rerum æternitas constat.* Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 12. Διάπλεξιν ὁ Θεὸς ἔθετο τῶν μερῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ φορὰν καὶ ἀφορίαν, καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ πάσας τὰς τοιαύτας ἐναντιότητας ὑπὲρ συμφωνίας τοῦ ὅλων. De malis, & malitiâ etiam ipsâ, Chrysipp. *de justit. l.* 1. Καλὸν ἡ κακὸν ὅλου ἕνεκα, ὅτι δυνατὸν ἦν, ὑπ' ἔχει καλῶς ἀρθῆναι· & *de diis l.* 2. Ὅτι τὰ κακὰ ἀπονέμονται κατὰ τὸν Διὸς λόγον· ὅτι ὅτι καλόν, ἢ κατ' ἄλλον ἰσχυόν τινος φησὶ τὸ ὅλα οἰκονομεῖν· Et *de natur. l.* 2. Γίνεται καὶ ἡ κακία τινὸς κατὰ τὸν φύσεως λόγον· καὶ ἴσως ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἀχρήστως γίνεται φησὶ τὸ ὅλα. Refert Plut. de Stoic. contradict. *c.* 31,32. qui subjungit tamen Δεινὸν εἶναι τοῦτο, τὸ καὶ γίνεσθαι τινὰ κακίαν καὶ κολάζεσθαι κατὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον. Non abhorrent tamen etiam nostri. Augustinus apud Prosp. *sent.* 140. ex *Civit. Dei l.* 11. *c.* 18. unde & Prosper corrigendus. *Nullum Deus vel angelorum vel hominum crearet, quem malum futurum esse præsciisset, nisi pariter nôsset, quibus eos bonorum usibus commendaret, atque ità ordinem seculorum tanquam pulcerrimum carmen, etiam ex quibusdam quasi antithetis honestaret.* Videri possunt, quæ de eodem argumento habet idem *ibid. c.* 22. Idem *de Genes. ad lit. l.* 11. *c.* 9. à Petro Longobard. *sent. l.* 2. *dist.* 21. § 1. laudatus. *Cur eos creavit, quos tales futuros esse præsciebat? quia sicut prævidit, quid mali essent facturi, sic etiam prævidit, de malis factis eorum, quid boni esset ipse facturus.* Et in *Enchir. c.* 96. *Quamvis ea quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona : tamen ut non solùm bona, sed etiam sint & mala, bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo esse sineretur ab omnipotente bono : qui proculdubio quàm facilè est quod vult facere, tam facile est quod non vult esse non sinere.* Videatur Magister *Sent. l.* 1. *dist.* 46. § 4.—10. Aug. idem denique *adv. Jul. l.* 5. *c.* 3. *Non enim quenquam malarum Deus temerè ac fortuitò creat, aut quid de illis boni operetur ignorat, cùm & hoc ipsum bonum operetur, quòd in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem sæculi præsentis exornat.* Vide *ad l.* 5. § 8.

Οὐ μέρος ἐστί | Ità passim noster. Vide *infrà ad* § 9. & *ad l.* 7. § 13.

Παρὰ τὴν φύσιν μέγα ἀγαθόν | Vide *l.* 4. § 23. & *l.* 10. § 20.

Σώζεσθαι τὸν κόσμον αἱ μεταβολαί | Elegantissimè Autor *de mund. c.* 5. Τῶν ὅτι μέρους, τὰ μὲν γίνεται, τὰ δ' ἀκμάζει, τὰ δ' φθείρεται· καὶ αἱ μὲν ὑγρότητες ἐπανασείλωσι τὰς φθορὰς αἱ δ' ξηραὶ κωλύζουσι τὰς ὑγρότητας. μία δ' ἐκ πάντων περιουσῶν σωτηρία διατελεῖ, ἀντιπαλαίοντων ἀλλήλοις, καὶ τότε μὲν κρατούντων, τότε δ' κρατουμένων, φυλάττει τὸ σύμπαν ἄφθαρτον δι' αἰῶνος. Maxim. Tyr. *dissert.* 25. Ἃ δ' ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθορὰς, καὶ ἐφ' οἷς ὀλυρόμεθα, ταῦτα ὁ τεχνίτης καλεῖ σωτηρίαν τοῦ ὅλου· μέλει γὰρ αὐτῷ τοῦ ὅλου. τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη καλεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ὅλου. quem & vide ulteriùs *ad l.* § 46. Tertull. *de pallio c.* 2. *Diversa in unum; ex demutatione diversa sunt. Denique diversitatis discordiam vices fœderant. ità mutando erit mundus omnis, qui & diversitatibus corporatus, & vicibus temperatus.* Idem *apologet. c.* 48. *Lux quotidie interfecta resplendet, & tenebræ pari vice decedendo succedunt. Sidera defuncta revivisunt. Tempora ubi finiuntur, incipiunt. Fructus consumuntur, & redeunt. Certè semina, nisi corrupta & dissoluta, fœcundiùs surgunt. omnia pereundo servantur : omnia de interitu, reformantur.* Et *de resurr. c.* 12. *Reverâ fœnore interitu, injuriâ usurâ, damno lucro, universa conditio recidiva est. Quodcunque conveneris, fuit : quodcunque amiseris, nihil non iterum est. Omnia in statum recidunt, cùm abscesserint : omnia incipiunt, cùm desierint. ideò finiuntur, ut fiant. nihil deperit, nisi in salutem.* Vide nostrum, *l.* 5. § 8. & *l.* 6. § 15. & *l.* 8. § 18. & *l.* 12. § 23.

Τῶν ἢ πολὺ βιβλίων δίψαν ῥίπτων ! Ità *suprà* § 2. Ἄφες τὰ βιβλία. Isidorus Sophista Damascio referente, apud Photium *codic.* 242. Βιβλίων τὸν ὁμαδὸν παρῃτεῖτο, πολυδοξίας μᾶλλον αἴτιον ὄγκου, ἢ πολυνοίας. *Librorum copiam repudiabat, tanquam opinionis magis quàm mentis augendæ instrumentum.* Senec. *de tranq. c.* 9. *Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus, vix totâ vitâ suâ indices perlegit? onerat discentem turba, non instruit : multóque satiùs est paucis te autoribus tradere, quàm errare per multos.* Idem *ad Lucil. epist.* 45. *Librorum istic inopiam esse quereris. non refert quam multos, sed quàm bonos habeas. qui quò destinavit pervenire cupit, non per multa vagetur. non ire istud, sed errare est.* & ep. 88. *At enim delectat artium notitia multarum. Tantum itaque ex illis retineamus, quantum est necessarium. an tu existimas reprehendendum, qui supervacua usu sibi comparat, & pretiosarum rerum pompam in domo explicat; non putas eum, qui occupatur in supervacua literarum supellectile? Plus scire velle quàm sit satis, intemperantiæ*

rantiæ genus est. & ep. 2. *Illud vide, nè ista lectio multorum autorum, & omnis generis voluminum, habeat aliquid vagum & instabile. certis ingeniis immorari & inutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. nusquam est qui ubique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. idem accidat necesse est eis, qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properantes transmittunt. non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebrò medicamenta tentantur. non convalescit plaga, quæ sæpe transfertur. nihil tam utile est, quod in transitu prosit. distrahit animum librorum multitudo: itaque cùm legere non possis quantum habueris, sat est habere quantum legas. sed modò, inquis, hunc librum evolvere volo, modò illum. Fastidientis est stomachi. multa degustare: quæ ubi varia sunt & diversa, inquinant, non alunt. probatos itaque semper lege: & si quando ad alios divertere libuerit, ad priores redi.* Epictet. *dissert. l. 1. c. 26.* Νῦν ὑμὲν ἀνάγωγοί τινες τὸν λιμὸν κλαπίνειν, σωτάξεις ἀγοράζοντες, ἐπιδάλλονται ἰδίειν. διὰ τῦτο ἐμῆσιν, ἢ ἀπεπέσιν. Et Polyb. *hist. l. 3.* Ἀγνοῦσι φθορὰν πλησίον τι πέρυσιν τοῖς λιχνοῖς καὶ ἀκρατέσι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πάντων ἀπογλύπτοι καὶ φθαρκεμφόρων, ὅτε κατὰ τὸ παρὸν ἡδονὰς ἀληθινὰς ἀπολαύσει καὶ βεωμάτων, ὑπὲρ εἰς τὸ μέλλον ὠφέλιμον ἐξ αὐτῶν τινὰ ἀνάδοσιν καὶ προφὰν νομίζοντες, πᾶν ὑπεναντίον· ὅτε τινὰς ἀγνοοῦντας τὸ παραλίπον καιρὸν τῆς παραυτίκα διαγωγῆς ἀληθινῆς, ὅτε τῆς εἰς τὸ μέλλον ὠφελείας σχολάζοντας.

Ἴλεως ἀληθῶς | Ita *l. 4. § 48.* ἵλεων καταλῦσαι. & *l. 5. § 33.* Τί ὁ ἀξιμφέρεις ἵλεως, & *l. 8. § 47.* ἀπιδι ἐυμφὴς καὶ ἵλεως. & *l. 12. § 36.* ἵλεως ἀπιδι. De Socrate Plato in *Phædon.* & ex Plat. Plut. *de malit. infelic.* καὶ ὃς λαβὼν, (cicutæ poculum, quo interiit, vult) καὶ μάλα ἵλεως, —— μάλα εὐχερῶς καὶ ἐυκόλως ἤνεγκε. De Cephisodoro à vulnere moribundo, Plut. idem *de Socrat. genio*; Τῷ Πελοπίδᾳ τὴν δεξιὰν ὀνίδαμε, καὶ τὸν ἄλλως ἀκκασάμενον ἅμα, ἵλεως ἐξέπνευσεν. Apul. *de Philosoph. Jam ille diem mortis suæ propitius, nec invitus expectat.* Senec. *epist. 30. Magna res est hæc & diu discenda, cùm adventat hora illa inevitabilis, æquo animo abire.* & *ep. 61. Bene mori est libenter mori.* Vide *l. 3. § 5.* ἐυλυτῶς.

Εὐχερεῖς τοῖς θεοῖς | quod eleganti similitudine expressit *l. 4. § 48.* Ὥσπερ ἐλαία πίπτειος ἡμομένη, ἐπιπίπτει, εὐτρεμίσα τὴν ἐπιβύσιν, καὶ χάριν οἰδὲν τῇ φύσαντι δένδρῳ. Præclarissimè in hanc sententiam Clemens *Strom. l. 4.* Ἀπολιπὼν ὁ τὴν ὄικησιν καὶ τὴν κλῆσιν, καθάπερ καὶ τὸν χῆτον, ἀπροσπαθῶς· προθύμως τῷ ἀπαγαγόντι τὸ βίε συμπορεύεται· ἑδαμῶς ὀπίσω κατ' ἀδρίαν ἀφορμὴν ἀναχωρήσας· εὐχερεισήσας μὲν ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ, εὐλογῶν ὁ δὲ τῇ ἐξόδῳ. Sed & Epictet. *dissert. l. 1. c. 18.* Τί δ' ὁ νόμος ὁ θεῖος ; τὰ ἴδια περῶν, μὴ ἀλλοτρίων μὲ ἀντιποιεῖσθαι. ἀλλὰ διδομένοις μὲν χρῆσθαι, καὶ διδόμενα ὁ μὲ ποθῶν ἀφαιρεμένε μὴ πρᾶ, ἀποδιδόναι εὐλύτως, καὶ αὐτόθεν χάριν εἰδότα, ὅτι ἐχρήσαντό χρόνῳ. & *l. 3. c. 26.* Οὐχὶ ἐκεῖνός σε εἰσάγαγε, ὡς συμπολιτεύσοντα ἑαυτῷ καὶ συμπεριζοντα πρὸς ὀλίγον ; καὶ θέλεις ἦν, ἵνα δίδοτέ σοι, θεασάμενος τὸν πομπὸν καὶ τὴν πομπήν ; ἢ τε ὅταν σ' ἐξάγῃ, προδίδοσι πρόσκυνήσας, καὶ εὐχαριστήσας ὅτ' ἦν ἤκουσε καὶ εἶδες ; Vide & quæ Epictet. idem *l. 3. c. 5. ad l. 6.* § 30. repræsentanda.

§ 4. Μέτρον ἐν πίσῃ ταῦτα ἀναλάλῃ | *distuleris ista* Xyland. rectè. Sincerum enim vas incrustant, Lugdunensis editor, dum ἀναλάλῃ exhibet; annotator, dum ἀναβάλλεις substituit. Democritus apud Stob. *tom. 2. tit. 29.* Τὸ ἀεὶ μέλλειν ἀτελίας ποιεῖ τὰς πράξεις. *Cunctatio jugit actiones imperfectas facit.*

Ἀιεὶ δ' ἀμβολίδρὸς ἀνὴρ ἄτρα πελάσσει.
Dilator nunquam non conflictabere damnis.

Hesiod. *oper. l. 1.* & ex Heliodo Epictet. *l. 2. c. 18.* Epicurus apud Stob. *ibid. tit. 16.* Γεγόναμεν ἅπαξ, δὶς οὐκ ἔστι γενέσθαι· δεῖ δὲ τὸν αἰῶνα μικρὸν ὄντ' ἐν σὺ ἢ τῆς αὐξεσε οὐκ ὢν κύριος, ἀναβάλλῃ τὸν χρόνον. ὁ ἢ πάντων βίος μαλλησμῷ παραπόλλυται. *Semel nati sumus: bis nasci non licet. sed finiri ævum necesse est. Tu verò cùm nec crastini sis dominus, tempus (quod datur) tempestivum differs, ità cunctorum vita cunctatione disperditur.* Dum ut Manil. *l. 4.*

Victuros agimus semper, nec vivimus unquam.

scitéque ac festivè Flaccus *epist. 2.*

—— *qui recte vivendi prorogat horam,*
Rusticus expectans dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.

Senec. *epist. 45. Multos ipsa transiit vita, dum vitæ instrumenta conquirunt. nullius non vita spectat in crastinum. quid in hoc sit mali quæris? infinitum. non enim vivunt, sed victuri sunt. omnia differunt. etiamsi attenderemus, tamen nos vita præcurreret: nunc verò cunctantes, quasi aliena transcurrit; & ultimo die finitur, omni perit.* Idem *de vit. brev. c. 9. Maxima jactura vitæ, dilatio est. illa primum quemque extrahit diem: illa eripit præsentia, dum ulteriora promittit. maximum vivendi impedimentum est, expectatio, quæ pendet ex crastino. perdis hodiernum. quod in manu fortunæ positum est, disponis: quod in tua, dimittis. quo spectas? quò te extendis? omnia quæ ventura sunt, in incerto jacent, protinus vive.* Spectant horsum Martialis illa toties repetita, quibus ille tamen ad vitam ἀπολαυστικὴν suos nequiter instigat, monita; *l. 1. ep. 16.*

Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vivam.
Sera nimis vita est crastina: vive hodie.

Et *l.* 5. *ep.* 60.

Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper.
Die mihi, cras illud, Postume, quando venit?
Cras vives: hodie jam vivere, Postume, serum est.
Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.

&, *Quisquam vivere, cùm sciat, moratur? ibid. ep.* 21.
&, — *properat vivere nemo satis.* *l.* 2. *ep.* 90.
& *l.* 8. *ep.* 44.

Titulle, moneo, vive semper: hoc serum est.
Sub pædagogo ceperis licet, serum est.
At tu, miser Titulle, nec senex vivis.

Vide ad § 2. γέρων εἶ. Nigrinus pariter, referente Luciano, Παρήνει τοῖς συνοῦσι, μὴ ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὅσῳ τοῦ πολλοὺς ποιεῖν, σεμνοποιίας δεξαμένους ἑορτὰς, ἢ παννυχίσεις, ὡς ἂν ἐκείνων ἀφιγμένων τῇ μὴ φάσαντι, καὶ τὸ τὰ Νοῦλα ποιήσουσι. ἄξιον δὲ ἀκούσασι τὸ καλὸν ὀρμᾶν. *Præcipiebat auditoribus suis nè bonum differrent, id quod multi faciant, præstituentes sibi diem certum aliquem, festum puta solemne conventúmve celebrem, ad quem nihil amplius mentiri, eáque quæ oporteat exequi incipiant. postulabat enim ut semotâ cunctatione omni, quod honestum esset, aggrederentur.* Sed & dilationem geminam tangens taxánsque Gregor. Naz. *orat. de Bapt.* Τί τὸ καὶ τὸ σκόπει, καὶ σεσοφισμένῳ σεσοφίσου ἐν ἀμυδρίαις; ἰδοὺ τὰ φῶτα· τὸ πάχος μοι τιμώτερον· τὸν πίνακα σὺ διδάξομαι. Barlius Cæf. *exhort. ad Bapt.* Τί ὀκνεῖς, καὶ βυλεύῃ, καὶ διαμέλλεις; σπεύδεις δὲ βίᾳ; κατάσχου· μάχεται γάμος; πίεσον, τὸν παρόντα καιρὸν ἐξελίκνυσον· ἀναβάθρεις τὸν ἐπόντα. ὄφελε μὴ ἐνεργὴς μαχητέος τῆς ζωῆς τοὺς ἀναχώσους ποιεῖσθαι. ὃν ἴδοις, τί τίθεται ὁ δόκιμος· μὴ ὑπαγάλλου τὸ μὴ δεῖ. Epictetus denique *enchir. c.* 50. Ἂν τοίνυν ἁμαλήσῃς, καὶ βαδιμήσῃς, καὶ εἰς ὑπαθρίους ἐξ ὑπαθρίων ποιῇς, καὶ σεσθίσεις ἐν σεσθίσει, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐκ ἄλλας ἀείζῃς, μηδ' ἂς σεσείχες σαυτῷ, λύσεις σαυτὸν ὁ σεσηφας, ἀλλ' ἰδιώτας διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. Vide *ad l.* 3. § 4. & *l.* 8. § 22.

Ὅποσοῦν σεσθίσεως λαβὼν, ὃ χρὴ αὐτῷ | *Nihil adest*, inquit Xyland. *ad quod illud αὐτῷ referri possit.* itaq; mutila esse suspicatur ista. Sed immeritó. Adest enim ad quod referatur, σεσθίσεως collectivè sumpta. éstque transitio à numero ad numerum haud infrequens. Sic enim Pythagoras in *aur. carm.*

Βυλεύ ὃ σοὶ ἔρχω, ὅπως μὴ μωρὸς πόληται.

Euripid. *Helen.*

— ὅστις ἐν παθοῖς χρηστὸν γνώσῃ,
Εἰς ταυτὸν ἥλθε τοῖς τεκοῦσι τοῦ τέρπειν.

Synes. in *laud. Calvit.* Εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφὸν· πῶς δ' ἂν σοφὸν, ὅτε γε ἦν Ἀθηνοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιᾶς εἰσὶ φιλοσοφίας ἐγκαταλείμματα; &c. Liban. *in Florent. orat.* 14. Διαφέρει δὲ ἐκ ῥᾳθύμου ὃς ἐγὼ πολλάκις εἶδον τοῦ σμίλαλιν εἰς ἔργον ἀγόντος, ὀμωμότας ἐν αὐτῇ τὸ πάθος τῇ σφίσι· Epiphan. *hæres.* 67. § 4. Ἃς ἐδόκουν αἱ γαλαὶ διδόμεναί τινι πυρίτοντα, πυραὶ ἐν τῷ σώματι αὐτῆς φαίνονται. Dio, an Xiphilinus, in *Severo*: Δυσὶ τόλε καιρίαις, ὡς ἡ λίμνη μεγάλως ἐκβῆναι. Marcus ipse *l.* 4. § 50. ἢ εἰ τις τοῦτος, ἀπολλὺς ἐξωμόγκασι. & *l.* 5. § 6. ubi dixerat. ὁ Ν τις τέρπων τινὰ ὑπὸ δίδυν. — &, ἀνθρωπῷ δ' ἐνπαίσας. Subjungit, ἐν τούτοις ὧν τῇ δεῖ. Virgil. *Æn. l.* 8.

Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cælo
Dejicit in terras. —

Terent. Eunuch. 1. 2.

— *eunuchum dixti velle te,*
Quia sola utuntur his regina. —

Et in prologo:

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quàm plurimis, & minimè multos ladere;
In his poeta hic nomen profitetur suum.

Cicer. pro Milone: *Si tempus est ullum hominis necandi, quæ multa sunt.* In sacra pagina, Rex Psaltes *Psalm.* 127. *v.* 5. de liberis agens, quos sagittis superiùs contulerat: *Beatus vir ille, qui pharetram suam istis impleverit: non confundentur, ubi cum adversariis suis in porta disceptabunt.* Et *Psalm.* 140. *v.* 9. *Nè concedas improbo desiderium ipsius; cogitationem sceleratam ejus nè provehas: aliqui efferent illi sese.* Rex Paroemiastes *c.* 24. *v.* 24. *Dicentem improbo, Justus es, execrabitur populus: — corripientibus vero illos, palcrè erit.* Paulus denique *ad Tim. epist.* 1. *c.* 2. *v.* 15. Σωθήσονται ὃ διὰ τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, &c. quod posterius membrum non ad *liberos*, utì Hieronymus voluit *ad Salvin.* & *adv. Jovin. l.* 1. *q.* 1. sed ad *mulieres* ipsas referendum esse, claret per se satis, & ab interpretibus plerisque tum antiquioribus tum & recentioribus agnoscitur. Nihil itaq; opus, cum Annotatore Lugd. pro αὐτῇς istic αὐτοῖς reponere: *non uteris*, inquit is, *illis, quæ in aliud tempus differs.* imò, *non uteris occasionibus & opportunitatibus ad ista tibi divinitùs concessis.* Vide *l.* 4. § 29. Nequeo tamen manum de tabula, nisi & si Petri illud ex *epist.* 2. *c.* 3. *v.* 1. cùm tam geminum sit Marci huic, quàm est ovum ovo, lac lacti, adjecero: ταύτην ἤδη δ' ὑστέρᾳ ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν. *Secundam hanc epistolam scribo, in quibus*, vel, *quibus, mentem sinceram vobis monitione repetitâ suscito.*

Τίνῳ κόσμῳ μέρος ἐστί | Idem ferè *supra* § 3. & *infrà* § 9. & *l.* 10. § 6. Vide *ad l.* 3. § 4. & Casaub. *ad Pers. Sat.* 3. *v.* 72.

— *humanâ quid parte locatus es in re.*

Τίνῳ δεσπόζῳ τὸν κόσμον ἀπόρροια | secundùm partem potiorem dictum hoc, mentem videl. quam δεῖον ἀπόμοιρον superiùs dixerat, § 1. Ità Sapientiâ Pseudo-Solomoni, sive is Philo, ut veteres quidam, sive alius quis fuerit, dicitur. *c.* 7. *v.* 15.

ἀπόῤῥοια.

ἀπόῤῥοια τῆς τῦ πνεύματος ἕξεως. Et Clemens Alex. in *hortat.* Πᾶσιν γὰρ ἀπαξαπᾶσι ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ λόγου ἐνδιατείνουσι, ἐνέσπαρται τις ἀνῤῥοια θεϊκή. Idemque *Strom. l.* 5. ex Platonis sententia, τὸν νοῦν ἐν τῇ ψυχῇ θείας μοίρας ἀπόῤῥοιαν ὑπάρχειν.

Ὅρος ἔστι σοι ἐπιγεγραμμένος τῦ χρόνυ | Ita Job. 7. 1. *Annon est tempus præfinitum homini?* id enim צָבָא designat, à re militari tractum vocabulum. atque ita reddidit Junius *ibid. c.* 14. *v.* 14. Idem *c.* 14. *v.* 5. *Præcisi sunt dies hominis: & penes Deum numerus mensium ejus: ipse terminos vitæ illius constituit, quos transgredi nequeat.* Fuscus apud M. Senecam *Suasor* 2. *Statuta nascentibus in finem vitæ dies est.* L. Senec. ad Marc. *consol. c.* 20. *Fixus est cuique terminus; manebit ubi positus est; nec illum aut diligentia aut gratia promovebit.* Idemque *Herc. fur.*

Certo veniunt ordine Parcæ:
Nulli jussò cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.

Vide *ad l.* 8. § 20. & *l.* 12. § 23.

Ὦ, ἐὰν εἰς τὸ μὴ ἀπαυθαδίσασθαι χρήσῃ | Legendum transpositis vocibus, ᾧ ἐὰν μὴ εἰς τὸ ἀπαυθαδίσασθαι χρήσῃ, vel, ᾧ ἐὰν εἰς τὸ ἀπαυθαδίσασθαι μὴ χρήσῃ. Vulgaris siquidem lectio autoris menti ex diametro est adversa. Est autem τὸ ἀπαυθαδίζεσθαι, αἰθρίαν ἄγειν ὑπὸ ἐνδίαν ἄγειν, *serenare*, sive *nubibus discussis serenitatem inducere*: cui opponitur συννεφεῖν, quod est τὸ νέφη συνάγειν, *nubes cogere*, & obducere, sive obnubilare. docet id Suidas ex Aristophanis isto,

— τί δ' ὁ Ζεὺς ποιεῖ;
Ἀπαυθαδίζεται τὰς νεφέλας, ἢ συννεφεῖ;
— *Jupiter quid nunc agit?*
Cœli faciem serenat, anne obnubilat?

ἔστι δ' ἡ αἰθρία ἕδρᾳ ἄλλο πλὴν ἀὴρ ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος, ἀντίπαλος ὢν τῇ ὁμίχλῃ. Auctor *de Mund. ad Alex. c.* 3. De mentis serenitate Marcus noster hîc usurpavit; eodem quo de Superis sensu Lucret. *l.* 2.

— *proh sanctæ Deûm tranquillâ pectora pace,*
Quæ placidum degunt ævum, vitámq; serenam!

Et de sole, sed nimium quàm soli tribuens, Plin. *l.* 2. *c.* 6. *Hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat.* id est, ἀπαυθαδίζεται. Sicut contra *caligare* Pacuvius de tristitia dixit, in Atalanta,

Quid istuc? vultum quæ caligat tristitas?

ita lege, pro eo quod apud Nonium perperam editur, *alligat tristitias.* quo loco legendum & *Tristitas* (non *Tristitias*) *pro tristitia*, & διαδολῦν Apollonius apud Philostratum *l.* 1. *c.* 5. de vino, διαδολῦν τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰθρίαν. *Sudum ac serenam mentis obturbare*, sive *turbidum ac nubilum reddere.* Et Boethius *consolat. l.* 1. *c.* 7.

Nubila mens est,
Hæc ubi regnant.

Et de vultu quidam apud Gellium *l.* 1. *c.* 2. *Ac me oris quidem aut vultus serenitatem Stoici hominis unquam ullâ posse ægritudine obnubilari.* Denique αἰθρίαν καὶ γαλήνην eodem sensu in eodem argumento usurpavit Marcus, *l.* 8. § 28. Miror autem quid editori Lugdunensi in mentem venerit, ut quæ Xyl. rectè verterat, *Quod quidem tempus si non impenderis tranquillitati animi parandæ*; corrumpere voluerit sic reddendo, *Quod q. t. si otiosus intra parietes consumpseris.* Verùm non uno in loco bonum ille Xylandrum noxâ istiusmodi afflixit.

Οἰχόμενα καὶ οἰχόμενον. | Senec. *de vit. brev. c.* 9. *Clamat ecce maximus vates, & velut divino furore instinctus, salutare carmen canit;*

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit. —

quid cunctaris? inquit, quid cessas? nisi occupas, fugit: cùm occuparveris tamen fugiet. itaque cum celeritate temporis, utendi velocitate certandum est. velut ex torrente rapido, nec semper cæsuro, citò hauriendum est, & *ad Lucil. ep.* 108. *Egregium illud Virgilii;*

— *fugit irreparabile tempus.*

Et, *Optima quæque dies,* — &c.
Prima fugit —

Nunquam dies dicit ire, sed fugere: quod currendi genus concitatissimum est. quid ergo cessamus nos ipsi concitare, ut velocitatem rapidissimæ rei possimus æquare? Vigilandum est: nisi properamus, relinquimur. agit nos, agitúque velox dies. inscii rapimur. omnia in futurum disponimus; & inter præcipitia lenti sumus.

Καὶ αὖθις οὐχ ἥξεται | Cicero de *finib. l.* 2. *Non potest esse sæpius dies, qui semel fuit.* Lucret. *l.* 1.

— *fugit irrevocabilis ætas.*

Et Virg. *Georg. l.* 3.

— *fugit irreparabile tempus.*

Et *Æneid. l.* 10.

— *breve & irreparabile tempus*
Omnibus est vitæ. —
— ut, *Stygis irremeabilis unda.*

Eidem *l.* 6. Ovid. *art. l.* 3.

— *sunt enim more fluentis aquæ.*
Nec quæ præteriit, cursu revocabitur unda.
Nec quæ præteriit, hora redire potest.

Auson. *epigr.* 13.

Nec revocare potes, qui periere, dies.

Augustin. *in Psalm.* 38. *Momentis transvolantibus cuncta rapiuntur: torrens rerum fluit: nihil de præterito revocatur.* Seneca *epist.* 123. *Fluunt dies: & irreparabilis vita decurrit.* Et *de vit. brev. cap.* 8. *Nemo restituet annos; nemo iterum te tibi reddet. ibit, quâ cepit, ætas, nec cursum suum revocabit aut supprimet.* Audaciùs paulò, denique, Phædrus *fab.* 89.

—*tempus*

— *tempus elapsum semel*
Non ipse possit Juppiter reprehendere.

Quod autem illi de *tempore* in universum, de *occasione*, quæ est, ut Cicero *de invent. l.* 5. *pars temporis habens in se alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem*, haud minùs aptè dici potest. Posidipp. *anthol. l.* 4. *c.* 14. εἰς Καιρὸν ἄγαλμα.

Ἡ ἡ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαὶ ἰάσιλι λαβίδι.
Νὴ Δία, πάξοπδεν ῥηδὲ τί φαλαρὸν πέλει;
Τὸν γὰρ ἄπαξ πλωϊῆσι φοβησάμενα με πουὶν,
Οὔτις ἔτ' ἰμείρων δρέξεται ἐξόπδεν.

Callistratus item *imagin.* 6. Ἡ χαὶ τῦ μετώπυ πόμη· τὸ ἡ ὄπισθεν πλοχμῶν ἀλλότριον. ὅτι φρονήσεως μὲν αὐτῇ, λαβίδος ῥᾴδιον· παρελθούσης ἡ, ἢ δὴ φαρμάκων ἀκμὴ ζωγραφήσαται, καὶ ὐκ ἔστιν ὀλίγῳ ῥᾳθύμῳ λαβεῖν τὸν χαρακτῆρα. Salubriter ergo Gregor. Nazianz. Δεῖ καὶ φρονίσθαι τὸν καιρὸν, ἢ πάλιν τυχεῖν ἀμήχανον.

§ 5. Φείδηζε σιδαφῶς | *Enixè curato.* Casaub. ut 20 cùm φείδηζε conjungatur. at Xyl. *ut fortiter peragas.* tanquam si ad φείδεσθαι, quod sequitur, referatur. & huc potiùs accedo.

Ὡς Ῥωμαίῳ καὶ ἄῤῥωμι | Casaub. *ad Pers. Sat.* 1. adductis istis nostri verbis, in quibus tamen, Ὁ Ῥωμαῖος legit, (quod γνησιον an μνημονικὸν Φάλκωνι fuerit, incertum est) *Mollia*, inquit, *facta, dictáque nec Romano nec masculi spiritûs viro conveniunt.* Noster *infra l.* 3. § 5. Ὁ ἔν σοι θεὸς ἔχων· φρονήτης ζῶν ἄῤῥενος καὶ Ῥωμαῖος, & *l.* 4. § 3. Ἑλληνες ἔσο, καὶ δεῖ τὰ φρονήματα, οὐς ἀνῆκε. Vide & Gilbert. Cognatum *adag.* Ἀρὴς Ῥωμαῖος & Guilielm. Xylandrum *ad Plut. Paul. Æmilium.* Cassiodor. *l.* 2. *ep.* 3. *Vixit inter nos, non consuetudine peregrinâ; sed gravitate Romanâ.* Nec *gravitatis* tantùm, sed *strenuitatis* nomine prædicantur *Romani.* unde Cordi Cremutii illud, qui C. Cassium *Romanorum ultimum* dixit. Tacit. *l.* 4.

Τὸ ἐν χερσὶ | i. e. τὸ παρὸν, *id quod in manibus*, vel *præ manibus est.* ut *infra l.* 3. § 12. & *l.* 6. § 2. 40 Livius, *l.* 4. *Cùm tantum belli in manibus esset.* & *l.* 26. *omittere id quod in manibus erat, bellum coegerunt.* Plin. min. *l. ep.* . *Non vacat, quia vindemiæ in manibus.* Senec. *de benefic. l.* 4. *c.* 1. *Nihil tam necessarium, aut magis cum curâ dicendum, quàm quod in manibus est.* Plaut. Bacchid. 4. 3. *Reddidi patri omne aurum, mihi quod fuerat præ manu.* Atq; est reverâ Τὸ παρὸν μόνον *in manu nostra.* Senec. *supr. ad* § 4. *de brev. vit. c.* 9. *Quod in manu fortunæ positum est, disponis; quod in tua, dimittis.* 50 Quod autem ἐν χερσὶ hîc Marcus, Pindarus τὸ ποδὸς, & τὸ παρ' ποδὸς dixit Vide ad *l.* 4. § 21. quod Terent. *Adelph.* 3. 3. *quod ante pedes est*, dixit, *Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est*
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt.

Ἀπλάστου συμβήτου | commendat *gravitatem simplicem* ac *genuinam*; cui opponitur ἡ κατάπλαστος βαρύτης, ut Plut. *de audiend.* quam & συμβεβηλωμένην πλάσμῳ, Isocrates in *Archidamo*; ὑπόπλαστον ἢ σεμνότητος ὑπόκρισιν, Clemens dixit, *pædag. l.* 3. *c.* 11. i. e. *gravitas ficta*, sive *vultûs severitas assimulata*, ut Ammian. *l.* 14. sive *callida severitatis simulatio*, ut Capitol. in *Marc.* quâ *nihil ineptius* pronunciat Petronius. ita *frontem asseverare*, dixit Apuleius, *metamorph. l.* 8. i. e. *fictæ severitatis personam induere*, ut Cassiod. *l.* 1. *ep.* 4. ita enim malim, quàm *inducere*, quòd vulgati exhibent. De Sexto *supr. l.* § 9. τὸ σεμνὸν ἁπλόως. De P. Crasso Cicero in Bruto § 282. *Erat sine arrogantia gravis, & sine segnitie verecundus.* De Perseo Rege contra Polybius apud Suidam, κατὰ τὴν ὑπόκρισιν ἔχων ὑποκωμίου, *Vultûs speciem præ se ferebat ad severitatem compositam.* Vide *ad l.* 3. § 2. Et de Aristippo Tertullian. *apolog. c.* 46. *Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur.* Plut. in *Pericle.* Τὸν ἡ τῆς Περικλέους τὴν σεμνότητα, δοξοκομίαν τε καὶ τῦφον ὑποκαλύπτας, ὁ Ζήνων παρεκάλει καὶ αὐτὸς ἢ τοιῦτον δοξοκομεῖν, ὡς τῆς ἀσκητικῆσεως αὐτῆς ἓν καλὸν ὑποκρινόμενος τινα λεληθότως ζῆλον καὶ ζωμήσεως.

Ἂν ὡς ἐμάτιον τὸ βίον ἐμοὶ πρέπον ἐργάσῃ. | Pulcherrimum plurimíq; momenti monitum. quod & *infra* denuò inculcatur, § 11. Ὡς ἤδη δυνατὸν ὄντι ἐξιέναι τὸν βίον, ὅτως ἔχεις ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι. Et *l.* 3. § 12. Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῶς ἑαυτὸν σώσῃς, ἀῤῥωμένως, &c. καὶ τὸν ἑαυτῦ δαίμονα κρατοῦντ' ἐσῶντα τηρῇς, ὡς οὐ καὶ ἤδη ἀποδύναι Νοι. Et *l.* 7. § 29. ἐνόησον τὴν ἐμάτιον ὄψιν. In eandem sententiam Zaleucus in *legum* suarum *proœmio*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 42. Δεῖ ἔχειν παρ' ἑαυτὸν ἀεὶ ζωσικεῶν τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν, ὡς δὴ παρόντα. ὅτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ καλὸν καὶ τὸ δικαίον φρονήσῃ. Seneca *epist.* 114. *Quicquid facies, respice ad mortem.* Idémq; de se *ep.* 61. *Hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam cum maximè scribentem mors evocatura sit. paratus exire sum.* Vide & *ad l.* 3. § 12.

Ἀπὸ τῦ αἱρῦντος λόγυ | ἀπὸ τῦ κρείττονος λόγυ. *à meliore ratione.* rescribi postulat Annot. Lugd. nam interpres uterque τῦ αἱρῦντος illud insuper omnino habuit. Verùm nec mutandum quicquam, & vertendum, *à dictante ratione*, sive *à rationis dictamine.* Usitatum est λόγος αἱρεῖ, i.e. ἀξιοῖ, *dictat, poscit, exigit.* Vide *ad l.* 4. § 19. Restituenda vox eadem apud Epictetum *enchir. c.* 50. ubi διαρῦντα λόγον, ἀντὶ τῦ αἱρῦντα, perperam legitur. Vide *ad l.* 3. § 4.

Συμμιμησεμένα | quod *l.* 3. § 16. ζυγκαθόμοια.

Ὅρας ὡς ὀλίγα | Antisthenes apud Laert. *l.* 6. Τὴν ἀρετὴν φησὶ ἔργων εἶναι, μήτε λόγων πλούτου δεομένην, μήτε μαθημάτων. Hinc Alexandro Diogenes

ogenes apud Dionem Pruſ. *orat.* 4. Καὶ σὺ, ἐπεὶ ὦν ὕπω πέφυκας, ἐὰν τύχῃς ἐπαινούμενος ἀνδρὸς, ἱκανή σοι ἔστω μία ἡμέρα, πρὸς τὸ σωφρονεῖν τὸ πεφυκὸς ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ οὐκ ἐν δεήσει ποικίλων σοφισμάτων ἢ λόγων. Senec. *epiſt.* 106. *Paucis opus eſt ad mentem bonam literis.* Et *epiſt.* 94. *Infinita, inquis, præcepta ſunt. Falſum eſt: nam de maximis & neceſſariis rebus non ſunt infinita. tenues autem differentiæ habent, quæ exigunt tempus, loca, perſonæ. ſed his quoque dantur præcepta generalia.* Fabius *inſtitut. l.* 12. *c.* 11. *Brevis eſt inſtitutio vitæ honeſtæ beatæq;, ſi credas. (credas* f. ſiquidem in voluntate plurimum poſitum contendit) *longam enim facit operam, quod repugnamus.* De Antonio Niceph. Calliſt. *hiſt. eccleſ. l.* 8. *c.* 40. Γεγράμματα ἦ μὴ μαθὼν, οὐδὲ τὸν ῥήτορα διὰ δαιμόνιον ἔγνω· τὸν δ' ἀγαθὸν, ὡς γεγραμμάτων φροντιστὴν καὶ πρὸ τούτων εὑρετὴν, μᾶλλα ἐπῄνει. μηδὲ γὰρ εἰ τύπων ἀνάγκη, τῇ γε ἐρρωσθαι ἔχοι. Vide *l.* 7. § 66.

Εὖρυ καὶ ἁπλῶ βιῶναι βίον | Εὖρυ βίον dixit, & iſtic, & *l.* 10. § 6. pro *vita beata, proſpera, in qua omnia ex voto ſuccedant & quaſi fluant*; metaphora ab eis quæ ſecundo flumine feruntur. Ita Stoici reliqui. Jo. Strob. ecl. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 5. Zenon. ait εὐδαιμονίαν finiviſſe εὐροίαν βίου eaq; definitione uſos etiam Cleanthem, Chryſippum, eorúmq; poſteros. Chryſippus certè οὗ ἕνεκα τέλων, referente Laërtio *l.* 7. in *Zenon. Citt.* Εἶναι δ' αὐτὸ τοῦτο τὸ εὐδαίμονα ἀρετὴν καὶ εὐροίαν βίου, ὅταν πάντα πεφύηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δαίμονος πρὸς τὴν τοῦ ὅλου διοίκησιν βούλησιν. Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 4. Οὐκ ἄλλως τὸ εὖρουν καὶ ἀπαθὲς περίκειται τῷ ἀνθρώπῳ ἢ ἐν ᾧ ἐρίζει μὴ ὑποπτεύοντι, ἐν ἐγκλίσει δὲ μὴ ἀφιστῶσι. Et mox: Ἡ ἀρετὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀπαγγελίαν, εὐδαιμονίαν ποιοῦσα, καὶ ἀπάθειαν, καὶ εὐροίαν. Inde verbum εὐροεῖν iſtis oppido quàm familiare. Vide *infra, ad l.* 5. § 34. & *l.* 10. § 6.

Θεοειδῆ | i. e. θεοειδῆ. *Vitam divinam, divinæ parem.* Ita Homer. *Odyſſ.* ζ'. *v.* 121. & ϑ'. *v.* 576. θεοῖς θεοειδὴς, *mens divina, Deo ſimilis.*

— καί σφιν νόος ἔνδον ἐοικὼς.

& θυμὸς θεοειδὴς. *Odyſſ.* τ'. *v.* 365. *animus divinus.*

— θεοειδέα θυμὸν ἔχοντα.

& Apollon. *Argonaut. l.* 2. ἄνδρες θεοειδεῖς, *homines divini, Deo ſimiles*, in illis;

Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἕκαστ' ἐπιδέρκεται· οὐδέ κεν ἄνδρες
Λήθοιμεν θέμιστον, ὅ τε θεοῖσιν, ὅτε δίκαιοι.

Et Marco perinde βίος θεοειδὴς, *vita divina, ei quæ deorum eſt par proxſus.* Vide hac in parte typhum Stoicum *ad l.* 3. § 7.

§ 6. Ἴθυνε, ἴθυνε αὐτὸν, ὦ ψυχή | Prava ſanè dictio, depravatáq; proculdubio lectio. neque enim è fæce hominum quiſquam, nedum Marcus noſter, ut *ipſa ſeſe contumeliâ afficiat, animam* ſanus hortetur ſuam. legendum, vel ἴθεινε, vel, quod malim, ὑθείζεις. ut corripientis, non adhortantis ſit. Nam quòd lectionem receptam ſecutus, quaſi εἰρωνικῶς dictum M. Caſaub. accipit, mihi neutiquam vero ſimile videtur. Marcus ſiquidem nuſquam ironiis uſus deprehenditur. Plato *de leg. l.* 5. Τιμᾷ ἦ τὴν ψυχὴν αὐτῶν, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ἥκιστ' ἀδεῖς ὀρθῶς δοκεῖ Ν. quo loco & quibus rationibus animas ſuas contumelioſè habeant pleriq;, cùm honorare videantur, multis differit docétque; quo modo & noſter *infra* § 16.

Εὖ γὰ ὁ βίος ἐκύρσε | M. Caſaub. legendum autumat, Εὖ γὰ ὁ βίος ἐκύρσε [παρ' ἑαυτοῦ] vel etiam, repetito quod mox ſequitur, [αὐτοῦ ἑαυτοῦ]. ut ſenſus ſit, *felicitas cujuſque pendet à ſeſe*; vel *felicitas cujuſq; in eo conſiſtit, ut reverentiam ſui habeat.* Verùm nec video, quomodo verba ipſa hunc ſenſum exhibere poſſint: & proclivior mihi ac germanior emendatio futura videtur, ſi legamus, prout ad marginem ex conjectura adſcripſimus; φύγει γὰ ὁ βίος ἐκύρσε. Perſ. *Sat.* 5. *v.* 153.

Vive memor leti. fugit hora: hoc quod loquor inde eſt.

Naſo *Faſt. l.* 5.

Tempora labuntur, tacitiſq; ſeneſcimus annis;
Et fugiunt fræno non remorante dies.

& *Amor. l.* 1. *el.* 8.

Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas:
Et celer admiſſis labitur amnis equis.

i. e. quàm concitatiſſimè ac contentiſſimè fugit. Itaq; *Metam. l.* 10. ſubjungit, idem planè locutus,

Et nihil eſt annis velocius ——.

& *el.* 11. *Dum loquor, hora fugit.* ——

Quod Horat. *Carm. l.* 1. *Ode* 11.

—— *Dum loquimur fugerit invida*
Ætas: carpe diem, quàm minimùm credula poſtero.

Silius *bell. Pun. l.* 15.

—— *currit mortalibus ævum;*
——*fugit hora rapitque*
Tartareus torrens. ——

Pulcerrimè Anacreon. *carm.* 4.

Τροχὸς ἁρμαλέῳ γὰ οἷα,
Βροτοὺς πρέχει κυλιδεύων.
Rota nam velut curulis,
Properat volucris ætas.

Sen. Herc. fur.

Properat curſu vita citato:
Volucrique die rota præcipitis
Vertitur anni.

Idémq; ſi idem utriuſq; autor, *epiſt.* 99. *Reſpice celeritatem rapidiſſimi temporis: cogita brevitatem hujus ſpatii, per quod citatiſſimi currimus.* Quin & *ad Marc. Conſol. c.* 10. quod ad noſtri mentem proximè accedit: *Rapina rerum omnium eſt; (miſeri neſcitis?) & fuga, vivere.* Vide *ſuprà ad* § 4. οἰχόμενα. Hoc ſi minùs placuerit, habeas D. Arn. Bootii ingenioſam ſanè, nec temerè aſpernandam, conjecturam, ut legatur; Εἷς γὰ ὁ βίος ἐκύρσε· *Unica enim*

enim est unicuique vita : nec altera ulla, istic saltem, expectanda. Epicurus supra, Γεγόναμεν ἅπαξ· δὶς ἢ οὐκ ἔστι γενέσθαι ;

Nec nasci bis posse datur. — Silius *l.* 15.

id quod Euripides voluit, ubi dixit in *Alcest.*

Ψυχὴ μιᾷ ζῆν, οὐ δυοῖν ὀφείλομεν.

Unam agere vitam, non duas nobis datur.

Quem & in *supplic.* idem pluribus conquestum supra monuimus. Verba ipsa, quia ad lectionem istam illustrandam cum primis faciunt, exhibere istic neutiquam pigebit.

Οἴμοι· τί δὴ βροτοῖσιν οὐκ ἔστιν τόδε,
Νέους δὶς εἶναι, κἀγγέρας αὖ πάλιν ;
Ἀλλ' ἐν δόμοις μὴ ὧν τι μὴ καλῶς ἔχῃ,
Γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα.
Αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεστιν. οἱ δ' ἡμῶν νέοι
Δὶς κἀγέροντες, εἴ τις ἐξημάρτανον.
Διπλᾶς βίου λαχόντες, ἐξορθούμεθ' ἄν.

id est, vertente Grotio :

Proh fata! cur non est datum mortalibus
Duplici juventâ, duplici senio frui ?
Intra penates siquid habet incommodè,
Fas seriore corrigi sententiâ :
Hoc vita non permittit. at qui bis foret
Juvenis senexque, siquid erratum foret
Priore, id emendaret in cursu altero.

Idémq; *ibid.* — τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς
Οὐκ ἔστι τ' ἀνάλωμ' ἀνδραδὶν λαβεῖν,
Ψυχὴ βεβιῶσαι χρηστὸν εἰδότων δ' εἰδέναι πόθεν.

— *unicum mortalibus*
Hoc est, semel quod perditum recipi nequit,
Hæc vita : reliqua copia est reparabilis.
Eos autem, qui non vivunt, sed vitam trahunt, multo miserabiliores puto, qui non vivunt, sed vitam trahunt, & in eo tempore, quod vivendum fuit, mortui sunt. Antiphon. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 16. ubi leg. forsan ἀποτεθνηκότας. Gesn. ἀπολελοιπότας. Quibus adjici possunt & Bionis errorem hunc corrigentia illa ex *Idyl.* 5.

Εἰ μὲν γὰρ βίοτον διπλόον χρόνον ἀμῖν ἔδωκεν,
Ἦ Κρονίδης, ἢ Μοῖρα πολύστροφος, οὐκ ἀνιηρὰς
Τὰν μὲ ἐς εὐρεσύνας καὶ χαίρεμα, τὰ δ' ἐς μόχθον,
Ἦν τάχα μοχθήσαντά πού ὕστερον ἰᾶσθαι δυνατὸς
Εἰ δὲ δυοὶ κατέδαφ' ἕνα χρόνον ἐς βίον ἁλῶσιν
Ἀνθρώποις, καὶ τὸν ὃ βεκχὼ καὶ μόνον πάντων,
Ἐς πόσον, ἃ δειλοί, κάμάτους κ' εἰς ἔργα πονοῦμες ;

Nam si vivendi nobis geminata dedisset
Tempora seu Fatum, seu Jupiter esset ut ævi
Altera lætitiæ pars, altera dicta labori,
Responsura quies tandem sudoribus esset.
Sin vitæ spatium miseris mortalibus unum
Concessêre Dei, modicóque id fine coercent,
Quid juvat in tristes animos impendere curas ?

Grot. Itaq; Lucian. *de merced. conduct.* τίνα ἄλλον ὁ καλαὸς ἐμαυτῷ βιώσομαι βίον, τὸν παρόντα τοῦτον ἄλλῳ βεβιωκώς ; Attamen, ut scitè Martial. *l.* 10. *ep.* 23.

Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus : hoc est
Vivere bis, vitâ posse priore frui.

Cæterùm Cl. Salmasius lectionibus hisce omnibus præfert ; βεκχὼς ὁ βίος ἐστίν· quomodo Hippocrates *aphorism.* 1. Sed & Marcus ipse *l.* 4. § 26. Ego in medio ista lectori relinquo.

Οὗτος σοι χαλὸν ἀλύσει | quod *supra* § 2. dixerat : γέρων εἶ· tanquam ipse se alloquatur. Et *l.* 10. § 15. ὀλίγον ὄντι τὸ ὑπολειπόμενον τοῦτο.

Μὴ αἰδεσθῇς σαυτῷ | De Catone Plutarchus in *Apophtheg.* Μᾶλιστα ἡ ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αἰδεῖσθαι ἑαυτόν. μηδὲν γὰρ ἑαυτῷ μηδέποτε χρεὼς εἶναι. Unde emendandus Stobæus, *tom.* 2. *tit.* 31. apud quem pro μηδένα, μηδὲν legitur. Theophrast. *ibid.* Αἰδοῦ σαυτὸν, καὶ ἄλλον οὐκ αἰσχυνθήσει. Musonius itidem : Αἰδὼς φόβος πάσης ἄξιος ἐστι, ἐὰν πρῶτον ἄρξῃς σαυτὸν αἰδεῖσθαι. Omniúmque optimè Democritus : Φαῦλον, κἂν μόνος ᾖς, μήτε λέξῃς, μήτε ἐργάσῃ. μάθε δὲ παρὰ σεαυτοῦ μᾶλλον ἢ ἄλλου σεαυτὸν αἰσχύνεσθαι. Idémq; *ibid. tit.* 46. Μηδὲν τι μᾶλλον τοῦ ἀνθρώπου αἰδεῖσθαι ἑαυτὸν· μηδὲ τι μᾶλλον ἐξαμαρτάνειν κατὰ νοῦν, ἢ μέλλοι μηδεὶς εἰδέναι, ἢ εἰ πάντες ἄνθρωποι. ἀλλ' ἑαυτὸν μάλιστα αἰδεῖσθαι, καὶ τοῦτον νόμον τῇ ψυχῇ καθεστάναι, ὥστε μηδὲν ποιεῖν ἀνεπίσκοπτον. Quod Isocrat. *ad Demonic.* Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἐλπίζε λήσειν. καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, ἑαυτῷ γε συνειδήσεις. *Quid autem proderit non habere conscium, habenti conscientiam ?* Ex Seneca Lactant. *institut. l.* 6. *c.* 24.

At verò, ut Diphilus, si Stobæo *tit.* 24. referenti, Philistio, si Maximo *c.* 40. fides ;

Ὅστις γὰρ αὐτὸς αὑτὸν οὐκ αἰσχύνεται
Σωφρονῶν· αὐτῷ φαῦλον διαπραξάμενος,
Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσεται ;

Qui non veretur ipse semet, conscius
Sibi mali facinoris, quod commiserit,
Hic quomodo alios nescios reverebitur ? Grot.

Vide *l.* 12. § 4. & Galenum *ad l.* 10. § 9.

§ 7. Περισπᾷ τί σε τὸ ἔξωθεν ἐμπίπτοντα | Scriptura mendi manifesta. Mer. Cas. transpositâ unâ voculâ legere videtur, Τί σπᾷ σε ; *cur te distrahant ?* &c. Ego malim, restituta quæ excidit negante particulâ, (quia sequitur κἀ) [Μὴ] σπᾷ σε τί, &c. *ne distrahant te.* quod & Xylandrum secutum video. Sic *l.* 8. § 1. ἄλλο μηδὲν σπᾶσθαι. Et *l.* 4. § 3. Ἀλλὰ τὸ δεξάμενον σε σπασάσθω. Et *l.* 7. § 20. Ἐμὲ ἐν μόνον σπᾶσθαι. Basil. Cæsar. *in Psal.* 45. Τίς γὰρ μεμερισμένῳ τὸ τῆς κόσμου, καὶ ἐμβαθύνων τοῖς σπασμοῖς τῆς σαρκὸς, δύναται τοῖς τοῦ θεοῦ λόγοις προσέχειν, καὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ θεωρημάτων ἀρχαιότητι ; Interpretes Græci *Eccles. c.* 1. *v.* 13. τὸ נָתַן reddunt περισπασμόν· Latinus, *distentionem.* εἰ δὲ καὶ *in varias solicitudines mens hominis distenta laniatur.* Hieron. Vide *supra* § 2. μηδὲν σπῶ.

Καὶ χαλεπὸν πάρεργόν σαυτῷ | καὶ ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ. copulativa

copulativa loco adversativæ. Sic in *Evang.* Matt. *c.* 12. *v.* 43. Ζητῶν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑίσκει. *requiem quærit, sed non invenit.* & *c.* 16. *v.* 4. Γενεὰ πονηρὰ σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. *generatio prava signum requirit: verùm signum illis non dabitur.* Luc. *c.* 4. *v.* 2. καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον ἐπείνασεν. *Nihilque per dies illos comedebat: sed eis consummatis postea esuriit.* & *c.* 20. *v.* 19. Καὶ ἐζήτησαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας· καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν. *Quærebant manus ei injicere; verùm à populo metuebant sibi. Act. c.* 7. *v.* 42, 43. Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι; — καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. *Num victimas hostiasque obtulistis mihi? — Sed Molochi tabernaculum bajulâstis.* Plato *Theætet.* adducendus *infra ad* § 13. πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένοις ἅμα καὶ ἐκ παντὸς ὅλου, εἴς τι ἅμα ἐγγὺς ἰόντες αὐτῶν συγκλείσαι. *Omnem ubique universi totius naturam perscrutans; verùm ad eorum quæ sunt propè, nihil sese demittens.* Senec. *epist.* 57. exhibendus *ad lib.* 4. § 21. *Permeare non posse, & statim spargi.* pro, *sed statim spargi.*

Παῦσαι ῥεμβόμενος | Sic *l.* 4. § 22. Μὴ ἀποῤῥέμβεσθαι. & *l.* 3. § 4. ποιεῖ ἀποῤῥέμβεσθαι. ῥέμβεσθαι & ἀποῤῥέμβεσθαι *à re instituta*, vel etiam *absq; certa re ulla instituta, temerè huc illuc divagari.* Jo: Chrysost. *in epist.* 1. *ad Timoth. homil.* Τῷ νῦ πολλάκις ἀλλαχοῦ ῥεμβομένῳ, καὶ χρὴ αὐτοῦ ἅπτεσθαι λοιπόν· *Mente sæpenumero alibi divagante; sponte interim movetur manus.* Plutarch. *de curiosit.* Δεῖ δὲ μὴ καθάπερ θεραπαινὰς ἀνάγκην, ἔξω ῥέμβεσθαι τοῦ αἰδοίου, ἀλλ' ἀποπεμπομένους ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἅπτεσθαι τῶν σωμάτων, ζωπυγχάνειν αὐτῆς ταχὺ καὶ διαγγέλλειν· εἶτα πάλιν ἐντὸς εἶναι τῷ λογισμῷ, καὶ σωφρονεῖν αὐτῷ. Idémque eodem, quo noster hic sensu, qui à corpore ad animum transtulit, *de commun. notit. c.* 13. Νήφων γὰρ ἀεὶ εἰς δεῖ θεὸς ἀρετῶν, ἀλλὰ ῥεμβόμενα πάντες ἀφροσυνῶντες καὶ κακοδαιμονοῦντες. Expressit autem pulchrè, quod noster hic, Senec. *de tranquil. c.* 12. *Circumcidenda est concussatio,* [*circumcursatio* potiùs] *qualis est magnæ partis hominum, domos, & theatra, & fora pererrantium, alienis se negotiis offerunt, semper aliquid agentibus similes, horum si aliquem exeuntem domo interrogaveris; Quò tu? quid cogitas? respondebit tibi; Non mehercule scio: sed aliquos videbo, aliquid agam. sine proposito vagantur, quærentes negotia: nec quæ destinaverunt, agunt; sed in quæ incurrerunt. Inconsultus illis vanúsque cursus est: qualis formicis per arbusta repentibus; quæ in summum cacumen, deinde in imum, inanes aguntur.* Idémq; *epist.* 95. *Vita sine proposito vaga est.* i. e. ῥεμβός. ut Marcus *infr.* § 17. Vitam autem istiusmodi graphicè itidem depingit nobis Ennius in *Iphigenia* à Gellio *l.* 19. *c.* 10. laudatus, quem à Scriverio, Salmasióq; emaculatum restituturúmq; exhibemus.

Otio qui nescit uti, plus habet negotii,
Otii minùs, quàm cùm est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, is nullo negotio
Id agit; studet ibi, manetémq; atq; animum delectat suum.
Otioso in otio animus nescit, quid quidem velit.
Hoc ita est, neq; nunc domi nos, neq; nunc militiæ sumus.
Imus huc, hinc illuc: cùm illuc ventum est, ire illinc lubet.
Incertè errat animus; præterpropter vita vivitur:

h. e. ut vir clarissimus *εἰκῇ βιῶται.*

Τὴν ἑτέραν ἀφροσύνην φυλακτέον | D. Jun. παραφορὰν mavult: quomodo de Maximo *l.* 1. § 15. dixerat, καὶ μανίαν παραφορὰν. παραφορὰ reverà *mentis errorem, hallucinationem, delirium, desipientiam* creberrimè denotat: unde & à Gorrhæo pro *leviori mentis captione*; & à Fœsio, pro *graviore* etiam in medicorum libris sumi observatum est. Cæterùm & ἀφροσύνη nihilo minùs pro *errore, mentisq; obturbatione* usurpari Budæus testimoniis haud paucis comprobat. inter quæ illud est ex Græcis Solomonis interpret. *Eccles.* 2. 12. εἶδον σοφίαν καὶ ἀφροσύνην καὶ ἀφρονσύνην. Et rursùs ibid. *c.* 2. *v.* 2. τῷ γέλωτι εἶπα ἀφροσύνη· *risum reputavi errorem.* Vulg. quibus & adjici potest illud, *c.* 7. *v.* 26. γνῶναι ἀσεβῆ ἀφροσύνην καὶ ἀφροσύνη. itaq; nihil forsan mutandum fuerit.

Μὴ ἔχοντες σκοπόν | *Infra* § 16. inter ea, quibus anima contumeliam sibi facit, hoc ponit. Ὅταν ἀφῆξιν τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν ἐπ' οὐδένα σκοπὸν ἀφίῃ. Pers. *Sat.* 3. *v.* 60.

Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris corvos testáque, lutóque,
Securus quò pes ferat, atque ex tempore vivis?

Metaphora ἀπὸ τῆς ἄσκοπα τοξεύοντων, ut Lucian. in *Toxari.* quod nos dicimus, to shoot at rovers, seu at randome. Vide Casaubon. *ad Pers.* & *infra* ad § 16. & *ad l.* 10. § 27.

§ 8. Παρὰ τὸ μὴ ἐφιστάνειν, τί ἐν τῇ ἄλλῃ ψυχῇ | Cohibere vult τὸ ἀλλοτριεπίσκοπον, uti Petrus loquitur, *epist.* 1. *c.* 4. *v.* 15. ut istic, sic *infra* § 13. & *l.* 3. § 4. & *l.* 4. § 18. & *l.* 7. § 55.

Τὰς δ' τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ ἑπομένους | *Qui suiipsius animi motibus non obsequitur.* Xyl. imò, *qui motus non assequitur.* quod & M. Casaubonum observâsse video. ἑπομένους, sicut & simplex ἀκολουθεῖν, est eorum, quæ dicuntur aut aguntur etiam, *ex animadversione observationeq; diligenti, intelligentiam consequi.* Id unico tantùm, cùm frequentissimum sit, ex Galeni scriptis loco firmatum fuerit, quem *ad l.* 5. § 5. *infra* exhibebimus. Quin & Xyl. ipse τὸ παρακολουθεῖν *intelligere* vertit. *l.* 7. § 24. Et Sextus Empir. *adv. disciplin. l.* 1. *c.* 13. duo ista ἐπὶ τὸ παρελθὸν posuit: τὸ μὲν

γάρ τις ἀνάτασις ἀφ' ὑφυπαρχόντων γραμματικῶν Ἡσιόδειον ζωώσεται, ἢ Πλάτωνος ἀφηκολουθήσει; Indè Marco *l.* 5. § 9. ἡ ἀφηκολουθητικὴ καὶ ἐπιτηδευτικὴ δύναμις. Vide & *l.* 7. § 4.

§ 9. Τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμή | Vide *supra ad l.* 1. § 9. Laërt. *Zenon. Citt.* Φύσιν δὲ χρύσιππος μὲν ἕξακόσιοι, ἢ ἀκολούθως δεῖ ζῆν, τοῦτ' ἔστι κοινῶς, καὶ ἰδίως τῶν ἀνθρωπίνων. Ὁ δὲ Κλεάνθης ἢ κοινῶς μόνων ἐπέχει φύσιν, ἢ ἀκολουθεῖν δεῖ, ὑπὲρ δὲ τῶν ἐπὶ μέρους. Conciliat utrumq; noster, quì idem planè utrumq; statuit esse, *juxta naturam propriam & juxta communem vivere.* Vide *l.* 5. § 3.

Καὶ ὁποῖόν τι μέρος ὁποῖον τοῦ ὅλου | Vide *supr. ad* § 3. & Casaubon. *ad* illud *Persii Sat.* 3. *v.* 12.

— *quem te Deus esse*
Jussit, & humanâ quâ parte locatus es in re.

Οὐδεὶς ὁ κωλύων | Hoc passim inculcat, *bonam mentem nihil impedire posse.* Ita *l.* 1. § 17. μηδὲν κωλύειν κατὰ φύσιν ζῆν. & *l.* 3. § 12. οὐδεὶς ὁ τοῦτο κωλύσει δυνάμενος. & *l.* 4. § 49. μὴ κωλύσει ὄντως δίκαιον εἶναι, μεγαλόψυχον, σώφρονα, ἔμφρονα, &c. & *l.* 5. § 29. οὐδείς με κωλύσει ποιεῖν ἃ θέλω. & *l.* 6. § 58. κατὰ λόγον τῆς σῆς φύσεως βιῶναι σε οὐδεὶς κωλύσει. & *l.* 9. § 10. εἰπὲ τίς ὁ κωλύων. & *l.* 8. § 47. τίς ὁ κωλύων διορθῶσαι τὸ δόγμα; & *l.* 12. § 25. τίνα ἀπολιπὼν τίς κωλύσει ἐκβάλλειν; & aliis verbis *l.* 8. § 41. τὰ τῇ νῇ ἴδια οὐδεὶς ἄλλῳ εἰωθὸν ἐμποδίζειν. & *l.* 11. § 9. Οἱ ἐπιτιμῶντες ἑαυτοῖς σοι κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀπὸ τῆς ὑμῆς αἱρέσεως ἀποτρέψαι σε οὐ δυνήσονται. & *l.* 12. § 8. οὐδεὶς ἂν ἄλλο ἐμποδίζοι. quod & ipsum *l.* 5. § 34. & *l.* 10. § 32. Νῦν καὶ λόγῳ δὲ παιδὸς τοῦ ἀντιπίπτοντος ὅπως παρδιεῖς δύνασαι, ὡς πίφυκα, καὶ ὡς θέλει. Hoc est autem verè liberum esse. Epict. *dissert. l.* 1. *c.* 12. Ἐλεύθερός ἐστιν, ᾧ γένεσις πάντα κατὰ προαίρεσιν, καὶ ὃν οὐδεὶς δύναται κωλύσαι. Et fastuosiùs, vixque piè satis idem *ibid. c.* 1. τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἐλεύθερος ἦν ὁ Ζεὺς νικήσας δύναται.

Ἧς μέρος εἶ | Idem *supra* § 3, & 4. & *infra* § 16. Apud Laertium *Zenon. Citt.* Chrysippus *de finib.* Μέρη δὲ εἶναι αἱ ἀμοιβαῖαι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου.

§ 10. Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος | *Philosophicè Theophrast.* Xyl. rectè φιλοσόφως, id est, φιλοσοφίας ἀξίως. utì ipse se Marcus mox explicat. itaque ut cum Annot. Lugd. φιλόσοφος ὁ Θεόφραστος legamus, quod suadeat nihil est. nec est commoda satis loquendi formula.

Ὡς ἂν τις κοινότερον ταῦτα συγκρίνοι | *Quatenus ex communiore hominum sensu & sententiâ vulgari ista quis inter se contulerit.* Ita Senec. *epist.* 59. *Permitte mihi uti verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam revoca.* & *epist.* 82. *Malè nunc sic accipe, quemadmodum à populo dici solet.* Hoc autem ideò Marcus istic, quia Stoici *peccata omnia paria* prorsùs esse statuebant. Eodem modo *l.* 6. § 45. κοινότερον ἢ κατὰ τὸ συμφέρον ἐπὶ μέσων λαμβανόμενα. Contra *l. c.* § 10. καθὸ τοῦτο ἴδιος.

Βαρύτερα τὰ κατ' ἐπιθυμίαν πλημμελήματα | Idem multis contendit Aristoteles *Ethic. Nicomach. l.* 7. *c.* 6. nimirum, ὅτι ἧττον αἰσχρὰ ἀκρασία ἡ τοῦ θυμοῦ, ἢ ἡ περὶ ἐπιθυμίαν· καὶ ὅτι σχεδὸν ἡ περὶ ἐπιθυμίας ἀκρασία, τῆς περὶ τὸν θυμόν.

Ὁ γὰρ θυμώδης μετὰ πόνου λύπης | Ita Arist. ubi priùs, ὑδεὶς ὑδείζει λυπούμενος· ὁ δ' ὀργῇ πᾶσιν πᾶς, ποιεῖ λυπούμενος· ὁ δ' ὑδείζων, οὐδὲν ἁδυπᾶς. Et *Rhetor. l.* 2. *c.* 2. Ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ, ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, &c. & *ibid. c.* 5. Ἡ ὀργὴ μετὰ λύπης.

Ὀρθῶς ἔχει | Ita quod Flaccus *Serm. l.* 1. *Sat.* 1.

Quis paria esse fere placuit peccata, laborant,
Cum ventum ad verum est: sensus moresq; repugnant,
Atque ipsa utilitas, justi quoque mater & æqui.

Τὸ μὴ ἀδυνῆς | Hoc argumento contendit Septimius noster, gravioris esse reatûs, adulterium perpetràsse, quàm pœnarum metu abnegàsse Christum. *de pudicit. lib. extremo. Urget nos dicere rei indignitas. contaminata potiùs corpora revocabis quàm cruentata? quæ pœnitentiæ miserabilior, titillatam prosternens carnem, an verò laniatam? quæ justior venia in omnibus causis quam voluntarius, an quam invitus peccator implorat? nemo volens negare compellitur; nemo nolens fornicatur. nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa: negat, quod libet, cogi. negationem porrò quantia compellunt ingenia carnificis, & genera pœnarum? quis magis negavit, qui Christum vexatus, an qui delectatus amisit? qui cùm amitteret, doluit; an qui cùm amitteret, risit?*

Ὁ μὲν σφοδρυνόμενος | Ἐπὶ φανερωτέρᾳ δὲ ἁδυπάθειᾳ ἡ ὀργή ἐστιν. Aristot. *Ethic. Nicom. l.* 5. *c.* 8. & *Eundem. l.* 4. *c.* 6. Itaque quod ex Aristarcho Athenæus *dipnosoph. l.* 13. ex Chæremonis *Thersite* Suidas; ex Menandri *Olynthia* Zenobius *paræm.* à Demosthene etiam, vel quisquis is est, in *orationis adversus Neæram* ingressu ipso, usurpatum;

Οὐχ ὡς ἤρξαν, ἀλλὰ τιμωρούμενος.
Ut non qui prior incipiat, sed se vindicans.

iratus quisq; facere videtur, quod facit. hoc autem excusationis defensionisque satis justæ speciem præ se ferre videtur. Demosth. idem ipse ἀντιφῶντα αὐτῷ πεπρωθῶς τὸν ἤρξαντα. Plat. *Gorg.* διηκίας χεῖνδαι τούτοις (armis scil. viribúsq;) ὅτι νῦν πολεμίους ἀδικοῦντας, ἀμυνομένους, μὴ ἤρξαντας. Belisarius apud Procop. *Vandalic. l.* 2. necessarios adoriri coactus, ἔχειν ἢ τῷ καθ' ἑαυτὸν παραψυχὴν τοῦτο ἦν, ὅτι γε ἡμεῖς μὲν ἄρχοντες αὐτοὶ, ἀλλ' ἀμυνόμενοι ἐς τὸν κίνδυνον καθιστάμεθα. Thucyd. *l.* 2. διαπεπυθημένοι τοῖς αὐτοῖς ἀμυνεῖν. εἶεσαν καὶ ἐπῄνουν ἤρξαν. Ideo & Aristoteles ubi suprà, *intemperantiam iracundiâ*, non ἀσέλγειαν tantùm, sed & ἀδικωτέραν, pronunciat.

Φεύγων

Φεύγειν ἐπὶ τὸ πρόσω τινὰ κατ' ὀλιγωρίαν | pessimo consilio ista à superioribus avulsa cum perinocta sequente commisit editor Lugd. quâcum nihil commune habent.

§ 11. Ὡς ἤδη δυνατὸν ἐξιέναι τοῦ βίου | Vide *supra* ad § 5. & *infra* ad *l.* 3. § 8. Ex Pythagoræ præceptis illud erat, Ζωοδότην δεσπόζειν τὸ σῶμα τὸν δεσμόν. (leg. τὸν σωματικὸν δεσμόν, quod alii, τὰ σώματα δεσμὰ ζωοδοτικὰ ἔχειν) eo significans ὡς ἀσεβὲς εἴη τινὰ τελευτᾶν ἢ δεῖν ἀεὶ συνεπιδιαιρεῖν τοὺς κηδεστὰς ἀπιόντος τῆς ἐκεῖ πορείας. Porphyr. apud Stob. *tom.* 1. *l. tit.* 1. 40. Senec. *epist.* 93. *Non ad eum diem me aptavi, quem ultimum mihi spes amica promiserat, sed nullum non tanquam ultimum aspexi.* & *epist.* 101. *Sic formemus animum, tanquam ad extrema ventum sit: nihil differamus: quotidie cum vita paria faciamus. Vita nostra non prominear, sed in se colligatur.*

Ἐξιέναι τοῦ βίου | quod ἐξιέναι τοῦ ζῆν, & ἐξελθεῖν simpliciter. *l.* 5. § 29. Plin. *l.* 3. *ep.* 9. *Videtur voluisse exire de vita, cùm defendi non posset.*

Ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι | Plato *Apolog.* οἷον ἀποδημῆσαι, ὁ θάνατος. Et Plut. *ad Apollon.* Ἀποδημίᾳ χρησάμενον ὁ θάνατος, καὶ τῇ εἰς κοινὰ παροικίᾳ. qui & Socratem dixisse perhibet, περιμένειν ἄνεσι τὸν θάνατον, ἤτοι τῷ βαδίσματι ὕπνῳ, ἢ ἀποδημίᾳ μακρᾷ καὶ πολυχρονίῳ, &c. Joan. ὁ χρυσορρήμων *de statuis orat.* 5. Τί ποτέ δῆτα θάνατος; ἀποδημία τρόπαιος· ὕπνος μακρότερος τῶν Ζωπύρου. Simocrat. *epist.* 25. ὅτι μακρὰν ἀποδημίαν οἱ τεθνηκότες ἐξέλιπον. De Proteo Philosopho Marcellinus *histor. l.* 29. *cùm mundo digredi statuisset.* Et de Constantio *l.* 22. *mundo citius digressurum.* De Demonacte Lucian. πάντων ἀπολύμενος, ἀπῆλθε τοῦ βίου. Tertull. *de patient. c.* 9. *Profectio est, quam mortem putamus.* Hieron. *ad Salvin. Sic extulit, ut eum profectum crederes, non amissum. Non emori, sed emigrare.* Idem *in Nepotian.* ut de Metello Velleius *hist. l.* 1. *de vita migrare potius quàm mori.* Et *abiit, non obiit.* Ambros. de Theodos. *Mors siquidem migratio est.* Cicer. *Tusc. l.* 1. *aut finis, aut transitus.* Senec. *epist.* 65. imò, *non finis, sed transitus.* Cyprian. *de mortal. Non est exitus, sed transitus.* quomodo Christus apud Joan. *c.* 13. *v.* 1. μετιέναι αὐτὸς τὸν θάνατον καλεῖ, utì observant Jo. Chrysost. & Theodoret. Et *exitus* tamen, sed sensu suo; quomodo ἔξοδος dicitur, Lucæ *c.* 9. *v.* 31. & Petro *epist.* 2. *c.* 1. *v.* 15. *Excessus* scil. *de corpore.* ut Tertull. *de resur. c.* 43. Itaque quod dubitanter Senec. *ep.* 63. *Fortasse quem putamus periisse, præmissus est.* Sed audentiùs *ep.* 99. *Quem putas periisse, præmissus est.* Et *ad Marc. c.* 19. *Dimisimus illos; imò consecuturi præmisimus.* Fidentissimè nostri; nec immeritò, firmiore fulcro subnixi; *Præcesserunt, non decesserunt.* August. *de diverss. serm.* 43. *præmissi, non amissi.* Idem *epist.* 6. & 120. Claudam locum hunc Cypriani monito in *orat. de mortal. Non sunt lugendi fratres nostri accersione dominicâ de sæculo liberati; cùm sciamus eos non amitti, sed præmitti, recedentes præcedere; ut proficiscentes & navigantes desiderari eos debere, non plangi.* Vide & *infrà* ad § 17. & *l.* 11. § 3.

Κακῶ γάρ σε οὐκ ἂν φθάσαι | Consimili phrasi *supra* dixerat, § 1. ἀγαθῷ γάρ με ὄντες φθάσαι. Deum autem neminem posse malò afficere statuunt Stoici, quia ipse bonus. Noster *l.* 6. § 1. Ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἀγαθὸς ὢν ἀδικίαν ἐν αὐτῷ οὐκ ἔχει οὐδὲ κακοποιεῖν. κακία γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακὸς ποιεῖ· οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' ἐκείνου. Est reverà Deus non ἀγαθὸς duntaxat, sed μόνος ἀγαθός. Matth. 19. 17. quod Hermes Trismeg. *Pœm. c.* 6. Τὸ ἀγαθὸν ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ ἐν μόνῳ τῷ θεῷ· μᾶλλον δὲ τὸ ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ Θεός· Et Tertull. *adv. Marc. l.* 2. *c.* 6. *Bonus naturâ Deus solus. qui enim quod est sine limitis habet, non institutione habet illud, sed naturâ.* Meliùs multò quàm Senec. *epist.* 95. *Dii immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi; & pars naturæ eorum est, esse bonos.* Porrò *cùm Deus optimus, diabolus pessimus, non magis à bono aliquid mali, quàm à malo boni aliquid potest editum videri.* Tertull. *de patient. c.* 5. Porphyrius item, *de abstin. ab esu animant. l.* 2. Δεῖ ἐμπεδῶς πίστευσαι, ὅτι ἔστι τὸ ἀγαθὸν βλάπτειν ποτέ, ἔστε τὸ κακὸν ὠφελεῖ. ὁ γὰρ θεραπεύσας, ὡς φησὶ Πλάτων, τὸ ψύχειν, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον· οὐδὲ τὸ δικαίως τὸ βλάπτειν· τὰ γὰρ ἐναντία ἀεὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἂν ποτε ᾤοιτο. δικαιότατον γὰρ δίκαιος φύσει πάντων τὸ θεῖον, ἐπεὶ οὐδὲ ἂν ἦν θεῖον. Senec. *epist.* 95. *Quæ causa est Diis benefaciendi? natura. errat, si quis putat illos nocere velle: non possunt. nec accipere injuriam queunt, nec facere. Lædere etenim lædique conjunctum est. Summa illa ac pulcerrima omnium natura, quos periculo exemit, nec periculosos quidem fecit.* Et *de ira l.* 2. *c.* 27. *Quædam sunt, quæ nocere non possunt, nullámque vim nisi beneficam & salutarem habent: ut Dii immortales, qui nec volunt obesse, nec possunt. natura enim illis mitis & placida est, tam longè remota ab aliena injuria, quàm à suâ. Itaque Deos nemo sanus timet. furor est enim metuere salutaria.* Idem *de benef. l.* 4. *c.* 19. Cautè tamen, & *cum grano salis*, quod dicitur, ista admittenda. Nam ut Senec. idem *epist.* 95. *Hi nec dant malum, nec habent: Cæterùm castigant, & coercent, & pœnas irrogant, & aliquando specie mali puniunt.* Itaq; Deus & ob majestatem suspiciendus, & ob bonitatem verendus, & ob justitiam etiam formidandus est. Qui & (quia justus) quod Tertull. *adv.* Marc. *l.* 2. *c.* 2. *tunc maximè est optimus, cùm tibi non bonus. sicut sol tibi, etiam quando non putas, optimus & utilis; & cùm acrior & infestior, rationi tamen suæ par est.* Verùm Marcus istic *malum* Stoico more pro *vitio* accepit, quod illis *solum malum*, non *summum* tantùm.

tantùm. in quem sensum & Jacobus Apost. *c.* 1. *v.* 13. dixit: Ὁ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν· πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα.

Ἢ δ' εἴ πῃ ϛ Ex conjectura adscripsi, εἰ δ' ἤτοι. at Annot. Lugd. vult εἰ δ' ἔτι, *si jam non sunt.* vel ἤτοι, inquit, *certe non sunt.* Verùm sensus proclivis est, *si verò, vel non sunt, vel nulla eis de nobis est cura.* ἤτοι, & ἢ apud Marçum passim sibi invicem respondent.

Τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ἢ προνοίας κενῷ; | In eandem sententiam *l.* 6. § 10. Τί δὲ δημιουργὸν εἰκῇ ζυγκεῖμαι, καὶ φυσικῷ τούτῳ ἐναπειλεῖσθαι;

Ἀλλὰ καὶ εἶναι | *Esse Deum*, sive *Deos*, ut ille pro suo ritu loqui amat, unde constet, vide *l.* 12. § 38.

Καὶ μέλειν αὐτοῖς ἡμῶν ἀνθρωπείων | Observat Brissonius formulam illam receptam (utpote quæ è naturæ ipsius penetralibus prodierat) quâ *Deos esse* proclamabant. *Est cælitûm numen. Es magne Jupiter.* Manlius apud Liv. *l.* 8. & *l.* 3. *Pro se quisque, Deos esse, & non negligere humana, fremunt.* Ita constanter Stoici. Quò magis miror Theophilum Antioch. *ad Autolyc. l.* 2. dicere; Ἔνιοι μὲν τῆς τοῦ ἀγνῶσαι καὶ τὸ ὅλως θεὸν εἶναι· ἢ οἱ μὲν ἔστι, μηδενὸς φασὶ φροντίζειν τὸν θεὸν, πάλιν ἑαυτῶν. in qua sententia etiam Chrysippum affirmat cum Epicuro planè consensisse. Cæterùm in adversum prorsus Stoici unanimiter concedunt, & contendunt etiam acerrimè adversùs Epicureos, quos hoc nomine perstringunt & oppugnant passim. Senec. *præfat. ad quæst. natur. l.* 1. *Nec hæc intra vulgum dementia est*; (ἄνοιαν & Theophilus nuncupat) *sapientiam quoque professos contigit. Sunt qui putent sibi ipsis animum esse, & quidem providum ac dispensantem singula, & sua, & aliena: hoc autem universum, in quo nos quoq; sumus, expers esse consilii, & aut ferri temeritate quadam, aut naturâ nescientè quid faciat.* At non sic οἱ ἐκ τῆς στοᾶς. Ἄμεινον γὰρ θεὸν ὑπὲρ ἁπάντων ἡδέως· inquit, noster *l.* 6. § 44. Epictetus *dissert. l.* 1. *c.* 12. ubi varia aliorum de diis judicia retulerat, primum assentium, μηδ' εἶναι τὸ θεῖον· secundum, εἶναι μὲν, μὴ προνοεῖν δὲ μηδενός· tertium, εἶναι, καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ μόνα μεγάλα καὶ οὐρανία· quartum, καὶ μόνα ἐπὶ γῆς, καὶ μόνα ἀνθρώπινα, (ἀνθρωπίνων, leg. ex Stob. *tem. l.* 1 *tit.* 6.) εἰς κοινὸν δὲ μόνον, καὶ οὐδὲ ὃ κατ' ἰδίαν ἑκάστου. ultimo loco illud, quod Stoicorum est, Ulyssis apud Homerum verbis, à Socrate alicubi usurpatis proponit, ὅτι οὐδέ σε λήθω κυβερνῶν. Verùm legendum κυνόμενος, tam ex Stobæo, quàm & ex Homero. Sic enim Minervæ Ulysses *Iliad. ν'. v.* 278.

——— ἦ τοί μοι αἰεὶ
Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι· οὐδέ σε λήθω
Κινύμενος, ———

ubi Eustath. ex priscorum sententia; κινύμενος, ὅ ἐστι, τὴν κυβέρνησιν καὶ διαλογιζόμενος. Et certè de Socrate Xenophon *memorial. l.* 1. Σωκράτης ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα, καὶ πραττόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα· πανταχοῦ δὲ παρεῖναι καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ ἁπάντων ἀνθρωπείων πάντων. Quin & Socrates idem in Platonis *Phædone*; Τὸ δέ γέ μοι δοκεῖ οὕτω λέγεσθαι, τὰ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ἡμᾶς τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελεῖσθαι τῶν θεῶν εἶναι. Et *de legib. l.* 10. quem locum ob oculos videtur habuisse Epictetus, cùm superiora illa differeret, quandoquidem ibi etiam variæ illæ & recensentur & refutantur sententiæ, Ἀλλ' ἴσως ἴσως ἔστι χαλεπὸν ἐνδεῖξαι τοῦτό γε, ὡς ὀλιγωρίας ζώντων εἰσὶ θεοί, οὐχ ἥττον ἢ μεγίστου διαφερόντων. ἤκουον γάρ που, καὶ παρὼν τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πάσαν ἀρετὴν, πλὴν μὴ πάντων ἐπιμέλειαν οἰκειοτάτην αὐτοῖς ἔσαν κεκτῆσθαι. Et post, Οὐκοῦν δὴ τά γε ἀνθρώπινα σφόδρα ἐστὶ τῆς τε ἐμψύχου μετέχει φύσεως ἅμα, καὶ διανοεῖσθαι αὐτὸ ὅτι πάντων ζώων ἄνθρωπος. θεῶν γε μὴν κτῆνα φαμὲν εἶναι πάντα ὁπόσα ὀρθιπετῆ ζῶα, ὥσπερ καὶ τὸν ὑπερτὸν ὅλον. πῶς δ' ὦ; ἦλθ τοίνυν ζωμεν ἢ μεγάλα τις φάτο ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς κλήρους γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμείνων ἂν εἴη ἐπιμελεστάτους γε ὄντι καὶ ἀείσους. Deniq; in Epinom. hoc pro fundamento statuitur; Ὡς οἵδε θεοὶ, πάντων μέγιστον, σμικρῶν καὶ μοζόνων. Verùm de istis, quia eos advocârat Epictetus, ad Stoicos redeamus. Epictetus loco superiùs adducto: Εἰ μὲν οἵδε θεοὶ, πῶς δεῖ τέλος, ἔπειτα θεοῖς; εἰ δ' εἰσὶ μὲν, μηδενὸς δ' ἐπιμελούμενοι, καὶ ἔτω πῶς ὑγιὲς ἔχει; ἀλλὰ καὶ ὄντων, καὶ ἐπιμελουμένων, εἰ μηδεμία διάδοσις εἰς ἀνθρώπους ἔσται ἐξ αὐτῶν, καὶ γὰ Δία γε καὶ εἰς ἐμὲ, πῶς ἔτι καὶ ἔτως ὑγιὲς ἔσται; Seneca. *de benef. l.* 6. *c.* 23. *Cogitavit nos ante natura quàm fecit: nec tam leve opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Naturæ* nomine *Deum* vult. Ipse se explicet, *epist.* 95. *Deus ipse humano generi ministrat; ubique & omnibus præstò est.* Et mox: *Nunquam satis perfectum erit, nisi qualem debet Deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficia gratis dantem.* Et rursùm: *Primus est Deorum cultus, Deos credere. deinde reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est: scire, illos esse qui præsident mundo, qui universa vi suâ temperant, qui humani generis tutelam gerant, interdum curiosi singulorum.* Quo loco cave, *interdùm* illud aliter quàm pro *interim* accipias. In eandem, sed pleniùs, sententiam Auguſt. *Confess. l.* 3. *c.* 11. *Bonus omnipotens sic curat universos tanquam singulos, sic singulos tanquam solos.* Et Gregor. Rom. *in Job. l.* 25. *c.* 19. *Sic intendit singulis, acsi vacet à cunctis; & sic simul intendit omnibus, ac si vacet à singulis.* Quod pressiùs Aristides *in Panathen.* πάντων, ὡς μόνων ἑκάστων, ἐφιέμενος. Nec eleganter minùs è nostris quidam, [Barn. Potter in *conc. funebr.* & Georg

Hacvil.

Hacvil. *in Pſal.* 102. *v.* 2.] qui providentiam divinam ſimilem dixerunt εἰκόνι τυχικῆς πάνυ γεγαμηκότι, τῇ τοῦ παίζοντος πάντας ὀφθῆναι, ut Gregor. Nazianz. *orat. in Athan. epitaph.* h. e. *imagini eo artificio concinnatæ, ut in aſtantium unumquemq; oculos defigere videatur*; imò ſic aſtantium unumquemque intueri videatur, acſi ipſum ſolummodo intueretur. Balbus deniq; ex Stoicorum ſententia, (nam de Chryſippo, quem hac ipſa de cauſſa taxat Plutarchus, tanquam qui numen κυβόστυλον faciat, dicetur ad *l.* 7. § 32.) apud Ciceron. *de nat. Deor. l.* 2. *Nec verò univerſo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis, à diis immortalibus conſuli & provideri ſolet.* Vide *ad l.* 1. § 4, 17. & *l.* 6. § 30.

Ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἕστηκε | Humanis viribus nimium quantum hac in parte Stoici videntur tribuiſſe: ſed nec iſti ſoli. Cicero *Paradox.* 2. ex Stoicorum mente: *Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quiq; in ſe uno ſua ponit omnia.* Et ad *Luc. famil. l.* 5. *ep.* 13. *Hanc laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam. non aliunde pendere; nec extrinſecus aut bene aut male vivendi ſuſpenſas habere rationes.* Senec. *epiſt.* 31. *Unum bonum eſt, quod beatæ vitæ cauſſa & firmamentum eſt, ſibi fidere.* Excuſatius hoc forſan, ſi eo ſenſu ſumeretur, quo Plato dixit in *Epitaph.* Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ θεῶν εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγύς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ, ἢ κακῶς πεφυκότων πλανᾶσθαι ἀνάγκη, καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄσεισα παρασκευάζει ζῆν, — δι' ὃ καὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν. id eſt, vertente Cicerone, *Tuſcul. l.* 5. § 36. *Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia, quæ ad beatè vivendum ferunt, nec ſuſpenſa alienis aut bono caſu aut contrario, pendere ex alterius eventis & errare coguntur; huic optimè vivendi ratio comparata eſt; — quod ſemper in ſeipſo omnem ſpem reponat ſui.* Quanquam religioſiùs Julian. *in Conſtant. orat.* 2. Ὅτῳ δὲ δεῖ εἰς τὸν θεὸν ἀνήρτηται πάντα, &c. *Cui viro ex Deo apta ſunt omnia*, &c. Verùm ulteriùs progreditur Seneca, non ut *hominum* tantùm *opes operámq;*, ſed ut *numinis* etiam *opem* excludat. *Turpe eſt*, inquit, *etiammum Deos fatigare. quid votis opus eſt? fac te ipſum felicem.* Et rurſus, *Hoc eſt ſummum bonum; quod ſi occupas, incipis Deorum eſſe ſocius non ſupplex. Quomodo, inquis, iſto pervenitur? Tutum iter eſt, jucundum eſt, ad quod natura te inſtruxit. dedit tibi illa, quæ ſi non deſerueris, par Deo ſurges.* & *epiſt.* 41. *Facis rem optimam, & tibi ſalutarem, ſi, ut ſcribis, perſeveras ire ad bonam mentem. quàm ſtultum eſt optare, cùm poſſis à te impetrare? non ſunt ad cælum elevanda manus.* &c. Idem tamen *epiſt.* 10. *Votorum tuorum veterum licèt Diis gratiam facias; alia de integro ſuſcipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi; deinde corporis.* Hoc eſt quod Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 356.

Orandum eſt, ut ſis mens ſana in corpore ſano.

qui ſubjicit tamen *v.* 363.

Monſtro quod ipſe tibi poſſis dare. Semita certè Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.

Et Flaccus *l.* 1. *epiſt.* 18.

Hæc ſatis eſt orare Jovem, qui donat & auferт,
Det vitam, det opes: æquum mi animum ipſe parabo.

Sed & Cotta Academicus apud Ciceronem *de Nat. Deor. l.* 3. *extremo*; quo loco latius iſta diſſeruntur: *Judicium hoc omnium mortalium eſt, fortunam à Deo petendam, à ſeipſo ſumendam eſſe ſapientiam.* Et rurſus; *Atque hoc equidem omnes mortales ſic habent; omnem commoditatem proſperitatémque vitæ à Diis ſe habere: virtutem autem nemo unquam acceptam Deo retulit.* Impiè planè, falſóq;. Quanquam in eandem ferè mentem Syneſ. *de provident.* Μηκέτ' ἐν ἐθέλει τοῖς θεοῖς, οἷος εἶναι, ὦ ἐπίλυπε, δυσάμμορος καλεῖσθαι. αὐτὸς γάρ τις ἑαυτῷ τοῦτο (τὸ εὐδαίμονος βίου) ταμίας, ἀγαθὸς ἅπας βουλόμενος. Pium magis quod Marcus *l.* 9. § 40. etiam ad iſta manum nobis ſuam numen porrigere. In quam ſententiam & Seneca ipſe *epiſt.* 41. *Bonus vir ſine Deo nemo eſt. an poteſt aliquis niſi ab illo adjutus exurgere? ille dat conſilia magnifica & erecta. in unoquoque bonorum virorum,*

Quis Deus incertum eſt, habitat tamen Deus.

(quod non ex *Naſon. metam.* utì Lipſius opinatur; ſed *ex Maronis Æn. l.* 8. ſumptum eſt) niſi quòd in ambiguo reliquiſſe videtur, de numine ipſo divino, an de animo humano cœlitus indito, quem & cum noſtro *Deum* familiariter appellat, intelligi hæc voluerit. Vide *l.* 5. § 10. Certè, quod Plut. *de Stoic. contradict. c.* 27. ex fundamentis à Stoico etiam dogmate deſumptis: Εἶπεν ὁ θεὸς ἀρετὴν μὲν ἑαυτοῦ δίδωσιν ἀνθρώποις· ἀλλὰ τὸ καλὸν αὐθαίρετον ἔχειν καὶ κτῆμα ἢ κτῆσις ἀρετῆς δίδωσιν· ὑπὸ ὠφελοῦ. *Deus ſi non virtutem hominibus largiatur, ſed eam ſibi ipſi tribuant mortales; opes vero corporiſque valetudinem citra virtutem largiatur; næ ille hominibus nihil quicquam prodeſt.* Veriſſimum nihilominus, quod noſter *infrà l.* 8. § 56. & *l.* 9. § 40. *Non eſſe in alius cujuſquam poteſtate, ut malum miſerúmve quenquam faciat.* Οὐδεὶς γὰρ ὁ ἀφελοῦσαι δυνάμενος, *nemo ſiquidem eſt, qui cogere quenquam poſſit ut recti bonique rationem tranſgrediatur. l.* 5. § 10. nec verum certúmve minùs, *Nullius cujuſquam felicitatem ab aliorum dictis, factis, perpeſſionibus pendere*: quod & Marcus *infra* §. 17. eis verbis voluit; ἀνεπλήσθη τὸ ἄλλον ποιῆσαί τι, ἢ μὴ, &c.

Μὴ δυσμαθῶς ἧς | Obſervat M. Caſ. teſtè tangere iſtic, & ex parte corrigere Marcum, Stoicum dogma quoddam minùs pium, & potentiæ divinæ imminutivum, quo cenſebant illi ideo bona maláq; externa hæc quibuſvis ex æquo obvenire, quòd Deus aliter iſta diſponere nequibat. Ita Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 1. Ὅπως ἦν ἄξιον, τὸ κρίσιμον ἐπάντων

ἀπόντων ἢ παρόντων οἱ Στοϊκοὶ μόνον ἐφ' ἡμῖν ἐπέλιπον τὴν χρῆσιν τῇ διανοίᾳ τῆς φαντασίας, τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἀρέσκει ὅπ οὐκ ἤθελον; ἐγὼ μὲν δοκῶ, ὅτι εἰ ἐδύναντο, κἀκεῖνα ἂν ἡμῖν ἐπέτρεψαν· ἀλλὰ πάντως οὐκ ἐδύναντο. Senec. *epist.* 58. *Mittamus animam ad ea quæ æterna sunt; miremur in sublime volitantes rerum omnium formas, Deúmque inter illa versantem & providentiam, quemadmodum quæ immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat à morte, ac ratione vitium corporis vincat.* Et *de benef. l.* 2. *c.* 29. *Quicquid nobis negatum est, dari non potuit. — magna accepimus, majora non cepimus.* Vide *suprà ad* § 3. θεότητι ἢ ἀναγκαῖον.

Δόξα καὶ ἀδοξία | *Famam* & *infamiam* in *mediis* ponit. Vide *ad l.* 4. § 19. Stoici ἄτυφόν φασιν εἶναι τὸν σοφόν. ἴσως γὰρ ἔχει τινὰ τὸ ἔνδοξον καὶ ἄδοξον. Laërt. *l.* 7. *in Zenon.* & ex Laërtio corrigendus Suidas, qui pro τὸ, τὴν exhibet.

Πλοῦτος καὶ πενία | Gregor. Nyss. *orat. catech.* 8. Ἐκεῖνο τῇ φύσει μόνον ἔστι ἀγαθὸν, ὃ ἡ αἵρεσις οὐκ ἀφαίρετον· καὶ μόνον ἐκεῖνο κακὸν, ἡ τῆς ἀγαθῆς ἀλλοτρίωσις· πόνοις δὲ καὶ πενίαις τὸ καλὸν καὶ τὸ κακὸν κεῖσθαι, τῆς ἀλόγου φύσεως ἴδιόν ἔστιν, ἐφ' ᾧ τὸ ἀληθὲς κρίνει ἡ κατανόησις, διὰ τὸ μὴ μεθέξειν αὐτὰ τοῦ καλοῦ διὰ πάντος, χώραν οὐκ ἔχει.

Καὶ τὰ μικρότατα | Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 11. Καινὰ εὑρίσκει, ἀδιακόλουθα πράσσει, ἕλκει αὐτὰ τοῦ μηδὲν τὸν λύχνον ἐπιθέντος. Julian. Imper. *orat.* 1. Νόμος δὲ παλαιὸς ἀφ' ἧς τὸ πρῶτον φιλοσοφίας ἀνθρώποις φήναντος ὑπνοῦ κώμου, ἅπαντας πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ πρὸς τὸ καλὸν βλέποντας, ὁπόσα δίκαια ἐν λόγοις, ἐν ἔργοις, ἐν ξυνουσίαις, ἐπὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς κατὰ βίον ἄκροις καὶ μείζοσι τῶν καθ' ἡμᾶς πράγμασι ἐφίεσθαι. ubi Petav. pro ἄκρους, μικροῖς subſtituit. at Suart. *analect. l.* 3. *c.* 17. ἄκρους retinendum contendit, & tenuiſſima quæque & exilia maximè eo vocabulo vult deſignari.

Τὸ ἔπιπλον τοῦ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς ἀρτιβυτίνης λόγου καὶ σκοποῦ | Orbem, *urbis* ac *civitatis* inſtar habere vult: in qua homines univerſi, cives cùm ſint, civitatis iſtius legibus ac inſtitutis conformiter per omnia agere ipſos oporteat. Hanc autem iconem, quæ pulcerrima eſt ſanè, frequenter admodum uſurpat. Ità *l.* 3. § 11. ἀνθρώπους πολίτας τῆς πόλεως ταύτης ἀνατάτους, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις, ὅσαπερ οἰκίαι εἰσίν. & *l.* 4. § 3. Ὁ κόσμος ὠνόμασται πόλις. & *ibid.* § 23. Διὸς πόλις. & *l.* 6. § 44. πόλις καὶ πατρὶς μοι, ὡς ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. & *l.* 12. § 36. ἀνθρώπου, ἐπολιδίου ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει. Ad noſtri planè mentem Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 12. Πάντα ὧν ταῦτα ὁ κύριος καὶ ἀγαθὸς ἐπικεκριμένος, τῷ αὐτῷ γνώμῃ ὑποτέτακται τῇ διοικούσῃ τὰ ὅλα· κεκόσμηται δὲ καὶ ἀγαθοὶ πολῖται τῷ νόμῳ τῆς πόλεως. Idémque *l.* 3. *c.* 24. Τίς οὖν ὑπατεύσει; ὁ ἡγεμών, ἢ ὁ στρατηγός· ἡ πόλις, ὁ τῆς πόλεως νόμος. δεῖ γάρ με ἀεὶ τῷ νόμῳ πείθεσθαι ἐν παντί. Chryſippus *de finib. l.* 1. à Laertio *lib.* 7. in *Zenon.* laudatus: Ἴσον δεῖ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, τῷ κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν· μέση γάρ ἐστιν αἱ ἡμετέραι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου. διὸ τέλος γίνεται τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν· ὅπερ δεῖ κατ' ἀρετὴν αὐτὸ, καὶ κατὰ τὸν τοῦ ὅλου, ἐν οὐδὲν ἐνεργεῖσθαι ὧν ἀπαγορεύειν εἴωθεν ὁ νόμος ὁ κοινὸς, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος διὰ πάντων ἐρχόμενος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διὶ κεκοσμημένῃ τούτῳ τῆς τοῦ ὄντος διοικήσεως ὄντι. Vide *ad l.* 10. § 1. Autor *de Mundo c.* 6. ubi de politiæ humanæ ratione ac inſtituto pluribus diſſeruerat; ὅτως ἀκολουθήσειν καὶ ἐπὶ τὰς μείζονας πόλεως, λέγω δὴ τὸν τοῦ κόσμου. νόμος γὰρ ἡμῖν ἰσονομίας ὁ θεὸς, ἀδημίας ἀνοδυρόμους δίδωσιν ἢ κατάδυσιν· κρεῖττον δὲ οἶμαι καὶ βεβαιότερος ἐπὶ τὸν κύριον ἀναγκαιοτέρων· ἡγεμόνι δὲ ἀκινήτως αὐτὸ καὶ ἐμμελῶς, ὁ σύμπας διοικονομήσας διάκοσμος ὕδατι καὶ γῇ, &c. Et Philo *de Joseph.* Ἡ μὲν γὰρ μεγαλόπολις, ὅτι ὁ κόσμος ὅτι, καὶ μιᾶ χρῆται πολιτείᾳ καὶ νόμῳ ἑνί. λόγος δ' ἐστὶ φύσεως, ἀφηγητικὸς μὲν ὧν ἀγαθῶν, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν ἀ ποιητέον. εἰ δὲ καὶ τίνες αὖται πόλεις, ἀφορίζεσθαί τε εἰσὶν ἀεὶ δυνάμει, καὶ πολιτείαις χρῶνται διαφερούσαις, καὶ νόμοις οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς. Vide *l.* 7. § 5. & *l.* 11. § 20.

§ 17. Ὁ μὲν χρόνος στιγμή | Σπυγμὴν χρόνου, Græci; & *punctum temporis*, Latini, pro ſpatio anguſtiſſimo dixere: uti obſervat Donatus *ad Terent. Phorm.* 1. 4. tranſlatione à Mathematicis factâ, quibus στιγμὴ ſive σημεῖον id dicitur ἂ μέρος οὐδὲν ut Euclid. *element. l.* 1. § 1. ideóque eſt inſecabile, nec pro quanto habetur. Eóque ſenſu noſter hîc; Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ὁ μὲν χρόνος στιγμὴ & *l.* 6. § 36. πᾶν τὸ ἐντὸς τοῦ χρόνου, στιγμὴ τοῦ αἰῶνος. Ità Plut. *de puer. educ.* Σπυδὴ χρόνου, πᾶς ὁ βίος. & Senec. *epiſt.* 49. *Punctum eſt quod vivimus; & adhuc puncto minus:* quod à Simonide fortaſſe acceptum eſt. illius enim Plutarchus dictum hoc in *Conſol. ad Apollon.* refert: ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καὶ τὰ μέγιστα ἔτη, στιγμὴ πρὸς ὄλην ἀθανασίαν, μᾶλλον δὲ μηδενὸς τι βραχύτερον στιγμῆς. Quod autem illi στιγμὴν, id eſt, *punctum*, Jo. Chryſoſt. *in epiſt. ad Philipp. orat.* 2. ῥοπὴν, id eſt, *momentum*, dixit. Ῥοπὴ ὄντι ἅπας ὁ βίος, ὡς μίαν γὰρ ῥοπὴν, φησὶν, ὁ πᾶς ἡμῖν αἰὼν σπεῖρε τὸν αἰῶνα τὸν ἀπέραντον. Vide *ſuprà, ad* § 14. & *infrà ad l.* 5. § 24. & *l.* 6. § 36.

Ἡ ὕλη, ῥεύστη | *L.* 5. § 35. Τὰ αἰσθητὰ ἐν μεταβολῇ πάντα, καὶ οὐκ ἑστῶτα. De Stoicis Plut. *de commun. notit. c.* 39. Συγχωροῦσιν ὅτοις, τὰς μὲν ἐν με-

ταβ-

γοι πάσας ὑσίας ῥεῖν καὶ φέρεσθαι, τὰς μὲν ἐξ αὐτῆς μειζόνως, τὰς δ', ποδὸν ὀλίγα προσδιχομένας οἷς δ' ἀφίσιν καὶ ἄπεσιν ἐπιβρίσεις ἢ πλήθεσι, ταῦτα μὴ διαμένειν, ἀλλ' ἕτερα γίνεσθαι τῶν εἰσιούσαις προσόδοις, ἐξαλλαγὴν τῆς ὑσίας λαμβανούσης· αὐξήσεις δ' καὶ φθίσεις, ἃ χρὴ δίκλυε παρὰ Σωκράτους γενικῶς, τὰς μεγαλοκλεῖς ταύτας λήθους δ' καὶ φθορὰς μᾶλλον αὐτὰς ὀνομάζεσθαι προσῆκον. ὅτι τῶ κριθίζοντες εἰς ἕτερον ἐκβιάζουσι τὸ δ' αὔξεσθαι καὶ τὸ μηκύνεσθαι, πόθεν σώματος ἔστι γενέσεως καὶ διαφθορᾶς. Quid Platonici? Maxim. Tyr. *dissert.* 28. Πᾶν σῶμα ῥεῖ καὶ φέρεται ὀξέως, Εὐεῖπε δίκλυε, ἄνω καὶ κάτω. νυῦν οἶδ' ὅτι συμβήσετ' εἰς ὕδωρ οἰδοῦν, νυῦν δ' ἐξ ὕδατος εἰς γῆσιν ἀποροῦν καὶ ἀπορρεῖθρον. Senec. *epist.* 58. *Quæcunque videmus ac tangimus, Plato in illis non numerat, quæ esse propriè putat. fluunt enim, & assiduâ diminutione atque adjectione sunt. nemo nostrûm idem est in senectute, qui fuit juvenis: nemo est manè, qui fuit pridie. ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum.* Et mox: *De homine dixi, fluidâ materiâ & caducâ, & omnibus obnoxiâ casibus. Mundus quoque æterna res & invicta, mutatur, nec idem manet.* Nec dissentiunt etiam Epicurei. Lucret. *l.* 4.

Dico igitur rerum effigies, tenuesque figuras,
Mittier ab rebus summo de corpore earum:
Quæ quasi membrana summo de cortice rerum
Dereptæ volitant ultro citróque per auras.

Et *lib.* 2.

Nam certè fluere atque recedere corpora rebus
Multa, manus dandum est. ——

Et *lib.* 5.

Principio omnibus à rebus quascunque videmus,
Perpetuò fluere ac mitti fateare necesse est
Corpora. ——

Et mox:

Usque adeò omnibus ab rebus res quæque fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur undique partes.
Nec mora nec requies interdatur ulla fluendi.

Inde Claudian. *in Mallii Cons.*

—— *Jemperque fluentis Materiæ.* ——

Ἡ δ' αἴσθησις ἀμυδρά· | Ita *l.* 5. § 35. Τὰ δ' αἰσθητὰ ἀμυδρά, καὶ ἀναισθητούμενα. Ἡ δ' ὅλη τοῦ σώματος σύγκρισις, εὐσηπίας | *Corporis totius fabrica, putrescere apta*, sive *putredini obnoxia.* Σύγκρισις Junio magis placet, pro eo quod σύγκρισις exhibetur. utrumlibet, Marco etiam autore, legas, qui *l.* 7. § 66. Ἡ φύσις οὐχ ὕτω ζωοπλάστησεν τὸ συγκεκριμένον σε. Æschines Axiocho: Τῆς συγκείσεως ἅπας διαλυθείσης, καὶ τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυθείσης τόπον. Vide & Epicharmum *ad l.* 7. § 40. sed & *l.* 3. § 11. ἐκ τίνων συγκέκριται. & *l.* 4. § 5. ubi vox eadem, σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων. In eandem cum Marco istîc mentem, Senec. *ad Marc. c.* 11. *Putre ipsa fluidumque corpus: ex infirmis fluidisque contextum: ipso situ & otio iturum in tabem.* Vide *ad l.* 4. § 5. Itaque non *fluido* tantùm *generi*, quod dixere veteres, ut Varro *de re rustic. l.* 2. *c.* 4. Cicero *de finib. l.* 5. Plin. *hist. natur. l.* 8. *c.* 51. Stoici quidam, Plutarch. *Sympos. l.* 5. *c.* 10. Cleanthes; Clemens *Strom. l.* 7. Chrysippus; Cicer. *de nat. Deor. l.* 2. & Porphyr. *de animal. non esend. l.* 3. aut piscibus duntaxat; quod Philo Jud. *lib. de mund. opif.* sed & animantibus quibusvis (humano etiam generi) *animam, nè putresceret corpus, pro sale datum*, haud absurdè dici poterit. Plaut. *Trinum. Act.* 5. *Sc.* 4.

—— *nos homunculi,*
Salillum animæ, quam cùm exemplo amisimus, &c.

Ad quem locum interpretes: *Vasculum salis sumus*, i.e. *corpusculo animato: quia corpora sunt animarum vascula; anima verò corpori salis vice. quemadmodum etiam carnes pecudum, si diu servantur sine sale, putrescunt: ita & corpora, efflatâ animâ, putore corrumpuntur.* Scitè itaq; Plut. *Sympos. l.* 5. *c.* 10. Τὸ ἅλας ἧκιστα τῶν γινομένων διατηρεῖν ἔοικεν καὶ μόνιμα πολλοῦ χρόνου, ἀντιπίπτειν τῇ διαφθορᾷ, καὶ μὴ ἐᾷν παντελῶς ἐξανίδιον καὶ ἀφανίζεσθαι τὸ δηλούμενον. ἀλλ' ἔοικε καὶ ψυχὴ διαφθορᾶς δεῖσθαι τοῦ σώματος, τὸ ζῆν ζωὴν καὶ ῥεῖν ἐκ τοῦ ὄντος· ὅπου δὲ μὴ ἀλῶν φύσις τὸ γινόμενον παραμένειν ἀνάγκη, καὶ μεμφθῆναι τὸ τῆς ψυχῆς ἔργον, ἀπιστουμένου φαντάσμασιν ἐπὶ τὸν φθορέα, καὶ κρατεῖ καὶ ἥττων, &c.

Ἡ δὲ ψυχὴ ῥέμβεται | Ita restituit Xyland. cùm ante ῥέμβος legeretur. ῥέμβεται, *vagus, sive divagatio.* nam & abstractè sumitur. Plut. *de soll. anim.* πολὺ ἄλλο καὶ ῥέμβος. inde ῥεμβάζεται. *supr.* § 7. καὶ ἀπορρεμβάζεται, *infr. l.* 4. § 22. Casaubonus tamen *ad Adriani vitam*, ῥόμβος legit; sed *vagam* exponit, ex Athanasii illo, οἱ δὲ πολλὰ ῥομβούμενοι.

Ἡ δὲ πύξ ἀνεπιπόητος | *Fors, conjectu difficilis:* ob casûs fortuiti incertitudinem nimiam. Itaque πύξιν dixere Anaxagoras & Stoici, ἄδηλον αἴτιον καὶ ἀπροσδόκητον λεγόμενοι. Epicurus, ἀσύστατον αἰτίαν καὶ ἀστήρικτον, χεῖρον, τρόπον. Plut. *de placit. philosoph. l.* 1. *c.* 29. & Philo *de constit. Princ.* ἡ πύξ ἀβέβαιον καὶ ἀδιόρθωτον πρᾶγμα. Theophrastus denique, referente Plutarcho *ad Apollon.* Ἄστοχον ἡ πύξ, καὶ διὰ παραλόγου τὰ ἀποτυγχάνοντα, καὶ μεταπίπτειν πολὺ δικαίου ἐπιμελείας, ἵνα μηδὲν ἔχωμεν ταυτόν. & Plut. ipse *de poet. leg. c.* 7. in hoc *Fortunam Fatúmque*, πύξιν καὶ εἱμαρμένην, convenire, quòd in utroque τὸ ἀσυλλόγιστον ἡμῖν τῆς αἰτίας existat.

Ἡ δὲ ῥώμη ἄκρατος | Ità *l.* 4. § 3. Τὸ ἐνυπάρχον καὶ ἄκρατον ἐπὶ ἐνυπνίων δυνάμενον. *Fama*, inquit, *est judicii expers quiddam.* Siquidem, ut Senarius antiquus habet,

Ἰσχὺν ὄχλος ἔχει, οὐ γνώμην.
Res utique valida turba est, sed mentis carens.

Ab

Ab istiusmodi ergo profecta, pérque eorum ora volitans fama, nil mirum, si fuerit, ut Virgilius cecinit, *Æn. l.* 1.

Tam ficti pravique tenax, quàm nuncia veri,

aut recti etiam dilaudatrix. Vide *supra* § 12.

Τὰ μὲν τῦ σώματος, ποτα μός. | Ita *l.* 4. § 43. ποταμός τις καὶ ῥεῦμα βίαιον, ὁ αἰών. & *l.* 5. § 23. Ἡ μὲν οὐσία, οἷον ποταμός, ἀλλαχοῦ ῥέουσι. & *l.* 6. § 15. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ποταμῷ. Sicut autem his in locis res humanas & corporeas *fluvium* quendam, quia in perpetuo sunt fluxu; ita easdem alibi, ob fluxûs illius cursum rapidissimum, χειμάῤῥων etiam, i. e. *torrentem* appellat. *l.* 7. § 10. Διὰ τῆς ψυχῆς ὅλας οὔσας ὡς διὰ χειμάῤῥου διεκπορεύεται πάντα τὰ σώματα. & *l.* 9. § 25. Χειμάῤῥους ἡ ψυχὴ ὅλον αἰτία. Senec. *ep.* 58. *Corpora nostra rapiuntur fluminum more.* Et ex Origen. *in Psal.* 1. Methodius *orat. de resurr.* Apud Epiphan. *hæres.* 64. § 14. Οὐ καλῶς ποταμὸς ὀνόμασται τὸ σῶμα, διότι ὡς ποταμὸς τὸ ἀκατάσχετον, τάχα δὲ καὶ διὰ τῶν ὑμερῶν τὸ ταχὺ τῆς ὑγκαιμένων τούτων ὄντων. Cæterùm etiam τὰ τῆς ψυχῆς *fluminis* instar habere Heraclitus censuit, si Numenio fides. Sic enim is *de bono l.* 1. apud Euseb. *præpar. Evang. l.* 15. *c.* 17. de Heraclito locutus, Βαλόμενος καὶ ἐμφανίσαι, ὅτι αἱ ψυχαὶ ἀναδυμιώμεναι ποθεν ἀεὶ γίνονται, εἴκασεν αὐτὰς τοῖς ποταμοῖς, λέγων ὅτι· Ποταμοῖσι τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐμβαίνουσιν ἕτερα καὶ ἕτερα ὕδατα ῥέῤῥεῖ. καὶ ψυχαὶ δὲ ἀπὸ τῆς ὑγρῆς ἀναδυμῶνται. Vide *ad l.* 4. § 37. Arnold. Bonavallens. *de op.* 6. *dier. c.* 7. *Aquarum nomine hominum generationes intellige; quæ sicut de fonte in rivum, de rivo in fluvium labuntur: ita homines de conceptu in partum, & de infantuli ætate in senium inquieto volumine properant & decurrunt.* Verùm Marcum nostrum autumo Platonis illa in *Timæo* respexisse, quibus animas ait in ortu primo εἰς σῶμα ἐμῤῥυτον καὶ ἀπόῤῥυτον inditas & innexas. & mox de eisdem, αἱ δὲ εἰς ποταμὸν ἐνδεδεῖσαι πολαὶ, &c. ubi *corpus* disertè *flumen* appellat. Vide ad *l.* 10. § 28.

Τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ὀνείρατα | Homer. *Odyss.* λ. *v.* 221.

Ψυχὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀπόπταται, πτερόεντα.

Avolat illa, velut somnum quæ fallit imago.

Ita *l.* 6. § 31. ὅτι ὄνειροί σοι ἠνάγκασαν. *Vana*, scil. *quasi per somnum visa*, animos afficere solent humanos, & dormientibus velut illudere. Refert Laërt. *l.* 6. ex Hecatonis *Chriarum l.* 1. Metroclem, postquam Crateti in disciplinam se dederat, commentariis suis in ignem missis, dixisse,

Τὰ δ' ἐς' ὀνείρων ἐρτίων φαντάσματα.

Hæc somniorum sunt imaginacula.

Quin & Euripideum illud ex *Iphigen. Tauric.*

Ψευδῆς ὄνειροι χαίρετ', ὡς ἐν ἡτ' ἄρα.

Valete vana, nil eratis, somnia.

de variis animi affectibus ac perturbationibus, usurpârunt, tum Clem. Alex. in *protrept.* tum & Plut. *de profect. indic.* quem exhibebimus *infra ad l.* 6. § 31. Optimè Basilius Cæsar. *ep.* 42. τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα σκιᾶς ἔχειν ἀμυδρότερα, καὶ ὀνείρων ἀπατηλότερα· & quæ sequuntur. Plutarch. ipse eam quam illic de rebus divinis notitiam habemus, *insomnii* rationem obtinere asserit. In *tract. de El. Delph.* ὡς ἡ νῦν ἐν τῇ καλλίσῃ τῶν ἐνυπνίων τὸν Θεὸν ὀνειροπολοῦντες· & *in Erotic.* Δοκεῖ δ' ὡς διὰ τῶν ἐνυπνίων ἡ ψυχὴ ἀπαλάττεται καὶ τίθησι τὸ καλλίστον καὶ θειότατον·

Ἀμφὶ δ' οἱ δολόεντα φιλύτερα χεῦεν ὄνειρα.

Maxim. Tyr. animi totam in hoc corporis domicilio degentis vitam. *dissert.* 28. Ὡς ἄρα ὁ ἐν γῇ βίος ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ὀνείρατα ἔοικε μαχρῷ καὶ πολυτελεῖ. eóq; illam de Epimenide fabulam refert.

Καὶ τύφος | τύφος hîc quod alibi καπνὸς, *l.* 10. § 31. & *l.* 12. § 27. Est enim τύφος κυρίως idem quod καπνὸς, *fumus*; etiamsi pro *fastu* frequentiùs χατ' μεταφορὰν usurpetur. indè notat Eustath. *ad Odyss. β'.* τυφεγέροντας καὶ τυφλανὲς *senes* σκωπτικῶς nuncupari, sive quod ob peritiam variam experientiâ longâ multiplicîq; conquisitam fastuosiùs plerumq; gerere se soleant; sive, διὰ τὸ δεῖν ἤδη τύφεσθαι ὥσπερ νεκυικῶς καίεσθαι τοὺς τοιούτους, *quasi jam in fumum dari eos, concrematis* nimirum *cadaveribus, oporteat.* De Socrat. Plut. *lib. de Socrat. Dæmon.* Τὸν δὲ τύφον, ὥσπέρ τινα καπνὸν φιλοσοφίας, εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀποσκεδάσας. Et Apollon. *Argonaut. l.* 2. de apibus agens, quod & Xylander observavit,

——— ὀπιπεύων δὲ λιγυσθένῃ

Καπνῷ τυφόμενα πέτρης ἐκὰς ἀΐσσουσιν.

Ubi Schol. καπνῷ τυφόμενα, ἀντὶ τοῦ καπνιζόμενα. sed & terra Troica Euripidi in *Hecub.* dicitur, καπνῷ τυφωθὲν καταφθίσθαι. Potest tamen Marcus hîc, ad Monimi placita, cujus paulò antè meminerat, respexisse, qui τύφον καὶ ὄγκον πάλαι τὴν pronunciaverat. Vide *supra ad* § 15. *Sapientiæ Solomonis* autor *c.* 2. *v.* 2. Καπνὸς, ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῖν· καὶ ὁ λόγος, σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν. Et Lucret. *l.* 3.

——— *naturam animai*

Dissolvi, ceu fumus in altas æris auras:

Ὁ δὲ βίος, πόλεμος | Ita vulgò vertunt illud Jobi *c.* 7. *v.* 1. *Militia est vita hominis super terram.* Certè Christiani hominis vita, in sacris literis, tanquam *jugis militiæ* passim prædicatur. Vide Paulum *ad Ephes. c.* 6. *v.* 12. Petrum *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 11. Jacob. *c.* 4. *v.* 1. Minut. Οctav. *Quod corporis humana vitia sentimus & patimur, non est pœna, militia est.* Cyprian. *l.* 1. *ep.* 5. *Adhuc in sæculo sumus, adhuc in acie constituti.* Chrysost. *in Act. orat.* 15. Ἀγὼν ἐστὶν ὁ παρὼν χρόνος. πόλεμος δὲ ἡ μάχη. Et *in* 1. *ad Thess. hom.* 3. Πολέμου καιροὺς, πᾶς ὁ τοῦ βίου χρόνος. Et in *Genes. orat.* 3. Διαπαντὸς ἡμῶν ἐστὶν ὁ πόλεμος, καὶ ἀνακωχὴν οὐδέποτε ἔχων. Augustin. *adv. Julian. l.* 4. *c.* 16. *Nullum sine bello in-*

testino

stimo diem ducis. Epictetus ipse *dissert. l.* 3. *c.* 24. ἐκκλεία τὸ χρῆμα. ἐκκλεία πός ἐστιν ὁ βίος ἀνάγκη, ἡ αὐτὴ πανοῦ καὶ ποικίλη. Et Hierocles, περὶ φιλαδελφίας. Apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 81. Ὅλως δ' εὐδυμητέον, ὡς βίος ἡμῖν κινδυνίου μανεῖς τι ἔστιν καὶ πολυτελὴς πόλεμος. Senec. *ep.* 96. *Vivere, militare est.* & *ep.* 51. *Nobis quoq; militandum est: & quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur.* & *de provident. c.* 5. *Optimum quemq; militare & operas edere.*

Καὶ ξένην ἐπιδημίαν | In Senecæ *excerpt. Morieris. peregrinatio est vita. multùm cùm deambulaveris, domum redeundum est.* Hoc & sacra pagina subinde inculcat. Apud Mosem *lib.* 1. *c.* 47. *v.* 9. Jacobus Patriarcha Pharaoni: *Dies annorum peregrinationis meæ sunt centum triginta anni: pauci malique fuerunt dies annorum vitæ meæ; neque attigerunt dies annorum vitæ patrum meorum, quibus illi sunt peregrinati.* ad quem locum August. *qu.* 156. *incolatus dicitur sanctorum vita.* David Rex, *Psal.* 39. *v.* 12. *Peregrinus sum istic & inquilinus, prout & majores omnes mei,* hoc est, πάροικοι καὶ παρεπίδημοι. ut Petrus Apostolus *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 11. allusione habitâ ad sortem ipsorum, quibus epistolam suam inscripserat, tunc temporis παρεπιδήμων. Argutiùs tamen forsan, quàm solidiùs Hieronym. *de terr. promiss. Sancti terræ Judaicæ non habitatores, sed accolæ & peregrini; ubique terræ habitatores peccatores intelliguntur.* Optimè & accommodatissimè ad rem præsentem Paulus Apost. *ad Corinth. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 6. 8. Εἰδότες ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου. —— εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον. Quem locum respiciens Bernard. *de consider. ad Eugen. l.* 5. *Repatriâsse erit hoc; exisse de patria corporum in regionem spirituum. ipsa est Deus noster maximus spiritus, maxima mansio spirituum beatorum: à quo interim absumus dum istic sumus.* Vide *supr. ad* § 11.

Ἡ ὑστεροφημία ἢ λήθη | rationem, cur *oblivionem* dixerit *famam superstitem*, petas licet, ex *l.* 3. § 10. & *l.* 4. § 35. & *l.* 7. § 5, 10. Solomon itidem *Eccles. c.* 1. *v.* 11. *Nulla est præteritorum memoria: nec etiam posteriorum quæ futura sunt, ulla futura est apud eos qui in posterum sunt, memoria.*

Παραπέμψει δικαίως | Metaphora, vel à *deductione honorifica*, vel à *funebris pompæ & exequiarum solemnitate* traducta. De Platone Laërt. *lib.* 3. Ἑτέρα δ' ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἣ παραπέμψει πανδημεὶ πρὸς αὐτόν. *Una*, inquit, *est virtus, quæ magnificè transmittere potest, non ad rogos, sed ultra rogos ad posteros.* quomodo de se Ennius, apud Cicer. *Tusc. l.* 1.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito vivu' per ora virûm.

Et Naso *Ponti l.* 3. *el.g.* 2.

Corpora debentur mœstis exsanguia bustis:
Effigiunt structos nomen honorque rogos.
Occidit & Theseus, & qui comitavit Orestem;
Sed tamen in laudes vivit uterque suas.

Et Maro *Æn. l.* 10.

——*sed famam extendere factis,*
Hoc virtutis opus.——

Senec. *ep.* 93. *Laudemus itaque & in numero felicium reponamus eum, cui quantulumcunq; temporis contigit, bene collocatum est. Vidit enim veram lucem; non fuit unus è multis. & vixit, & viguit. —— Quid quæris, quamdiu vixerit? vixit ad posteros usque; transiliit, & se in memoriam dedit.* Nec *ad posteros* tantùm, sed *ad Superos* etiam: Maro *Æn. l.* 6.

—*ardens evexit ad æthera virtus.*

Flaccus *carm. l.* 3. *Od.* 2.

Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negatâ tentat iter viâ; &
Spernit humum fugiente pennâ.

Silius *bel. Pun. l.* 3. —*ire per ora*
Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
Quos pater æthereis cœlestûm destinat oris.

Et *l.* 15. Sub persona virtutis:

Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus.

Manil. *Astron. l.* 1.

An sortes animæ, dignatáque nomina cœlo,
Corporibus resolutæ suis, terræque remissæ
Huc migrant ex orbe, suúmque habitantia cœlum,
Æthereos vivunt annos, mundique fruuntur.

Lucan. *l.* 9. de Pompeio:

At non in Pharia manes jacuere favilla;
Non cinis exiguus tantam compescuit umbram:
Prosiluit busto, semiustáque membra relinquens
Degenerémque rogum, sequitur convexa Tonantis,
Quâ niger astriferis connectitur axibus aër.
Quidque patet terras inter Lunæque meatus
Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Fecit, & æternos animum collegit in orbes.

Senec. *Herc. Oct. Act.* 4. *Scen.* 4.

Sed locum virtus habet inter astra.

Et *Act.* 5. *Scen.* 4. Hercules. —*virtus mihi*
In astra & ipsos fecit ad Superos iter.

Ibid Scen. 2.

Non est gemendus, nec gravi urgendus nece,
Virtute quisquis abstulit fatis iter.
Æterna virtus Herculem fieri vetat.

Et *Scen.* 5.

Nunquam Stygias ferar ad undas
Inclyta virtus. vivite fortes;
Nec Lethæos sæva per amnes
Vos fata trahent; sed cùm Jamnas
Exiget horas consumpta dies
Iter ad Superos gloria pandet.

Euripid. *Andromach.*

Οὔ τοι λείψανα σῆς ἀγαθῆς
Ἀνδρὸς ἀφαιρεῖται χθών·

Ἃ δ' ἀρετὴ ἐκ θνητῶν λάμπει.
Quod reliquum bonis
Post mortem supereſt, nulla abolet dies.
Virtus incolumis poſt cineres micat. Grot.

Idem *Temen.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. & Sext. *adv. Gram. c.* 13.

Ἀρετὴ δή, κἂν θάνῃ τις, ἐκ ἀπόλλυται·
Ζῇ δ' ἔτ' ὄντος σώματος. κρείσσων δὲ
Ἁπάντα φῶτα ζωθανὼν δ' ὑπὸ χθονός.
Virtus, & ubi quis interit non interit;
Sed vivit & poſt corpus. at ſiquis malus
Intereat, ejus cuncta ſub terram cadunt. Grot.

Præclarè Socrates apud Platonem *Phædone*: Εἰ μὲν τῷ ὁ θάνατος τῷ παντὸς ἀπαλλαγὴ, ἔρμαιον ἂν τοῖς κακοῖς ὑποθανεῖν, τῷ δὴ σώματος ἅμα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τῆς αὐτῆς κακίας, ἅτε τὰς ψυχὰς. νυνὶ δὲ ἀθάνατος φαίνεται εἶναι, εἰ μέλλει ἄν ποτε αὐτῇ ἔλλιπὴς ὑπουργὴ κακῶν, εἰ δὲ σωτηρία, πλὴν τῷ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην ἡβῆσαι. εἰδὴν δὲ ἄλλα ἔχουσα εἰς ἄδου ἡ ψυχὴ ἥξουσα, πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς· ἃ δὴ καὶ λέγεται μάλιστα ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκεῖσε πορείας. Senec. *ep.* 98. *Egregiè Metrodorus in epiſtola ad ſororem: Mortale eſt omne mortalium bonum. de his loquitur bonis ad quæ concurritur. nam illud verum bonum non moritur. certum eſt ſempiternúmque, ſapientia & virtus. hoc unum contingit immortale mortalibus.* & *epiſt.* 93. *Vis ſcire quid inter hunc interſit vegetum contemptorémq; fortunæ, functum omnibus vitæ ſtipendiis, atque in ſummum bonum evectum, & illum cui multi anni tranſmiſſi ſunt? alter poſt mortem quoque eſt, alter ante mortem periit.* Itaque Antiſthenes dicere ſolebat, τοὺ βιαιομένους ἀθανάτους εἶναι, τὴν ζωὴν ἐυσεβῶς καὶ δικαίως. & Pindarus *Olymp.* 8.

Αἶσα τοι λάθεται, Ἀρίμβα θεσέξας ἀνήρ.
Orci obliviſcitur, quiſquis congrua geſſerit.

Atque hæc quidem de virtute vera veriſſimè dicta fuerint. Cæterùm quod de *jure juſtitiáq;* Cicero *Offic. lib.* 3 § 69. Veræ germanæque virtutis *ſolidam miſeri* illi *& expreſſam effigiem nullam tenebant, umbrâ & imagine ſolâ efferebantur.*

Τηρεῖν τὸν ἔνδον δαίμονα ἀνύβριστον | *animum* ſive *mentem* vult, quam & *dæmonem* ſive *genium* ſuprà dixerat, § 13. & quomodo contumeliâ afficiatur, monuerat § 16. Sic *l.* 3. § 16. τὸν ἔνδον ἐν τῷ σήθει ἱδρυμένον μὴ φύρειν, &c. vide ad *lib.* 6. § 30. Dio Pruſ. *orat.* 4. Ὁ ἰδὼν ἐφάνη νῦν, ὅτος ὅτι δαίμων τὸ ἔχοντος ἀνθρώπου. Sed & Plat. in *Philebo*, ἀθέως κἀκλήτως μυστικῶς, τοὺ τὸν θεὸν τὸν ἔνοικον αὐτοῖς, τὸν λόγον, διαφθείροντας καὶ μαίνοντας, τὸ ὅσον ἐν' αὐτοῖς, ἐν τῇ παιδιᾷ οἰκειώσει. Clemens *pædag. l.* 4. *c.* 10.

Λυπῆ, ἡδονῶν, καὶ πόνων κρείσσονα | Quod *l.* 3. § 4. ἄχαριτον ἡδονῆς, ἀτερπὲς ὑπὸ παντὸς πόνου. Senec. *epiſt.* 75. *Non cupiditas nos, non timor pellet: insigitati terroribus, incorrupti voluptatibus, nec mortem horrebimus, nec Deos.*

Ἀνενδεὴς τῶν ἄλλων πτῆσαί τε, ἢ μὴ | Ita *l.* 10. § 1. πλήρης καὶ ἀνενδεὴς. contra quàm, ὁ μὴ ἔχων παρ' ἑαυτῷ πάντα τὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. *l.* 4 § 20. Vide Platon. in *Epitaph. ſupr. ad illa* § 11. ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν.

Τὰ ξυμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα | Signatè dictum utì & *l.* 3. § 4. τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα πάντα. & *l.* 7. § 66. τὰ ἐκ τῆς ὅλων ἀπονεμόμενα· & *l.* 6. § 16. ὅσα ἐκεῖνοι διανέμουσι. quia mirum πάντα νομίσι. ut *infra l.* 7. § 31. καὶ ὑπὸ τοῦ ἀπονέμοντος τὰ κατ' ἀξίαν. *l.* 4. § 10.

Ὡς ἐκεῖθεν πόθεν ἐχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἤλθεν | Vide *ſupra ad* § 3.

Ἴλεφ τῇ γνώμῃ θεσπίζοντα | Ita *l.* 5. § 33. πῶς θεσπίζοντες ἵλεως; vide *ſupra ad* § 3. At quomodo hoc præſtitit Cato tuus, Seneca? quem tantopere ſuſpicis, & de quo tamen, *ep.* 24. *Impreſſit deindo mortiferum corpori vulnus. quo obligato à medicis, cùm minus ſanguinis haberet, minus virium, animi idem, jam non tantùm Cæſari, ſed ſibi iratus, nudas in vulnus manus egit, & generoſum illum contemptorémque omnis potentiæ ſpiritum, non emiſit, ſed ejecit.*

Λύσιν φῦς στοιχείων | Mors στοιχείων λύσις· ut contra γένεσις ſive *ortus*, ἐκ φῦς στοιχείων σύγκρισις. *l.* 4. § 5. Sic *l.* 7. § 50. ἡ διάλυσις φῦς ἐντὸς ἀτόμοις ἀντεμπλοκῶν, ἢ καὶ σκορπισμὸς τις φῦς ἀπαθῶν στοιχείων. quod *l.* 8. § 25. σκεδασθῆναι τὸ συγκεκριμένον dixit; mortémq; στοιχείων ὧν ἐξ ὧν ξυνεῖδη σκεδασμόν. *l.* 10. § 7. Ita Epicharm. apud Plut. *ad Apollon.* ξυνεῖδη καὶ δεκεῖδη. *Concretum eſt*, in ortu ſcilicet; & *diſcretum eſt*, in interitu nempe.

Ἔκρυσιν εἰς ἕτερον διωκεῖσθαι μεταβάλλειν | *alterum in alterum mutando tranſire.* Vide *l.* 5. § 13. Ita *l.* 8. § 18. καὶ αὐτὰ ἃ μεταβάλλει καὶ ὑπ' ὀργὴν ζέει. Vide & *l.* 10. § 7.

Ὑπόδικος | *Siniſtrè ſuſpicetur.* Xyl. *metuat.* Caſ. haud incommodè uterq; nam ὑφοράμενος, ὑποτονῶν, φοβούμενος. Heſych. ὑπόδικος ergo tam φοβούμενος, quàm ὑποτονῶν. ſiquidem ſuſpicionis pediſſequa ſolet eſſe formido. Vide *l.* 4. § 37. & *l.* 7. § 53. & *l.* 10. § 12.

Κατὰ φύσιν | Ita *ſuprà* § 12. φύσεως ἔργον. & *l.* 10. § 36. ἡ φύσις διαλύει. & *l.* 9. § 3. ἐν τέτῳ, ὧν ἡ φύσις ἐδίλει. Ita & Ariſtot. *phyſ. l.* 5. *c.* 6. Ἐπὶ γενέσεως μὲν καὶ φθορᾶς ὁ αὐτὸς λόγος· ὅτε γὰρ ἡ μὲν γένεσις κατὰ φύσιν, ἡ δὲ φθορὰ παρὰ φύσιν· τὸ δὲ γηρᾶν κατὰ φύσιν· pari ratione καὶ τὸ τελευτᾶν Itaq; Joan. Chryſoſt. *de ſtatuis* 5. Εἰ διὰ τοῦ πλοῦτος ἁλῷς, ἁλῷς διὰ τοῦ ἐθίσας καὶ διὰ τοῦ πίνοντας. ὥσπερ γὰρ τοῦτο φυσικὸν, ὅταν κάμνῃ. μὴ λυπείτω σε τὰ τῆς φύσεως· λυπείτω σε τὰ τῆς προαιρέσεως.

Οὐδὲν

Οὐδὲν ἧττον κατὰ φύσιν | Ira *lib.* 11. § 34. Οὐδὲν λυσιτελὲς φυσικῷ πρὸς ἔργα συμπαθοῦντι. & *lib.* 6. § 33. Εἰ δὲ κατὰ φύσιν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ καλόν.

Τὰ ἐν Καρνούντῳ | De inscriptionibus istiusmodi vide quæ *ad finem libri primi* adnotavimus. Lug. Καρνόντῳ sicut & Aurelii Victoris codices, in *breviario*, *Carnuto*. Verùm illud, opinor, potius. Est autem Καρνῦς, Καρνῦντος, ut Ptolemæus *geograph. l.* 2. sive Καρνοῦντον, ut Marcus hîc, quod ad Latinorum *Carnuntum* propiùs accedit; *Pannoniæ* oppidum, cujus meminit & Plinius *hist. nat. l.* 4. *c.* 12. & *l.* 37. *c.* 3. & Ammian. *hist. l.* 30. qui *Illyriorum* tamen oppidum dicit: ad quod Marcum nostrum triennio jugiter militum delectum habuisse, cùm bellum Marcomannicum præ manibus haberet, autor est Orosius *histor. l.* 7. *c.* 15. & Eutropius; *Cùm apud Carnuntum*, inquit, *jugi triennio perseverâsset, bellum Marcomannicum confecit.* Quin & Dio Cassius (an Jo. Xiphilinus?) in M. Antonino narrat, eundem, cùm per totam ferè vitam bello illo implicitus teneretur, πλὴν Παιονίας ὁρμητηρίου, *Pæoniam pro stativis, sive pro eo loco, in quo copias suas contineret, & ex quo in adversarios excursiones subinde faceret*, habuisse. Verùm apud Dionem aut Παννονίας legendum fuerit, aut *Pæoniam* autor pro *Pannonia* acceperit; quomodo Seb. Munsterus *cosmogr. l.* 4. de Hungaris agens, *Pannones* asserit olim *Pæonas* dictos; & Guil. Xylander apud Strabonem *Pæoniam* cum *Pannonia* confundit; cùm tamen Strabo ipse *geogr. l.* 7. diversas has esse longéq; à se invicem dissitas tum regiones, tum gentes, disertè statuat. Ego prius illud lubentiùs admiserim, librarii subesse culpam, qui lapsu calami proclivi, pro *Pannonia Pæoniam* exhibuerit: (nisi si à Xiphilino erratum est) non solùm, quia *Pæonia* (cùm Axio flumini adjacens, & Macedoniæ contermina, ejusdémq; etiam portio habita fuerit, ut Homer. in *Bœot.* Justin. *l.* 7. Liv. *l.* 45. Strabonis è *l.* 7. *excerpt.* Cassius ipse *l.* 49.) situs non patitur, ut eo fine usui esse Marco potuerit adversus gentes illas Istri accolas militanti: verùm etiam quòd *Pannoniam* postea autor idem tanquam sedem exercitûs Marciani commemorat. cui accedit, quod Capitolinus narrat in *Marco*, *Marcum Pannonias*, *Marcomannis*, *Sarmatis*, *Vandalis*, *simul etiam Quadis extinctis*, *servitio liberâsse*; & in *Vero*, *composito*, *in Pannonia bello*, *in urbem destinatum esse.* Illud deniq; palmarium argumentum in hac causa fuerit, quod Cassius idem, non ille operâ alienâ contractus, sed integer *hist. l.* 49. (quo loco se post patrem etiam *Pannoniæ* præfuisse commemorat) Græcorum quorundam, qui commiscebant ista, errorem ipse refert, rejicit, refellit. Ex eorum autem numero fortean Herodianus fuerit, qui Marcū scripsit ἐν Παιονίᾳ, in morbum novissimum, unde & obiit, incidisse. Sed & Philostratus is, qui sophistarum vitas descripsit. Iste siquidem in *Herode* de Marco agens; Ἐνόσησε, inquit, ἐς τὴν Παιόνιαν ἔθνη, ὁρμητηρίῳ τῷ Σιρμίῳ χρώμενον. & rursus, μὴ τὸν ἐν τῇ Παιονίᾳ. quo utroq; loco *Pannoniam* esse intelligendam docent, & Marci historia, & *Sirmium* ipsum *Pannoniæ inferioris* oppidum, utì testantur Ptolemæus *l.* 2. & Plinius *l.* 3. *c.* 25. cùm *Probi* Imperatoris *natalibus*, ut Æl. Vopiscus; tum & *Marci obitu*, qui spiritum ibi hausit novissimum, utì Tertullian. *apol. c.* 25. factum illustrius. Nec tacendum, quod Strabo *l.* 7. *Segesticam Pannoniorum urbem* dicet esse, εὐφυὲς ὁρμητήριον πρὸς τοὺς Δακοὺς πολέμῳ, *locum idoneum & opportunum admodum, unde Daci bello impetantur.* qui & ipsi ex Strabone vicini fuisse videntur gentibus illis, quas subegisse Marcus perhibetur. *Carnunti* ergo apud *Pannonios* agens Marcus horum nonnulla commentatus est: *non inter strepitus Baianos fremitúsq; balnearios, aut clamores vociferationesq; Circenses*, quòd tanquam magnum quiddam de se prædicat Seneca *ep.* 56, & 83. sed inter motus bellicos, ac tumultus militares, philosophiæ studiis seriò sedulóq; deditus.

Ad Librum III.

§ 1. Αὐ· ἐφέλκει ἡμέραν ἀναλίσκεται ὁ βίος | Flaccus *ep.* 2. *l.* 2. *Singula de nobis anni prædantur euntes.* *Anni*, inquit ille: imò & *dies*, *horæ*, *momenta* ipsa. *Singuli dies aliquid subtrahunt viribus.* Sen. *ep.* 26. & Memor, si Scaligero credimus, non Seneca certè, *Octavia* 2. 2. *Florem decoris singuli carpunt dies.* Quod de *viribus* ille, de *decore* iste, de *vita* Marcus. Sed & Seneca *ad Lucilium ep.* 24. *Memini te illum locum aliquando tractâsse, non repentè nos in mortem incidere, sed minutatim præcedere. Quotidie morimur. quotidie enim demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoq; cùm crescimus, vita decrescit. usq; ad hesternum quicquid transiit tempus, periit. hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit:*

fluxit: sic ultima hora, quâ esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus. Et *epist.* 120. *Vide in quanta cæcitate mens nostra sit. Hoc quod futurum dico, cùm maximè fit, & pars ejus magna jam facta est. nam quod viximus tempus, eo loco est, quo erat antequam viximus. erramus autem, qui ultimum timemus diem: cùm tantundem in mortem singuli conferant. non ille gradûs lassitudinem facit, in quo deficimus; sed ille profitetur. ad mortem dies extremus pervenit, accedit omnis. carpit nos illa, non corripit.* & *epist.* 4. *Ex quo natus es, duceris.* Vide eundem *ad Marc. c.* 20. *ad l.* 9. § 21. Manil. *Astron. l.* 4.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Morus noster:

Nugamur, mortémque procul, procul esse putamus:
At mediis latet hæc abdita visceribus.
Scilicet ex illa, quâ primùm nascimur, horâ,
Prorepunt junctò vitáque mórsque pede.
Partem aliquam furtim quâ se metitur, & ipsam
Surripit è vita quælibet hora tuâ.
Paulatim morimur: momento extinguimur uno:
Sic oleo lampas deficiente perit.
Ut nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est:
Quin nunc, interea dum loquimur, morimur.

hoc est novissimum, quod Flaccus *l.* 1. *Od.* 11.

— dum loquimur, fugerit invida Ætas —

& Pers. *Sat.* 5. *v.* 153.

Vive memor leti: fugit hora; hoc quod loquor indè est.

& quod in Camilli Aquilei *epitaphio* legitur,

Illa eadem vitam quæ inchoat, hora rapit,

Expressum è Senecæ illis in *Herc. fur.* 3. 3.

Et carpsit hora vitam, prima quæ dedit.

Quòd si ex illo quisque incipit mori, ex quo in ipso agi coperit ipsa mors, id est, vitæ detractio, profectò ex quo esse incipit in hoc corpore, in morte est. quid enim aliud singulis momentis agitur, denec ea consummata mors, quæ agebatur, impleatur, & incipiat jam tempus esse post mortem, quod cùm vita detraheretur, erat in morte? Aug. *de Civit. Dei l.* 13. *c.* 10.

Μέρος ἕλαττον αὐτῆ καταλείπεται | Aug. *de Civit. Dei l.* 13. *c.* 10. *Quicquid temporis vivitur, de spatio vivendi demitur; & quotidie minus minúsq; restat.* Idem *de verb. Dom. serm.* 17. & *de temp.* 113. *Cùm crescunt pueri, quasi accedunt illis dies, & nesciunt quia minuuntur: & ipsa est falsa computatio. crescentibus enim decedunt potius dies quàm accedunt. constitue enim homini nato, verbi gratiâ, 80 annos: quicquid vixit, de summa minuit.* Idem latiùs prosequitur & *de Verb. Dom. Serm.* 1. Gregor. *moral. l.* 13. *c.* 27. *Ipsa suis augmentis vita ad detrimenta impellitur: & indè deficit, unde proficere videtur.*

Ἄδηλον, εἰ ἔξαιρίνου ἡ διάνοια | Nempe, si *morbo mens sepelitur*, ut Apul. in *apolog.* aut, ut Tertull. *de anima*, *prodigitur*. *Phrenitis*, inquit, *mentem prodigit*. Ideò vult maturiùs studiis bonis incumbendum, quia nec vitæ prolixioris certitudo; & hæc etiamsi prorogetur, incidere possint, quæ intelligentiæ vim vigorémque imminuant, imò usum liberum superstiti etiam penitus tollant.

Τὸ μὲν διαπνεῖσθαι (*Spirare.* Xyland. *respiratio.* M. Cas. verùm aliud longè est τὸ διαπνεῖσθαι, quod à Marco ipso etiam *plantis* tribuitur. & ἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς distertè distinguitur *infrà l.* 6. § 15. Aristot. *problem. l.* 1. *q.* 21. Ὅσῳ ἧ ἐν ἀέρος ἀναπνοὴ, τοῦτο ἐν τῷ σώματι διαπνοὴ διὰ τῶν ἀρτηριῶν. Idémq; (ejusd. saltem nomine; sunt enim qui Alexandro potiùs accensent) *de spiritu c.* 5. Τὸ ἧ πνεῦμα ἐκ φλεβὸς καὶ πλάγιος καὶ ἀρτηρίας. — ἐξ ἀρτηρίας ἧ, ὅτι διαπνοὴν ἔχει. quam ἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς autor idem disterminat. *ibid. c.* 4. Galenus itidem *commentar. in Hippocrat. de diæt. salubr.* ubi illud Hippocr. *aphor.* 18. *sect.* 1. adduxerat. Θέρεος καὶ φθινοπώρου ἐστὶν ἀνασφαλέστατα φέρεσθαι, χειμῶνος ῥᾴστα, ἦρος δὲ ἄριστα. Ex *aphor.* 15. rationem discti subjungens, Αἱ κοιλίαι, inquit, χειμῶνος καὶ ἦρος διαμύεσθαι φύσει. (quæ verba sunt Hippocratis) δῆλον τὸ ἀεὶ ἔσω ψυχρὸν ὂν εὐαποσήπει τηκόμενον, καὶ πλαλκαίνει τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος· ἐν ἧ τῷ ἦρι διαφορεῖται μὲν τοῦτο διὰ τῆς διαπνοῆς· διὰ τῆς ἀναπνοῆς ἧ ἕλκεται τὸ ἀπεψυχόμενον θερμόν· ὀνομάζω ἧ ἀναπνοὴν μὲν, τὴν διὰ τῆς τραχείας ἔξω τε καὶ εἴσω φοιτῶσαν τῷ περιέχοντι διαπνοὴν ἧ, τὴν δ' ὅλῳ τῷ σώματι ὁμοίως γιγνομένην. Idémq; explicatiùs ὑγιεινῶν *l.* 1. *c.* 12. Τὸ μὲν δὴ λειπόψυχον ἀπολείπεται μᾶλλον ἐκπνέοντα, πρός τε τῆς ἐμφύτου θερμότητος εἰς ἐλάττω ἀτμοῦ λυβήσαν, ὑπό τε βιαίας κινήσεως ἀθρόως ἐκφερόμενον. ὀνομάζεται ἧ τὸ μὲν ἔσω ἐκπνεῖν ἰδρώς· τὸ ἧ ἔξωθεν, ὑδρὸν ἔχον ὄνομα, ὅτι μάλιστα τοῖς πολλοῖς, ἅτε τῶν ὑγρῶν ἐπεφυκὸς ὑπὸ λειπόψυχος, ἄδηλον αἰδίως διαπνοὴν πλάττεται πρὸς αὐτῆς ἧ φερομένην αὐτῶν τοῦ λογισμοῦ χάριν ἧ τῶν ἄλλων αἰδίως διαπνοὴν ἐκπέμπεται τι καὶ τῶν παχυτέρων ἀπολείμματος. Ἀναπνοὴ ergò *respiratio*, quæ pulmonum operâ perficitur, quâq; aer sive spiritus externus istè per os, tanquam per ostium aliquod, introducitur, emittiturq; denuo. διαπνοὴ sive *perspiratio*, quâ non spiritus tantùm illi per arterias distribuuntur, sed vapor quasi quidam illis diffunditur (quomodo Moschio referente Tertull. *de anima c.* 15. *animam* dixit *per totum corpus ventilari*) idemq; per poros sive meatus quosdam obscuros occultâ quadam ratione latentur exhalatur. quod & August. observavit *de ver. relig. c.* 40. Vide & Galen. eundem *in Hippocr. aphor. l.* 2. § 28. Hinc εὔπνους τόνος, & εὔπνοον σῶμα. Aristoteli *problem. l.* 2. *q.* 10. Εὔπνους ὁ τῆς κεφαλῆς τόπος. *facile perspirabilis est capitis locus.* quod indè confirmat, τῷ μανὸν εἶναι, *quòd cutem rariorem habeat.* Et mox *q.* 10. Ὁ τόνος ἀρμὸς καὶ ἰσχὺς πλείων ἔσται κατὰ φύσιν. Idem *l.* 1. *q.* 53. & *l.* 3. *q.* 34.

(quo loco eadem, sed vitiata, reponuntur, ex priore loco corrigenda:) ὅσῳ γὰρ ἡ πόλις ὑγιεινὴ καὶ πνεῦμα ἴσωμεν· ὅτω καὶ σῶμα τὸ ἴσωμεν. hoc est, τὸ εὖ διαπνεόμενον. & *l.* 8. *q.* 4. ἕξις ἴσωμεν καὶ εὐεξία. Sicut apud Theophrastum *de causs. plant. l.* 1. *c.* 17. εὐεξία καὶ ἴσωσις itidem conjunguntur. ità enim legendum, non ἰσχνὰ, quod Gazam fefellit, Jul. Scalig. jamdudum monuit. *Ibid. l.* 38. *q.* 3. & 4. ἡ ἴσωσις ἐνεργεῖαν ποιεῖ. sed & εὐδιάπνευστον eidem *de part. anim. l.* 3. *c.* 9. Διὰ μαλακότητα γὰρ τῆς χαλαζίας, εὐδιάπνευστον γίνεται τὸ ὑγρόν. Idem ergò ferè est de spiritibus ac vaporibus usurpatum διαπνοὴ quod de cibis alimentisq; crassioribus ἀνάδοσις, vel διαφόρησις. quanquam hæc etiam eodem sensu, quo & διαπνοὴ, sumitur. Unde Budæo explicante, οἱ εὐδιαφόρητοι sunt οἱ ῥᾳδίως διαπνεόμενοι. quibus opponuntur οἱ δυσδιάπνευστοι. Theophr. *de causs. plant. l.* 1. *c.* 2. Διὰ τὸ μὴ εὐεξόδευτον εἶναι τῇ πυκνότητι τῆς πόρου· διὸ καὶ δυσδιάπνευστον. Ex priùs dictis autem διαπνοὴ duplex elicitur; altera, quâ spiritus sive vapores illi per totum corpus diffunduntur; altera, quâ eorundem superflua & excrementitia per poros sive meatus exteriores extruditur. utramq; unicò vocabulo τῆς διαπνοῆς complexus est Theophrast. *de causs. plant. l.* 2. *c.* 17. Cùm autem unà cum materia illa supervacanea etiam quod est utile & conducibile ex parte sensim exhalet, idq; copiosiùs, ubi pori sive meatus illi laxiores extiterint; id quod noxam sæpenumero insignem parit, unde interitus etiam quandoq; consequitur; hinc factum est ut τὸ διαπνεῖσθαι properire & interire quoq; usurpetur; cujus exempla alibi daturi sumus. Monet istud Gal. *in Hippoc. aph. l.* 1. §. 15. Ὅυ-τοι δέ εἰσιν, οἱ ὑφ' ὧν διαπνεῖσθαι τὸ ἧττον ζώιον σύμπαν τῇ δὲ ἧττον ἀδύνατον διαπνοὴ πόρου. Et mox: Τὰ μὲν πίνειν διδόασιν, ὑπὲρ τοῦ διαπνεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολὺ μᾶλλον ἐπιτείνουσι διαπνοὴν ἅμα τοῖς ἀναθέσεσι τῆς τε τροφῆς, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐν αὐτῷ ἀκονήσθαι, καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς ἐπιφανείας ἐνεπιλαμβανομένων ἀδύνατον ἐμπνεῖν. Spectátque eodem ejusdem monitum illud ὑγιεινῶν *l.* 2. *c.* ubi de frictionum speciebus agens; Βλάπτουσι δ' ἄν, inquit, ὑπὲρ τὸ δέρμα, σφίγγουσι τὸ σαρκῶδες καὶ πυκνὸν διαπνεῖσθαι· ὅπως γὰρ ἂν εἴη διαπνεόμενον. εἰς ὃν καὶ διαπνοὴν τὸ πιεῖσθαι χρηστὸν ὑπάρχει, σαρκώδεσιν αὐτὸ καὶ πυκνοῖς ἀποχρώμενοι. καὶ ὅτι ὑπερβολὴ σφίξεως ἅμα καὶ πυκνώσεως ἀπεργάζεται διαπνοὴν κρείττω τῆς ἐν τῷ ἀέρι, καὶ τοῦ ἐν τῷ ὕδατι πιεσμοῦ, καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐλαίῳ βάρους, ἔλεγον ἂν εἶναι τὸ μέσον ἐναντίον ἅπασι τούτοις. εἰ δ' ἔστι ποτὲ μὲν φυλάττειν τὸν σῶμα, βέλτιον τὸ σαρκῶδες τε καὶ πυκνὸν τοῦ μαλακτικοῦ καὶ ἀραιοῦ. τὸ μὲν γὰρ τῆς διαπνοῆς ἀλλοῖος, ἐπιτροπικὸς γοῦν ἐστιν ὁ τοιοῦτος οἷόν τι. τὸ δὲ τῆς ἐτέρας διαθέσεως ἐναντίωσιν ἔχον ἅπασι τούτοις ἔστιν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐτέρων ἐνίοτε πρὸς ἑτέρῳ ἐνίοτε ἔχει καὶ ἀφόρητον ἔστιν ἅπασι βλάπτει τὸ μεταξὺ, διαφορωτέρων πολλάκις, ἢ πρὸς ἑκατέραν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς τροφῆς. Quanquam recentiores quidam medici ità distinguunt ista, ut inutilis materiæ *perspirationem*. utilis verò *diffusionem* indigitent. Nec illud silendum διαπνοῆς occasione hujusce ansam arripuisse Sanctorium quendam Justinopolitanum novam *Staticæ* dictæ *Medicinæ* rationem comminiscendi; quam libro peculiari, quem *Statigomastige* inscripsit, demolitum ivit Hippolytus Obicius Ferrariensis. Sed nec, quod Plato in *Timæo* aliam quandam διαπνοὴν statuisse videtur, quâ aër exterior per meatus occultos in corpus se insinuet, quo sufficiatur id quod expiratione abierit. Διὰ δὴ (inquit, nimirum, ὅτι κενὸν οὐδὲν) τὸ μὲν ἐκπνεόμενον ἔξω μέθιον τὸ ἀναπνεόμενον, πάλιν ἰὸν ἐπὶ τοῦ ἐκεῖ τὸ σῶμα εἰσῄει, ἕως διὰ πασῶν μὲν ἐκπνοῶν δυνάμεις καὶ ἀναπαυομένη, γίνεται πλῆρες. αὖθις δὲ ἀναστρεφόμενον ὁ αἰὼν, καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος ἔξω ἰὸν, ἕως τινὶ ἀναπνοὴν ἀπεπλήρωσε, καὶ τοῦ τῆς ἐκπνοῆς ἐπὶ μαστῆρα ἦλθον.

Τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι | Senec. *epist.* 58. *Multis iners vita sine usu jacuit sui.* Et *ep.* 60. *Vivit is, qui se utitur. qui verò latitans & torpens, sic in domo sunt, tanquam in conditivo. horum licèt in limine ipso nomen marmori inscribas; mortem suam antecessêrunt.*

Τὰς δὲ καθήκουσας ἀναιρεῖν ἐξαιρεῖν | Ità *lib.* 6. § 26. Πᾶν καθῆκον ἐξ ἀναιρέσεως ποιεῖσθαι. Laërt. *lib.* 7. in *Zenone*: Καλὸν δὲ λέγειν τὸ τέλειον ἀγαθὸν, εἶναι δὲ καὶ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτοῦ ἐκλεκτικὴν ἀναίρεσιν ἀπὸ τῆς φύσεως, ἢ τὸ τέλειον συμπέρασμα. Stob. *excerpt. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 3. § 8. Κατόρθωμα δ' εἶναι λέγουσι καθῆκον πολλὴν ἀπόλαυσιν αὐτοῦ ἀναίρεσιν, ἢ τέλειον καθῆκον. Quod Cicer. *Offic. l.* 3. *Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est, &, ut iidem dicunt, omnes numeros habet. & de fin. l.* 3. *Quæ nos recta, aut rectè facta, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent. & de divinat. l.* 1. § 23. *Quidquam esse potest casu factum, quod omnes in se habet numeros veritatis?* Senec. *ep.* 71. *Idem esse dicebat Socrates veritatem & virtutem. quomodo illa non crescit, sic nec virtus quidem. habet numeros suos, plena est. & epist.* 115. *Non potest quisquam nisi ab initio formatus, & tota ratione compositus, omnes exequi numeros, ut sciat, quando oporteat, & in quantum, & cum quo, & quemadmodum.* Plinius deniq; min. in *panegyr. Omnes comitatis numeros obibat.* Quòd autem virtuti ac veritati *numeros* attribuunt, tractum à *numeris saltatoriis* censet cl. Casaubonus; siquidem Latini solent pro ἐρχεῖσθαι dicere, *in numerum exultare*: ut Lucret. *l.* 2.

Ludunt, in numerumque exultant sanguine læti.

vel *ad numerum moveri.* Persius *Sat.* 5. *v.* 122.

Hæc miserè nefas; nec cùm sis cætera fossor,
Tres tantùm ad numeros satyrum moveare Batylli.

ubi

ubi *fossor*, imperitus, insipiens. *Satyrum moveri*, sive *saltare ad tres numeros Bathylli*; δὶς ἢ τρὶς καλῶς ὀρχήσασθαι καὶ βάθυλλον· *duos aut tres staticulos ex arte facere & perfectè*. Idem & apud Ciceronem simile *parad.* 3. *Histrio si paulo se movit extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllabâ unâ brevior aut longior, exibilatur & exploditur: in vitâ, quæ omni gestu modulatior, omni versu aptior esse debet, ut in syllaba te peccare dices?* Hæc pleraque *ad Pers.* Casaub. At Lipsius *palæstræ* peculiare vocabulum esse contendit in *motibus illis* & *formatione flexúque membrorum*: atq; indè formulam hanc desumptam. Ità Demetrius Cynicus, apud Senecam *de benefic. lib. 7. c. 1. Magnus luctator est, non qui omnes numeros nexúsque perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est; sed qui in uno se aut altero bene & diligenter exercuit.* In eandem sententiam Fabius *instit. lib. 12. c. 2. Palæstrici doctores illos, quos numeros* (ità Lips. *nervos*, malè) *vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut iis omnibus quæ didicerunt in ipso luctandi certamine utantur; sed ut subsit copia illa, ex qua unum aut alterum, cujus se occasio dederit, efficiant.* Juvenal. de muliere ad palum se exercente, *Sat. 6. v. 250.*

Atque omnes implet numeros. ——

De Ameſia Sentia cauſſam ſuam apud populum agente Val. Max. *l. 8. c. 3. Partesque omnes ac numeros defensionis, non solùm diligenter, sed & fortiter executus.* ità reſtituit ex Manuſcriptis St. Pighius, quod priùs, *Motúsque omnes ad nervos*, legebatur. Quod autem iſtîc πάντας τοὺς ἀριθμοὺς ἐκλεῖν, ἢ ἐπίσχον, id Lucianus πάσας ταῖς γραμμαῖς ἀπηκρίβωσε, dixit, in *imaginib.* Καλλίῃ μὲν, ἢ πάσας ταῖς γραμμαῖς ἀπηκρίβωσε. tranſlatione *a pictura* petita, cui manus noviſſima ità eſt admota, ut nihil ampliùs deſiderari poſſit.

Τὰ φανταζόμενα διαρθοῦν | *Quæ animo concepit, in ordinem collocare.* Xyl. *imaginationes subitaneas corrigere.* Caſ. quod eſt διορθοῦν. malim, *animo præconcepta distinctè explicare.* Ariſtot. *Ethic. l. 1. c. 7.* δεῖ γὰρ ὥσπερ ἀνατυπῶσαι περὶ τοῦτον, οὕτω δ' ὕστερον ἀναγράφειν. λέξει δ' ἂν πᾶσι τὸ φανταζεῖν καὶ διαρθοῦσθαι τὰ καθ' ἕκαστα. Idem διὰ μὴ τὸ φυσικὸν. *l. 2. c. 6.* οἱ μὴ καλῶς διαρθροῦσι εἰς λόγους. & *l. 1. c. 5.* σαφῶς μὲν ὑπ' ἀδιαρθρώτου. Metaphorâ ductâ *à re physica, fœtûs* ſcil. in utero *dearticulatione*, vel etiam *ab arte obſtetricia*, in qua mulieres ejus gnaræ *artus* infantis recens editi *explicant, confingunt, & ad ſitum figuramque debitum componunt.* in ſcriptis autem Hippocraticis τὸ διορθοῦν & τὸ διαρθρῦν librariorum incuriâ crebrò invicem permutantur.

Εἰ ἦν ἐξακτέον αὐτόν | *Utrum educere atque exigere ſe oporteat.* è vita ſcil. Ità & Clemens uſurpavit, *Strom. l. 4.* de hæreticis quibuſdam, qui martyrio ſe ultrò objiciebant, ἐπιτιθεμένους τῷ θανάτῳ Τίτιος ἐξάγειν ἑαυτὸν ἀμυρύτρως, λέγομεν, καὶ θυμικῶς καλάζοντας. quo loco τὸ ἀμυρύτρως (quod obiter adnotamus) non eſt cum λέγομεν, (utì Sylburgius putavit) ſed cum ἐξάγειν ἑαυτὸν conjungendum. *dicimus eos ità sibi mortem asciscere, ut martyres tamen non sint, nec martyrium obire dici debeant.* ὑ γὰρ, inquit, τὸν χαρακτῆρα σώζειν τῷ μὴ μένειν τῷ πνεῦ. Vide *ad lib. 11. § 3.* & mox ex Cl. Heinſii reſtitutione: Αὐτίκα ἤνεσεν ἐξαγωγὴν τῷ σπουδαίῳ συγχωρῶν καὶ οἱ φιλόσοφοι, οἷς ἔδοξεν ὅτε πρέποντα αὐτὸν, ὡς μηκέτι ἀπολελοιπέναι αὐτῷ μηδὲ ἐλπίδα τῆς σωτηρίας. Vid. *l. 8. § 47.* Philoſophi iſti cum primis ſunt Stoici. iſtorum enim hoc eſt dogma, licere, imò oportere, quandoque è vita ſeſe educere. & ἤνεσεν ἐξαγωγὴν eam nuncupabant, *cùm justa caussa*, quam illi cenſebant, *demigrandi daretur.* ut Cic. *Tuscul. l. 1.* Jo. Stob. *Collectan. tom. 1. l. 1. tit. 4. § 8.* Φασὶ δέ ποτε καὶ τὸν ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις πεφυκόσι καὶ πολλὰς τέμνειν. Pleniùs planiúſque Laert. in *Zenone.* Εὐλογὸς τέ φασι ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ὀδυνηρᾷ νόσῳ τύχῃ ἁλισκόμενον, ἢ πάσοντα, ἢ νόσους ἀνιάτους. Senec. *epiſt. 70. Sapiens ut vivit, quantum debet, non quantum potest, videbit ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus. — Si multa occurrunt molesta & tranquillitatem turbantia, emittit se. nec hoc tantùm in necessitate ultima facit, sed cùm primùm illi cœperit suspecta esse fortuna. nihil existimat suâ referre faciat finem an accipiat.* Et *epiſt. 17. Si necessitates ultimæ inciderint, exiliet è vitâ & molestus sibi esse desinet.* Idem *epistol. 58. Itaque de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extremæ, & finem non opperiri, sed manu facere. propè est à timente, qui fatum segnis expectat: sicut ille ultrà modum deditus vino est, qui amphoram exiccat, & facem quoque exorbet. de hoc tamen quæremus, pars summa vitæ, utrum fax vitæ hæc sit, an liquidissimum ac purissimum quiddam; si modò mens sine injuriâ est, & integri sensus animum juvant, nec defectum & præmortuum corpus est. plurimum enim refert, vitam aliquis extendat an mortem. at si inutile ministeriis est corpus, quid ni oporteat educere animum laborantem? & fortassè paulò antè quàm debes faciendum est, nè cùm fieri debeat, facere non possis. & cùm majus periculum sit malè vivendi, quàm citò moriendi, stultus est qui non exigui temporis mercedem, magnæ rei aleam redimit.* Et mox: *non relinquam senectutem, si me totum mihi reservabit; totum autem ab illa parte meliore. at si cœperit concutere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliquerit sed animam; prosiliam ex ædificio putrido ac ruenti. Morbum morte non fugiam, duntaxat sanabilem, nec officientem animo: non afferam mihi manus propter dolorem. Sic mori, vinci est. hunc tamen si sciero perpetuò mihi esse patiendum; exibo;*

non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est ad omne propter quod vivitur. imbecillus est & ignavus, qui propter dolorem moritur : stultus, qui doloris caussâ vivit. Cato apud Cicer. *de finib. lib. 3. Sed cùm ab his (quæ secundùm naturam sunt) omnia proficiscantur officia : non sine caussa dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes, in his & excessum è vita, & in vita mansionem. in quo enim plura sunt, quæ secundùm naturam sunt, hujus officium est in vita manere : in quo autem sunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium est, è vita excedere. ex quo apparet, & sapientis aliquando esse officium, excedere è vita, cùm beatus sit ; & stulti manere in vita, cùm sit miser.* Hanc autem sententiam, quæ & Chrysippea est, exagitat Plut. *de commun. notit. c. 10. & c. 29.* Quod pro fundamento substernitur, ità Stob. expressit. τοῖς κρείττοσι καὶ τοῖς μᾶλλον τὸ κρεῖττον, μαχρᾶσθαι τοῦ τε ζῆν καὶ τὸν θάνατον. Vide *infr. lib. 5. § 29.* Sed & Lipsi. *manuduct. l. 3. cap. 22.* Dogma ipsum exagitavit & Ter. Varro in *Satyra Menippea*, cui titulus Περὶ ἐξαγωγῆς· unde pauculla adhuc supersunt fragmina, quæ argumenti totius gustum dent aliquem. Refutavit feliciter satis Alexander Aphrodis. in *libello*, quo disserit εἰ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, ostenditque ex ipsorum principiis ἄλογόν τε καὶ ἄτοπον ὅλως, τοῦ λυσιτελοῦς ὀνομαζομένου τοῦ ἐξαγωγοῦ. Πῶς λυσιτελές, inquit, ἐξαγωγὴ τοῦ τοῦ ἀρετοῦ ἔχοντι, ἐν μακρείῳ βίῳ ὄντι ; ἀλόγου γὰρ ἄτοπον τὸ λέγειν τὸν Δία εἰδέναι ἀποθανεῖν· ὅτως ἄτοπον καὶ τοῦ ὑπὸ τούτῳ μακρείως ζῶντα (audis fastûs Stoici verba ; de quo *ad § 7.*) ἑαυτὸν ἐξάγειν εὐλόγως τούτου τοῦ βίου. τὸ γὰρ μήτε παρόντι πρὸς χρεῖ, μήτε προσδοκωμένῳ, τῆς τε ἄκρας εὐδαιμονίας αἴτιον αὐτὸν ὄντος, τὸν βίον ἀπολιπεῖν, καὶ αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν, βέλτιστον, θαυμάσιον, καὶ τοῦ χρῆναι λόγου μαχόμενον. πῶς γὰρ εὔλογον τοῦ ἀρετοῦ τοῦτ' ἀναιρεῖσθαι τοῦ σοφοῦ ; ἐπὶ γὰρ ἄκρας δεῖ ἄλλου τινὸς, ὅτου ἢ καὶ εὐδαιμονίας εὔλογον ἄλλο ἔχειν. ἐπεὶ γὰρ κύριος εὐδαιμονίας καὶ ἀρετῆς. εἰς ἄπειρον γὰρ ἥξει τελῶν ὀρεξις καὶ ἐπ' ἄλλό τι αὖ ἀεὶ ἡ ἀναφορά. Ità absurdum esse dogma contendit ; utpote quod nec rationi ipsi, nec ipsorum etiam principiis consentaneum existat. éstq ; reverâ pietati veræreligioníq ; sanæ prorsus adversum. Agnoscunt hoc & exteri. Socrates apud Platonem *Phædone :* ὡς ἔν. τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ αὐτοῦ ἐκ ταύτης ἐξάγειν, οὐδὲ ἀποδιδράσκειν. Et tanquam ex Africani persona Cicero *de repub. l. 6.* apud Macrob. *in Scip. somn. l. 1. c. 13. Pius omnibus retinendus animus est in custodia corporis ; nec injussu ejus à quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est ; ne munus assignatum à Deo defugisse videantur.* Idem ipse *Tusc. l. 1. Vetat dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo discedere.* Et in *Caton. Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vitæ decedere.* Apul. *de philosoph. Sapiens corpus non relinquet invito Deo. nam etsi in ejus manu est mortis facultas, & quamvis sciat se terrenis relictis consecuturum esse meliora, nisi perpetiendum istud lex divina decreverit, accersere tamen eum mortem non debere.* Plura habes apud Lipsi. *manuduct. lib. 3. c. 23. & in Tacit. hist. lib. 2.* E nostris eleganter Lactant. *institut. l. 3. cap. 18. Si homicida nefarius est, quia hominis extinctor est : eidem sceleri obstrictus est, qui se necat ; quia hominem necat : imò verò majus esse id facinus existimandum est, cujus ultio Deo soli subjacet. Nam, sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus ; ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est, ejusdem jussu recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, tam diu habitaturos, donec jubeat emitti. Et si vis aliqua inferatur, æquâ mente id ferendum est, cùm extincta innocentis anima inulta esse non possit ; habeamúsque judicem magnum, cui soli vindicta integra semper est.* Piè item admodum disertéque Augustin. *de Civit. Dei lib. 1. cap. 27. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus comprobamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, nè incidat in perpetuas : neminem propter aliena peccata ; nè hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum : neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hâc vitâ opus est, ut possint pœnitendo sanari : neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur ; quia reos suæ mortis post mortem vita non suscipit. restat una caussa, propter quam se quis occidat ; nè in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel sæviente dolore. hunc si admittimus, cur non baptizatis suademus, se illico interimant ? tunc enim tempus est cavendi omnia futura peccata, cùm omnia sint deleta præterita. porrò hoc si quis putat, non dico, desipit, sed insanit. hoc ergò quia nefas est dicere, nefas est profectò se occidere. nam si hoc sponte faciendi ulla justa caussa esse posset, proculdubiò justior quàm illa non esset. quia verò nec illa est, ergò nulla est.* Videndus idem in *epist. 61.* & sub ejusdem nomine, nisi Erasmum fefellerit, Hugo Victor. *de patient. c. 13.* qui his verbis concludit : *si paricida eò sceleratior, quàm quilibet homicida, quia non tantùm hominem, verùm etiam propinquum necat ; & in ipsis paricidis, quantò propinquiorem quisque peremerit, tantò judicatur immanior ; sine dubio pejor est, qui se occidit, quia nemo est homini seipso propinquior. Et quemodo innocens judicabitur, cui dictum est, Diliges proximum tuum, tanquam te, si homicidium committit in seipso, quod prohibetur in proximo ?* Vide Epictetum, & nostrum ipsum, *l. 5. § 10. & l. 9. § 3.*

Ἐπίκουρος | Epicurus apud Senec. *epist. 26. Meditare, utrum commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam.* Et de viro sapiente ipse *epist. 70. Cùm primùm illi ceperit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, nunquid illo die desinendum*

sit.

sit. Plin. min. *l.* 1. *epist.* 22. *Impetu quodam & instinctu currere ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & causas ejus expendere, útque susceperit ratio, vitæ mortisque consilium suscipere vel ponere, ingentis est animi. Deliberationem* ea de re seriam instituit Tullius Marcellinus apud Senecam *epist.* 77. *cogitationem* & *consultationem* Titus Aristio apud Plin. *epist. supradictâ.* Verùm hoc delirus & mente motus, vel per morbum, vel per ætatem, inquit Marcus, jam non potest.

Περαποσβήνυται | Ita *l.* 12. § 15. περαποσβήσεται, de quo Lucretii illud usurpari poterit, *l.* 3. *Mortua cui vita est prope jam vivo atque videnti.* atque hoc est, quod Seneca *de tranq. c.* 3. *Ultimum malorum censet, ex vivorum numero excedere, antequam mori.*

Χρὴ ἓν ὑπείχεσθαι | Vide Senec. *ep.* 76. *ad lib.* 2. § 2.

Τῷ ἐγγυτέρῳ τῆς θανάτου ἐκάστοτε γίνεσθαι | D. Jun. διὰ τό. Verùm τὸ cum verbo infinito idem valet ac διὰ τό. Alexand. Aphrodis. *problem. lib.* 1. *qu.* 36. τὸ τὸν ἀέρα αὐτὸν ἄερα ποιεῖσθαι. id est, διὰ τοῦτο. *eò quod aër eis circumfusus afficitur.* Theophr. *de causs. plant. l.* 1. *c.* 16. Μεγάλας εὐθὺς διαφορὰς ἔχουσιν οἱ καρποὶ, τῷ ξυλώδεις, ἢ χαύδεις, ἢ ξυεγεῖ, ἢ λιπαρεῖ πλεῖ φύσιν ἔχ. *eò quod vel lignosi, vel terrei, vel sicci, vel pingues sint naturâ.* Idem *ibid. l.* 6. *c.* 5. Εἰ μὴ ἄερα ἢ τοῦ πόρου ὑπολαμβάνει ἄν τις αἴτιον εἶναι, τῷ μὴ ἀρμόττειν. *nisi si quis poros in caussa esse existimaverit, eò quod minùs sint congrui.* quem locum frustra solicitat Clariss. Jul. Scaliger. & *c.* 14. Ἐπεὶ ἢ τὰ γ' ἐν τοῖς ἁλμυρίσι φύονται, διὰ ἔχειν ἁλμυρίδα τινὰ, ἐκ ἄλογον, —— ἵνα ἢ εὐχυλώτερα ἢ βελτίω γίνεσθαι. *eò quòd salsedinem quandam habeant.* Atque hæc de Syntaxi. Sententiam quod attinet; Aug. *de Civit. Dei l.* 13. *c.* 10. *In quo quisque in isto corpore morituro esse cœperit, nunquam non in eo agitur, ut mors veniat. Hoc enim agit ejus mutabilitas toto tempore vitæ hujus, ut veniatur in mortem. nemo quippe est, qui non ei post annum sit, quàm ante annum fuit, & cras quàm hodie, & hodie quàm heri, & nunc quàm paulò ante præpinquior, ut omnino nihil sit aliud tempus vitæ hujus, quàm cursus ad mortem.* Senec. *ad Marc. c.* 20. *Habebit quisque, quantum illi dies primus adscripsit. ex illo quo primùm lucem vidit, iter mortis ingressus est, accessitque fato propior: & illi ipsi qui adjiciebantur adolescentiæ anni, vitæ detrahebantur. — quò facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine latet. incrementa ipsa si bene computes, damna sunt.* Idémq; *epist.* 120. *Quotidie propiùs ab ultimo stamus; & illò unde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit.*

Nam vita morti propior est quotidie. Phædrus *fab. l.* 4. Quod Poeta recentioribus pluribus sic extulit:

Velut secundo vecta navis flumine
Sensim propinquat littori: sic indies
Vivendo morti appellimur propinquiùs.

Hinc Gregor. Rom. *l.* 6. *ep.* 26. *Vita nostra navigationi est similis, is namq; qui navigat, stat, sedet, jacet, vadit, quia impulsu navis ducitur. ita ergo & nos sumus, qui sive vigilantes, sive dormientes, sive tacentes, sive loquentes, sive ambulantes, sive quiescentes, sive volentes, sive nolentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus.*

§ 2. Τὰ ὀπτανόμενα | Quæ & ὀπτηθήμενα dicuntur, *l.* 6. § 36. *Quæ rebus eis, quas vel natura vel ars ex intentione primaria producit, aut casu aut necessariò etiam, sed præter intentionem utriusque superveniunt aut intervenlunt.* Maxim. Tyr. *dissert.* 25. Καθάπερ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν τεχνῶν χειρουργίαις, τὰ μὲν ἢ τέχνη σεσημειώσεως ἕνεκα, ζοχλοποιΐαν τῷ τίλῳ, τὰ δ' ὕπτια τῇ χειρουργίᾳ. ἃ τέχνης ἔργα, ἀλλ' ὕλης πάθη, ἀπορροὰς τε ἐξ ἄκμονος, ἢ ἐκ βαύνου αἰθαλάσεις, ἢ ἄλλο ἐξ ἄλλης πάθος, ἀναγκαῖον μὲν τῇ ἐργασίᾳ, ἃ σεσημείωται ἢ τῆς τεχνίτου· ὅτως ἀμέλει ἢ ὅσα δεῖ γιὰ παθεῖν γίνεται, ἐς καλοῦ κακῶν ἀνθρωπίνων ἐμβολὰς, ἐσ[ε]δέχθαι ἡγητέον ἀναίτιον ἢ πλὴ τέχνῃ, οὖσαι ἢ ταῦτα τῆς τοῦ ὅλου διακυβερνήσεως ὥσπερ τινὰς ὑποπτώσεις ἢ ἀναγκαίας φύσεις. quod idem ferè Philo *de providend.* (habes apud Eusebium *præpar. l.* 8. *c. ult.*) Αἱ μὲν στοιχείων ὑπαλλαγαὶ ταῦτα ἠργάσαντο, ἃ σεσημείωται ἔργα φύσεως, ἀλλ' ὑπόμνημα τοῖς ἀναγκαίοις, ἢ τοῖς σεσημειώσεσι ὑπακολουθήσασι. Idémq; *ibid.* ad Marci mentem aptissimè: Ὅσα ἢ ἀμοιβὴν ἔχοντα ὑπακολουθήματα, ἃ ἔργα φύσεως σεσημείωται, φυσικοῖς δ' ὑποσυμβαίνοντα ἔργοις, ἃ ὕλῃ ἀλλά παρέχει τινὰ ἢ ταῦτα χρείας ἀναγκαίας τοῖς φρονιμωτέροις.

Ἄρτος ὀπτᾶται | Cibus panis pinsitur. Xyl. at panis non pinsitur, sed far vel frumentum ad panem. Varro de *ling. Lat. l.* 4. *Pilam, quod eo far pinsunt. id ubi fit, pistrinum.* & *de re rustic. l.* 1. *c.* 63. *Far, quod in spicis condideris per messem, promendum hyeme, ut in pistrino pinsatur & torreatur.* Idem Nonio laudante, in ταφῇ Μενίππου *Nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinsaret farinam.* Sed nec farina pinsitur, sed far, unde farina fiat. far ergo rescribendum. Sic enim & idem *ibidem* ex *de vita P. R. l.* 1. *Nec pistoris nomen erat, nisi ejus qui ruri far pinsebat.* Verò itaque, panis cùm coquitur. nec sunt insicius Græcis aliud ἄλευρον, aliud ὀπτᾶν sonare. Ex Philochoro Athen. *l.* 14. de Athenien sibus, Ταῖς ὥραις θύοντες οὐκ ὀπτῶσιν, ἀλλ' ἕψουσι τὰ κρέα. contra planè quàm Hebræis indictum, cùm agnum paschalem immolarent, *Exod. c.* 12. *v.* 9. Diogenes etiam eodem *l.* 8. referente, quærenti uter piscis præstaret, *congrus* an *lupus*, ὁ μὲν ἐρυθρὸς, ὁ ἢ ὠχρός. quod nos Angli dicemus, the one boiled and the other broiled. Iraq; si vocabuli Græci significatum peculiarem sequamur, *panes torrere* potiùs, quàm *coquere* diceremus,

& *fruges* quidem *tostas* etiam Latini dicunt, utì & *far* suprà *torreri* Varro. Maro *Æn. l.* 1.

——*fruges*que receptas
Et torrere parant flammis & frangere saxo.

Verùm *panes*, ut nec *pinsire*, sic rariusculè *torrere*, ut plurimùm *coquere* dicunt. Plin. *l.* 18. *c.* 11. *Panis varia genera*; ——*à coquendi ratione, ut furnacei, vel artoptitii, aut in clibanis cocti.* Varro *de vit. P. R. l.* 1. *Cocula, quæ coquebant panem, primùm sub cinere, postea in furno.* Cato *de re rustic. c.* 74. *Panem depsticium, ubi bene subegeris, defingito, coquitoque sub testu.* & *c.* 75. *Libum in foco caldo sub testu coquito leviter.* & *c.* 76. *Placentam videto bene & otiose percoquas.* Vocabulo etiam eodem, Nonio referente, usus est Cicero, quo Xenophontis illud ex *Oeconom.* exprimeret, *ἢ ὃ γῆ ὀπίσω τοῦ ἡλίου, terram ab sole percoqui.*

Πεφυμίαι σοὶ τὼ τεφρὼ ἰδίως ἀναχινεῖ | Ità Naso *remed. l.* 2.

Non facilè esuriens visâ retinebere mensâ:
Et multum saliens incitat unda sitim.

alii *multam.* quid si *nullam* legerimus? ut sit sensus; *sitim suscitat, etiam ubi nulla prius fuerit.*

Τὰ σῦκα, ὁπόταν ὠραιότατά ἐστι, κέχνυε | Naturæ vi scil. sed & artis ope nonnunquam, quæ ἐπιτεχνασμὸς dicta, Theophrast. *l.* 2. *c.* 9. *Ficetis caprificus permiscetur. is culices parit, qui ad ficum adsitam volantes, morsúque crebro ficuum ora* (an *coria*, ut Dalechamp.) *aperientes, atque ità penetrantes, intus solem primò secum adducunt, cerealésque suras immittunt foribus apertis.* Plin. *hist. nat. lib.* 15. *cap.* 19. τὸ χαίρειν autem & de *malis punicis* usurpavit Cassianus Bassus, sub Constantini Cæsaris nomine, ex Africano, *geopon. lib.* 10. *cap.* 30. Ὥστε ῥοιὰς μὴ χαίρειν.

Δρυπεσίοις ἐλαίαις | Δρυπεσίοις, Xyland. alii, δρυπετέσιν. illud potius, si aut notationem respicimus, aut Grammaticis fidem adhibemus. dictas enim δρυπεσίας sive ἐλαίας, sive ἰσχάδας, παρὰ τὸ πίπτειν τὰς ἐν τῷ δένδρῳ παπυρώδεις, monet Eustath. *ad Il. β.* & *Odyss. μ.* & Suidas. at verò δρυπεσίοις, παρὰ τὸ πίπτειν, τοῖς ἀπὸ δένδρου πεπωκόσιν, ὡμοῖς, Hesych. nec dissentit Plinius *hist. nat. l.* 12. *c.* 27. *Drupa vocatur, priusquam cibo matura sit, jam tamen colorem mutans.* & *lib.* 15. *c.* 1. *Quanto maturior bacca, tantò pinguior succus, minusque gratus. optima ætas ad decerpendum inter copiam bonitatémque, incipiente baccâ nigrescere. nostri vocant Drupas*, Græci verò *Drypetas*: vel, ut alii codices, *drypetidas.* Obiter restituenda in Theophrast. de *caussi. plant. l.* 6. *c.* 11. vox δρυπετῆς, vel δρυπεσῆς saltem, ubi perperam in excusis Venet. ὑδροπεσεῖς, Lugd. δρυφορεῖς, legitur.

Τὸ ἐγχυὸς τῇ σήψει | Καὶ γὰρ ἡ δρυπετὴς ἐν σήψει. Theophr. *de caussi. plant.*

Ἰδὼν τι κάλλος | Senec. *epist.* 12. *Gratissima sunt poma, cùm fugiunt. pueritiæ maximus in exitu decor est: deditos vino potatio extrema delectat, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit. quod in se jucundissimum omnis voluptas habet, in finem sui differt. jucundissima est ætas devexa jam, non tamen præceps. & illam quoque in extrema tegula stantem, judico habere suas voluptates: aut hoc ipsum succedit in locum voluptatum, nullis egere.*

Ὅτι σάκχους ὑπὸ κάτω νεύοντες | Quod est granditatis gravitatisque indicium. Plut. *de profect. indic.* Ὅτι μὲν οὖν γεωργοὶ τοὺς σάκχους ἄνδρα ὁρῶσι τοὺς κεκλιμένους καὶ νεύοντας ὑπὸ γῆν, τοὺς δ' ὑπερφυεῖς αἰσθάνονται καὶ ἀγνοοῦντες καὶ ἀλαζόνας. ἔστω δὴ καὶ τοῖς φιλοσοφεῖν βουλομένοις νέοις, εἰ μάλιστα κενοὶ καὶ βάρος οὐκ ἔχοντες, ὀφθῆναι καὶ βάθισμα, καὶ σεσωπηκὸς ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας μεῖζον, ἀφειδέστας ἀπάντων· ἀρχόμενοι δὲ πλησθῆναι καὶ συλλέγειν κρεῖττον ὑπὸ τοῦ λόγου, τὸ συλλεγὲν καὶ φλοιώδες ἀποθέντας. De vite pariter Senec. *epist.* 41. *Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa ad terram, pondere eorum quæ tulit, adminicula deducit.* quò respexit fortàn interpres Anglicanus, qui cùm *uvas* verterit, non σάκχους sed σαφυλὰς legisse videtur. Ità Homer. de loco vitibus consito, *Il. σ. v.* 561.

——σαφυλῆσι μέγα βείθουσα ἀλωλύ.

& de arboribus itidem pomiferis, *Odyss. τ. v.* 112.

——βείθουσι δ' ἀνδρία καρπῷ.

quod Lucret. *l.* 1.

——*crescunt ipsæ, fructúque gravantur.*

sed & de papavere, *Iliad. Δ. v.* 306.

Μήκων ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ
Καρπῷ βειδομένη.——

Segetem autem istiusmodi inter pulcerrima simul ac jucundissima ponit Tragicus nescio quis apud Platon. *epist.* 1. verbis his:

Οὐ χρυσοῦς ἀγλαοὺς ἀναισθάνῃ,
Ἐν σταθμῷ συστελοῦσ' βίῳ,
Οὐδ' ἐλαίας, οὐδ' ἀργύρου κλίνας,
Ἀνθρώπων δοκιμάζουσ' ἀσφάλειαι σοὶ ὄψει,
Οὐδὲ γαίας εὐρυπόρου γόνιμοι
Βείδουσαι αὐτάρκεις γῦαι,
Ὡς ἀλαδῶν ἀνδρῶν ὁμοφρόνων νόησις.

Vide *Psal.* 64. *v.* 12.

Τὸ τῦ λέοντος ὀπισκώνιον | Ἐπισκύνιον nunc in torvitatis indicio. Ità de Leone usurpavit Homerus *Iliad. ε. v.* 136.

Πᾶν δ' τ' ὀπισκύνιον κάτω ἔλαχε· σκότος ὄσσε κάλυψεν.
Lumina demissumque supercilium obnubebat.

de Harpalyco Theocritus *Idyll.* 24. *v.* 116.

—— τὸν δὲ ἂν τάλοθι λάϊνον
Θαρσαλίας τις ἐμοῖσιν ἀναλδέσσει ἐν ἀγῶνι
Τῶν ὀπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπικείσεο σεσωπῷ.
——*procul quem contra nemo tueri*
Constans sustinuit, grave cùm certamen obiret:
Tale supercilium torvæ incubuit faciei,

aliquan-

aliquando & in *gravitatis* ac *severitatis*. ità de Zenone Zenodotus apud Laërt. *l.* 7.

Ζλιῶν σὺ πολιῷ σεμνὸς ὀπισθονίῳ.
Spectandus cano Zeno supercilio.

Cicero *pro P. Sext. Nam quid ego de supercilio dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus reipublicæ videbatur. tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio respub. tanquam Atlante cœlum niti videretur.* Ità τὸν τὰς ὀφρῦς αἰέρσιλα accipio in Diphili illis apud Athen. *l.* 2. ubi vini vim depingens, inter alia,

Τὸν τὰς ὀφρῦς αἰέρσιλα συμπείθειν γελᾶν,

De homine loquitur gravi & severo; non de tristi mœroríſque pleno, ut Victorius vult, *Var. lect. l.* 8. *c.* 1. quandoque in *fastûs* etiam & *superbiæ*. Plin. *hist. nat. lib.* 11. *cap.* 37. de *superciliis: Hæc maximè indicant fastum. Superbia alibi conceptaculum, sed hîc sedem habet. in corde nascitur, huc subit, hîc pendet. Nihil altius simul abruptiúsque invenit in corpore, ubi solitaria esset.* Itaque Demetrius Phaler. referente *l.* 5. Laërtio; μὴ μικρὸν ἔδ μέρος τὰς ὀρρῦς. ὅλῳ γὰρ ὀπισκήπτειν δυνάσῃ τῷ βίῳ. Est autem τὸ ὀπισκήπτειν, (quod vocabulum H. Stephano excidisse mirum, cùm τῶ σκήπτειν tamen meminerit) τὸ ἐπάνω ἢδ ὀρρύων μέρος, ut Eustathius; τὸ ἐπάνω ἢδ ὀφθαλμῶδ ὀρρύδιον, ἢ τὸ μισόφρυον, ut Hesych. vél etiam τὸ συνοφρύωμα τῶ μετώπε, ut Heracleo Scholiastes; *oculis incumbens supercilium*, vel etiam *superciliorum in fronte commissura*. distinctiùs paulò Pollux, *l.* 2. *c.* 4. § 25. τὰ ὑπεράνω ἢδ βλεφάρων, σκήνια. ὅθεν καὶ τὰ ἐπὶ τὰς ὀρρῦς γείσα, ὀπισκήνια. *quæ palpebris imminent, sive palpebrarum partes superiores*, σκήνια *unde* ὀπισκήνια, *suggrundarum instar prominentes circa frontem superciliorum projectus.* quâ ratione Aristot. etiam *de part. animal. l.* 2. *c.* 15. τὰς ὀφρύας καὶ βλεφαρίδας οὐ γείσωμα esse dixit. Et Apul. *de dogmat. Platon. Superciliorum sepes præmunium oculos, nè desuper proruat, quod teneras visiones molleíque perturbet.* Ὀφρῦς *frons*: & indè Latina vox non à *foraminibus oculorum*, ut Isidor. *orig. l.* 11. *c.* 1. aut *quòd in ea siti sint oculi, qui sunt quasi fores & fenestræ animi*; ut Jungus noster *in Psal.* 131. nec à φερυτῆς, *quòd ea fronte contracta indicetur*, ut alii. σκήνιον, *cilium*. & hoc à Græcis deductum: non *à celando oculos*, ut Isidor. ubi suprà. aut à *cilendo*, id est, movendo, ut Balbus in Cathol. Gloss. *Cinum*, ὀπισκήνιον· imò σκήνιον potiùs. quod & *Scenam* dixisse Apuleium *Miles. l.* 11. autumat Scipio Gentil. *parerg. l.* 1. *c.* 37. Vocabuli id, apud Prudent. in Romani martyrio, restituit Scalig. *Auson. lect. l.* 2. *c.* 1.

Cinos supinat, obviæ offert genas.

quo loco *Cinos* perperam legebatur. *Cinum* autem, *cilum*, & *cilium*, inquit Herald. *adverſ. l.* 1. *cap.* 4. σκήνιον *cilium*, ut νίπτον λίπτον, νυμφὴ *lympha*, τριχὰ *trichila*, si Scaligerum sequimur; nam reclamat Salmasius. atque hoc malo, quàm quod Guichard. in *harmon. lingu.* à κοιλὸς, quod est tamen τὸ ἄνωθεν βλέφαρον Polluci. ὀπισκήνιον, *Supercilium*. Plin. loco superiùs laudato: *Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium vocavere: unde & supercilia. Episcynion* etiam è Latinis Tertull. usurpavit. *de pallio c.* 4. *Jamdudum censoriæ intentionis episcynio dispersò.* Aspectûs autem in *Leone torvitas* non est decora minùs, quàm in homine vultûs *gravitas*. Itaq; eos, qui hoc nomine Basilium notabant, perinde facere ait Greg. Naz. in *epitaph.* ex quo mutuatus est Isid. Pelus. *l.* 3. *epist.* 99. ὥσπερ ἂν τὸν λέοντα αἰτιῶτό τις, ὅτι βλοσυρῶδ, ἀλλὰ μὴ πιθήκειον, βλέπει.

Ὁ ἢδ συῶν ἐπὶ τῇ σύμᾳ & βίων ἀφεὶς | de *equo* pariter, ac *cane*. indè tanta pictoribus solicitudo de spuma scitè exprimenda. quo in conatu sortem arti tulisse suppetias, Protogene canem, Nealce equum depingente, autor est Plin. *l.* 35. *c.* 10. quanquam istud Apelli adscribant Dio Prus. *orat.* 63. Et Sext. Empiric. *Pyrrhon. hypothes. l.* 1. *c.* 12.

Σωφρονισμοῦ | Vide quæ ex Augustino adduximus ad *lib.* 2. § 3. sed & eundem *de vera religione c.* 40.

Ἡδίως πως διασωίζεσθαι | *eleganter factum esse*. Xyl. ut vel ἀσείως legerit, vel ἥδιον eodem sensu ceperit. Gloss. Διασωίζειν, *constituo, instituo*. potest tamen istic & in *commendandi* sive *conciliandi* significatu sumi, qui τῷ σωίζεσθαι solennis est. idque secutus videtur Cas. quum vertit, *in quo oblectamentum ac volupe aliquid offendat.*

Ὅσοι γεγραφῆς καὶ πλάσας μιμήμασι διαπρύσιον | Aristotel. *politic. l.* 1. *c.* 4. Τῶ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας, σημεῖον, τὸ συμβαίνειν ὀπὶ ἢδ ἔργων. ἃ γὰρ αὐτὰ λυπηρῶς ὁρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιστα ἡδέως θεωροῦμεν δι' ἀκριβείας χαίροντες· οἷον θηρίων τε μορφὰς ἢδ ἀγεννεστάτων, καὶ νεκρῶν. Plutarch. *de poet. leg. c.* 12. Γεγραμμένων εἰκόνα ἥδιον ἢ θρῆτα σώματον ἰδόντες ἥδόμεθα καὶ θαυμάζομεν, ὡς καλὸν, ὅτι ὡς ὅμοιον. Et mox: Τὸς βοῶν καὶ φόνον τραγῳδίας καὶ πραγμάτων ῥοῖζον καὶ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες, ἐκχαλώμεθα καὶ συγκαίνομεν· ἂν δέ τις πάθους ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παμφίλου τὸν ὦ, καὶ Θεόδωρος τὰς τραγῳδίας, ἥδόμεθα. καὶ νοσοῦντ. μὲν ἄνθρωπον καὶ ὕπνωλον, ὡς ἀτερπὲς θαῦμα φεύγομεν· τὸν δ' Αἰσχρῶν & Φιλοκτήτου, καὶ τὸν Ζηλαίων & Ἰοκάστην ὁμοίως φύσιν καὶ ἀποθήσκοντ. πεποιημένους ὁρῶντες, χαίρομεν. Idem de his gemina habet *Sympos. l.* 5. *c.* 1.

Γεροῦς καὶ γέροντος ἀνδρὸς πνα καὶ ὥρᾳν | Siquidem, præterquam quod de Agathone Euripides olim, ut Plut. in *Alcibiad.* & in *amator.* ἢδ καλῶν καὶ τὸ μετώπου καλὸν· est & in ipsa canitie speciosum quiddam; quam idcirco non minùs esse senibus decori, quàm adolescentibus vires ornamento, testatur Rex sapientissimus, *Parœm. c.* 20. *v.* 29. quo loco pro viribus sapientiam, quæ in ætate illa minùs viget, per-

peram ſubſtituerunt interpretes Græci, dum vertunt; Κόσμος ἡδείας, σοφίας ἄξια ἢ σπουδαιοτέρου, πολιτοῦ. Nec omittendum Chryſippi illud, qui inter virtutis opera ponit, *lib. de Jove*, τὸ ἐπιτηδείως ἀποχρῆν ἀνδρὶ σωφρονικῷ γεγονότι. quaſi τὸ ἐπαφρόδιτον aliquid etiam iſtiuſmodi ſilicernis ineſſet. ἢ τὸ σωφρόνως ἀνδρὶ σωφρονοῦντι ἀποτείνασθαι σπουδήν. quod certè majus quiddam meritò duci poſſet, quam σύφρονι ὀφθαλμοῖς παιδιὰν δοῦναι. Utrumq; refert Plut. *de Stoic. Contradict. c.* 9. & *de commun. notit. cap.* 3.

Τὸ ἐν ποσὶν ἐπαφρόδιτον] M. Caſ. quare πᾶσιν legere voluerit, cauſſam nullam video. rectè Xyl. *puerorum, amori aptum, florem.* ſive, *quicquid in pueris voluptatis poſit*, quod in animis impudicis fœdum accendere poſſit amorem. opponitur enim τὸ ἧσσ παίδων ἐπαφρόδιτον, τῇ ἧσσ μεγίστων ὥρᾳ.

Σώφρονι ὀφθαλμοῖς] Sophocles in prætura Peſiclis collega cùm prætereuntis pueri formam impenſiùs laudâſſet, Pericles, Ὦ Σοφόκλεις, inquit, ἃ χεῖρας μόνον δεῖ καθαρὰς ἔχειν τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμούς. Plut. *Pericl.* quod in *vitis Rhetorum* tamen Iſocrati ab eodem (ſi idem ſaltem eſt, quod ego nullus credo) tribuitur. id eſt, vertente Cicerone *offic. l.* 1. *At enim prætorem, Sophocles, decet, non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Et Valerio Max. latiùs diducente; *l.* 4. *c.* 3. *Prætoris non ſolùm manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.* quod καθαρὰς ὅλους Plutarch. id σώφρονας ὀφθαλμοὺς noſter iſtic. quod oculos tales habere illi, id Strobæus, ὅλην ἔχειν παρ' ἑαυτῷ. qui tamen τὸ τῆς σώφρονος vocabulum non omiſit prorſus. ità enim extulit *tom.* 2. *ſub tit.* 17. Ὦ Σοφόκλεις, τὸν σώφρονα στρατηγὸν ἃ μόνον τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ ὅλην ἔχειν παρ' ἑαυτῷ δεῖ. Nam quod Eraſm. *l.* 5. *in Peric. apoph.* 21. *linguam continentem* reddit, non video, quâ ratione motus id fecerit. Opponuntur autem iſtis à Petro *epiſt.* 2. *c.* 2. *v.* 14. ὀφθαλμοὶ μεστοὶ μοιχαλίδος· quales notat, vetátque Dominus apud Matth. *c.* 5. *v.* 28. Scilicet ut Clemens Alex. *pædag. l.* 3. *c.* 11. Περὶ γὰρ παιδὸς τὸ σῶμα σῶφρον διαφυλάσσεται οἱ ὀφθαλμοί. *Et impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius.* Aug. *epiſt.* 109. videndus cum primis. Indè ſcitum illud Rhetoris cujuſdam, qui impudicum an impudentem quendam dixit, ἃ κόρακα, ἀλλὰ πόρνας ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔχειν. Plut. *de verecund.* Lulit nimirum à vocabuli vario ſignificatu, quod & *puellam*, & *pupillam oculi* deſignat: quomodo & Cynicus, qui Didymoni medico adulterii nomine infami virginis cujuſdam oculum curanti, Ὄρα, inquit, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, πλὴν κόρην φθείρῃς. Laert. *lib.* 6. in *Diogene.*

Οὐ παντὶ πιστά] *Non cuivis credibilia.* interpres uterque. malim, *non cuivis grata.* gratiam, decorem, venuſtatem, voluptatem ſuprà inculcaverat. πιστὸν, *gratum, blandum, lepidum, elegans.* hujuſmodi enim cum primis ſunt perſuaſoria. unde dictum Ariſtot. τὸ ἡδὺ πάντας ὀλισθαίνειν συναπάγει. Laërt. *l.* 5. Grammaticus quidam à Budæo laudatus; Πιστὸν ἡδύ, τὸ ἁδὺ, καὶ τὸ πρὸ ὀφθαλμῶν πεῖθον θαυμάζειν. Lucian. alicubi, πολὺ τὸ πιστὸν καὶ ἀπατηλόν. *blanditiæ multum & illecebræ.* Ariſtid. καλοὶ γὰρ ἅπαντες κόσμοι καὶ μάλα πιστοὶ τῷ πλήθει. *plebi grata.* Gregor. Naz. στηλ. 1. Καὶ ὧν λίαν ἀνάνδρωτον αὐτῷ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ πιστὸν βίαιον. De Phœace Plut. in *Alcib.* Ἐντυχιστικὸς γὰρ ἦν καὶ πιστὸς ἐθέλειν μᾶλλον, ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δίκῃ δυνατός. *blandus magis ac conventibus privatis idoneus, quàm forenſia certamina potis ſuſtinere.* de Alcibiade item. τῇ δὲ φωνῇ πλὴν τραυλότητα ἐμφῦναι, καὶ τῷ λάλῳ πιστότητα προσρέειν, χάριν ἐπιτελοῦσαν. *linguæ blefitatem decuiſſe ſatis, & gratiam haud injucundam ſermoni præbuiſſe.* Ità capiendum opinor illud Apoſtoli *ad Coloſ. c.* 2. *v.* 4. ἵνα τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. *ne quis vos verbis blandis*, ſive *ſermonis blanditiâ ſeducat.* ut ſit idem ferè ἐν πιθανολογίᾳ παραλογίζεσθαι quod διὰ χρυσολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατᾶσθαι eidem *ad Rom. c.* 16. *v.* 18. quanquam & ad dictionis elegantiam, & artificium rhetoricum referri poſſit: de quo Baſil. *in hexaem. orat.* 3. Ὅσῳ τὸ ἐν τοῖς σώφρονι κάλλος τῆς ἐπιεικοῦς στηριότερον· τοσοῦτον καὶ ἧσσ ἡμετέρων λόγων πρὸς τὸν ἔξωθεν τὸ διάφορον. οἱ μὲν γὰρ κατακαμπὲς τὸ πιθανὸν τοῖς λόγοις ἐπάγουσι· ἐνταῦθα δὲ γυμνὴ τεχνασμάτων ἡ ἀλήθεια φέρεται. *Sublimitate ſermonum*, Vulg. interpres reddidit. *ſermone blando*, Bud. *fuco ſpecioſo rationis humanæ*, Vatabl. *ſermonis probabilitate*, Leò Jud. & Beza. quibus non repugnaverim prorſùs, quia πλειστοῖς σωτῆρος *verſ.* 2. præceſſerat. malim tamen *ſermone plauſibili*, aut *perſuaſibili.*

Καὶ τὰ ταύτης ἔργα] *Et omnia ejus opera.* M. Caſ. ac ſi eſſet, καὶ τὰ πάντα αὐτῆς ἔργα. quod non eſt neceſſe.

Περιπεσεῖται] leg. περιπεσοῦσι' *multa ejuſmodi occurrent.* quod interpretes cùm non adverterent, clauſulam iſtam parùm commodè cum præcedentibus commiſerunt.

§ 3. Ἰατρικῆς] Idem de medicis in genere. *l.* 4. § 48.

Πολλὰς νόσους ἰασάμενος] *Quum multos ſanâſſet morbos.* Xyl. malim, *ſuſtuliſſet.* Celſ. *præfat. l.* 1. *quia non interſit, quid morbum faciat, ſed quid tollat.* Naſo *Ponti l.* 1. *eleg.* 4.

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.

Οἱ χαλεποὶ] De prognoſtis gemina, *lib.* 8. § 25.

Ἀλέξανδρος καὶ Πομπήϊος] De *regibus, imperatoribus, tyrannis* in genere itidem *l.* 4. § 48. & *lib.* 6.

lib. 6. § 47. Basil. Cæs. in illud, *Attende tibi.* Περιελήλαται πρὸ σοῦ σῦ ἐν ταῖς ὁμοίοις ἀπειρασίαις ἐξεπαδίσμ. πρὸ οἱ τὰ: πολυπαῖς δαιμονίας ἀπελαλημθροι; πρὸ οἱ δυσμαχόπλοι ῥίπτοις; πᾶ οἱ τὰς παιηγύρεις διαπέτλες; οἱ λαμπροὶ ἱππότροφοι; οἱ σεφτηροί; οἱ σατεφίσμ; οἱ τύραννοι; ἡ πάνλα κόνες; ἡ πάνλα μάδος; ἢκ ἐν ὀλίγοις ὄσιοις τὰ μεμιδσωμα τῆς ζωῆς αὐτῆ; Vide *lib. 6.* § 22. Menander in *certamine cum Philistione an Philemone* à Jan. Rutgersio *var. lect. l.* 4. evulgato.

Ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτὸν ὅστις εἶ,
Ἐμβλεψον εἰς τὰ μνήματ', εἰς ἀδυπνοῦς.
Ἐνταῦθ' ἔστιν ὀστᾶ καὶ κόφη κόνις
Ἀνδρῶν βασιλέων, καὶ τυράννων, καὶ σοφῶν,
Καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ ῥώσει καὶ χρήμασιν,
Αὐτῆς τε δόξη, καὶ κάλλει τῆ σωμάτων·
Καὶ οὐδὲν αὐτῆς τῆς δ' ἐπίκεται χρόνου.
Κοινὸν τὸν Ἅιδην ἔχουσι πάντες βροτοί.
Πρὸς ταῦθ' ὁρῶν γένοιο σωφρὸν, ὅστις εἶ.
Novisse si vis, qualis aut quisnam sies;
Hominum sepulcra, quæ secus viam, inspice.
His ossa, pulvis atque inanis claudit ur,
Regum, tyrannorum, & virûm sapientium,
Superbientûmque opibus & propagine,
Suâque gloriâ, atque formâ corporum.
Communis est dis omnibus mortalibus.
Hæc intuendo discito qualis sies.

Cur autem τῆς σωμάτων *corporum* αὐτάλξει malim quàm *corporis* cum Rutgersio & Grotio reddere, discas licet ex *annotatis ad l.* 1. § 16. περὶ σωμάτων ὄρεξις. certè antithesis illa inter αὐτῆς δόξαν, & τῆς σωμάτων κάλλους, sensum eum quem ibi posui, exigere videtur. alioqui per metri rationem nihil obstabat, quo minùs tam τῆ σώματ- quàm τῆς σωμάτων dicere potuisset. Ὅλας πόλεις ἐρήμους τοσαυτάκις ἀνελόντες, καὶ πολλὰς μυριάδας κοιλακόλαντες.

Ἡράκλειτος | De *philosophis* in genere pariter *l.* 4. § 48. & *l.* 6. § 47. & *l.* 7. § 19. & *l.* 8. § 25.

Περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως | Ità Laert. *l.* 9. ex Heracliti sententia, Ἕνα δὴ τὸν κόσμον, τῆ πυρὶ διαδῦναι καὶ πάλιν ἐκ πυρὸς συστῆναι τὸν σύμπαντα αἰῶνα. Ab Heraclito forsan Stoici. Vide Lips. *Physiolog. Stoic. l.* 2. *c.* 22, 23. nec nostri dissentiunt, nisi quòd *conflagrationem unicam* duntaxat agnoscunt. Vide Petr. *epist.* 2. *cap.* 3. *vers.* 7, 10, 12, & quæ congessimus in *Orat. de Noæ obedientia in Hebr. cap.* 11. *v.* 7.

Τέλειος τοῦ ἔτους πλημμυρὶς | Festivè; hominem qui *de mundo igne absumendo* primus dogma protulerit, ipsum *aquâ* interiùs *inundante oppletum*, diem extremũ obiisse. *Aquâ oppletum* certè obiisse consentiunt plerique, ab aqua, quâ opplet? sit, non desunt qui negent. Siquidẽ, ut Laert. *l.* 9. refert, pleriq; aquâ intercute cùm laboraret, à medicis aiunt quæsiviſſe, εἰ δυνατὸν ἐξ ὑπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι, *num ex diluvio siccitatem inducere possent.* Atq; ità Plut. *in præc. salub.* quod cùm illi quid vellet non intelligerent, in boum stabulũ condidisse se fimo circumquaq; obrutũ, quo humorem, si id fieri posset, evaporaret. id cùm neutiquam succederet à morbo interiisse. Hermippus verò medicos percontatũ esse, *numquis eorum compressis intestinis humorem educere valeret.* quod fieri posse negantib⁹, ad solem stercore bubulo oblitum, vel obrutum potiùs, ipsum se exposuisse. ità decumbentẽ, ab exiccato induratóque fimo convulsis artubus diem obiisse, Tatianus; à canibus dilaceratum esse tradit Neanthes. Cæterùm Hippobotus & Aristo etiam, referente Sotione, hydrope curatâ, superstitẽ, alio nescio quo morbo interiisse, in scriptis suis sunt testati.

Ἀμύκητον δὲ οἱ ὀθνεῖοι | Atqui Laert. *l.* 9. ex Hermippo, senio confectum duntaxat obiisse, cùm animâ penè defectâ panis è furno calidi vapore per triduũ in vita se continuisset, quo Cerealibus superstes esset. de pediculis nè ꝑvù quidem. cùm tamen *l.* 1. Pherecidẽ juxta quosdam morbo fœdo hoc periisse. quod cum epistola ipsius ad Thaletem data, tum & Aristoteles confirmat *histor. animal. l.* 5. *c.* 31. & *l.* 3. ex Philone & Myroniano de Platone idem retulerit, unde *Platonis pediculi*, in proverbium abierint. de aliis qui pari fato defuncti sint Plin. *hist. nat. l.* 11. *c.* 33. & alii. de Democrito nusquam legisse memini. Lucretius etiam contrà *l.* 3. & ex Lucretio Lactant. *institut. l.* 3. *c.* 18.

Denique Democritum postquam maturo vetustas
Admonuit memorem motus languescere mentis,
Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse.

déque eodem Anton. *Meliss. l.* 1. *c.* 58. (quo autore tamen, nescio) ὅτι γεωίοις καὶ λιθάργῳ ἀπεπνίγη, εἰς ἀγένυλον, ἀδὴν με, ἔφη, ἐξαπατήσαι ἡ φιλοζωία, καὶ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ βίου. Quæ cum Laërtii narratione haud planè conveniunt. Cæterùm etiamsi diversa à se invicem de Democriti obitu tradant autores isti, at à Marco istîc omnes dissentiunt.

Σωκράτην δ' ἄλλοι φασὶν | *Falsum est*, inquit Xyland. itaque substituit, *historiam* (uti ait) *secutus, Socratem cicuta absumpsit.* Verùm illud, ἄλλοι Xylandr. monere poterat, de *aliusmodi pediculis* Marcum locutum, qui philosophum illum sustulerint. Anytum mirum nũ & Melitum voluerit; quos *pediculos* non absurdè nominat, quasi animalcula vilissima, nulli prorsus usui, nisi hominibus infestandis & conficiendis. Nec abludit quod Epictetus *l.* 2. *c.* 9. Οἱ μὲν ἡμῖν μεγάλα θηρία οἴονται οἱ δ' ἀνθρώπους καὶ μαγείρους, ἀφ' ὧν ἔξεστιν ἀποθνῆσκειν, λέοντα μὲ καὶ φάγρον. Tyrannos & militares viros *leonibus, lupis*, animantibus feris, sed generosioribus aut robustioribus confert; sycophantas, delatores, & id genus hominum, *animalculis vilissimis*, sed noxiis, cujusmodi sunt *viperæ, vermiculi*, &c. De lenonibus patia Plautus *Curcul. act.* 4. *sc.* 2.

Item

Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo,
Uti muſcæ, culicesque, pedesque, pulicesque.
Odio & malo & moleſtiæ, bono uſui eſtis nulli.

Ubi *pedes* pro *pediculis*, quod & Non. Marcellus ità alibi uſurpatum monuit. Sed & de paraſitis atq; adulatoribus feſtivè admodum Anaxilaus apud Athenæum *l.* 6.

Ἐστὶν ἡ κόλακες ἅττ' ἐχῖνοι θαλάττιοι
Σκώληκες· εἰς ὃν ἄκρατον ἀνδρώπων τρόπον
Ἐσδῦς ἕκαστος ἐδίων καταμύρεται,
Ἕως ἂν ὦσι τοῦ πλοῦτον, ὑπολείπῃ κενόν.
Ἐπειδὰν δὲ μὴ λάμῃ δίκην· ὁ δ' ἕτερος δάκνει.

Adulatores, quos adulant, divitum
Sunt veluti vermes. namque in hominem ſimplicem
Seſe inſinuando, huic aſſidentes exedunt,
Triticeum ut granum, donec vacuefecerint.
Ità hic jam gluma eſt: ille alios admordicat.

Ἐπίπλους, ὑπόπλους, κατάχθος ἔκπλοι | *Navigationi vitam* confert: (quâ imagine uſus eſt & Epictetus *Enchir. c.* 7. exhibendus *infr. ad* § 5. ſed aliâ ratione) *mortem portui.* quomodo & Plut. *de tranquill.* Ἔγκλινε δὲ λιμένι, καὶ πάρεσκε ὑπονήξασθαι τῷ σώματι, ὡς ἂν ἐφολκίδι μὴ βαρυνθέντι. Juncus itidem *lib. de ſenect.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 113. Δοκεῖ δέ μοι ἐκφυγεῖν αὐτὸν (ὅ, τε γέρων ἀπολαύων, καὶ ὁ νέος) ἀναπλεῦσαι τοῖς ἀγωνιζομένοις δρόμον, ἢ τοῖς πάλαι· καὶ ὁ μὲν διανύσαι τὸ μέγα πέλαγος, ὅταν εἰς λιμένα τὸν βίον, κατάσχῃ ἐπί τινα λιμένα, τὸν καλούμενον θάνατον· ἀπίσω τῆς γῆς· ἢ τι διανοεῖσθαι ἐν τῷ σκάφει, καὶ τῷ σχεδίᾳ τυχόν, ἀποτάττεται τοῖς ἀγῶσιν. ὅδ' ἕτερος ἐν αὐτῷ τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης διεφθάρη, καὶ διανύσαι τὸν προκείμενον αὐτῷ πλοῦν, οὗπερ ἕνεκα πολλάκις ἐύξατο. ἅτε πρέχον ἐν τῷ σκάφει, κλαπησόν, ἀσφάλειαν ἐξεκομίσθη. Et Junco ſaniùs Seneca *epiſt.* 70. *Noviſſimè inciperi oſtendi publicus finis generis humani. Scopulum eſſe illum putamus, dementiſſimi? portus eſt, aliquando petendus, nunquam recuſandus. in quem ſquis intra primos annos delatus eſt, non magis queri debet, quàm qui citò navigavit. alium enim, ut ſcis, venti ſegnes ludunt ac detinent, & tranquillitatis lenteſſimo tædio laſſant. alium pertinax ſtatus celerrimè perfert. alios vita velociſſimè adduxit, quo veniendum erat etiam cunctantibus: alios macerauit & vexit.* Vide eund. *ad Polyb. c.* 28.

Ἐπίβασις | Ἐπιβαίνειν, *navem conſcendere.* Apud Suidam autor innominatus; Ἐπίβασις ἡ πρὸς τὰς ἐπιβάσεις τοῖς ἐπιβάταις. Liban. *orat.* 11. Ὅτε τὰ μὲν ἀναπαύσαιτες, (f. ἀναπαύσαιτες) τὰ δ' ἐν πλάσμασιν ἐπέβαινον εἰς τὰς ναῦς ἐν ὁρμαλιοῖς Κυπείων· τὰ παλαιὰ μὲν ὡς νεωρὰ φερόμενοι· τὰ δ' ἀρχαῖα δεξάμενα πλοῦ πίσω ἐν τῇ δεξῇ πρὸς ἀρχαίων ἀφίνες ut partim accelerando, partim reſtituendo, evexerint ad naves, &c. Morell. imò, *ut biſce revulſis, illis ſubſtitutis, naves conſcenderint.* de ſimulacris loquitur per fraudem ſubreptis.

Ἐπὶ τὸν ἐφ' ἕτερον βίον | Ità de ſtatu animarum poſt mortem ambigendo paſſim Marcus ſermonem inſtituit. Vide *ad l.* 4. § 14. & *l.* 7. § 32. Sed & Plut. *ad Apollon. pag.* 190. quem: quia prolixior eſt in hoc argumento, tranſcribere piget. Sen. *epiſt.* 71. *Aut in meliorem emittitur vitam, lucidius tranquilliúſque inter divina manſurus: aut certè ſine ullo futurus incommodo, naturæ ſuæ remiſcebitur, & revertetur in totum.*

Παῖσαι πόνων | Gemina his habes *lib.* 6. § 28. Θάνατος πόνων ἀπόλυσις· ἀλλὰ καὶ τελευτὴ λυσιπόνου Pindaro dicta. Plut. *ad Apollon.* & *ibid.*

Ἄλγος γὰρ οὔτις οὐκέτ' ἄψεται νεκρῶν.
Nam morte functos nullus attingit dolor.

quod Æſchylo tribuit Stob. *tom.* 2. *tit.* 121. & Sophocl. *Trachin.*

Τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προσγίνεται.
Nam morte functis nullus aſſequitur labor.

Lucret. *l.* 3.

Tu quidem, ut es lecto ſopitus, ſic eris ævi
Quod ſupereſt, cunctis privatus doloribus ægris.

Senec. *epiſt.* 24. *Mariar? hoc dicis, deſinam ægrotare poſſe; deſinam alligari poſſe; deſinam mori poſſe.* Cæſar. apud Salúſt. in *Catilin. Mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſolvere: ultrà neque curæ, neque gaudio locum eſſe.*

Καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενον | Πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνέχεσθαι, *dolores voluptateſque ſuſtinere* quaſi non ſit minor moleſtia iſtis, quàm illis diſtineri. Certè quo modo Terentiana illa parturiens, *Adelph.* 3. 4.

— Miſeram me; differor doloribus:

eodem planè Plautinus adoleſcens, gaudii prægnans, *Trucul.* 4. 1.

— ut ego lætus ſum, & lætitiâ differor!

diſertè Seneca *epiſt.* 39. *Quis hoſtis in quemquam tam contumelioſus fuit, quàm in quoſdam voluptates ſuæ ſunt? quorum impotentiæ atque inſanæ libidini ob hoc unum poſſis ignoſcere, quod quæ fecere, patiuntur.* Celebre eſt Antiſthenis illud, Μανείην μᾶλλον, ἢ ἡδεσθείην. *Inſanire dictu potius, quàm voluptate affici.* Refert Laërt. *l.* 5. & Sext. *comment. l.* 10. *c.* 2. & *Pyrrhon. hypotheſ. lib.* 3. *cap.* 22. Hinc Clemens *Strom. l.* 5. & ex Clem. Euſeb. *præpar. lib.* 13. *c.* 13. Ἀντισθένης ἢ μανείην μᾶλλον, ἢ ἡδονῇ εἴξειέ τινι. Et ab eadem mente Senec. *epiſt.* 82. *Malè tibi eſſe malo, quàm molliter.* Sophocles itaq; jam ſenex, cùm ab eo quæreretur, num rebus Venereis adhuc uteretur, Εὐφήμει, inquit, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενίστατόν μοι τοῦτο ἐπέφυγον, ὡσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Bona verba, mi homo: libentiſſimè iſtinc, tanquam à domino agreſti ac furioſo profugi. Plato *Polit. l.* 1. Cicer. *de ſenect.* Val. Max. *lib.* 4. *cap.* 3.

*cap.*3. Plut. *de avarit.* & *de sene polit.* Clemens *pædag. l.* 2. *c.* 10. Stob. *tom.* 2. *tit.* 113. ubi videnda etiam Junci de eodem argumento dissertatio. Quod autem ille senectuti beneficium tribuit, morti Marcus hîc, & quidem meritò magis, adscribit. Spectat horsum Cratetis festivum illud, quod Laërt. *l.*5. & Suid. in *Crat.* exhibent.

Ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δ' οὐ νύ, χρόνος·
Ἐὰν δ' τέτταρις μὴ δυῷ χρήσθαι, βρέχει.
Fames amorem sedat; aut saltem dies:
Si non medentur ista, idem laqueus facit.

Λαγῳδὸν τοσοῦτῳ χείρονι | Plut. *ad Apollon.* Ὁ μεγαλοψυχότερον βίον μετειληφὼς, ἀπαλλαγεὶς τῆς τοῦ σώματος λατρείας, καὶ ἥδιστον ἀτρύτων ἕνεκα τούτου φερυπόδων καὶ συμποδῶν. Et *ibid.* Τὸ μὲν διαλαθάνειν σφᾶς καὶ τοῖς πολλοῖς ταύτης διάγειν, ὑφ' ἧς κατακωμῳδεῖται ὁ νοῦς τῆς ἀνοήτου ἀναπλάτου φλυαρίας, εὐδαιμόνιον καὶ μακάριον. quo loco & ex Platonis *Phædone*, ἀσχολίας καὶ φλυαρίας recenset varias, quibus servitii hujus ratione obnoxia fit anima. Cujus illud inter alia: Μυρίας ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα. Vide Senec. *epist.* 65. *supr. ad l.*2. § 2. vide & *infr. l.* 6. § 28. Sed & Gregor. Naz. *ad l.* 2. § 1. τῷ χείρονι συνοδεῖν. & Tertull. *ad l.* 7. § 66. Hinc querulæ voces illæ quorundam apud Epictetum *dissert. l.* 1. *c.* 9. ἐκπίπτομεν ἀεὶ τῷ σωματίῳ τούτῳ δεδεμένοι, καὶ τοῦτο τρέφοντες, καὶ ποτίζοντες, καὶ ἀναπαύοντες, καὶ καθαίροντες, εἶτα δι' αὐτὸ συμπεριφερόμενοι πίσσῃ καὶ τοῖσδε. Ipse apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 119. Θαυμαστὴ ἡ φύσις, καὶ ὡς φησι Ξενοφῶν, φιλόζωος. τὸ γὰρ σῶμα, τὸ πάντων ἀνδριαντῶδες καὶ ῥυπαρώτατον, τέρπεται καὶ θεραπεύεται. Εἰ γὰρ ἔδει πίνειν μόναις ἡμέραις θεραπεύειν τὸ τοῦ γείτονος σῶμα, οὐκ ἂν ἐμεμέμψατο. ἔστι γὰρ οἷον ὅτι, ἕωθεν ἀναιρήσῃ, πείθειν τοὺς ὀδηγοὺς καὶ ἀλλοτείους, καί τι ἧττον ἀναγκαῖον ποιήσαντα ἀπογλύψαι ἐκεῖνα τὰ μέρη. τῷ ὄντι θαυμαστὸν δὲ φιλεῖν θέαμα, ὦ παιδία λειτουργοῦμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. νεῦσον τουτονὶ τὸν δυλακον· εἶτα κυνῷ. τί τούτου βαρύτερον; ἀλλὰ θεῷ δεῖ με ὑπηρετεῖν. διὰ τοῦτο ὠθῶ, καὶ ἀπέχομαι λέων τὸ δύσχρηστον τοῦτο σωμάτιον, χορτάζων, σκέπων· ἕως αὐτὸς εἴπῃ, Ἄφες αὐτὸ ἤδη, καὶ μηκέτι σπέρμα ἔχε. ubi ναῦσα Gesnerus vertit, *farcio.* cùm *farcio* potiùs debuisset. hoc est enim, non illud, licèt usitatum minùs, τὸ παίζω, quod & τὸ σάττω, infercio. Sed & istud forsan autor ipse usurpaverit.

Τῷ ἀγγείῳ | Corpus ἀγγεῖον sive *vasculum* appellat, quomodo σκεῦος Apostolus *ad Thessal. epist.* 1. *c.* 4. *v.* 4. Neque enim Estio nostro *in decalog. leg.* 7. accedo, qui τὸ σκεῦος sive *vas* vult eo sensu ibi accipi, quo apud Comicum sumitur, in *Pæmil. act.* 4. *scen.* 2. ubi Milphio:

Facio quod manifesto mœchi haud fermè solent.
—— refero vasa salva.—

Ità *anima vas, corpus*, Lucretio *l.* 3.

—— corpus, quod vas quasi constitit ejus.

Cicer. *Tusc. l.* 1. *Corpus est quasi vas animi, aut aliquod receptaculum.* Idémque *Lactant. l.* 7. *c.*12. Vide & *l.* 10. § 38. & *l.* 12. § 2. M. Cas. *domicilium* sive *ædificium* vertit; quod à Marci schemate longiusculè abscedit.

Ἧττον τὸ ὑπηρετῆσαι | Xyl. *quinetiam quod servivit, id supercrit.* Verùm hoc Marcus hîc non asserit. in priore membro tanquam incertum posuit. in posteriore, quasi non superesse dato, qui futurum tunc sit, differit. Locus est proculdubiò perperam habitus. Legendum opinor vel, ἧττον, *quo illud quod inservit præstantius est*: vel, ἢ [ὃ] ἧττον τὸ ὑπηρετῆν; *annon præstantius est id quod inservit?* firmare videntur, quæ sequuntur. Senec. *epist.*65. *Major sum, & ad majora genitus, quàm ut mancipium sim mei corporis: quod equidem non aliter aspicio, quàm vinculum aliquod libertati meæ circumdatum.* Vide & *infrà lib.* 5. § 21. & *lib.* 11. § 19. Verùm D. Boot. mavult, ἧττον δεῖ τὸ ὑπηρετεῖν & exponit, *quod inservire debet.* ut τὸ λαγῳδεῖον animo, τὸ ὑπηρετεῖν corpori adscribatur. M. Casaub. ὅσῳ ἧττον τὸ ὑπ' *desines vasculo inservire tantò deteriori, quantò id quod inservit præstantius existit.* At clariss. Salmas. hæc mutilata suspicatur; cùm in autore isto disjunctivum ἢ non reperiatur, quin præcedat ἤτοι. ex insequentibus itaque sententiâ suppletâ, locum totum sic reconcinnat, ἤτοι γὰρ ἄλλο ἔργον ἔστιν, ὁπόταν μὴ πρὸς ἀναφορὰν ἔσῃ τι κοινωφελὲς ποιῶν· ἢ ἧττον τὸ ὑπηρετοῦν· *aut aliud quod agas, non habes, cùm relationem non facis ad aliquid in commune profuturum; aut quod servire debet in te dominatur.* ἧττον τὸ ὑπηρετοῦν, *superiores fert, superat.* Grammatici ἀπειθεῖναι ἀπειθῆσαι interpretantur: unde ἀπειθεῖναι τῆς πόλεως. & ἀπειθήσαντες, ἀπειθήσαντες. Incertus autor apud Suidam; ὥστε ἐπίσης ἀπειθοῦσι σφίσιν ὑπομεῖναι καὶ ἀμύνασθαι πειρᾶσθαι. Accederem libens, nisi obsturet, quod de animæ statu post mortem sermo instituatur. itaque ἐπίσχω, animúsque inclinat potiùs ad sententiam D. Bootii, si liberiùs refingendi detur licentia, ut legatur, ὅσῳ εἰκὸς ὑπηρετεῖν. *quod inservire æquum esset.* viderint alii.

Νῆς καὶ δείμων | Vide *suprà ad l.* 2. § 13.

Τῷ καθαρῷ | Vide *ad lib.* 2. § 2.

§ 4. Ἐν τῇ ἀπὸ ἑτέρων θεραπείᾳ | Curiositatem coercet. ut *suprà* § 2. § 8, 13.

Ἤτοι γὰρ ἄλλο ἔργον ἔστιν — ποιεῖ ἐπιβάλλεσθαι τῆς τοῦ ἰδίου ὑγιεινοῦ ἀπεχθησόμενος lego: ἢ τοι γὰρ ἄλλο ἔργον πάρεστι, vel ἢ γὰρ τοῦ ἄλλο ἔργον πάρεστι. quanquam vir eruditus, quod suprà monuimus, antegressis ista interferit. At D. Bootius pro ἤτοι vult ἧττον legi. *debortatur*, inquit, *ab inquisitione in alienos mores. poterat aliquis quærere, quid in eo mali? occurrit, damnum esse præsentaneum; quia jam, eodem videlicet temporis spatio quod id facis, privaris tuis impedi-*

ris

ris ab alio opere. quod autem opus id sit, mox declarat, ὦ τῶ ἰδίω ἡγεμονικῶ σοφιστῶν. Verùm de istis aliorum judicium esto.

Τυτθί, φαυλίζομεν | Σολοικοφανὲς sive ἀσυμβόλλητον, ἢ ἀναπόλογον esse videtur; quod locutionis genus apud autores etiam celebriores occurrit quandoque, atq; in hoc quali tumultuario & αὐτοσχεδιαστικῶ scribendi genere jure veniam mereatur: in pagina Stoica praesertim; cùm his Chrysippus *de rhetor. l.* 1. permiserit, autore Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 25. ἢ συλλογισμὸς, ἐφ' οἷς ἄλλοι ἂν ἁμαρτάνοντας ἐν ὀλίγοις, *etiam Solecismos eos admittere in scriptis suis, quorum alios haud paucos disputaret.* Verùm sic Homer. *Il. β'. v.* 350.

Φημὶ γὰρ ἂν κλαῖσαν Ἀχαιΐδες Κρηταιῆναι, &c.
Ἀσχήμονα ἐπιθεῖσ', ἐναίσιμα τήμιλα φαίνων.

Et ibi Eustath. ex Euripide:

Πάλαι μ' ἐξερωτᾷσι Θῆλυν
Σχολή μ' ἀπέχει. — &c. — πολλὰ δ'
Πάλαι σφενδόνησ', ἐ πόνι πολλὰ ἐπ' ἐμοί.

Terent. *Eunuch. act.* 5.

P. *Cur ergò in his ego te conspicor regionibus?*
T. *Vobis fretus.* — Idémque
Nos omnes, quibus est alicundè objectus labor,
Omne quod est interea tempus, priusquam id resciscitum est, lucro est.

Hujusmodi videntur esse in sacra pagina, illud Lucæ *Evang. c.* 22 *v.* 20. Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Illud item Joannis *Apoc. cap.* 1. *v.* 5. Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, &c. & mox: τῷ ἀγαπήσαντι, καὶ λύσαντι ἡμᾶς, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείς καὶ ἱερεῖς. Sed & illud ejusdem *Evang. cap.* 1. *vers.* 14. Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. de quo tamen loco Beza videatur, qui prius membrum παρένθεσιν facit; & Heinsius ad Nonnum, qui cum Theophylacto πλήρη legit. Illud etiam Pauli *ad Coloss. c.* 3. *v.* 16. Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς, &c. Syntaxin denique huic geminam habes & *l.* 4. § 48. ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, ὁ μὲν τοῦτον κυδάζουσι, &c. & *l.* 8. § 31. Ἀυλὰ Ἀυγέτι, χωὐ, δυγάτερ — ὅλης αὐλῆς δεύεσθον. Verùm potest istîc, non parenthesis ab autore, sed metathesis sive transpositio ab excriptore, subesse. atq; in hanc demum ipse partem propendeo; totámq; periochen ità existimo & esse concipiendam, & à Marco ipso fuisse conceptam: Μὴ καταπλήττῃς τὸ ἀπολιπόμενον τοῦ βίου μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις· τυτθί, φαυλίζομεν τί ὁ δεῖνα πράττει, καὶ ἵνα τί λέγει, καὶ τί ἐνθυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἢ γὰρ τὰ ἄλλα ἔργα τήμενος, πρὸς ἀπορρήτους τῆς τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ παρατηρήσεως. Ità concepto, tam in proclivi sunt omnia, quàm est imber cùm pluit.

Ποιεῖ ἀπορήματα | Ità *lib.* 4. § 22. καὶ ἀπορήματα. Vide *ad l.* 2. § 7.

Τὸ εἰκῆ καὶ ματεῖν | Vide *l.* 2. § 16.

Ἐν τῇ ἐμῇ δοξῇ φαντασίᾳ | *In cogitationum serie.* ubi scil. cogitatio cogitationem serit: prout usu venire solet.

Παραιτοῦ | *Fugere, & declinare.* Xyland. quo sensu Paulum vult usurpâsse *ad Timoth. epist.* 2. *c.* 2. *v.* 16. verbis illis; τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο. quo loco & Latinus interpres Vulgatus ità vertit, *Devita:* sicut & in illis *ad Tit. c.* 3. *v* 9. Μάχας νομικὰς περιΐστασο. An antiqui tamen autores sic usi fuerint. nescire se profitetur. Cæterùm ex exteris, haud valdè antiquis tamen, loca suppeditant non pauca viri clarissimi Is. Casaubonus *ad Athen. l.* 15. *c.* 5. & Andr. Dunæus *ad Joan. Chrysost. in epist. ad Tit. orat.* 6. & *ad Hebr. orat.* 38. quibus τὸ περιΐστασθαι significet, ἀφίστασθαι, ἐκτρέπεσθαι, *Vitare, fugere, fugiendo declinare.* Ego tamen in locis illis ex Apostolo productis malim τὸ περιΐστασθαι in *cohibendi,* sive *coercendi* significatione sumere. quomodo Beza & Stephanus reddidêre, quum utrumque utrobiq; monet Apostolus & Timotheum & Titum, ut *vaniloquia profana* ille, *litigia legalia* iste, in aliis potiùs *compescas,* quàm ut ipse alteruter *devitet.* quod patet ex verbis ad Timotheum proximis *ver.* 17. alioqui τῷ ἀφίστασθαι vocabulo utitur, ubi virum sanctum illum admonet, quid ipsi cavendum spernendúmq; velit. *epist.* 1. *c.* 4. *v.* 7. & *epist.* 2. *c.* 2. *v.* 23. Oecumenius utramque significationem admittit, *in epist. ad Tim.* περιΐστασο, ἢ φεῦγε τοὺς, ἢ πειθοῖ ἴσχυε, εἰς τὸ σῶσαι καὶ κωλύσαι. Et *in ad Tit.* ἀποτέλλεσθαι καὶ παραιτεῖσθαι. De Apostoli loco quid sentiam dixi: de Marci loco isto Xylandro non invitus concesserim. Verùm de istis alibi fusiùs pleniúsq; ea differui, quibus istîc recitandis commentariû istum necessariò minùs nolim oneratum.

Μόνα φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω ἐπιστοίη | Vult nihil cogitari, quod proloqui pudeat pigeátve. cujus contrarium tangit notátq; *in plerisque l.* 12. § 4. Hoc autem argumento sani nihil honestîve Alcæum animo volutare Sappho concludit; quæ dicenti illi,

Θέλω τί τ' εἰπῆν· ἀλλά με κωλύει αἰδώς.
Dicere velim aliquid, præpediret ni pudor.

respondit (Aristotele referente *Rhetor. lib.* 1. *c.* 9. Scaligero *ad Girin.* restituente,)

Αἰ δ' ἦνθέ σ' ἐπάγων ἔλκεος ἢ κάλων,
Καὶ μηδὲν εἰπῆν γλῶσσα' ἐκύκα νόον,
Αἰδὼς κάν ἠχὶ σ' ἔσχεν ὄμματ',
Ἀλλ' ἦλθες περὶ τῷ δικαίῳ.
At si bonî quid cor tibi tangeret,
Nec surpe linguæ suggereret malum,
Audaciter absque omni pudore
Proloqueretur honesta quævis.

Quod autem de cogitatis istîc Marcus noster, de eisdem

dem Marcus alter *Offic. l. 3. Vir bonus, non modò facere, sed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare.* Quin & de consultis idem *lib. eod. Ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio, atque etiam in omni deliberatione celandi atque occultandi spes opinioque removenda est.* De votis Persius, *Sat. 2. v. 3, &c.*

——non tu prece poscis emaci,
Quæ nisi sectis nequeas committere Divis.
Haud cuivis promptum est, murmúrque humileſq; susurros
Tollere de templis, & aperto vivere voto.

Contrà scil. quàm *bona pars precerum tacitâ quæ libat acerrâ*; &, *Labra movet metuens audiri — ut* Horat. *l. 1. epist. 16.* Itaq; Pythagoras suos monebat, *μὴ φωνῆς ἕυχεσθαι*, i. e. *clarâ voce precari.* Οὐχ ὅπ τὸ δεῖον φέρει μὴ δύνασθαι δι' ἀσυχῆ φθεγξομένον ἐπεύξειν, ἀλλ' ὅτι δύναμις ἐβούλετο εἶναι τὰς εὐχάς. Clemens *Strom. l. 4.* prope finem. Ita Senec. *epist. 10. Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cùm eò perveneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. nunc enim quanta dementia est hominum turpissima vota diis insusurrant: si quis admoverit aurem, conticescent, & quod scire hominem nolunt, Deo narrant.* Et mox: *Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.* Respexit hersum Macrob. *Saturn. l. 1. c. 7.* ubi dixit: *Præceptum est philosophiæ: sic loquendum esse cum hominibus, tanquam dii audiant; sic cum diis, tanquam homines audiant.* Hinc Martial. *l. 1. epigr. 40.*

Si quis erit recti custos, imitator honesti,
Et nihil arcano qui roget ore deos.

De factis, vitâq; totâ, Seneca idem *epist. 43. Tunc felicem te esse judica, cùm poteris in publico vivere, cùm te parietes tui tegent, non abscondent; quos plerumque circumdatos nobis judicamus, non ut tutiùs vivamus, sed ut peccemus occultiùs. Rem dicam ex quæ mores æstimes nostros. Vix quenquam invenies, qui possit aperto ostio vivere. janitores conscientia nostra, non superbia, opposuit. Sic vivimus, ut deprehendi sit, subitò aspici. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum auresque vitare? bona conscientia turbam advocat; mala etiam in solitudine anxia atque solicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, cùm tu scias? Oh te miserum, si contemnis hunc testem.* Idemq; *de vit. beat. c. 20. Populo teste fieri credam, quicquid me conscio (excusi pessimè, nescio) faciam.* Galen. *de affect. cur. c. 5.* Ἀντεχθήτω σι ἡ δύρα διαπυτὸς τῆς οἰκέσεως· δέξεται τοῖς σωτῆσιν εὐπάντα πάντα χωρεῖν, ἢν ὕπως ὦς παρασκευασμένον. δεῖ ἓν διαρρεῖν, ὡς ὑπὸ μὴ εἰσιόντων ἐνεισιέναι μηδενὶ καθειλημμένον ἀμαρτήματι. ὡς δ' ἄλλως πάντως ἂν οἱ φενακίσεις εἰς τὸ δημόσιον ἀπατᾶν πειρῶνται φεύγειν πάσμα· ὕτω καὶ σὺ κατὰ τῶν ἰδίων οἰκίαν φεύγῃς. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν αἰδούμενοι τοὺς ἄλλους [τοῖς ἄλλοις f.] ἀμαρτάνειαι πι φωρασθῶσι, μόνῃ ἑαυτὸς οὐκ αἰσχύνεται· σὺ δ' σαυτὸν αἰδῆ μᾶλιστα, παιδόμενον τοῦ φάντ. Πλάτων δ' μᾶλις' αἰχμώτο σαυτόν. De se denique fidenter satis, verè nécne ipse viderit, profitetur Apuleius in *apolog. Nihil unquam cogitâsse, quod eloqui non auderet; nullúmque suum factum vel dictum extare, de quo disserere publicè non possit.* Vide *ad lib. 1. § 3. & infrà § 7. & 15. & l. 6. § 16.*

Ἐι πς ἄρνα διανόησιο | Facit huc Zenonis monitum illud: Πάντα σεμνῶπει, ὡς ὁμολογουμένως ὀλίγου ὕστερον παιδαγωγοῖς. Galen. *de affect. cur. c. 4.* De viro bono ac justo Cicero apud Lactantium *l. 17. c. 24. Itaque talis vir, non modò facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare.* Vide & quæ sequuntur ibidem.

Ἀπολαυσικῶν φαντασμάτων | Vide *infrà ad § 6.* ἀπολαύειν.

Οὐκ ἔπ ἐπισπεύδων τὸ ὡς ἐν ἀσκήσει ἦν δῦ] Notat procrastinationem studii & conatûs ad optima enitendi, ut istîc, ità *l. 8. § 22.* verbis illis; Μᾶλλον δ' δλως δεῖ δὸς ἄμεινον ἡμῖν ἀναβαλέσθαι ἢ σπεύσαντα ἧττον δῦ. Epictet. *Enchir. c. 50.* Ἐς ποῖον ἔπ χρόνον ἀναβάλλῃ, τὸ μὴ βελτίστων ἀξιοῦν σαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν διαιρεθέντα λόγον; quo loco pro διαιρεθέντα, *αἱρεθέντα* legendum ex Marco monuimus, *ad l. 2. § 5.* Vide & Epicurum *epist. ad Menœceum, ad lib. 2. § 4.*

Ἱερεῖς πε | Stob. *tom. 1. l. 2. tit. 4. § 4.* de Stoicis; Λέγουσ δ' κ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφὸν, φαῦλον δ' μηδένα. Porphyr. *de abstinent. lib 2.* Ὁ ὅσιος φιλοσοφ, τῷ δὲ πᾶσιν θεοῦ ἱερεύς. Ità viri sancti quiq; in pagina sacra nuncupantur, Βασιλεῖς κ ἱερεῖς τῷ θεῷ *Apoc. 1. v. 6. & c. 5. v. 10.* &, ἱερεῖς τῷ θεᾷ, *ibid. c. 20. v. 6.* &, ἱεράτευμα ἅγιον κ βασιλικὸν, Petr. *ep. 1. c. 2. v. 5, 9.* quod eodem recidit; ut eruditè docet Casaub. *ad Athen. l. 1. c. 9.*

Καὶ ἀπεσχὸς θεῶν | Ità Epictet. *lib. 3. cap. 24.* Diogenes, τῷ Διὸς διάκον. Et viri boni, τῷ θεῷ διάκονοι κ μαθηταί. *ibid. c. 26.* Et Galeno in *hortator. cap. 2.* ὕπαρχοί πνες κ ἀπεσταλμένοι τοῦ θεοῦ.

Τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ | Vide *ad l. 2. § 17. & infrà § 15.*

Πάσης ὕβρεως ἀνάπαφον, πάσης ἀναίδησον πονηρίας | *Intactum à libidine, insciam omnis malitiæ.* Xyl. ut ad ipsius affectum utrumque referatur, & libidine omni & malitiâ alieni. Cæs. *immunem omni injuriâ, sive contumeliâ, quam ipse sibi inferat, ex l. 2. § 16. incapacem mali ullius, ab aliis* scil. *illati.* neutrum satis arridet. Ego de *molitionibus alienis* utrumque ceperim. ὕβρεως ἀνάπαφον, *injuriâ* sive *contumeliâ intactum.* Siquidem injuria ad sapientem non pervenit. Senec. *de constant. sap. c. 5. Nulla ad sapien-*

ſapientem injuria pertinet. majore enim intervallo à contactu inferiorum abductus eſt, quàm ut ulla vis noxia uſquam ad illum vires ſuas perferat. Ibid. c. 4. ἀναίσθητον πονηρίας, *improbitatis*, alienæ ſcil. *ne ſenſu quidem ullo affectus.* hoc eſt, adversùs eam perinde affectus ac qui ne ſentiat quidem, πονηρίαν ſumit, quomodo ἀμαρτίαν Apoſt. *ad Hebr c. 12. v. 4.* Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι.

Ἀθλητὰ ἄθλα τῶν μεγίστων | Viros bonos, virtutiſq; ſtudioſos *athletas* nuncupari ſolenne eſt. Demoſthen. *contra Ariſtogit.* ἀθλ. καλῶν ἔργων ἀθλητά. Philo *de Joſeph.* Ἀθλητὰς οἷμαι τῆς ἀξιπίστου ἐκεῖ μνήμασιν πολλοῖς προπαιδείας, ἀλείμμα, ξυστίδιον, ἱστίδιον, ἀναγκαζόμενα, ἄχει καὶ ἱδρῶτι ἐπιπολάζοντα ὧν ἦκεν ἐχρῆν. Idémque πρὸς ἄθλον. Οἱ μὲν παρελθόντες ὡς οἷς ἐσεῖν ἀγῶνα, ἀθλητὰ ἐρεῖτο ἀνδριάντων. Et monachos *ajetas*, Ἀρετῆς ἀθλητὰς appellat. Theodoret. *hiſtor. lib.* 5. *c.* 20. Epictet. *lib.* 1. *c.* 18. ἕνα μοί ἐστιν ὁ ἀνίκητος ἀθλητὴς quem & *l.* 2. *c.* 18. contendens cum aliis athletis; χαίρε ἐλεύθερε. οὐχὶ παῖ σύμπας τέχνης παίζεις (πάιζεις leg. nili forſan per ludibrium ita nuncupare placuit) καὶ παγκρατιαστὰς, ἀλλὰ παῖ ἀμοίρης αὐτῆς παῖ μονομάχης Salsè Diogenes apud Laërt. *l.* 6. Πρὸς μὲν τὸ παραπίπτειν καὶ λαικάζειν ἀγωνίζεσθαι παῖ ἀνθρώπους· ἀλλὰ ἡ καλοκἀγαθίας ἄθλα. Leo etiam Spartanus, referente Plutarcho, conſpicatus curſores circa carceres ſatagentes, alter alterum qui præverteret, Ὅσῳ μᾶλλον, inquit, οἱ δρομεῖς σπουδάζουσι περὶ τὰς ταχύτητας, ἧττον ἐπὶ τῆς δικαιοσύνης; Vide Platon. *epiſt.* 4. *ad l.* 7. § 51. Atqui, ut Philo de *providens.* apud Euſeb. *præpar. l.* 8. *c.* 14. Μαθόντων ἢ καὶ ὅσοι ἐπ' εὐτυχίᾳ πεφύσιωνται, καὶ ὑφαιρῶσι, ἀπαθεῖς εἰς τὰς ἐπ' ἐμπείρων καὶ ἀπειράτων ζάλας ἀμαθίας ἀγλάας, εἰς ὀρὸς καὶ ῥᾴθυμα συγκεχύσθαι. ἢ γὰρ ἀσυντύχησε ὄξιν, ὅτι ἴσεῖον ἀρετῆς, καὶ ταῦτα πεφιλημένον ὑπ' αὐτῆς, ἀνδρεῖον ὄντα σπανίσαι. Iraque Ariſtot. *polit. l.* 8. *c.* 4. Τὸ καλὸν, ἀλλ' ἢ τὸ ἰσεῖόν, ἢ ἐκεῖνα ἀπολαυστικῶν· ἃ γὰρ λύπῃ, ἢ ἐπὶ ἄλλων ἰσεῖον τι ἀναγκαῖον ἂν ὑπάρχειν κρεῖττον πάσχοντα, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ἀγαθός. Et Senec. *epiſt.* 124. *Quid vires corporis alis & exercesti pecudibus iſtas majores ſerisque naturæ conceſſit.* — *Vis tu, relictis in quibus vinci te neceſſe eſt, dum in aliena niteris, ad bonum reverti tuum? Quid hoc eſt? animus ſcil. emendatus ac purus, æmulator dei, ſuper humana ſe extollens, nihil extra ſe ſui putans.* En tibi Marci noſtri ἄθλον μέγιστον· en ἄθλα μεγίστου ἀθλητά. Vin' tamen maximo iſto majus? Audi Apoſtolum *ad Timoth. epiſt.* 1. *c.* 6. *v.* 12. Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως· ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς· & *ad eundem epiſt.* 2. *c.* 4. *v.* 7. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι· τὸν δρόμον τετέλεκα· τὴν πίστιν τετήρηκα. λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. & *ad Philipp. c.* 3. *v.* 14. κατὰ σκοπὸν διώκω, ὁπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Habes certamen præclariſſimum, & in exitu feliciſſimum. Indè Patribus antiquis Chriſtiani omnes, martyres cum primis, *Dei, Chriſti, fidei, pietatis athletæ* dicti.

Τῶν ἀπὸ μαθητῶν πάθος καταλαμβάνει | À luctatoribus tranſlatum vocabulum: de quo dicetur ampliùs, *ad l.* 7. § 52. Vide & *ad l.* 7. § 61. Acutiſſimè pariter atque elegantiſſimè Johannes Chryſoſt. *in ad Epheſ. orat.* 22. Παλαίομεν γὰρ διαπαντὸς κατέχοντες· ἐν παλαίστρᾳ ἑζόμεθα, νικώμενοι. ἢ γὰρ ὡς ἐπὶ πολὺ ἀθλητὴς, ὅταν μὲν ἐσέλθῃ, νικᾷ· ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἂν μὲ καταβάλῃς, ἢ νικήσεις. ἐνταῦθα, ἂν μὲ καταληφθῇς, νικήσεις, ἂν μὲ καταληφθῇς, κατέβαλες. οὐκοῦν· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀμφότεροι ὑπὲρ νίκης ἀποθνήσκουσι, κἂν ὁ ἕτερος καταληφθῇ, ὁ ἕτερος σφάττεται. ἐνταῦθα δὲ οὐχ ἕτερος ἀλλὰ ὁ διάβολος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἀποθνήσκει. ὅταν ἓν αὐτὸν ἀφέλωμεν τοῦτο ὑπὲρ ὃ ἀποθνήσκει, ἐκείνου. ἢ γὰρ ὄξις καταβαλὼν, ἀλλ' ὄξις συγκαταβαλὼν ἐκείνου· αὐτὸς γὰρ ἦλθε βέβληται, καὶ ὁ τῇ ἀπωλείᾳ δοὺς· ὄξις δὲ μὴ καταβάλῃ, μὴ καταληφθῇ δὲ, νενίκηκε. Diogenes Olympionidam quendam conſpicatus in ſcortum quoddam oculos defixum, Ἰδὲ κεῖνον ἀρτιμάνιον, ὡς ὑπὸ πυγμῆς κεφαλὴν τετραυλίζεται· *En orietem Martium, quomodo à viti pugilis proſternitur.* Laërt. *l.* 6. ſive, ut Plut. *de curioſ.* Ὁρᾶτε τὸν ἀθλητὴν ὑπὸ μυδιακῆς τετραυλιζόμενον· *Videte athletam ab anocillula eliſum.* Idémque in Iſthmiis coronam victoribus tribui ſolitam, tanquam ſibi meritò magis debitam poſcebat. Πολλοὶ γὰρ, ἔφη, ἀντηγωνίσαι νενίκηκε καὶ μεγάλως· ἀκ οἶδα ταῦτά ὅτι τὰ ἀνδριάντα, τὰ τῶν ἐσταῦθα παλαίοντα καὶ διαδόντα καὶ τρέχοντα· τοῦ μισθοῦ ἢ χαλεπωτέρας, πενίας, καὶ φυγὴν, καὶ ἀθρόλιαν ἔτι ἢ ὀργὴν τυ, καὶ λύσσαν, καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ φθόνον. καὶ τὸ πάντων αἰμαχάτατον ἢ καὶ δυσμαχώτατον ἰσεῖον, ὕπνον καὶ μαλακίαν, ὑβρίζει· ἢ ὑμεῖς ἔστε οἱ Ἕλληνες, ὅτι οἱ βαρβάρων ἄξιον μάχεσθαι καὶ σώζεσθαι, τῇ ψυχῇ κρατοῦντες· ἀλλὰ πάντες ἥττηται καὶ ἀποτέτρωσαι τοὺς τὸν ἀγῶνα τοῦτον, Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ Σύροι, καὶ Μακεδόνες, καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, πλὴν ὀλίγων. Dio Pruſ. *orat.* 9. Magnificè admodum & gloriosè te prædicas, ô Cynice, verùm cogita tecum, quàm turpe ſit, poſtquam hæc omnia ſuperaveris, à faſtu, quem Plato tibi non ſine cauſſa objecerat, ſuperari; ut ne adjiciam, quàm miſerandum ſit, poſt iſta omnia conculcata, diabolo mancipatum teneri.

Δικαιοσύνη βεβαμμένον εἰς βάθος | hoc eſt, quod Perſius *Sat.* 2. *verſ. penult.* dixit;

Compoſitum jus fasq; animi, ſanctiſq; receſſus
Mentis, & incoctum generoso pectus honeſto.

ubi incoctum pectus, animus non leviter tinctus colore

colore virtutis, sed perfectè, &c, ut Græci dicunt, εἰς βάθος ac διαπαντὸς βαφῆ. Thomas Mag. in *collect.* Διαπαντὸς, ἢ εἰς βάθος βεβαμμένη βαφή. ita Marcus istic: Et Phut. *de Stoic. contradict. cap.* 51. διὰ βάθους ἐγκεκρᾶσθαι τοῖς φυσικοῖς λόγοις. Senec. *epist.* 36. *Perseveret modò colore virtutem, perbibere liberalia studia; non illa, quibus perfundi satis est, sed hæc quibus tingendus est animus.* Et *nat. quæst. l.* 1. *c.* 3. *Purpura, interest, quamdiu macerata sit; — sæpius mersa sit & excocta, an semel tincta.* Idémque *ep.* 71. *Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi sæpius macerata & recocta non perbibit: sic alias disciplinas ingenia, cùm acceperè, protinus præstant; hæc nisi altè descendit, & diu sedit, animum non coloravit, sed infecit; nihil ex his quæ promiserat, præstat.* Huic βαφῇ, quæ nunquam remittit, (unde διαπαντὸς τι καὶ ἀναπόστατον, Synesio *epist.* 44.) contraria est ἀπόχρωσις, ex eadem tinctorum officina vox petita. (quò & Clemens allusit *Strom. l.* 1. ubi philosophiam dicit εἰς παιδαγωγὸν τῆς ἀληθείας, *ad veritatis veraque virtutis tincturam suscipiendam* hominum animos præparare, μορφοῦσαν καὶ μορφώσουσαν τὸ ἦθος, *mores præfigurando & præsubigendo*, quomodo lana ad colores imbibendos præparatur.) ἀστεῖος autem ἀπόχρωσιν Fabius *instit. l.* 10. *c.* 2. Sic expressit: *Non sufficit imaginem virtutis effingere, & solam, ut sic dixerim, cutem, vel potiùs illas Epicuri figuras, quas è summis corporibus dicit effluere.* Hæc ferè Casaub. ad Pers. adjicias licet, opponi etiam huic βαφῇ διαπαντὸς coloralionem illam, quam à sole contrahere observat in eodem ambulantes Cicero *de orat. l.* 2. in cute tantùm & superficie corporis exteriore exceptam, non ulteriùs altiúsve in interiora penetrantem. ἃ γὰρ ἀναπόστατον ἤδη τινὰ χρόαν παλαιὸν εἴληφε πάθος, neque enim necesse est, qui eorum nigram habeat, reliqua omnia (etiam interna) pariter habere colorata. Aristot. *de gener. animal. l.* 2. *c.* 2. quo loco Herodotum refutat, qui *l.* 3. Æthiopum genitivam nigram esse dixerat. Ita Plato *ep.* 7. Οἱ μὲν ὄντως μὴ φαλακροὶ, δέξαις δ' ἂν ὑπογραφεῖσι, καὶ διὰ τὸ σύμφυτα ὑπὸ τῆς ἡλικίας εἶναι πεφυκότες. Nec fileri digna ejusdem illa *politic. l.* 4. quibus de fortitudine, sed fusiùs, gemina his quæ de justitia strictim Marcus hîc, differit; ἐπεὶ οἶδα ὅτι οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν βουλώμεθα βάψαι τὰ ἔρια, ἵνα ἁλουργὰ, πρῶτον μὲν ἐκλέγουσι τὰ τοιοῦτον χρῶμα τῶν μαλλῶν μίαν φύσιν τινὰ ὀρθῶς διαγιγνώσκοντες ἐκ πολλῆς παρασκευῆς διαγνόντες ὅπως δέξονται ὅτι οὐδὲν τὸ ἔριον καὶ ὅτου δεῖ βάπτειν καὶ ὃ μὲν ἂν τύχῃ τῷ ἔριον βαφῇ, διαπαντὸς γίγνεται τὸ βαφέν. καὶ ἢ πολὺν ὕστερον ἐκεῖ βουλώμεθα, ὅτι μᾶλλον βουλόμεθα διαμένειν αὐτῷ τὸ ἔριον ἀφαιρεῖσθαι. ἐὰν δὲ μὴ οἶδα εἶναι γίγνεται, ἐὰν τε τῇ ἄλλα χρώματα βάπτῃ, ἐάν τι καὶ τοῦτο μὴ προσαπεργάσηται, ὅτι ἐκπλυτὰ καὶ γαλοῖα; τοιοῦτον τοίνυν ἐκλέξει καὶ ἡμᾶς διανοοῦμαι καὶ τοιούτους καὶ ἐγκαρδιοῦσθαι μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ· καὶ οὐδὲν οἶμαι ἄλλο μηχανήσεται, ἢ ὅπως ἡμῖν ὅτι τάλλοτρια καὶ ἐπιθέτους λέξεσι, ἅπερ βαφεῖ, ἵνα διαπαντὸς αὐτῇ ἡ δόξα γίγνοιτο καὶ μὴ ἄφροσι καὶ ἀπὸ ἄλλων καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου καὶ ἀπὸ τῶν ἡδονῶν ἐκπλύνειν· καὶ μὰ αὐτῇ ἐπιπόνως τινὰ βαφεῖ τὰ ῥήματα τοῦτα, ἵνα δὴ ὅτου ἐκκαθαίρω, πάσης κακίας, λύπης τε καὶ φόβου καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τῶν ἄλλων ῥόμων. τινὰ δ' ποιεῖται διάνοιαν καὶ συνεσίαν διαπαντὸς δόξης ἀρετῆς ἀνδρείου ἔμμονα καὶ ἀΐδιον. virtus itaque ubi penitiùs hoc modo se in animum induerit, quod de Musica Aphrodis. *problem. l.* 1. *q.* 121. quasi συγκιρνᾶται τῇ ψυχῇ. καὶ φύσει γενόμενον, ut Gregor. Nazianz. *orat.* 13. *animúsque in ea quæ didicit, transfiguratur.* ut Senec. *epist.* 6. & 94. *Et sicut lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui non possunt:* Fabius *instit. l.* 1. *c.* 1. *nec illarum conchylia quisquam in pristinum candorem revocet.* ita, *Difficulter eraditur, quod in hunc modum vasis animi perbiberunt.* Hieron. *ad Lætam.* Itaque *adv. Rufin.* idem: *Si literas didicisses, claret testa ingenioli tui, quo semel fuisset imbuta. lanarum conchylia nulla aqua dilucit.* Et de talibus Greg. Nazianz. pronunciat, ἐργασάμενον τὸ ἀβλαβὲς, ἢ ἡμᾶς ἀπ' ἀρχῆς ἀλαθεῖν. Alludit eodem & Plutarch. cùm in *Dione* de Dionysio diceret, τὴν βαφὴν ἐν ἀνθρώπῳ τῆς πονηρίας, ἐν πολλῷ χρόνῳ διαπαντὸς ὄντα καὶ δυσεκκλυστον. Attulit & Clemens *strom. l.* 6. Καθάπερ γὰρ τοῖς ἔριοις ἡ σὺν ἁμαρτίᾳ τῆς βαφῆς ἐμμένουσα, τὴν ἰδιότητα καὶ παραλλαγὴν σῴζει τὸ λοιπὸν παρέχει ἕκαστα ὅπερ πάσχει καὶ ἡ ψυχὴ, ὁ μὲν πονηρὸς παρὰ φύσιν, μόνον δ' τὸ κακὸν· καὶ τὸ μὲν πάθος ἀπόλλυσι, μόνον δ' τὸ κακὸν ἐν τῇ ψυχῇ καταλείπεται, ἀναφαίρετον δ' ἀρχέν. οὕτω γὰρ ἐφάπτεσθαι ψυχῆς χαρακτῆρας ποιότητος, ἀφ' ἧς γεγένηται. Quod non advertens eruditus interpres Hervetus, aliter longè accepit, quàm autor ipse volverat, & ac si lana colore aliquo intincta & imbuta, ad alius eundem transferre diceretur, cùm ille tinctura moram diuturnam post operam in macerando tingendóq; insumptam designatam vellet. Alludisse videtur Musonianum illud à Gellio *l.* 16. *c.* 1. laudatum. Ἂν τι ἀρετῆς κακὸν ἐν πόνῳ, ἐὰ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δ' κακὸν μένει· ἂν τι κακὸν μὲν ἐν ποιήσῃ κακὸν αὖτε ἡδονῆς, τὸ δ' μὲν οἴχεται, τὸ δ' αἰσχρὸν μένει. Quod Cato in *oratione Numantia habita* sic extulit. *Si quid vos per laborem rectè feceritis, labor ille à vobis citò recedet, benefactum à vobis, dum vivitis, non abscedet. sed siqua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit.* Vide *ad l.* 5. § 16. & *l.* 6. § 30. καὶ βαφῆς. & *l.* 10. § 34. τῇ διαβαφῇ.

Λαμπρύνεται ἐξ ἕλης τῆς ψυχῆς τὸ συμβαίνοντα

Ita

Ita *l.* 2. § 17. & *infr.* § 16. & *l.* 1. § 23, 25, 26. & *l.* 12. § 11. Vide & *l.* 4. § 31. Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς.

Συσελωδόμενα | Vide *infr.* § 11, 16. & *l.* 4. § 26, 34.

Κἀκεῖνα μὲν καλὰ παρέχεται | Ita Epictet. *differt. l.* 4. *c.* 10. Ἀρκεῖ μοι, ὃν ἔχω ἡγεμόνα. ταῦτά με δεῖ κελεῦσαι σφραγίσασθαι.

Ταῦτα δ' ἀγαθὰ εἰ βούλεσθαι | ὡς ὑπὸ τῆς ἀεὶ ἐσομένης γνώμης ἐπιτελούμενα. Epictet. *Enchirid. c.* 38. Ita Charidemus Dionis Pruſ. *orat.* 30. Τὰ μὲν θεῶν ἔργα, ὥσπερ καλῶς ἀνωμολόγει (Hom. *Il.* γ'. *v.* 65.) ὡς ἄπαντα ἀγαθὰ ὄντα, καὶ ἐν' ἀγαθῷ κεχρημένα. Expreſſit quod Apoſtolus *ad Rom. c.* 8. *v.* 28. Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν. Vel Ezechiæ potiùs regis illud, Eſaiæ *c.* 39. *v.* 8. *Bonum eſt, quod locutus es, verbum Domini.* bonum eſt, quicquid Deus vult, qui ſummè bonus niſi bonum velle non poteſt. Vide *ad l.* 2. § 11. & *l.* 4. § 10. & *l.* 6. § 44. & *l.* 9. § 35. & *l.* 10. § 1.

Ἡ γὰρ εἱμαρμένη πάντα | Ἡ εἱμαρμένη ſive *fatum* cum Stoicis noſter paſſim inculcat. V. *l.* 5. § 8.

Συνεμφέρεταί τι καὶ συνεμφέρει | Locus mihi ſubobſcurus, eóq; magis quòd vocabula à Marco hîc uſurpata, nili ſint, quod ſuſpicari forſan quis poſſit, vitiata, nuſquam alibi deprehendiſſe meminerim. Xyl. *Et conſtat aliunde, & ſecum aliud adfert.* Verſio textu ipſo etiam obſcurior. Tentemus an è Marco ipſo elicere poſſimus mentem ejus. *L.* 12. § 23. ἀγαθὸν δή, inquit, ἐστὶ τῷ ὅλῳ καλέσαι, καὶ συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. *Bonum eſt, ſiquidem univerſo opportunum, & conducens, & collatum,* vel *congruum.* Et *l.* 10. § 20. Συμφέρει ἁπάσῃ, ὃ φέρει ἑκάστη ἡ τῶν ὅλων φύσις. *Confert cuique, quod fert cuique natura univerſi.* Et *l.* 4. § 9. ἀνάλογα καὶ τὰ συμφέροντα φύσεως τῆς τοιᾶδε. *Cogebatur hoc facere natura conducibilis,* vel *natura ea quæ in commodum inferebat.* denique *l.* 5. § 8. formulas illas urget, à vulgari ſermone petitas, τοῦτο ἤνεγκεν αὐτῷ. *hoc illi tulit:* & τοῦτο τούτῳ ἠνέχθη, id eſt, συνετάχθη. *hoc illi latum,* id eſt, *præſcriptum eſt,* à medico nimirum, tanquam utile & ſalutare. &, de univerſi natura, imò Jove ipſo, ὃς ἂν τοῦτό τι ἤνεγκεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν, *non tuliſſet ejuſmodi aliquid, niſi univerſo id contuliſſet.* Illud itaq; forſan & hîc voluit, *Et præſcriptum eſt,* à mundi nimirum adminiſtratore Deo; *& conducit etiam:* (ut idem ſit τὸ συνεμφέρει quòd τὸ συμφέρει) vel, *Et in nos infertur, & nos etiam ſecum fert;* eò nimirum quò deſtinamur. Senſum priorem ſecutus eſt M. Caſ. qui vertit, *& inevitabile eſt, & utile.* eodémque faciunt, tum Marci ipſius verba proximè antegreſſa, ταῦτα δ' ἀγαθὰ εἰ βούλεσθαι. tum & Sophoclis illud, *Oedip. Colon.*

Τὸ φέρεσθαι δὲ θεοῦ, καλῶς
Χρὴ φέρειν.
Quod fata ferunt, id ferre decet. Grot.

ubi Schol. ἐμμένειν ἀβασανίστοις τοῖς ἐγκωμίοις παρὰ θεῶν. φέρειν γὰρ φησὶ, λέγει τὸ ὑπὸ θεῶν εἱμαρμένον καλῶς. Ad poſteriorem illud Palladæ, in anthолog. *l.* 1. *c.* 13. Et Stob. *tom.* 2. *tit.* 98.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρε· εἰδ' ἀγανακτεῖς,
Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.
Si te fata ferunt, ferto ferstòque. gravatim
Si fers, te crucias; nec minus illa ferunt.

Vel ut Maximus exhibet *collectan. c.* 18.

Ὡς καὶ θέλῃ τὸ φέρον σε φέρειν, φέρε· εἰδ' ἀπρόθυμος;
Καὶ σαυτὸν βλάπτεις, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.
Quò tua ferre volunt te fata, ferare. recuſas?
Te lædis; læſum ſic quoque fata ferent.

Quod utrumq; in verſione ſua expreſſit elegantiſſimè H. Grotius;

Si quem fors agat atque ferat, ferat atque feratur:
Ni ferat, & feret hunc fors, magis & feriet.

Nec unquam ſatis prædicatum Cleanthis votum illud, quod δεῖ πομπὸς ἑκόντι. vult eſſe Epictetus *Enchir. c.* 52.

Ἄγου δέ μ', ὦ ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος·
Ὡς ἑψομαι γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧσσον ἕψομαι.

Seneca ſic reddidit *epiſt.* 107. & ex Seneca Aug. de *Civit. Dei, l.* 5. *c.* 8.

Duc me, parens celſique dominator poli,
Quocunque placuit. nulla parendi mora eſt:
Aſſum impiger. fac nolle, comitabor gemens:
Malúſque patiar, quod bono licuit pati.

Vide *l.* 10. § 28. Addo tertiam D. Boot. interpretationem, qui τὸ συνεμφέρειν in *accommodandi* ſenſu hîc ſumit; ut hoc ſit quod Marcus velit, *fatum & nobis accommodari, & facile etiam ut noſmet ipſos eidem accommodemus:* in quam ferè ſententiam Marcus *l.* 4. § 23. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοὶ εὐάρμοστόν ἐστιν, ὦ κόσμε. Et *l.* 5. § 8. Τὸ συμβαῖνόν σοι ἐφαρμοστικὸν καὶ σοί, καὶ σοῖς σ' ἔπεσι ἥκον. Et *l.* 3. § 16. ἀξιέως τῇ ἑαυτοῦ μοίρᾳ συνηρμοσμένον. Et *l.* 7. § 57. μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ συνεπλωδόμενον. τί γὰρ ἁρμοδιώτερον; in hanc denique ſententiam quam proximè, *l.* 12. *c.* 1. σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἤνεγκε, καὶ σὲ τούτῳ. Tu quiſquis es, quamcunq; ex iſtis ipſe volueris, amplectare per me licet; aut potiorem aliquam, ſi comminiſci potueris.

Συγχωρεῖ πᾶν τὸ λογικὸν | λογικῶν appellatione Deũ atq; Dæmonas ſimul cum hominibus intelligit. Iſtîc autem conjunctionis illius tantummodo meminit, quæ ratione prædita invicem aſtringit omnia. alibi ſæpius nexum & conjunctionem cum univerſo mundo inculcat; ut *l.* 2. § 4. Caſ. *ad Perſ. Sat.* 3.

Κήδεται μὲν πάντων | *Aliorum,* inquit, *curam gerere, eſt naturæ conſentaneum.* Ita *infra* § 6. τὸ ἀνθρώπων κεχωρισμένως. & *l.* 9. § 3. κήδεται θεῶν. & contra, *l.* 2. § 1. τὸ ἀνηκέστως ἔχειν φύσει. Impia itaque, & humanitatem quaſi abjurantis & amolientis

amolientis à se, Caini vox illa, *Numquid ego custos sum fratris mei? Gen. c. 4. v. 9.* Ad quæ verba Joannes ille ὁ χρυσορρήμων *in Gen. orat. 19.* cum Marco nostro planè consentiens; Καί τοι εἰ σοι χρὴ ἀναλυδίαν ἄπιστα ἐπιφθέγξασθαι, καὶ χρὴ τὸν τῆς φύσεως νόμον, ἐκβιῶ σε καὶ φύλακα εἶναι τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σωτηρίας. τοῦτο γὰρ ἡ φύσις ἐπιτάττει. Et Ambros. *de Gaini & Abel. lib. 2. cap. 9. Recusat fraternæ munus custodiæ, quasi exors naturæ.* Contrà Julian. Imper. de se *epist. 12.* Ἐμοὶ καὶ ἐκπηδᾶν, ἐκ ἂν ἑαυτῆ μᾶλλον, ἢ καὶ ὑπὲρ ἄλλου ἀπιστίαν, ὡς εἰκὸς, ἐκπηδᾶν. De Demonacte Lucianus: φίλος μὲν ἦν ἅπασι καὶ ἐκ ἔστιν ὅτι οὐκ ἐνόμιζεν, ἀνδρικὸν γὰρ ὄντα. Ità Apostol. *ad Galat: cap. 6. v. 10.* ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας. Facit huc & parabola illa Lucæ *c. 10.* quâ ostendit D. Jesus τὸν πλησίον ἡμῶν quemvis esse, cui, cum ope nostrâ indigeat, subvenire possimus.

Δόξης δ' ἐκ τῆς πρὸς πάντων | Plato *Lachet.* Εἰκὸς μέν τοι ὁ ἔπαινος ἀπὸ καλοῦ, ἐὰν ἐν δρῶν ἄξιον παρέδοσαν. Hector apud Nævium,

Lætus sum laudari me abs te, pater, laudato viro.

Cicer. *Tusc. l. 4. § 67.* & *epist. famil. l. 5. ep. 12.* & *l. 15. ep. 6.* ubi subjungit: *Ea est enim profectò jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt.* Idémque Seneca explicans, *epistol. 102. Cùm Tragicus ille apud nos ait; Magnificum esse laudari à laudato viro; laude digno, ait.* Et ibid. *Claritas, bonorum virorum secunda opinio est. vel laus est à bono bonis reddita.* & mox: *claritatem* à *gloria* distinguens; *Gloria multorum judiciis constat, claritas bonorum.* Itaq; Lucilius *Sat. 14.* apud Nonium profitetur,

Paucis se malle & sapientibus esse probatum,
Ἢ πᾶσιν τοῖσιν καταθηλύνουσιν ἀνδρασιν.

Τῶν ὁμολογουμένως τῇ φύσει βιόντων | Quod *naturæ convenienter vivere*, Flaccus, *l. 1. epist. 10.* & Cicero *Offic. l. 3.* Idémque *de Finib. l. 3. Congruenter naturæ convenienterque vivere.* & *Tuscul. l. 5. Congruere naturæ, eámque ea convenienter vivere.* Vide *ad l. 1. § 9.*

Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες βιῶνται, ἀπῖοι | Idem ferè *lib. 9. § 18, 27.* & *l. 10. § 13.* & *l. 11. § 18.* Cicero *pro domo sua: Laudatio hominis turpissimi, mihi ipsi erat penè turpis.* Senec. *epist. 52. Quid laturis, quod ab hominibus iis laudaris, quos non potes ipse laudare?* Idem in *excerpt. Non potest ullam autoritatem habere sententia, ubi qui damnandus est, damnat. Malis displicere, laudari est.* Bern. *epist. 248. Non potest bonus non esse, qui bonis placet: nec minus validum argumentum mihi videtur, quòd bonus sit, si malis è regione displiceat.* At editor Lugdun. hîc negativam omisit, in dictionis Marcianæ fraudem non ferendam.

Καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν | *Noctúque & interdiu.* ità Marinus in Proculo *cap. 3. ad lib. 4. § 50.* repræsentandus; νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν. quo loco non erat, quod Heraldus *animad. in Iambl. c. 4.* Scripturam editam submoveret, & μεθ' ἡμέραν substituereret. etenim μεθ' ἡμέραν est *interdiu*, ut Marco istîc, ità aliis passim. Aristoph. *Pluto 4. 3.*

Οἴμοι τάλας ἀπόλλυμαι μεθ' ἡμέραν.
Væ misero mihi, spolior istic interdiu.

Demost. *in Midiam.* Καὶ ὃς ἐχθρὸς ἦν, καὶ μεθ' ἡμέραν εἰδὼς ὕβριζεν. *& interdiu*, sive *ipsâ luce, sciens prudensque contumeliâ afficiebat.* Polyb. *lib. 1.* ἡμιολίων ἢ πλειόνων ἀδικημάτων καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν. &, ποτὲ μὲν μεθ' ἡμέραν, ποτὲ δὲ νύκτωρ ὀφθαινόμενος, Plut. in *Publicol.* Ὥστε μεθ' ἡμέραν τοὺ Ῥωμαίους ὀφῶντας, &c. nihil tritius aut pervulgatius. Adjiciam tamen unum amplius locũ ex Luciani *cataplo*, quia ad Marci mentem facit. ibi Lychnus sive *Lucerna*, Rhadamantho coram adversùs Megapentheum testimonium perhibens; Ἐγὼ τὸ μεθ' ἡμέραν μὲν οὐκ οἶδα· ἅτε δὲ παρὰ τὴν νυκτὸν ἐπιὼν καὶ ἐπέχων, οἶμαι λέγειν. Vide *l. 10, § 13.*

Οἷοι μεθ' οἵων φύεσθαι | *Ac quibus se hominibus admisceant.* Xyl. Et potest reverà ex necessitudinibus & familiaritatibus de hominum affectu conjectura sæpenumero haud vana fieri. juxta illud Phœnicis Euripidei, quod laudant Æschines *adversus Timarch.* Diodor. Sic. *l. 12.* & Plin. min. *l. 4. ep. 27.*

Ὅστις δ' ὁμιλῶν πλείστοις ἀνὴρ,
Οὐ πώποτ' ἐψέξησε, γνώσεται ὅτι
Τοιοῦτος οἷος καὶ πέφυκε συμπλέειν.
Si quis malorum pascitur consortio,
Inquirere ultrà parce; compertum hoc habens,
Talem esse quemque, quali amicitiâ utitur. Grot.

Cæterùm haud plenè satis Marci verba expressit is. pleniùs exactiúsque Cas. *quales cum qualibus voluntur*, sive commiscendo sese invicem fœdant & inquinant. Est enim metaphora à limo lutóve, quod è terra fit, humido aliquo commaceratâ. unde & φύρεσθαι non est tantùm μιγνυσθαι, vel μαλάσσεσθαι, sed & μολύνεσθαι &, φυρμὸς, φύσις, μίασμα, μολυσμὸς. Hesych. unde forsan & nostrum, quo Cas. usus est hîc, motil. Vide *l. 7. § 67.*

Παρὰ μὲν τούτων ἔστιν | Cicer. *de fin. lib. 2. Nihil est turpius quàm sapientis vitam ab insipientium sermone pendere.* Idémque *de Oratore perfect. § 41. Ego cùm à nostro Catone laudabar, vel reprehendi me à cæteris facilè patiebar. Sic Socrates videtur testimonio Platonis aliorum judicia debere contemnere.* Senec. *epist. 52. Quanta dementia ejus est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt?* Apud eundem Epicurus *epist. 29. Nunquam volui populo placere. nam quæ ego scio, non probat populus; quæ probat populus, ego nescio.* Subjungit Seneca; *Idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici.*

nici. quis enim placere poteſt populo, cui placet virtus? malis artibus popularis favor quæritur. ſimilem te illis facias oportet. non probabunt, niſi agnoverint. conciliari niſi turpi ratione amor turpium non poteſt. Idem *epiſt.* 92. *Eleganter Demetrius noſter ſolet dicere, eodem loco ſibi eſſe voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. Quid enim, inquit, meâ refert, ſurſum iſti an deorſum ſonent? Quanta dementia eſt vereri, nè infameris ab infamibus?* Epicuri illud ob oculos habuiſſe videtur Clemens, cùm iſta ſcriberet, *Strom. lib.* 1. Οὔ ποτε ἄρα ὀρεκτέον τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν· ἃ μὲν γὰρ ἐκείνοις εἰδέναι, οὐκ ἀσπάζομαι ἡμεῖς. ἃ δὲ ἡμεῖς ἴσμεν, μανθάνειν ὅτι τῆς ἐκείνων διαθέσεως. qui locus cùm corruptelæ manifeſtus ſit; ità interpretari Herveto viſum, ac ſi pro ἐκείνοις εἰδέναι, ἐκείνους ἥδει, vel ἐκείνοις ἀνδάνει legiſſet; Sylburg. ἐκείνοις εἰδέμεν, *ignari*, ſcil. reponendum poſſe exiſtimat, ut ſit, *quæ nos novimus illos exercere.* mihi neutrum ſatisfacit. forſan potiùs, ἐκείνοις εἰδέναι, *quæ illi nôrint*, ut in membro altero, ἡμεῖς ἴσμεν, *quæ nos ſcimus.* Vide *l.* 4. § 3.

Οὐδ' αὐτοῦ ἑαυτοῖς ἀρέσκουσιν | Vide *lib.* 8. § 52, 53. Senec. *epiſt.* 9. *Niſi ſapienti ſua non placent. omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui.* Et *de tranquill. c.* 2. *Unus effectus eſt vitii, diſplicere ſibi.* & *epiſt.* 47. *Hoc habent inter cætera boni mores; placent ſibi & permanent. Levis eſt malitia, ſæpe mutatur, non in melius, ſed in aliud.* Ariſtot. item *Ethic. l.* 9. *c.* 4. Διαφέρονται ἑαυτοῖς οἱ φαῦλοι· καὶ ἕτερα μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται. Vide ſis cætera.

§ 5. Μήτε ἀκουσίῳ | Apud. Ariſtotel. *Rhetor. l.* 2. *c.* 24. neſcio quis.

Εἰ δ' οὖν καὶ ἐπὶ τοῖς κακοῖς ἐπιδεχόσην
Ἀχιλεύς, δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν
Οὔτ' ἂν ἀναιδὴς τις ὢν ἐφέστηκεν τινὶ,
Πεφυκὼς ὥστε τῷ δ' ὀφείλειν χάριν.
Si noſtra in illum ſe ira non recte ferat,
Qui non ſuâ aliquid ſponte commiſit mali;
Nec qui coactus alteri benefecerit,
Ullum mereatur aut honorem aut gratiam. Grot.

Vide *l.* 4. § 34. Auguſtinus *conſeſſ. l.* 1. *c.* 12. & ex eodem Petr. Lomb. *ſentent. l.* 2. *diſtin.* 40. § 2. & Proſper. *ſent.* 172. *Nemo invitus benefacit, etiamſi bonum eſt quod facit.* Idémque *in Joan. Evang. tract.* 43. *Quod quis invitus vel neceſſitate facit, non bene facit. Sapientem* verò *invitum nihil facere,* Stoicum dogma eſt. Cicero *paradox.* 5. *Soli hoc contingit ſapienti, ut nihil faciat invitus, nihil coactus.*

Μήτε ἀκουσιάντητος | Quod ubiq; damnat. Vide ad *l.* 2. § 2. Gregor. Naz. *in Baſil. epitaph.* Μήτε τὸ φιλόσοφον ἀκοινώνητον, μήτε τὸ φιλάνθρωπον ἀφιλόσοφον. Senec. *de beat. c.* 20. *Sic vivam, quaſi ſciam aliis me natum: & naturæ rerum hoc nomine gratias agam.* & *ep.* 48. *Non poteſt quiſquam beatè degere, qui ſe tantùm intuetur, qui omnia ad utilitates ſuas convertit. alteri vivas oportet, ſi vis tibi vivere. Hæc ſocietas diligenter & ſanctè obſervanda eſt, quæ nos omnes omnibus miſcet, & judicat aliquod eſſe commune jus generis humani.*

Μήτε ἀνεξέταστος | Ità Baſil. Cæſar. *epiſt.* 44. Οὐδὲν ἀνεξέταστος φρονεῖσθαι. Et *epiſt.* 54. Πάντα μὲν λόγον, πᾶσαν δὲ φρόνησιν ἀδιάκριτον ἀπωλέσθαι. Vide & *infr.* § 6. & *l.* 8. § 2. & *l.* 10. § 37. Idémque *in Eſaiam.* & apud Simeon. Logothet. *orat.* 21. Χρὴ ὦν, ὥσπερ διήγειλα, τὸν λόγον πᾶσι ἀνωτάτω χώραν παρ' ἡμῖν λαχόντα, ἔκαστα κρίνειν καὶ ἐξετάζειν τά τε δίκαια καὶ μὴ, καὶ συγκατάθεσιν μὴ φρονεῖσθαι, καὶ τῆς ἐμαυτοῦ τῆς ψυχῆς μὴ ἀκριβῶς ἐπικρίνειν. ἀνεξαπάτητος γὰρ ἕκαστος ἐν οἷς ἔχει ἀπροσκέπτως. Galen. *hortat. c.* 6. Itaque ἐν τῷ μὴ ἀνεξετάστῳ, τὸ ἀπροβλήτον καὶ ἀνεξαπάτητον γίγνεται, de quo Marcus *l.* 7. § 55. At contrà Apelles hæreticus referente apud Euſebium *hiſt. Eccleſ. l.* 5. *c.* 13. Rhodone, Μὴ δεῖν ὅλως ἐξετάζειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἕκαστον, ὡς πιστεύσαντα διαμένειν. quod eſt prorſus interdicere homini, animal nè ſit rationale, ſaltem nè ratione, quâ eum conditor Deus inſtruxit, utatur. nec multùm abſcedunt aut ſuperſtitioſi Judæuli, qui, ut refert Hieronymus à ſancta fide in *Hebræmaſtig. l.* 2. *c.* 2. ex Moſis verbis *l.* 5. *c.* 17. *v.* 11. perperam acceptis, tradunt, quòd, *ſi ſapientes dixerint tibi, dextram eſſe ſiniſtram, vel contrà, credi ſervarique debeat*; aut ſupercilioſi Jeſuitæ, qui, referente Paulo Soarpio in *Hiſtor. de Interdict. Pauli* 5. *adv. Venet. l.* 2. in *Regulis* Potavii relictis ann. 1606. *reg.* 3. aſſerunt, *Si Pontifex Romanus nigrum eſſe definierit, quod oculus album eſſe renunciaverit, aut vice versâ, illius definitioni eſſe acquieſcendum.* atqui hoc eſt etiam oculos hominibus eruere, non rationis tantùm uſum eripere.

Μήτε ἀνθελκόμενον | *Neque patere te retrahi.* Xyl. *nec cum reluctatione*, Caſ. Malim, *neque affectibus abreptus.* quod Jacob. Apoſt. *c.* 1. *v.* 14. ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος. Et Marcus *infr.* § 15. ἐρμηνικῶς νεύρασι κάμπτεσθαι. Eodem vocabulo uſus eſt Plato *leg.* 1. τὰ πάθη αὖθις τε ἡμᾶς καὶ ἀνθέλκουσι. Vide *l.* 2. § 2.

Μήτε κομψείᾳ | Ità § 8. Οὐδὲ κομψόν. & *l.* 4. § 51. καὶ τῆς κομψείας. & ἀκομψον. *l.* 6. § 38. quæ ἀδεῖ τῷ φιλοπαίγμονι καὶ χαριεντισμῷ. uſurpari monet Pollux *l.* 5. *c.* 45. Ariſtoph. *nubib.* 2. 1.

Πρῶτον μὲν εἰ κομψὸν ἐν συνουσίᾳ.
Primò quidem ut ſis lepidus in congreſſibus.

Idem *avib.* 1. 3.

Μὰ γὼ νόημα κομψότερον ἤκουσά που.
Noema nunquam audiveram elegantius.

Ubi Schol. κομψεία, ἱλαρεία, ἀστεότης, *feſtivitas, urbanitas.* Euripid. apud Ariſtot. *Polit. l.* 3. *c.* 4.

Μή μοι τὰ κομψ', ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ.
Speciosa mitte; prome queis urbi eſt opus. Grot.

Ariſtot. *de Cœlo l.* 2. *c.* 13. κομψῶς μὲν, οὐκ ἀλη-

θῶς

ὡς δι. *argutè quidem, haud verè tamen.* In sermonis autem elegantia aut festivitate studium poni Marcus alibi vetat. Vide *l.* 1. § 7. ἀσκαλογλας. & *l.* 8. § 30. ἀβλεφάρους. Plato in *Politic.* Κᾆν διαφυλάξῃς τὸ μὴ ἀπορρίπτειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν, πλησιάσῃς ἂν εἰς τὸ γῆρας ἀναφανῆσθαι φρονήσεως. Latiùs tamen extendit idem *epist.* 10. Τὰ γὰρ βέλτιον καὶ πρεσβύτερον καὶ ὑμᾶς, τοῦτο ἐγὼ φημι δεῖν πλὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν· τὰς δ' ἄλλας τε καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας, κομψότητας οἶμαι προσαγορεύειν, ἐρρέτω ὀνομάζειν. Aliud est τὸ κομψόν *l.* 8. § 34. Senec. *ep.* 115. *Oratio vultus animi est: si circumtonsa est & fucata, & manufacta, ostendit illum quoque non esse sincerum, & habere aliquid fracti. non est ornamentum virile, concinnitas.* Sed de sententiarum potiùs ratione Marcus istic. Cæterùm, μήτε κομψείαν δ' διανοίᾳ σου ἐγκλασθήτω, Xyl. cùm reddidit, *nè in cogitationibus tuis astutiam fecteris*; à Marci mente nimiùm quantum recessit. διανοίας σχήματα, sive *figuræ sententiarum* rhetoricæ magistris quid sint, docet Fabius *instit. l.* 9. *c.* 1.

Πολυρρήμων | Epictet. *Enchir. c.* 32. § 1. Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔσω, ἢ λαλεῖσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δ' ὀλίγων. Juvenal. *Sat.* 2. *v.* 14.

Rarus sermo illis, & magna libido tacendi.

Πολυπράγμων | Vide *l.* 4. § 24. De sapientibus ex Stoicorum sensu Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Ἀπράγμονάς τε εἶναι· ἐκκλίνειν γὰρ τὸ κακόηθες. Plut. *de Stoic. contrad. c.* 16. ait, Chrysippum *vitarum l.* 4. τὸν σοφὸν λέγειν ἀπράγμονά τε καὶ ἰδιοπράγμονα εἶναι. Verba Chrysippi, Οἶμαι γὰρ ἔγωγε τὸν φρόνιμον καὶ ἀπράγμονα εἶναι, καὶ ὀλιγοπράγμονα, καὶ τὰ αὑτοῦ πράττειν. ὁμοίως τῆς τε αὐτοπραγίας καὶ ὀλιγοπραγμοσύνης ἀρετῶν ὄντων. Idem *lib. de eligend. propt. fc.* τῷ γὰρ ὄντι φαίνεται ὁ κατὰ τὴν ἡσυχίαν βίος ἀκινδυνότερος τοῦ καὶ ἀσφαλῆς ἔχειν· ἢ πάνυ δεῖ πολλῶν δυναμένων τοῦτο ζωπυρεῖν. itaque Tertull. *de pall. c.* 5. non *Epicuros* tantùm, sed & *Zenonas quietis magisterium* dicit. Quanquam Tigellinus impurus ille Neronis Palpo, apud Tacitum *annal. l.* 14. Stoicæ sectæ objicit, quòd *turbidos & negotiorum appetentes faciat.* Siracides *c.* 38. *v.* 26. Ὁ ἀλαζονεύμενος πράττει αὐτῷ, συμβιβάσεται.

Ὁ ἔν σοι θεός | Mentem nunc *dæmonem*, ut *l.* 2. § 13. & *infr.* § 6. nunc & *Deum* dicit, ut hoc loco, sic *l.* 12. § 26. ὁ ἐκάστου νοῦς θεός. ibi plura vide.

Περιστάσεις | Ità *l.* 5. § 27. περιστάτω καὶ ἠγεμόνα.

Ἀρρένων | Vide *lib.* 2. § 5. De Zenone apud Laërt. *l.* 2. Zenodotus:

Ἀρρενα γὰρ λόγον εὕρεις ——

Masculum enim verba invenisti — vel

Masculam enim vitæ rationem tu reperisti.

Et Senec. *epist.* 33. *Totus contextus illorum virilis est.* Apud Persium *Sat.* 5. *v.* 144. *Masculam bilem.* i. e. *Masculum animum criminis loco luxuria objicit juveni in suis castris militanti.* Casaub. ibi.

Ἀνατετακότος | *qui se ita comparaverit.* Xyl. vel *composuerit.* ἀνατάξασθαι, ἐυτρεπίσασθαι. Hes. & Suid.

Παρεμβύσῃ τὸ ἀναπληκτικόν | Translatum videtur à re militari: quod & Suidas censet, ubi locum hunc laudat, nisi quòd τὸ ἀναπληκτικὸν illud esse *classicum* existimet, *quo εἰς πόλεμον οἱ ῥᾳθυμοι ἀναπαλῶνται, ignaviores ad prælium in eundem incitantur*; cùm sit potiùs, ut Budæus, *quo receptui signum datur, & à pugnâ, fusorúmve prosecutione milites revocantur.* quomodo Plut. in *apopth. Lacon.* Ἄλλος ἔλεγε παρατάξεως τοῦ πολεμίου τὸ ξίφος καθαφίεσθαι μέλλων, ἐπεὶ τὸ ἀναπληκτικὸν ἐσήμηνεν, ἐκάτι κατηύξατο. quod idem & de Chrysanta Persa narrat, in *collatione Pelopidæ & Marcelli*, & *in capit. Rom. quæst.* 39. à Cyro eo nomine laudato; ex Xenophont. *paed. l.* 4. Ita & Pollux *onomast. l.* 1. *c.* 9. § 19. ubi τὸ εἰς ἔφοδον opponit τῷ ἀναπληκτικῷ. Et clariùs adhuc *l.* 11. *c.* 11. παρεγκλιδικὸν, ἢ τὸ κατὰ τὴν τῆς μάχης συμβολὴν· ἀναπληκτικὸν ἢ, τὸ ἐν τῇ μάχῃ ἀναπαλῶν. Ita Diodor. Sicul. *l.* 17. *c.* 7. Ἀνεκαλίσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας. & Polyb. *l.* 1. ἀνακαλεῖσθαι τοὺς ἑαυτῶν παρήγγελλε τοῖς σαλπιγκταῖς· & Plut. in *Fabio*: Τῇ σάλπιγγι σημήνας ἀνάκλησιν. quod Synes. in *Calvit.* καλεῖσθαι ἀνακλητικὸν ἠξίωσα τὰς σάλπιγγας. Sed & Longus *Pastoral. lib.* 4. de Caprario, cujus cantibus capræ assueverant: Πρῶτα μὲν ὀλίγον ἐκίνησεν, καὶ αἱ αἶγες ἔστησαν, τὰς κεφαλὰς ἀνέβλεψαν· ἔπειτα ἐκίνησε τὸ νόμιον, καὶ αἱ αἶγες ἐνέμοντο κάτω· αὖθις λιγυρὸν ἔδωκε, καὶ ἀθρόαι παρῆκολούθησαν· ἑστῶσί τε καὶ ὄρθιαι μένουσι, καὶ ὥσπερ λύκοι προσβλέπουσιν, εἰς τὸν ὕλακα κατίφρονα· μετ' ὀλίγον ἀνακλητικὸν ἐφθέγξατο, καὶ ἐξελθοῦσα ἡ ὕλαξ, πλησίον αὐτῶν, ἢ ποδῶν ζωπύρημα. Sed & apud eundem *l.* 1: Dorcona pelle lupinâ invadentes canes ἀνακλήσει σωφρόνει ἡμερῶσαι Daphnis fertur. Idémq; *l.* 2. Λαβὼν τὸν σύριγγα, συρίζει ἱερὸν, οἷς ἱερὰν ἐφοίτησεν, οἷς πρίν ἀνακλητικὸν, οἷς ἐπιζήμιον. Eodem respexit Epictetus *dissert. l.* 1. *c.* 20. Ἐὰν δ' ὁ θεὸς σημήνῃ τὸ ἀνακλητικὸν ὡς τοῦ ζωπύρου, πείθεις δεῖ τῷ σημαίνοντι, ὡς στρατηγῷ. Idem *l.* 3. *c.* 13. Ὅταν ἢ μὴ παρέχῃ τὰναγκαῖα, τὸ ἀνακλητικὸν σημαίνει, τὸν θύραν ἤνοιξε, καὶ λέγει σοι, ἔρχου. Et *c.* 26. Τί οὖν, ἐὰν μὴ παρέχῃ ὁδός; τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὡς ἀγαθὸς στρατηγός, τὸ ἀνακλητικὸν μοι σεσήμανται; πείθομαι, ἀπολύω, ἀπαφιημὶ τὸν ἡγεμόνα, ὑμνῶν αὐτὸν τὰ ἔργα. Et *c.* 24. Ἂν μὲ ἐκεῖ πέμψῃς, ὅπου κατὰ φύσιν διαγωγὴ ἔσται ἀνθρώπῳ, ἔσομαί σοι ἀπολύων ἕξεως· ἀλλ' ὡς σὺ μοι σημαίνοντος τὸ ἀνακλητικὸν, αἰδέσομαι ὅτι μοι χρείαν οὐκ ἔχεις. Potest & à re nautica sumptum videri. quâ imagine eâdem ferè in argumento eodem usus est Epictetus *Enchir. cap.* 7. Καθάπερ ἐν πλῷ, τῆς πλοίᾳ καθορμισθέντος, ἂν ἐξελθὼν ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μοῦ παίσματα, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξῃ

ἀναλίξῃ ἢ βολίδειον, πεπᾶξ. [al. πέπηδαι] ἢ δεῖ τὴν διάνοιαν δεῖ τὸ πλοῖον, ἢ συσχοῖς ὑπερέσθαι, μή τι σὺ γε ὁ κυβερνήτης κελεύσῃ, ἢ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφεῖναι, ἵνα μὴ διδύμῳ ἐισβληθῆς, [ἐκβληθῆς vulg. perperam.] εἰς τὸ σῶμα. ὥσπερ ἢ ἐν βίῳ, ἐὰν διδῶσι ἀρτὶ βολίδα ἢ καχλάζῃ γυναικεῖον ἢ πυθμὴν, ὑδὴν κωλύσει. ἐὰν δ' ὁ κυβερνήτης κελεύσῃ, πρίχ δεῖ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν διατρεφόμενος· ἐὰν δ' γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῆς ποτε τῷ πλοίῳ μακρὰν, μήποτε κελεύσῃ ἐλλιπῆς. Vide ad *l.* 9. § 3. & *l.* 11. § 20. quo loco, quod ἀναπαλτὸν istic, ἐσθῶμον idem dici videtur.

Εὔλυτος] Citat Suidas è Marco ista, sed non explicat. Sic *infr.* § 7. ἐυλύτως ἔπεται. & § 16. εὔλυτον. Potest autem τὸ εὔλυτον istud à *vestitu* sive *calceatu* translatum videri, qui quò minùs arctè astringitur, eò faciliùs exolvitur & exuitur. De Iphicrate Diodor. Sicul. *l.* 15. Τὰς δ' ἀσθενείας τῶν στρατιωτῶν εὐλύτους ἢ. κύριος ἐποίησε, τὰς μὲν χεῖρας τοῦ νῦν ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνης καλουμένας. Indè Luc. 3. *v.* 16. λύειν τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων. quem locum tractans, & more suo in allegoriam trahens, Clemens *Strom. l.* 5. χρῆναι δὲ τοὺ κρείττονος ποιεῖσθαι, ἀπολύειν τὸ σώματος, ἢ ὥσπερ τότε ἀμπτημάτων τινὰ ψυχὴν, ἅσπερ τὸ δεσμὸν τὸν ποδὸς. Ità Lucr *l.* 1.

— vita quoque omnis
Omnibus è nervis atque ossibus exoluatur.
— veluti cùm lubrica serpens
Exuit in spinis vestem. —

Sicut idem *l.* 4. & *l.* 3.

— vestémque relinquere ut anguis,
Gauderet. — de anima corpus exuente. De Diogene Cynico Epictet. *l.* 3. *c.* 26. ἐλεύθερος ἦν, ὅτι ἀπεσκέλικει πάσας τὰς τῆς δουλείας λάσας· πάντα εὔλυτα εἶχε, πάντα μόνον ἐφεστηκότα. *omnia appensa tantum, non adstricta habebat.* Interpres enim doctissimus perperam reddidit; *Omnia à seipso pendentia.* Potest & à *fructibus maturis*, quæ sponte suâ decidunt, quum immatura valdiùs adhæreant. Theophr. *de caus. plant. l* 5. *c.* 4. Παπαδεῖς δὲ ὁ καρπὸς, αὐτόματος ἀποῤῥεῖ· ὀψὲ δὲ τῶν πεπαδιῶν, μᾶλλον ἰσχύει καὶ σφίγγεται. Vide *l.* 12. § 3. Cicer. *de Senect. sicut poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur, si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.* quod Senec. *epist.* 30. *Senectus leniter emittit, non repente avulsum vitæ, sed minutatim subductum.* Vide *l.* 9. § 3. Aptissimè ad Marci entem, Idem in *Oedip.* 4. 2.

Animam senilem mollis exolvit sopor.

Contendi autem possunt cum Marci istis Epicteti illa *differt. l.* 2. *c.* 6. Ἀλλὰ χρυσίδας μὲν πολὺν κάλλιον τὸν πολέμιον, ἐπειδὴ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν ἀναπηδήσης, ἀνέχαν. ὅταν παρεγγείρεσθαι ἴδωσιν αὐτὴν, τὰ μὲν στρατηγικὰ πρόσωπα, ἢ τὸ ἴδιον πιεῖν. ἢ ὑδὲ ἢ ὑδὲ δῶλε, ὑδὲ τῆς ἀναγκαίας κολύσεως, ἐνολύσεως ἀναπόσω αὐτῇ· ἀλλὰ κλαίουσιν ἢ στένοντες πόρρω ἀ πόρρω· & fortasse istic etiam ἐυλύτως fuerat. Vide ad *l.* 8. § 33. *l.* 9. § 3.

Μήτε ὅρκω διδύμῳ] Juramentum omne viro ejusmodi, qualem Marcus istic delineat, variis rationibus neutiquam necessarium videri possit. Ac primò quidem διὰ τὸ ἀξιόπιστον. quia, cùm veracem se jugiter ac constantissimè exhibuerit, etiam injurato à quibusvis fides adhibebitur. ἢ γίνεται τοιούτοις ἀνδράσιν ὁ τρόπος· ut Libanius *orat.* 28. In quam sententiam arguté Clemens *Strom. l.* 7. Τὸ ἀληθεύειν χρὴ τὸν ὅρκον, ἵνῃ συμφωνίας τῆς χρὴ τὸ ἀληθὲς γένεται· τὸ εὐορκεῖν [ità Heinf. quod vulg. εὐρεῖν.] ἢ συμβαίνει χρὴ τῷ κατὰ θεσπιν τῷ ἐν τοῖς καθήκουσι. πῶ τοίνυν ἔτι τῆς ὅρκου χρεία, τοῦ χρὴ ἄνευ ἀληθείας βιῶναι; Clariùs Isidor. Pelus. *l.* 2. *epist.* 148. Ὁ μὲν εὖ βιώντων λόγος ὅρκου πιστότερος παῖς πάντων μὲν ἀκουόντων συφαίνεται ψήφοις. ἀκύρ, εἰ πυθαγόρου βακόμενα, εὖ βιῶμεν. Sed & Pythagoras, sectatoribus suis præcipiebat, Μὴ ὀμνύναι θεούς· ἀσκεῖν γὰ αὐτὸν δὸν ἀξιόπιστον παρέχειν. Laert. *l.* 8. Quod Gregor. Naz. in *Iamb.*

Ὅρκον ἢ φεύγε πάντα. πῶς ἔτ πείσομαι;
Λέγε, τεράστι τὸν λόγον πιστωθῆναι.

De Essenis Josephus *captiv. Jud. lib.* 2. *c.* 12. πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ἰσχυρότερον ὅρκου· τὸ δὲ ὀμνύειν αὐτοῖς ἐπίσταται, χεῖρόν τι τῆς ἐπιορκίας ἐπαλαμβάνουσι. ὑδὲν γὰ δὲ κατεγνῶσθαι φασὶ τὸν ἀνθρώπου δίχα θεοῦ. Cicero *pro Balbo*: *Athenis aiunt, cùm quidam apud eos, qui sanctè gravitérque vixisset, & testimonium publicè dixisset, & ut mos Graecorum est, jurandi causâ ad aram accederet, unâ voce omnes judices, nè is juraret, reclamâsse.* Xenocrates is fuit, uti docet Laërt. *l.* 4. in *Xenocr.* Ἦν δ', inquit, ἢ ἀξιόπιστος σφόδρα· ὥστε μὰ ἔχων ἀνώμοτος μαρτυρῆν, τότε μόνῳ συνεχώρουν Ἀθηναῖοι. Sed & Val. Max. *memorab. l.* 2. *c.* 10. qui hoc ipsum ubi retulerat, subjunxit; *Judices, quod sibimet ipsis postmodum dicendæ sententiæ loco remissuri non erant, sinceritati ejus concedendum existimârunt.* Vide quæ de Maximo Marcus *l.* 1. § 15. Plaut. *Amphitr. Act.* 1. *Scen.* 1. *v.* 281.

Nam injurato scio plùs credet mihi, quàm jurato tibi.

Ità quod apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 27. Æschylus;

Οὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίστις, ἀλλ' ὅρκου ἀνήρ.
Dat fidem vir juramento, non juramentum viro.

sive ut Grotius reddit,

— vir sacramento fidem
Debet mereri, non sacramentum viro.

Deinde, διὰ τὸ ἀσφαλὲς καὶ τὸ ἀσφαλές. quia, cùm sit sponte sua æqui boniq; tenacissimus, juramento nihil opus habiturus sit, cujus religione ad officium suum præstandum adigatur. Etenim quemadmodum de legibus Demonax Cynic. ap. Lucian. οἱ ἀγαθοὶ νόμων ἢ δίκης, nimirum, πειθόμενοι ἑκουσίως διὰ.

διὰ τὸν λόγον, ἃ ἄλλοι ἄκοντες διὰ τὸν νόμον. οἱ γὰρ ἀληθῶς φιλοσοφοῦντες μόνοι ποιοῦσιν ἑκουσίως, ἃ ποιοῦσιν ἄκοντες οἱ λοιποὶ διὰ τὸν νόμον, ὥσπερ ὑπὸ μαγγάνου κινοῦ ἢ χαλεπῆ νόσῳ πλὴν ἡδονῇ ἀναγκαζόμενοι, καὶ σφᾶς τὸ θεῖον ἀποκλίνοντες. Xenocrates apud Plut. *adv. Colot.* & *de virt. moral.* Et Constantius Imper. *orat. pro Themistio:* Εἰ δυνατὸν λῦσαι πᾶσιν ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι, τῆς ἐκ τῶν νόμων ἀνάγκης ὑπ' αὐτῶν τῶν φιλοσόφων ἐλευθερωθείσης. Itaque Aristippus, Τί πλέον ἔχουσιν οἱ φιλόσοφοι, requisitus, respondit, referente Laërtio; Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν. *Eodem quo nunc vivunt modo victuros philosophos, etiamsi leges omnes tollerentur.* Siquidem id suâ sponte facient, quod legibus facere coguntur. De juramento pariter dici poterit; nihil istoc viro bono opus, quò ad id quod est officii sui obeundum, vel impellatur, vel obstringatur: quum sponte suâ facturus sit illud, quod alii vix etiam juramenti vinculis constricti exequantur. Ità M. Fabius fugientibus cohortibus post Q. Fabium in prælio occisum; *Hoc jurâstis* inquit, *milites? fugientes vos in castra redituros? adèò ignavissimos hostes magis timetis, quàm Jovem Martemque per quos jurâstis? ut ego injuratus aut victor revertar, aut propè te hic, Q. Fabi, dimicans cadam.* Liv. *l.* 2. De Numa Livius idem *l.* 1. *Eâ pietate omnium pectora imbuerat, ut fides ac jusjurandum, propulso legum ac pœnarum metu, civitatem regerent.* Cæterùm Fabium fides pietásq; in patriam etiam citra juramentum in officio continebant. Atq; hoc est quod Solon, ut Laert. *l.* 1. Κόμιζεσθαι δέχεται παρ' ἑκάστου ἔγγ. Quanquam nec *injuratus* prorsus vir bonus: *sacramento*, non vulgari tamen illo, adactus, sed sanctiore etiam, si quid in istis aliud alio sanctius æstimatur, quódq; facit, ut illius idcirco nullus indigeat. Senec. *epist.* 37. *Quod maximum vinculum est ad bonam mentem, promisisti virum bonum. Sacramento rogatus es.* & *epist.* 65. *Sapiens, affectatórque sapientiæ, velut sacramento rogatus,* &c. Et *de vit. beat. c.* 15. *ad hoc sacramentum adacti sumus.* Cæterùm ego sensui, quem priore loco proposueram, ἐμμένω. Tertio deniq; (id quod Marcum istic cum primis velle, nullus ambigo) διὰ τὸ αὐτάρκης εἶναι ἀνενδεᾶ· quia eo sit animo eâque sui fiduciâ, ut juramentum interponere nihil habeat necesse, si dicenti fides derogata fuerit; cùm ab aliorum de sese opinionibus ac judiciis bonum suum ac beatitatem neutiquam pendere persuasum habeat. quò spectat & quod sequitur, ut nec juramentum proprium, ità nec testimonium alienum, sic affecto, usui (necessario saltem) futurum.

Μήτε ἀναγκάσαι τινὰ μάρτυρα | Ità *l.* 7. § 62. ὅτε δεισιδαιμονίας λύσαι. Et *infrà* § 16. οἱ δὲ ἀνιστεῖν αὐτῷ, &c. *parum pensi habiturum, etiamsi non ipsi fidem adhibuerint, talem esse reverà, qualem præ se fert.* Τί δ' ἐμοῦ τις ἦν ἀναπλήσειεν εἰδὼς αὐτῷ, εἰδ' εἰς γῦν βέλτιστ. *lib.* 10. § 11. aliud est autem quod *lib.* 9. § 29. μὴ σκελλόντι, ὥσπερ] ἑστῶτι.

Ἐν ᾧ τὸ φαῦλόν | Vitiosa proculdubio scriptura. ambigua satis emendatio. Eruditus vir D. Boot. vult ἐν ᾧ, quasi dicat: *hoc unum cum primis attendatur*, vel *agatur.* quomodo Apost. *ad Philip. c.* 3. v. 13. ἓν δέ. *Unum hoc* est quod ago, quod attendo. Ego existimaverim legi posse, ἐν ᾧ, vel, quia id forsan poetarum est peculiare, ἔνι ᾧ, ἐνὼ τῷ ἔνεστ ᾧ, *inest autem* hujusmodi, quam suprà delineaveram, animi constitutioni *alacritas* jugis ἡ εὐπάρεια. Vel si cui minùs hoc arriserit, quia moniti seu præcepti rationem præcedentia habent, ἐνῆν ᾧ, aut ἐνέστω ᾧ, *inest autem*, aut *inesto verò*, &c. Cæterùm aliorum arbitrium esto. ego nihil statuerim.

Τὸ φαῦλόν | Apul. in *apolog. Cæterùm Platonica familia nihil novimus nisi festum & lætum, & solemne & superum & cæleste.* Senec. *epist.* 60. *Talis est sapientis animus, qualis mundi status super Lunam: semper illic serenum est.*

Ὀρθὸν οὖν δεῖ κεῖσθαι, οὐχὶ ὀρθούμενον | *Rectum igitur esse oportet, non autem erectum.* hoc est: qui *recto* ipse per se jugiter consistat *incedátque tuto*, ut Horatius loquitur, *l.* 2. *ep.* 1. non qui lapsus, vel lapsabundus alienâ manu erigi opus habeat; quomodo de Hectore Homer. *Il.* Β. *v.* 272.

——ὁ δ' ὄρθιος ἔστιπαύδα

Ἀμφὶ δ' ἄρα μφοῖς τὸν δ' αὖ ὀρθωσιν Ἀμύμων.

Et de Euryalo, *Il.* Ψ. *v.* 694.

Ὣς πληγεὶς ἀνέπαλτ' αὐτὰρ μετὰδουπος Ἐρινεὸς

Χερσὶ λαβὼν ὄρθωσε.——

Sophocles *Oedip. Colon.*

Γέροντα δ' ὀρθοῦν, φαῦλόν ἐς νέον πόνον.

Frustra, in juventa lapsum, erigitur senex.

Plutarch. *ad præfect. indoct.* ὅτι γὰρ πεπτωκότες δεῖ ὀρθοῦν, ὅτι διδάσκειν ἀγνοοῦσι. *Neque enim aut erigere alios idoneus est, qui ipse cadit; aut docere, qui ipse nescit.* Vide *ad l.* 1. § 15. Suid. Ὀρθοῦς λόγους καὶ ὀρθούς. Μάρκος. Ὀρθὸν δ' (f. δεῖ) εἶ καὶ μὴ ὀρθούμενον. Verùm sæpiùs istic jam nominatus & deinceps nominandus, non sine grati animi significatione, D. Boot. aliorsum hæc accipit. *Esset*, inquit, *plus quàm Stoica rigiditas, ἀναισθησία exigere à sectatoribus sapientiæ, cùm illa non nisi ipsis sapientibus competat. deinde sibi ipsi contradiceret, ut qui passim monet à peccatis quidem cavendum esse omni curâ & diligentiâ; sin in aliqua prolabaris, resurgendum esse, & meliora monstranti obtemperandum.* Vide *l.* 4. § 12. & *l.* 5. § 9, 10. & *l.* 6. § 11, 21. & *l.* 8. § 16. *Quin & l.* 7. § 12. *iisdem verbis, quæ hic difficultatem pariunt, sed sensu diverso,* Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενος. *Sensus itaque, ni fallor, hic est.* Ὀρθὸς inter alia valet, quod Latinis *erectus* vel *surrectus*; τὸ ἑστάμενον καὶ ἄνω βλέπον, καὶ μὰ συγκαμπὲς, ut

Græci Grammatici exponunt. Ità Xenoph. in *Sympos.* Μετὰ ἓ τοῦτο κύκλῳ εἰστιᾶτο θεώμενος ξιφῶν ὀρθῶν. Theophr. *l.* 5. *de caus. c.* 4. μᾶλλον πυκνὸν, ὅταν ὀρθὰ σταθῇ, ἧττον ὕδωρ ἀτίνησι. Lucian. ὡς ἦλθ' ὅτι μιᾷ σιωπῶντων, μηδ' ὅπως καθίζης ἔχων ὀρθός. Vult igitur Marcus, *è disciplinæ suæ placitis, ut rectus insistas, idque per te, ità ut externis veluti fulcris non indigeas: alioqui fore, ut semper verseris in metu ruinæ, videlicet fulcris illis (honore, divitiis, liberis, &c.) in quæ te inclinabas, ac quibus te probè suffultum putabas, subductis; quod facillimè ac multis occasionibus fieri potest.* igitur hæc verba nihil aliud volunt, quàm illud tristissimum Stoicorum dogma, *Viro sapienti debere omnem felicitatem intra sese repositam esse, ità ut non pendeat à rebus externis, extra ipsius potestatem sitis.* Itaque sic interpretor, *Oportet ut stes erectus, non ut erectus sencaris ab aliis.* Vide Platon. in *Menex.* supr. *ad l.* 2. § 11. Marcus ipse *l.* 7. § 2. Τοῦτο παῦσε, ἓ ὀρθὸς εἶ. favent huic interpretationi, & antegressa illa, τὸ ἀσφαλὲς τῆς ἔξωθεν ὑπηρεσίας, &c. quibus adjungi possunt & Epicteti illa, *l.* 3. *c.* 24. Ταῦτα ἔχων ἀεὶ ἐν χερσὶ, ἓ πρὸς ἕνα σωτῆρα, ἓ φύλακα ποιῶν, ἐλάττονα λήσῃ τὰ παραμυθούμενα τῶν ὑπερφωνούντων. Ità fuerit, sed à corpore ad animum translatum, quod de se Umbricius apud Satyricum *sat.* 3.

—*pedibus me*
Porto meis, nullo dextram subeunte bastilo.

§ 6. Εἰ μὲν χρήσιμον, ἐνέγκεις. Ità Epictet. *lib.* 4. *c.* 9. Εἰ πνα ἄλλα τούτων μείζονα ζητεῖς, ποίει ἃ ποιεῖς.

Ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ. *supra* § 5. teste nullo, ope operâve nulla indigens. Vide *l.* 9. § 26.

Καὶ ἐν τῇ εὐμοιρίᾳ. Vide an non [ἐν] illud inducendum sit: ut sententia sic procedat, ἐρκεῖσθαι ἑαυτῇ, in eis quæ rationis ope administrantur, ἓ τῇ εὐμοιρίᾳ, in eis quæ ἀσφαλέστερος contingunt vel decernuntur potiùs.

Τὸ ἀεὶς ἐυεισκομένῳ ἀπόλαυε. Ità *l.* 12. § 29. dixit ἀπολαύειν τῆς ζωῆς. Sensuum prægnans dictio. Est enim ἀπολαύειν, sive *frui*, cum oblectatione quadam in re adepta prorsus acquiescere. Ideo *mediis uti, fine frui* dicimur. indè tritum illud in schola Theologica, *peccatum in hoc omne consistere, quod aut fruimur utendis, aut utimur fruendis.* Videatur August. *de doctrin. Christ. l.* 1. *c.* 22, 32, 33. Et *de Trin. l.* 9. *c.* 8. & *l.* 10. *c.* 10, 11. & 83. *quæst.* 30. Petr. Longob. *sent. l.* 1. *dist.* 1. & Thom. Aquin. *Sum. part.* 1. 2. *quæst.* 11. *art.* 3, 4. Verùm Marco ipso nemo meliùs τὸ ἀπολαύειν illud nobis explicaverit. Is *l.* 10. § 32. ἀπόλαυσιν, inquit, δεῖ λαμβάνειν, πᾶν ὃ ἔξεστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐνεργεῖν· ἀπόλαυσιν sive *fruitionem oportet ducere, quicquid secundùm naturam suam exequi datur.* hoc autem quomodo fiat, ibidem docet. nempe, cùm eo loco ista nobis sunt, οὗ ὃτι τοῖς ἠδυπαθέσιν ἡ τρυφὴ, quo *deliciæ & luxus sunt hominibus voluptati deditis*, qui in ea nimirum summum bonum statuunt, & quorum vita βίος ἀπολαυστικὸς dicitur Aristoteli *Ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 5. & *Eudem. l.* 1. *c.* 4. & ipsi ἀπολαυστικοὶ. *ibid. lib.* 2. *c.* 4. quo sensu & ἀπολαυστικὰ φαντάσματα, *supra* § 4. quæ ἡδονικὰ *ibidem.* Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 13. *Viri officium est, inter alia, & beneficium dare. quare ergò dat? nè non det,* (q. d. nè officio suo delit) *ne occasionem benefaciendi perdat. vobis voluptas est, inerti otio assuefacere corpusculum, & securitatem soporis simillimam appetere, & sub densa umbra latitare, tenerrimisque cogitationibus, quas tranquillitatem vocatis, animi marcentis oblitare torporem, & cibis potionibusque intra hortorum latebram corpora ignaviâ pallentia saginare: nobis voluptas est dare beneficia, vel laboriosa, dum alienum labores levent; vel periculosa, dum alios è periculis extrahant; vel rationes nostras aggravatura, dum aliorum necessitates & angustias laxent.*

Εἰ ἓ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται. Quod Flac. *l.* 1. *ep.* 12. — *si cuncta putas una virtute minora.*

Τῷ ἐνιδρυμένῳ ἐν σοὶ δαίμονι. Vide *lib.* 2. § 13.

Τὰς φαντασίας ἐξεταζόντος. Explicat, quod suprà dixerat § 5. μὴτε ἀνεξέταστος. Epictet. *l.* 3. *c.* 12. Ὡς γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, ἀνεξέταστον βίον μὴ ζῆν· οὕτως ἀνεξέταστον φαντασίαν μὴ παραδέχεσθαι· ἀλλὰ λέγειν, ἐκδίκει, ἄφες. ἴδω τίς εἶ, ἓ πόθεν ἔρχῃ· ὡς οἱ νυκτοφύλακες, δεῖξόν μοι τὰ συνθήματα. ἔχεις τὸ σῶφρον τῆς φύσεως σύμβολον, ᾧ δεῖ πρὸς παραδεχθησομένῳ ἔχειν φαντασίαν; Cæterùm etiam supra miraculum omne cautionem ἀκριβεστάτην idem proponit, *l.* 3. *c.* 2. ἵνα μηδ' ἐν ὕπνῳ λάθῃ τις ἀνεξέταστος παρελθοῦσα φαντασία, μηδ' ἐν οἰνάσει, μηδ' ἐν μελαγχολῶντος. quæ & eadem ferè habet *l.* 2. *c.* 17. quo loco, nec immeritò, istud poscenti succlamat, σὺ θεὸς εἶ, ὦ ἄνθρωπε· σὺ μεγάλας ἔχεις ὑποβολάς. neque enim reverà natura humana fert ista; sed nec divina patitur.

Τῶν αἰδημόνων πείσεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, ἑαυτὸν ἀφειλκυκότος | πεῖσιν Suidas πειθὼ, id est, *suadelam, suasionem* interpretatur. atq; ità Xyl. istic accepit, & *persuasionem* reddidit. Verùm πεῖσις, pro *morbo, affectu*, sive *perpessione* quavis corporeâ, haud infrequens deprehenditur in medicorum aliorúmq; etiam scriptis. Hippocr. *de loc. in hom.* ὅ τι βούλεται τῷ σώματι ἀπολαῦσαι μᾶλλον ἢ ἧσσον ποιεῖν τὸ φλεγματῶδες, πᾶν τὸ σῶμα αἰδήσεται τὴν πεῖσιν, ὁπόθεν ἂν τις ᾖ. Galen. *de Sect. optim. c.* 10. § 18. ἐπὶ ἥπατος πείσει, ἓ ἐπὶ σπλῆνος πείσει. *in hepatis & splenis affectibus:* sive, *in hepate atque in liene affecto.* Alex. Aphrodis. *problem. l.* 1. *q.* 138. τυφλοῦται γὰρ ἡ γλῶττα ὑπὸ νεύρων τῆς γλώττης πεῖσιν. *est enim topica nervorum linguæ affectio.* Casius *problem. q.* 59. ἡ χολερὰ πεῖσίς ἐστι τῆς στομάχου· *Cholera ventriculi affectio*

fectio eſt. Marco etiam noſtro familiaris admodum ea vox. nam *l.* 7. § 55. πείσεις σωματικὰς, quas iſtic *αἰσθητικὰς*, appellat, & *l.b.* 5. § 26. τὰς πείσεις ἐν τοῖς μείοσι. & *lib.* 6. § 51. voluptuarium hominem dixit, *ἰδίαν πεῖσιν*, id eſt, *corporis ſui affectionem* ſive *paſſionem*, pro ſuo ſummo bono habere. Sed & apud Sextum Empiric. *adv. Logic. l.* 1. *c.* 2. ubi ex Stoicorum ſententia dicitur, τὸ ἡγεμονικὸν ἐπιφέρεσθαι κατὰ πεῖσιν. Et *ἴδίωμα πείσεως εἰ. τὴν φαντασίαν.* quam & πάθημα ἐν ψυχῇ ex eorundem mente *ibidem* definit: de qua vide *infr.* § 16. reſtituenda eſt huic vocabulo ea ſignificatio: cùm Gentianus interpres *perſuaſionem* paſſim verterit. mutanda inſuper & corrigenda vox eadem apud Plut. *de virt. cohibend.* ubi πεῖσιν ὑπεικὼς vulgò exhibetur, quod viros eximios Joan. Harrungum, Def. Eraſmum, Gilb. Cognatum in fraudem illexit, dum nunc *Obedientiam*, nunc *Perſuaſionem Homericam* vertunt, novámque indè proverbium exculpunt: quum πείθοι, non πείσῃ, legendum ſit, cùm ex Plut. eodem *de Loquac.* & Homero ipſo *Odyſſ. υ'. v.* 23. tum & ex Syneſio *de Calvit.* ubi dicit, πρέπον ἐν πείσῃ, φασὶ, τὴν κεφαλὴν. ità enim legendum, non ἐν πίσῃ, quod Beat. Rhenanum, & hunc ſecutum Hadr. Junium fefellit, qui ad *Piſæa certamina* alluſum autumabant. quum πείσῃ ibi, quomodo & in Homeri loco illo, unde iſtud autores illi mutuati ſunt, χοινίον ἀσφαλείας, i. e. *funis anchoralis* ſit: quod & Paul. Leopardus monuit *emend. l.* 15. *c.* 19. malè enim Euſtathius πεῖσιν ibi πιθὼ interpretatur. meliùs Heracleonis *ſcholia*, quæ cùm ſint hoc loco fœdiſſimè depravata, ità reſtauranda ſunt. Ἐν πείσῃ, ἀντὶ τοῦ κεφαλὴν ἐν τῷ ἐντυπῶσι, ἀλλ' ἐν ἀσφαλοῖς ὕδασι. Aſtipulatur Heſychius, qui Poetæ verba adducens, Πείσῃ, inquit, πεῖσμα πᾶν χοίνικα. Et mox: Πεῖσμα, χοινὶς ἀπόγεια, ἀρυμοῦσα. Talem nempe vult animi ſtatum, qualem deſcribit apud Plut. *de virt. moral.* neſcio quis verbis huſce; quæ etiam, quo emaculem, libentiùs laudo;

——ὐὺτα. (ἔφτα vulgò.)

Πολλὰς, ὅστις ἐν βίοτος * ἀνήρ] δέχεται, [* αἰὲν
Πιεῖ δ' ἔρος, ἡμῖν δ' ἐυκρατὴς τὸ πείσμα.

Verùm latiùs evagati ſumus: ad Marcum revertamur. Apud Platonem à Socrate ubi omnino uſurpetur vocabulum iſtud, nondum reperio. παθημάτων duntaxat *αἰσθητῶν*, quod τῆς ἀνοήτου αἰσθήσεως fortean æquipolleat, meminit Plato in *Timæo.* itaque verba illa, ὡς Σωκράτης ἔλεγεν, ad ſequentia potiùs referenda exiſtimo, deſignari; locum illum Platonis ex *leg. l.* 1. (unde & *ad l.* 2. § 2. quædam ſuprà delibavimus) ubi is ſub Hoſpitis Athenienſis perſona; poſtquam τὰ πάθη, ſive *affectus*, dixerat, *inſtar nervorum* vel *funiculorum* quorundam, *nos in diverſas partes alternis diſtrahere, nunc ad virtutem*, quæ ex altera; *nunc ad vitium*, quod ex altera parte ſit ſitum; ſubjungit, καὶ φησὶν ὁ λόγος δεῖν ἀεὶ ἕλξεων ξυνεπόμενον ἀεὶ, καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης, ἀντέλκειν τοῖς ἄλλοις νεύροις ἕκαστον. ut ſit ἀφέλκειν hìc noſtro quod ἀντέλκειν ibi Platoni; quod & noſter forſan ſcripſerit. Illud tantùm inter Platonem Marcúmq; intereſſe poteſt; quòd ille *affectibus* nos virtutem versùs *attrahi*, & attrahentibus nos tradere totos voluerit; hìc ab *affectibus* ipſis nos prorſus *abſtractos* velit; quos vitiorum loco habebant Stoici, Peripatetici non item. Perpendat inſuper & lector ſagax, an non iſta, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, loco ſint mota, cùm priorib' illis, τὰς φαντασίας ἐξεταζόντος, proximè ſubjuncta eſſent.

Τοῖς θεοῖς ὑποτεταγμένος ἑαυτόν] Vide Cleanthis votum, *ad* § 4. Et Marcum *ſupr.* § 5. Epictet. *l.* 4. *c.* 3. Ἐλεύθερος γὰρ εἶναι, καὶ φίλος τῷ θεῷ, ἵν' ἑκὼν πείθωμαι αὐτῷ. ἀλλ' ἄλλον ἀξιοῦν ἀνθρώπειόν με δοῦλον, ἢ σώματος, ἢ κτήσεως, ἢ ἀρχῆς, ἢ φήμης, ἁπλῶς ἄλογον. — ὥστε δώσω μοι παρακολουθεῖν τῇ ἐντολῇ σου. — τούτου τοῖς διατάγμασι ὑποτεταγμένον εἶ δεῖ, ἢ τοῖς Μαυσωλείου καὶ Καικίνα. ecquid plium magis?

Τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἀπαιτοῦντος] Hoc enim exigit à nobis humana natura, ſive humanitas ipſa. Vide *ſupr.* § 4.

Τόνε πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα] Vide *l.* 7. § 72. Jo. Chryſoſtom. in *Matth. orat.* 49. alludens ad Chriſti illud *ibid. c.* 6. *v.* 33. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Καὶ γὰρ προσθήκη ταῦτα ἐκείνων. ὥστε εὐτελῆ ταῦτα καὶ μικρὰ, πρὸς ἐκεῖνα ἐξεταζόμενα, κἂν μεγάλα ᾖ. Ex Platone Plut. *de util. ex inimic.* & *adv. Colot.* Ἄπαντα γὰρ ὁ θεὸς γῆ καὶ διὰ γῆς χρυσὸν, ὡς φησὶν ἡ τραγῳδία. Itaque Solonis illud ſemper ad manum, imò in monte habendum monet, cujus etiam in *lib. de profect. indie.* & *de tranquill.* meminit; & Stob. integrum *tom.* 2. *tit.* 1. exhibuit; quo modo & in Theognidis monitis reperitur, *v.* 315.

Πολλοὶ μὲν πλοῦτον κακοὶ, ἀγαθοὶ δ' πένονται·
Ἀλλ' ὑμεῖς αὐτῶν ἀμφιμεμφόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδόν ἐστι,
Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.
Dites ſæpe malique, bonique adſigit egeſtas:
At mihi virtutis munera divitiæ
Permutare nefas. manet usque immobilis illa:
At fluxas nunc hic, nunc habet alter opes.

quod Marcus etiam verbis mox ſequentibus adfirmat. Baſilius item Cæſar. *orat.* 24. & ex eodem Simeon Magiſt. *orat.* 1. Τὰ μὲν ἄλλα ἧττον ἡμῶν, ἢ μᾶλλον ἧττον ἐχόμενα, ἢ καὶ ὑποσυρῆ ἧττον ἐστηριγμένα ἔστιν, ἅπερ ἐν παιδιᾷ κύβων, τῆς κλήρου κατασαλεύσαντος. μόνη δ' κτημάτων ἡ ἀρετὴ ἀναφαίρετον, καὶ ζώντι καὶ τελευτήσαντι συμβάλλεται. Ὅταν δὲ καὶ βλέπων μοι δοκῇ πρὸς τοὺς ἐμποδὼν εἶναι, τὰ, Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς ἀμφιμεμφόμεθα, &c. Rectè omninò. Siquidem, ut Plato *Phædone*;

Νομίσματα ἀεὶ μείζω σοὶ ἐλάβομεν χαλκάσπιδος· ἐκεῖνο γὰρ μόνον τὸ νόμισμα ὁρῶν, αὐτὴ, ὦ δέσποτα πάντα αὐτάρκη τὰ τῆς παρασκευῆς ἡμῖν καταλαβέσθαι, φησὶν.

Μηδεὶς χάσκων δίδω ἑτέρῳ | Χάσκειν δίδοναι, ἐγχωρεῖν, παραχωρῶν, cedere, concedere, admittere, inque semet ipso locum præbere. Ità usurpat apud Athenæum *dipnosoph. l.* 9. Posidippus in *Saltatricib.*

—τῇ κούφῃ χάσκειν δίδω. *Vanitati da locum.* id est, vanus esto & pompaticus. Casaub. *ib. c.* 5. Aristides *ad Rhod. de concord.* ὃ δίδου χάσκειν τοῖς παροξυνομένοις. *non dabit locum exacerbationibus*; hoc est, non admittet in se, eisve superatum & abreptum sese dabit. Liban. *orat.* 19. *pro saltatoribus adv. Aristidem:* ἢ μανθάνει δίδους χάσκειν αὐτῷ. *Et locum criminationi neutiquam dedisse.* Greg. Naz. *orat.*

Οὐ χάσκειν δίδως ὀλυμπιάσι. *non das locum luctibus.* non luctui & lamentationi dedis te. Non absimilis phrasis, sed sensu paulò diverso Paulus, *ep. ad Ephes. c.* 4. *v.* 27. μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. *nec locum dederitis*, i. e. ansam occasionémque; præbueritis, vel *diabolo*, id est, *Satanæ*, ut Chrysostomus & pleriq; interpretes, vel etiam *calumniatori*, ut Erasmus. Et *ad Romanos. c.* 12. *v.* 19. δότε τόπον τῇ ὀργῇ. *locum date*, id est, permittite, *iræ*, hoc est, vindictæ divinæ. Ità Chrysost. & ex eodem Theophyl. & Oecumen. συγχώρησον τῷ θεῷ ἐκτελεσθῆναι· τοῦτο γὰρ τὸ, δότε τόπον τῇ ὀργῇ. aliter ita quemlibet multò, quàm in Posidippi verbis, sumitur; quod vir doctissimus neutiquam advertisse videtur.

Οὐδὲν ἐν ἀκαταστάσει | Ità Apostol. *ad Corinth. ep.* 1. *c.* 7. *v.* 35. πρὸς εὐπρόσεδρον τοῦ κυρίου ἀπερισπάστως. De Cynico ipsem Epictet. *lib.* 3. *cap.* 22. Ἀκαταστάτου δὲ καὶ ὅλων πρὸς τῇ διατριβῇ τοῦ βίου. quo etiam loco forsan ἀκαταστάσιος scriptum fuerit. Quod autem hîc ἀκαταστάσιος, idem *l.* 4. § 26. ἀτρεῖς dixit. Sed & Athenag. *de resurr. mort.* πλὴν ἡ ζωὴ τῶν ἐμφρόνων καὶ λογικῶν κείσεται ἂν ἐν ἀκαταστασίᾳ τινὶ, τὸ τέλειον ἀκαταστάσιον σημαίνειν, ὡς μάλιστα καὶ αὐτὸς ὁ φυσικὸς σωφρονεῖν, τῇ τε διανοίᾳ τὸ ἄνω, καὶ μὴ ἐπὶ γῆν ἀποβλέπειν ἀπαύστως ἐπιχαλινῶν. Hæc de usu vocabuli sensum quod attinet. Oprimè Epictet. *l.* 4. *c.* 2. Ἐπὶ τούτῳ χρῆσθον, ὑπόνδυον αὐτῷ δὸς τοῦτο, μηδὲ σὺ ἀκαταστάτου οἱ ὄντες διαλογισμοί. ὑδὲ γὰρ ἐπιμορφάζειν δυνατὸν ἀσκοῦντα, hoc est, quod Jacob. *epist. c.* 1. *v.* 8. Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Vehementiùs idem *ibid. c.* . . Ἀλλὰ ἴσως ἐρεῖ μέμψεται, ὅτι σὺ μὲν ὁ ἄξιος τῆς ἀσφαλείας τῆς σαυτοῦ τυγχάνεις, ἀπώλεσε δὲ τὸν ἀφελέτην. forsan, ὅτι σὺ μὲν ἐπῶν, &c.

Ἀστειοτέρα γὰρ τοῦ λογικοῦ καὶ πολιτικοῦ ἀγαθοῦ, ἃ δίκαιος ἦν ἐπῶν ὑπογραφὴς | Ità lego; cùm codices excusi pro πολιτικῷ perperam πανικῷ habeant. Sic enim *l.* 7. § 72. ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις. & *l.* 10. § 2. ἔστι δὲ τὸ λογικὸν ἐνδὺς καὶ πολιτικόν. Vide & *infrà* § 8. & *l.* 11. § 21. Est autem τὸ ἀντιπροσδέδυκε vocabulum istîc ἀμφιβολον. hoc enim insinuat, nihil quicquam omnino dignum esse, quod *ex-adversum* virtuti etiam *consideret*, id est, quoquam modo cum ea in comparationem veniat, vel in collatione compareat. Liban. *orat.* 28. Τὸ γοῦν ἀντικεῖσθαί μοι τὸν ἀντιπροσδέδυκεν. *tum nemo esset qui ex-adversum mihi consideret.* quo vocabulo & in vita sua non semel est usus, propter eo quod Apostolus τὸν ἀντικείμενον dixit, *ad Thess. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 4. tralatum à re bellica, copiisque militaribus in conspectu hostium confidentibus; uti ex Xenophonte Budæus docet. cui adjici potest ex Zosimi *lib.* 2. illud, συχνὰς μὲν ἀσίσεις ἀδήμητον. τὰ ἐχθρὰ πολλὰ. quanquam Libanius οἷς τοῖς ἀγῶσι, ἵνα θεῶνται, μᾶλλον ἢ τοῖς λόγοις διατεθρύπτων ἢ ἐπιδεικνύμενον, *ad cathedras sive theatra orationes confectarius & specimen facultatis suæ exhibentibus* respexisse videatur. Oprimè Epictet. *l.* 1. *c.* 2. Ὁ γὰρ ἄκρος εἰς τοῦτο ἥκει τὸ μὴ πάντων σκύβειν καὶ πᾶσι ἀνθρώποις ἀξίας συμβάλλειν καὶ λοιδορεῖσθαι, ἐμμένειν δὲ μόνοις τοῖς ἐπιτελεσθεῖσιν ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἀγῶσι.

Πάντα ταῦτα | *Hæc omnia.* Xyl. *horum quicquam* potiùs. supra enim οὐδὲ ἕν τῶν dixit. ità כל Hebræis. Ezec. *c.* 18. *v.* 11, 13. וְגַם אֶת כָּל אֵלֶּה לֹא עָשָׂה *Etiamsi omnia ista non admiserit; sed in montibus comederit, vel uxorem proximi sui polluerit,* &c. *non est victurus,* אֶת כָּל הַתּוֹעֵבוֹת הָאֵלֶּה עָשָׂה *quia ex abominandis istis ullum pertraverit.* אֶת מֵאַחַד מֵאֵלֶּה id est, *unum quodpiam ex eis, v.* 10. ità solvitur τὸ ἐναπομφάσις. *Exod. cap.* 20. *vers.* 10. in *lege Sabbataria* לֹא תַעֲשֶׂה כָל מְלָאכָה & Græc. οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον. *non facito opus ullum*, sive *operis quicquam, in ea. Exod. c.* 34. *v.* 10. בְּכָל רְגָזִים ἐν πάσῃ ἔθνει. Lat. *nec in ullis gentibus.* sive, *in ulla gente. Psal.* 147. *v.* 20. *non fecit* לְכָל גּוֹי Græc. πάσῃ ἔθνει Lat. *omni nationi*, id est, *ulli.* Demosth. *in Mid.* πάντα μᾶλλον ἢ ταῦτα λεκτέον. *quidvis potiùs quàm ista dicendum.* Lat. interpres *Deut. cap.* 5. *v.* 8. *Non facies tibi sculptile, neque similitudinem omnium quæ in cœlo sunt*, id est, *ullius*, sive *cujusquam eorum quæ in cœlo sunt.*

Καὶ πρὸς ἄλλοις | Inter cætera profectûs in virtutis studio stadióque, indicia, ponit istud Plutarchus; Τὸ μηδὲν ἐπὶ μικροῖς ἡδέσθαι μηδ' ἐμπαροινεῖν, ἀλλ' ἐξαλαλεῖν καὶ σφοδρύνειν ἄκοντα. ἄκοντα γὰρ, inquit, οἱ τὸ παντάπασιν ἀπηνεῖς, ἐν ὕβρει πάντα τὰ μικρὰ διαπαίγματα, μηδὲν οἰόμενοι πρὸς μέγα τὸ μικρῷ τινι προσδιδόμενον, ἢ δ' ἐλπὶς ἐγγυτέρω τῆς τέλους βαδίζουσι τοῦ πλήτειν σωμάτων τινὰ φιλαπλυτίαν ἢ τινος ἐν ταῖς πρὸς ἀρετὴν προκοπαῖς, ἃ μὴ πολλοὶ συλλαβόντες τοῦ, τί γὰρ τὸ μικρὸν τοῦτο; καὶ τινὰ μὴ ἄπορ, αὖθις ἢ βάλανον, ἀλλὰ σφοδρύνον ἐφίεσο. κἂν οἷς τὸ μικρόπολον ἢ ἡδονή τινι τῆς ἀμβιτημάτων ἐναίσιον συγχώρησιν, πρόϊ τινα. Sus-

ἀναγκῆ ἢ ἀνεπιλείπτως, ἢ ὅλως ὅσον οἷόν τε ἀμελεῖν καὶ ἀφιέναι ἑαυτὸν, ἢ ὑπ' ὀκνηρίας ἀξιοῦν ὑπομένειν. τὸ δὲ μηδὲν ἀνιᾶσθαι, κατ' Ἄκμονα, μίγα, μηδ' ἔχειν, συγχρεῖς φησὶ τὸ μηδὲ ποιεῖ ἢ ὀλιγώρως. Vide *supr. ad l.* 2. § 16. sed & *l.* 1. § 8.

Κατεκρήτησεν ἄφνω | Tatian. Assyr. *adv. Grac.* c. 47. Τῶν γὰρ πονηρίας σύσσιτον εἰσπέμπει τῇ ἧβρι βεβρωτότων ἀσεμνάτων ἐσθῆτι. ἃ τε δὲ μικρᾶς ἀφορμῆς τῶν πονηρῶν κρείττωδέντες. Epict. *diss. l.* 4. c. 3. Ὀλίγον γὰρ χρεία δεῖ πρὸς τὴν ἀπώλειαν, τὴν πάσαν ἀναῤῥῆξαι τὸν πλοῦν, μικρᾶς ἀποσφῆς τὸν λάρυγα. ἵν' ὁ χυδαιότατος ἀναῤῥῆξῃ τὸ πλοῖον, ἃ χρείαν ἔχει τῆς αὐτῆς ἀφορμῆς, ὅσης εἰς τὸ σῶσαι· ἀλλὰ μικρὸν πρὸς τὸν ἄνεμον ἀνῤῥῆξῃ· [ἀνῤῥῆξῃ f. permiserit, non obverterit, ut Volph.] κἂν μὲ αὐτὸς ἐκῶν, ἀναπεισθῇ μὲ ἴσως, ἀπώλετο. πολύτον δεῖ τι ἢ ἐνδιδῶ· μικρὸν ἂν ἀπρήξας, ἀπώλετο, ἃ σώζεται. Ita restituit Is. Casaubonus; quem non audio tamen vertentem, *semel vitium esse & cessisse*, aut non, destruit quod perfectum est, vel servat. σῴζοντα γὰρ siquidem *profectum*, non *perfectum* sonat. at quod perfectum est non proficit. Sed eâ forsan mente Laert. *l.* 7. *Zenon.* Δοκεῖ ἢ αὐτὸς μήτε τὴν Διογένους ἀφίεσθαι φιλοσοφίας ἐπεὶ τοῦ λόγου τούτου περὶ ἀνδρείαν ὅλον τὸν βίον, ὡς ἢ Ποσειδώνιός ἐν τοῖς περὶ ἀρετῶν. quem locum tamen minùs sincerum existimo. Non dissimile his quod de picturâ Aristid. ἐφ' ἧς αὐ ἔλεγε μίαν γραμμὴν σωθῆναι τὸ πᾶν ἔργον. *linea una servata totum servat.* minùs enim clarè Canter. *linea observata totum absolvit opus.* Senec. *epist.* 85. *Si in nostra potestate non est, an sint affectus; nè illud quidem est, quanti sint. si ipsis permisisti incipere, cum caussis suis crescent, tantique erunt, quanti sient. Adjice nunc, quòd ista, quantumvis exigua sint, in majus excedunt. nunquam perniciosa servant modum. quamvis levia initia morborum, serpunt; & aegra corpora minima interdum mergit accessio. Illud verò cujus dementiæ est credere, quorum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, eorum nostri esse arbitrii terminos? quomodo ad id finiendum satis valeo, ad quod prohibendum parùm valui? cum facilius sit excludere, quàm admissa comprimere.* Et *epist.* 116. *Nullum vitium est sine patrocinio; nulli non initium est verecundum & exorabile: sed ab hoc latiùs funditur. non obtinebis ut desinat, si impetrare permiseris. imbecillis est primò omnis affectus: deinde ipse se concitat, & vires, dum procedit, parat: excluditur facilius quàm expellitur.* Aristot. *politic. l.* 6. c. 4. Ὀλίγον ὑπὲρ πονηρὸν παρεῖται· πολὺ ἢ μᾶλλον ἐν ὀφθαλμοῖς μᾶλλον δῆλον. Marcus eremit. *de leg. spirit.* § 91. Τὰ μικρὰ ἁμαρτήματα ὀλιγωρεῖσθαι ὁ διάβολος· ἄλλως γὰρ ὅτι μεῖζον κακὸν ἀναγεῖν ἐ δύναται. Et § 128. Μὴ ἀφῇς ἀπεξάλειπτον ἁμαρτίαν, κἂν βεβρωτότερ τυγχάνῃ, ἵνα μὴ ὕστερον ὑπὲ μεῖζον κακὸν κρατούμενος. Gregor. Naz. *orat.* 31. Τὸ χεὶρ μέρος ὑφαλλόμενον, ἀναπαύσιμον μὲν τῷ σοφῷ τὸ παρὸν ἔχει βλάβην, εἰς τὸ καθάλιον ἢ τῆς καλίας ἀπωσόμενον. Qui & in *monitis* ergò *ad Virgines. Carm.* 4.

Μὴ μικρὸν ἐν κακῇ δοίης ποτὲ. μηδὲ τὸ μικρὸν
Τῦδοῖς ἀνίσσοσιν, χρεῖσσον ὕπνου κύριος.

Joannes ὁ χρυσορρήμων, *in epist. ad Rom. orat.* 12. Τῶν ἀρχῶν φυλακτέον, ἢ τὰ μικρὰ φθίνοντα. τὰ γὰρ μεγάλα ἀπὸ τούτων πίπτει. ὁ γὰρ καθ' ἕκαστον ἀκριβῶν μαθὼν λέγειν, οἶδεν ὅτι παρὰ τοῦτο, χεὶ μικρὸν παῖσαι δοκεῖ. τοῦτο γὰρ τῶν καλῶν οἰκοδομῶν τοῦτο τοὺς θύρας ἀνίστησι τῶν λιμένων τοῦτο τῆς πόλεως τὰ τείχη κατίσχυσε, τὸ καθ' ἕκαστον λέγειν, οἶδεν φησὶ τοῦτο. ὅτω ἢ ὑπὸ σμικρῶν συμπάντων τὰ μέγιστα αἴρεσθαι πεπαίδευται, ὅταν τὰ μικρὰ καταφρονῇ. Idem *in Matth. orat.* 19. Μὴ τοίνυν λέγε, οἶδεν παρὰ τοῦτο, οἶδεν παρ' ἐκεῖνο. τοῦτο γὰρ, τοῦτο παῖσα ἀπώλεσεν. Et rursus: Τὸ πλεῖον ἐκεῖνον ἐκ τοῦ ἐλάττονος ἔστι, τὸ ἢ μικρὸ ταῦτα δοκεῖν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα, ἢ διὰ τοῦτο ἀμελεῖσθαι. Idem *ibid. orat.* 86. Διὸ χρὴ παῖσα ποιεῖν, ἵνα τὰς ἀρχὰς ἐκ ἀμαρτημάτων ἀναιρῶν. μὴ γὰρ δὴ φεύγων ἵνα τὸ φόνον ἐμπέσῃς τῷ ἁμαρτήματι, ὅτι μικρὸ, ἀλλ' ὅτι μεγάλου γίνεται ῥίζα ἀμελουμένη. εἰ γὰρ χρή τι ἢ θαυμαστὸν εἶπεῖν, ὃ ποιοῦσι δεῖ ἀπαθῆς τὰ μεγάλα πλημμελήματα, ἢ τὰ μικρὰ ἢ εὐπαθῆ. ἐκεῖνα μὲν γὰρ αὐτὴ ἡ φύσις τῆς ἁμαρτίας ὑποῤῥήγνυσι φεύγειν· τὰ ἢ μικρὰ αὐτῷ τούτῳ εἰς βαθυτέραν ἐμβάλλει, ἢ ὡς ἀφίσιν ἡμαίνειν δοκεῖ τῶν αὐτῶν ἀναίσχυντον. διὸ ἢ ταχέως γίνεται μεγάλα κακὰ δοκοῦντα εἶναι μικρά. τοῦτο ἢ ἐν τοῖς σώμασιν συμβαίνον ἴδοι τις ἄν·—ἢ πάντα ἢ τὰ καθ' ἓν τούτου ἴδοι τις ἂν γινόμενα. οὐδεὶς γὰρ ταχέως ἀθρόον δεῖ τῶν κακῶν ἐκπεσεῖν. ἔχει γὰρ, ἔχει τινα αἰσχύνην ἐγκαθήμενα ἡμῖν ἡ ψυχῇ, ἢ ἀφ' ἧς τὸ πρῶτ' αἰδοῦ, ἢ ἀθρόον ἐκ ἂν τοσοῦτον ἀναισχυντήσαιεν, ὡς ὑφ' ἓν ἅπαξ βίαιον· ἀλλ' ἠρέμα ἢ κατὰ μικρὸν ἀπόλλυται, ὅταν ἀμελῇ — ὑπὸ μὲν οὖν σμικρῶν ὅτω τὰ μεγάλα οἰσάγει ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος· ἀπὸ ἢ σμικρῶν τὸ ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ ταύτῃ μέθοδον ἐκ ἐλάττονα τῆς φρονίσεως εὑρών. Idem in *orat. de statuis* 19. Τὸ ὀλίγον τοῦτο ἀμεληθὲν ἢ τὸ λοιπὸν ἅπαν κρημνεῖ. πολλάκις γοῦν οἰκίας οἰκοδομήσας ἄνθρωπος, ἢ τὸν ὄροφον ἐπιθεὶς, μιᾶς παρημέλησε κατασεσαλθείσης μὴ ποιησάμενος ἀνορθῶσιν, ὁλόκληρον τὸν οἶκον ἀπώλεσεν. ἢ ὅτι ἰματίων ἢ τὸ αὐτὸ τοῦτο συμβαίνον ἴδοι τις ἄν. ἢ γὰρ ἐκεῖ μικρὸν ῥῆγμα ἡμύομεν, ἢ μὴ ῥαφέν, πολὺ τὸ λῷμα ἐποίησε· τοῦτο ἢ ἐπὶ σῶν χειμάῤῥουν συμβαίνει πολλάκις· ἢ γὰρ ἐκεῖνοι μικρᾶς ἂν ὀπὰς ἀνασχόντες μείνωσι ἐσόδους, ὁλόκληρον τὸ ῥεῦμα ἐσάγουσιν. Et *in ep.* 1. *ad Corinth. orat.* 8. οἶδεν μέσον κακὸν ἀτίμητον ἐστὶν, ὃ ἢ τὸ μικρότατον ἀποσκήπτει· ἢ γὰρ μικρὸν ἀποσκὰς, ἢ πολὺ φερόμενον ἀποσκήπτει· ἢ γὰρ τὸ σῶμα, ἂν μικρὸν ἀπὸ ξίφους διάσασιν ἕλκη-

τον,

ται, διαφθείρεται. καὶ ἡ οἰκοδομὴ, κἂν μικρὸν διαχαυνῇ, καταλύεται· καὶ τῆς ῥίζης τὸ κλῆμα, κἂν μικρὸν ἀποκοπῇ, γέγονεν ἄχρηστον. ὥστε τὸ μικρὸν τοῦτο οὐκ ἔστι μικρὸν, ἀλλὰ σφῆλον τὸ ὅλον ὄζιν. ὅταν οὖν μικρόν τι πλημμελήσωμεν, ἢ καὶ ῥᾳδυμήσωμεν, μὴ παρίδωμεν τὸ μικρόν· ἐπεὶ ταχὺς παρφθεὶν τοῦτο μέγα γίνεται. ὅπου καὶ ἰμάτιον ἀργὸν λαβὸν ῥίγους ἅπτεται καὶ ἀμεληθὲν, ὅλον τὸ σῶμα συσπᾷ. καὶ ὀφθαλμὸν ὀλίγον κεφάλαιον καταπονήσαν παρφθεὶς, ὁλόκληρον τὸν οἶκον κατέλυσε. ταῦτ' ἐν ἡμεῖς λογιζόμενοι, μηδέποτε τῶν μικρῶν καταφρονῶμεν, ἵνα μὴ εἰς τὰ μεγάλα ἐμπέσωμεν. Jason. Siracides *Soph. c.* 19. *v.* 1. ὁ ἐξουδενῶν τὰ ὀλίγα, κατὰ μικρὸν πεσεῖται. Quem locum laudans Auguſtin. *de Trinit. l.* 12. *c.* 11. *Non ad turpiſſima ſimul & ſemel proſilitur.* (quod Juvenal. *Sat.* 2. *v.* 83.

Nemo repentè fuit turpiſſimus.)

Sed quomodo coluber nec apertis paſſibus, ſed ſquamarum minutiſſimis niſibus repit: ſic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, & qui ſpernit modica, paulatim decidet. Idémque *homil.* 42. *Vel levia, vel minuta nè contemnantur. de minutis guttis flumina implentur, per anguſtas rimulas inſudat aqua, navis impletur; & ſi negligatur ſentina, mergitur navis. Quid autem intereſt ad naufragium, utrùm uno grandi fluctu navis operiatur, an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta impleat navem atque ſubmergat?* Idem *epiſt.* 108. Et *in Joan. tract.* 12. *Etiam minuta ſi negligantur, occidunt. minutæ ſunt guttæ, quæ flumina implent. minutæ ſunt arenæ grana; multa tamen impoſita premit & opprimit. hoc facit ſentina neglecta, quod facit fluctus irruens. paulatim aqua per ſentinam intrat, ſed in diu intrando & non exhauriendo mergit navem.* Videri non indignus idem *in orat. dominic.* & *in Pſal.* 118. *conc.* 3. & *de diverſ. ſerm.* 12. & 34. & *in Pſal.* 39. & Ruffin. *ibid.* Accedit quod de *peccatorum paritate* diſſerunt Stoici. Cicer. *Paradox.* 3. *Eſt peccare quaſi tranſilire lineas. quod cùm feceris, culpa commiſſa eſt: quàm longè progrediare, cùm ſemel tranſieris, ad augendam tranſcandi culpam nihil pertinet.* Nec abnuit Demoſthen. *Philipp.* 3. Τὸ δ' ἐυσπλὲς καὶ τὸ δίκαιον, ἂν τ' ὀλίγῳ μικρῷ τις, ἂν τ' ὀλίγῳ μείζονι παρεκβαίνῃ, τῷ αὐτῷ ἔχει σὺν ἁμαρτίᾳ. Certè quod Jo. Chryſoſt. *in Act. orat.* 24. Ἐν λύρᾳ παραφωνίᾳ καὶ ποικίλως ἐσκιδασμένῃ, ἂν ἀμεληθῇ τὸ τυχὸν, τὸ πᾶν ἠμέληται καὶ διέφθαρται. Claudantur iſta monito illo Hippocratico, quod tam in re *Ethica* quàm in *Medica* eſt obſervatu digniſſimum, Μὴ δὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑφορᾶν. *epidem. l.* 6. *c.* 7. § 17.

Ἐλᾶν τὸ χρεῖττον | Pythagoræ monitum; ἕλου βίον ἄριστον· ἡδὺν δ' αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. Plut. *de ſanit.* & *de tranquill.* & *de Exil.* Galen. *de affect. dignoſc.* & *cur. c.* 6. Stob. *tom.* 2. *tit.* 29. Quod Senec. *de vit. beat. c.* 8. *Præceperunt veteres, optimam ſequi vitam, non jucundiſſimam: ut rectæ ac bonæ voluntatis, non dux, ſed comes voluptas ſit.* Baſil. Cæſ. *orat.* 24. Μηδὲ ὅτι χαλεπὰ ταῦτα καὶ πόνοι λύμπια, διὰ τοῦτ' ἀποκνήσωμεν· ἀλλ' ἀναμιμνήσκεσθαι τῶν παραινούντων, ὅτι δεῖ βίον μὲν ἄριστον ἑλέσθαι σφαιρεῖδες, ἡδὺν δὲ σφόδρα τῇ συνηθείᾳ ἡσύσθαι, ἐγχειρεῖν τοῖς βελτίοσιν. Alluſit eodem Niceph. Calliſt. *hiſt. Eccleſ. l.* 8. *c.* 40. de Antonio Eremita agens, Εἰδώς γε μὲν τὸν ἄριστον βίον τῇ συνηθείᾳ ἡδὺν ἐσόμενον, οἷ καὶ χαλεπὸς τις εἶη παρασχεῖν. Diogenes apud Laert. *l.* 6. Δίκαιον ἦν, φησὶ, τοὺς ἀσκήσεων πόνον τοῦ κατὰ φύσιν εὐδαιμονίας, ζῆν εὐδαιμονίας, ὄφελος τῶν ἀποίων κακοδαιμονίαν. καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς ἡδονῆς ἡ καταφρόνησις ἀπολαυστὴν σφαλεῖσα· καὶ ὥσπερ οἱ συνηθισθέντες ἡδέως ζῆν ἀηδῶς ὅτι τὸ ναυτικὸν μισοῦσιν· ὅτως οἱ τὸ ναυτικὸν ἀσκήσαντες, ἡδὺν αὐτὸ σφῶν ἡδονῶν καταφρονοῦσι. vid. *l.* 12. § 6.

Καὶ τότε ἀντέχει | Ita *l.* 4. § 32. ἀπείξ ἔχει. Quod Paulus *ad Theſſ. epiſt.* 1. *c.* 5. *v.* 21. Πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. Clemens *Strom. l.* 1. ex neſcio quo ſcripto. Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται· τὰ μὲν ἀποδοκιμάζοντες, τὸ δὲ καλὸν κατέχοντες. Epictet. *Enchir. cap.* 50. Πᾶν τὸ βέλτιον φαινόμενον ἕπου σοι νόμος ἀφῆκται. Vide Sect. proximam. Seneca *epiſt.* 16. *Plus operis eſt in eo, ut propoſita cuſtodias, quàm ut honeſta proponas. perſeverandum eſt,* &c. Vide *l.* 10. § 8.

Κρεῖττον δὲ τὸ συμφέρον | Plato *polit. l.* 5. Καλλιστα δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ ἀκούεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλὸν· τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Idem in *Alcibiad.* 1. multis diſſerit, τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ συμφέροντα εἶναι. Cicero ex Poſidonii ſententia *offic. l.* 3. *Nunquam poteſt utilitas cum honeſtate pugnare.* Et mox: *Accepimus, Socratem ſolitum exercari eos, qui primùm hæc naturâ cohærentia, opinione diſtraxiſſent. cui quidem ità ſunt Stoici, aſſenſi, ut quidquid honeſtum eſſet, id utile eſſe cenſerent; nec utile quidquam, quod non honeſtum.* Vide *l.* 6. § 43.

Τὸ εἰς λογικὸν | Vide Marcum pleniùs de his ſeſe explicantem *l.* 10. § 2.

Ἀπύρως φύλαττε τὸ κρῖσιν μόνον | *Judicium integrum retine.* Xyl. qui & clauſulam ſequentem vertere neglexit. M. Caſ. *à concluſione iſta ſpecies omnes externas & apparentias plauſibiles diligenter arceto.* Vúltque reſpexiſſe Marcum ad *typhum*, quem δεινὸν ἀφελογισμὸν appellat. *l.* 6. *c.* 12. Aſſentior. Verùntamen vertere malim, *judicium tantummodo à typho*, ſive *pompâ externâ*, quâ faſcinari ſolet & corrumpi, *immune ſervare curæ ſit*, quo rerum iſtarum examen exquiſitiùs inſtituas. addo etiam poſſe τύφος nomine τοῦ οἴησιν, ſive *opinationem vanam* intelligi: quo modo Monimum uſurpâſſe Sextus monuit ad *l.* 2. § 15. exhibitus. Cæterùm utrovis ſenſu ceperis, videtur ἄτυφον potiùs quàm ἀπύρως legendum. Baſilius Cæſar. *orat.* 12. Ἐπειδή τι ἔχομεν παρ' ἑαυτοῖς ἐκτὸς φυσικὸν, ἀλλ' ἐν τὰ καλὰ δεῖ πανταχοῦ διακείνομεν,

διακείνομαι, ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν προκειμένων ὁρᾶς ποιεῖσθαι τὰ προγράμματα τὰς διακρίσεις, καὶ οἷόν τινα δικαστὴν, ἴσην καὶ δικαιοτάτην γνώμην τοῖς ἐναντίοις βεβαιοῦντα, πείθεσθαι μὲν τῇ ἀρετῇ, καταδικάζειν δὲ τῆς κακίας. οἷον πορνείας καὶ σωφροσύνης παρά σοι κείνεται· καὶ ὑβρίζει σε ὁ νεὼς πεπεδημένον· τὸ δικαστήριον καὶ ἡδονὴ ζωπυροῖ τὴν πορνείαν· ὁ δὲ φόβος τοῦ θεοῦ τὴν σωφροσύνην ζωπύρησεν. ἐὰν μὲν ἓν καταδικάσῃς τῶν ἀμαρτιῶν, σῴζῃ δὲ νικῶν τὰ σωφροσύνῃ, εὐθείαν ἐποίησω τὴν κρίσιν τὸ πρᾶγμα· ἐὰν δὲ τὴν ἡδονὴν δῷς τοῖς ῥοπαῖς, σεσημοτέρην ἀποφάνῃς τὴν ἁμαρτίαν, σκολιὸν ἐποίησω τὸ κρίμα.

§ 7. Ὁ ἀναγκάσει σε πρὸ τοῦ πίστιν παρασχεῖν] Justin. *apol.* 2. Ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ διὰ τῆς ἰδίας ψυχῆς, τὸν φιλαλήθη, κἂν δεινὰ πάσχῃ, ἀπειλῆται, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ. Polyb. *l.* 4. Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ γέροντες τῶν ἀνδρῶν, καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστοτε διὰ πλείονος ἔχειν πρὸς τὸ καθῆκον. Cicer. *Offic. l.* 1. *Nemo justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem, timet, aut qui ea quæ sunt contraria, æquitati anteponit.* Juvenal. *Sat.* 8. *v.* 80.

— *ambiguæ si quando citabere testis*
Incertæque rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictes perjuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere causſas.

Senec. *ep.* 88. *Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulli necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Ure, inquit, cæde, occide; non prodam: sed quò magis secreta quæret dolor, hoc illa altiùs condam.* Idemque *ep.* 76. *Vir bonus, quod honestè se facturum putaverit, faciet, etiamsi laboriosum erit; faciet, etiamsi periculosum erit. rursus quod turpe erit, non faciet, etiamsi pecuniam affert, etiamsi voluptatem, etiamsi potentiam. ab honesto nullâ re deterrebitur; ad turpia nulla spe invitabitur.* Huc animosa illa nescio cujus in Euripidis *Telepho* verba; quæ Stob. *tom.* 2. *tit.* 13. exhibet.

Ἀγάμεμνον, εἰ δ' εἰ πλήξω σὴν χερσὶν ἔχων
Μέλλοι τις εἰ πρόχλον ἐμβαλεῖν ἐμοῦ,
Σιγήσομαι, δίκαια γ' ἀντεπῶν ἔχων.
Non, si minante jam securigerâ manu
Cervix sub ictu staret, Agamemnon, mea,
Munitus æquo liberam vocem premam. Grot.

Illa etiam mulieris, sed virilia prorsus, apud Tragicum incertum verba:

Ἃ δ' ἐκπεφεύγασι τῆς ἐμοῦ χρήζεις φρενός,
Οὔτ' ἂν κραίνοις, οὔτε κρατὸς ἕξει κόμη
Δακρύοις καθεὶς πέπλους εἰς ἄκρας πόδας·
Πύθοιτο δ' ἄν, εἰ δίκαια πολλὰ βουλεύεις.
Quæ suscitari de meo vis pectore,
Non si crepares me, aut dente si ferri aspero
Seces ad imos vertice à summo pedes,
Non cuncta vincla si aggeras, intelliges. Grot.

Refert Clemens *Strom. l.* 4. quo loco & quamplurima constantiæ in hoc genere suspiciendæ exempla congessit: è quibus complura & Tertullianus habet in *ep. ad Martyr.* Vide & *ad l.* 6. § 48.

Τοίχων καὶ θεμελίων δόμων] Plut. *Sympos. l.* 7. *c.* 5. Οὐδεμία τῶν τοιούτων ἰδιῶν ὑπόκρυφος ἔστιν, οὐδὲ σκότος δυσῶδες, καὶ τοίχων ἀμφιθέντων, ὡς αἱ γυναῖκες λέγουσιν. Vide quæ ex Seneca supra adduximus *ad* § 4. verba illa; Μόνας φαντάζεσθαι, ὅτε ὧν ἔπος ἄτοπον ἀπαίρεται, τί νοῦν ἔλαττον; μὴ παῤῥησίας ἀφεκτέον ἀν ἀποκείσεται, ὅτι τὸ, καὶ τό. Facit huc quod Dominus noster apud Joan. *c.* 3. *v.* 20. Πᾶς ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς, &c. *Qui malè agit quisque, lucem odit.* Scilicet ut Seneca *ep.* 122. *Gravis malæ conscientiæ lux est.* Et Bernard. de *consideral. l.* 5. *Et turpium pœna Deus est: lux est enim. & quid tam invisum obscœnis flagitiosisque mentibus?* Siquidem ut Apostolus ad *Ephes. c.* 5. *v.* 12. Τὰ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρὸν ἔστι καὶ λέγειν. *Turpe est ac pudendum etiam profari illa quæ in occulto isti perpetrant.* Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι. *Omnia autem manifesta fiunt, cum in lucem protracta ab eadem arguuntur. Etenim lux est, quæ res omnes conspicuas facit.* ità siquidem malim locum illum interpretari. ut τὸ φανερούμενον significatum transeuntem habeat, & πᾶν eidem in regimine substituatur; quàm cum Syro & Latino veteri interprete, quos Zanchius & Beza sequuntur, *Omne quod manifestatur*, sive *conspicuum facit, lumen est*; ut τῷ πᾶν adjectum sit τὸ φανερούμενον. vel etiam, quod omnium minimè probandum videtur, cum Græco Scholiaste, cui Piscator adhæret, *Quicquid manifestum*, sive *conspicuum fit, lux est.* ut τὸ φανερούμενον non emanantis, sed immanentis significationem obtineat. Verùm ista eruditioribus dijudicanda & censenda dimitto. Hinc verò τὰ τῆς σκότους ἔργα, *tenebrarum opera*, peccata quælibet nuncupantur eidem Apostolo, *ad Rom.* 13. 12. & *ad Ephes.* 5. 11, 13. sed & τὰ νυκτὸς, *noctis, nocturna. ad Thessal. ep.* 1. *c.* 5. *v.* 6, 7. improbosq; Job. 24. 13, 17. ait *tenebras optare & aucupari, diem odisse, lucem matutinam pro umbra letali habere.* Itaq; ex illorum voto Horat. *l.* 1. *ep.* 16.

— *pulcra Laverna,*
Da mihi fallere, da justum sanctúmq; videri,
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

Epictet. *l.* 3. *c.* 22. Οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τοὺς τοίχους περιβέβληνται, καὶ τὰς οἰκίας, καὶ τὸ σκότος, ὅταν τι τῶν τοιούτων ποιῶσι, καὶ τὰ κρύμματα πολλὰ ἔχουσι. τὸν δὲ κυνικὸν οὐ δεήσει δεῖ ἀποκρύπτειν τι τῶν ἑαυτοῦ. Sophocl. *Electr.*

— πῶς τόδ', εἰ καλὸν,
Τὔργον σκότος δεῖ;
Siquidem est honestum opus hoc, quid est tenebris opus?

Quò

Quò & illud Martial. *l.* 11. *epigr.* 2.

— *regula morum,*
Quicquid & in tenebris non facimus. —

Elegantissimè Tertullianus *apolog. c.* 1. *Quod verè malum est, nè ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timere, aut pudere naturæ profudit. Denique malefici gestiunt latere, devitant apparere; trepidant deprehensi, negant accusati; nè torti quidem facilè, aut semper, confitentur.* Quæ eadem ferè habet & *ad Nationes l.* 1. *c.* 1. Cæcilius apud Minut. *Honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt.* Plutarchus denique apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 6. ex *libro adversùs voluptatem*: Τί δ' ὃ πάντων ὀφέντων ἀκριβέστερον, ἀλλὰ καὶ σαυτὸν αἰδέμονα φήσεις, νυκτὶ καὶ σκότῳ τῆς ἁμαρτήσεις πεδ' ἡλίου βλέπειν; ὑβρὶς γὰρ ἐν ἡμέραν ἔργον σκότος προβάλλει, τὸ φῶς αὐτῆς ὑπτιάζειν αἰσχυνόμενον· ἀλλὰ ἅμα τὸν κόσμον ἥλιον φιλεῖν, πρὸς ἃ πατρῴδοι, βέλτιστ' ἄν. ἅπασα γὰρ ἡμῖν ὀφθαλμὸς γυμνὰ φυλάττεται, σώφρων προσδοκάσθω τὰ πάθη. Vide *infrà* § 8. & 16. & *l.* 10. § 9.

Τὸν ἑαυτῆς νοῦν καὶ διάνοιαν] Vide *supra l.* 2. § 13.

Καὶ τὸ ἔργον τῆς τότε ἀρετῆς] *Sacra virtutis ejus.* Xyland. rectè. à mysteriis Ethnicis translatio. Ἔργα Lugduni. edit. malè. nec meliùs *Annotat.* Ἔργα.

Τραγῳδῆσαι δ' οὐκ] *Neque tragicè se gerit*, quod τραγῳδεῖν dicit *l.* 9. § 29. eodémque videtur spectare, quod *l.* 5. § 28. dicit, ὅτι τραγῳδὸς ὅτι σύρφη. vel, *neque tragicis de se materiam suppeditat.* Τί γὰρ ἄλλο ἔχει τραγῳδία, ἢ ἀνδρός τινος τὰ θεάματα πεσόντος καὶ ἐκτὸς, διὰ μέγεθος πάθους ἐπιδεικνυμένου; Epictetus *l.* 1. *c.* 4. *Quid enim aliud est Tragœdia, quàm metro quodam expressi, externa ista admirantium hominum affectus?* Hoc autem cùm non admittat iste, quem hîc Marcus depingit, tragœdiæ argumentum fieri non potest.

Οὐκ ἐρημίας, ἢ πολυανθρωπίας δεόμενος] Malim cum Lugd. δεόμενος. *Nec solitudine opus habebit*; quia *ubicunque est, & quocunque loco consistit, sibi ipsi vacat, & suus est*: ut Senec. *ep.* 62. *Nec ullus hominum assiduusque concentus interrumpit cogitationes bonas, solidasque, & jam certas.* Idem *ep.* 56. Vel etiam, quia quod supra monuerat, *nihil faciat, quod aliorum conscientiam aspectumque refugiat.* Sed nec *multitudine*; cùm *nemine teste aut spectatore indigeat*, ut *supra* § 5. sed *conscientiâ sit contentus suâ. supra* § 6. & Senec. *ep.* 8. insuper etiam ejusmodi sit, *qui sibi tutò credi possit*; contra quàm *imprudentes, quorum nemo est, qui relinqui sibi debeat.* idem *ep.* 10. Huc Antisthenis illud, qui interrogatus, quid ex philosophia lucri cepisset, respondit, Τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν. *quid posset secum, ubicunque foret conversari & colloqui.* Laërt. *l.* 6. Senec. *q. nat. l.* 4. *præf. Turbam rerum hominumque desiderent, qui se pati nescunt, tibi tecum optimè convenit.* quanquam nec δείσῃ illud est incommodum prorsus. Siquidem timent conscientiam ac frequentiam hominum vitántque, qui parietibus eam excludere fatagunt; quod superiùs tetigerat. Solitudinem autem pavorem infligere, nemini non est notissimum.

Ζῆναι μήτε δύνασθαι, μήτε φέλγειν] Deesse aliquid nemo non viderit. & suspicetur quis legendum μήτε δύνασθαι [τι] μήτε φέλγειν. quo modo *infra* § 12. dixit, μηδὲν δεομένου, μηδὲ φέλγειν. Verùm aliud est δεομένου, aliud δύνασθαι. nec idem utrobique sensus est. vel etiam quo modo *l.* 11. § 11. ὅτε δύνασθαι, ὅτε φέλγειν, cùm de eis priùs egisset, quorum αἱ δόξεις καὶ φυγαὶ perturbant nos. Verùm, quia aliò quæ sequuntur spectant. malim, [ἢ δύνασθαι] μήτε δύνασθαι μήτε φέλγειν. Commentarii vicem præstabit, præter proximè hîc adjecta, *l.* 9. *periocha* 3. Est quod Martial. *l.* 10. *epig.* 47.

Summum nec metuit diem, nec optat.

Siquidem ita formatus est, ut *illi nec amor vitæ, nec odium sit*; *nec vita tædio sit, nec mors timori.* Senec. *ep.* 65. & 78. Itaque *nec spe mortis patienter dolet: nec tædio doloris libenter moritur. hanc fert, illam expectat.* Idem *ep.* 98.

Πότερον δὲ τοῦ πλέον διάσημα] Nihil, inquit, sapienti intererit, diuturniorem an breviorem in corpore moram faciat. quia nimirum vitam semper perfectam & consummatam habet: ut *infrà* § 8, & 12 & *l.* 10. § 1. Vide & *l.* 2. § 14. Chrysippus apud Plutarch. *de Stoic. repugnant. c.* 23. Ὅτι παρὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονήσουσι, ἀλλ' ὁμοίως καὶ ὀλίγου τοῖς τὸν ἐλάττω χρόνον εὐδαιμονίας μετεσχηκόσιν. Et *de communn. notit. c.* 7. Ὅτι ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει περιγινόμενος, ἀλλὰ καὶ ἐλαττώσεις τινὰς ἔστιν ἃ ἔχει ἡδονὰς φύσιμος, οὐκ ἐπὶ τὸ εὐδαιμονίαν ἀπολαβεῖν τοῦ τὸν αἰῶνα χρησθαι τῇ ἀρετῇ, καὶ μακρὸν ἐν αὐτῇ πεπλεῦκότος. cùm tamen idem alibi asserat: ὑδὲν δεῖ ἀρετῆς ὄφελος ἀλυσχρονίου. Cicero *de finib. l.* 2. *Qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere, perfici beatam vitam perfectione virtutis. negat enim summo bono adferre incrementum diem.* Et *l.* 3. *Recta affectio, item convenientia, denique ipsum bonum, quod in eo positum est ut naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. Ut enim opportunitas non sit major productione temporis: sic hæc, de quibus dixi non sunt temporis productione majora. Ob eamque causam Stoicis non videtur optabilior, nec magis expetenda beata vita, si sit longa, quàm si brevis. Ut si cothurni laus sit, ad pedem aptè convenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, neque majores minoribus: sic quorum omne bonum convenientiâ atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus, nec longinquiora brevioribus anteponuntur.* Senec. *epist.* 101. *Mens stabilita scit, nihil interesse inter diem & sæculum.* Et *epist.* 85. *Beata vita una est. in optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. itaque in æque est longa & brevis,*

brevis, diffusa & angustior ; in multa loca, multâsq; partes distributa, & in unum coacta. qui illam numero æstimat, & mensurâ & partibus, jam illi, quod habet eximium, eripit. Quid est autem in beata vita eximium? quòd plena est. finis, ut puta, edendi bibendique satietas est. hic plus edit, ille minus: quid refert? uterque jam satur est. hic plus bibit, ille minus: quid refert? uterque non sitit. Hic pluribus annis vixit, hic paucioribus: nihil interest, si tam illum multi anni beatum fecerunt, quàm hunc pauci. Idémque *epist.* 74. *Summum bonum nec infringitur, nec augetur. in suo modo permanet, utcunque fortuna se gessit. Sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitus est, eadem mensura summi boni est, quamvis ætatis diversa sit. Utrùm majorem an minorem circulum scribas, ad spatium ejus pertinet, non ad formam. licèt alter diu manserit, alterum statim obduxeris, & eum in quo scriptus est pulverem solveris, in eadem uterque forma fuit. Quod rectum est, nec magnitudine æstimatur, ne numero, nec tempore: non magis produci, quàm contrahi potest. Honestam vitam ex centum annorum numero in quantum voles corripe, & in unum diem coge; æquè honesta est.* & *epist.* 78. *Mors licèt immatura sit, licèt mediam præcidat ætatem; perceptus longissimè fructus est. — Scit tempore honesta non crescere.* Et *de benef. l.* 5. *c.* 17. *Ut prorogetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem: quoniam morâ non fit beatior vita, sed longior.* Hinc illud è porticu non ἄδηλον tantùm, sed παράλογον etiam, (ut Cleanthis in contrarium dictione utamur, ex Epicteti *dissert. lib.* 4. *cap.* 1.) sive ἄλογον planè καὶ ἄτοπον prorsus, οὐκ ἀφ' ἑνὸς ἀρετῆ τὸν Δία τῷ Διΐῳ. Chrysippi verba sunt apud Plut. *de commun. notion. c.* 29. sive, πρὸς ἀγαθῶν εὐδαιμονίαν τῆς θείας εὐδαιμονίας οὐδὲν διαφέρειν καὶ κατ' μηδὲν αἱρετοτέραν εἶναι, μήτε πολλῷ, μήτε σμικροτέραν πρὸς τὸ Διὸς εὐδαιμονίαν τῆς πρὸς σοφῶν ἀνδρῶν. Idem apud Stob. *eclog. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 3. § 8. Sextius item apud Senecam *ep.* 73. *Jovem plus non posse quàm bonum virum.* Inculcat passim & Seneca ipse *epist.* 59. *Sapiens cum Diis ex pari vivit.* & *epist.* 31. *Dedit tibi natura illa, quæ si non deseruerit, par Deo surges. hoc est summum bonum, quod si occupas, incipis Deorum esse socius, non supplex.* Verùm unde paritas ista? Indè nimirum, quia *Bonus tempore tantùm à Deo differt.* Idem *de provident. c.* 1. & *epist.* 73. *Jupiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est.* & *epist.* 53. *Quid inter te & Deos interesse futurum sit, quæris? diutius erunt.* Et *de constant. Sap. c.* 8. *Sapiens, exceptâ mortalitate, similis est Deo.* At ista temporis aut diuturnitatis distantia ad virtutem aut beatitudinem nihil habet momenti, sed in æquilibrio prorsus rem ipsam relinquit. Siquidem, *Tantùm sapienti sua, quantùm Deo omnis ætas patet. magnique est artificis clausisse totum in exiguo.* Senec. *epist.* 53. Et *epist.* 73. *Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit, non est beatior eo, cujus intra paucos annos terminata virtus est; sic Deus non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincat ætate.* Et Cicer. *de nat. Deor. l.* 2. *E virtutibus vita beata existit, par & similis Deorum, nulla re, nisi immortalitate; quæ nihil ad bene vivendum pertinet, cedens cœlestibus.* Epictetus denique *differt. l.* 1. *c.* 12. Κατά γε τὸν λόγον ἐδὲν χεῖρον ἢ θεῶν, οὐδὲ μικρότερος εἶ. λόγῳ γὰρ μεγέθους οὐ μῆκος, ἀλλ' ὕψος κείνεται, ἀλλὰ δόγμασιν. Vah τῆς φλυαρίας, καὶ τῆς ἀσυνοίας. Itaque cautè legendi isti; nec tantum illis tribuendum, ut pro divinis, quod à multis fieri solet, habeantur. Verùm ab istis vel deliriis ridendis, vel proterviis execrandis Marcus noster immunis videtur. Illud interim observatu non indignum in hoc dogmate de beatitudinis diuturnitate Stoicis gemina Epicurum etiam ipsum censuisse. Apud Laert. *lib.* 9. in *Select. Sentent.* Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσον ἔχει τῷ ὡρισμένῳ καὶ ὁ πεπερασμένος. Quod pleniùs Cicero *de finib. lib.* 2. *Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatè vivendum aliquid afferre: nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quàm si illa sit sempiterna.* Sive ut idem *lib.* 1. *nec majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quàm ex hoc percipiatur, quod videmus esse finitum.* Nec relatu indignum planè Themistii illud, quo Chrysippeum hoc vellicat, *orat.* 12. Χρύσιππος ἄρχει πρὸ μικροῦ τοῦτο ἀνδρείως; ταπεινὸν δοκοῦσι φάσκειν ἀνδρὶ σπουδαίῳ μίαν ἡμέραν μᾶλλον ἢ καὶ μίαν ἔφεσιν, πολλοῖς ἐνιαυτοῖς. οὐδὲ γὰρ ἰδιώτῃ φιλοσοφοῦντι καὶ τὸ ἔργον, ἄνδρας ἀρετὴν ἀσκοῦντας, καθάπερ ἀγεωμετρεῖν ἀνδράσι μεμαθηκόσι τὰ ἀρτιαὶ οὐδὲς ἀποβαίνει· ἀνδρεῖα δ',

Ὦ, καὶ ἐπιτερφθητε, καὶ τόσα μέμηλε, καὶ ᾧ πᾶσιν μὴ γλυῖ, πᾶσιν ἢ δικάσσαν κοινωνὴν ἀνδρῶν πρὸ ἀγαθῶν, πῶς, ὃ βέλτιστε χρύσιππε, ὃ σωθῆναι τὸν χρόνον καὶ ἓξ τῆς φύσεως; ὅσῳ γὰρ ἐνεῖνο μακρότερον ποιεῖς, τοσῷτῳ μακρότερον ποιεῖς τῷ πρὸ ἀνδρὸς εὐδαιμονίαν. Peripatetici planè in adversum ibant. Aristotel. *Ethic. l.* 1. *c.* 7. Μία χελιδὼν ἦαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα· οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα, μία ἡμέρα, οὐδὲ ὀλίγος χρόνος. Verùm hoc illi, quia ad beatitudinem constituendam externa advocabant; quibus exui denuo & excidere daretur. quod Stoici omninò repudiabant.

Ἐυλύτως ἄπειναι | Ità *supr.* § 5. Ἐυλυτῶς. Sen. *epist.* 24. *Vir fortis ac sapiens, non fugere debet ex vita, sed exire.* Et *epist.* 54. *Sapientis est exire, non ejici.* Quemadmodum enim Marcus hic ἐυλύτως ἀπέναι, ità Epict. *l.* 2. *c.* 6. Ἐυλύτως ἀπαλλάσσεσθαι.

Ὡς ἄλλό τι πρὸ αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἐνεργεῖδς δυναμένην | Ut aliarum rerum, sic & mortis etiam dextrè obeundæ quasi ars & virtus quædam est peculiaris. Senec. *epist.* 26. *Egregia res est mortem condiscere.* & *epist.* 30. *Magna res est, & diu discenda*

ſcenda, cùm adveniat hora illa inevitabilis, æquo animo abire. & *epiſt.* 62. *Antè ad mortem, quàm ad vitam præparandi ſumus.* & *de brevit. Vit. cap.* 7. *Totâ vitâ diſcendum eſt mori.* & *epiſt.* 30. *Mortem venientem nemo hilaris excipit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuerat. Itaque compone te,* inquit, *ad diem illum, quo remotis ſtrophis ac fucis, de te judicaturus es, utrum loquare fortia an ſentias: numquid ſimulatio fuerit & mimus, quicquid contra fortunam jactaviſti verborum contumacium. — Mors de te pronunciatura eſt.* Idem *epiſt.* 26. Et mox: *Supervacuum forſitan putas id diſcere, quo ſemel utendum eſt? hoc eſt ipſum quare meditari debeamus. Semper diſcendum eſt, quod an ſciamus, experiri non poſſumus.* & *epiſt.* 30. *Hoc philoſophia præſtat; in quocunque corporis habitu fortem, in conſpectu mortis hilarem lætúmque, nec deficientem, quamvis deficiat. — Hoc fecit Baſſus noſter. Eo animo vultúque finem ſpectat, quo alienum ſpectare nimis ſecuri eſſe putares. — Videtur mihi proſequi ſe, & componere, & vivere tanquam ſuperſtes ſibi, & ſapienter ferre diſcidium ſui.* Vide *l.* 9. § 3.

Τῦτο μόνον | Xylandrum non audio cum ſequentibus iſta committentem. ſequor potiùs Caſaubonum, qui prioribus agglutinat.

Νοσῶ πολιτικῶ ζῶν | Quod *ſupr.* λοιμὸν ἢ πολιτικόν. § 6.

Τροπῇ | Annot. Lugd. τρόπῳ. atq; ità prorſus accepit interpres uterque. Sed falſus uterq; τροπὴ ſiquidem hîc *fuga.* Cavet ἐν τροπῇ φιλεῖν, *in fuga eſſe,* id eſt, *fugere, ſubterfugere.* metaphora ab eis qui τροπούμενοι, in prælio ſuperati *in fugam vertuntur.*

§ 8. Κεκολασμένα | *Caſtigati.* explicat vim vocabuli philoſophus *ethic. Nicom. lib.* 3. *c.* 12. τὸ δ' ἡδέως (τὸ μετείας τὴν ἢ ὀλίγας τὰς ἐπιθυμίας, ἢ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι) ἐγκρατὲς λέγομεν ἢ κεκολασμένον. Marcum σύμφορον habiturus, ſi pro moderatis affectibus, nullos ſubſtituere concedatur. Cæterùm hinc ἄκρατα κεκολασμένα, pro *accurata & exquiſita victûs ratione* uſurpatur. Plut. in *Lycurg.* & Lucian. in *Hermot.* & ῥήτωρ κεκολασμένος, ὁ ἀκριβολογούμενος, ἢ ἠκριβωμένος. Pollux *l.* 4. *c.* 3. & ἔντερον κεκολασμένον τὸν γαστέρα, ἀντὶ τοῦ σταφύλην. & γαστὴρ κεκολασμένη *venter reſtrictus.* Liban. *orat.* 19. eſt autem metaphora à ſtirpibus vitibúſve ductа, quibus cùm flagella luxuriantia, aut ſarmenta ſuperflua demuntur, κολάζεσθαι, i.e. *caſtigari* perhibentur. ità Theophraſt. *de cauſſ. plant. l.* 1. *c.* 21. ὕδατα κολάζομενα dicuntur, οἷς τὰ περιττὰ ἀφαιροῦνται, uti *ibid. c.* 17. id eſt, *quibus ſupervacua detrahuntur,* ut Columell. *l.* 4. *c.* 6. aliud eſt *corrigere,* & aliud rurſus *caſtrare*; quod utrumq; uſurpavit Cato *c.* 33. & ex Catone Plin. *l.* 17. *c.* 22. apud quem *porrigere* perperam legitur. Quin & Latinis *caſtigatum* dicitur, quicquid immodicâ omni luxurie atq; exuberante redundantiâ immune, intra decori limites juſtos coercetur & conſiſtit. Ità *pectus caſtigatum,* Naſo in *amor. l.* 1. *eleg.* 5.

Quàm caſtigato plagnus ſub pectore venter?

contrà quàm quod in equo laudat Maro *Georg. l.* 3.

Luxuriátque toris pectus. —

frons caſtigata, Statio *Sylvar. l.* 2. *poem.* 1.

Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis.

juba caſtigata, eidem *Thebaid. l.* 9. de equo;

Colla ſedent, nodis & caſtigata jubarum
Libertas. —

Carmen caſtigatum Flacco in *arte*:

— *carmen reprehendite, quod non*
Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non caſtigavit ad unguem.

ambitioſa nimirum *recidendo ornamenta*; utì idem *ibidem.*

Πυῶδες | Id eſt, σαπρὸν ἢ διεφθαρμένον. tale ſiquidem quiddam eſt τὸ πύον, ut Ariſtot. *de gener. animal. l.* 4. *c.* 8. qui ideo Empedoclem ἀκμεγλοΐας arceſſit, quòd τὸ γάλα πύον λευκὸν, *lac, pus candidum* dixerit, ſicut & *topic. l.* 4. *c.* 5. quod οἶνον ὕδωρ σαπρὸν, *vinum, aquam putrefactam.* Ad animum tranſtulit, utì Marcus iſthîc, ità Senec. *epiſt.* 68. *In pectore collectio & vomica eſt.* Eſt enim vomica materiæ purulentæ collectio. Idémq; *epiſt.* 80. *Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt, aut gravis & ſuppurata triſtitia: & quidem gravior, quia interdum non licet palam eſſe miſeros; ſed inter ærumnas cor ipſum exedentes, neceſſe eſt agere felicem.* Horat. itidem. *Serm. l.* 1. *Sat.* 7.

— *Regis Rupili pus atque venenum.*

pro livore & virulentia.

Τὰ πικλον | In Theſpeſii apud Plutarch. *de Inferis fabula,* dicuntur in animis ſceleratorum à Juſtitia mulctatis, ἕλκη ἢ μώλωπες ἐμμένοντα. de hypocritis autem boniq; ſimulatoribus feſtiva ſubjicit, quomodo Juſtitiæ ſatellites cum illis agant. Ὅσοι δ' ἐξόγκια ἢ πόθας ἀρετῆς ἐπικαλλύμενοι διείσασι κηλῖδα λανθανούσῃ, τύπτει δεινοὺς ἢ ὀδυνηροὺς λιμένας ἔνεργοι ἔξωθεν ἐπιφέρεσθαι τὰ ἔντος ἔξω τῆς ψυχῆς, ἰλυσπωμένους ἐφ' ἑαυτοῖς φύσει ἢ ἅμα καμπτομένους, ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι καταπίπτουσι τὸ ἄγκιστρον ἐμβάπτουσιν αὐτάς. εἰσὶς δ' ἀναδέγοντες αὐτὴν ἢ ἀναπτύσσοντες, ἀναδείκνυσιν ἑαυτὰς ἢ ποικίλας, ὁ τῷ λογισμῷ ἢ κυρίῳ τὴν μοχθηρίαν ἔχοντας.

Ἀσωσθαὶ τὸν βίον ὑπὸ | Senec. *epiſtol.* 32. *Conſidera, quàm pulcra res ſit, conſummare vitam ante mortem; deinde expectare ſecurum reliquam temporis ſui partem, in poſſeſſione beatæ vitæ poſitum: quæ beatior non fit, ſi longior.* Idem *epiſt.* 98. *Ipſe vitæ plenus eſt, cui adjici nihil deſiderat ſuâ cauſâ, ſed eorum quibus utilis eſt. liberaliter facit quòd vivit.* Et *epiſt.* 93. *Non ut diu vivamus, curandum eſt; ſed ut ſatis. Nam ut diu vivas, fato opus eſt; ut ſatis, animo.*

no. Longa est vita, si plena est. impletur autem, cùm animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit. Quid illum octoginta anni juvant, per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est. — interest mortem ejus ex quo die numeres. At ille obiit viridis. sed officia boni civis, boni amici, boni filii executus est; in nulla parte cessavit. licet ejus ætas imperfecta sit, vita perfecta est. Et mox: *Non ideo plures annos mihi accedere recusaverim, nihil tamen ad beatam vitam defuisse dicam, si spatium ejus inciditur. non enim ad eum diem me aptavi, quem ultimum mihi spes avida promiserat; sed nullum non tanquam ultimum aspexi. Quid me interrogatis, quando natus sim? an inter juniores adhuc censear? habeo meum. Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus: sic & in minore temporis modo, potest esse vita perfecta. — Quæris quod sit amplissimum vitæ spatium? usque ad sapientiam vivere. qui ad illam pervenit, attigit non longissimum finem, sed maximum.* Idem *ep.* 77. *Iter imperfectum erit, si in media parte, aut citra petitum locum steteris: vita non est imperfecta, si honesta est. Ubicunque desines, si bene desinis, tota est.* Et *epist.* 101. *Qui quotidie vitæ suæ summam manum imposuit, non indiget tempore: — scit nihil interesse inter diem & seculum; — singulos dies, singulas vitas putat. qui hoc modo se aptavit, huic vita sua quotidie fuit tota.* Contrà, ut idem *ibidem*; *Maximum vitæ vitium est, quòd imperfecta semper est, quòd etiam aliquid ex illa differtur.* Ex Epicuro idem *ep.* 13. *Inter cætera mala, hoc quoq; habet stultitia proprium, semper incipit vivere. — Quàm autem fœda est hominum levitas, quotidie novæ vitæ fundamenta ponentium, novas spes etiam in exitu inchoantium? — quid turpius, quàm senex vivere incipiens?* Vide *l.* 2. § 4. 11. & *supra* § 7. & § 12. & *l.* 7. § 56, 69.

Ὡς ἂν τις εἴποι τὸν τραγῳδόν | Vide *l.* 11. § 1. & *l.* 12. § 36. Senec. *epist.* 77. *Quomodo fabula, sic vita; non quàm diu, sed quàm bene acta sit, refert. nihil ad rem pertinet, quo loco desinas. quocunque voles desine: tantùm bonam clausulam impone.* Matial. *l.* 8. *ep.* 77.

Qui sic vel medio finitus vixit in ævo,
Longior huic facta est, quàm data vita fuit.

Καὶ γὰρ ὁ ἀγαθὸς ναυκλήρης παύσεσθαι ὅτι δεῖ, σπεύσειε μᾶλλον, ἢ ναυκλεωθῆναι φεύγει κομιδῇ. Epictet. *lib.* 4. *c.* 1. Rectè Varro in *Medio*. *Non eos optimè vixisse, qui diutissimè, sed qui modestissimè. Non enim vivere bonum est, sed bene vivere.* Sen. *ep.* 70. At, *Nemo* (inquit idem *ep.* 22.) *quàm bene vivat, sed quàm diu, curat: cùm omnibus possit contingere, ut benè vivant; ut diu, nulli.*

Ἀπροσμόνων | Vide *l.* 8. § 34.

Ἐμφωλεύον | Philo *Allegor. l.* 2. Ὁ φαῦλος ἀεὶ ἐν τῷ σκότῳ ἐστὶ καὶ τὸν βίον ἐν τύφῳ, μὴ ἀνεξέτασται, ἀλλὰ ἀνεξέλεγκτον· ἐκ χρεὼν γὰρ εἰς τὰ ἀπόκρυφα δῦναι, ὡς κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐκ ὄντος τῷ αὐτῷ, καθ' ὃ φωλεύειν δέγονται. Translatio est à *serpentum* usu petita, qui in *specus* ac *cavernas* abdere se solent. Expressit hoc graphicè Tertullian. *adverss. Valentinian. c.* 3. *Abscondat se serpens, quantùm potest; totámque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat; altè habitet, in cæca detrudatur; per anfractus seriem suam evolvat, tortuosè procedat, nec semel totus, lucifuga bestia. Nostræ columbæ domus simplex; etiam in editis semper & apertis, & ad lucem. Nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi.* Senec. *epist.* 97. *Bona conscientia prodire vult & conspici, ipsas nequitia tenebras timet.* Vide *supr.* § 7. & *infrà* § 15. & *ad l.* 10. § 9. λανθάνον, ἢ κρυπτόμενον.

§ 9. Τῶν ναυληπτικῶν δικαίων σίτων | Vide *l.* 5. § 21.

Ἐν ταύτῃ τῇ πᾶν | Vide *lib.* 2. § 11, 15. Epictet. *lib.* 1. *c.* 11. Ἐν ᾧ τούτῳ ἔχειν δεῖ πάντων, τὸ αὐτὸν τοῦ ποιεῖν τι ἡμᾶς ἢ μὴ ποιῶν. Senec. *ep.* 78. *Omnia ex opinione suspensa sunt.*

Ἵνα ναυλήψεις τὰς ἡγεμονικῷ σου μηδὲν ἐγγίνηται ἀναχόλουθον τῇ φύσει | M. Cas. *nequid opinio tua in mente tua generet naturæ contrarium.* quasi μήτι & ἐγγινῆται legerit. Xyl. *ut pars tui principalis nihil unquam animo concipiat, quod est naturæ alienum.* Sensus in aperto est, Verborum, prout exhibentur, versio haud item. Lugd. quod rarò solet, literulâ immutatâ omnia reddidit proclivia, dum ἀναχόλουθος legit, ναύλησις scil. *nè quæ opinio ultrà menti innascatur*, vel *in mente excitetur, quæ naturæ neutiquam consentanea sit.* Vide *l.* 1. § 9.

Αὕτη ἡ ἐπαγγέλλεται | *Illius autem est munus.* Xyl. Malim, *postulat autem*, sive *exigit ista.* ἐπαγγέλλεται, ἀξιοῖ. Suid.

Ἀσυγκατάθεσίαν | Ἀσυγκατάθεσίαν definit Zeno apud Laërt. *l.* 7. ἐπιστήμην τοῦ πότε δεῖ συγκαταθέσθαι ἢ μή. *Scientiam, quâ quis nórit, quando assensum adhibere vel inhibere oporteat.* Est igitur ἡ ἀσυγκατάθεσία, sive ut *lib.* 4. § 49. & *lib.* 7. § 55. τὸ ἀσυγκατάθετον, *à temeritate vacuitas*, ut Xylander, (qui συγκατάθεσιν, quæ vox tamen vix, opinor, reperitur, idem esse monet cum eo. quod συγκατάθεσις frequentiùs dicitur) hoc est, *à temerè assentiendi proclivitate ac præcipitantia immunitas.* Hinc Clitomachus apud Cicer. in *Lucullo*; *Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quod, ut feram & immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem & temeritatem, extraxisset.* hoc est autem τῆς ναυλήψεως καθαιρετικῆς, ut Marcus loquitur, *l.* 9. § 6. τῆς φαντασίας ἐμπιλοπεχούσης, ἵνα μήτι ἀκατάληπτον παρεισρυῇ· *l.* 7. § 54. *Sedulò caventis, nè quid minùs liquidò comprehensum clàm irrepat:* sive μήτι ψεῦδεῖ, μήτι ἀλόγῳ συγκαταθήσεται, *lib.* 8. § 7. *nec falsò, nec incerto assentientis:* quâ ratione & ἀσυγκατάθετος dicitur. Quanquam strictiùs paulò quandoque

doq; τὸ περιπίπτειν usurpâsse videntur Stoici, qui referente Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 49. τοὺς περιστοιχίζοντας τῇ ἑτέρᾳ καὶ μὴ ἐπιχωρεῖν, ἀμφιτείνειν λέγουσι· ἐν μὲν ἀδήλοις ἔχειν, περιπίπτοντας ἐν ᾧ ἀδοκήτῳ, ἀλλοδαποὺς· ἐν δὲ καιροῖς ἀναλήπτοις, δεξαζομένους. ubi rectè Petr. Valentianus *in Academic.* περιπίπτοντας reponit, pro eo quod περισπίπτοντας vitiosè legitur. emendationem adfirmo ex ipsius Chrysippi ἐν τῷ περὶ τοῦ Διὸς verbis, à Plut. *ib. c.* 9. repræsentatis; quibus inter τὰ καθ' ἡμᾶς ἀρετὰς ἕξεις recenset ista, ἀνδρείους τὸν δίκτυλον ἐκτείνειν, καὶ ἐγκρατῶς ἀναχέεσθαι δυσκατόπτους γεγὸς καὶ ἀπερίπτωτος ἀπάσας τὰς τοῦ τέλος τίνασας μὴ εἶναι τελείως. quo loco tamen liberiùs laxiúsq; usurpari video τὸ ἀπερίπτωτον. Et disertiùs etiam in Stoicorum placitis à Stobæo coacervatis, *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8. ubi τὸ περιπίπτειν exponitur, τὸ κατολισθαίνειν συγκαταθέσθαι. Et in eandem sententiam Epictet. *dissert. l.* 4. *c.* 1. Τίς δίκτυ ζῆν ἀξιοπαθήμονος, περιπίπτων; qui locus Volphio negotium sine causâ facessit. Fallitur ergò Budæus, (& Budæum secutus Stephanus) cùm ἀπερισπωσίαν legit apud Laërtium, (tanquam sit à περισπάω, quod *impingere* significet) & ad *lapsum* in vitæ actionibus refert. Neque enim τὸ περιπίπτειν eo sensu usurpati exemplum ullum exhibetur. Stoicósque palam est, tria ista, τὸ ἀπερίπτωτον, τὸ ἀδιάπτωτον, τὸ ἀπταιστον ità solitos distinguere, ut τὸ ἀπερίπτωτον, ad ὑπόληψιν, sive *opinionem*, τὸ ἀδιάπτωτον, ad ὁρμὴν, sive *actionem*, τὸ ἀπταιστον, ad πρᾶξιν, sive *perfectionem* referrent; dum *sapientem, nec falli, nec labi, nec lædi* posse contendebant. Videatur Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 3. § 3, & 8. Marcus autem τὸ ἐυπαράπτωτον καὶ περιπτωτικὸν καὶ μεταπτωτικὸν conjunxit. *l.* 11. § 9. Epictetus verò *l.* 2. *c.* 8. ista φιλοσόφου πεῦγος facit, ὄρεξιν ἀναπόδικτον, ἔκκλισιν ἀπερίπτωτον, ὁρμὴν εὐδύνατον, πρόθεσιν ἀπαλὴν, συγκατάθεσιν ἀπερίπτωτον. Idémque *l.* 1. *c.* 4. hominis opus constituit in tribus hisce; ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει, ἵν' ἀναπόδικτος ᾖ· ἐν ὁρμαῖς καὶ ἀφορμαῖς, ἵν' ἀναμάρτητος· ἐν προθέσει καὶ ἐπιχῇ, ἵν' ἀπρόσκοπος.

Τῶν πρὸς ἀνθρώπους οἰκείων | Vide *supr.* § 4.

Τῶν τοῖς θεοῖς ἀκολουθίας | Vide *l.* 7. § 31, 67.

§ 10. Πάντα ἓν ῥίμασι | Vide *l.* 2. § 7. Senec. *epist.* 17. *Projice omnia ista, si sapis, imò ut sapias; & ad bonam mentem magno curſu ac totis viribus, tende. Si quid est, quo teneris, aut expedi, aut inside.* Et *ep.* 5. *Quòd pertinacitèr studes, & omnibus amissis hoc unum agis, ut te quotidie meliorem faciaș, probo & gaudeo; nec tantùm hortor ut perseveres, sed etiam rogo.* Et *epist.* 72. *Non cùm vacaveris, philosophandum est: omnia alia negligenda, ut huic assideamus.* —— *resistendum est occupationibus: nec explicandæ, sed submovendæ sunt. tempus quidem nullum est parùm idoneum studio salutari.* Et *epist.* 88. *Magna & spatiosa res est sapientia: vacuo illi loco opus est.* —— *Non dabit se in hæc angustias virtus. laxum spatium res magna desiderat. expellantur omnia: totum pectus illi vacet.* —— *ut habere possit liberum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt.*

Μόνον ζῷ ἥκιστα τὸ παρὸν τοῦτο τὸ ἀκρεμόνιον | Vide *l.* 2. § 14, 17. & *l.* 12. § 3. Apud Ælianum *l.* 14. *c.* 6. Aristippus: Μόνον ἡμέτερον εἶναι τὸ παρὸν, μήτε ἧττον τὸ φθόνον, μήτε τὸ συγγενικώτερον. τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι τὸ ἧττον ἀδηλον εἶναι, εἴτε ἔσται. Plut. *de commun. notion. c.* 37. Οὐκ ἔστι νῦν τὸ παρῳχημένον καὶ οὐδέπω νῦν τὸ μέλλον. *Quod præteriit, non est: quod futurum est, nondum est.* Augustin. *Confess. lib.* 11. *cap.* 14. & *in Psalm.* 38. Senec. *de brev. vit. c.* 10. *In tria tempora vita dividitur; quod est, quod fuit, & quod futurum est. ex his, quod agimus breve est; quod acturi sumus, dubium; quod egimus, certum.* — Siquidem *singuli tantùm dies, & hi per momenta præsentes sunt.* Et mox: *Præsens tempus brevissimum est; adeò quidem, ut quibusdam nullum videatur. in curſu enim semper est; fluit, & præcipitatur. antè desinit esse quàm venit. nec magis moram patitur, quàm mundus, aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio; nunquam in eodem vestigio manet. solum igitur ad occupatos præsens pertinet tempus; quod tam breve est, ut arripi non possit; & idipsum illis, districtis in multa, subducitur.* Censorin. *de die natal. c.* 15. *Ævum est immensum, sine origine, sine fine, nec ad quemquam magis hominem quam ad alterum pertinet. hoc in tria dividitur tempora, præteritum, præsens, futurum: ex quibus præteritum initio caret, exitu futurum: præsens autem, quod medium est, adeò exiguum & incomprehensibile est, ut nullam recipiat longitudinem, neque aliud esse videatur, quàm transacti futuríque conjunctio; adeò porrò instabile, ut ibidem sit nunquam; & quicquid transcurrit, à futuro decerpit, apponitque præterito.*

Ἓν ἀδηλον | Solomon *Eccles.* cap. 10. *vers.* 14. & *c.* 11. *v.* 2. *Ecquis novit quid futurum sit?* Anacreon. *Carm.* 24.

Χρόνον ἄγαν, ὃν παρῆλθον·
Ὃν δ' ἔχω δ' ἀσαφῆν, οὐ οἶδα.

Pittacus apud Laërt. Τί δοκεῖ; τὸ μέλλον. Isocr. *ad Demonic.* τὸ μέλλον ἀφεῖσθαι. Plut. *adversus Colot.* Ἄδηλον τὸ μέλλον. Seneca *ad Mart. c.* 23. *Omne futurum incertum est.* Pindar. *Olymp. Od.* 12.

Σύμβολον δ' ὅπως ἐπιχθονίων
Πίσυν, ἀμφὶ περίζωμα ἐσ-
Σομένας εὖρε διόθεν.

Horat. *Carm. l.* 3. *od.* 29.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosâ nocte premit Deus.

Μικρὸν μόριόν ἐστι τοῦ ζῆν ἕκαστος | *Parvum* & concisum est admodum, hac ratione, *quod vivimus*; quia ad momenti τὸ ἀκαρὲς atq; *insecabile* restringitur. Verùm cæteroqui etiam haud longa aut diuturna esse vita

vita poteſt, etiamſi ortu obitúque, tanquam cancellis ſeptiſq; quibuſdam, eam definiamus, & ab illo ad iſtum pertingentem conſideremus. Vide *l.* 4 § 26. & *l.* 11. § 16. *conſiderat.* 6.

Μειζὸν ἢ τὸ τῆς γῆς χωρίδιον, ὅπου ζῇ | Ita *l.* 6. § 36. Ἡ Ἀσία, ἢ Εὐρώπη χωρίον τοῦ κόσμου. Et *l.* 8. § 21. ᾧ ὁν χωρίῳ τούτῳ τῷ κλίματι. Et *l.* 12. § 32. ὁ πόλος βαλανεῖον τῆς ὅλης γῆς ἐστιν.

Μειζὸν ἢ ἡ κοινὴ ὑπερορία | Διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐθνῶν λέγει. *l.* 4. § 3. βεβαιότερον γὰρ ἂν ἡ ἐκείνων ἢ ὁ ἐπαινέτης, ἢ ὁ μισογόνιος, ἢ ὁ μισανθρωπότατος *l.* 8. § 21. Vide *l.* 2. § 17. & *l.* 4. § 3, 19. & *l.* 7. § 6. Cicer. *de republ. l.* 6. in *Somn. Scip. Ipſi autem, qui de vobis loquuntur, quàm diu loquentur? quinetiam ſi cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuſcujuſque noſtrûm à patribus acceptas poſteris prodere, tamen propter eluviones exuſtionéſque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modò non æternum, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus.* Et mox: *Sed loquentur de te. Sermo autem omnis iſte, & angustiis cingitur iis regionum, quas vides, nec unquam de ullo perennis fuit; & obruitur hominum interitu, & oblivione poſteritatis extinguitur.*

§ 11. Τῆς δ' ἐφημερίου προσέτι. | Xyl. *præceptis.* ac ſi προσλήμμασι, προσλαμβάνουσι, vel παραινέσεσι legiſſet. M. Caſ. *auxiliis.* eſtque reverâ παρέχειν *aſſiſtere, adeſſe, auxiliari.* itaq; quanquam παρέχουσα hoc ſenſu nuſquam occurrat, fieri poteſt tamen, ut Marcus eo iſtic uſurpaverit. ut παρεγκλήματα hîc dixerit, quæ *infra* βοηθήματα *l.* 4. § 50. quia τὸ παρέχον eſt βοηθοῦν. poteſt forſitan & *documentis* reddi. nàm παράδειγμα, quod ejuſdem eſt originis, etiam pro *documento* ſumi quandoque docet Budæus.

Γυμνὸν | Vide *ſupra l.* 2. § 12. & *l.* 9. § 34.

Ἀφηρημένως | Vide *l.* 4. § 21.

Οὐδὲν γὰρ ἔτι μεγαλοφυοῦς πνεύματος | Idem *l.* 10. § 11. Vide Caſaubon. *ad Perſ. Sat.* 3. v. 72.

Ὀδῷ ἢ ἀληθείᾳ | Vide *ad l.* 1. § 9.

Πολίτην ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης | Vide *ad l.* 2. § 16. & *ad l.* 4. § 3, & 23. & *ad l.* 6. § 44. In eundem ſenſum Epictetus *diſſert. l.* 2. *c.* 10. Πολίτης δὲ τοῦ κόσμου, ἢ μόνου αὐτοῦ. *Mundi civis, ejuſdémque pars ego.* Idémque *l.* 1. *c.* 9. Τί οὖν ἐποίησεν ὁ Σωκράτης, μὴ λέγειν ἑαυτὸν τῶν ἀνθρώπων, ἢ τὸ μὲ Σωκράτους, μᾶλλον ἐχρῆν τὸν πανδοκέα εἰπεῖν, πλησίον ἔχει, οἴεται, ὅτι Ἀθηναῖός ἢ Κεκροπίδης, ἀλλ' ὅτι Κόσμιος; Quod Cicer. *Tuſcul. l.* 5. *Socrates cum rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret, Mundanum,* inquit, *totius enim mundi ſe incolam & civem arbitrabatur.* Et *de finib. l.* 4. ex Stoicorum ſententia: *Mundum hunc unum, oppidum eſſe noſtrum: ut Oleniis qui habitat, hunc unum mundum ſuum municipium eſſe exiſtimet.* Diogenes pariter apud Laërt. *l.* 6. interrogátus unde eſſet, reſpondit Κοσμοπολίτης. de quo Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Πᾶσα γῆ πατρὶς τῷ ἀνδρείῳ· ἀλλ' ἐρρωσο ἢ ὕδρια. Et Baſilius Cæſar. *epiſt.* 41. ad Maximum Philoſophum, Ζῇ ἢ πολίτης σεαυτὸν τῆς οἰκουμένης ἐποίησας. *Tu te mundi totius civem effeciſti.* Senec. *epiſt.* 68. *Sapienti rempubl. ipſo dignùm dedimus,* id eſt, *mundum.* Verùm ſint illi *mundani, ſive mundi cives.* hoc nos illis Chriſtiani libenter concedimus. At nos potiùs, qui *è mundo* nos eſſe diffitemur, Joan. 15. 19. & 17. 16. Sumus reverâ, quod Marcus iſtic, τῆς πόλεως τῆς ἀνωτάτης πολῖται· ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς. ut Paulus *ad Philip. c.* 3. *v.* 20. *Municipium noſtrum in cœlis eſt.* Siquidem, ut Tatianus Aſſyrius *adv. Græc. c.* 33. πάσαις μὲν ἡ χαλεπὴ, πᾶσι. τὸ δ' ἐν αὐτῷ πολίτευμα, φαῦλον. Nobiſque, quod Seneca *epiſt.* 102. *Patria eſt, quodcunque ſupremum & univerſa circuitu ſuo tingit.* ut verè liceat nobis Luciani illud in *Hermot.* uſurpare; Ὅσοις δὲς ἡ μέλιττα, ἢ δὲ μυρμηκὶ μικρὸν κέρμα, πολῖται ὀνομάζονται ἡμῖν ἅπαντες ὅσοι καλῶς ἢ εὐδαίμονες πόλεως. Liceat cum Anaxagora (Laërtio *l.* 2. referente) digito in cœlum intendentes dicere, Αὕτη πατρὶς ἡμῖν ἐστὶ πατρὶς, *iſta nobis eſt patria, civitas iſta.* Siquidem Chriſtiani quiq; genuini ſunt ἐγχώριοι, ut Iſidorus Peluſ. *l.* 2. *epiſt.* 231. *cives* nimirum, τῆς ἄνω ἢ ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ, *ſupernæ cœleſtiſque illius Hieruſalemi, quæ eſt fidelium ſanctorúmque univerſorum metropolis:* ut Apoſtolus *ad Galat.* 4. 26. & *ad Hebr.* 12. 22. ἐγχωριότης nomine dignior longè, quàm Marci, quâ Antoninus, ut ipſe loquitur, *patria*; quam eo nomine inſignire Athenæo viſum eſt, *dipnoſoph. l.* 1. Rectè Philo *de agricult.* Παροικεῖν, ἃ μὴ πατρίδ' ἀλλοτρίαν. τὴν γὰρ ὅπου μὲν ἔφυμεν ἴσμεν, πατρίδα μὲν ἐγχώριον, γλυκεῖαν ἢ ξένην πλανᾷ. Itaque eò revertuntur, ubi hinc recedunt, πατρίδα μὲν τὸν ἐγχώριον χῶρον, ἐν ᾧ πολλάκις ἔζησαν ἢ τὸν ἀγήρων, ἐν ᾧ παρῴκησαν, νομίζουσι. Idem *de lingu. confuſ.* Clemens denique *Strom. l.* 4. *extremo*: Κύριον γὰρ οἱ Στωϊκοὶ, τὸν μὲν ἐγχώριον κύκλον πᾶς ἢ ἔστι γῆς ἐσπάσθαι ἐκ πόλεις λέγοντας μόνῳ γὰρ, ἐκεῖ δὲ, αὐτάρκειον γὰρ ἢ πόλις, καὶ ὁ νόμος ἐστὶν ἡ σύσσημα καὶ πᾶσης ἀνθρωπίνων ἀπὸ νόμου διοικουμένου.

Τί ἐστι, τὸ τὴν φαντασίαν μοι τῶν πραγμάτων | *Quid eſt, quod modò cogitationem animo meo attulit.* Xyl. *quid eſt, in quo defixa eſt nunc phantaſia mea.* Caſ. malim, *quid ſit, quod phantaſiam meam afficit impreſſionem.* ut & ſententia continuetur, ad συναπάλλαττον reſpiciens: & τὸ πρᾶγμα, à πράσσω, πρὸ à πράττω ducatur. Vide Aphrodiſ. *ſupr. ad* § 1. & Marc. *l.* 12. § 18. quanquam & φαντασίαν πράγματος etiam dicitur. Nemeſian. *de nat. hom. c.* 6. Ex Stoicorum ſententia; φαντασίαν μὲν λέγοντες τὸ πάθος τῆς ψυχῆς, τὸ ἐμφανιζόμενον αὐτὸ τι, ἢ τὸ

πεποιημὸς φαίνεται· ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἀθανάτοις ἐγγίνεσθαι πάθος ὅταν αἰσθάνηται ἕτερα καὶ ἐν ἑαυτῇ λέγῃ τὰ ναντία φαίνεσθαι ἢ, τὸ πεποιημὸς τινὰ φαίνεσθαι καὶ δοκεῖν. Utrovis modo sumpseris, eodem recidet.

Αὐταρκείας | *Ex qua totus ex me aptus sum.* Xyl. Sed hoc laxum nimis; quum de virtute aliqua peculiari agatur. *Contentatione.* Cas. ego, *frugalitate.* ita Polybius usurpavit, Budæo referente; Ἄξιος δ' ἀπὸ ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, μάλιστα δὲ τῆς αὐταρκείας ἕνεκα τοῦ βίου. *frugalitatis nomine cum primis.*

Τῶν μὲν οὖν θεῶν ἕνεκα | Ita *l.* 2. § 3. πάντα ἀκούειν ῥητέον. Vide & *l.* 8. § 20. & *l.* 9. § 1. & *l.* 10. § 1. Ἀπὸ θείας αἰτίας συμβαίνει πᾶσι πᾶσι. Idem *l.* 8. § 23. Exagitat Stoicos passim Plutarchus in libris *de Stoicis contradictionibus*, & *de communibus notitiis*; quod etiam mala humana, bella, cædes, pestes, & consimilia (quæ illi tamen malorum loco non habebant) Deo adscriberent, & divinitus contingere affererent. Verùm Stoicis hac in parte suffragium contribuit suum codex sacer haud semel. Apud Esaiam 45. 7. Deus ipse: *Ego sum, qui & lucem produco, & tenebras obduco: qui statuo pacem, malumque creo. Ego Jova ista omnia facio.* Jeremias Thren. *c.* 3. *v.* 37, 38. *Ecquo dicente existit quicquam, nisi Dominus id præceperit? Ex ore altissimi malum prodit, tam malum quod, quàm & bonum?* Amos 3. 6. *An erit malum in civitate, quod Jova non effecerit*; Itaque sicut de *bono* Psaltes, *A Domino factum est istud, Psal.* 118. *v.* 23. Ità de *malo* pariter vates: *A Domino extitit istud.* Historiæ Regum *l.* 3. *c.* 12. *v.* 24. Job sanctus, tam prædonum manu abacto pecore, quàm & gregibus igne cœlitus misso absumptis, liberisque ædium ruinâ turbine impulsarum oppressis; *Dominus*, inquit, *dedit*; *Dominus abstulit.* Jobi 1. 21. Uxorique per animi impotentiam, cùm ulcere fœdo jam oppletus in cinere volutaretur, minùs sana consilia suggerenti; *Scilicet bonum à Domino acceperimus*; *& non malum etiam laturi simus?* Ibid. 2. 10. Denique Rex pius à maledico rabula convitiis impetitus: *Iste*, inquit, *maledixit, quia Dominus edixit.* Reg. *l.* 2. *c.* 16. *v.* 12. Itaque *Obmutueram*, ait, *silentiúmque mihi indixeram, quia tu, Domine, illud fecoras.* Psal. 39. 9. Nec refragantur exteri. Homer. *Od. Δ'. v.* 237.

Ζεὺς ἀγαθόν τι καὶ κακὸν τ' ἐνέμεν. —
Ipse bonúmque malumque Jovis dat. —

Idémque *Odyss. Σ'. v.* 63.

— Διὸς δ' ἀγαθόν τε καὶ ἐσθλὸν τε.
— *dabat ipse bonúmque malúmque.*

Et *Iliad. Δ'. v.* 409.

Τῷ ἔχεν' ὅ, τι καὶ ὔμμι κακὸν πέμπτον ἐκόντα
Ἐξαγάγῃ. —

In siquidem legis Chrysippus, secùs quàm nunc habetur, à Plutarcho *de Stoic. contradict. cap.* 47. adductus.

Ipse malum quodcunq; bonúmve immiserit ulli,
Acceptum huic fertur. —

Sophocl. *Ajace Lorar.*

Σοὶ τῷ θεῷ πᾶς τις χαλᾷ κεφάλας.
Quivis dolet, vel videt, ut visam Deo.

Idémque *ibid.*

Ἐγὼ μὲν οὖν τἀκεῖνα καὶ τὰ πάντ' ἀεὶ
Φασκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι συμφορὰν θεός.
Ego hæc & alia quæ accidunt mortalibus
Venire cuncta nutu dixerim Dei.

Vide Epict. *l.* 3. *c.* 24. *ad l.* 2. § 16.

Κατὰ σύλληξιν καὶ τὸν συμπαρεκτείνοντα σύλλογον | Ita *l.* 2. ἐκ δὲ φύσεως καὶ συλλόγους. *supra* § 4. & *infra* § 16. συλλογισμοὶ. Allusit ad Parcarum (quæ & inde Κλαλαχοὶ Homero dictæ *Odyss. α'. v.* 197.) stamina ducentium & fata intexentium figmentum poeticum. Ità & *l.* 4. § 21. συγκαθείμαρτό σοι καὶ συνκλώσθαι. Et *l.* 5. § 8. Συγκλώσεται. & *l.* 8. § 20. Συμπεπλέκται. Seneca pariter *epist.* 107. *Quare impigri atque alacres excipiamus imperia; nec deseramus hunc operis pulcerrimi cursum, cui quicquid patimur, intextum est.* Figmentum autem de Parcis illud autor libri *de mundo*, qui sub Aristotelis nomine prodiit, *c.* 7. Sic explicat: Τρεῖς μὲν αἱ μοῖραι, καὶ τοῦ χρόνου μεμερισμέναι τὴν ἀπειρίαν, τὸ μὲν ἐξεφασμένον τὸ ἦν, μέλλον τὸ ἔσται, ἄκλινες δὲ πάντα καὶ ἀπαράβατοι τὰ παρελθόντα πάντα ἀπρεπῆ ὄντα καὶ ἔσται τὸ μέλλον, κάμπτεις εἰς πάντα γὰρ ἡ καὶ φύσιν ἔβιον λῆξις καὶ ἔσται τὸ ἐφεξῆς, κλωθώ, ἐμπεπλεγμένον τε καὶ κλωθόμενα ἑκάστῳ τὰ οἰκεῖα. ταῦτα δὲ πάντα ὄντα, ἐκ ἄλλου τινὸς, πλὴν ὑπὸ Θεοῦ. quod & Platonem dicere. Sed & Chrysippus apud Theodoret. *therap. l.* 6. Τιὼ μὲν παρεμύθιον, παραμύθιόν τε καὶ συντελεσμένον διοίκησιν τὴν τῶν Εἱμαρμένων, ἀναμφίλεκτόν τινα, ὅτ' ἐξ ἀνάγκης βουλήσεως, εἴτε καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς αἰτίας τὰς τῶν Μοιρῶν ἀδομένας, ἀπὸ τοῦ μεμοιρῶσθαι καὶ καλαπεπεμπῶσθαί τινα ἑκάστῳ τὸν τοῦ ἀεὶ λόγον τῶν Μοιρῶν, τὰς τρεῖς χρόνους παραλλάξ, ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ ἡ αὖ ὀνομαζομένη ἡ Λάχεσις μὲν κεκλῆσθαι, παρὰ τὸ λαγχάνειν ἑκάστῳ τὸ παρὸν μέτρον. Ἄλφιτον δὲ, καὶ τὸ ἀσπετὸν καὶ ἀμετάβατον τῆς εἱμαρμένης. Κλωθὼ δὲ, ἀπὸ τοῦ συγκλώθεσθαι καὶ συμπεπλέκθαι τὰ πάντα.

Σωτάξιν τε καὶ πόλιν | Vide *ad l.* 1. § 19. *extremum*, & *l.* 7. § 31.

Συμφύλου καὶ συζήνους | Vide *supra* § 4.

Ἀγωνίου | *supra l.* 2. § 1.

Ἐμὲ ἐκ ἀγροῦ | *Ibid.*

Χρῶμαι αὐτῷ | Marci dictum in hanc eandem sententiam laudat Suidas in Marco. Ποιοῦσα μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδιαφόρους ἑαυτοῖς ὁ δὲ ἔφη ποιοῦσα, ἐς ὃ, τι ἂν πεσὸν ἐκ καιροῦ χρήσιμον ᾖ, χρῆσ-

kus

Ἐυνοι | Dr Junius mavult εὐμοίρως. Sicut *supr.* § 4. πάσῃ ἁπλῶς καὶ εὐμοίρῃ. & *infr.* § 12. εὐμοίρως. quibus addas licet, *l.* 6. § 45. εὐμοίρη. Verùm nihil obstat, quo minùs εὔνους istic retineatur. sicut *l.* 9. § 26. Ἐυνοεῖν μάλιστα αὐτοῖς δεῖ. etiamsi enim Phrynichus in *Atticismis*, ἕως ἔχειν dici vetet, εὐνοϊκῶς loco illius usurpari jubeat; non est tamen Marcus noster elegantiarum istiusmodi curiosus.

Κατ' ἀξίαν | Ità Epictet. *l.* 2. *c.* 23. Ἀλλὰ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ ἀποδίδωσιν. Vide *l.* 4. § 32. & 41. § 29, 43. Τῷ καλῷ, hoc est, *honesto*, sive *virtuti*, quod in solio majestatis collocabant, utpote quod *summum*, imò *solum*, *bonum* censebant, μείζονα ἀξίαν, i. e. *maximam dignitatem*, sive, ut Stoicè loquamur, *æstimationem* tribuebant Stoici. Cætera omnia, etiamsi pro *adiaphoris* rebúsq; *mediis* ducerent, utpote quæ verè boni partem nullam obtinerent, quædam tamen ex eis in pretio atq; æstimatione aliquâ habebant, quæ ideò προηγμένα, vocabulo à Zenone excogitato, i. e. *producta*, ut Senec. *ep.* 74. *promota* sive *præposita*, ut Cicero *de finib. l.* 3. nuncupabant. Ideo autem istis ἀξίαν τινὰ, i. e. *æstimationem pretiúmque* aliquod tribuebant, ut Laert. *l.* 2. Διὰ τὸ μέσων τινὰ διώσειν ἢ χρείαν ἔχειν, συμβαλλομένων πρὸς τὸ κατὰ φύσιν βίον, i.e. *quia mediam quandam vim usumve haberent, ad vitam secundùm naturam agendam conducentem.* Ex istis rursus, Τὰ μὲν ἔχειν πολλὴν ἀξίαν, τὰ δὲ βραχεῖαν, *alia majoris æstimanda, alia minoris* censebant; ut Stob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 6. Et Sen. *epist.* 82. *Est & horum, quæ media appellamus, gradus discrimen.* Atque hoc est, quod Marcus, tum istic, tum alibi, τὸ κατ' ἀξίαν in rerum usu observandum inculcat. Illud interim observatu non indignum, Stoicos, cùm in vocabulorum usu, usq; ad ineptias etiam, non minutiæ captùm, superstitiosi existerent, sicut *promota* sive *præposita* illa, λαμπρὰ μὲν, ἀλλ' οὐκ αἱρετὰ, οὐσία, ἀλλ' ἐκ ἀγαθὰ, χρήσιμα ἤτοι συνεργητικὰ, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖα, dici tanxerunt; quod ridet Plut. *de commun. notit. c.* 17. ità πρὸς ἀξίαν, ubi de *adiaphoris* usurpatur, noluisse reddi, *dignitatem*, sed *æstimationem*; quâ voce usus est Cicero *de fin. l.* 3. vel *pretium*; quâ usus est Seneca *de vita beat. c.* 22. *Pretium quidem*, inquit, *aliquod erit*; *certè dignitas non erit.*

Συσχεδιάζομαι | *Conjecturam facio.* Xyl. *malim, rationem habeo.* Vide Τὸ συγκεκτικὸν, *l.* 1. § 9.

§ 12. Τὸ παρὸν | Vide *ad lib.* 6. § 2. Flacc. *carm. l.* 3. *od.* 29.

——*quod adest memento*
Componere æquus;——

Ἐπιμένω τῷ ὀρθῷ λόγῳ | Ità *l.* 10. § 12. Τῷ λόγῳ κατὰ πᾶν ἐπιμένων. Et *l.* 12. § 31. Ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ τῆς θεοῦ.

Καὶ μηδὲν παρεμπόδιμα | *Neq; præter istud quod proposueris tibi, accessorium aliquid vel captaveris vel admiscris*, deesse videtur verbum aliquod, ποιῇ, puta, vel ἐπιζητῇς. Est autem τὸ παρεμπόδισμα vox à re mercatoria tralata: significatque propriè *negotiationem aliquam ei, quæ primariò instituitur, accedentem, vel incidentem etiam*; & ex consequenti, *lucrum è negotiatione istiusmodi acquisitum*; ut Budæus interpretatur, cui debemus quæ sequuntur, ex Basil. *epist.* 73. de adversariis suis. Ἐμπορικὸν βίον μεταχειζόμενοι, παρεμπόδισμα ποιοῦνται πρὸς ἱερατείαν διακονίαν. *Vitam mercatoriam sive nundinationem exercentes, negotiationi suæ isti accessoriam faciunt vestri obtrectationem.* Et ex Lucian. *de histor. conscrib.* Οἶμαί σε ἂν ἐπισχεῖν μοι βαδίζοντι, τὸ μέγιστον ποιητὴν ἀγαθὸν ἤδη τὸν Ὅμηρον, τὸ δεύτερον παρεμπόδισμα ποιοῦντα τὸν Δημοσθένην. *Videris mihi, cùm hoc unum proposuisses, ut ostenderes mihi Homerum bonum esse poetam, dono muneríve promisso accessorii, sive mantissæ, loco adjecisse Demosthenem.* quibus adjicias licet illud Clementis Alex. *pædag. l.* 3. *c.* 10. qui de exercitiis agens; ubi dixerat, ἄλλοις ὁ δεῖπνος αὐτάρκης, ἀγὼν δὲ βαδίζουσιν, ἢ εἰς ἄσκησιν χειρῶν. adjecit, εἰ δὲ καὶ σκαπάνης δέοιντο, ἐκ ἀφωνὸς τοῦτο παρεμπόδισμα οἰκονομικὸν γυμνασίᾳ γεωργικῇ. *præter exercitii, quod intenditur, beneficium, etiam rei familiari emolumenti aliquid accedit obiter.* Cæterùm D. Junius, nihil deesse apud Marcum opinatur, pro nomine duntaxat participium substitui debere, ut sit μηδὲν παρεμπεσόντος quid si verbum reponamus, παρεμπεσόν? quia sequitur ἀπὸ τύχης. Est autem τὸ παρεμπόδισμα, quod Gregor. Naz. *orat. in Basil.* de Saule agens, qui dum asinos investigat in diadema incidit, τὸ πάρεργον, sive τὸ παρὰ τὸ ἔργον ἐμπόδισμα dixit. Βασιλείαν εὑρεῖν μεῖζον τῶν ἔργων τὸ πάρεργον ἐμπόδισμα. De sensu constat, qui idem futurus est, quocunq; ex dictis modo legerimus. Quod Marcus voluit, optimè expressit Clemens *Strom. l.* 4. ubi de gnostico agens, Οὐ θεοσεβήσεται, inquit, εἰ τὴν λυπηρὰς ἐξοδεύσει ἅπασι πίδος ἢ ἀπόλαυσις αὐτῷ ἐμποδὼν ᾖ τῶν ὄντως οὖσι ἐρασθῆναι καὶ πρὸς τὸ κάλον ἀγόμενος, θεοσεβὴς, ἅτε καὶ εἰ καὶ κατάδεσιν ἔξωσιν λάβοι παρὰ τοῦ θεοῦ περιεῖναι τὰ ἀπορρεόμενα, ἀπιμελητὸς τε ὢν καὶ εἰ καὶ μισθὸν τὰ μακάρια ἀγαθὰ λήψεσθαι ὅτι τοῖς ἐπαγγελίαν πεποιημένοις ἀλλ' εἰ καὶ λήσεσθαι τὸν θεὸν ἐν οἷς πράττει, παιδεύειν ὅσον ἐδύνασθαι παρέξαι τὸν ἀνθρ. τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν ἐπιδόσεως τινος ἕνεκα τὸ ὄντως καλὸν καὶ αἱρετὸν ἐξ ἑαυτῆς, καὶ ταύτῃ ἀγαπητὴν εἶναι ἕξιν ἡγούμενος. Vide *l.* 1. § 16. & *l.* 9. § 39.

Τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα | Idem *infra* § 16. Vide *ad l.* 2. § 14.

Καθαρὸν ἐστῶτα | Clemens *Strom. lib.* 2. Εὖ γὰρ παρήνεσε φησὶ, Ἴδε μὴ λυπηρὸν, ἀλλὰ ῥᾴονα καὶ θεοῖς ἀρεστὰ ἀνεῖσα ἐν οἷσι, τέλεια. ἢ τὸ νῦν καὶ τὸ ἔργον καὶ τὸν διανοήματος θεὸς ὁ καὶ τὸν λόγον φιλεύεργα, καὶ πλουσίαν, ἢ κατὰ τὰ ἐν τοῖς

ἀναμάρτητα. ὥσπερ hæc revera ἀναμάρτητα ἐκεῖνα, ut cum Marco loquamur, quam depingit Clemens. Cæterùm cùm ista in carne constitutis sit ἀνθρώπινος planè, ideò rectè subjungit, ἐγὼ δ', εἶπεν, ἀνθρώπων κρείττων, καὶ ἀναμάρτητα ἀνελεῖς καὶ βλαβερά. Ὡς εἰ καὶ ἤδη ἀναπέπτωκα λέγει | Vide *ad l.* 2. § 5. 11. Epictet. *Enchir. c.* 22. Ὁ δὲ Σωκράτης οὐκ ἀφελκύσθη ἐπὶ τοὺς φίλους, καὶ ἤθελεν ἐλθόντας παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον ὁμιλεῖν. ἵνα δὲ ἀεὶ ἐκείνου τινὸς. Senec. *ep.* 101. *Qui hoc modo se aptabit, cui vita sua quotidie suis tota, securus est.* Flacc. *carm. l.* 3. *od.* 29.

——*ille potens sui*
Lætúsque degit, cui licet in diem
Dixisse, Vixi.——

Ἐὰν οὖν τοῦτο συνήθῃς | Ἐὰν τοῦτο συνήθῃς legeris. *συνήθειν* pro *hærere* vel *adhærere* Theophrasto usurpatum *de plant. l.* 4. *c.* 9. Φύεται γὰρ ἐν ἕλεσι καὶ τοῖς λιμναίοις ἃ οὐ συνήθη τῇ γῇ. *In lacubus ac paludibus nascitur, sed terræ non adhærens:* Ὥστε ἧττον ῥιζοῦν, εἰ καὶ ἄλλο ἐχοῦσα, πλεῖον ἂν ἔχοι. ut de plantis similiter Gregor. Naz. *carm. l.* 1.

Μηδὲν ἐπιθυμῶν | Senec. idem *ep.* 12. *Ille beatissimus & securissimus est sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat.* Et *epist.* 1. *Sic fiat, ut nimis exuberantia pendeant; si hodierno manum injecerit.* Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Οὕτως οὖν καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ πλέον παθόντα, οὐκ ἂν τὸν χείονα, ὡς μᾶλλον ἀπολαῦσαι αὐτῷ μεῖζον ἀγαθόν· ἀλλ' ἐν αὐτάρκειᾳ τῇ περὶ τὸ μηδενὸς ἧττον ὑφ' ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι, καὶ τὸν πλείονα χρόνον ἀξιοῦσθαι.

Εὐζωίας | Aristot. *ethic. Nicom. lib.* 1. *c.* 8. Συμβαίνει δὲ τό τε λόγῳ, καὶ τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα· σχεδὸν γὰρ εὐζωία τις εἴρηται, καὶ εὐπραξία. Et Alex. Aphrodis. *de virtut. sufficient.* Τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ βιοῦν, ἢ πῶς εὐζωίαν, εὐδαιμονίαν φασὶν εἶναι. Et mox; Λέγεται δὲ ζῆν ἕκαστον ἀφ' οὗ, καὶ ζῶν κατ' ἀρετὴν καὶ πράττων τὰ ἐν τῷ πράττειν ποιᾷ ἢ εὐζωία ἀνθρώπου——ἐν τῇ χρήσει τῶν ἐναργῶν καὶ πράξει ἡ εὐδαιμονία καὶ ἡ εὐζωία. Itaq; εὐζωεῖν, quod est nostri peculiare vocabulum, est *felicem esse*, sive *felicem degere*, quod in virtute prorsus situm Marcus hîc statuit, contrà quàm Aphrod. qui concludit ibidem; ὅτι καὶ πάσης ἀρετῆς ἐνέργεια εὐζωία τε καὶ εὐδαιμονία.

Οὐδὲν κωλύσει | Vide *supr. ad l.* 2. § 9.

§ 12. Ὥσπερ οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὀργανα καὶ σιδήρια παρέχουσι ἔχειν | Solebant Stoici suos monere, ut eorum quæ in scholis didicissent summa capita sic memoriæ infigerent, ut illa semper ad manum haberent, & ad omnem occasionem eis uterentur. Hæc sunt, quæ παρήγγελματα Epictetus appellat. neq; alio fine *Enchiridium* ab illo, an ab alio quodam ipsius sectatore Arriano dixerit: forsan, ut ex Simplicio videtur, est scriptum, quod & nomen refutatus, *Manuale*: nam *Pugionem* qui reddidere, ab autoris mente aberrárunt prorsus. Itaque Marcus hîc medicos & chirurgos imitandos dicit: & ut illi parata semper artis suæ instrumenta habent; ità in promptu habenda dogmata. prout Casaub. *ad Pers. Sat.* 3. observavit. Eodem alluſit Epictetus locis à Casaubono *ibidem* indicatis; *dissert. l.* 1. *c.* 27. Τὰς παραγγελίας ἐναργεῖς καὶ ἑτοίμους καὶ παρόντας ἔχειν δεῖ. Et *l.* 3. *c.* 10. Ἐμέλησε δ' ἡμῖν ὅτι ἡ χρεία παρῇ, παράκειται αὐτὸ ἔχειν δεῖ ἐν ἑτοίμῳ, τὰ δεῖ ἑτοίμως ἐν βαλαντίῳ, τὰ δὲ βαλαντίου ἐν τῇ κοίτῃ, τὰ δὲ ἐπὶ τοῦ κοίτου. Verùm, quod Bernardus olim conquestus est, *de consid. l.* 2. *Sic se habent plerumque mortalium corda, quod scimus, cùm necesse non est, in necessitate nescimus.* Rem moniti istius utique inadvertentiam atque inquirian.

Οὕτω τὰ δόγματα εὐ ἔστωσαν ἕτοιμα | Indè ἑτοιμότητα vocat (*l.* 4. § 3.) hujusmodi præcepta ad usum semper parata. Apud Senecam *de benef. l.* 7. *c.* 1. Demetrius Cynicus; *Plus prodesse, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu tibi & in usu sint, quàm si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum.* Idémque, *Hæc undique manu tenere proficientem jubet, nec usquam dimittere, imo affigere & partem sui facere, eáque quotidianâ meditatione produci, ut suâ sponte occurrant salutaria, & ubique ea statim deliberata præstò sint.* Et Seneca ipse *epist.* 94. *Subinde reducendus es in memoriam: non enim reposita præcepta esse debent, sed in promptu.* Et hæc Casaub. *ibid.*

Πλὴν τὸ μικρότατον | Monitum auro, non aurichalco tantùm, contrà, minimè charum, ut in minimis eadem ac levissimis quibusque, quæ omnino nimirum rei subjectæ fert ratio, tanti divini, quàm & humani officii respectus habeatur. Idem prorsus, licèt aliis verbis, Apostolus ad Corinth. *ep.* 1. *c.* 10. *v.* 31, 32. Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Sed & Epictetus, à quo Marcus forsitan sumpserit, *dissert. lib.* 2. *cap.* 19. Εἰς τὸν Θεὸν ἀφορῶσιν, ἐν παντὶ μικρῷ καὶ μεγάλῳ. R. Joies. in *Pirke Aboth. c.* 2. § 12. כל מעשיך יהיו לשם שמים *Fiant opera tua omnia ob nomen cœli*, i. e. propter Deum cœli Dominum fiant.

Τῆς ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συνδέσεως | Res divinæ ac humanæ, cùm quoad theoriam, tum & quoad πρᾶξιν sunt invicem conjunctæ. Mirifice in Octav. *Ita cohærentia, connexa, concatenata sunt ista; ut nec Homo quid sit, unde sit, quare sit, hoc ipsum explorare & eruere, sine universitatis inquisitione possimus; & nisi divinitatis rationem diligenter excusserit, nescias humanitatis.* quod Calvin. *instit. lib.* 1. *c.* 1.

Multis

Multis vinculis inter se ita connexæ sint cognitio Dei & cognitio nostri, ut utra alteram præcedat, & ex se pariat, non facilè sit discernere. De praxi Joann. *ep.* 1. *c.* 4. *v.* 21. *Hoc mandatum à Deo habemus, ut qui Deum dilexerit, etiam fratrem suum diligat.* qui & crebrò ab alterius horum dilectione vel posita vel negata, ad alterius vel statuendam vel tollendam concludit.

Οὔτε ἀνθρώπου τι ἄνευ τῆς ὄντως τοῦ θείου συναφορᾶς | Hoc est, quod & nostri jugiter inculcant, In Deo, & propter Deum, hominem esse diligendum.

§ 14. Μηκέτι πλανῶ | *Non erra amplius.* Xyl. & M. Cas. forsan melius, *Nè evageris diutius:* ut sit idem hîc πλανᾶσθαι, quod ἀποβάλλειν, *supr.* § 4. utrumvis sensum verba ferent.

Τὸ εὐγνωμόνως ὁμολογεῖν τῷ θεῷ | Deo ipse se gratias agnoscit debere, quòd non istis diuturnius assederit. *l.* 1. § 17.

Ἂς εἰς τὸ γῆρας σοι τὰ ὑπομνήματα | Commentaries, inquis, componis, multáq; ex antiquis autoribus excerpta congeris, quæ in senectute sc. evolvere cogitas, & ad vitæ tuæ usum accommodare, cùm vita ipsa interim defluat, ad cujus usum ista comparas. Hoc est quod Caro major disciplinam Isocraticam suggillans dicebat, γηρᾷν παρ' αὐτῷ τοῦ μαθητοῦ, ὡς ἐν ᾄδου χρησιμώτατα τοῖς τέθνασι, ἢ Μίνως ἐν ᾅδου. Plut. in *Cat.* Pari ratione Hermotimum suum ludos facit Lucianus. Cùm enim philosophorum scriptis evolvendis sectisque ac sententiis discutiendis tot annos assignâsset, ut octogenarius necessariò priùs fuerit futurus, quàm veritatis cognitionem certam, si quando tamen, assequi posset. Καὶ πῶς, inquit, εὐχυμήσεις σοι, ὅτι βιώσῃ τοσοῦτο; ἔπειτα εἰς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἐπιλείπουσιν αὐτῷ, γέρων ἤδη, καὶ πολὺς ἀεὶ ἐν ἔξοδῳ ὤν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων; ἀλλ' ἢ μή τι εἰς ἄλλον βίον ἀναγνώσεις σαυτόν, ὡς εἰς ἐκεῖνον ἀλλῶν, ἄμεινον διαγόμενον, εἰδὼς ὃν πρὸ τούτου χρὴ βιῶναι.

Σπεύδε ὅπως εἰς τὸ τέλος | Senec. *ep.* 27. *Non quidem cessatur adhuc, sed non festinatur. multum restat operis, in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis.* vel ut Lipsius legit; *Non quidem cessaturo, sed festinaturo multum restat operis.*

§ 15. Οὐκ ἴσασι] Ab his verbis interpretes novum paragraphum exorsi, sic vertunt: *Nesciunt quàm multa significet vocabulum Furari, &c.* Eam lectionem sequi si libuerit, habeas D. Bootii explicationem: Dicit idiotas nihil rectè intelligere; neq; *furtum*, quod de pecuniis solùm aliisq; talibus audiunt, cùm majus ac pejus sit *furtum*, aliquem in errorem conficere, atq; ità veritatem *furari*: nesciunt quid sit *ferere*, *emere*, cùm ista in vitæ ac corporis subsidium data, isti in longè alios usus, ad satisfaciendum voluptatibus suis, atq; ad procudendas divitias: nesciunt quid sit *quiescere*, cùm illi non aliam norint *quietem*, quàm si à nulla re extrinsecus incidente turbentur, cùm vera *quies* non alibi quàm in animo quærenda sit, ubi in mediis quoq; negotiorum atq; periculorum fluctibus manet imperturbata: non intelligunt quid sit, *facere quæ agenda sunt*, utpote qui omnia ex propriis commodis atq; affectibus metiantur. has autem res dicit illos non perspicere, quia utut oculis bene valeant, è mente tamen laborant, ad quam harum rerum dignotio pertinet. Confer cum *sect.* 33. *l.* 10. Hæc ille. Fieri potest tamen ut interpunctionis locus laboret, & periodi nota, post ἐκ ἕξεως, quod præcesserat, tollenda sit. Quod si admiseris, sensu continuato sententia sic concepta fuerit, οἷς ἕξεως ἐκ ἴσασι, ut τὸ ἴσασι illud, participium, non verbum sit, & Marci mens exstat ista: *Id quod faciendi potestas est etiam nescientibus, quàm variæ sint vocabulorum istorum significatus* quasi diceret: Possunt sibi ipsis ad bene vivendum suppetias ferre, etiam qui Grammaticas de vocum significatis præceptiunculas, vel Dialecticas etiam de eisdem argutiolas minùs callent. Vide *ad l.* 1. § 6, 7, 17. & *l.* 5. § 5. & *l.* 7. § 67. & *l.* 8. § 8. & Senec. *epist.* 45, 48, 49. qui & idem *epist.* 88. *Grammaticus circa curam sermonis versatur; &, si latiùs evagari vult, circa historias; jam ut longissimè fines suos proferat, circa carmina. quid horum ad virtutem viam sternit? syllabarum enarratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, & versuum lex ac modificatio? quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat?* Et inter alia multa, *epist.* 45. *Quid mihi vocum similitudines distinguit, quibus nemo unquam, nisi dum disputat, captus est? res fallunt. istas discerne.* & *epist.* 48. *Hoc mihi ab illis subtilibus præcipi malo, quid amico præstare debeam, quid homini, quàm quos modis Amicus dicatur, & Homo quàm multa significet.* Hoc est disertè, quod istîc Marcus, si hoc modo concinnare libuerit. Ego tamen re in medio relictâ, Syntaxin receptam secutus sum.

Ἑτέρᾳ τινὶ ὄψει | *Mentis* scil. *oculo.* quem *suprà* tetigit *l.* 2. § 13. & *infr. l.* 4. § 29. Vide & *lib.* 10. § 26. & *l.* 11. § 12. De isto Psaltes, *Psal.* 119. *v.* 18. *Aperias oculos meos.* Et Christus Paulo, *Act. c.* 26. *v.* 18. ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Et Paulus *ad Ephes. c.* 1. *v.* 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν. De Livio Druso. Val. Max. *l.* 18. *c.* 7. *Senem illum natura, cæcum fortuna potuit facere: at neutra interpellare valuit nè non animo & videret & vigeret.* Platò in *Symp.* Ἡ τοῦ τῆς διανοίας ὄψεως ἀγχίστευσις ὀξὺ βλέπουσιν, ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ὀπωσοῦν. Et Theodoret. *therapeut. l.* 1. χρεία τοίνυν ἡμῖν τῆς νοερᾶς ὀμμάτων, εἰς τὸν τῆς νοητῆς ἐπιλαμψόντων. καὶ τοιγαροῦν διόμεθα τῆς τοιαύτης ὀφθαλμοῦ εἰς τὸν διανοίας τῆς ὀξυτάτης, ὅπως ἂν τοῦ κρείττονος μᾶλλον ἢ ἄσπερ ὀφθαλμοῦ

ὀφθαλμὸς λέγεται φασὶν ἐπιδεκτικώτερος τὸ ὄρασθαι, ἢ ὅτι ἀϋ ἡ νοῦς λέγεται πίστεως ὑπηκτικωτέρους τὰ θεῖα, ἢ πλὴν ὧδε τούτων δόξαι φυλαττόντως ἔχειν.

§ 16. Σῶμα, ψυχὴ, νοῦς | Eandem habes distributionem *suprà l.* 2. § 2. & *infr. l.* 12. § 3. Paris. distributio & in sacris literis reperitur, *ad Thess. epist. l.* 1. *c.* 5. *v.* 23. σῶμα, ψυχὴ, πνεῦμα, qui & νοῦς *Rom. c.* 7. *v.* 25.

Τυπώδεις φαντασίας | Ità *l.* 5. § 35. τὰ αἰσθητὰ εἰμυδρῶς ἢ ἐν ἀφαντάστοις. Laert. *lib.* 7. in *Zenon.* ex Chrysipp. *de anim. l.* 12. Φαντασία ἐστὶ τύπωσις ἐν ψυχῇ. λέγεται ἡ ἡ φαντασία, ἀπὸ ὑποδεχομένου ἢ τὸ ὑποδεχόμενον ἐναπομαξωθὲν ἢ ἐναπόσημον ποιοῦσα ἢ ἐναπεργασιασθὲν. qui tamen monet, ἡ δικτέον πλὴ τύπωσιν, οἱονεὶ τύπον σφραγισθέντος. ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλὰς τύπους ἅμα τὸ αὐτὸ ὧδε τὸ αὐτὸ γίνεσθαι. Apud Euseb. *præpar. l.* 11. *c.* 17. Numenius *de bono l.* 1. ex Zenonis sententia; Διάπλασιν ἡ αὐτὴν (πλὴν ψυχὴν) εἶναι, ὅπερ τυποῦσθαί γε δύναται ὑπὸ τῆς ὄντως ἢ ὑποδεχομένου διὰ τῆς αἰσθητείου, ἢ παρεγγίνεσθαι τὰς τυπώσεις. Apud Suidam autor incertus; ἡ φαντασία ἐστὶ τῆς αἰσθήσεως λαμβάνουσα τῆς αἰσθητῆς τοὺς τύπους, ἐν ἑαυτῇ ἐναπεθέμενα. candem νοῦν παθητικὸν Aristoteli dictam; ἢν μὲν οὖν ἔνδον ἔχουσα τὸ γενόμενον, ἢ ἀπὸ τῆς προσβολῆς ὅσπερ ἐκείνου ὑπολάμψασα παθητικὸν ἦ, διὰ μὲν τύπων ἢ οὐ διαφέρουσα. Sextus Empir. *adv. Logic. lib.* 1. *c.* 2. de Stoicis agens: Φαντασία ἐν ἐστι καθ' αὐτὸν, τύπωσις ἐν ψυχῇ. quo tamen loco de modo rei sententias eorundem discrepantes subjungit. Et Plut. adversus eosdem differens *de commun. notit. c.* 41. Φαντασία τις ἡ ἕννοιά ἐστι φαντασία ἦ τύπωσις ἐν ψυχῇ· ψυχὴ ἦ φύσις ἀναδυομένη, ὑφ' ὑπολήψεως ἢ ἐπ' ἐργάζεται διὰ παθητῆς, λεγομένου ἦ τυπῆναι τύπωσιν· ἀδύνατον. ῥᾴδιον γὰρ ἂν τις ἄλλον ὕδατος φερομένου διαφθορὰν σημεῖα ἢ τύπους ἢ εἴδη διαφυλάξειν, ἢ πνεῦμα φερόμενον ἐν τοῖς ἄτμοις ἢ ὑγρότησιν, ἑτέρῳ ἦ ἔξωθεν ἐνδιδόντος οὐ ἀεργῷ ἢ ἀλλοτρίῳ πνεύματι κεχρημένου. Philo in *allegor. l.* 1. Τὸ ζῷον τὸ μὴ ζῶν ἀνθ' ὅλης ἐστὶ φαντασία ἢ ὁρμή· ἡ μὲν ἦν φαντασία συνίσταται, χωρὶς τῶν ἐκτὸς προσόδων τυπώσεως· ἡ δ' αἰσθήσεως ἡ ἦ ὁρμὴ τὸ ἀδιάλυτον τῆς φαντασίας χωρὶς τῶν ἐκ τοιαύτης δύναμιν, ἣν τινὲς δ' αἰσθήσεως ἄπεστι. τὸ ὑποκείμενον ἢ πρὸς αὐτὸ χωρεῖ, γλισχόμενον ἐφικάδει ἢ συλλαβεῖν αὐτό. Idem *ibid.* Τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν ψυχῆς ἐστι, ἢ ἔοικε κηρῷ πλάσις τοῦ τύπους καλάς τε ἢ αἰσχρὰς δεχομένῳ. Et paulò post, Ὥσπερ ἐν τῷ κηρῷ δυνάμει μὲν εἰσι πᾶσαι αἱ σφραγῖδες· ἐνεργείᾳ ἦ μόνη ἡ τετυπωμένη· ὅταν ἢ ἐν τῇ ψυχῇ κατασκευὴ ὑπαρχήσῃ, πάντες οἱ τύποι ἐμφέρονται δυνάμει· ἀποτελέσματα ἦ κρατεῖ ὁ ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἐν αὐτῷ, ἕως μὴ ἀπαλοιφῇ ὑφ' ἑτέρου ἐνεργέστερον ἢ ἐναργέστερον ἐπιχαράξαντος. Idémque *de nomin. immutab.* Φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ. ἃ γὰρ ἀσήμαντα ἐνδέχεται εἶναι αἰσθήσεων, ὥσπερ δακτύλιός τις ἢ σφραγὶς ἐναπεμάξατο τὸν οἰκεῖον χαρακτῆρα· κηρῷ ἦ ἔοικας ὁ νοῦς, τὸ ἐμμανὲς δεξάμενος ἀκρως παρ' ἑαυτῷ συλλέξει, μίσχεις ἂν τὸν τύπον διάνοιαν λάβοι ἢ ἀφίσταται μήποτε, ἐμμενεῖν ἐγκάπτει, ἢ παντελῶς ἀφανίσῃ. Τὸ ἦ φανὲν ἢ τυπῶσαν, τότε μὲν οἰκείως, τότε ἦ ἢ ὡς ἑτέρως διέθηκε πλὴν ψυχήν. quæ Philonis verba, tanquam è *lib. de munus* sumpta, H. Stephanus thesauro suo, memoriâ lapsus, inseruit, ubi frustrà quæras. Origen: *ad Celsi. l.* 1. Τί ἄτοπον, τὰ τυπωθέντα τῷ ἡγεμονικῷ ἐν ὀνείρῳ, ὡσαύτως αὐτὰ τυπῶν ἢ ὕπαρ ἐκεῖ τὸ χρήσιμον τῷ ἐν ᾧ τυπῶται; Quin & Aristoteles ipse, *de memor. c.* 1. ubi quærit quomodo res, quum absint ipsæ, memoriâ comprehendi possint. τὸ φάντασμά ἐστιν ὅμοιον, ἅσπερ τύπος, ἢ γεγράφθαι τις. Et rursus: Δῆλον γὰρ ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτόν τι γινόμενον διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ, ἢ τῷ μορίῳ τῷ σώματι ᾧ ἔχομεν αὐτὸν, οἷόν ζωγραφήματί τῳ, τὸ πάθος, ἢ φαμὲν γίνεσθαί τι μόνιμον. ἢ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται οἷόν τύπον τινὰ τῇ αἰσθήσει, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις. διὸ ἢ τῆς μὲν ἐν νεότητι πολλῆ διὰ τὸ παθεῖν ἢ δι' ἡλικίαν ἔστι, ἢ γίνεται μνήμη, καθάπερ ἂν εἰς ὕδωρ βέον ἐμπιπτόντος τῆς κινήσεως ἢ τῆς σφραγῖδος· τοῖς ἦ διὰ τὸ ψυχρὸν εἶναι καθάπερ τὰ παλαιὰ τῶν οἰκοδομημάτων, ἢ διὰ σκληρότητα τοῦ ληφθέντος τὸ πάθος, ἢ ἐγγίνεται ὁ τύπος.

Καὶ τῶν βουκημάτων | Aristot. *de anim. l.* 3. *c.* 3. τῶν θηρίων ἐνίοις ὑπάρχει πίστις· φαντασία ἦ μὴ ἐνίοις οὐ λόγος ἦ ἔ. Indè apud Laert. *l.* 7. ex Stoicorum mente distributio illa: Φαντασιῶν αἱ μὲν λογικαὶ, αἱ ἦ ἄλογοι. λογικαὶ μὲν, αἱ τῶν λογικῶν ζώων· ἄλογοι ἦ, αἱ τῶν ἀλόγων. illas νοήσεις dici, has nomine peculiari carere.

Νοερασταθῆναι | Vide *ad l.* 2. § 2. *l.* 7. § 3. & *l.* 12. § 19.

Καὶ τῶν ἀνδρογύνων | *Androgyni* etiam Ciceroni dicti, *de divinat. l.* 1. qui (ut Livius *l.* 27. loquitur) *ambiguo inter marem & fœminam sexu fuit nati.* Xyland. vel potiùs, qui *utriusque naturæ*, ut Plin. *l.* 7. *c.* 2, & 3. sive *utriusque sexûs*, qui & *Hermaphroditi* dicti. Gell. *l.* 9. *c.* 4. Verùm *ambigui sexûs* haud absse Livius; quia *in his sic uterq; sexus apparet, ut ex quo potiùs debeant accipere nomen, incertum fit.* August. *de civit. Dei. l.* 16. *c.* 8. Διφυεῖς ἢ ἀνδρογύνους appellat Philostratus in *Favorino.* De hyæna Clemens Alex. *pædag. lib.* 2. *c.* 10. Οὔκουν ὑπὸ τῶν ὕανων μεταβάλλειν τὴν φύσιν πεπίστευται ποτέ. ὑπὸ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῷον ἅμα ἄμφω, ἄῤῥεν ἢ θῆλυ, καθεῖς ὑπελήφασί τινες, ἐσφαφρόδιτος τρεσβολογοῦντες, ἢ τεῖτιν παῖτιν μεταξὺ θηλείας ἢ ἄῤῥενος, ἀνδρόγυνον καταγνωσθῆναι

πατρίδιτες φύσιν. Tales tamen extitisse haud paucos gentium omnium historiæ testantur. Cæterùm aliâ ratione ἀνδρόγυνον ab initio conditum Adamum fingunt Talmudistæ Judaici. bicorporem enim planè, & à parte quidem anteriore marem, à posteriore fœminam, utrisq; quasi glutino quodam per dorsi spinam sibi invicem commissis, fabulantur extitisse. id quod partim ex *Genes. c.* 1. *v.* 27. partim ex *Hymn.* 139. *v.* 5. non juxta rei veritatem ac Spiritûs sancti mentem piè simplicitérq; enarratis, sed miserè detortis, ridiculéq; atq; irreligiosè habitis elicitum eunt. de quo commento videri poterunt Moses Maimonides in *perplexorum edoctore*, & Manasses Israelitides in *Conciliatore ad Genes. quæst.* 8. eandem fabulam & sub Aristophanis persona in *Symposio* suo Plato, à quo & Mercurius Larvatus ille in *Pœmandro* mutuatus est, verbis istis proposuit: Ἀνδρόγυνον γὰρ ἦν τότε μᾶλλον καὶ εἶδος καὶ ὄνομα, ἓξ ἀμφοτέρων κοινὸν τῶν τε ἄρρενος καὶ θήλεος· νῦν δ' ὄνειδος ἔστιν, ἀλλ' ἦν ἐν ἐνεῖδει τέρμα κείμενον. ἐν ὀνείδει, inquit, κείμενον, i. e. probrosè nunc sumitur nomen hoc, siquidem non nisi olùm pro corpore portentoso natis sumitur, verùm etiam pro mollibus, effœminatis, imbellibus. Ἀνδρόγυνος, ἀδύνατος, ἀνάνδρους. Hesych. Et Pollux de *cinædis* usurpari docet, *l.* 6. *c.* 30. Ità Theodoret. *therapeut. l.* 8. de Bacchis; Γυναῖς οὖν, καὶ θηλυδρίας καὶ ἀνδρόγυνος. Et Clem. *pædag. l.* 3 *c.* 2. Ἀνέτρεψε τὸν τῶν Ἑλλήνων βάρβαρος φιλοκοσμία, καὶ ἡ ἀνδρόγυνος τρυφή. de Paride loquitur. Philo etiam *de vit. contempl.* (quo loco Platonis quoq; fabulam illam obiter tangit) Ἀνδρείαν μὲν τὴν βιωφελεστάτην ἀρετὴν καὶ πόλεμον καὶ κατ' εἰρήνην ἀφαιρούμενος, δήλειαν καὶ νόσον πᾶσι ψυχαῖς ἀσφαλιζόμενος· καὶ ἀνδρογυνίας παντοδαπὰς ὅσας ἐχθρὰ πᾶσι τοῖς ποιεῖν ἀληθῆ ὀπτικὰ δίμασι συγχεῖσθαι. Quin & γυνάνδρους eôdem dictos reperio. Suidas. Γυναδέες, ἀνανδρους. Ὁ γυναδεὴς τε καὶ μάλιστα πάντων. ἀντὶ τοῦ ἀνανδρος. Sed & Νῦν Valentinianum, quem Irenæus *ad Valent. c.* 1. *Masculo fœminam*, Tertullianus *adverf. eofdem c.* 10. *Fœminammarem* dixit. Inq; hanc partem cepisse Marcum istiq; ex conjunctis & consociatis manifestum fit. Quanquam nolim cum interprete Anglicano redditum, *& monstris, quales Phalaris Neriquæ fuerant:* de istis siquidem divisim loquitur, etiamsi in hoc ipso consentientibus, quod *neurospastorum* more moveantur. Cæterùm aliâ, & adversâ prorsus, ratione Androgynem dictam Amæsiam Sentiam refert Val. Max. *l.* 8. *c.* 3. quia *sub specie fœminæ virilem animum gerebat.* Cùm istis planè contrà: quod elegantissimè notavit epigrammate quodam quo portenta hominum istiusmodi perstrinxit anonymus quidam, *Florilegii l.* 2. *c.* 5.

Ἀνέρες ἠρνήσαντο, καὶ οὐκ ἐγράψατο γυναῖκες·
Οὔτ' ἄνδρες ἐγράψαν, ἐπεὶ πλέον ἔργα γυναικῶν·
Οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλαχον ἀνδρῶν.

(quod de Eunuchis spontaneis Epiphan. *l.* 2. *tom.* 1. *hær.* 58. § 3. ὅτε δὲ ἄνδρες εἰσὶ, διὰ τὸ ἀφαρμάσαι ὅτι γυναῖκες διώκαστοι εἰσὶ, διὰ τὸ παρὰ φύσιν.) denique,

Ἀνέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδρείοις εἰσὶ γυναῖκες.

Ità Curio pater in *oratione* quadam, J. Cæsarem *omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem* appellavit. Sueton. *l.* 1. *c.* 52. Et de Verre Cicero *Verr.* 2. *Vir inter mulieres, inter viros mulierculi.* Idemque de Clodio *pro domo sua: Impurus atque impius, qui contra fas inter viros sæpe mulier, & inter mulieres vir fuisset.* Vide & de Alcibiade quod Pherecrates *ad l.* 4. § 3. ἀνὴρ. *Ad Romm. c.* 1. *v.* 27. Jo. Chrysostomus. Εἶτα ἐπειδὴ ποιεῖν πλέον ἀνδρες καὶ λοχᾶσθαι, οὐκ ἂν ἐπλούτησεν ὀργὴ; ἀλλὰ χαλεπώτερος ἑαυτοὺς κατεργάσαντο, οἱ τὰ τοιαῦτα λυπῶντες. ἃ γὰρ ἔξω ἔστιν, εἰς γυναικείαν μεταβαλεῖν φύσιν, καὶ μᾶλλα ἀνδρες γλυκάδαι γυναῖκα μᾶλλον ἢ μάστε πάτο, μᾶτε ἐνεῖνο. Τὸ ἦ τὸν νῦν ἡγεμόνα] Illa loco mota ac luxata, καὶ τυφλῷ δῆλον. Quid enim? *mentis rationisque duftum* (juxta Solonis monitum apud Laert. *l.* 1. Νῶν ἡγεμόνα ποιῶ) *si qui atheos, in numen, in patriam impios, maleficos quosq;* Marcus noster unquam dixerit? Itaque post illa, καὶ τοὺς ἀδελφοκτόνους καὶ Φαλάδεις καὶ Νέρωνας, subjungendum immediatè, καὶ τοὺς θεοὺς μὴ ὁμολογοῦντας, καὶ τοὺς πανταχόθεν ἐξεταζομένους, καὶ τοὺς [ὀπίσω] πάντων ἐπειδὴν κλείσωσι τὰς θύρας. tum periodus nova inchoanda; & particulâ unicâ expunctâ, alterâ interjectâ legendum: Εἰ ἦν τι λοιπὸ κοινὸν ὅτι πρὸς τὰ εἰρημένα. λοιτὸν ἰδὸν ὅτι τῶν ἀγαθῶν, τὸ τὸν νῦν ἡγεμόνα ἔχειν ὅτι τὰ φανερὰ κρδήκονλα, καὶ φιλὸν μὴ, &c. Marci mentem quisquis fuerit assecutus, calculū dare suū nullus detrectabit.

Καὶ τοὺς πούλιον ἐπειδὴν κλείσωσι τὰς θύρας] Deesse aliquid liquidò constat. Annot. Lugd. πάντα reponit. Xyland. in versione sua, *Nihil non turpe*, interserui. ut sit, καὶ τοὺς [αἰσχρὸν ὀπίσω] ποιοῦντων. ego sufficere opinor τὸ ὀπίσω ut sit, τοὺς [ὀπίσω] ποιοῦντων. *etiam eorum qui quidlibet*, sive, *nihil non, perpetrant*, quodcunq; illud fuerit, *ubi foribus occlusis hominum conspectum summoverint & exclusserim.* De istiusmodi Apostolus *ad Ephes. c.* 5. *v.* 12. Τὰ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρὸν ἐστι καὶ λέγειν. Præclarum autem & opportunum hîc illud Epicteti monitum *dissert. l.* 1. *c.* 14. Ὅταν κλείσῃς τὰς θύρας, καὶ σκότος ἔνδον ποιήσῃς, μεμνῆσθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνος εἰμὶ· οὐ γὰρ ἔστι μόνος ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ, καὶ ὁ δαίμων σου ἐστὶ· καὶ τί τούτοις χρεία φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τὰ ποιοῦντα; *Ubi fores clauseritis, tenebrisque vobis intrà feceritis, nolite dicere, solos jam esse vos: neque enim estis: sed & Deus intus est, & genius vester* (hoc est, mens ipsa, ut Marcus mox) *intus est. quid autem lumine opus est istis, ut conspiciant ea quæ perpetratis?*

Huc faciunt Senarii illi ee Jobroe; Menandri apud Clem. *Strom. l.* 5. Et Euseb. *præpar. l.* 13. *c.* 13. (quem Philemoni tamen tribuunt Justin. *de Monarch.* & H. Steph. in *Comic. fragm.*)

Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

& apud Plutarch. *adversf. Colot. c.* 9.

Πάλαι γὰρ ὁ ἰσῶς ὁ Διὸς ἔγγυθεν βλέπει.

& apud veterem Gnomologum, *tit.* 28.

Πάντη γὰρ ὄντι, πίστα τε βλέπει Θεός.

Adest ubique, nilque non spectat Deus.

Vide & *supr. ad* § 4. & 7. sed & *ad lib.* 1. § 3.

Φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα | Vide *suprà* § 4. & *l.* 6. § 44. & *l.* 10. § 21. Seneca *epist.* 96. *Nihil unquam incidet, quod tristis excipiam, quod malo vultu.*

Συγκαταθήμενα | Idem *suprà* § 4. Vide ad § 11. & *ad l.* 4. § 26.

Τὸν δ' ἔνδον ἐν τῷ στέρνῳ ἱδρυμένον δαίμονα | Vide *ad l.* 2. § 13. & 17. Piè Porphyr. *de abstinent. l.* 4. ab Eusebio etiam *Præpar. l.* 4. *c.* 8. adductus; de pio quovis: Ὁ δ' αὐτὸς δ' ἑαυτῷ παρεσκεύ τῷ Διῷ, ὃς ἐν τοῖς ἀπ' αὐτοῦ καθάγιστα ἱδρυται, ἀεὶ τοῦ αἰσίου βίου λάφεται χαρακτῆρας ὅλως ἐαυτῇ συμφύεσθαι, &c. ἱδρύεσθαι, ὥσπερ ἐν ἄδυτῳ, *in pii animo*, sed & *in corpore, tanquam in delubro quodam, collocari atque habitare* vult *numen divinum.* quod & Apostolus insinuat, ubi *Dei, Spiritúsque sancti templa, sanctos*, atque adeò eorundem *corpora*, nuncupat; *ad Cor. ep.* 1. *c.* 3. *v.* 16. & *c.* 6. *v.* 19.

Εἰ δ' ἀπρεπῶν | Vide *suprà ad* § 5.

Τῇ ἑαυτοῦ μοίρᾳ σωμασμένον | Vide *l.* 4. § 23. & *l.* 7. § 57.

Ad Librum IV.

§. 1. Τὸ ἔνδον χωλεῦον | hoc est, τὸ ἡγεμονικόν. quod & σκηνώματα appellat, *l.* 3. § 5. & *l.* 7. § 64. τῶν κυβερνώντων. & *l.* 4. § 12. τῶν βασιλικῶν καὶ νομοθετικῶν. Stoic. apud Laert. *l.* 7. *Zenon.* Ἡγεμονικὸν δ' ἐστὶ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς. Cicer. *de nat. deor. l.* 2. *Principatum id dico, quod Græci* ἡγεμονικὸν, *quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse præstantius.*

Πρὸς τὸ δυνατὸν καὶ δίδυμον μεταδιώκειν | Ità *l.* 5. § 20. ἀκατάσκεπτος γὰρ καὶ ἀπρόνοητος πᾶν τὸ τῆς ἐνεργείας κώλυμα ἢ διάνοια εἰς τὸ ἀπροκατάληπτον. Τλλω γὰρ ἀνεπιτηδείως ἔχοντα φιλεῖ | *Nequeunt materiam aliquam sibi propriam subjectam habet.* Xyl. *Nunquam enim certo alicui subjecto absolutè sese addicit & applicat.* Cas. ad Marci mentem propius. quanquam ἀνεπιτηδείως ὕλαν possis reddere, *attributam & assignatam sibi materiam.* at D. Junius vult ἀνεπιτηδείως *subjectam sibi materiam*, quod & Xyl. forsan legerit. Hoc est quod vult, de materia circa quam se exerceat non est solicitus; neq; enim hoc in potestate ipsius situm est, eligere quam ipse velit; sed quomodo circa eandem se gerat. *materiam ergò assignatam sibi nullam diligit*, quia *mediam* quidam esse novit; in hoc totus est, quomodo naturæ convenienter ea uti possit, artémque suam in ea ritè elaboranda exercere, Epictet. *l.* 2. *c.* 5. Δεῖ γὰρ πάντως οὗτοι τινα περὶ ἑαυτὸς ὑλῶν φιλοτεχνεῖν, ἀλλ' ὡς ἐκείνῳ ἀποδεκτέον, ἀλλ' οἷα ἂν ἡ ἐκείνη, τούτοις αὐτοῖς φιλοτεχνεῖν ἐπιτρέπεται. ὅτως καὶ ὁ ὑφάνλικὸς οὐ δεῖται πωῖ, ἀλλ' ὅτι ἂν τύχῃ λάβῃ, ἐπὶ αὐτὰ φιλοτεχνεῖ. Hoc interest inter eam de qua Marcus hîc, cæteráſque artes; quòd illa certam aliquam materiam habeant, circa quam versantur; ista nullam relinquat. Synes. *de providen.* Βίῳ δὲ ἑδὲὶς, οἰκείῳ ἡμῖν ἀλλοτρίως ἢ ἔξωθεν πεπεισμένῳ· ἡμεῖς δὲ τὸ χρώμενον ἔνδοθεν, ἀμείνους καὶ χείρους αὐτοὶ ποιοῦντες τὸ δυνάμενον, ἀγαπητὸν ζώντων δεσμωτῶν. ταῦτ' ἄρα ὥσπερ ἐδόκουν ἔστιν αὐτὰς ἀμφισβητεῖν καὶ μεμφομένους. Vide ampliùs *ad l.* 12. § 36.

Ὁρμὴ μετ' ὑποξαιρέσεως | Hoc est, *cum exceptione*, quales illæ apud Senecam *de sap. sacess. c.* 30. Epicuri; *Non accedet ad rempub. sapiens, nisi siquid intervenerit.* Zenonis; *Accedet ad rempub. sapiens, nisi siquid impedierit.* Verùm ad Marci mentem explicatissimè Seneca idem *de benefic. l.* 4. *c.* 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet, si nihil inciderit, quod impediat. Ideo omnia illi succedere dicimus, & nihil contra opinionem accidere: quia præsumit animo, posse aliquid intervenire, quod destinata prohibeat. Imprudentium ista fiducia est, fortunam sibi spondere.* Cæterùm *sapientis est* (ut idem *de tranquill. c.* 13.) *semper de fortuna cogitare, & sibi nihil de fide ejus promittere. Navigabo, nisi siquid incidrit: &, Præter fiam, nisi siquid obstiterit: &, Negotiatio mihi respondebit, nisi siquid intervenerit. Hoc est, quare sapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. non illum casibus hominum excepimus, sed erroribus: nec illi omnia, ut voluit, cedunt, sed ut cogitavit. In primis autem cogitavit, aliquid posse propositis*

positis suis resistere. Marcus infr. l. 5. § 20. Ὀρεκτικὴ ἡ ἐπὶ διαθέσεως ὑ μήτε ἁμαρτάνουσα, διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ ἀπείρατον. & l. 6. § 50. Μέμνησο, ὅτι μεθ' ὑπεξαιρέσεως ὀρεμᾶς. Vide & l. 11. § 37. Epictet. Enchir. c. 2. § 2. Μόνῳ ἡ τῇ ὀρεμῇ καὶ ἀφορμῇ χρῶ, κύριος μὴ τοι, καὶ μετ' ὑπεξαιρέσεως. quo loco vir doctiss. Hier. Volsius malè vertit, cum diminutione.

Πρὸς τὰ ἡγεμόνικα | *Ad ea quæ proposita sunt.* Xyl. *ad ea quæ intendis & prosequitur.* Cas. Neutrum satisfacit. neq; enim ἡγεῖσθαι aut in *proponendi*, aut in *prosequendi* sensu usquam reperitur. forsan ex l. 5. § 20. τὰ ἀναγκαῖα legendum fuerit, vel etiam τὰ ἀναγκαῖα. *ad ea, quæ patrono videntur*; sive *ad proposita* etiam, ut ipsi loquuntur, *cum exceptione quadam* fertur. & ad ea multò magis, quæ nec ad istum quidem æstimationis gradum promoverint. Vide *ad l.* 3. § 11. καὶ ἀξίως. Xyl. ἀναγκαῖα legisse videtur. ut l. 5. § 14.

Τὸ ἡ ἀντεισαγόμενον ὄλλου ἀντὶ τοῦ | Ità *id quod affertur.* Xyl. *quicquid, contrà quàm intenderat, contingit.* Cas. quod ejus vice contrà immittitur, sive introducitur. ἀντεισάγειν *in alterius vicem introducere.* Clemens *Strom. l.* 3. Μὴ ἀποδέχου γάμον καὶ παιδοποιΐαν, μηδὲ ἀντεισάγειν τὸ πόσιμα δυσχυσίας ἕνεκα, μηδὲ ἀπαρνεῖσθαι τῆς ἀναπνοῆς τὸ κακοδαιμονῶν. Verùm strictiùs paulò hoc loco, opinor, pro eo quod alterius vice ità introducitur, ut eidem adversetur: quomodo νόμον ἀντεισφέρειν, est *legem legi obrogare*, sive *quæ prioris loco obtinuit, contrariam* ferre. Ità *l.* 7. § 58. & 68. & *l.* 8. § 31. Seneca *de provident. cap.* 4. *Calamitas virtutis occasio est.* quod & *ibidem c.* 2. 3. 4. fusissimè differit. Idem *epist.* 85. *Sapiens ipse semper in actu est, non in effectu: tunc maximus, cum illi fortuna se opposuit.* —— *per totam vitam opus ejus extenditur. Ità nullo fortuna, nulla res, actus sapientis excludit. Id enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. ad utrosque casus aptus est; bonorum rector, & malorum victor. Sic, inquam, se exercuit, ut virtutem tam in secundis, quàm in adversis exhibeat: nec materiam ejus, sed ipsum intuetur.* —— *Tu illum putas premi malis? utitur. non ex ebore tantùm Phidiæ scobem facere simulacra; faciebat ex ære. si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtuliſſes, fesiſſet quale ex illa fieri optimum posset. sic sapiens virtutem, si licebit, in divitiis explicabit; sin minus, in paupertate: si poterit, in patria; si minùs, in exilio: si poterit, imperator; si minus, miles: si poterit, integer; si minùs, debilis. quamcunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.* Quod Aristot. *Ethic. lib.* 1. *c.* 10. Τὸν μὲν οὖν ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἄμφωμον πάσας οὕτω τὰς πράξεις εὐσχημόνως φέρειν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αἰεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν· ὡδὶ πῆ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν, τὸν παρόντα στρατιώτην πολεμικώτατα, καὶ σκυτοτόμον, ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῆ κάλλιστον ὑποδήματα ποιῆν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ πολίτου καὶ παντὸς ἄλλου πράξεως ἅπασαν. Gregor. Naz. *orat.* 28. Ὁ φιλόσοφος εὐδαιμονῆσαι παίδων, καὶ ἄλλων ἀρετῆς ποιῆται τὰ λυπηρὰ καὶ τῆς ἐναντίας ἐγκαλλωπίζεται. Clemens *Strom. l.* 4. Θαυμάζειν ἡ ἄξιον καὶ τὴν Στωικῶν, οἳ πνες φασὶ, μηδὲν τῶν ψυχῶν ἐκὸ τῶ σώματ© διαπίπτειν, μήτε σοφίας κτήσεις ἐκὸ τῆς νόσου, μήτε σοφὸς ἀφιστῆ ἐκὸ τῆς ὑγιείας· ἀλλὰ ἀμφότερα ταῦτα λέγουσιν ἀδιάφορα εἶ). καὶ τοι γε ἡ λοιδορίας ἀφροσύνη καὶ αἰσχρὸς ἀφροχεῖν, πάντως ὡς ἐν πλοίῳ, ἄπιμ© ἡ ἐξ εὐδόξου, αἰσχρὸς ἡ ἐν πλούτῳ, καὶ νοσοῦσι ἐξ ὑγιοῦς ἠρώμη©, ἡμῖν τοῖς ἐξ παιδείας ἀγαθὸν ἀναλλοίωτον· δυσπόνων τὸν ναυφραγια, εὐλογῶν τὸν πλάσαντα· φέρων ὕπ© τὸ δίκαιον, ὡς τὸ σώφρονα διδάσκων εὖ μάλα τοῖς φιλτάτοις ἅπαν οἷόν τε εἶ) καλῶς χρῆσθαι τὰ γινόμενα. Vide *infrà* § 49. & *l.* 10. § 31.

Τὸ ἡ καιόμενον πῦρ πάντα ἐξαναλίσκειν ἑαυτῷ τὸ ὑπερφερόμενον | Hanc ob causſam *Ignem*, cùm omnia absumat, (unde παμφάγα πυρὸς δίκλα, Philo. Vide ad § 21. & νᾶμα παμφάγα πυρὸς, Euripid. *Medeâ*) *feram* esse *animatam* censebant Ægyptii Herodot. *lib.* 3. Αἰγυπτίοισι νενόμισται πῦρ ζωὸν εἶ) ἐμψυχον· πάντα ἡ αὐτὸ κατεσθίειν, τέλ© ἂν λάβῃ τροφὴν ἡ αὐτὸ τῆς βορᾶς, συναποθνήσκειν τῷ κατασκομμένῳ. Hinc Agur Hebræus, inter ea quæ nunquam exaturantur, aut, *ohe, jam satis est*, discere nata sint, *Ignem* commemorat, *Prov. c.* 30. *v.* 16. Et Plin. *hist. nat. l.* 2. *c.* 107. *Quæ est illa natura, quæ voracitatem in toto mundo avidissimam sine damno sui pascit?* Eòdem autem, quò istic, imagine usus est Marcus & *l.* 10. § 30. Ὡς τὸ καιόμενον πῦρ, ὅ, τι ἂν βάλῃς, φλόγα ἐξ αὐτῆς καὶ αὐγὴν ποιεῖ. Nec dissimili Plutarchus, licèt in argumento diverso, *de sene polit.* Τὸν φθόνον ἔοικε τῷ κοινῷ παρεπιζευγνύναι πολὺς γὲ ἐν τοῖς ἀρχομένοις διὰ τὸ φλέγεσθαι θερμότητος· ὅταν ὀκλάμψωσιν, ἀφανίζεται. Et in *politic. præcept.* Οὔτε πῦρ φησιν ὁ Λείσιος κατὰν ποιεῖν ἔτι δόξαν φθόνου, ὧν ἐνδὺς ἐκλάμψῃ καὶ παλαίων. Itaque idem *de invid. & odio.* Αἱ ἡ τῆς ἐυτυχημάτων ὑπεροχαὶ καὶ λαμπρότητες τὸν φθόνον ἀποσβεννύουσιν. Verùm diversâ planè in eadem materiâ Seneca *de provident. cap.* 2. *Quemadmodum tot annis, tantum supernè dejectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium, non mutant saporem maris, nec remittunt quidem; ità adversorum impetus rerum viri fortis non vertit minimum. manet in statu; & quicquid evenit, in suum colorem trahit.* Epictet. *lib.* 3. *c.* 20. Τατῖσι τὸ τῦ Ἑρμοῦ βαδίσιον. Ἐ θέλεις, φησὶν, ἆλαι, καὶ χρυσῦν ἔχειν. ὦ, ἀλλ' ὁ θέλεις, φέρε, κἀγὼ αὐτὸ ἀγαθὸν ποιήσω. —— Καλῶς πατερ; αὐτὸ ἀλλ' ὁμοὶ ἀγαθὸς γυμνάζει με τὸ εὐζώνως, τὸ ἐπικῆς. φέρε νόσον, φέρε θάνατον, φέρε ἀπορίαν, φέρε λοι-

delas,

δοείαν, δίκλιν δὲ ἀφ' ἑκάτερα, πάσῃ ταῦτα τῷ βασιλεῖ τῷ Ἑρμῇ ὀφείλειν ἔοικεν. τὸν θάνατον τί ποιήσεις; τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἵνα σε κοσμήσῃ; ἢ ἵνα δείξῃ τῷ ἥρωϊ δι' αὐτῆς, τί ὄφις ἀνθρώπῳ τῷ βελτίονι τῆς φύσεως ἐφαρμόσειεν; τῷ γόσον τί ποιήσεις; δείξει αὐτῆς τῷ φύσιν διαπέμψον αὐτῇ, ἐνεαθήσω, ἐνεγείρω. — τί ἔτι ἄλλο ζητεῖς; πᾶν ὃ ἂν δῷς, ἐγὼ αὐτὸ ποιήσω μηδέν, εὐθυμοτάτην, σεμνόν, ζηλωτόν. Euge, Epictete! erubescamus Christiani.

Καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ὅτι μεῖζον ἔρεις; Scil. ut Naso *tristium l.* 4. *eleg.* 3.

Quæ latet, inque bonis cessat, non cognita, rebus,
Apparet virtus, arguiturque malis.

Epictet. *l.* 1. *c.* 6. Ἢ τί οἴει ὅτι Ἡρακλῆς ἂν ἐπίβη, εἰμὴ λέων τοιοῦτος ἐγίνετο, καὶ ὕδρα, καὶ ἔναρξις καὶ αὖς, καὶ ἀδικοί τινες ἄνθρωποι; Senec. *epist.* 13. *Cicuta Socratem magnum fecit. Catoni gladium asserterem libertatis extorque, magnam partem detraxeris gloriæ.* Idem *de provid. c.* 3. *Magnum exemplum, nisi mala fortuna non invenit.* De P. Popilio, Cicer. *pro domo sua: Fortis & constans in optima ratione civis P. Popilius semper fuit: tamen ejus in omni vita nihil est ad laudem illustribus, quàm calamitas ipsa.* Et de Q. Metello: *Q. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit.*

§ 2. Μηδὲν εἰκῇ] Vide *lib.* 2. § 5. Plut. in *pædar.* Καλὸν γάρ τοι, μηδὲν εἰκῇ μήτε λέγειν, μήτε πράττειν. Cicer. *Offic. l.* 1. § 10. *Omnis autem actio vacare debet temeritate & negligentiâ.*

Κατὰ θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης] *Secundum contemplationem, quâ artis defectus compleatur.* Xyl. imò, *ut artis regulis undequaque plenissimè respondeat.* Vide *lib.* 8. § 32. Ab *artificibus* tractum, qui etiam in minutissimis quibusq; artis suæ & præcepta observant, & specimen edunt. Ità Apelles ex lineæ unicæ ductu solo Protogeni innotuit. Plin. *l.* 37. *c.* 10.

§ 3. Ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητοῦσιν] *Secessus sibi quærunt, & solitudines.* Frustra. Audi Basilium Cæsar. *epist.* 1. Κατέλιπον μὲν τὰς ἐν ἄστει διατριβάς, ὡς μυρίων κακῶν ἀφορμάς, ἑαυτὸν δ' ὅπῃ δυνατὸν ἀπολιτεύειν ἠβουλήθην. ἀλλ' ὅμοιός εἰμι τοῖς ἐν θαλάσσῃ ὑπὸ τῆς χθὲς κάκης ἀπολυμένοις καὶ ναυτιῶσιν. οἱ τῷ μεθύειν τὸ πλοῖα συγκραίνουσιν, ὡς πολὺ τὸν σάλον παρεχόμενα, καὶ πεῖσιν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ ἢ τὸ ἄκρητον ἀπαλλαίνοντες, παντάχῃ ναυτιῶσι καὶ ἀπορροῦσι· συμμετέχονται δὲ αὐτοῖς καὶ ἀπιδία καὶ ἡ χολή. τοιοῦτον δή τι καὶ τὸ ἡμέτερον. τὰ δ' ἔοικα παθόντα συμπεφερόμενα, παντάχῃ μὴ ὀφθῆναι ὁμοίων δορύζων ἐσμέν. ὥστε ἐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀποναίμεθα ταύτης. Et Iidem. Pet. *l.* 1. *epist.* 191. Ἡμεῖς τὰς πόλεις ὡς δορυζώδεις παραγαμῶ· καὶ δορύζους ὅτι τῆς ἐρημίας ἐπήκμασεν. Basilius quod dixit, Plutarchum imitatus videtur, cujus hæc sunt, *de tranquil.* Ἀλλ' ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ναυπαθεῖς ἐν τῷ πλοίῳ, ἅτε ῥᾳδίως οἰδοῦσι διδόντες, ἐὰν εἰς γαῦλον ἐξ ἑκάτερα, καὶ πάλιν ἐὰν εἰς τεῖχος μεταβῶσιν, ἐδὲν περαίνουσι, τῷ χολῇ καὶ τῷ δειλίᾳ συμπεταρασσόμενοι ἑαυτοῖς· ὅτως αἱ τῆς βίου ἀνταναλύσεις οὐκ ἐξαίρουσι τῆς ψυχῆς τὰ λυπήσαντα καὶ ταραττόντα. Senec. *epist.* 82. *Quid prodest secessus, tanquam non tam mavia nos felicitatissimum causse persequantur? quæ latebra est, in quam non intret metus mortis? quæ tam munita, & in altum subducta vita quies, quam non dolor terreat? Quocunque te abdideris, mala humana circumstrepent. multa extrà sunt, quæ circumeunt nos, quo aut fallant, aut urgeant: multa intus, quæ etiam in media solitudine exagitent.*

Ἰδιωτικώτατον] Ut *infrà* § 10. Ἰδιωτικὸν, vulgare. atque ità hîc verterim, *vulgarium cum primis hominum est.*

Εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν] Senec. *de Tranq. secessus. c.* 27. *Proderit primò in seipsos secedere. Nemo quidem tam exercitatus dici potest, qui non alienis vitiis indies moretur, nisi qui in se ipse secesserit. Basil. Cæsar. epist.* 1. *Non multùm autem ad hoc locus confert, nisi se sibi præstet animus, qui secretum & in occupationibus mediis, si volet, habebit. at ille qui regionem eligit, & diurnum captat, ubique, quo distringantur, inveniet.* Sen. *epist.* 104. *Quid prodest mare trajicere, & urbes mutare? si vis ista, quibus urgeris, effugere, non alibi sis oportet, sed alius.* Idem. fcil. ut Flaccus *l.* 1. *ep.* 11.

Cœlum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.

Vide *ad l.* 8. § 9.

Ἔνδον ἔχων τοιαῦτα] Δόγματα nimirum θεωρήματα καὶ ἕτοιμα, h. e. *in promptu & quasi ad manum* semper in mente recondita, de quibus *l.* 3. § 13.

Εἰς ἃ ἐσκύψας] *Ad quæ introspiciens.* Sic *infr.* ὃν ἢ τοῖς θεωρητικοῖς, εἰς ἃ ἐγκύπτεις, &c. τὸ παρακύπτειν etiam eâdem notione usurpavit Jacobus Apostolus *c.* 1. *v.* 25. Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον. utrumque autem, τό τε ἐγκύπτειν καὶ τὸ παρακύπτειν, *metaphoram* in se habet traductam ab eis qui *caput inclinant*, quò accuratiùs ac penitiùs intueantur rem aliquam, vel in locum aliquem introspiciant.

Ἐν πάσῃ εὐμοιρίᾳ εὐδὺς γίνεται] Secessus, inquit, iste, quo in se ipse quis secedit, séq; ipse ac sua lustrat, secessuum omnium quietissimus ac placidissimus futurus est illi, qui pectus decretis atq; institutis ejusmodi instructum habuerit, quæ animum statim tranquillum ac bene compositum constituant. Aliter affecti, nihil mirum, si, quod Plut. *de Curios.* τὸν ἴδιον βίον, ὡς ἀπειρήσεται διαμᾶ, φεύγειν ἀνάγκη, καὶ ἀποδιδράσκειν τὸν λογισμὸν, ὡς φῶς,

φῶς, ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἀναγκαῖον. quum possit de illis dici, quod ex Euripidis *Philoctete* (ut Dio Prus. *orat.* 59. docet) autor idem usurpavit,

Δύσμορα κοὐδὲν ὑγιὲς πάσχω ἔσω δόμων.

Sunt universæ, quæ intus sis, deformia.

Itaque, ἡ ψυχὴ αὐτῆς γέμουσα κακῶν παντοδαπῶν, καὶ φειδομένου καὶ φαλακρίζοντος τοῦ ὕδατος, ὑπομένῃ ξύεσθαι, καὶ πάσας ἀεὶ τὰλλότρια. Idem *ibid.*

Εὐμάρειαν λέγω ἀδίνος ἄλλο, ἢ εὐκοσμίαν | Observat Suidas εὐμάρειαν apud Marcum εὐκοσμίαν significare. huno locum in animo habuit βίου εὐμαρεία τις, ubi Marcus ipse, *l.* 1. § 16. idèo autem per εὐμάρειαν quid istic designatum velit, monet: quia est &, quæ quibusvis obtingere potest.

Σωφρόνως ἂν δόξω σαυτοῦ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν | *L.* 6. § 11. Ταχέως ἐνίησι εἰς ἑαυτόν. Senec. *epist.* 15. *Quicquid facies, citò redi à corpore ad animum.* Et *epist.* 25. *Tunc præcipuè in te ipse secede, cum esse cogeris in turba, si bonus vir, si quietus, si temperans es: aliquin in turbam ire receden-dum est, istic enim malo conspiciis es.*

Ἀνάλυε σεαυτόν | *Renova te*; vel *renova memoriam rei*, eorúmque quæ apud te habes reposita. ut mox, ἀνανεωσάμενος. vel *retrova te.* Sic enim *renovare* etiam Latinis in usu pro *reficere* sive *recreare.* Fabius *institut. l.* 6. *c.* 4. de Risu. *Tristes solvit affectus, & animum ab intentione rerum frequenter avertit, & aliquando etiam reficit, & à fastidio vel à fatigatione renovat.* Id Matius uno verbo *recentare* diceret. Nonius: *Recentari honestè positum pro recreari* (sive, *renovari*) *quod est Græcis* ἀναπλάττεσθαι. Matius:

Jam jam albicascit Phœbus, & recentatur.

ex quo forsan emendari poterit Alex. Trallianus *l.* 11. § ἀεὶ ἀναπομένων. Καμάτου παυστικὴ φοίνιξ, ἡ ἀναβιοῦται, ψυχείζουσας ἀσκώντος, καθάπερ αἱ ἀλάδωτοι ποιῶν οἱ Ῥαμνοῦσιοι τὸ καλούμενον βαπτιστόν. leg. βαπτιστόν. ut sit *Recentatum* idem quod τὸ ψυχεῖδον, *quod refrigeratione renovatum* & quasi *recens domui factum* sit: Quanquam & βαπτιστὸν illud ferri potest, eodem commate, quo apud Suidam Ῥαίνειν, pro *Rebure*, ex Græcorum recentiorum scriptis legitur.

Βραχέα ἢ ἔξω | Vult illa, sive *decreta* sive *præcepta*, de quibus suprà (eò enim ista referenda sunt) *brevia* esse; qualia illa, inquit Casaubon. *ad Pers. Sat.* 3. quæ παραινετικὸς λόγους appellant philosophi.

Καὶ στοιχειώδη | *Elementaria*, id est, *elementorum vicem obtinentia*; ut Xyland. sive, *quæ elementa contineant doctrinæ universæ*; ut Casaub. quid si *summaria* dixerimus? quæ rerum *summulas* comprehendant. Talia sunt *decem* illa *verba* Dominica, ubi Moses appellat, *Deut. c.* 10. *v.* 4. quæ legis æternæ *Summulam* in se continent. Aristotel: ἅπερ μετὰ τὰ φυσικὰ *l.* 4. *c.* 3. Τὸ μὲν καθ' ἓν καὶ ἁπλοῦν, στοιχεῖον λέγομεν, ὃν ἐνυπάρχον τὰ πολλὰ ἀδιαίρετον ἢ, ὅτι ἔνεστιν αὐτὸ ἐν ὄν καὶ ἁπλοῦν, ἐν πολλοῖς ὑπάρχει.

Εἰς τὸ πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλύσαι | *Quæ totum perfundant animum.* Casaub. Verùm τῆς ψυχῆς, i. e. *animi* nulla in præcedentibus fit mentio; nec occurrit quicquam, quod τὸ αὐτὸ istud respiciat. Quin & ambigi possit, an ἡ ψυχὴ ἀποκλύζεσθαι dici possit citra ἀπαλλαγὴν mali. Ego itaq; ad Xylandr. potius accedo, qui vertit, *Quæ omni te molestia liberent.* ut ἀνίαν, aut legerit, aut legendum saltem censuerit: quod & ipse nullus ambigo. itaq; reddiderim, *Quæ anxietatem omnem eluere & extergere valeant.* ἀποκλύζεται ἡ ψυχὴ, ἀποκλύζεται ἡ ἀνία. Liban. *vit. suâ*: ἐπ τι σὺ ῥᾳθυμίας τὸν λυπῆσαι ἀποκλύζειν; D. Jun. ἀπολύσαι mavult; quod & *dissolvere*, sive *diluere*, vertas.

Τὸ κεῖσθαι | Κεῖται hîc, ubi *l.* 5. § 19. & 47. & *l.* 8. § 4. idem est quod δόγμα. *ibid. l.* 9. § 29. *decretum*, prout Seneca reddit, *epist.* 95. ità κέκειται, *decrevi*: Corellii Rufi ad mortem sponteneam obfirmati vox, apud Plin. *l.* 1. *epist.* 12. quod de Didone Virgil. *Æn. l.* 4.

Decrevitque mori.——

& κείμενος, *decretum est.* Vide Epictet. *l.* 2. *c.* 15.

Τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκα | Vide *supr. ad l.* 2. § 1. Plato *ad Archyt. epist.* 9. Ὅτι μὲν οὖν ἡδονὴν ὄντι ἐν τῷ βίῳ, τὸ τὰ αὐτῷ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἔστιν αὐτῷ τε φρονεῖν οἷα καὶ συμφορὰ παντὶ δῆλον. ἀλλὰ καλόν τε δεῖ σε ἐνδυμεῖσθαι, ὅτι ἕνεκεν ἡμῶν, οὐκ αὐτὰ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας ἡμῶν τὸ μὲν τι ἃ πολεῖς κομίζεται, τὸ δὲ ἡμῖν οἱ ἡγησάμενοι, τὸ δ' οἱ λοιποὶ φίλοι. Quod Cicer. *offic. l.* 1. *Non nobis solùm nati sumus: ortúsque nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.* Idémque *de finib. l.* 2. *Atque, ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi soli se natum meminerit, sed patriæ.* ut perexigua pars ipsa relinquatur. Latius multò Gregor. Naz. *orat. in Heronem* Παντοίως γὰρ τῷ καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸ κοινὸν συλλαμβάνων, ψυχῆς εἶδε τελεώτατος τε καὶ φιλοσοφώτατος ἐκαλλίζετο· ἐδὲ γὰρ ἑαυτῷ γεγενῆσθαι μόνον ἔκρινεν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν, ὅσοι τῆς αὐτῆς μετέχουσι φύσεως, καὶ ταὐτὸ τὸ αὐτὸ, καὶ ὁπὶ τοῖς αὐτοῖς γεγόνασιν. Hoc est quod de Catone Lucan. *l.* 2.

Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.

Pulcrè Seneca *epist.* 48. *Consortium rerum omnium inter nos est: nec secundi quicquam singulis, nec adversi. in commune vivitur. Non potest quisquam beatè degere, qui se sæstum circumtetur, qui omnia ad utilitates suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Hæc societas diligenter & sanctè observanda est, quæ nos omnes omnibus miscet, & judicat aliquid esse commune jus generis humani.* Vide *ad l.* 1. § 16. κοινονημοσύνη.

Τὸ διήκειν μέχρι τῆς διηκουσίας | Ità *l.* 5. § 33. διήκειν καὶ ἐπέχειν.

Ἀκουσίως

Ἀνοίης ἀμβρότοιο | Idem habet *l.* 7. § 22. & *lib.* 11. § 18. cujus sententiæ rationem reddit, *l.* 7. § 63. & *l.* 8. § 14. ibi vise.

Διαδρηγμίνας | *Confossi.* Xyland. Malim, *velitantes, sese mutuò impetentes.* Διαρρηγνύμενοι, διαχόμενοι. Hesych. Et Salmas. *in Solin.* Διαδρηγνύζειν, *hastis velitari*: ut διαξιφίζεσθαι, *gladiis certare*; διακερατίζειν, *cornibus pugnare.* indè διαδρηγμοὶ, *velitationes*: *infrà l.* 7. § 3. Senec. *de brev. vit. c.* 20. *Interim dum rapiuntur & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuò sunt miseri; vita est sine fructu, sine voluptate, sine ullo profectu animi: nemo in conspicuo mortem habet.* Vide *ad l.* 7. § 22.

Ἐκτάδας | *Extensi.* i. e. *mortui, defuncti, sunt.* & *infrà* § 48. κεῖται ἐκτεταμένος. *deinde ipse extentus*, i. e. *defunctus est.* & *l.* 11. § 16. ἢ μὲν δὴ λέγω πάλιν ἐκτεταμένοι. *& paulò pòst omnes extendimur.* i. e. *defuncti jacemus.* Tractum à gestu sive conlocatione mortuorum, quibus non pedes tantùm, sed & corpus totum dirigitur atque extenditur. Homer. *Il.* φ. *v.* 119. de Lycaone ab Achille cæso;

Κεῖτο τανυσθείς. ——
Extensus jacuit. ——

quod idem & de Harpalione dictum *Il.* ι. *v.* 655. & de Sarpedone *Il.* π. *v.* 485.

—— κεῖτο τανυσθείς.

Eodem retuliſſe priſcos Grammaticos & τὸ ὀρεχθῆναι, i.e. *porrigi*, docet Euſtath. in illis *Il.* λ. *v.* 30.

Πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σὸν ἀνδρί
Σφαζόμενοι. ——

ὀρέχθεον, inquiunt, ἀντὶ τοῦ ἀνακέκλωντο αἰόλοντο, ἤγουν ἐξετείνοντο, ἃ χρὴ τὸν σπουδαῖον εἰπεῖν, ταπεινοῦσθαι. Apollonius Argonaut. *l.* 1. *v.* 104c.

—— πολέες δ' ὑπερμενέες ἄλλοι
Ἔκτανεν. ——

ἀντὶ τῦ ἐκτείνουσι. quod vel à κτείνωμι, vel ab ἐκτείνωμαι, analogiâ pariter favente, deduci poteſt. Phlegon. *de mirabil.* Τοσαῦτα εἰπὼν, ὀρέχθη μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἐξετείνετο τε διὰ τῆς κλίνης ἀμφοτέρας τὸ σῶμα. Euripid. *Hippolyt. coronat.* de Phædra, poſtquam ſuſpendio perierat:

Ὀρθοῦσθ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νεκρόν.
Miserum cadaver dirigendo extendite.

Et mox:

Ἦδη γὰρ, ὡς νεκρὸν, νιν ἐκτείνει δόμος.
Cadaveris nunc instar, illa extenditur.

Indè & Latinis *calces extendere*, de mortuis. Perſ. *Sat.* 3. *v.* 105.

In portum rigidos calces extendit. ——

Et *extendere* ſimpliciter, pro *occidere*. Statius *Theb. l.* 2. *v.* 700. de Phœbo;

—— *tu matris honeri*
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.

extendis, i. e. ἐκτείνεις, κτείνεις. ſi Tornorupæ-um ſequimur. nam & alia inſuper Tityi *extenſio* celebris habetur. Cæterùm ſic de Arcentis filio à Mezentio occiſo, Maro *Æn. h* 9.

—— *multâ porrectum extenditur arvo.*

Cui & geminum eſt illud Diodori *l.* 16. *extremo*, de Philippi Macedonis percuſſore Pauſania, τὸν βίαιον ἐκτείνουσι. Meribundi item, ſive animam agentis mortiſque proximi poſitus ſimulâ eâdem exprimitur. de Alexandro ex ſanguine copioſiùs emanante deliquium paſſo, Curtius *l.* 9. *c.* 5. *Linquique animo Rex, & caligine oculis effusâ, velut moribundus extendi.*

Τεφρούμενοι | *In cineres redacti ſunt, ſive cineſacti ſunt*, ut Lucretius loquitur *l.* 3. & ex Lucretio Nonius habet. reſpexit ad buſta, de quibus ibi Lucretius. Sic *infrà* § 39. τάφρος, ὦ τάφος. Alius ſit eò Bio Boriſthenit. qui, Laërtio *l.* 4. autore κατηγόρησε τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀπαιδίας μόνῃ, ὡς ἀναιδίστατ' ἀποθνήσκοντος μόνου, ὡς φιλανδρώτατος. clauſulam alteram interpres Ambroſius omiſit prorſus, eùm quid vellet, aſſequi nequiret: Eraſmus ſic reddidit, *damnabat homines qui sic emorerentur, quasi sensu vacarent; sic adurerent, quasi sentirent.* & ad bellatores ferro flammâq; omnia vaſtantes retulit. Verùm ſenſu neutiquam idoneo. Forſan κατακλαόντας, vel πικλαόντας, fuerat. *damnabat eos, qui defunctos suos cremabant, ac si sensu vacarent; deflerent interim, ac si flammarum vim persentiscerent.* Porrò illud miraculo ferè deputari poteſt, quod fertur corpori reliquo in cineres redacto, dentes integros ſupereſſe. Dio Pruſ. *orat.* 4. Ἀλλὰ καὶ ἐμοιγέ τις τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὅσῳπερ τὸν ἡρακλέα φασὶν αὐτὸν ἐμπρησθέντα, ῥᾴδιον εἶναι τὸ δόγμα ἐν τῇ ψυχῇ καθεῖρξαι, ὅλως δὲ καταφρονῆσαι τοιούτων πρὸ ὀδόντος φασὶ διαμεῖναι, τῷ ἄλλα σώματος δυσφθαρτότερα εἶναι τῆς πυρᾶς. Plin. *lib.* 7. *c.* 16. *Dentes tantùm invicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore.* Hinc Tertull. *de resurr. c.* 42. *Constat & dentes incorruptos peremnare; quæ ut semina vetinentur frugificaturi corporis in resurrectione.* Ità iſta, ut cum Platone loquar in *Phædone*, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀδύνατα δόξαι. & tamen, quod ſubjicit Plinius *ibidem*, *Iidem flammis indomiti, tabe servantur pituitæ.*

Ἀναπολισθήσας | Quod ſuprà ἀναλογισάμενος. *secum reputans, animóque revolvens*, ſive *in memoriam reducens tibi.* ità Suid. Ἀναπολισθήσας, ἀναμνησθείς, εἰς ἔννοιαν ἐλθών. Subintelligendum in clauſula tum membri hujus, tum & inſequentium, πρᾶγμα ποτέ. quod ſuperiora clauſerat, vel ejuſmodi aliquid. alioqui ſuſpenſa futura eſt ſententia, nec ſuppetet quippiam, in quod vel τὸ ἀναπολισθήσας iſtic, vel τὸ ἐννοήσας, ἢ τὸ ἀπιδὼν illic ſe reclinet. nam quod Annot. Lugd. pro ἐννοήσας, ἐννόησον legi poſtulat; non ſatis fuerit, niſi & τὸ ἀπιδὼν pari modo immutaveris. nam quod iſtic legere ſe profitetur, μιμνῆσο, ὅτι ὁ θεὸς ἀναπολισθήσας, Delium poſcit natatorem.

Τὸ

Τὸ ἀμφιβόλου | De quo & *infra* § 27. quo modo aurem hinc faciat, docet apertius *l.* 11. § 18.

Ὅτι ὁ κόσμος ἀσκεῖ πόλιν | *Quid mundus civitatis instar obeat.* Et quid tum postea? Nimirum nos autem omnes ejusdem cives, nec civi incommodum quicquam debet videri, quod in civitatis commodum cedat. quo argumento non semel utitur Marcus. *inf.* § 4. & 23. & *l.* 5. § 22. & *l.* 6. § 44. & *l.* 10. § 6. Ejusmodi aliquid excidisse istic verisimile est. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Ὅτι ὁ κόσμος ἐκ πολλῶν πόλις ἐστί. quod & frequenter inculcat. Minuc. in *Octav. Non possis pulchrè gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium, mundi civitatem.*

Λείου ἡ τερπνὰ | *Levia* corpori grata sunt, *aspera* offendunt. Mens autem, inquit, neutri istorum se immiscet, si ad ea duntaxat, quæ sui sunt muneris, attenderit, & intra proprios sese cancelles circumscripserit. Sen. *ep.* 78. *Illud autem est, quod imperitos in vexatione corporis male habet: non assueverunt animo esse contenti: nostrum illis cum corpore fuit. Idèo vir magnus & prudens animum didicit à corpore, & multùm cum meliore & diutiùs parte versatur: cum hac querulâ & fragili, quantum necesse est.*

Ἐπειδὴ ἄν τις ἑαυτὸν ἀπολάβῃ | *Cùm semel se ipsum collegerit.* Xyl. *recollegerit.* Casaub. *Malim fortasse, vel abduxerit se*; ut ad recessus sive secessus illos, de quibus egerat, allusum sit. Marc. *Evang. c.* 7. *v.* 33. ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν. *Cùm à turba illum abduxisset.* Ubi tamen Vulg. *apprehendens*, ἀπολαβόμενος. prout & Complur. exhibent.

Τίνι ἰδίᾳ ἡδονῇ | De qua *l.* 5. § 14. & *l.* 7. § 28.

Τὸ πάσχειν τῆς φύσεως λίθοις | Vide *supra l.* 2. § 17. & *infr.* § 6. 33.

Τὰ λοιπὰ τὰ ἐν ἐκείνοις ἀποίμα | Vide *infr.* § 41. Stoici apud Laert. *l.* 7. *Zenon.* Τοῦ χείμωνος, τὸν μὲν παραγινόμενον καὶ τὸν μέλλοντα, ἀποίμα. τὸν δὲ ἐνεστῶτα, πάντως ὠφέλιμον.

Τὸ κινεῖν τῆς ἀπορίας | Vide *infr.* § 33. & *l.* 5. § 33. & *l.* 6. § 16. Festivè Juvenal. *Sat.* 14. *v.* 136.

——— *tunicam mihi malo lupini,*
Quàm si me toto laudet vicinia pago.

Τὸ εὐπαίδολον | Vide *infra l.* 8. § 52. Cicer. *pro domo sua. Hoc in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.* Seneca. *epist.* 102. *Putas tu posse sententiam unam omnium esse? non est unius unus.* Flaccus *Epist. l.* 1. *epist.* 1.

Illum eadem possunt horam durare probantes?

Καὶ φιλεῖσθαι | Vide *lib.* 2. § 9. & *lib.* 9. § 18. Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Οὔτε τὸν συμφέροντα, ὅτι τὸν τοιοῦτον σώσεις, ὁ πολὺς ὄχλος ἐπαινεῖ· οὔτε τὸν ἐναντίον βλάψας, πιθανὸν ἀποφαίνεται μισεῖσθαι. Tacit. *annal. l.* 17. *Plebi non judicium, non veritas.* Cicer. *pro Planc. Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, non judicat semper populus; sed movetur plerumque gratiâ, odii precibus. denique si judicet, non delectu aliquo, aut sapientiâ ducitur ad judicandum, sed impetu, & quadam etiam temeritate. ex opinione plurimum, ex veritate parum judicat.* Plin. min. *l.* 2. *ep.* 14. *Scito eum posse bene dicere, qui maximè ab his laudatur.* Itaq; Asopodorus Muficus, cùm in proscenio consistens, tibicinem in scena canentem coronæ plausu ingenti exceptum audiret, Δῆλον, ὅτι μέγα κακὸν γέγονε. *Apparet*, inquit, *hinc, bonum hominem malum ingens admisisse.* οὕτως ἂν ἄρα ἄλλως ἐν τοῖς πολλοῖς ἐπαινούμενος· *acsi aliàs turbæ neutiquam probaretur*, inquit Athenæus, qui & refert *l.* 14. sed & Hippomachus gymnasta, cùm discipulo suo artis athleticæ specimen exhibenti populus frequens acclamâsset, virgulâ attactum his verbis corripuit; Ἀλλὰ σύ γε κακῶς, ᾧ ἔχ' ὡς ἐγκλῶ ἐπαινούμενος, ὅπερ ἐγκλῶ ἄμεινον ᾠδήσειν. ὃ γὰρ ἐπῄνεσαν ἔστι τυχεῖν σε δεήσασα. Ælian. *l.* 2. *c.* 6. qui & *l.* 14. *c.* 18. Hippomachi tibicinis factum geminum refert, dictumque; Καλῶς ἠυλησας· ὃ γὰρ ἂν ἔτι σε ἐπῄνουν. Phocion etiam Athenienses, cùm dicentem populus universus collaudâsset, & quasi uno ore applausisset, ad amicos conversus, requisivit ab eis, ὅ τι ποτὲ κακὸν εἰπών, ἑαυτὸν λάθοι; *numquid perperam dictum inscio excidisset.* Antisthenes item Cynicus dicenti cuidam, Πολλοί σε ἐπαινοῦσι· *Collaudant te multi*; Τί γὰρ κακὸν πεποίηκα; *Equidem*, inquit, *mali foci?* Laert. *l.* 6. (quod tamen Demetrio Phalereo tribuit Stobæus. *memorabil. l.* 3. *c.* 3.) Idémque ab improbis quibusdam collaudatus; Ἀγανῶ, μή τι καλὸν ᾠηγασμαι. *Quàm vereor*, inquit, *ne mali quippiam admiserim!* ἐδίει γὰρ φαῦλόν τι τοὺς ἀκολάστους ἐπαινεῖν. Isidor. Pel. *l.* 2. *ep.* 220. *Neque enim malus quæ piam* (& sunt *plures mali*) *bonos laudare sustinebat.* Itaque Antagoras, an Antigenes, apud Anton. *Melliss. lib.* 1. *cap.* 51. & Maxim. *Collect. cap.* 41. Ὅταν ἐπαινῶσί με πολλοί, τότε νομίζω μηδὲν ἄξιον εἶναι ὅταν δὲ ὀλίγοι, σπουδαῖον ἄνδρα εἶναι. Quin & Anaxagoras, referente Aristotele, *ethic. Nicom. lib.* 10. *cap.* 9. Ὅτι οὐκ ἂν ἀγαθὸν εἴη τις ἄνθρωπος εἰκὸς τοῖς πολλοῖς ἅπτοι γὰρ οὐδενὸς τοῖς ἐπιτυχοῦσιν, τούτων οὐδαμοῦ μέτεστιν. Idémq; eodem *Eudem. l.* 1. *c.* 4. referente; interroganti improbo cuidam, Τίς ὁ εὐδαιμονέστατος, *quisnam esset felicissimus*: respondit; Οὐδείς, ὃν σὺ νομίζεις· ἀλλ' ἄνθρωπός τις σοὶ φανεῖται (ubi forsan ἀλλ' ὃς legendum) *Nemo quisquam eorum, quem tu existimas*; *sed qui absurdus tibi videretur.*

Τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀκούειν | leg. ἐφ' ἑαυτοῖν ἀκούειν. Scite exigente. & bene ἀκούειν adjecit; quasi votibus illi favere videantur, non revera faveant. Sicut enim Sen. *ep.* 60. *nihil interesse*, dixit,

inter

inter amicorum vota & inimicorum odia; &, *parentum vota pro execrationibus haberi*, utpote quæ sint *eò inimiciora, quò cessere feliciùs*: Siquidem, ut idem *epist.* 31. *Bono animo malè precantur*, ità Clemens Alex. *Strom. l.* 7. Ἡ δὲ πολλῶν εὐτυχία, δυσφημίας ἐστὶν διαφέρει *Vulgi*, inquit, *encomia sæpenumero à vituperiis nihil distant*; quum & pravo sæpissime nitantur fundamento, eísque in quos conferuntur dedecori potiùs quàm decori existant. Aristides itaq; cùm præter morem suum populo quædam indulsisset, & eo nomine magnopere abeis efferretur; Ὅτι μὲν, inquit, πῶς ἡ κλῶς ὑμῶν ἦρξα, φυτιλαχίδιον ἐστὶ ἡ πολλὰ δὲ κοινῶν κλαυσεῖται τοῖς κλέπτουσι, δαίμασδε εἰ δικῶ πολίτας αὐτὸς μὲν ἂν αἰσχυνοίμην τῷ νῷ τιμῶ μᾶλλον, ἢ τῇ σφόδρα κολακείᾳ. σωιάζεσθαι δ' ὑμῖν, παρ' οἷς ἐνδεδότερόν ἐστι τὸ σώζειν τὰ δημόσια τὸ χαρίζεσθαι τοῖς πονηροῖς. Vide *ad l.* 3. § 4.

Τὸ στενὸν τῦ πόπυ, ἐν ᾧ σὺ γεγόασι | Pari planè ratione adversùs famæ nominisq; cupiditatem pugnat M. Cicero *de repub. l.* 6. in *Somnio Scipionis*; ubi Africanum Corn. Scipionem sic alloquentem inducit: *Tu quàm celebritatem sermonis hominum, aut quàm expetendam gloriam consequi potes? vides habitari in terra raris & angustis in locis: & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas: hósque qui incolunt terram, non modò interruptos ità esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit; sed partim obliquos, partim aversos, partim etiam adversos stare vobis, à quibus expectare gloriam quidem nullam potestis.* cum ubi docuerat, *quinta pars terræ, vel pruinâ ità obrigeat, vel solis ardore torreatur, ut cultum ac incolatum respuat omnem*, concludit tandem; *Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum aut cujusquam nostrûm nomen, vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnare? quis in reliquis Orientis aut abeuntis solis ultimis, aut Aquilonis Austrive partibus tuum nomen audiet? quibus amputatis, cernis profectò, quantis in angustiis vestra gloria se dilatari velit.* Boethius item *Consol. lib.* 2. *c.* 7. *Fama quàm sit exilis & totius ponderis vacua, sic considera. Omnem terræ ambitum ad cæli spatium puncti constat obtinere rationem*: id est, *ut si ad cælestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere judicetur. Hujus igitur tam exiguæ in mundo regionis quarta ferè portio est, quæ à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ, si quantum maria paludesque premunt, quantumque siti vasta regio distenditur, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumseptî, atque cinctûs, de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum, magnificumque gloriæ tam angustis exiguisque limitibus arctata? Adde quod hoc ipsum brevis habitaculi septum plures incolunt nationes, linguâ, moribus, totius vitæ ratione distantes: ad quas tum difficultate itinerum, tum loquendi diversitate, tum commercii insolentiâ, non modò fama hominum singulorum, sed nè urbium quidem pervenire queat. Videsne igitur quàm sit angusta, quam compressa gloria, quam propagare ac dilatare laboratis?* Vide & *l.* 9. § 30.

Ἡ γῆ στιγμή | Cicer. *Tusc. lib.* 1. *Persuadent Mathematici terram in medio mundi situm, ad universi cæli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant.* Senec. *ad Marc. c.* 20. *Terram hanc cum populis urbibúsque, & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponimus, ad universa referentes.* Idémque *quæst. nat. præfat. l.* 1. *Punctum est istud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis.* Et rursus; *Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur.* Macrob. *in Somn. Scip. lib.* 2. *cap.* 9. *Licèt apud nos Atlanticum mare, magnum vocetur, de cælo tamen despicientibus non potest magnum videri: cùm ad cælum terra signum sit, & punctum quod dividi non possit in partes.* Ammian. *hist. l.* 15. *Ambitus terræ totius, quæ nobis videtur immensa, ad magnitudinem universitatis instar brevis obtinet puncti.* Plut. *de exil.* ex Strob. *tom.* 2. *tit.* 40. restitutus ac suppletus: Τί δὲ τῆς ἀνωφελῶς μέσης, ἢ τῆς γῆς ἀπόσης, ἐπειγόμενοι σπουδάζομεν; ἵνα ἐκδεδημήκασιν οἱ μαθηματικοὶ σημεῖον ἔχοντα ἀδιάστατον πρὸς τὸν ἡγεμόνα; ἀλλ' ὑμεῖς ἄκουε μᾶλλον ἢ μάθοις, μυρμηκιᾶς ἢ κυβίτης ὀπισθότερος ἀδημονοῦμεν ἐπιφανέσθαι, ἐκ εἰδότες, ὡς μεμαθηκότες φιλεῖν τὰ πόρρω ποιεῖσθαι καὶ νομίζειν, ἄσπερ ὅτι. Σημεῖον dixit, quod στιγμὴν Marcus, κέντρον Cicero, *punctum* Seneca, *signum* Macrobius, elegantèr autem uti illic γῆ στιγμή, ità πέλαγος σταγών, Marco dicitur, *l.* 6. § 36.

Γοινίδιον | Vide *l.* 3. § 10.

Ἐς τοῦτο τὸ ἀεδείδιον | In cor nimirum: de quo Plin. *hist. nat. lib.* 11. *c.* 37. *Ibi mens habitat.* (quanquam de *cerebro* idem *ibid. Hic mentis est, regimen.*) quódq; ejusdem domicilium statuebant Stoici. quos Plutarch. *de commun. notit. c.* 49. hoc nomine exagitat, quòd cùm ἀρετὰς, φρόνησιν, τέχνας, μνήμας, φαντασίας ἐρμὰς, πάθη, ὁρμὰς εἶναι statuerent, τούτων πᾶσι τόποις ἐπιτάττουσιν ἐν τῇ καρδίᾳ πόρρω στιγμείου ἀπέλιπον, ὅπου τὸ ἡγεμονικὸν συστέλλουσι τῆς ψυχῆς. Laert. *lib.* 7. in Zenone: Τὸ ἡγεμονικὸν εἶ ἐν τῇ καρδίᾳ. Plutarch. *de philosoph. placit. l.* 4. *c.* 5. ubi de principalis loco agit. Πλάτων ἐγκέφαλον, ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ. Ἐμπεδοκλῆς περὶ τὸν μήνιγγα τὸ αἷμα, ὡς ὀλιγοστὸν λέγει. Ἡράκλειτος ἐν τῇ τὸ ἐσχατιὰν κοιλίαν, ἢ πέρ τινες ἢ βάσιν. Παρμενίδης ἐν ὅλῳ τῷ ὀνόματι, ἢ Ἐπίκουρος. Οἱ Στωϊκοὶ πάντες ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ. ἢ τὸ περὶ καρδίαν πάθημα. Διοκλῆς ἐν τῇ ἀριστερᾷ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἢ πέρ τινες πάθημα. Ἐμπεδοκλῆς, ἐν τῇ τοῦ αἵματος ἀναδόσει· οἱ

Ἡ, ὃ τῷ τραγικῷ τὴν καρδίαν· οἱ ἢ, ὃ τῷ δεῖ καρδίαν ὑβρίσει· ἢ δὲ γνῶσεως δέ τινες, δήλωσιν ἀπὸ κεφαλῆς μίσχει τῷ διαφέροντι. Pythagoræ, τὸ μὲν ζωτικὸν, δεῖ τὴν καρδίαν, τὸ ἢ νοερὸν δεῖ τὸν ἐγκέφαλον. Hujus itaq; potiùs fuerat, quàm Stoicorum, quod idem *ib. c.* 21. Αὐτὸ ἢ τὸ ἡγεμονικὸν, ὥσπερ ἐν πόλει, κατοικεῖ ἐν τῇ ἀκροπόλει σταλεσθεῖ κεφαλῇ. Tertull. *de anim. c.* 15. *Christiani apud Deum de utroque deducimur, & esse principale in anima, & certo in corporis recessu consecratum.* Et inox: *Simul utrumque dilucet, & esse principale in anima, & in eo thesauro corporis haberi, ad quem Deus respicit;* (*corde* nimirum) *ut neque extrinsecus agitari putes principale istud, secundum Heraclitum; neque per totum corpus ventilari, secundum Moschionem; neque in capite concludi, secundum Platonem; neque in vertice potiùs præsidere, secundum Xenocratem; neque in cerebro cubare, secundum Hippocratem; sed nec circa cerebri fundamentum, ut Herophilus; nec in membranulis, ut Strato & Erasistratus; nec in superciliorum meditullio, ut Strato Physicus; nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus: sed quod & Ægyptii renunciaverunt ei, & ille versus Orphei vel Empedoclis; Namque homini sanguis circumcordialis, est sensus.* (versus is apud Etymologum, sed depravatior, in Αἷμα, apud Stob. *tom.* 1. *tit.* 40. ex Porphyrio *de Styge*, emendatior, reperitur;

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικαρδίδιον, ὅτι νόημα.)

etiam Protagoras, etiam Apollodorus & Chrysippus hæc sapiunt. Idem *de resurr. c.* 15. *Adeò non sola anima transigit vitam, ut nec cogitatus auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. hanc denique carnis speciem, arcem animæ Dominus in suggillationem cogitatuum taxat,* Matth. *c.* 9. *v.* 4. *Sed etsi in cerebri, vel in medio superciliorum discrimine, vel ubi philosophis placet, principalitas sensuum consecrata est, quod hegemonicon appellatur, caro erit omne animæ cogitatorium.* Cicer. *Tuscul. lib.* 1. § 18. *Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur: & Nasica ille prudens bis Consul, Coreulum; &*

Egregiè cordatus homo, Catus Ælius Sextius.

Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem. aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum; sed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. Plato triplicem finxit animum; cujus principatum, id est, *rationem in capite, sicut in arce, posuit: & duas partes separare voluit, iram & cupiditatem; quas locis distinxit; iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.* A Timæo Locro sumpsit id Plato; cujus in *lib. de anim. mundi* hæc sunt. Τᾶς δὲ ψυχᾶς τὸ μὲν λογικὸν καὶ νοερὸν ἔδρυται μέρος, ὡς τέλλα μέσα τᾶς ψυχᾶς ἁ τᾶ σώματος ἡγεμονεύοντα τύπτα, καθάπερ αὐτῶ τῶ σκήνεος ἄκρωσ· τὸ δ' ἀλόγωμέρεσ, τᾷ μὲν θυμοειδὲς, ἔδει τὸν καρδίαν· τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν, ἔδει τὸ ἦπαρ. quod & in Timæo suo ipse fusius pertractavit. Vide ad *l.* 2. § 13. Sed & Galen. *de dogmat. Hip. & Plat. l.* 6. *c.* 2. & Apul. *de Plat. dogmat.* Suffragari Stoicis, Lipsio in Stoic. Physiol. *l.* 3. *c.* 18. existimatur Hippocrates; cujus ista ex libello *de corde* profert. Γνώμη δὲ ἡ τῶν ἀνθρώπων πέφυκεν ἐν τῇ λαιῇ κοιλίᾳ, ἢ δέχεται τῆς ἄλλης ψυχῆς. Is locus forsan & Sylburgium in eundem errorem induxit; qui in *notis ad Clem. Alex.* de Hippocrate idem affirmat. Verùm contrariam planè partem ex professo tenet & tuetur Hippocrates; (prout & Tertullianus vere dixit.) hæc enim ipsius ex tractatu *de sacro morbo* ipsissima sunt verba; Κατὰ ταῦτα νομίζω τὸν ἐγκέφαλον δύναμιν πλείστην ἔχειν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ὅτος δὲ ἡμῖν ὅτι ἡμῖν ὑπὸ τῶν πόνων γινομένων ἐμμαίνεται, ἢ ὑπνώσσει, ἢ ἀκούσματα τυγχάνομεν. τῶν ἢ φρόνησιν αὐτῷ ὁ ἀὴρ παρέχεται, οἱ ἢ ὀφθαλμοὶ ἢ τὰ ὦτα, ἢ ἡ γλῶσσα, ἢ αἱ χεῖρες ἢ οἱ πόδες, οἷα ἂν ὁ ἐγκέφαλος γινώσκῃ. γίνεται δὲ παντὶ τῷ σώματι τῆς φρονήσιος, ὡς ἂν μετέχῃ τῶ πόνου· ὁ ἢ μάλιστα τῶν σωμάτων, ὁ ἐγκέφαλός ὅτιν ὁ διαγγέλλων. Et paulò post: Διότι φημὶ τὸν ἐγκέφαλον εἶ τὸν ἑρμηνέα εἶναι τῶν ξυνέσιος· αἱ ἢ φρένες ἄλλως ὄνομα ἔχουσι τῇ ψυχῇ κεκτημένῃ, ἢ τοῦ νόμου, τοῦ ἢ ὄντος ἐκ, οὐδὲ τῇ φύσιος, οὐδὲ οἶδα ἔγωγε, τίνα δύναμιν ἔχουσιν αἱ φρένες, ὥστε φρονέειν τε ἢ νοεῖν. ἐπεὶ αἰσθάνονταί γε ἐξυνὸς· ὥστε ἐγὼ ἢ ἐν τῇ σάρκα ἐνεόντων· ἀλλὰ μάλιστα τοῦτο τὸ ὄνομα ἔχουσιν ἢ τῶν αἰτίων ὅσσα τὰ ἐσοῖς τῇ καρδίῃ, ἀπὸ ὅτα καλέονται, οὐδὲν εἰς τὸν ἀνθρώπου ξυμβαινόμενα. Λέγουσι δέ τινες, ὡς φρονέομεν τῇ καρδίῃ, ἢ τὸ ἀνιαρὸν μόνον τοῦτο ὅτι ἢ τὸ φρονπίζον· τὸ ἢ οὐκ ὅτιν ἔχει· ἀλλ' ἡ καρδίη αἰσθάνεταί τε μάλιστα ἢ αἱ φρένες. τῆς μέντοι φρονήσιος ὑστέρῃ μετέχει· ἀτὰρ καὶ πάντων τῶν ἐγκέφαλος ἀρχὸς ὅτιν. Hæc paulò lixiùs paulò transcribenda censui, quò Hippocratis in controversia ista quæ fuerit sententia, liquidiùs posset innotescere. Nàm *de corde libelli*, nec Galeno, nec Erotiano mentio ulla in recensione operum medici principis illius: itaq; nec ad illum autorem referendum statuit Anutius Fæstus, quo nemo quisquam de Hippocrate ampliora meritus videtur. Stoicorum verò non tam sententiam ridet Galen. quàm frivola ac nugatoria prorsus à Chrysippo ed eam staruminandam adducta argumenta; quæ ille revera, cùm non immeritò exagitat, tum fusissimè etiam solidissimèque refutat, *de Hippocr. ac Platon. dogmat. l.* 2. Adducit & Stoicis consentientes Lipsius, Ausonium in *Monosyllab.*

Mens, quæ cœlesti sensu rigat emeritum cor.

Cor vegetum, mundi instar habens, animæ vigor & vis.

Et Lucretium *l.* 3.

Consilium

Consilium, quod nos animum mentémq; vocamus, Idque situm mediâ regione in pectoris hæret.

Adducit & Gregorium Nyssenum Sylburgius; cujus in *orat.* 1. *in fest. Pasch.* hæc sunt: Ἔστι τις ἕξις τῆς νοερᾶς ἢ καρδίας ἐν τούτῳ γὰρ τὸ ἡγεμονικὸν ἵδρυται τοῦ σώματος. Verùm Gregor. Nyss. *in lib. de opific. hom. c.* 12. & 14. oppugnat eos exagitatq; qui vel in corde vel in capite sedem mentis constituunt, & per corpus totum diffusam contendit. Δεῖξαι ἡμῖν ὁ λόγος περιόδῳ τὸ, μὴ μέρει τινὶ τῷ σωματικῷ ἐνιδρύσθαι τὸν νοῦν· ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ ἴσον ἐφάπτεσθαι, κεφαλῆλος τῇ φύσει τῆς ἀποκειμένης μέρους ἐνεργοῦντα τοῦ κίνησιν. Et, Ζητείτω τοίνυν πᾶσα συχνὴ μαλακολογία ἢ μερίσιος τοῦ σωματικοῦ τοῦ νοητικοῦ ἐνεργεῖν. ἐν οἷ μὲν ἐν καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικὸν ἵδρυται), ἢ δὲ τὸ δοκεῖν πως τοῦ μέσου τῆς πλευρᾶς. σώματος ἐπέχον χώραν αὐτοῦ ὡς τῆς θεραπευτικῆς κυνήσεως ἐνόλους ἐν τῷ μέσῳ πως ἅπαν μεζομένης τὸ σῶμα, ἢ ὅπως οὐκ ἐνεργεῖν ἀσθένως. οἱ δὲ τὴν ἐγκεφαλὸν τὸν νῦν ἐνδιατῆδαι φασίν· ὥστε ἀκριβολίν τινα τῆς πάντως σώματος τοῦ κεφαλοῦ ἵδρυσθαι τῆς φύσεως ἀφορίσας ἐνοικεῖν ἢ τούτῳ, καθάπερ βασιλέα τὸν νῦν, δίον πᾶν ἀγγελιαφόρους, ἢ ὑπασπιστὰς, τοῖς αἰσθητηρίοις ἐν κύκλῳ περιφερόμενον. In posteriore hoc sensu è nostris collocandi, Clem. Alex. *Pædagog. l.* 1. *c.* 2. ἐνδρανίζεται ἢ ὁ λογισμὸς ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ. & *Strom. l.* 5. adductis Moïs verbis ex *Genes. c.* 2. *v.* 7. Ψυχὴν ἢ τοῦ λογικοῦ ἄνεσιν ἀμφιδόλλεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οἷς περιφανῶν ἐστιν ἐν τῇ κεφαλῇ γὰρ ἱδρῦσθαι τὸ ἡγεμονικόν. Ambros. *hexam. l.* 6. *c.* 9. *Caput tanquam arcem, in qua regalis habitet sapientia, juxta dictum propheticum. Ipsa siquidem mens, quasi in aula imperiali illic locata est, secundùm plurimorum sententiam, & maximè Salomonis.* Idem *de Noe & Arc. c.* 7. & loco superiore: *Non immeritò igitur huic quasi consultori suo cætera membra famulantur, & circumferunt illud servili gestamine sicut numen, atque in sublime locatum vehunt. unde censoriâ potestate quò vult dirigit quorundam obsequia famulorum, & præcepta singulis obeunda decernit. Videas imperatori suo singula gratuito stipendio militare. alia portant, alia pascunt, alia defendunt, & ministerium suum exhibent; parent ut principi, ancillantur ut domino. indè velut quædam procedit tessera, quam debeant pedes obire regionem; quæ militiæ munia manus consummandis operibus exequantur; quam venter abstinendi vel edendi formam teneat disciplinæ.* Synesius item *de provid. orat. l.* infrà *ad* § 22. exhibendus. Philonem enim quod attinet, quem Clementi αὐμήνιον opinati sunt Hoeschel. & Sylburg. nec quicquam hîc statuit, & aliò potiùs, eodem nempe, quò Nyssenus, inclinat. Siquidem in *lib. de sacrif. Cain, & Abel,* ad quem locum illi digitum intendunt. Ubi ἐγκέφαλον ἢ καρδίαν nusquam alibi posita legi dixerat: rationem subjungit, εἴγε ἐν τῷ ἑτέρῳ τούτων τὸ ἡγεμονικὸν ἀναπεπλήρωται. *in altero,* inquit, *eorum,* non dicit. nec ambiguè minùs eadem de re loquitur, in *lib. de Caini infidiis.* Vide *ad l.* 5. § 27. nam in *lib. de insomn.* perstringit eos, qui vel istam vel illam ei sedem affignant. Ποῦ ἢ ἐμπορίλλεται νῦς αὐτῇ; ἆρα ὅλον καταλήφεται; Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, οἷα λῶ ἢ αἰθέριος λογίζονται· οἱδὲ ἢ τοιλοειδῆ ἐγγύς, οἷα μεγάλα βασιλέως, ἐφεδρίαν τοῦ δορυφόρους. οἱ δ' ἀπὸ καρδίας αὐτὸν ἀναλαμβάνεσθαι διανοοῦνται, γνησιωμαχοῦσιν. Ipse quid? *lib. de agricult.* Τὸ μὲν ἄτμητον ὅλον δ' ὅλων ἑαυτὸν, ἐπιφημίδη νῦς. *Mentem totam per totum corpus diffundi* affirmat: prout & Nyssenus, ubi ex profecto argumentum hoc pertractat. unde forsan suspicio oboriri possit, non esse Nysseni γνήσιον fœtum, *orationem* illam *panegyricam.* Joan. Chrysost. itidem *cordis sedem* assignare animæ videatur, si fragmentum illud quod ex *oratione in Susannam* Hœschelius edidit, spectemus. Ἔστι γὰρ, inquit, ἡ ψυχὴ μεταξὺ παρδίας καὶ τοῦ θώρακος πως, ἐν μέσῳ τῷ καρδίᾳ συγκλείουσα, ἢ ὥσπερ ἐν πύργῳ φρουρουμένη. Verùm ipse *ibi* ἐν ἀκροπόλει, *orat.* 5. nihil in hac negotio certò statui posse contendit. Ὅπως ἡμᾶς ἔχει ἐν τῷ σώματι· ἐπὶ τίνι ἴσμεν οὐκοῦν. τί γὰρ ἔχει τις ἐν οὐσίᾳ; ὃν περιέλοιντο τοῦ τὰ σώματος ὄγκου; σώματον γὰρ ἴδιον οὐδέν.——ἀλλ' ἐν ἴσον ἐν ὅλῳ τῷ σώματι; ἀλλ' ἐν μέρει τινὶ συνέλεκται. ἀνάγκη γενέσθαι μέρη· τὸ γὰρ ἄψυχον πάντως γενέσθαι. ἀλλ' ἐπὶ τίνι ἔχειν οὐκοῦν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἔχω ἐν τῷ σώματι ἴσμεν, τὸ δὲ πῶς, οὐκ ἴσμεν. Vide in eandem mentem & Lactant. *de opific. Dei c.* 16.

Μὴ ἀνῶ | Vide *l.* 2. § 2. sic *infrà* § 32. *μὴ ἀνωμένους.*

Μὴ κατέτρεψε | *Ne vehementiùs contendas te,* quemadmodum Naso *Pont. l.* 1. *eleg.* 6.

Non libet in tales animum contendere curas.

vel etiam, *nè in adversum contendas. nè obnitaris,* fato nimirum, ac dispositioni divinæ. Sed illud potiùs. ut *infrà* § 32. πόσοι κατεντεινόμενοι. & *lib.* 6. § 24. μὴ κατεντεινόμενος. & *l.* 12. § 27. ὡς ἐντελὲς πᾶν τὸ κατεσκευόμενον.

Ὅρα τὰ σχήματα | Senec. *epist.* 104. (ex Mar. Æn. *l.* 6.

Terribiles visu formæ, letumque labôrque?

Minimè quidem, si rectis oculis intueri illa possit, & tenebras perrumpere. Multa per metum habita terrori, dies vertit ad risum. cur timeat laborem vir, mortem homo? & epist. 110. *Tanti putemus oculos intendere? jam apparebit, quàm brevia, quàm incerta, quàm tuta theantur.* Vide *ad l.* 2. § 12. & *l.* 7. § 67.

Ὡς ἀνὴρ | Quod *supr. l.* 2. § 5. ὡς ἄρρην. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 2. Pugil quidam cum de vita periclitaretur, nisi membrum virile chirurgi manu abscin-

abscinderetur; suadente fratre philosopho ut id fieri permitteret, recusavit, obfirmatóq; animo est mortuus. Percontante autem quodam, quomodò id fecisset, *ut philosophus*, an *ut athleta* responsum est, Ὡς ἀνήρ. *Ut vir.* Euripid. *Cyclope.*

—— ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ.
—— *ut vir sis, vide.*

(quod uno verbo Hebræi תחאושי Esaiæ *c.* 46. *v.* 8. & Græci, ἀνδρίζεσθαι. Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 16. *v.* 13.) Idémque *Philoctete*, à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 29. & Dione Prus. *orat.* 59. laudatus, unde suppleri potest, quod Aristoteles omiserat *ethic. Nicom. l.* 6. *c.* 8. & *Eudem. l.* 5. *c.* 8. contrà planè quàm Lambinus censuit,

Τὲς δ' ἄνδρας καὶ τὴ σωφροσύνης πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρες τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

quod μεταφορίζων Dic, πῶ δὲ φανεῖς, inquit, ἢ θηλύτερον ἅπαντας πολιώτας, χθὲς τότε. ἅπαντες θαυμάζομεν, ἢ τὴ ὅτι ἄνδρας ἡγούμεθα. quasi reliqui, nomine tenùs tantùm sint *viri*. Cicero in *Bruto*, § 250. *Vidi Mitylenis nuper virum, atque, ut dixi vidi planè virum.* Senec. *ep.* 98. *Restituamur, ut postremos dolores, quocunque modo corpus invaserint, perferre, & fortunæ dicere; Cum viro tibi negotium est; quære quem vincas.* Æmylius apud Livium *l.* 45. *Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.* Senec. item *de sap. constant. c.* 1. *Tantum inter Stoicos & cæteros sapientiam professos interesse, quantum inter fœminas & mares, non immeritò dixerim.* Et mox: *Stoici virilem ingressi viam.* Et Lucian. de sectis: Ἥκιστα ἀπολίσθων λεγόντων, ὡς οἱ μὲν Ἐπικούρειοι φιλήδονοί εἰσιν· οἱ Περιπατητικοὶ δ', φιλόπλουτοι· οἱ Πλατωνικοὶ δ', φιλόδοξοι· οἱ δὲ τῶν Στωικῶν πολλοὶ ἤρξαντο, ὅτι ἀνδρώδεις. indè Laërt. *l.* 6. *initio.* Τὴν Στωικὴν ἀνδρωδεστάτην dixit. Quin & Arcesilaus interrogatus quî fieret, ut ab aliis sectis ad Epicureos multi deficerent, ab Epicureis nulli ad cæteros desciscerent, respondit, Ἐκ μὲν δὴ ἀνδρῶν γάλλοι γίνονται· ἐκ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. *Quia ex viris Spadones* (qui & *evirati*) *ex Spadonibus verò viri neutiquam fiant.* De Xenocrate Laërt. *l.* 4.

Ὁ παῖς παιδὶ Ξενοκράτης ἀνὴρ γεγώς.

Contrà de Antonio Plutarch. ἔνθα δ' φανερὸν αὐτὸν ἐποίουν, ὅτι ἄρχων, ὅτι ἀνδρὸς, ὅτε ὅλως ἰδίοις λογισμοῖς διοικούμενον. Ennius apud Cicer. *offic. l.* 1. §. 61.

Vos etiam juvenes animos geritis muliebres,
Illáq; virgo viri.——

De Alcibiade Pherecrates, referente Athenæo, *lib.* 12.

Οὐκ ὢν ἀνὴρ δ' Ἀλκιβιάδης, οὑς δοκεῖ,
Ἀνὴρ ἁπασῶν δὴ γυναικῶν ὅτι νυῖ.
Nec vir putatus Alcibiades antehac,
Vir subitò factus fœminarum est omnium. Grot.

vel ad mentem forsan poetæ propiùs,

Nunc Alcibiades, cùm nè vir quidem fiet,
Factus videtur mulierum vir omnium.

ut sit oxymoron, omnium esse mulierum virũ eum, qui nè vir quidem sit. Vide ad *l.* 3. §. 16. ἀνδρογύναν. Verùm istud in sensum obscœniorem dictum. Alexander Molossus, cùm in Italiam transiret, dixisse fertur, se quidem *ad Romanos ire, quasi* ἀνδρωνῖτιν, *Macedonem esse ad Persas, quasi* γυναικωνῖτιν. Gell. *l.* 17. *c.* 21. Diogenes itidem Lacedæmone Athenas proficiscens, in itinere quónam concederet percontanti, respondit, Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος εἰς τὸν γυναικωνῖτιν. *Ex andronitide in gynæceum.* Quanquam & Spartanis ipsis *virilitatis* nomen ægrè satis & gravatim impertitus videtur. Siquidem interrogatus, ποῦ τῆς Ἑλλάδος ἴδοι ἀγαθοὺς ἄνδρας; *quánam in regione Græciæ viros bonos vidisset*, respondit, Ἀνδρας μὲν οὐδαμοῦ· παῖδας δ' ἐν Λακεδαίμονι. *Viros quidam nusquam: pueros autem Lacedæmone.* Idémque cùm in Olympia præco proclamaret, Νικᾷ Διάξιππος ἀνδρῶν· *Vincit viros Diaxippus.* ὁ μὲν δὴ ἀνδράποδα ἄνδρας δ' ἐγώ. *Ille verò*, inquit, *mancipia: at ipse viros.* Laërt. *l.* 6.

Τὰ παράγματα οὐχ ἅπαντα τῆς ψυχῆς] Idem *l.* 5. § 19.

Ἀλλ' ἔξω ἔσηκαν ἀντεμοῦντα] Ità *l.* 9. §. 15. ἔξω συρῶν ἔσηκαν. & *l.* 11. § 11. οὐκ ὀθνεῖα ἔχεται.

Αἱ δ' ὀχλήσεις ἐν μόνῃ τῇ ἕνδυ ὑπολήψεως] Idem *l.* 8. § 47. nisi quod hîc ὑπόληψις, i. e. *opinio*, ut Senec. *epist.* 76. ibi *decima* & *dogma*, i. e. *decretum*, ut idem *epist.* 95. dicitur. Cicero Stoicum agens *Tuscul. l.* 3. *c.* 25. *Opinione turbamur: nam & metus opinio magni mali impendentis; & ægritudo est opinio magni mali præsentis; & quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur angi: id autem est, ut is qui doleat, oportere opinetur se dolere.*

Πάντα ταῦτα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον οὐδέπω μεταβαλεῖ] Idem *l.* 7. § 23. Vide & *l.* 2. § 12. Seneca *epist.* 71. *Quid enim mutationis periculo eximptum est? non terra, non cœlum, non totus hic rerum omnium contextus, quamvis Deo agente ducatur, non semper tenebit hunc ordinem; sed illum ex hoc cursu aliquis dies dejiciet. certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, extingui. Quæcunque vides sæpe a nos currere, & hæc quibus innixi atque impositi sumus, veluti solidissimis, carpentur ac dissident. nulli rei senectus sua est. inæqualibus ista spatiis ëdem. atura demittit.*

Καὶ οὐκ ἔτι ἔσται] *non erunt amplius.* id scil. quod priùs fuerant. Vide *l.* 11. § 35.

Ὁ κόσμος, ἀλλοίωσις] hoc est, ὁ διακοσμῶν ἀλλοιώσει. ut *l.* 9. § 19. ità Plato in *Theæt.* τὸ πᾶν κίνησις, καὶ ἄλλο παρὰ ταῦτα οὐδέν. quod mox epicans, dicit, πάντα ἀεὶ πανδαῖ &, πάντα ἀεὶ γί-

γνεσις, quod Hippocrates *de diæt. l.* 1. Συμμισγόμενα καὶ διαλυόμενα ἀλλοιοῦται. Vide *ad l.* 10. § 7. Tertull. *de pallio c.* 2. *Certè habitum vertere naturæ solius solenne munus est. fungitur & ipso mundus iste, quem incumbimus. metatio certè nostra, totum varisforme est. dies & nox invicem vertunt. Sol stationibus annuis, Luna modulationibus mensruis variat. Syderum distincta confusio interdum dejicit aliquid, interdum resuscitat. cœli ambitus, nunc subdivo splendidus, nunc nubilo sordidus: aut imbres ruunt, aut siqua missilia cum imbribus, dehinc subsistillum, & denuo sudum. Sic & mari fides infamis, dum & flabris æquè mutantibus, de tranquillo probum, de flustris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat. Sic & terram si recenseas temporatim vestiri amantem, propè sis eandem negare, memor viridem cùm conspicis flavam, mox visurus & canam. Cæteri quoque ejus ornatus siquid, non aliud ex alio mutant, & montium scapulæ decurrendo, & fontium venæ cavillando, & fluminum via abhumando. mutavit & totus mundus aliquando, aquis omnibus obsitus. Sed & enatando rursus in formam: mutavit rursus orbis, alius idem.* Vise sis eundem argumentum idem pereleganter prosequentem, *de resurrect. carn. c.* 12. Vide & *l.* 2. § 3. & *l.* 8. § 6.

Ὁ βίος ὑπόληψις | *Vita tota in opinione consistit.* quod *l.* 2. § 15. πᾶν ὑπόληψις.

§ 4. Τὸ γοερὸν ὑμῶν κοινὸν | quod *suprà l.* 3. § 4. συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. Et adhuc plenius, *l.* 9. § 8. Εἰς τὸ λογικὸ ζῶα μία γοερὰ ψυχὰ μεμίεικται.

Ὁ κόσμος οὗτος πόλις | Idem *supr.* § 3. Vide ad *l.* 3. § 11. *Epictet. l.* 3. *c.* 24. ὅτι ὁ κόσμος οὗτος μία πόλις ὅδε καὶ ἡ ὕσια, ἐξ ἧς ἀνθρώπους, φησί. Tertull. *apolog. c.* 38. *Unam omnium rempublicam agnoscimus mundum.* Cicer. *paradox.* 2. *Exilium non est eis terribile, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt.*

Τίνος γὰρ ἄλλου — κοινοῦ πολίδιμαλος;] nullius certè altus homines indiscriminatim universi. at Christicolas alius, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. utì Paulus *ad Philip. c.* 3. *v.* 20.

Ἐκεῖθεν | de communi isto animarum rationalium fonte, idem ferè *l.* 9. § 8. hoc est, quod *l.* 2. § 4. dixerat, esse *mentem* cujusque τοῦ τὸν κόσμον διακυβερνῶντος ἀποῤῥοιαν. *defluxum quendam mentis mundi gubernatricis.* Vide *infrà* § 40.

Ἀπὸ παντὸς πνεῖ | Arnob. *l.* 2. ex Stoicorum an Platonicorum sententiâ; *Uno ex fonte omnium nostrûm defluunt animæ.*

Οὐδὲν ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται· ὥσπερ οὐδ' εἰς ἐκ τοῦ ὄντος ἀπέρχεται. | Ità *l.* 5. § 13. Contrà quàm Eurip. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 122.

— τὸ μηδὲν εἰς ὄδ' ἥκειν.
— *nil quod erat, in nil abit.*

& quàm Tertull. *adversus Hermog. Omnia ex nihilo edita, in nihilum perventura.* Pers. *Sat.* 3.

— *gigni*
De nihilo nihil; in nihilum nil posse reverti.

Philo *de mundo.* Ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὕτ' εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται. ἐκ τοῦ γὰρ ἀδυνάτου ὅτῳ ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι πῶς ἂν τὸ ἐξαπολεῖσθαι, ἀνεύρυσον καὶ ἄπαυστον. Qui locus Ludov. Nagoralæ vitii suspectus habetur. itaque legi postulat pro ἀνεύρυσον, ἀνήπυστον, & ἄπιστον pro ἄπαυστον. Ocellus Lucan. *de universi. c.* 1. § 11. Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἐκ μὴ ὄντων ἀποτελεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. Epicurus pariter *epist. ad Herodotum* apud Laërt. *l.* 10. Πρῶτον μέν, ὅτι οὐδὲν γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, πᾶν γὰρ ἐκ παντὸς ἐγίνετ' ἂν, σπερμάτων γε οὐδὲν προσδεόμενον. καὶ εἰ ἀφανίζοιτο τὸ ἐφανιζόμενον εἰς τὸ μὴ ὄν, πάντα ἂν ἐκόλουσε τὰ προϋπάρχοντα, ὑπ' ὄντων εἰς ἃ διελύετο. Quod Lucretius Epicuri μυσταγωγὸς καὶ ἐφευρετὴς *lib.* 1.

Principium hinc cujus nobis exordia sumet:
Nullam rem è nihilo gigni; nil posse creari
De nihilo. —

Et mox: *Nam si de nihilo fierent; ex omnibus rebus*
Omne genus nasci posset, nil semine egeret.

Sed & Democritus apud eund. *l.* 9. Μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι. Aristoteles etiam *physic. l.* 1. *c.* 4. Τὸ γενόμενον ἐκ τοῦ μὴ ὄντων γίνεσθαι ἀδύνατον. σχεδὸν γὰρ ταύτης ὁμολογουμένης τῆς δόξης πάντες οἱ περὶ φύσεως. Et rursus *c.* 8. Κοινὴ δόξα τοῦ φυσικῶν, οὐδὲν γίνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. & *de gener. & corrupt. l.* 1. *c.* 3. Ὁ μάλιστα φοβούμενοι διατελοῦσι οἱ φάσκοντες φιλοσοφήσειν, τὸ ἐκ μηδενὸς γίνεσθαι παρὸν ἀπορροῦντος. Atque huc pertinet, quod de priscis philosophis idem *Physic. l.* 1. *c.* 8. Οἱ μὲν φιλοσοφίας ἅψασθαι ζητοῦντες τὴν ἀλήθειαν, — φασὶν οὔτε γίνεσθαι τῶν ὄντων οὐδέν, οὔτε φθείρεσθαι. neq; enim simpliciter, aut produci aut corrumpi quicquam, ei negabant; sed nihil aut è nihilo produci, aut in nihilum evanescere; verùm substantiam ipsam semper manere, novis affectibus sibi invicem succedentibus, asserebant. quod & Aristot. ipse agnoscit, τοῦ μὲν τὰ φυσικὰ *l.* 1. *c.* 3. Τῶν δὲ πρότερον φιλοσοφησάντων οἱ πλεῖστοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνον ᾠήθησαν εἶναι τὰς ἀρχὰς εἶδε πάντων. ἐξ ἧς γάρ ἐστιν ἅπαντα τὰ ὄντα, καὶ ἐξ ἧς γίγνεται πρώτης, καὶ εἰς ἣ φθείρεται τελευτῶν, τῆς μὲν οὐσίας ὑπομενούσης, ταῖς δὲ πάθεσιν ἀλλοιουμένης, τοῦτο στοιχεῖον καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν φασὶν εἶδε ὄντων καὶ διὰ τοῦτο, οὔτε γίνεσθαι οὐδὲν οἴονται, οὔτε ἀπόλλυσθαι, ὡς τῆς τοιαύτης φύσεως ἀεὶ σωζομένης. Itaque Cicero *de divinat. l.* 2. § 37. *Non ergò omnium interitus atque obitus natura conficiet: & erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subitò occidat. quis hoc physicus dixit unquam?* De posteriore membro Vide *l.* 11. § 35. Vide & *l.* 8. § 18. & *l.* 10. § 7.

§ 5. Ὁ

§ 5. Ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἵ γένεσις | Siquidem, ut Aristot. *de gener. & corrupt. l.* 1. *c.* 3. Ἔστιν ἡ διαφορὰ γένεσις ἀπὸ τοῦ ὄντος, ἄλλο φθορὰ καὶ ἄλλο φθορά, ἄλλο γένεσις. *Generatio unius, corruptio alterius; & corruptio unius, generatio alterius.* At Apollonius Tyan. *epist.* 66. Θάνατος ἐστὶν ὑπὸ ὑλικοῦ, ἢ μόνου ἐμφάσεσι· καθάπερ ὑπὸ γένεσις ὑλικοῦ, ἢ μόνου ἐμφάσεσι· τὸ μὲν γὰρ ἐξ οὐσίας πρᾶγμα εἰς φύσιν, ἔδοξε γένεσις· τὸ δὲ ἐκ φύσεως, εἰς οὐσίαν καὶ ταῦτα, θάνατος. ὅτε γεγονότα κατ' ἀλήθειάν τινες, ὅτε φθει- 01
ρόμενα πολὺ μᾶλλον δὲ ἐμφανῆ ὄντα, ἀοράτου τινὸς ὑστέρου, τοῦ μὲν διὰ παχύτητα τῆς ὕλης, τοῦ δὲ διὰ λεπτότητα τῆς οὐσίας, ὄντος μὲν ἀεὶ τῆς αὐτῆς, κινήσεσι δὲ διαφερούσης καὶ τάσεσι. Porphyrius apud Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 40. ex Pythagoreorum sententia, Τὸν δικαίως ἀναιρεῖσθαι, ὅσῳ τὸ ἀποθνῆσκον τοῦτον τὸν λόγον ἔχει, ὃν ὁ γενόμενον ἐκτέσιν γὰρ ἔδει τῆς ψυχῆς μεταβολὴν τινὰ μὲν εἰς σῶμα, γένεσιν δὲ ἀπὸ σώματος, θάνατον.

Φύσεως ἰσχυρίσεων] Ita *l.* 2. § 12. φύσεως ἔργον. 20
Senecæ *excerpt. Moneris. ista hominis natura est, non pœna.*

Σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων εἰς ταὐτά] deesse videntur voces aliquot, necessariò supplendæ, ut sensus sit integer. [κὴ διάκρισις] εἰς ταὐτά. vel ut *l.* 10. § 7. [κὴ διάλυσις] εἰς ταὐτά. Ità Aristot. *de gener. & corrupt. l.* 1. *c.* 1. Συνιόντων καὶ διακρινομένων (τῶν στοιχείων) ἡ γένεσις συμβαίνει καὶ ἡ φθορά. Et *c.* 2. γένεσις καὶ φθορὰς συγκεκριμένα καὶ διακεκριμένα. Ibidémq; Democritus & Leucippus, 30
διακρίσει, καὶ συγκρίσει, γένεσιν καὶ φθορὰν, definiunt. Empedocli quoq; ὅτι φύσις ὑδατός ἐστιν, Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων. quod idem & Φιλ. ἐν τῇ φυσικῇ, *l.* 4. *c.* 1. reperitur. de quo tamen videatur Plutarchus *adv. Colot.* Epictet. *lib.* 4. *c.* 7. Ἀλλ' ἤδη καιρὸς ἀποδοῦναι. μὴ τραγῴδει τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εἰπὲ ὡς ἔχει· ἤδη καιρὸς τῷ ὕλῃ, ἐξ ἧς συνῆλθεν, εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἀναλυθῆναι. καὶ τί δεινόν; τί μέλλει ἀπόλλυσθαι φίλ' ἐν τῷ κόσμῳ; τί γλυκὺ καινὸν, παράλογον; Vide *l.* 5. § 4. & 13. 40
& *infr.* § 30. & *l.* 7. § 50. & *l.* 8. § 18.

Ἐφ' ὧν ἂν τις αἰσχυνθείη | ὃ γὰρ τὸ πυρέττειν αἰσχρὸν, ἢ τὸ ἀποθνήσκειν. Dio Prus. *orat.* 33. & Marc. *l.* 12. *c.* 23. ἡ κατάπαυσις τοῦ βίου ἡ καλὸν, ὅτι καὶ αἰσχρόν.

Οὔτι θεὸς τὸ ἐξῆς τῷ νοερῷ ζώῳ | quia scil. est θνητὸν ζῶον *supr.* § 3. Itaque Anaxagoras, nunciatâ filii morte; ἤδειν, ὅτι θνητὸν ἐγέννησα υἱόν. Plut. *ad Apollon.* & *de mansuet.* vel, ut idem *de tranquil.* & Galen. *de dogm. Hippocr. & Plat. l.* 4. 50
c. 13. ἤδειν θνητὸν ἡμίονον. vel etiam ut Laërt. *l.* 1. qui liberos plures simul amissos refert, ἤδειν αὐτοὺς θνητοὺς γεννήσας. Et Ælian *lib.* 3. *cap.* 2. ἤδειν θνητοὺς γεγεννηκότας. ubi tamen legendum γεγεννηκὼς, ex Dion. Prus. *orat.* 37. & Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 24. Cicer. *Tuscul. l.* 3. *Sciebam me genuisse mortalem.* Val. Max. *l.* 5. *c.* 10. *Ego illum ex me natum sciebam esse mortalem.* At turpissimè ac scelestissimè hominis monstrum merum Gallienus ille Imperatoris nomine indignus, qui (ut refert Trebellius) ubi de Valeriano patre comperit, quòd à Persis captus esset, id quod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, *sciebam me genuisse mortalem*, de patre dixit Imperatorum pessimus, *sciebam patrem meum esse mortalem.* ità cùm patris miserias ludibrio haberet, non defuit tamen Annius Cornicula, qui eum quasi *constantem principem* laudaret. Cæterùm, quod Sen. *epist.* 99. *Cui nasci contigit, mori restat.* & *epist.* 30. *Vivere voluit, qui mori non vult. vita enim cum exceptione mortis data est.*

Οὐδὲ ἔδει τὸν λόγον τῆς παραπλοΐης | quia, ἡ τοῦ σώματος σύγκρισις ἐυκατάλυτος. *l.* 2. § 17. Et, ut Epictetus *infr.* § 14. Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρόν. Senec. *ad Marc. c.* 11. *Mortalis nata es; mortales peperisti. putre ipsa fluidumque corpus, & casibus morbisque repetita, sperâsti tam imbecillâ materiâ solidæ & æterna gestâsse?* Et mox: *Quid est homo? quodlibet quassum vas, & quodlibet fragile. jactatu, non tempestate magnâ, ut dissideris, est opus. ubicunque arietaveris, solveris. Quid est homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte naturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum: cùm benè lacertos exercuit, cujuslibet feræ pabulum, cujuslibet victima: ex infirmis fluidisque contextum; frigoris, æstûs, laboris impatiens: ipso rursùs situ & otio iturum in tabem: alimenta metuens sua; quorum modò inopiâ, modò copiâ rumpitur: anxiæ solicitæque tutelæ; precarii spiritûs & malè hærentis.* Plut. *ad Apollon.* Τί ἦν θαυμαστὸν, εἰ τὸ τιμιώτερον τέθνηκεν, εἰ τὸ τιμιώτερον τέθνηκεν, εἰ τὸ καυσὸν κέκαυσαι, εἰ τὸ φθαρτὸν ἔφθαρται; Augustinus jam morti propinquus, acceptis cladibus, quæ per barbarorum incursiones passim contigerant, sapientis cujusdam sententiâ se consolabatur dicens; *Non erit magnum, quod cadunt ligna & lapides, & moriuntur mortales.* Posidon. in *vit. Aug.*

§ 6. Ταῦτα ὕπως | Abrupta ista; nec cum prioribus cohærentia, & ἀκόλουθα insuper. Monitum continent & munimentum adversùs injurias & contumelias ab improbis illatas: *Talia*, inquit, *ab istiusmodi perpetrari solenne est.* Senec. *Excerpt. Malè de te loquuntur homines. sed mali. moverer, si judicio hoc facerent. nunc morbo faciunt. faciunt, quod solent. quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latrent.* Ista autem cum præcedentibus malè conferruminavit editor ille Lugdunensis.

Ἐξ ἀνάγκης | *aliter nequeunt.* Gregor. Naz. *de pace orat.* 3. Κακῶς λέγουσι, ἐπειδὴ κακῶς οὐκ ἔμαθον. Quod idem apud Laërtium *l.* 2. Socrates. Sed & Leotychides Aristonis Laco, apud Plut. in *apophth.* Οὐ θαυμάζω καλῶς γὰρ λέγειν οὐκεῖς ἂν

αὐ ἀλλ' ἀνωτέον. Senecæ *excerpt. Malè de te loquuntur. Bene nesciunt loqui.* Ità *sup.* § 3. Ἄκοντες ἁμαρτάνουσι. Et *l.* 8. § 12. ἀναγκάζονται ἕτερα ποιῆν. Et *l.* 10. §. 29. βιάζεται. Pari modo ille apud Epicharmum in *Hercul. fur.* se excusat, referente Eustrat. *in Aristot. ethic. l.* 3. *c.* 5.

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ ἀναγκαίως τά δε πάντα ποιῶ.

Hæc ego ex necessitate facio, quæ facio, omnia. Grot. Neq; tamen Zenonis servulo præscriptio ea proderat, qui cùm ob furtum à Domino castigatus, εἰ μὴ μοι κλάῃς, *in fatis sibi* diceret *fuisse, ut furaretur*; respondit ille, Καὶ δεῦρ' ἦν *in fatis iisdem fuisse & ut cæderetur.* Sed nec Spartani servo, qui cùm inter flagella, subinde clamaret, Ἄκων ἥμαρτον, *Invitus peccavi*; regessit herus, Ἄκων τοίνυν κἀκολάζου. *invitus ergò plectere.* Vide *ad lib.* 7. § 63.

Θέλει τῷ συκῷ ὀπὸν μὴ ἔχειν] Idem planè *l.* 12. § 16. affine quippiam & *l.* 8. § 15. Lactis autem sive liquoris ficulnei meminisse videtur; ὃ τι συκῆς ἀπὸς πάντων δεμύτατος. ut Aristot. *problem. l.* 20. *c.* 18. sive, ut Plin. *l.* 23. *c.* 7. quoniam *fici succus lacteus aceti naturam habet: itaque coaguli modo lac contrahit.* quod aliter paulò Dioscoridi. *l.* 1. *c.* 149. πικρὸς δὲι γάλακ]ος, ὥσπερ ἡ πτύα· λύει γὰρ τὸ πιπρὸς, ὅσπερ τὸ ὄξος. Sed & aliis dotibus haud paucis succus is nobilis, quas apud eosdem videre licet. Ad Marci mentem Senec. *de ira l.* 2. *c.* 10. *Non iracscatur sapiens peccantibus. quare? quia scit neminem sapientem nasci, sed fieri. Scit paucissimos omni ævo sapientes evadere. quia conditionem humanæ naturæ perspectam habet. nemo autem naturæ sanus iracscitur. quid enim si mirari velit, non in sylvestribus dumis poma pendere? quid si miretur spineta sentesque non utili aliquâ fruge compleri? nemo iracscitur, ubi vitium natura defendit.*

Ἐκτὸς ὀλίγου χρόνου καὶ σὺ κἀτὸς τεθνήξεσθε] Ità *l.* 7. § 22. κατ' ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεται. Senec. *de ira lib.* 3. *c.* 42. *Nulla res adversùs iram magìs proderit, quàm cogitatio mortalitatis. sibi quisq; ut alteri, dicat; Quid juvat tanquam in æternum genitos iras indicere, & brevissimam ætatem dissipare? Quid ruimus in turbam? quid certamina nobis accersimus? quid imbecillitatis obliti, ingentia odia suscipimus, & ad frangendum fragiles consurgimus? jam istas inimicitias, quas implacabili gerimus odio, febris aut aliud malum corporis vetabit geri. jam par accerrimum media mors dirimet. quid tumultuamur, & vitam seditiosi conturbamus? stat super caput fatum, & pereuntis dies imputat, propiùsque ac propiùs accedit. istud tempus quod alienæ destinas morti, fortasse* [haud] * *citra tuam est.* [* *circa* Lipsius.] Et rursùs: *Quin potiùs vitam brevem colligis, placidamque & tibi & cæteris præstas. quin potiùs amabilem te, dum vivis, omnibus; desiderabilem, cùm excesseris, reddis. Quid servo, quid domino? quid regi, quid clienti tuo iracseris? sustine paullum. venit ecce mors, quæ nos pares faciat. Ridere solemus inter matutina arenæ spectacula, tauri & ursi pugnam inter se colligatorum; quos cùm alter alterum vexârit, suus confector expectat. Idem facimus. aliquem nobiscum alligatum lacessimus: cùm victo victorique finis æquè maturus immineat. numquid amplius isti cui iracseris, quàm mortem optas? etiam te quiescente morietur. perdis operam: facere vis, quod futurum est. Quieti potiùs pacatique, quantulumcunque superest, transigamus. sive de ultimis suppliciis cogitas, sive de levioribus, quantulum est temporis, quò aut ille pœnâ suâ torqueatur, aut tu malum gaudium ex aliena percipies? jam ipsum spiritum expuimus interim, dum trahimus. dum inter homines sumus, colamus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo simus. detrimenta, injurias, convitia, vellicationes contemnamus, & magno animo brevia feramus incommoda. dum respicimus, quod aiunt, versamúsque nos, jam mortalitas aderit.* Pervulgatum est illud, ad quod ille respexit, quóúque Aristoteles exhibet, *rhetor. lib.* 2. *c.* 21.

Ἀθάνατον ὀργὴ μὴ φύλαπε θνητὸς ὤν.
Iram cave immortalem mortalis geras.

Sive, ut Gnomolog. vetus;

Ἀθάνατον ἔχθεσ μὴ φύλαπε θνητὸς ὤν.
Mortalis odia nè gere immortalia.

Quod latiùs extulit Euripid. in *Philoctet.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 20.

Ὥστε χ θνητὸν χ τὸ σῶμ' ἀνθρώπου ἔφυ·
Οὕτω σοφοῦσθαι, μηδὲ τῷ ὀργῷ ἔχειν
Ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.
Mortale quando corpus est homini datum;
Nec odia debet gerere immortalia,
Quisquis magistrâ sapere naturâ volet. Grot.

Romanis, ab Hetruscis missi de Tarquinio legati, apud Dionysium Halicarn. *l.* 5. Δεῖν ἀνθρώπους ὄντας, μηδὲν ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν φρονεῖν, μηδὲ ἀθανάτους ἔχειν τὰς ὀργὰς ἐν θνητοῖς σώμασιν. Et Marcio mater apud eundem *lib.* 8. ubi Deos etiam, per gravia atque atrocia peccantibus iratos, muneribus precibúsque leniri dixerat, εἰ μὲν σὺ, inquit, ἀξιοῖς, τὰς μὲν τῶν θεῶν ὀργὰς θνητὰς εἶ, τὰς δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἀθανάτους. Creon tamen apud Sophoclem in *Oedip. Colon.*

Θυμῷ γὰρ ὀργὴν γῆρας ὄζυν ἄλλο πλὴν θανεῖν.
Iræ senectus unica est, vitæ exitus.

Et ulteriùs etiam Phalaris *epist.* 51. Τῶν μὲν ἄλλων ἔχθεσ ὅσοι τι κακὸν μὲ δεδράκασιν, ὡς παρεγκλῆς, κἂν ὀπλαδοίμιλω θνητὸν γὰρ ὄντας, ἀθάνατον ὀργὴν ἔχω, ὡς φασί τινες, ἃ σωφρονεῖ. τῶν μὲν τοι, Πύθων, εἰς ἐμαυτὸν ὑσμενείας, ἃ μόνον ζῶν, ἀλλ' ὑπ' ἂν ἀποθάνω, ὃ πᾶσι συμβαίνει τοῖς τετελευτηκόσιν, ὁπλαδοίμιλω.

Οὐδὲ ἄνομα ὑμῖν ὑπολειφθήσεται] Vide *infr.* § 33. & *l.* 8. § 25. Hesiod. *oper. l.* 1. *v.* 153.

Bitus

Βίωσον ἐς εὐροῦσα ἦμαρ προφῆ ἀέθλου,
Νάρυσιε.——

quo loco (ut obiter adnotem) εὐροῦσα malim vertere, *situ obsitum*, quàm cum interpretibus, *latum*.

§ 7. Ἄφρον γὰρ ἀνὴρ ἐπιλήσιμον, ἥτις τὸ βέλτερον | Idem ferè *l.* 7. § 14. & *l.* 8. § 35, 41, 47. & *l.* 12. § 22, 25. Huc illud Menandri, apud Plutarch. *de tranquill.* & *de exil.* & apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 109.

Οὐδὲν πάσχοιμι δεινὸν, ἂν μὴ σφαλοῦμαι.
Nil passus es mali, ipse ni pra te feras.

Epictet. *Enchirid. c.* 29. Σὲ γὰρ οὐ βλάψει, ἂν μὴ αὐτὸς θέλῃς. τότε γὰρ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βεβλάφθαι.

§ 8. Ὃ χρέος αὐτὸν ἑκάστῳ ἀνθρώπων ὁ ποιεῖ | quod *l.* 7. § 64. ἕλκει τὸν ἑκάστου τὸν οἰκεῖον χρέος ποιεῖ. Cicer. *Somn. Scip.* Vide *l.* 2. § 1.

§ 9. Ἐπιδιαιτᾶσθαι | Ita *l.* 2. § 3. Πρόνοια δὲ τὰ ἀναγκαῖα. ibi vide. connation autem hoc superioribus adfigit Cas. sequentibus præfigit Xyl. cùm neutra satis cohæret. dictionis series hiulca est, & deesse aliquid videtur. ad sequenda potiùs dicti mens vergit: ut rationes varias simul congerat, ob quas æquanimiter contingentia quæque ferre oporteat; quia nempe necessaria, utilia, justa.

§ 10. Ὅτι πᾶν τὸ συμβαῖνον, δίκαιον συμβαίνει | Ità solent excerpta sua, vel χρησιμοδοίας, vel adnotata ordiri, Ὅτι τόδε, ἢ τόδε, ut videre est passim apud Photium, Eustathium, alios. Aliquando tamen plenius, Ἴσον ὅτι, aut ejusmodi aliud quid, quale & ibi subintelligendum. Quod autem *omnia quæ contingunt nobis, justè contingere* dicit, intelligendum est, quoad primam causam. Nec abhorret ab hoc philosophia Christiana, sed cumprimis inculcat. Psaltes *Psal.* 119. *v.* 139. *Justus es, Domine, justique sunt judicia tua.* & *v.* 75. *Novi, Domine; recta esse judicia tua; justéque te afflixisse me.* Et *Psal.* 145. *v.* 17. *Justus est Dominus in omnibus viis suis; sanctúsque in operationibus suis.* Vates etiam Jeremi. *c.* 12. *v.* 1. etiamsi ægrè ferre videatur, quod bonis malè, malis bene sit; hoc tamen pro fundamento immoto prorsus substernit, *Tu, Domine, certè justus es.* Sen. *epist.* 107. *Rectaque sint, ubicunque fieri potuit; nec vellis obsurgare naturam.* & *epist.* 96. *Solet fieri, parum est, debuit fieri: decernuntur ista, nonnecessitatem.* Galen. *in Hippocr. de fract. l.* 1. § 2. Ὅταν ἐφίεσθαι τὸ σύνηθες φυλάττωμεν, ἀκριβῶς ἴσμεν τὰ ἀδύνατα. σύνηθες δ' ἐστὶν ἄλλο παρὰ τὸ κατὰ φύσιν; ad Marci mentem aptissimè.

Κατὰ τὸ ἕξῆς | *Secundùm rerum quæ caussarum connexionem ac concatenationem* quandam, quem imaginabantur Stoici. Vide *infr.* § 45. & *l.* 6. § 38.

Τὸ πρὸς ἀνθρώπους τὸ κατ' ἀξίαν | Nihil peperat piè magis ac religiosè dici, quàm omnia provenire à caussâ quadam suprema, assignante quasi certâ lege cuique, quod ipsi maximè sit congruum. Vide *l.* 7. § 31. & *l.* 10. § 25.

Σὺν τὸ ἀγαθὸς εἶ | Syntaxis id poscit. Sicut *l.* 7. § 66. ἀρκοῦσιν τὸ Νόμῳ εἶ. atque ità Lugd. *Bonum* autem fore dicit, si justè eventibus se sponte submiserit. quod Cleanthes suprà, *ad l.* 3. § 4.

Malúsque patiar, quod bono licuit pati.

Καὶ δὴ σπουδαῖον ἴδοις ὁ λέγων | *Virum bonum*, dicit; non *quemodo omnes candidatos bonos viros dicimus, quemodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus:* ut Senec. *epist.* 3. sed *perfectum, absolutum, quem nullum facere nulla vis, nulla necessitas possit.* Idem *epist.* 34. Itaque τὸ ἰδιωτικὸν παραμύθιον, istic opponitur τῷ κοινοτέρῳ λεγομένῳ, *l.* 2. § 10. aliúdque hic τὸ ἴδιον, aliud τὸ ἰδιωτικὸν, *infr.* § 50. Fabius *instit. l.* 12. *c.* 1. cùm Oratorem *virum bonum* definivisset. *Ego secundùm communem loquendi consuetudinem sæpe dixi dicámque perfectum Oratorem esse Ciceronem, ut unicos & bonos viros, & prudentissimos dicimus vulgò, quorum nihil nisi perfectè sapientes dantur. Sed cùm propriè & ad legem ipsam veritatis loquendum erit, eum quærem oratorem, quem & ipse quærebat.*

§ 11. Μὴ ταπεινῶσε ἑαυτὸν ἐμοὶ | Senec. *de sap. constant. c.* 17. *Genus ultimum est, erigere et qui facit contumeliæ voluptatem. Solent dicere; Miserum me, puto, non intellexit! adeò fructus contumeliæ in sensu. & indignatione patientis est.* Tertull. *de patient. c.* 8. *Nempe idcirco quis in ledit ut doleas: quia fructus omnis lædentis in dolore lasi est. ergò cum fructum ejus everteris non dolendo, ipse doleat necesse est amisisse fructûs sui.*

§ 12. Ἐνοικοδόμησας | i. e. ἐδημιούργησας. ut *l.* 3. § 19.

Ὁ τῆς βασιλικῆς καὶ νομοθετικῆς λόγος | i. e. τῆς ἡγεμονικῆς, sive *mentis*, quam & τὸ κυριεῦον, *suprà* § 1. & τῷ συγκεράσαντι, *l.* 7. § 64. vocat. Vide Ambros. *Hexaemer. lib.* 6. *cap.* 9. *suprà ad* § 3. Verum nobis, *Unus est Rex idem & Legislator, Jova.* Esaiæ *c.* 33. *v.* 22. cujus & legem νόμον βασιλικὸν Jacobus indigerat. *c.* 2. *v.* 8.

Μεταδίδου | Vide *ad l.* 1. § 15, 16. & *l.* 6. § 21. Notum illud Hesiodium *oper. l.* 1. *v.* 291.

Οὐ τοι μοῦνον πάντεσσι, δίκη δὲ τε πάντεσσι γένηται,
Φρασσαίμεθα τά κ' ἔασσιν ἀμείνονα καὶ κέρδιονα·
Ἕβδομος δ' αὖ πάντεσσιν ὁ τοι ἐπιήρανος ἦμαρ·
Ὅς κε μάτ' αὐτὸς νοέῃ, μάτ' ἄλλου ἐπακούσας
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀγαθὸς κεκάσεται.

Ille quidem ante omnes, per se ipse quid utile, quidque rem,
Qui videt, & longè fines prospectat agendi:
Qui bene consultis didicit parere, secundus.
At qui consiliis pollet nihil ipse, nec audit
Sanctentes alios, nullos homo vivit ad usus.

ἰτὰ vertit apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 3. & 4. Grotius; quem mirum αὐτῷ repoſuiſſe denuo, cùm in Stobæo priùs αὐτὸς legeretur. præſertim cùm & in verſione illud potius expreſſerit, & Heinſium audire potuerit, de ſcriptura gemina monentem *in notis ad Heſiodum*: ubi & hæc habet; ὁ αὐτὸς νοῶν πάντα, *eſt*, ὁ καὶ πάντα αὐτὸς, τυτὸν, κατ' αὐτὸν, σοφὸς ὤν. Ὁ αὐτὸς νοήσας, *itaque dixit Heſiodus, hoc eſt, qui ipſe*; *non autem*, ὁ αὐτῷ, *qui ſibi, ſapit*, juxta illud Euripideum:

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Odi profeſſum ſapere, ſibi qui non ſapit.

à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 3. relatum, à Ciceron. *famil. l.* 13. *epiſt.* 15. Lucian. in *apolog.* Plut. *de latend.* ab Alexandr. apud eundem in *Alex.* uſurpatum. opponitur autem ὁ αὐτὸς νοήσας, τῷ διακέτῳ πρὸς τὰ διδασκόμενα σοφῷ γεγονὼς. Eandem hanc lectionem confirmat Ariſtides rhetor, in *orat. Platon.* 1. non quidem ut vulgò legitur, ſed ut à Photio exhibetur, *biblioth. cod.* 247. qui ubi Heſiodia illa recitaverat, ſubjungit: Πρῶτον μὲν ἔθετο τὸν αὐτὸν σύνολα τὰ βέλτιστα. ἔκαστον δὲ ἀμαθία, τὸν ὅτι συνιέντα. ὅτι πειθόμενον. μέσον δὲ ἀμφοτέρων, ὥσπερ ἐν ἀριθμῷ λόγος, τὸν τῷ συνιέντι πειθόμενα, τοσούτῳ χείρω τοῦ νοήσαντος, ὅσῳ βελτίω τοῦ μετ' ἐπιτροπῆς, μᾶλλον πειθομένου. Et mox: Τὸν μὲν τοιοῦτον ἄνδρα, οἷς δοκῶ κ' ἐμοὶ ἐγγύς περ εἶναι νοῆσαι· τὸν δὲ ἀκούσαντα κ' μαθόντα δεύτερον. Sed & Ariſtoteles *ethic. Nicom. lib.* 1. *c.* 4. & Diogenes Laert. *l.* 7. apud quem Zeno Heſiodi verſiculos illos non ſine nota aliqua refingit, ut dicatur,

Κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ ἐπόντα πάντα
Ἔσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.

Κρεῖττονα γὰρ εἶναι τὸν ἀκούσαι καλῶς λεγόμενον τὰ λεγόμενα κ' χρῆσθαι, τοῦ δ' αὐτὸ τὸ πᾶν συνοήσαι. τῷ μὲν γὰρ εἶναι μόνον τὸ συνιέναι τῷ δ' εὖ πειθέσθαι ἀρετὴν εἶναι κ' τὸ ἀκέσασθαι. Quod etiamſi Themiſtio *in orat. quinquennal.* placuiſſe video; mihi tamen eodem loco habetur, quo Zenonis ejuſdem cavillum illud, quo Phocylidis monitum nemini non probatum eludere conabatur. (κόσμος.

Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πείν γ' ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. de quo videri poterit Plutarch. *de Stoic. contrad. c.* 4. Verùm propiùs acceſſit Artabanus apud Herodot. *l.* 7. Ἴσον, inquit, ἐνεῖνο παρ' ἐμοὶ κέκεινται, φρονέειν τε εὖ, κ' τὰ λέγοντι χρηστὰ ἀνδάνειν πεποιῆσθαι. Cæterùm Heſiodo ſuffragatur proꝛſus Ariſtoteles *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 4. quo loco non primus tantùm verſiculus ad autoris mentem ritè efformatus reperitur; ſed & quartus, qui hoc admiſſo, prout ſuperiùs retulimus, emendandus fuerat, integer exhiberur. ſiquidem μᾶλλ' αὐτὸς ibi legitur, quod μηθ' αὐτῷ apud alios, etiam qui mendum prius ſuſtulerant, mendosè habetur. Greg. etiam Naz. *ep.* 43. Ἀριστόμαχος ἦν, (τοῦτο γὰρ εἰπεῖν μέτεστιν) εἰ μὴ πᾶν τὸ σωτηρίας τὸ λόγον ὁ τῆς ἀρετῆς ἐπαινέτης καὶ ψόγου μείζων· μηδ' ἄλλῳ εὖ εἰπόντι κακῶς ἐπιτίθεσθαι· ὁ τῆς δὲ ἀμαθίας. Basil. Cæſ. *orat.* 24. Εἰ μὲν οὖν σφόδρα ἀγαθὸν τὰ λεγόμενα, τῆς δὲ ἀρετῆς ἦν ἐπανορθώσεως ἔργον· παρ' Ἡσιόδῳ τάξεως. εἰ δὲ μὴ, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν εἰποιμι συγχωρῶν· αὐτὸ δὲ μόνον ἀρκεῖ μοι εἰπεῖν ὀλιγόνοι, ἐν οἷς ἀείσῳ φησὶ ἄριστον μὲν εἶ τὸν παρ' ἑαυτῷ τὰ δέοντα ξυνορῶντα· ἐσθλὸν δὲ κἀκεῖνον, τὸν τοῖς παρ' ἑτέρων εὖ ὑποδεχόμενον· τὸν δὲ μήτε ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπιθέσθαι, ἀχρεῖον εἶναι πρὸς ἅπαντα. Jo. Chryſoſt. *in epiſt.* 2. *ad Cor. orat.* 18. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τὰ συμφέροντα εἰπὼν, σοφὸς ἦν· ὅτως ἡμεῖς οἱ καταδεέστεροι, κ' αὐτοὶ σωθῆναι κ' ἐπιγνῶναι καρποσώμεθα ἕκαστον. ubi, quod monet Dunæus noſter, illum primæ notæ σοφὸν, hunc ſecundæ σωστὸν nuncupat. Cicero *pro Cluent.* *Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quid opus ſit ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. in ſtultitia contrà eſt. minimus enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quàm ille, qui quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat.* Minutius apud Liv. *l.* 22. *Sæpe ego audivi, eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat, quid in rem ſit: ſecundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, cum extremi ingenii eſſe, nobis quoniam prima animi ingeniique negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus, & cùm imperare diſcimus, parere prudenti in animum inducamus.* Seneꝛ. item *de benefic. l.* 5. *c.* 21. *Moneri velle ac poſſe ſecunda virtus eſt.* ſive ut ſcholia Manuſcripta in codice meo, (nam & Lipſius locum mancum eſſe advertit) *Non moneri*, (hoc eſt, *monitu non indigere*) *prima virtus eſt: velle ac poſſe ſecunda.* Et mox: *Animus, quod paucis, ſui rector, optimus: proximi ſunt, qui admoniti in viam redeunt.* Tales eſſe nè pudeat pigeátve, Marcus vult iſtîc; non quales Nicetas Conſtantinopolitanos ſuos deſcribit in *Iſaac & Alex. c.* 1. μετ' αὐτόδεν τοῖς ἐπιστατοῖς ἀγωνιζόμενα, μηδ' ἑτέρῳ πειθομένοις εἰσαγωμένῳ τὰ λώονα. Facit huc Philippidæ Comici in *Ananeoſi*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. illud:

Ὅτ' ἂν ἁμαρτάνῃς τι, χαῖρε· νικώμενος
Μᾶλλον γὰρ ὅτου σώζεται τὸ συμφέρον.
Ne turpe vinci, ſiquid erraris, puta:
Hæc namque vera eſt ad bonam frugem via. Grot.

Sophocl. *Antigon.*——ἄγαγε φημὶ σφαδάζοντα πολὺ,
Φωνᾶι τὸν ἄνδρα πάντ' ὀνήσιμος πλέον·
Εἰ δ' ἦν (φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταὐτὰ ῥέπειν)
Καὶ ἦν λεγόντων εὖ κρατεῖν τὸ μανθάνειν.
Hoc mi videtur, expedire plurimum,
Scientiâ plenus ſi quiſque exiſteret:
Sin minus hoc, (namq; huc rès haud nata eſt vergere)
Bonum eſt à bene monente quævis diſcere. Grot.

Et *ibidem*:

Ταῦτ' ἴσθι, τύραν, φρονήσεως ἀνθρώπους χὴ

Τοῖς

Τοῖς πᾶσι κοινὸν ὄζει τὸ ξαμαρτάνειν.
Ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κἄν τις ἐκλάτ' ἐς' αὐτῷ
Ἀζυλος ἐὰν ἀνολος, ὅτι ἐς κοινὸν
Πεσὼν ἀκέτας, μηδ' ἀκίνητος πόλει'
Αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισάνει.
Hæc ut modesto pectore evolvas, rogo:
Errare cunctis institum mortalibus:
At ille nec sine mente, nec vacuus spei,
Remedia qui receptat implicitus malis,
Nec pertinaciam addit errori suo. Grot.

Senec. *Agamemn.* 2. 2.

Remeemus illuc, unde non decuit prius
Abire; sed nunc casta repetatur fides.
Nam fera nunquam est ad bonos mores via.
Quem pœnitet peccâsse, penè est innocens.

Andocides *orat. de reditu:* Καὶ εὐτυχέστατοι μὲν, οἱ ἐλάχιστα ξξαμαρτάνοντες· σωφρονέστεροι δ', οἳ ἂν πλεῖστα μεταγνῶσκωσιν. Gregor. Naz. *in patr. jusum.* Τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν, ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνου θεοῦ· τὸ δ' ἐξαμαρτάνοντας διορθοῦσθαι ἀνθρώπου μὲν, ἀλλ' ἐπιεικοῦς, καὶ τῆς εὐζωμόνης μοίρας· τὸ γὰρ ἀθεράπευτον, τῆς πονηρᾶς καὶ ἀπανθρώπου δεῖ φύσεως, καὶ ἧς ὁ διάβολος ἐκείνης ἐκεργημένων. Idem in *Apolog.* Κἂν εἰ τὸ σῶφρον τῆς κόρης μὴ σώζοιεν, ἀλλὰ τό γε δόξαν ἐκείνοις, τὸ ἁμαρτάνοντας μετανοῆσαι. τὸ μὲν γὰρ ἀρρώστημα, τῆς κοινῆς φύσεως, καὶ τῆς ἀδρανείας τῆς ἀνθρωπίνης, ἃ πάντων ἅπτεται, καὶ ἧς λίαν ἰσχυρῶν τὸ σῶμα καὶ τῶν ἡδονῶν· τὸ δὲ θεραπεύεσθαι, καὶ εἰς ἀλλήλους ἐπιεικεῖς εἶναι, ἔστω δοκιμῶν, καὶ τῆς χάριτος Idem *irenic.* 1. & *adv. Julian.* 2. Μέγα μὲν τὸ μηδὲν τῶν ἀρχῶν ἁμαρτάνοντας, ἢ μὰ τὰ ῥάκια ἐπιεικὲς τὸ παντελῶς ἀναμάρτητον, ὑπὲρ τὸν ἀνθρώπινον φύσιν ἔταξεν ὁ Θεός· δίκαιος δ', ὡς ἐμοὶ γε δοκεῖ, τὸ παίοντάς τι καὶ παθεῖν, ἐπαινέσαι. Isidor. Pel. *lib.* 1. *ep.* 381. Κάλλιστον μὲν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, καὶ σοὶ δὲν ἔχον ἐγγύπτειν κακὸν· ἢ καὶ τὸν ἁμαρτόντα γνωσιμαχῆσαι, καὶ τοῖς ἐξαπατῶσι τὰ πάθη. Idemque *ibid. ep.* 437. Τὸ ἀναμάρτητον θεοῦ μόνου, καὶ ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχον. τὸ δὲ μηδενὸς ἐφάπτεσθαι ἧς καὶ γοήτων ἀδικημάτων, ἀνθρώπου δεῖν ἐναγοῦς· καὶ τὸ μὰ πολλοῖς ἐπιτίθεσθαι ἧς ἀκουσίων, οἰκείων ἧς ἐγγίστων θεῷ βιλαιώτατον· καὶ τὸ ἥττον μὲν ἐκείνων, ῥᾴστον δὲ πολλοῖς, τὸ μὲ ἐπὶ μείζοσιν ἀμυδρὸν τοῖς ἁμαρτήμασιν. Cyprian. *epist.* 3. *Primus gradus felicitatis est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. illa innocentia quæ servat; hæc medela, quæ sanat.* Gregor. Rom. *in Job. l.* 6. *c.* 17. *Prima virtus peccata non perpetrare, sed vitare: secunda, perpetrata corrigere.*

Κοινωφελὲς | Vide *l.* 1. § 16. κοινοποιοσύνη. & *l.* 7. § 4.

Οὐχ ὅτι ἡδύ | Aug. *contr. Julian. lib.* 5. *cap.* 7. ubi illud Lucani *l.* 2. de Catone elogium retulerat.

In commune bonus: nullôsque Catonis in actus
Surrepsit, partemque tulit sibi nata voluptas.

quoniam, inquit, *& quod non faciebat sine voluptate non faciebat propter voluptatem.* Cicer. *Academ. l.* 4. § 140. *Virtus esse nulla potest, nisi sit gratuita. nam quæ voluptate, quasi mercede aliquâ, ad officium impellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio simulatioque virtutis.* Senec. *de vit. beat. c.* 10. *Sapiens nihil voluptatis causâ faciet.* Alludit est forsan ad Gorgiæ Leontini dictum, qui interroganti, πότε διαίτῃ χρώμενος ἄτοπος ἐμπαλῶς ἂν μὴ αἰδέσιτος τοῦτον χρόνον ζήσειεν, respondit, ὅταν πάντα ἡδονῆς ἕνεκα πράξῃ ex Clearcho *vitarum l.* 2. Athen. *dipnosoph. l.* 12. Apud Plut. in *Stoic. Contradict. c.* 18. Chrysippus ἐν τῷ περὶ πολιτείας, ὅταν ἡδονῆς ἕνεκα πράξειν, καὶ παραδόξως καὶ παρὰ πολίτας. Antisthenes verò suis præcepit, μηδ' ὀδόντων ἐκτεῖναι ποτὲ, ἕνεκα ἡδονῆς, *ut ne digitum quidem voluptatis causâ unquam extenderent.* Theodoret. *therapeut. l.* 12. cujus illud item celebratur; Μανείην μᾶλλον, ἢ ἡδεσθείην. *Furere malim, quàm voluptate perfundi.* Laert. *l.* 7. Sext. Empir. *adv. Ethic. cap.* 2. & *Pyrrhon. hypoth. lib.* 3. *cap.* 23. Clem. *Strom. l.* 2. Theodoret. *therapeut. l.* 3. Gell. *l.* 9. *c.* 5. Veruntamen etiam Stoici ipsi in hanc partem secessionem quandoq; feciſſe vili sunt. quod de Aristone Magistro suo festivè Eratosthenes apud Athen. *l.* 7. Τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότητον δοκοῦντα, καὶ ἀναφαιδρύνοντα τοῖς τῇ ἡδονῇ, Neque tamen ullo modo admittendum, quod Epiphanii codices habent, *adv. hæres. l.* 3. *tom.* 2. *epilog.* § 9. Chrysippum statuisse τὸ τέλος πάντων τὸ ἡδυπαθεῖν. nec id sanè Epiphanius unquam dixerit. Verum aut vitiata ista, & ἡδυπαθεῖς pro ἡδονὰς legendum; aut loco, mota, & Diogeni Rhodio, cujus dogma proximè refert, quorum istud probè convenit, τὰ σύμπαντα συνίστασθαι ἐξ ἡδονῆς, *voluptate constare omnia*, tribuendum. Cæterùm in dogmatum priscorum illorum recensione Epiphaniana haud pauca istiusmodi, vel depravata, vel perperam relata occurrunt.

Ἡ ἔνδοξον | Contrà quàm illi, *qui nihil honestum esse putant, nisi quod in vulgus gloriosum.* Cicer. *Academ. lib.* 4. Senec. *de beat. cap.* 20. *Nihil opinionis causâ, omnia conscientiæ facta.* Et *epist.* 113. *Nihil sit illi cum ambitione & fama: sibi placeat.* De T. Aristone Plin. min. *l.* 1. *ep.* 22. *Nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert.* Vide *lib.* 1. § 16. & *l.* 5. § 3. & *l.* 6. § 2.

§ 13. Τί ὦν ὁ χρή; Bernard. *de bon. deser. & in Cant. serm.* 34. *Ipsis etiam bestiis bestialior est homo,* (hoc est, ut Simocat. *epist.* 13. Τῶν ἀλόγων ἀλογώτερος) *ratione vigens & ratione non videns.*

Τί ἄλλο θήλεις; | Puta laudem, aut mercedem. ut *l.* 7. § 73. & *l.* 9. § 42. Vide & *l.* 9. § 26. & *l.* 10. § 11.

§ 14. Νε μέρος. | Vide *l.* 2. § 3.

Ἐναφανίσθησαν | Vide *l.* 2. § 12.

Ἀναλημψίας | Verbum idem de Domino Jesu, sed sensu paulùm diversa usurpatur, Marc. *c.* 16. *v.* 19. Luc. & *Act. c.* 1. *v.* 2,11,12. Et indè ἀνάληψις, de ejusdem ascensione usurpata Luc. *Evang. c.* 9. *v.* 51. Verùm in istis τὸ ἀνὰ subductionis significatum obtinet, ut rectè Beza; non *restitutionis*, uti Budæus & Erasmus de voce altera, sed ratione tamen haud eâdem uterq;, censuerunt. quum Marcus noster *reditum* & *resumptionem* designet. quomodo & mors Salomoni *reditus* dicitur sive *receptio*, ubi *corpus* asserit *ad terram unde sumptum est, reverti, spiritum ad Deum, à quo prodierit, recipi. Eccles. c.* 12. *v.* 7. Vide *l.* 7. § 49.

Εἰς τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ ἀποβιαστικοῦ | id est, *Deum* ipsum, unde decisus, & cujus pars es. Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* de Deo. ἕνα γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ σύμπαν φιλόχρηται, ὅτου καὶ ἡμεῖς ἀποβιαστικὸν λόγον ἐσμὲν τῷ κόσμῳ, &c. Vide & *infr.* § 21, 23.

§ 15. Τὸ μὲν ἀποβιαστικὸν, τὸ δὲ ὕστερον | Vide *infr.* § 47, & 48, & 50. Senec. *epist.* 99. *Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem hujus spatii, per quod citatissimi currimus. observa hunc comitatum generis humani eâdem tendentis, minimis intervallis distinctum, etiam ubi maximus videtur.* Et *epist.* 49. *non possunt longa intervalla esse, in ea re, quæ tota brevis est.*

§ 16. Ἐννὼς νέος ἀμείνων θεὸς αὐτῆς φέρων | Novi esse videntur argumenti ista: nihil statuo tamen. Possunt autem intelligi, vel de mutatione ac metamorphosi illâ stupendâ, quam in sapiente suo prædicabant Stoici, & exagitat Plut. in *Stoic. paradox.* utpote quâ ὁ σοφὸς ἔσεσθαι φησὶ καὶ κόσμος, πλανώμενος ἄφρων μεταβαλλόμενος ἀφρονῶν, καὶ γίγνεσθαι μὲν ὑγιὴς καὶ ἀρχὴ καὶ λυγρὸς γλεγίζων, εὐπορώτατος, διαυλίτης, καλλίμορφος. ὁ κόκκυξ ποτὲ, φησὶν ἔστω ὁ κολοιὸς ἔμπαλιν, καὶ ἀμαθὴς, καὶ ἀκόλαστος, καὶ δῆλος, καὶ πόρνος, καὶ ἄπορος, καὶ δίκαιος δίκαιος καὶ βασιλεὺς, καὶ ὅλως γυνὴ, σύρφαξ τε καὶ δίκελος, καὶ βύσσος, καὶ ἔδαφος. ὃ γίνεται φησὶν, οὐκ ἤδεως ἐν σώματι τῷ καὶ ἀπαλῷ, ἀλλ' ἐν αἰσθανεῖ καὶ ἀπαλῇ ψυχῇ καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ἀδελφίδῃ, τῷ τέλειον ἄρρεν φρόνημα, ἰσόθεον διάθεσιν, καὶ ἀμεταπίστατον ἕξιν ἐχούσῃ, καὶ ἐξαίφνης ἥκειν τις, ἢ δείμων, ἢ θεὸς ἐπὶ ἐπεὶ τῇ κακίᾳ ἡμῶν. vel etiam de vulgi mutabilitate, καὶ οἷόν τι ἐν μεταβολαῖς δοκοῦσιν, *supr.* § 3. quibus modò quis bellua aut simia, eisdémque rursus intra paucos dies idem genius aut Deus. Ità Athenienses populo, ut Aristoph. *equit.*

Ὃ τὼ νῦν ὢν ὑπὸ τοῦ, αὔριον δ' ὑφ' ἡμῶν.

Qui nullus hodie, cras futurus summus est.

De Menedemo Laert. *l.* 7. Τὰ μὲν ἀρχαῖα πολιτεύεσθαι, νόμοις καὶ λόγοις ἐπὶ δὲ Ἐρετρίαν αὐτὸν ὥρμησεν. δ' ἐδαιμόνισε, ὅτε καὶ πάλιν πόλιν ἐγκρείσαντος. Insigne autem inconstantiæ popularis istius exemplum in Christi famulis sacra pagina suppeditat. Paulus & Barnabas Lystris à populo *pro diis habiti humanâ formâ indutis*; Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. iidem paulò pòst λιθασθέντες, *lapidibus impetiti*, & pro mortuis jam habiti, extra urbem projiciuntur. Lucas *Act. c.* 14. *v.* 10, 18. Contrà Paulus idem à Melitensi pro *homicida* vel *facinoroso* habitus, quem *Nemesis* ultrix à tergo insequeretur, dum viperam è manu pendentem conspicantur; mox tamen idem ab iisdem pro *numine* suspicitur, ubi bestiam absque læsione ulla excussam vident. μεταβαλλόμενοι ἔλεγον θεὸν αὐτὸν εἶναι. *Ibid. c.* 28. *v.* 4, 6. Melius autem hîc Guil. Xyland. *Intra decimum diem Deus videberis eis, qui te nunc bestiam & sinistra putant, siquidem ad præcepta & venerationem mentis reflexit*, &c. quàm Mer. Casaub. qui è contrario sic extulit; *Intra decem dies Deus habeberis, qui, si ad dogmata rationesque venerationem redieris, nihilo te bruto mera aut simiâ præstantiorem censebunt.* Pro Xylandro calculum dabit Epictetus, cujus hæc sunt verba, *Enchir. c.* 23. quæ & Marcus forsan ob oculos habuit cum hæc scriberet, certò Marci menti explicandæ commentarium exhibent luculentissimum. φιλοσοφίας ὀνομαζομένης ἐθισθῆναί τινα πρὸς τὰ παραγγέλματα αὐτῆς, ὡς ἡμερωθῆναι τὸν πτηνὸν, ὡς ἐρίφιον, ἵνα ἄρνα φιλόσοφον ἡμῖν ἴδωμεν λέοντα, καὶ πόσον ἡμῖν αὐτὰ ἐφρύξε; οὐ γὰρ ἐφρύξε μόνον ἀλλὰ καὶ ἐβελτίωσεν. οἱ φασκόντων ἔχειν, ὡς ἐκεῖ τὸν θεὸν πλασάμενοι εἰς ταὐτὸν πλάττειν καὶ πλέκειν. ὑμεῖνον ἤδη, ἵνα καὶ ἐμφανίσῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ παραλαμβάνοντες αὐτὰ, ὅτοι σε ὑγιῆ ἐποίησαν· ἐκεῖ δὲ ἀπηλθεν αὐτοῖς, ἀλλὰν ἐν σταλῇ πεπλασμένον. Vide *ad l.* 9. § 34. & *l.* 10. § 8. & *l.* 11. § 16.

§ 17. Μὴ οὐ μέλλειν μέλλον, ἤδη ζῆν | Nec istæc eum prioribus videntur cohærere. *Ne*, inquit, *tanquam annos innumerabiles visurus adhuc*, te geras: istud enim, aut ejusmodi aliquid necessariò suppleendum est. Senec. *ad Marc. c.* 11. *Quantus tumultus hoc tam contemptum animal movet? in quantas cogitationes oblitum conditionis suæ venit? immortalia, æterna volutat animo, & in nepotes ac pronepotes disponit; cùm interim longa comantem mors eum opprimit.* Bernard. *ad Eugen. de consider. l.* 2. *Qui longioræ sibi vitæ metitur tempora, nonne verè ingreditur iter exterminii, transitum vitæ terminos productiori solicitudine? indè est quòd homines in præsentia à se exules per oblivionem, in alia per inanem solicitudinem migrant sæcula, non profuturæ, imò nec futuræ, ac prudens homo longioris vitæ non abducetur incerto.* Vide *infr.* § 32.

Τὸ χρεὼν ἐπιστητὸν | *Festinandum est*: *instat à tergo mors.* Senec. *ad Marc. c.* 10. τὸ χρεὼν, mors, naturæ debitum. Synes. *epist.* 12. οἱ μὲ τὸ χρεὼν ἐφόβησε.

ἔφθασεν. *nisi mors prævenisset.* Vide *lib.* 2. § 4. & *l.* 6. § 30. & *infrà* § 26.

Ἕως ζῇς, ἕως ἔξεστι | Quod Apostolus *ad Galat. c.* 6. *v.* 10. ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθόν. & quod Petronianus ille, sed sensu sequiore; *Ergò vivamus, dum licet esse bene.*

§ 18. Ὅσῳ ἀσχολίαν | imò εὐσχολίαν. ità *infrà* § 24. εὐσχολούντες. & *lib.* 12. § 2. εὐσχολήσειεν Magnam ibi tranquillitatem conciliat, qui aliena dicta, facta, cogitata non attendit. Contrà, ut Rex sapientissimus *Prov. c.* 26. *v.* 17. *Prehendit auribus canem, qui liti alienæ immiscet se.* In ejusmodi ergò homines quadrat diverbium à Zenobio ac Suida relatum, Ἀνδρὶ Λύδῳ πραγμάτια οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἔξωθεν ἐπείλησε. *Lydo negotia cum nulla essent, foras profectus conquisivit.* Vide *ad libr.* 2. § 7. & *l.* 3. § 4.

Ἀλλὰ μόνον τὰ αὐτοῦ ποιῇ | Vide *ad lib.* 2. § 8, 13.

Ἢ χεῖρ τὸν ἀγαθὸν | Xylandro libens accedo, qui pro ἀγαθὸν, Ἀγάθωνα substituit, cujus illud, τὸ μέλαν εἶδος, quod sequitur, fuerit. Annot. Lugd. amplius mutat, vúltque, Ἢ χεῖρ τὸν Ἀγάθωνα. Verùm D. Junius ἀγαθὸν illud retinendum censet: totúmque locum, uti mox dicetur, reconciliat.

Μὴ μέλαν ἦθος ἐπικλίνοιτο | *Non circumspicis nigros mores.* Xyland. *alterum*, nimirum. Meric. ut activo sensu verbum accipiatur. atque ità *l.* 7. § 55. Μὴ ἐπικλίνου ἀλλότρια ἡγεμονικῷ. & *l.* 5. § 3. ἃ νῦν μὴ ἐπικλίνει, ἀλλ' εὐθείαν πάρασχε. Cæterùm D. Voot. mavult ἐπικρίνοιτο legi, ut respondeat τῷ πρέπειν ὄντι, quod mox sequitur. *Ne eorum instar, qui nigris ingeniis sunt præditi, circumagaris, & obliquus ac tortuosus incedas.* D. Junius denique neq; de *Agathone*, neque de *moribus nigris* istic quicquam vult dici. Sic itaque conjecturâ sanè probabili admodum, mutatione haud enormi, locum autumat posse restitui, ut cum præcedentibus cohæreat; ᾗ ὅσιον, ᾗ ἀγαθὸν μὴ χεὶρ τωθάσεως ἐπικλίνοιτο, &c. *ut quod facit, sit justum, & pium, & bonum: neque cum pigritia & segnitie*, sive *quod segnium ac pigrorum est, circumspiciat*; *sed rectà procedat.* Quid si Xylandri lectione ex parte admissâ, sic concinnaveris? ἢ χεὶρ τὸν Ἀγάθωνα μὴ μέλαν ἦθος ἢ. δεῖ δὲ μὴ ἐπικλίνοιτο, &c. Viderint alii.

Ἐπὶ τῆς γραμμῆς | *Quasi ad lineam ductam.* Sic Tertull. *adv. Marc. l.* 4. *c.* 17. *Lineæ insistere*, pro in instituto persistere ac permanere. & *adv. Hermog. c.* 39. *Lineis excidere.* pro, ab instituto & proposito deerrare & divagari. quod à re Geometrica tractum censet Hadr. Jun. *cent.* 6. *adag.* 75. à re Gymnica, Petr. Faber *agonist. l.* 2. *c.* 7. cui potiùs accedo.

Τρέχει ἀρθὸν | Ità *l.* 5. § 12. κατευθύνων ὁρμὰς ζῶντα, τὴν ὀρθότητα τῆς ὁδοῦ συμαίνουσα. quod *l.* 8. § 57. κατ' οὐδὲν φέρεσθαι, & *l.* 10. § 11. ἐκτὸς ἴσως πεφάνεν. Apostolus *ad Galat. c.* 2. *v.* 14. ὀρθοποδοῦσι. sicut Lucas, sed citra metaphoram istiusmodi, *Act. cap.* 16. *v.* 11. & *cap.* 21. *v.* 1. εὐθυδρομήσαμεν.

Μὴ διπρόσωπον | *Non vagum.* Xyland. nunc in hanc partem, nunc in illam procurrentem, & incerto quodam animi æstu jactatum & abreptum, & quasi disjectum. quod in sacris Scripturis occurrit toties, *neque ad dextram neque ad sinistram*, i.e. neutrobique *declinando. Deut. c.* 2. *v.* 27. & *c.* 5. *v.* 32. & *c.* 17. *v.* 11, 20. & *c.* 28. *v.* 14. *Prov. c.* 4. *v.* 25, 26, 27. *Josh. c.* 1. *v.* 7. & *c.* 23. *v.* 6. *Reg. histor. l.* 1. *c.* 6. *v.* 12. & *l.* 2. *c.* 2. *v.* 19, 21. & *l.* 4. *c.* 22. *v.* 2. & *Annal. l.* 2. *c.* 34. *v.* 2. *Esai. c.* 30. *v.* 21. quia πρόσωπον ἐρθὸν præeffloravit. Potest tamen ab oculorum affectione sumptum esse; eâ nimirum, quam Galen. *comment. in Hippocr. prognost.* 1. ἕλκωσιν dici testatur, quando oculi sunt ἀνήκεστοι, ἢ κανύδρωσι διὰ παντὸς. id vitium aliquando initium, aliquando est adventitium. de isto Hippocr. *prænot. Coac.* § 218. πονηρὸν ἢ, τὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς πυκνὰ διαρρίπτειν. hoc est, ὀφθαλμοὺς διπρόσωπους ἔχειν. Et huc alludisse fuerit, si ἀποκλίνοιτο retineatur.

§ 19. Ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἀποσπουδῶν | Retundi meritò digna vanitas illorum, qui de nomine suo propagando & ad posteros transmittendo solicitè satagunt. nec tamen, quam sui sit memoriam relicturus, cùm & in honorem numinis & in bonum publicum conducat, incuriosum prorsus esse quenquam fas est. Optimè Plato *epist.* 2. Ἀσήμους δὲ, ὡς ἔοικε, μέλαν ἥδιον ἢ τὸ λευκὸν χρῶμα ἐπιτηδὲ ἢ πυγχάνουσι κατά πως φύσιν, οἱ μὲν ἀνδροκτονοδίκαιοι ὑπὸ φρονήσεως ἐαυτῶν, οἱ δ' ὅτι ἐπίσταται, πᾶν ποιοῦσες, ὅπως ἂν εἰς τὸν ὕστερον χρόνον τῷ ἀεὶ ὄντι. Verùm ἀσήμους ἀεὶ ἦ, est rei alicui nimiopere addictum esse, ut ad eam quasi attonitus & perculsus consistas, aut saltem pro re eximia & admiratione dignâ habeas: quomodo erga famam posthumam affici, est à ratione omni alienum. Socrates apud Plat. in *Phædone*, σωφροσύνην definit, τὸ μὴ λίαν ὑπεροπτικῶς μὲν ἔχειν πρὸς τὰ χρήματα, ἀλλὰ μετρίως ἔχειν ἢ κοσμίως. *Cupiditatibus non esse vehementius addictum, sed parvi pendere & modestè habere.* Aristot. *hist. animal. lib.* 6. *c.* 18. κτᾶται δὲ τῷ ζῴων κοινὸν, τὸ ἀεὶ τινὶ ὀδυνᾶσθαι ἢ τινὶ ἡδονῇ ἐπιθυμεῖν, τινὶ ἀπὸ τῆς ὀψεως μᾶλλον. Ibid. *l.* 9. *c.* 8. Οὕτω δὲ σφόδρα καὶ οἱ πρόβατοι, καὶ οἱ ὄρνιθες ἐπόλωται περὶ τὴν ὄψιν, ὡς εἰς τὸν ὑπεδίαιτον ἐμπίπτειν, καὶ πολλάκις κατέχουσι διὰ τὰς κεφαλάς. quod Plin. *l.* 10. *c.* 33. vertit, *Rabie quidem tanta feruntur.* quomodo Flacc. *serm. l.* 2. *Sat.* 3.

Insanit veteres statuas Damasippus emendo.

hoc est, ἐπόληται περὶ τὴν ἀνδριαντίαν. Marcus ipse *l.* 1. § 6. μανῆναι περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύματα. *neque rebus istiusmodi addictum esse.*

Ἔσῃ

Ἕκαστος ἥδ' μεμιμῆται | Vide *ad lib.* 2. § 17. & *infra* § 35.

Διὰ ἐπιπολῆων | *Per attonitos inani famâ.* Xyl. ut de gloriam ambientibus dictum sit. non accedo. hunc enim jam rebus humanis exemptum præsumit. Meliùs Cas. *per admirantes.* alius est ὁ περὶ τὴν ὑπερφυΐαν ἐπιπολῶν, *qui de fama posthuma laborat, & circa eam insanit quodammodo.* alii οἱ ἐπιπολῶντες istîc, *qui cum* vitâ jam functum *admirantur, celebrántque quasi cum stupore quodám.* Heraclitus apud Plut. *de leg. Poet.* Βλακὸς ἀνθρώπου ἐστὶ πρὸς λόγῳ ἐπιπολῆς φιλεῖ. quod idem *lib. de audiend.* τῶν θαυμαστικῶν esse ait, *eorum qui nihil non admirari laudibusque efferre solenne habent.*

Τί ἂν τῦτο πρὸς σε; | Senec. *epist.* 77. *Ad nos nihil pertinebit posterorum sermo.* Boeth. *consol. l.* 2. *c.* 7. *Quid est quod ad præcipuos etiam viros, qui virtute gloriam petunt, de fama post resolutum morte suprenâ corpus attineat? nam si, quod nostræ rationes credi vetant, toti moriuntur, nulla est omnino gloria: cùm is, cujus ea esse dicitur, non extet omnino. Sin verò sibi mens bene conscia terreno carcere resoluta, cælum libera petit, nonne omne terrenum negotium spernet, quæ sc, cælo fruens, terrenis gaudet exemptam?* Festivè Iusit in hanc mentem, quisquis fuit, *Anthol. l.* 3. *c.* 6.

Ὄνομά μοι. τί δ' τῦτο; παρεὶς δέ μοι. ἐς τί δ' τῦτο;
Κλεινὸς δ' εἰμὶ γένος. εἰ δὲ ἀφανέστατος;
Ζήσας εὐδόξως, ἔλιπον βίον. Εἰ δὲ ἀδόξως;
Κεῖμαι δ' εὐδαίμων. πῶς πρὸς ταῦτα λέγεις;

Πρὸς τὸν ζῶντα τί ὁ θάνατος; | siquidem, δόξα καὶ ἀδοξία, τῶν ἀδιαφόρων εἰσὶν. ut *supr. l.* 2. § 11. Deinde; ut Aristot. *ethic. l.* 1. *c.* 5. Δοκεῖ ἡ τιμὴ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι, ἢ τῷ τιμωμένῳ. itaque non est οἰκεῖόν τι. Vide *infr.* § 20.

Διὰ οἰκονομίαν τινά | hoc est, ὡς μὴ μόνον πρὸς τὸ, ἀλλὰ καὶ ἀξιόπιστον φαίνῃ, Clem. *pædag. l.* 3. *c.* 11. Itaque Julian. *de viduit. c.* 22. *Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.* Et Aug. nom. *ad fratr. in erem. orat.* 52. *Conscientia nobis necessaria est, fama proximo: qui conscientiâ fidens famam negligit, crudelis est.* Verùm ut nostri mentem meliùs assequamur, dogma Stoicum περὶ δόξης καὶ ἐπαίνου, sive de *fama* & *laude*, penitiùs paulò est introspiciendum. Illi, ut Laert. *l.* 7. in *Zenone*, ἐν τοῖς ἀδιαφόροις, i. e. *in rebus mediis*, quæ nec bonæ nec malæ sunt, ista ponebant: quod & noster facit, *l.* 2. § 11. Verùm ἀδιάφορα illa cùm distinguerent, in τὰ προηγμένα καὶ τὰ ἀποπροηγμένα, in *præposita & rejecta*, ut Cicero vertit: de quibus vide *ad l.* 3. § 11. in *præpositis*, i.e. *quæ æstimationem & pretium aliquod habérent*, ut Senec. *de bene. c.* 22. τὴν εὐδοξίαν habebant. Cùm autem rursus *præposita* sive *præserenda* illa in tres ordines dispescerent, ut quædam *per se præponenda* dicerentur, quædam *propter usum*, quædam *propter utrumq;* τὴν τῆς εὐδοξίας, *de bona fama*, in quo trium istorum ordine ei sedem tribuerent, inter se Stoici dissentiebant. Siquidem, ut Cic. *de finib. l.* 3. § 57. Chrysippus & Diogenes, *Utilitate detractâ, ne digitum quidem ejus causâ porrigendum esse dicebant*, (atque hoc est, quod Marcus hîc dixit, εἰ μὴ δι' οἰκονομίαν τινά) qui autem post eos fuerunt, cùm Carneadem sustinere non possent, *Propter se præpositam & sumendam* esse dixerunt, esseque *hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audiri, à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris*, idque *propter rem ipsam*, non *propter usum*: dicúntque, *ut liberis consultum volumus, etiamsi posthumi futuri sint, propter ipsos; sic futuræ post mortem famæ, tamen esse propter rem, etiam detracto usu, consulendum.* Verùm si cui otium & animus est, adeat Senecæ *epist.* 102. in quâ is de *claritate*, quam à *fama* secernit, utrùm *bonum* sit necne, argutiolis Stoicis adscitis, fusissimè disceptat. Dio quidem Prus. *orat.* 24. Ἐπεὶ τό γε ἐπαινεῖσθαι ὑπ' ἄλλων ὑπὸ ἀνθρώπων, οἷοί πέρ εἰσιν οἱ πολλοὶ, ἢ τὸ διὰ ταῦτα ἐν τοῖς τοιούτοις, ἢ τὸ ἡδέως ζῆν, οὐδὲν ἂν διαφέροι πρὸς εὐδαιμονίαν, τὸ μὲν λέγειν, τὸ δὲ πράττοντας ζῆν. Attamen, ut Galen. *therapeut. l.* 7. *c.* 1. Ὁ γὰρ τοῦ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἔπαινος, εἰς μὲν χρείας πρὸς ὁπωσοῦν ὄργανον εὔκοπον γίγνεται τοῖς ζῶσιν ἀπροαιρέτως ἢ ἡδὺν ὑπνον, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ζώντων ἐστίν. Marcus ipse etiamsi haud multum istud alioqui facere videatur, *l.* 3. § 16. & *infrà* § 51. hac tamen ratione, prout testatur Capitolinus, *Erat famæ suæ curiosissimus: & malè loquentium dictis, vel literis vel sermone respondebat.* Idémque, *Nihil magis timuit & deprecatus est, quàm avaritiæ famam: de quâ se multis epistolis purgat.* Nec silendum hîc Chrysippi illud in *lib. de rhetoric.* Οὕτω ῥᾳδιοδώσειν καὶ πολλαπλάσιον τὸν σπόρον, ὡς ἂν τῷ πλήθει τῆς ἀγαθοῦ, καὶ τῆς δόξης, καὶ τῆς ὑγιείας. Plut. *de Stoic. contradict. c.* 1. dum nimirum ad aliorum rationem captúmque sese accommodat. éstq; ista etiam οἰκονομία τις, ut Marcus hîc loquitur. Vide *ad l.* 11. § 18. Πολλὰ κατ' οἰκονομίαν γίνεται.

Πάρεσι γὰρ καὶ τῶν | Xyl. *Omitte enim naturæ munus huic tempori non conveniens, de quo suo loco erit disserendum.* Verùm ista ex contextûs verbis quâ ratione erui possint non video. Lego itaq; πάρεσι. *omittis enim nunc & amittis*, τὸ φυσικὸν δόσιν, *quod natura tibi concessit.* nimirum, ut quod tui est officii agas, tuâ solius conscientiâ contentus degas, omniáque tua in te pósita habeas. ut *supra* § 3, 8. & *l.* 2. § 11, 13. & *infr.* § 29. sic *infr.* § 32. ἀφέντας ποιεῖν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον ἀναπόδολον, καὶ τούτῳ ἐρηκέναι. & *lib.* 6. § 16. τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον ἀναπόδολον κυνεῖν, καὶ ἴσκειν. Vide *l.* 5. § 36.

Ἄλλο πρὸς ἐχόμενον λέγε λοιπόν. | lego, ἐχόμενον. *dum ab alterius sermone pendes.* nisi si placuerit cum D. Bootio legere; παρέντες, & ἐχόμενα λόγου, *omittimus quod nostrum est, dum alterius rei,*

quæ

quæ ſcil. parum ad nos facit, *rationem habemus*. Senſus utrumvis admiſeris, idem futurus eſt. Cæterum λοιπὸν illud vult idem eſſe novæ periochæ initium; ut legi debeat, Λοιπὸν, πᾶν τὸ καλὸν ὁπωσοῦν καλὸν, &c. *Denique quicquid pulcrum eſt, ità ex ſe pulcrum eſt, ut aliena laus ei nihil adjiciat.* cui libens aſſentior. Siquidem pari modo Marcum bis uſurpâſſe *ſuperius* § 3. deprehendo. quanquam & τὸ λοιπὸν ſatis crebrò etiam ſententiam claudit. Sic Epictet. *l.* 1. *c.* 29. Σιώπα λοιπόν. *Taceto deinceps.* Et Chryſoſt. *in Rom. orat.* 8. Δείξας πόθεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ τοῦτο, καὶ τὸν Δαβὶδ ἐπάγει λοιπόν, &c. Itaque diſtinctionem receptiorem in verſione ſecutus ſum.

§ 20. Πᾶν τὸ — καλὸν ἐξ ἑαυτοῦ καλόν | Itaque Galen. *hortator. c.* 8. Τὸ ἀληθινὸν καλὸν ἀκεραίως ἐξεπίζητει αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ σκοπούμενον ἀπείρων γυμνόθεν. Vide *l.* 6. § 40. & *l.* 9. § 31.

Οὐκ ἔχον μέρος τι ἑαυτῆ τὸν ἔπαινον | Eſt enim ὁ ἔπαινος ἡδὺ ἕξις. ut *ſupr.* § 19.

Οὔτε γὰρ χεῖρον ἢ κρεῖττον τὸ ἐπαινούμενον | Gregor. Naz. *de pace orat.* 3. Ἐμὲ δ' οὐκ ἀμείψασιν οἱ εὐρημένοις, ἢ συσφιγξάσι, ὥσαρ οἱ βορβόρῳ μέρος ἀναμιγνύντες, ἢ μέρῃ βόρβορον, ἢ τὰς ποιότητας τῇ ὑπομιξίᾳ συγχέοντες; ἵνα συγχέωμεν ὡς μεθισταμένας· ἢ πολλὰ ἂν κατέβαλον χρήματα τοῖς ἐπαινέταις. εἰ μὲ βελτίω τοῖς ἐπαίνοις εἰργάζοντο, νικῶ· ἢ οὐχ ὕτω τοῦτο ἔχει, πόθεν; ἀλλ' ὅταρ εἰμὶ, τοῦτο μένω καὶ συσφιγγόμενος καὶ θαυμαζόμενος. Apud Plut. *de adulat.* Bio. Εἰ τὸν ἄγγον ἔμελλεν ἐκκωμάζων εὔροον ποιεῖν καὶ εὔκαρπον, οὐκ ἂν ἀμαρτάνειν ἐδόκει, τοῦτο ποιῶν μᾶλλον ἢ σκάπτων καὶ πρέγματα ἔχων. ὁ τοίνυν ἐπ' ἀνδρὸς ἄτοπος ἂν εἴη ἐπαινῶν, εἰ τοῖς ἐπαινουμένοις ὠφελιμὸς ὄζει καὶ πιθανός. Verùm hoc rejicit, ſubjicitque Plutarch. Ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὸς ὑ μένετας χείρων ἐπαινούμενος ἄνθρωπος ἢ τυφῶσι καὶ ἀπολλύουσι οἱ ψόγοι καὶ παρ' ἀξίαν ἐπαινέσεις. Cæterùm è contrario, *Virtutem laudatam creſcere, & immenſum calcar gloriam habere, nec parvas animo vires addere*; Naſo monuit *Ponti l.* 4. *el.* 2. & *triſt. l.* 5. *el.* 12. Sed hoc eſt, quod Marcus vult, nihil rei cujuſquam bonitati, eo ipſo quod laudatur, vel accedere vel decedere.

Τὸ ἢ δι' ὅλως καλὸν τινος χρείαν ἔχει | Leg. τὸ ἢ δι' ὅντως καλὸν [ὂ] τινος χρείαν ἔχει, ſenſu exigente & contextûs ſerie. nili ſi ἐρωτηματικῶς legere placuerit, τίνος χρείαν ἔχει; *ecquâ re indiget?* Sed illud potius adjecta poſcere videntur. τὸ ὄντως καλὸν Stoicis eſt *virtus* ſola. Vide ad *l.* 2. § 1.

Σμαραγδίον γὰ ἑαυτῷ χεῖρον | Annot. Lugd. negativam hìc ſine cauſſa interſerit, quum oratio etiam in *edit. Lugd.* ſit erotematica. σμαραγδίον autem diminutè dixit, ut & mox, μαχαίριον, λυδρίφιον, ἀνθύλλιον. & *l.* 2. § 2. & *l.* 7. § 3. ὀστάριον. & *infr.* § 41. ψυχάριον. qualia ab Ariſtophane in *Babyloniis* uſurpata Ariſtoteles monet *rhetor. lib.* 3. *c.* 2. χοιρίδιον, ἰματιδάριον, ἀνθρωπάριον, ὑοσπαράτιον. eaque πρὸς τὸ ἔλαττον ποιεῖν, *ad rem* quâ de agitur, *deprimendam* & *elevandam* conducere plurimùm. nec alio ſine uſurpat Marcus noſter. Vide *infr.* § 48.

Εὐροια | Vide *ad l.* 2. § 5.

§ 21. Χωρεῖ ὁ αἰὴρ | indè enim *animam* eſſe tenebant Stoici *l.* 2. § 2. eodémque reverti. *l.* 7. § 50.

Πᾶς ἢ ἡ γῆ | *Et quomodo terra* Xyl. ac ſi quæſtio propoſita continuetur. cùm ſit ſubjectio, & reſponſio, licèt interrogandi formulâ enunciata; quod & Caſ. advertit. q.d. idem de animis in aërem emiſſis ſentias, quod de corporibus terrâ conditis.

Πρὸς τὸ τινα ὑπομεμενηκέναι | *In alium, qualiſcunq; is fuerit, ſubſiſtendi modum.* Caſ. quod neſcio an vocabulum iſtud ferre poſſit. ego Xylandro aſſentior vertenti, *quum aliquandiù in terra delituêre*, vel *permanſêre*. idem enim his verbis de animis, vult dicere, quod de corporibus mox illis, πρὸς ὕστερα ὑπομεμενηκέναι.

Ἐπὶ ποσὸν συμμένουσι | Animam corpore exutam *longævam* quidem, non *æternam* tamen aut *immortalem* prorsùs Stoici ſtatuebant. Laërt. *l.* 7. in *Zenone*: Τὴν ψυχὴν μὴ διαμένειν ὑπολαμβάνειν φθαρτὴν ἢ εἶναι. Cic. Tuſcul. *l.* 1. §. 77. *Stoici vitæ uſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus: diu manſuros (aiunt) animos, ſemper, negant.* Verùm nec hac in parte ſecum invicem conveniebant. Nam, ut Laërt. *ibid.* Κλεάνθης μὲν πάσας ὑπομένειν φησὶ μέχρις ἐκπυρώσεως. Χρύσιππος ἢ τὰς ἡμῶν μόνον. *Cleanthes univerſas ad mundi conflagrationem uſque permanere: Chryſippus, verè ſapientum duntaxat.* Seneca tum ſaltem etiam beatorum animas interituras; *ad Marc. c.* 26. *Nos quoque felices animæ, & æterna ſortitæ, cùm Deo viſum erit iterum iſta moliri, labentibus cunctis, & ipſi parva ruinæ ingentis acceſſio, in antiqua elementa vertemur.* Apud Euſeb. *præpar. l.* 15. *c.* 17. Numenius *de bono l.* 1. (quem cur, *de noſtris*, appellet Lipſius *phyſiolog. Stoic. l.* 3. *c.* 11. Ubi horum pleraque retulit, ego nullus aſſequor) ex Stoicorum ſententia; διαμένειν τὰς ἡμῶν ἀποθανόντων ψυχάς. Et mox: Τὴν ἢ ψυχὴν γλωττὴν τε καὶ φθαρτὴν λέγουσιν· ἐκ ὑδατος ἢ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ὀλίγον χρόνον καὶ ἑαυτήν. τὴν μὲν ἡμῶν ἀνδρῶν, μέχρι τῆς ἐκ πυρὸς ἀναλύσεως ἡμῶν πάντων· τὴν ἢ ἡμῶν ἀφρόνων, πρὸς πόσους τινας χρόνους. Respexit horſum Dionyſius Halicarn. (etiamſi levi culè nimis Lipſius, qui vel hoc argumento Stoæ vindicat, niſi ſi Stoicus ſtatim cenſendus, quiſquis Stoicum dogma aliquod recenſet.) ubi dixit, *antiq. l.* 8. Εἰ ἢ ἀθανάτοις μέχρι τῆς παντὸς τυγχάνουσιν αἱ ψυχαὶ πλεῖστον ἔσαι, καθάπερ οἴονταί τινες, ἢ χρόνον, μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν τινα τοῦ σώματος, ὑπολαμβάνωσι, μίκιστον μὲν οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀνθρώπου, ἁλλάχιστον

ὃ αἱ ἧπ᾽ ἠκῶν, &c. Respexit & Tacitus in *Agricola*, ab eodem adductus; (quem tamen nemo, opinor, Stoicum fuisse suspicabitur) ubi ait; *si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur animæ Magnæ.* Nam quòd, ut Seneca *epist.* 57. *existimabant animam hominis magno pondere extritam, permeare non posse, & statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber.* quod & Statius *Theb. l.* 6. de auri scrutatore montis ruinâ oppresso;

——*latet intus, monte soluto*
Obrutus, ac penitus fractum abductúmque cadaver
Indignantem animam propriis non reddidit astris.

Ridet ac refutat Senec. *ibid. Quemadmodum enim, inquit, flamma non potest opprimi: nam circa id diffugit, quò urgetur: quemadmodum aer verbere aut ictu non læditur; nec scinditur quidem: sic animus, qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi: sed beneficio subtilitatis suæ, per ipsa, quibus affligitur, erumpit.* Servius verò, unde habeat, nescio, quod de Stoicis asserit *ad Æn. l.* 3. docere eos *tam diu durare animam, quamdiu durat & corpus.* ideoque *Ægyptios sapientia peritos, condita diutiùs reservare cadavera,* (quasi scil. à Stoa dogma istud arripuerint) *ut anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia, nec citò ad alia redeat.*

Μεταλλάττειν, ἢ χώνευσιν, ἢ ἐκπύρωσιν | Non ergò usque ad ἐκπύρωσιν, sive *conflagrationem*, ut illi superiùs adductâ, permanere vult Marcus noster: sed *solvi, immutari, refundi, redascendi*, ut aliis succedentibus & subeuntibus quotidie locum faciant: prout de corporibus dixerat in terram resolutis. Atque hoc est fortasse quod Epiphanius voluit, ubi de Stoicis dixit *l.* 1. *hær.* 5. μετασχηματίσεις τε ψυχῶν καὶ μετενσωματώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα γεγενεσθαι σωμάτων, ἢ δ᾽ αὖ πάλιν διαλύσεις καὶ ἀναπαλιν χωνεύσεις. Et ex Epiphanio Joan. Damascen. in *lib. de hæres. Stoici animum de corpore in corpus migrare volunt.* Quo nomine Pythagoreis adjungit Stoicos Lactantius *institut. lib.* 3. *c.* 18. *Eos pereisse animam post mortem Pythagorici & Stoici dixerunt: eâsque non nasci, sed insinuari in corpora, & de aliis in alia migrare.* Ambigit certè Senec. *ep.* 65. *Semel, inquit, hæc mihi videnda sint, an sæpe.* Verùm aliud longè hac in parte Stoicus noster hic, quàm Pythagoras olim censebat. nec consentiunt sibi invicem in Stoicorum dogmate recensendo, aut Epiphanio Lactantius, cùm ille *animas* dicit ἀναπαλιν χωνεύεσθαι; iste, non *nasci*, sed *insinuari* duntaxat; aut etiam sibiipsi Epiphanius, in eo quod subjungit; μέσος ὁ θεὸς καὶ ἀδιαίρετον τοῖς ψυχαῖς ἡγοῦνται· quomodo enim *immortalem* statuunt, quam *nasci sæpiùs* consendunt? Utrumq; verò Stoicis falsò tributum ab Epiphanio asserit Dionys. Petav. Habent tamen aliquid Stoici dogmati Pythagorico affine, quòd ex animarum materia, quasi conflata & recocta novas procudi & produci statuunt. Verùm hac ratione, non magis *animæ* quàm *corpori immortalitatem* asserunt, non minùs *animæ* quàm *corpori corruptionem* & *mortalitatem* adscribunt. Atque hâc ratione forsan accipi voluit, quod, referente Luciano, Demonax Cynicus, interroganti, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή, respondit, Ἀθάνατος, ἀλλ᾽ ὡς πάσα. Vide *l.* 8. § 18. Tale quid & Oraculum apud Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 4. de Animis;

Ἄλλος ἀπ᾽ ἄλλου γενόμενος, ἀεὶ ἀναπλάσσει,
Ψυχὰς γενέσθαι φύσεως ἀφραδέσιν γαμοῖς.
Ex alio tamen est alius, semperque novatur,
Naturæ insinuans sese genitalibus arvis. Grot.

Servius interim, loco superiùs recensito, *Stoici* ait *medium viam secutos, cum Plato animam perpetuam dixerit, & ad diversa corpora transitum fugere statim pro meritis vitæ prioris: Pythagoras verò, non metempsychosin, sed παλιγγενεσίαν esse dicat, hoc est, redire, sed post tempus.*

Ἐπισυνίστασθαι | *Connectuntur.* Xyland. perperam. Verto, *accenduntur*, vel *succenduntur.* Senec. pariter *epist.* 54. *Nos quoque, & accendimur, & extinguimur.* Alludit est ad eorum dogma, qui *animam* ignem statuebant. In quo censu cum aliis haud pauci & Stoici. Plut. *de Philos. placit. l.* 4. *c.* 3. *de Animæ natura:* Οἱ ἀπὸ Ἀναξαγόρου διαφερόντως εἶπαν. οἱ Στωϊκοὶ πυῶδες διαιρεῖ. Διαιρετὸς πυρώδης οὐσίαν. Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 46. Ἀναξαγόρας, Ἀναξιμένης, Ἀρχέλαος, Διογένης, διαφερόντως. Οἱ Στωϊκοὶ, πνεῦμα νοερὸν, θερμόν. Παρμενίδης ὁ καὶ Πλάτων, πυρώδη. Διαιρετὸς, πυρώδες οὐσίαν. Λεύκιππος, ἐκ πυρὸς ἢ). Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης, ἐξ ἀέρος. Ἵππασος ἐξ ὕδατος. quo loco pro Πλάτωνος leg. Ἵππασος. Sic enim Theodoret. *therapeut. lib.* 5. Ἀναξιμένης καὶ Ἀναξιμανδρος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Ἀρχέλαος, ἀέρα τὴν ψυχὴν τοῦ κόσμου εἰρήκασιν· οἱ Ν.α Στωϊκοὶ, πνεῦμα νοερὸν, μόνον κατέχουσι τὸ θερμόν. Παρμενίδης ὁ καὶ Ἵππασος καὶ Ἡράκλειτος πυρώδη· ὁ δὲ Ἡρακλείδης φαντασίαν. Ἐπίκουρος δὲ τεσσάρων τῶν στοιχείων πεῦμα, πυρώδες καὶ ἀερῶδες καὶ ὑγρὸν καὶ τέταρτον τοῦτο ἀνώνυμον· ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς, μίγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους ἕξεως. Κριτόλαος, ἐξ ἀπάντων καὶ ἐξ ὑγροῦ. De Democr. etiam Aristot. *de anim. l.* 1. *c.* 2. πῦρ ἢ καὶ θερμὸν φασιν αὐτὴν εἶναι. Tertull. *de anima c.* 5. *Animam effingunt Hipparchus & Heraclitus, ex igni; Hippon & Thales, ex aqua; Empedocles & Critias, ex sanguine; Epicurus, ex atomis; Critolaus & Peripatetici ejus, ex quinta nescio qua substantia: Stoici, pene mobilcum, spiritum prædicant;* verùm hunc igneum. Apud Laërt. *l.* 7. Zeno & Posidonius, Πνεῦμα νοερὸν εἶναι πῦρ τεχνικὸν. Galen. *de anim. seq. corp. temperat. cap.* 4. Stoicis animam esse κρᾶσιν ἐκ συμμετρίας χυμῶν καὶ ἀερώδους καὶ πυρώδους. Cicer. *Tuscul. lib.* 1. *Zenoni Stoico animus ignis videtur.* Et *de natur. Deor.*

Deor. l. 3. Omnia Stoici ſolent ad igneam naturam referre; Heraclitum, opinor, ſecuti. Et mox: *Dicunt omnem vim eſſe ignem. itaque & animantes cùm calor defecerit, interire: & in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat.* Ità Chryſippus *de provid. l. 1.* Διόλου μὲν γὰρ ὢν ὁ κόσμος πυρώδης, εὐδὺς καὶ ψυχὴ ἔστιν ἑαυτῷ καὶ ἡγεμονικόν. Idemque de Sole pariter, quem ἔμψυχον καὶ νοερὸν, aſtriſque, quæ etiam *animata* cenſebat, *de natur. l. 3.* Οἱ δ' ἀστέρες ἐκ διαδόσεως μὲν τῆς ἡλίου ἀναπίμπλανται. Quem idcirco hoc nomine exagitat Plut. *de Stoic. contrad. c. 38.* & *de commun. notit. c. 41.* quod cùm *animam* ſtatuat τῇ ἀναψύξει καὶ πυκνώσει, ὅ ἐστι ψυχρώσει τινί, hoc eſt, *infrigidatione, & condenſatione, ferri inſtar, quod obfirmandi cauſsâ, candens etiamnum, aquâ tingitur, produci*; unde & ψυχρὸν πυρὸς τῷ ψύξει dictam. (vide *ad l. 12. § 24.*) idem tamen, ὅταν ἐκπύρωσις γένηται, διόλου ζῆν καὶ ζῷον εἶναι, *tunc vivere cuncta atque animari dicat, cum ignitio quaſi quædam obvenerit*; itaq; ποτὲ μὲν τῷ ἀναπτῆναι, ποτὲ δὲ τῷ ἀναψύξει, ἀρχὴν ἐμψυχίας ποιεῖν, *nunc infrigidationem, nunc accenſionem principium animationis conſtituere.* cúmque animam, quàm πῦρ νοερὸν, i. e. *ignem intelligibilem* definit, ἀναψύξει τινὶ produci velit; torqueri poſſe in Chryſippum, quod Cleanthes olim reſpondit, narranti cuidam, vidiſſe ſe ἐγχέλεις ἐν ὕδατι θερμῷ ζώσας, *anguillas quæ in aqua calida degerent*; ὑπὸν ἐν ψυχρῷ αὐτὰς ἑψήσομεν. *In frigida igitur coquemus eas.* Sed & Porphyr. *ad Boethium de anima*, apud Euſeb. *præpar. l. 15. c. 8.* Πῶς δὲ ἐκ ἀϊδιότητος γέγονεν, ἢ πνεῦμά τινες ἔχειν αὐτὸν ἀποδιδοῦσι, ἢ πῦρ νοερὸν, τῇ ἀναψύξει καὶ οἷς βαφῇ τῆς οὐσίας ἀναφθὲν, ἢ σωμάτιν; Verùm de ignea animæ natura Stoicis conſentiunt, Phurnutus, an Cornutus, *de Deis c. 3.* Καὶ δὴ αἱ ἡμετέραι ψυχαὶ πῦρ εἰσι. Varro *de ling lat. lib. 4. Ignis à naſcendo, quòd hinc naſcitur omne: & quòd naſcitur, igneſcit; ideò calet: ut qui denaſcitur, ignem amittit, ac frigeſcit.* Et ibid.

Ova parire ſolet genu' pennis condecoratum;
non animas, ut ait Ennius.
Indè venit, pullis divinitus inſinuans ſe,
Ipſa anima: ———

ſive, ut Zeno Citticus, animalium ſemen ignis, qui anima & mens; qui calor è cælo, quia hìc innumerabiles & immortales ignes. Itaque Epicharmus Ennii de mente humana dicit;

Iſtic eſt de Sole ſumptus ignis, iſque mentis eſt.

Sic enim Scaliger reſtituit. Idemque Ennius in *Epicharmo* à Priſciano *l. 6.* prolatus:

Terra corpus eſt; at mentis ignis eſt.

Virgilius *Æn. l. 6.*

Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.

E noſtris etiam Lactant. *de opific. Dei c. 8. eo* (*capite* ſcil.) *mens, & ignis ille divinus, tanquam cælo, tegitur.* Cùm autem anima ignis haberetur, quo accenſo homines vivere, extincto emori neceſſe exiſteret; enatum eſt hinc delirium illud, de quo Servius *ad Æn. l. 1. Grave* nimirum *eſſe, perire naufragio, quia anima eſt ignea, & perire videtur in mari.* id quod tangit etiam Syneſius in *epiſt. 3.* digitum ſimul intendens ad dictum quoddam Homericum, quod huc trahi ſolebat; *Odyſſ. δ'. v. 511.*

Αἴας δ' ὀξαπόλοιτο, ἐπεὶ πάρ ἅλμυρὸν ὕδωρ.
Ajax diſperiit, poſtquam bibit æquoris undam.

Εἰς τὸν περὶ ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβάνει | Laert. *l. 7.* in *Zenone*; de Stoicis agens: Δοκεῖ δ' αὐτοῖς τῷ ψυχῷ αἰσθητικῷ εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα· φθαρτὸν δ' εἶναι· τῷ δὲ περὶ ὅλων ἄφθαρτον, ὡς μέρη ὄντα τοῦ ἐν τοῖς ζώοις. Quid clarius? Hinc tamen *immortalem eſſe animam* concludebat Pythagoras, referente Laertio *lib. 8.* Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα τοῦ αἰθέρος· —— ἀθάνατόν τε εἶναι αὐτὴν ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐστι. Numenius *de bono l. 1.* Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ὅλῳ φασὶν, ὃ κοσμοῦσαν αἰσθέσθαι· —— τὰς δὲ λοιπὰς ἀναπνοὰς ταύτην. Et mox: Ἔνιοι δὲ τὴν μὲν τοῦ ὅλου εἶδλον, τὰς δὲ λοιπὰς συμμίγνυσθαι διὰ τελευτῆς εἰς ἐκείνην. Videmus hìc, quis ſit ille λόγος σπερματικὸς, de quo iſtìc, & *ſupr.* § 14. & denuò *l. 6.* § 24. Unam ſcil. animam communem & univerſalem ſomniabant Stoici, unde reliquæ omnes eſſent quaſi deciſæ ſive quæ reliquarum omnium fons quidam exiſteret; in quem etiam denuò quaſi refunderentur. Vide *ſupra* § 4. *infr.* § 23. & 34. & *l. 9.* § 7. Verùm Mercurius Ægyptius, referente Tertulliano *de anim. c. 33.* dicit, *animam digreſſam à corpore non refundi in animam univerſi, ſed manere determinatam.*

Ταῖς ἐπισυναγομέναις | *Adventantibus.* Xyl. *inſuper excipiendis*, atque intra ſedem eandem recipiendis. Sed quoquo modo verteris, legendum videtur, ἐπισυναγαγομέναις. nam Caſ. dum vulgatam ſequitur ſcripturam, Marci mentem minus cepit. Parmendum apud Tatianum *adv. Græc. c. 29.* animadvertere licet. Πῶς ὅλη κλόνον ἐπισυναγαγεῖν τινὶ εἰς τοῦ μιμήσεως βοήθειαν, ἢ μὴ τῷ ὄντι; leg. ἐπισυναγαγεῖν. iterata litera ſcriptorem minùs cautum fugerat. Quod autem de animabus Marcus, idem de hominibus pariter Epictet. *l. 3. c. 26.* Ἔξεστι δὲ ἄλλοις τόποι. δεῖ γὰρ ἄδειν καὶ ἄλλως, καὶ ἐπὶ τῆς καὶ σὺ ἐγγύς, καὶ ἡμιόνους ἔχειν χάλεσαι, καὶ οἰκέτους, καὶ τὰ ὁπωσδήποτε. ἐὰν δ' οἱ ἐπιτυχόντες μὴ ὑπακούσωσι, τί ἐπαναλείπεται; Ἐφ' ὑπονοίαν τῆς τῶν ψυχῶν διαιθέσεως | Nihil itaque certi hìc ſtatuit Marcus. Sed & ambiguè paſſim loquitur. *l. 3. § 3.* εἰ μὲν εἰς ἔπειτα βίον. & *lib. 6. § 24.* ἢ τὸ ἐλληθισμὸς εἰς τὸν τοῦ κόσμου σπερματικὸν λόγον, ἢ διαπεδόθησαν εἰς τὸν ἀτόμους. & *l. 7. § 32.* ἢ τὸ σβέσις ἢ μετάστασις. quibus gemina habet, & *l. 7. § 50.* & *l. 8. § 25, 58.* & *l. 10. § 7.* Nec aliter Seneca, qui veſtigium quâ ſi-

gat

gat, incertum planè se prodit; nunc in hanc partem, nunc in alteram inclinans, prout argumenti, in quo versabatur, ratio trahere aut propellere videbatur. Polybium de fratre defuncto compellans, *c.* 28. *Nè inviderís fratri tuo: quiescit tandem tutus, tandem æternus est. fruitur nunc aperto & libero cælo: ex humili & depresso in eum emicuit locum, quisquis ille est, qui solutas vinculis animas beato recipit sinu. Erras: frater tuus non perdidit lucem, sed securiorem sortitus est. non reliquit ille nos, sed antecessit.* Helviam matrem de filii exilio mœrore plenam refocillans; *c.* 17. *Qualem me cogites, accipe. lætum ac alacrem, velut optimis rebus. Sunt autem optimæ, quum animus — ad summa prorumpit, & pulcherrimo divinorum spectaculo fruitur, æternitatisque suæ memor, in omne quod fuit, futuróque est omnibus seculis, vadit.* Marciæ de filii excessu dejectæ animum erigens *c.* 25. *Non est quòd ad sepulchrum filii tui curras. pessima ejus, & ipsi molestissima istic jacent, ossa cineresque: non magis illius partes, quàm vestes, aliáque tegumenta corporum. Integer ille, nihilque in terris relinquens, fugit, & totus excessit: paulúmque supra nos commoratus, dum expurgatur, & inhærentia vitia sitúmque omnem mortalis ævi excutit; deinde ad excelsa sublatus, inter felices currit animas; excipitque illum cætus sacer, Scipiones, Catonésque, utique contemptores vitæ, & mortis beneficio liberi.* & quæ sequuntur. Lucilio itidem ubi animum vult addere, & adversùs mortis formidinem confirmare, *epist.* 102. *Cùm venerit dies ille, qui mixtum hoc divini humanique secernat, corpus hoc ubi inveni, relinquam: ipse me diis reddam. nec nunc sine illis sum, sed gravi terrenóque detineor. per has mortalis ævi moras, illi meliori vitæ longioríque proluditur. quemadmodum novem mensibus nos tenet maternus uterus, & præparat, non sibi, sed illi loco in quem videmur emitti, jam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spatium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ sumimur partem. alia vrigo nos expectat, alius rerum status. nondum culum nisi ex intervallo pati possumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori. Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. Depone onus. quid cunctaris, quasi non priùs quoq; relicto, in quo latebas, corpore exieris? Hæres, & reluctaris. tum quoque magno ruitu matris expulsus es. gemis, ploras. & hoc ipsum flere, nascentis est. sed tunc debebat ignoscí. rudis & imperitus omnium veneras: ex materno visceruni calido mollique fomento, afflavit aura liberior. Nunc tibi non est novum separari ab eo, cujus antè pars fueris. æquo animo membra jam supervacua dimitte; & istud corpus inhabitatum diu pone. scindetur, obruetur, abolebitur. quid contristaris? ità solet fieri. pereunt semper velamenta nascentium. quid ista sit diligis, quasi tua? istis opertus es, veniet, qui te revelet, dies, & ex contubernio fœdi atque olidi ventris educat. Hinc nunc quoque tu, quantùm potes, subvola: jam hinc altius aliquid sublimiúsque meditare. Aliquando naturæ tibi arcana retegentur: discutietur ista caligo; & lux undique clara percutiet. tunc in tenebris vixisse dices, cùm totam lucem totus aspexeris: quam nunc per angustissimas oculorum vias obscurè intueris, & tamen admiraris tam procul. quid tibi videbitur divina lux, cùm illam suo loco videris? hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere finit, nihil humile, æternitatem proponere.* Vides, quàm magnanimè, quàm magnificè se effert, dum mulierculis solamina adhibet: dum Lucilium suum altiùs erigere conatur: dum Tyranni liberto fœdissimè adulatur: ὡς χαίρεις ἀνεξαιρέτως ἀναμαρτήτως de istis pronunciat. Verùm, ut idem ille *epist.* 82. *Magna hæc verba excidunt, cùm mors propiùs accessit.* Vis igitur, quibus animam jam agens, rationibus ac cogitationibus ipse se suffulciebat: & (si Lucretio saltem fidem adhibemus, qui de morti propinquis cecinit *l.* 3.

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, & eripitur persona, manet res.)

Quid reverà Seneca ipse hac in parte senserit? Audi Lucilium suum alibi sic alloquentem, *ep.* 54. *Uni morbo quasi assignatus sum. satis apte dici suspirium potest. nullum mihi videtur molestius. aliud enim quicquid est, ægrotare est. hoc est animam agere. itaq; medici hanc, meditationem mortis vocant. faciet aliquando spiritus ille, quod sæpe conatus est. Ego verò & in ipsa suffocatione non desii cogitationibus lætis ac fortibus acquiescere. Quid hoc est? inquam. tam sæpe mors experitur me? faciat. at ego illam diu expertus sum. Quando? inquis. antequam nascerer. Mors est, non esse. id, quod antè fuit: sed quale sit, jam scio.* (ità sunt distinguenda, quæ in excusis, serie continuatâ, sensu nullo bono, leguntur) *hoc erit post me, quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est & fuisse antequam prodiremus in lucem: atqui nullam sensimus tunc vexationem. Rogo, non stultissimum dicas, si quis existimet lucernæ pejus esse cùm extincta est, quàm antequam accenderetur? nos quoque accendimur, & extinguimur: medio illo tempore aliquid patimur: utrinque verò alta securitas est.* Libet illud Tragici ex Phœnissis hîc usurpare,

Ὀδὰ Οἰδίπους πῶ ἢ τὰ πλεῖν' αἰνίγματα;

& Homericum illud *Odyss.* ω. *v.* 181.

Ἄλλος μοι, ξεῖν', ἦσθ' ὅτε πρῶτον νέον, ἠδὲ μεσηγύ.

quantùm enim Seneca iste ab illo mutatus; qui de *animæ immortalitate* tam erectè, tam elatè differebat; tam disertè, tam clarè, tam fidenter pronunciabat? Etenim quid ista sunt aliud quàm quod Euripides *Troad.*

Τὸ μὴ γεγένθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω.

Non esse natum, & mortuum esse, idem puto.

Quod Lucretius *l.* 3.

Respice item, quàm nil ad nos anteacta vetustas
Temporis æterni fuerit, quàm nascimur, antè.

Hoc

Hoc igitur ſpeculum nobis natura futuri
Temporis exponit poſt mortem denique noſtram.

quod Plinius *hiſt. nat. l. 7. c. 55. Omnibus à ſupremo die eadem, quæ ante primum: nec magis à morte ſenſus ullus, aut corpori, aut animæ, quàm ante natalem.* quod ipſi denique in eadem *ad Marciam conſolatione* excidit, *c. 19. Mors nos in eadem tranquillitate, in qua antequam naſceremur jacuimus, reponit.* Itaque paſſim fluctuabundus, anceps, ambiguus. *epiſt. 63. Fortaſſe; ſi modò ſapientum vera fama eſt, receptique nos locus alius; quem putamus periiſſe, præmiſſus eſt.* Et *epiſt. 76. Si modo ſolutæ corporibus animæ manent, felicior illis ſtatus reſtat, quàm eſt dum verſantur in corpore.* Idem *epiſt. 117. Cùm de animorum æternitate diſſerimus, non leve momentum apud nos habet conſenſus hominum, aut timentium inferos, aut colentium.* Verùm iſta ipſe rejicit, ridet, pro fabulis habet, *epiſt. 82.* & *ad Marc. c. 19.* Imò ſomnii fermè loco ponit dogma hoc ipſum, ſive ὄναρ-ψυ potiùs. Ità enim *epiſt. 102. Quomodo moleſtus eſt jucundum ſomnium videnti, qui excitat: aufert enim voluptatem, etiamſi falſam, effectum tamen veræ habentem: ſic epiſtola tua mihi fecit injuriam. revocavit enim me cogitationi aptæ traditum, & iturum, ſi licuiſſet, ulteriùs. Juvabat de æternitate animarum quærere; imò meherculè credere. credebam enim facilè opinionibus magnorum virorum, rem gratiſſimam promittentium magis quàm probantium. dabam me ſpei tantæ. —— ſubitò experrectus ſum.* Ità & à Stoicis ſuis ſecedit Seneca, dum *non probatis*, utl ipſe cenſet, *aſſentitur temerè*, tum & ad Scepticos inclinat, dum in quo inſiſtat, *nihil certi* habere profitetur. Quid divinus ille Plato, aut Socrates potiùs, quo nemo in hoc negotio aut fortiùs aut fidentiùs aut efficaciùs etiam verſatus videtur? Diſſertationem ſcil. uberrimam ſpecioſiſſimámque in *Phædone* aggreſſurus his verbis præfatur: Ὡς κινδυνεύω ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι οὐκ αὐτῶν τούτων ἕνεκα φιλοσόφως ἔχειν, ἀλλ' ὤσπερ οἱ πάνυ ἀπαίδευτοι, φιλονεικῶς· καὶ γὰρ ἐνθυμοῦμαι ὅταν σκέπτωμαι περὶ τοῦ ἀμφισβητοῦσιν, ὅτι μοι ἔρχεται σκοπεῖν ὧν ἂν ὁ λόγος ᾖ, ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσειν, ὅπως ἂν αὐτοὶ ἄριστα δόξειεν τοῖς παροῦσι, τοῦτο παρασκευάσασθαι. καὶ ἐγώ μοι δοκῶ ἐν τῷ παρόντι τοσοῦτον μόνον ἐκείνων διοίσειν. ὅ γὰρ ὅπως τοῖς παροῦσιν ἃ ἐγὼ λέγω δόξει ἀληθῆ εἶναι παρασκευάσομαι, εἰ μὴ εἰη πάρεργον, ἀλλ' ὅπως αὐτῷ ἐμοὶ ὅτι μάλιστα δόξει, ἆρα ἔχειν· λογίζομαι γάρ, ὦ φίλε ἑταῖρε, (καὶ θέασαι ὡς πλεονεκτικῶς) οἱ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ ἐγὼ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ παραθέσθαι. οἱ δ' ἴσασιν ὅτι τελευτήσαντι μὲν οὐκέτ' ἐν τούτῳ γε τῷ χρόνῳ αὐτὸν τὸν περὶ θανάτου ἥδιον τοῖς παροῦσιν ἀναδῆς ἔσομαι διαλεγόμενος· ἢ δ' ἄγχοιά μοι αὖτη ἡ ξυμβασιλεῖ (κακὸν γὰρ ἂν ἦν) ἀλλ' ἀλίγον ὕστερον ἔσεσθαι. Quid illa ejuſdem in *apologia* extrema? Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις· ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἕρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ. *Sed tempus eſt jam hinc abire, me, ut moriar, vos, ut vitam agatis: utrum autem ſit melius, Dii immortales ſciunt; hominem quidem ſcire arbitror neminem.* Cicer. *Tuſc. l. 1.* qui & ipſe in hoc argumento *probabilia tantùm conjecturâ ſequi* ſe profitetur, *cùm ultrà quò progrediatur, quàm ut veriſimilia dicat non habeat; certa dicturos, qui & percipi ea poſſe dicunt, & ſe ſapientes eſſe profitentur.* Quò faciunt & quæ loco ſuprà dicto Socrates ille idem paulò antè poſuerat: Τὸ γάρ τοι θάνατον δεδιέναι, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι μὴ ὄντα. δοκεῖν γὰρ οἴεσθαι ἐστὶν ἃ οὐκ οἶσθα· οἶδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον, &c. Diſſertationem deniq; de argumento hoc ſuam, his tandem verbis (quod & Lactantio, *Inſtitut. l. 7. c. 8.* obſervatum) concludit, *Harum ſententiarum quæ vera ſit, Deus aliquis viderit.* quid ſunt autem, inquam, hæc omnia, niſi ignorantiæ hac in re propriæ ingenua confeſſio, claram ſatìs & illorum perſtrictionem in ſe continens, qui certi aliquid de ea ſtatuerent? Nec ſunt aliuſmodi, quæ in Phædone Magnus idem ille de ſe, ad ſuos; Νῦν δ' ἴσως, ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην. ubi & de ſtatu animæ poſt mortem diſſertationem illam prolixam ſic claudit: Κομψὸν τὸ ἄθλον, καὶ ἡ ἐλπὶς μεγάλη. τὸ μὲν δὴ τοῦτο διϊσχυρίζεσθαι ὅτως ἔχειν ὡς ἐγὼ διελήλυθα, ἃ σκέπτει νῦν ἕκαστα ἀνδρεῖον. ὅτι μέντοι τι ἢ ταῦτ' ἔχει, ἢ τοιαῦτ' ἄττα, ἐπεὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ τὰς οἰκήσεις, ἐπεὶ περ ἀθανάτου γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα, εὖ τοῦτο καὶ σκέπτεσθαι μοι δοκεῖ, καὶ ἄξιον κινδυνεῦσαι οἰομένῳ ὅτως ἔχειν. καλὸς γὰρ ὁ κίνδυνος. Sunt enim utique & hæc, prout priora illa, optantis ſperantiſq; potiùs, quàm ſpondentis ſtatuentiſve, vera eſſe quæ opinatur: & in minore damno ponentis, etiamſi falſa autumet. Scitè proinde Tert. de anim. *c. 1. Adeò omnis illa tunc ſapientia Socratis, de induſtria venerat conſultæ æquanimitatis, non de fiducia compertæ veritatis.* Ità ſummi illi philoſophi, ſapientiæ nomine turgidi, animæ æternitatem vitámq; futuram, *fide dimidiatâ*, ut Minutius loquitur, credebant, & quaſi per nebulam iſta intuebantur; conjecturis meris atq; humanis ſuſpicionibus nitentes. At nos Chriſtiani λόγον βεβαιότερον, cui inſiſtamus, habemus, ut Petrus *ep. 2. c. 1. v. 19.* quibus *non caro & ſanguis*, ſed *Deus Pater, qui in cœlis eſt*, Matth. *c. 16. v. 17.* & *filius*, qui *in ſinu patris exiſtit*, Joan. *c. 1. v. 18.* & ſpiritus, qui τὰ βάθη τοῦ θεοῦ *ſcrutatur ad* Cor. *ep. 1. c. 2. v. 10.* ea liquidò patefecerunt. Quo nomine nobis virtutis, veritatis, fidei, pietatis, ſanctitatis ſanctè colendi neceſſitas major incumbit; qui iſtarum præmia, fide certâ ſubnixi, ſpiramus. *Rom. c. 8. v. 24, 25.* & *Hebr. c. 11. v. 1.* nec *ſpes* nobis *incerti*, ut illis, quod *Senec. ep. 10.* Sed certiſſimi *nomen eſt boni. Rom. c. 5. v. 5.* Præſertim cum illi, præmiorum iſtorum

Horum incerti, istis tamen etiam ad mortem usq; laborandum atque inhærendum censuerint.

Θάπτεται ἐν τοῖς προφυλῶν σώμασι | Allusisse videtur huc in dogmate Pythagorico explicando Ovidius *Metamorph. l.* 15. *v.* 84.

Heu, quantum scelus est in viscere viscera condi;
Congestóque avidum pinguescere corpore corpus?

Clariùs de Metio Suffetio Ennius *annal. l.* 2. apud Prisc. *l.* 6.

Vulturis in sylvis miserum mandebat hemonem.
Heu, quàm crudeli condebat membra sepulcro?

Lucret. *lib.* 5. de homine à feris discerpto ac depasto;

Pabula viva feris præbebat dentibus haustus,
Viva videns vivo sepeliri viscera busto.

Attius Atreo, apud Ciceron. *Offic. l.* 1.

Natis sepulcrum est ipse parens.

Naso de Tereo *Metamorph. l.* 6.

Flet modo, sequè vocat bustum miserabile nati.

Lycophron de Pelope:

Οὗ πάντων ἐν γαμφαῖσιν ἑνὸς πατὴρ
Ἑαυτὸν ἐσυνὸς δυοῖν ξιφοβρεῖς,
Ἄσαρκα μυελὸν ἐν μέδοισιν τάφῳ,
Τὸν ὠλενίτην χόνδρον ἐνδιαιμώσῃ.

Cujúsque avum quondam in molaribus suis
Hercynna Educa, quæ gerit secessitam,
Fartim minutal frendicans, tumulo indidit,
Humeri vorax epulata cartilaginem. Scal.

Idem de cadaveribus à feris dilaniatis & devoratis:

Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοῖσι τυμβεύσασται,
Βρωθεὶς πολυσήροισι κημπίων γάθοις
Νήεσμος ἰσμὸς. ——

Nam plurimarum ventre funerabitur
Serratidentum fauce camparum abditum
Examen ingens. ——

Et de Saturno:

Τύμβῳ γηγὼς κίνταυρος ὠμόφρων σπορᾶς.

Prolis sepulcrum triste semiferus suæ. Jos. Scal.

De se Ignat. *ad Roman.* κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλίπωσι ἀπὸ τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς, βαρύς τινι ὑπάρξω. Val. Max. de Artemisia *lib.* 4. *c.* 6. *Quid de illo inclyto tumulo loquare, cùm ipsa Mausoli vivum ac spirans sepulchrum fieri concupierit, eorum testimonio, qui eam extincti ossa potione asperså bibisse tradunt?* Apul. *fab. Miles. l.* 5. *At hìc jam tua est existimatio, utrùm sororibus pro tuâ cara salute solicitis adsentiri velis, & declinatâ morte nobiscum secura periculi vivere, an sævissimæ bestiæ sepeliri visceribus.* Quintilian. *declamat.* 12. *Æstuant adhuc intra pectus sepulta ventribus nostris cognata viscera.* Nicol. Clemang. *epist.* 33. *Patre in Scropharum alvis impiissimâ crudelitate sepulto.* Neotericus innominatus;

Alit cadaver alites, alit feras:
Virum sepulcrum mortuo sic obtigit.

Prout & Andreas Cæsar *in Apocal. c.* 16. A canibus devoratos, *canum ventres vivæ sepulcra sortitos.* Quod Τεκμαίρεται ταφῷ, Diogenes dixit. Stob. *tom.* 2. *tit.* 123. eò quòd Hyrcanis id solenne in propinquis suis; qui & eo fine canes alebant, quos κυσὶν ἐνταφίους nuncupabant. Ex Onesicrito Strabo *geogr. l.* 11. Hàc ratione γύπες, ἔμψυχοι τάφοι Gorgiæ dicti: quem eo nomine perstringit Hermogen. *de ideis l.* 1. *c.* 5. & Dionys. Longin. *de sublim.* Venter item τάφος καὶ τάφρος, non *bustum* aut *sepulcrum* tantùm, ut suprà, sed *Orcus* & *Tartarus* Plut. *Consol.* Τῷ γὰρ ὄντι τοῦτό ἐστι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡμῖν, καὶ ὁ πάρεργος, ὡς ἐν Ἅιδου, δεινῶν τινων βδυμάτων, καὶ πυδιμάλου ὑμῶ καὶ πυρὸς συμπεφυρμένου, καὶ νεκρῶν σκύβαλος. *Ciborum conditura, & impietatis.* Idem *de esu carn. orat.* 1. Ἡμεῖς γ' ἔτως ἐν τῷ μαφόντῳ τεθῶμεν, ὥστε ὅλον τὸ κρέας συσταφῆναι ἡμῖν, ἵνα ὅλων σοὶς αὐτὸ τὸ ὅλον λάβωμεν, ἀναπλησώντες ἔλαιον, οἶνον, μέλι, γάρον, ὄξος ἡδύσμασι Συβαικοῖς, Λευκικοῖς, ὥσπερ ὄντας νεκροὺς ἐνταφιάζοντες. Et Porphyr. *de abstinent. l.* 2. Ἦπου γε ὁ τῆς παιδὸς ἰατρὸς, αὐτὸς τάφος γίγνεται νεκρῶν σωμάτων ἀναπλήσει; Ità denique de Jona à balena absorpto Basil. Seleuc. *orat.* 12. ὧδε Ἰωνᾶς ἐν ζάνῃ τάφῳ φερόμενος, μνῆμα ἔχων οἰκεῖον δεσμωτήριον, ἐγκατάκλειστον φάρυγξι θανάτου χθόνιον οἰκίαν, νεκρῶν παντοχεῖον, ὃ ζώντων οἰκῶν χαλεπὸν θανάτου μητέρα.

Καὶ ὅμως Νέχεται ἡ χθὼν αὐτῷ | Forsan αὐτὸ, ut de *ventre* intelligatur: alioqui de terra sumendum fuerit. De *ventre* autem festivè Diphilus in *Parasito* apud Athen. *l.* 6.

—— παλαιπωρεῖται δὲν ὅτι γὰρ
Τῆς γαστρὸς, εἰς ἣν πρῶτον ἂν πάντ' ἐμβάλοις,
Ἀλλ' οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον. ἐν πήρᾳ φέρεις
Ἄρτους ἐν, ἀλλ' ὃ ζωμὸν, ἢ διαφθερεῖς·
Εἰς ἀσκίδα μὴ ζῶμα ἐμβαλεῖς, ἀλλ' ὃ φακῆν·
Οἰνάριον εἰς λήκυθον, ἀλλ' ὃ πρόχουν.
Εἰς τὴν θυεῖς ἐγχέλυν ἢ πώτην εἰσφορεῖς
Τὰ πάνθ' ἑαυτοῖς ὕδατ' ὁμολογούμενα.

—— *nam certè ventre nihil est miserius:*
In illum cuncta conjicis: at in vas aliud
Idem non licebit: panem fers in mantica,
Jus non fers; aliter manticam corruperis:
In utrum villum immittis, non & carabum.
At in illum Diis invisum compingi solent
Etiam quæ inter se nil habent commercii. Grot.

Alius quidam:

Heu, quàm stupenda nos agit voracitas!
Quicquid ferarúmve, pecorísve pascitur,
Quicquid volucrium aerem pennis quatit,
Quicquid profunda piscium maria incolit,
Quicquid reponit terra frugum, fructuum,
Nostris id omne ut sepeliatur ventribus?

Seneca *epist.* 89. *Profunda & insatiabilis gula, hinc maria scrutatur, hinc terras. alia hamis, alia laqueis,*

queis, alia retium variis generibus cum magno labore persequitur. nullis animalibus, nisi ex fastidio, pax est.

Δέχεται | indὸ αἱ τῆς γαστρὸς ἀξιδύσαι. Philo *de agric.* Ἡ γὰρ τροφὴ πᾶν σιτίον τε καὶ ποτὸν ἀφελῶ ἐυδὺς δεμόσασα, τάτ' ἤδη ἐυγκεκοδέντα ἐπλάστε-τας, καὶ πεῖναν ἄλυπον καὶ ἄπονον ἴσχει πρὸς ἀπόν-των, ὡς ἂν αἱ τῆς γαστρὸς ἀποπληρωθῶσι δεξάμε-ναι, μαργῶσαν ἐπ καὶ μαιμῶσαν τὸν ἀεὶ κενὸν ἐπι-δυμίαν ἐπεζελίπιδζ καὶ ἀφροιτᾶν, μή τί πε πα-ρεγεδὲν λείψανον ἄφετον, ἵνα καὶ τῦτο παμφάγε πυ-ρὸς δίκην ἐπαλιχμήσηται.

Διὰ τὰς ἐξαιματώσεις | ad verbum, *ob sanguificationes*: quia pars nimirum in sanguinem convertitur. Alex. Aphrodis. *problem. l.* 1. *q.* 118. Vegetativæ animæ operationes recensens; τὰς πόλεις πρὸς τροφῶν, καὶ πρὸς χυμῶν τὰς μίξεις, καὶ τὰς ἐξαιματώσεις, καὶ ἀναδόσεις, τὰς θρέψεις, τὰς ὁμοιώσεις. Galen. *ad Glauc. l.* 2. Γεννᾶδζ ὁ ἡμῖν τὸ μελαγ-χολικὸν ἐκκρῖμα ἐν ἅπασι κεῖ τῶν ἐξαιματώσεων, ἐν ἀνδρασι τῇ κατ' τὸν οἶνον τροπῇ. Et inde ἡ ἐξαι-ματωτικὴ, *sanguinem generandi facultas*. Aphro-disi. *ibid. l.* 2. *q.* 83. Ἡ θερμὴ καὶ ὑγρὰ συμμέ-τρως κρᾶσις τῦ πάν|ῦ βλαστάνει τῶν ἐξαιμάτω-τικῶν δύναμιν, ἣ φυλάσσει κατὰ πᾶς ἡ δ' ἐξαι-ματω|ικὴ γενῦ τῶν ἐξαιμάτων· ἡ δ' ἐξαιμά-τωσις, δείκνυσι τὸ ἔργον, αὐτὸ τὸ αἷμα. Idem & αἱμάτωσις. Galen. *de dogmat. Hipp. & Plat. l.* 8. *c.* 7. Ἡ πόλις ἡ σιτίων, ἢτ' ἀναδόσεις, ἢδ' αἱ-μάτωσις, ἢτε θρέψις. Idémque, Αἱματῦται ἡ τρο-φὴ κεῖ τὸ ἅπαν. *In jecore alimentum in sanguinem vertitur.* Scitè Clemens Alex. *pædag. l.* 1. *c.* 6. ut ostendat ex sanguine lac consistere. Εἰ τοίνυν ἡ μὲν περιεργασία τῆς τροφῆς ἐξαιματῦται, τὸ ἢ ἄλ-μα ἐκγαλακτῦται, παχυσκὸν γίνε|ῦ τὸ αἷματῦ γά-λακ|ος. Et mox, ut totam corporis humani fabricam ex sanguine; καὶ δὴ τὸ κεῖ γαστρὸς, τὸ μὲν πρῶτον ὑγρὸν ὄζι σύστασις γαλακτοειδὴς. ἔπειτα ἐξ-αιματωθὲν σαρκῦ|ῦ ἡ σύστασις αὕτη· πεπυκμένη ἢ ἐν τῇ ὑστέρᾳ κατὰ τὴν φυσικὴ καὶ θερμὴ πάθματος, ὅθ' ἕ διακάπτεται τὸ ἔμβρυον, ζωογονῦται. Vide *l.* 10. § 25.

Εἰς τὸ ἀερῶδες ἢ πνευῶδες | scil. διὰ τῆς ἀτμῶν καὶ τῆς ἀναθυμιάσεων, *per vapores & exhalationes*, quorum illi ad *aëream*, an *aqueam* potiùs, istæ ad *igneam* naturam propiùs accedunt. Vide Aristot. *meteor. l.* 1. *c.* 3.

Διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν καὶ εἰς τὸ εἰδῶδες | hoc est, *in materiam & formam*, ut vulgò dicitur. De eadem hac divisione monet & *l.* 7. § 29. & *l.* 8. § 50. 11. & *l.* 12. § 29. addit tamen membrum tertium, τὸν ἀναφορέα, *l.* 12. § 10. & quartum etiam, τὸν χορηγὸν, *ibid.* § 18. Verùm ista duo sunt πρὸς ἔξω τὰ ἀσυνειμένα. duo illa tantùm τὰ συστατικὰ. Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Δοκεῖ ἢ αὐτοῖς ἀρχὰς εἶ πρῶτα ὕλην Δία, τὸ ποιῦν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν ἄπειρον εἶ τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην· τὸ ἢ ποιῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν Θεόν. τῦτον γὰρ ὄντα ἀίδιον διὰ πάσης αὐτῆς διαμεμηχανῆσθαι ἕκαστον. Vide *l.* 12. § 30. Seneca *epist.* 64. *Dicunt Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam & materiam. materia jacet iners, res ad omnia parata, cessaturæ, si nemo moveat. causa autem, id est, ratio, materiam format, & quocunque vult versat: ex illa varia opera producit.* Et post aliis verbis: *Nempe universa ex materia & ex Deo constant. Deus ista temperat, quæ circumfusa rectorem sequuntur & ducem. Potentius autem est quod facit, quod est Deus, quàm materia, patiens Dei.* Lactant. *Instit. l.* 7. *c.* 3. *Stoici naturam in duas dividunt partes. unam, quæ efficiat; alteram, quæ se ad faciendum tractabilem præstat. in illa prima esse vim faciendi; in hac materiam: nec alterum sine altero esse posse.* Reliqua paulò pòst exhibebimus.

§ 22. Μὴ ἀπορρέμεδζ | Vide *ad l.* 2. § 7. *ne aberres, vel tantillum, aut ab æquitate in conatibus, aut à veritate in assensionibus.*

Ἐπὶ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ἀποδίδυαι | Vide Senec. *ep.* 89. *infr. ad* § 32.

§ 23. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοὶ εὐάρμοσόν ὄζι, ὦ κόσμε | quia nimirum ipse mundi pars sum. Mundus autem Stoicis Deus ipse. Vide *ad l.* 10. § 21. Plut. *de Philosoph. placit. l.* 1. *c.* 7. Θεὸν καὶ κόσμον, καὶ ἀστέρας, καὶ τὸν γλῶ λέγυσι τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων, νῦν ἐν αἰθέρι Epiphan. *hæres. præfat.* Στωικοὶ τὸν αἰδιότατον τῦτον κόσμον Θεὸν νομίζυσιν. & *l.* 1. *hær.* 5. de eisdem: Φάσκοντες εἶναι νῦν τὸν Θεὸν, ἃ παῖδες τὸ ὁρωμένε κύτυς, ἐερανῦ τέ φημι καὶ γῆς, καὶ ἄλλων, ὡς ἐν σώμασι ψυ-χή. Arius Didymus in *epitom.* apud Eusseb. *præpar. l.* 15. *c.* 11. Οἱ Στωικοὶ ἢ ὅλον τὸν κόσμον, φασὶ τοῖς μέρεσιν αὐτῦ, θεοσαρκεῖσθαι Θεόν. Seneca *quæst. nat. l.* 2. *c.* 45. *Vis Deum mundum vocare? non falleris. Ipse enim est totum quod vides, totus operibus suis inditus, & se sustentans vi suâ.* Idem *epist.* 94. *Totum hoc, quo continemur, & unum est, & Deus est: & socii ejus & membra sumus.* Manil. *astronom. l.* 1.

Quâ patent mundum divino numine verti,
Atque ipsum esse Deum.——

Plin. *nat. hist. l.* 2. *c.* 1. *Mundum & hoc, quod numine alio cælum appellare libuit, cujus circumflexu tegumur cuncta, numen esse credi par est.* Pertinet huc Æschyli illud, apud Clement. *Strom. l.* 5. & Eusseb. *præpar. l.* 13. *c.* 13.

Ζεύς ἐστιν αἰθήρ. Ζεὺς ἢ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός·
Ζεύς τοι τὰ πάντα, χ' ὅ τι ὑπὲρ τῦτ' ἐστὶ ὑπέρτερον.
Æthera, tellúsque, & poli arx est Jupiter:
Est cuncta; & istis quicquid est sublimius.

Cui affine Ennii illud ex *Epicharmo* à Varrone laudatum. *l.* 4.

Istic est is Jupiter, quem dico, quem Græci vocant

Aerem; qui ventus est; & nubes, bimber postea,
Atque ex bimbre frigus; ventus pòst fit, aer denuo.
Hæcce propter Jupiter sunt ista, quæ dico tibi.

Pertinent & Euripidis illa toties repetita, à Cicerone *de natura Deor. l.* 2. § 65. Plut. *de exil. ad princ. indoct. & physic. quæst.* 29. Lucian. *Jove Tragœd.* Athenag. *in legat.* Clem. Alex. *hortat. & Strom. l.* 5. Euseb. *præpar. l.* 13. *c.* 13. Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 3. aliis.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τὸν δ' ἀπείρονα αἰθέρα,
Καὶ γῆν πιεζῶ ἔχεν' ὑγρᾶις ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τὸν δ' ὑγρᾶ θεόν.

Quod Cicero licentiùs vertit;

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumvectu amplectitur,
Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.

ejstigariùs Grotius:

Sublime fusum cernis immensum æthera,
Cujus tenetur uvidis amplexibus
Terra? hoc putato numen, hoc perhibe Jovem.

Et ex Euripide Ennius in *Thyeste* (unde & ex Euripidis tragœdia cognomine fuisse desumpta, proclivis est conjectura) apud Cicer. *de nat. Deor. l.* 2. & 3. Apul. *de mund.* Festum in *sublime*:

— *adspice hoc*
Sublime candens, quem vocant omnes Jovem.

Uterque Chrysippum expressit; qui, ut Cicero ibidem, *disputavit, Æthera esse eum, quem homines appellant Jovem.* Quod & Plato Comicus;

Ἀήρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε κἀ Δία.
Aer, quem nuncupare quis Jovem queat.

Respexit eadem & Lucretius verbis versibúsque illis *lib.* 5.

Denique jam tuere hoc, circum superáque, quod omnem
Continet amplexu terram: quod procreat ex se
Omnia; quod quidam memorant; recipitq; perempta.

Cato apud Lucan. *l.* 9.

Jupiter est quodcunque vides, quocunque moveris.

Idem de *Deo* dogma Judæis Ethnici affingebant. cùm enim simulacra nulla admitterent, manus tantùm inter precandum cœlos versùs expanderent, *Cœlum eis* pro *numine* habere autumabant. Diodorus Sic. *l.* 40. apud Photium *cod.* 244. de Mose Judæorum legislatore verba habens; Ἄγαλμα μὲν θεῶν τὸ σωιόλον οὐ κατεσκεύασεν, διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν θεὸν· ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὴν γῆν ἕνα μόνον εἶναι θεὸν, καὶ τὴν ὅλην οὐσίαν. Indè illud Juvenalis *Sat.* 14.

Nil præter nubes, & cœli numen adorant;

Cœli numen, i.e. cœlum ipsum, quod numen illis est. ut numina Deorum, pro Diis ipsis. quo modo de Judæis iisdem Petronius,

Et cœli summas advocet auriculas.

quanquam nec desunt, qui *lumen* legant. Sed ad exteros, Stoicos maximè, redeamus. Varro apud Aug. *de Civit. Dei l.* 7. *c.* 6. *Deum se arbitrari animam mundi: & hunc ipsum mundum esse Deum.* quæ verba explicans Augustinus: *Sicut hominem sapientem, cùm sit ex animo & corpore; tamen ab animo dicimus sapientem: ità mundum Deum dici ab animo, cùm sit ex animo & corpore.* Ea explicatio Augustiniana lucem dat verbis, cùm Chrysippi apud Ciceronem, ubi suprà; *Vim divinam in ratione esse positam, & universæ naturæ animo atque mente: ipsumque Mundum Deum dici, & ejus animi fusionem universam.* tum &

Senecæ *quæst. nat. præfat. Quid est Deus? Mens universi. Quid est Deus? Totum, quod vides; & quod non vides, totum.* Atque hæc est διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν καὶ τὰ αἰτιώδη, de qua *supr.* § 21. Distinctiùs paulò Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Λέγουσι δὲ κόσμον τεκμῆς· αὐτόν τε τὸν Θεὸν, καὶ τὴν ἐκ τούτου τοιᾶδε ποιὰν (sicut πρὸς ὕλαν ἄποιον contrà dicunt) ὃς δὴ ἀφθαρτός ἐστι καὶ ἀγένητος, διοικῶν τὰς διακοσμήσεις· καὶ αὖ πάλιν τὸν πρὸς διακόσμησιν ἥκοντα ἀέρα καὶ τέταρτον, τὸ συνεκτικὸν ἅπαντος ἄμφω. Verùm sexfariam dici Κόσμον, sive Mundum, ex Diodoro monet Jos. Scalig. quem vide sis *ad Manil. l.* 5. ubi inter cæteras; Κόσμος, ὅταν ὁ διακοσμήσας πάντα ἔοικε καὶ νῦν ἡ θεραπεία λέγεται.

Οὐδὲν μοι θέμενον, ἀλλ' ὄλμον, τό σοι ἔνεμεν | Propert. *l.* 3. *eleg.* 3.

Optima mors, parcâ quæ venit ipsa die.

i. e. τὴν παραυτίκα. Scalig. de cæteris singulis pariter. Ità *l.* 11. § 13. ὁ ἔχει τὸ ἓν τῇ πρὸς ὅλην φύσει ἕνωσιν.

Πᾶν μοι καρπὸς | Ità *l.* 2. § 3. Παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, ὃ φέρει ἡ τοῦ ὅλου φύσις. & *lib.* 10. § 20. Συμφέρει ἐμοὶ, ὃ φέρει ἐμοὶ ἡ πρὸς ὅλον φύσις. καὶ τοῦτο συμφέρει, ὅτι εὐκαίρου φέρει. καρπὸς autem ibi pro *emolumento*, quod ex re quapiam provenit, ut fructus ex stirpe vel arbore. Ità Apostol. *ad Philip. c.* 1. *v.* 22. καὶ τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου. καρπὸς ἔργου, quod *operæ pretium* Latinis. Vide *l.* 6. § 30.

Ὦ φύσις, | quomodo *Mundum*, ità & *Naturam Deum* dicebant. Senec. *de benefic. l.* 4. *c.* 7. *Quid enim aliud est Natura quàm Deus, & divina ratio, toti mundo & partibus ejus inserta? & quæst. nat. l.* 3. *c.* 45. *Vis illum Naturam vocare? non peccabis. est enim ex quo nata sunt omnia, cujus spiritu vivimus.* Ità isti (Lactantii sunt verba superiùs paulo positis statim subjuncta) *uno Naturæ nomine res diversissimas comprehenderunt, Deum & Mundum, artificem & opus. dicúntque alterum sine altero nihil posse; tanquam Natura sit Deus Mundo permixtus. nam interdum sic confundunt, ut sit Deus ipsa mens Mundi, & Mundus sit corpus Dei.*

Ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα | Melius ista Apostolus noster de *Deo, ad Rom. c.* 11. *v.* 36. Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Vide *l.* 12. § 26. Pacuvius *Chryse* apud Varron. *ling. Lat. l.* 4. & Cicer. *de divinat. l.* 1. & 2.

Hoc

Hoc vide circum, ſupráque, quod complexu continet
Terram: noſtri cælum memorant, Græii perhibent Æthera.
Quicquid eſt hoc, omnia id animat, format, auget, alit, creat,
Sepelit, recipitque in ſeſe omnia; omniúmque idem eſt pater.
Indidémque eadémque oriuntur, de integro eadémque occidunt.

Iſta enim cum primis illis connexa vulg. Joſ. Scalig. quæ Voſſius mavult adnecti verſiculo ejuſdem illi ex Nonio, & Varrone *ibid.* (*jugat.*

Mater eſt terras; ea parit corpus, animam æther adfert.

Ἐν σοὶ πόλις | Ἐκτὸς γὰρ τῆς πατρὸς ἐστιν. οἱ γὰρ τί ὄξιν, ἐν τῇ πατρί ὄξι. Ocellus Lucan. *de univerſ.* c. 1. § 8.

Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος | Ex Tragœdo aliquo, de Civitate Athenienſi dictum.

Ὦ πόλι φίλη Διός | Mundum appellat Διὸς πόλιν. quomodo & Dio Pruſ. *orat.* 36. Τῆ Διὸς πόλιν μᾶλλον ἢ οἴκῳ, quippe cujus ipſe Rex ſit potiùs, quàm paterfamilias: etiamſi Epictet. *l.* 3. *c.* 22. Ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ταύτῃ [illegible] καὶ οἰκοδεσπότης. Eſtque revera illa Διόπολις magnò potiùs nuncupanda, quàm illa Ægyptiaca, de qua Stephanus Byzant. Verùm potiore adhuc jure, ἡ τοῦ Θεοῦ πόλις illa, de qua Pſalter *pſalm.* 87. *v.* 3. Apoſtolus *ad Hebr. c.* 12. *v.* 22. Joannes, *Apoc. c.* 3. *v.* 12.

§ 24. Ὀλίγα φῆσιν, φησὶν, | *dicere ſolent.* Caſ. φασὶ. imò, *inquit ille*, φασὶ. Quis autem hoc dixerit, docet nos Senec. *de ira l.* 3. *c.* 6. *Proderit nobis illud Democriti ſalutare præceptum, quo monſtratur tranquillitas, ſi neque privatim, neque publicè multa, aut majora viribus noſtris egerimus.* Et *de tranquill. c.* 12. *Hoc ſecutum puto Democritum, ità cæpiſſe*; (hoc eſt, volumen egregium, quod περὶ εὐθυμίας inſcripſit, ut Sen. *ibid. c.* 2. ab hoc monito exorſum) *Qui tranquillè volet vivere, nec privatim agat multa, nec publicè.* Græca integra exhibet Stobæus *tom.* 1. *tit.* 100. Τὸν εὐθυμήσειν μέλλοντα, μὴτε πολλὰ πράττειν, μητε ἰδίᾳ, μητε ξυνῇ, μηδ' ὅσ' ἂν ὑπὲρ τὰ δυνατὰ αἱρεῖσθαι τῇ ἑαυτοῦ καὶ φύσιν. Marcus noſter, *lib.* 3. § 5. Μητε πολυπράγμων, μητε πολυφέγγων ἴσθι. Euripides pariter:

Ὃ πολλὰ πράσσων, οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίᾳ.
Res agere multas, tuta vitæ haud eſt via. Lipſ.

Idémque *Antiopâ*: apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 58.

Ὅστις δ' πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν πρέπει,
Μᾶζης, πρὸς ζῆν ἡδέως ἀπραγμονα.
Qui multa ſatagit, nulla ubi neceſſitas,
Quum ſuaviter, agens nil, vivat, deſipit.

Et in Oenomao:

Ὃ πλεῖστα πράσσων, πλεῖστ' ἁμαρτάνει βροτῶν.
Peccare quiſque plus ſolet, quo plus agit. Grot.

Verùm Democriti illud rejicit Plutarch. *de tranquil.* in ipſo ferè libri limine. Ὁ μὲν ἓν εἰπὼν, ὅτι δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα, μὴτε πολλὰ πράττειν, μήτε ἰδίᾳ, μήτε ξυνῇ, πρῶτον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν κατέδειξεν, ἡμιμόλιον οὖσαν ἀπραξίας. ἔπειτα καὶ ψεῦδος ἔοικε, τὸ εὐθυμεῖν τοὺ μὴ πολλὰ πράττοντας. ἴδοι γὰρ εὐθυμοτέρους τῶν γυναῖκας ἀνδρῶν, οἰκείας τὰ πολλὰ σωφρόνας. εἶτις ἢ καὶ τὸ μὴ πράττειν αὐτὸ πολλάκις εἰς εὐθυμίαν κατέδειξεν. Nec abs re Ennius in *Iphigenia*, apud Gellium *lib.* 19. *c.* 10.

Otio qui neſcit uti, plus habet negotii,
Otii minus, quàm cùm eſt negotium in negotio.
Nam cui quod agat inſtitutum eſt, nullo negotio
Id agit, ſtudet ibi; mentem atque animum delectat ſuum.
Otioſo in otio animus neſcit quid quidem velit.
Hoc ità eſt: neque domi nunc nos neque nunc militiæ ſumus.
Imus huc, hinc illuc, cùm illuc ventum eſt, ire illinc lubet.

Incertè errat animus; præterpropter vita vivitur.

Ità verſus elegantes ſanè ſed miſerè deartuatos refingunt collatis ſymbolis viri clariſ. Hug. Grotius, Cl. Salmaſius. & Joan. Voſſius; qui Chori verba eſſe monet, qui militibus conſtabat Græcis, de otio ſuo, dum ob maris malaciam Aulide moram trahebant conquerentium. Sed & Marcus hìc Democriti præceptum refingit, & ad recti normam πρακτικῆς πάνυ defingit. Vide & *l.* 3. § 5.

Μήποτε ἄμεινον, τ' ἀναγκαῖα πράσσειν | Fruſtrà Xylander, quem & Caſ. eſt ſecutus, iſta, dum Marci mentem non eſt aſſecutus, immutavit, & conjecturam ſuam in textum intulit, μηδὲν ἄμεινον τῶν ἀναγκαίων πράσσειν. At Marcus, Democritus, inquit, *conſulit ei, qui tranquillum animi ſtatum obtinere vult, ut nè multa agat: at tu vide, nè ad hunc finem conducat potiùs, ut neceſſaria quis agat, & quæ conſtitutioni ſuæ ſunt accommoda.* Deeſt ὄρα, vel βλέπε, vel ejuſmodi quippiam: quod non animadverſum Xylandrum in fraudem induxit. Prout & ſimilis ellipſis ab Apoſtolo uſurpata, *ad Tim. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 25. in verbis ſuis; Ἐν πραΰτητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν, &c. *cum lenitate eruditurem eos*, expectando ſive experiendo, *num aliquando Deus illis ſit reſipiſcentiam daturus*; non obſervata, vulgato interpreti impoſuit, ansámq; dedit vertendi, *Eis qui reſiſtunt, ne quando Deus det illis pœnitentiam*, quaſi eo modo dictum ſit, quo illud Matth. *c.* 13. *v.* 15. μήποτε ἴδωσι καὶ σωθῶσι καὶ ἐπιστρέψωσι quum, ut rectè Iſidor. Pel. *l.* 2. *epiſt.* 270. ματαίαν ἐλπίδα, ὡς ἀναίρεσιν ἐμφαίνει. Contrà planè, quàm in Eſaiæ loco *c.* 6. *v.* 9. ab Evangeliſta prolato; in quo interpretando lapſus eſt è contrario bonus Iſidorus. quin & idem D. Jo. Leifildum τὸν μαγειρίτην fugiens, in cauſſa fuit, quod Apoſtoli verba illa interpretatus eſt de

opposita prorsùs voluntati divinæ in natura humana dispositione, quâ homines ità affecti sunt, ut resipiscentiam dare parato numini renitantur. quod eò moneo, in eundem lapidem nè impingat quisquam denuò. Occurrunt ellipses huic geminæ in scriptis sacris apud Mosem *l.* 1. *c.*3. *v.*22. & *c.* 11. *v.* 4. & *c.* 42. *v.* 4. Matthæum Evang. *c.* 25. *v.* 9. Lucam. *Act. c.* 5. *v.* 39.

Τ' ἀναίτια περίστασιν | Supervacuas & minimè necessarias occupationes rescindere monet, eisque duntaxat intendere, quæ aliquà saltem ratione necessaria existant. quod monitum & rursus repetitum dat, *l.* 12. § 18. At nobis *in supervacuis*, non *subtilitas*, ut Senec. *epist.* 106. *Sed tempus*, imò *vita* ferè tota, ut idem *epist.* 49. & 88. *teritur*: dum, quod olim Agatho scitè dixit, apud Athen. *dipnosoph. l.* 5. & Clem. *Strom. l.* 5.

Τὸ μὲν πέρυσιν, ἔφην ὡς, πεύσεσθε·
Τὸ δ' ἔφην, ὡς πέρυσιν ἐπεύσεσθε.

Operose id agimus, agere quod non est opus:
At in eo quod opus est, opera perfunctoria est. Grot. Eodémque alludens Isidor. Pel. *l.* 5. *epist.* 108. Τὰ μὲν ἔργα, πέρυσιν ἤγόμεθα· τὰ δὲ πέρυσιν, ὡς ἀναίτια, ἀνύομεν. Vide *infr. ad* § 21.

Λόγος αἱρεῖ | *ratio delegit.* Xyl. *mandat & injungit.* Cas. meliùs. λόγος αἱρεῖ, *ratio dictat, evincit, postulat, exigit.* Sic & *l.* 10. § 32. Οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος. *neque enim ratio poscit.* & *l.* 2. § 5. ὑπὸ τοῦ αἱρέντος λόγου. *à ratione dictante*, sive *rationis dictamine.* Herodot. *l.* 2. Καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος ὅτων αἱρέει. *ratio ipsa dictat, evincit.* Gregor. Naz. apud Suidam: Καὶ ὁ λόγος αἱρεῖ, μὴ πιθάνως φέρεσθαι μέμφεσθαι. *ratio ipsa postulat.* Apud. Plutarch.. *Consol. ad Apollon.* Plato: Ὥσπερ ἐν πόνοις καὶ ἔργοις, οὕτως ἐν παιδικοῖς καὶ ἐρωτικοῖς τὰ ἑαυτῶν πράγματα, ὅτι λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἔχειν. *prout ratio evincit optimè habiturum.* Et Plut. ipse *de commun. notion. c.* 19. Ἀξίαν δ' ἔχει τὴν μαχίλην, ὁ πολλάκις αἱρεῖ λόγος αὐτὸ τοῦτο μὴ ἀγαθὸν φεύγειν. *ratio postulat.*

Ἀπὸ τῆς κλήσεως περίεσται εὐδυμίαν | Ità Plut. *de tranquill.* Δεῖ δὲ μὴ κλήσει, μηδὲ ὀλιγότητι πραγμάτων, ἀλλὰ τῷ κλῆσαι καὶ τῷ αἱρεῖν τὸ εὔδυμον ὀρίζειν καὶ τὸ δύσδυμον. Οὐ γὰρ κλήσεις ἢ περίληψις ἐκ ἔστιν ἢ οὐ φαύλη ἢ περίεσις ἀναγκαίων ὄντι καὶ παρεσκευάσθαι. Idémque *de sene polit.* Ubi Cani tribicinis dictum posuisset, ἀγνοεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἔστιν μᾶλλον αὐτὸν αὑτῶν ἢ ἕτερος ὑφηγεῖσθαι λαμβάνειν δὲ ἂν μισθόν, ὃ δίδοται τοῦ ἀκόνου ἐθέλοντος. Subjungit; Ἆρα ἐκ ὀθνείοις μὲν ἥλιξι ὑδηγὰς αὐ ἀρετοῦ τοῖς χειμῶσιν ὑπὸ τῆς κλήσεως περίεσιν καὶ τῆς κοινωνικῆς ἔχομεν καὶ φιλανθρώπου παρακαλοῦσι; ὃ κηδεσι, ὑδὲ δρύπτουσα, ὥσπερ αἱ οἰκείους λέπας καὶ φθονεῖς γινόμεθα κηποις· ἀλλ' αὐτὰ μὲν οἰκειοῦσις καὶ ἀδέεσιν καὶ μειγνυμένοις σουγμῷ ἔχειν· αἱ δὲ ὀδὶ τοῖς κλήσεις ἔργοις ἐ ταῖς Εὐκειπίδη χρυσοῖς πήχεσιν, ἀλλὰ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐκείνοις καὶ ἐρρῶσθαι πᾶσης ὕλης, πλὴ χιτῶνος μίσθου καὶ φέντρια καὶ γύνης λαμβάνειν.

Εὐχολώτερος | *majore otio utetur.* Xyl. *otii multum lucrabitur.* Cas. Verto, *quietior*, vel *à negotiis quietior, futurus est.* Εὔχολος, ἥσυχος *quietus.* Et εὐχολῶν, ἡσυχίαν ἄγων, ᾧ ἡ διάνοια ἐ διατέτακται. Vide Epict. *ad l.* 11. § 19. & *l.* 12. § 2. εὐχολότερος καὶ ἀπερισπάστερος ἔσῃ, pro eo quod initio dixerat, εὐδυμήσεις.

Ἀλλὰ καὶ φαντασίαν | resecari vult non actiones tantùm non necessarias, verùm & *cogitationes.* quomodo & *supr. l.* 3. § 4. Ità Dominus noster, non solùm πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, *verbum quodque otiosum*, Matth. *c.* 12. *v.* 36. Sed & *cogitationes vanas* ac *inanes*, amandandas monet. Jer. *c.* 4. *v.* 14.

Οὕτως γὰρ ὑδὲ περίεσις παρέλκουσι ἐκτοπολυπήσεσι | radice nimirum ipsâ evulsâ. Siquidem, ut Augustin. *de persever. c.* 13. *Cogitantes agimus, quicquid agimus; & cogitantes loquimur, quicquid loquimur.* atque *ex cordis abundantia*, non *os* tantùm *loquitur*, Matth. *c.* 12. *v.* 34. Sed & *manus operatur.* Ibid. *cap.* 15. *v.* 19. [illegible]sippi dictum apud Strob. *tom.* 2. *tit.* 3. τὸ διανοεῖσθαι τῆς λόγου πηγῆς. *orationis fontem esse cogitationem.* Verùm non *orationis* tantùm is, sed & *operationis fons* exiitit: itaque qui hunc custodierit, pro Solomonis monitu, *Prov. c.* 4. *v.*23. etiam sermones actionésque suas in potestate habebit.

§ 25. Πείσεσον, πῶς σοι χαρεῖ | Epictet. *l.* 4. *c.* 1. Πείσεσόν γ' ἐκ ἔστιν αἰσχρὰ ἢ πᾶσα. Et *l.* 2. *c.* 19. ἐ πρώτιστα ἐνίσχυσον καὶ τὰς ἡμέρας ἀείθμει, ἃς ἐκ ἀσχάδης. καθ' ἡμέραν ἐκάστην ὀρχίζεσθ' πρὸς ἡμέραν· ἔστε παρὰ δύο· εἶτα παρὰ τρεῖς. ἐν δὲ τρισκαίδεκα παραλίπῃς. διάδυσον τὴν διῶ. ἢ γὰρ ἕξις ἐκλείπει ἢ πρώτιστα· εἶτα καὶ πεντέλεως ἀναμεῖναι σώσαν ἐκ ἐλευθέραν, ὑδ' αὖθις, ὑδ' ἐφεξῆς διώκῃ καὶ τελειώσῃ· ἀλλὰ σφόδρα γινώσκων τῶν ἐφεστηκότων, ὅτι κομψὸς σοὶ δεῖ.

Πῶς σοι χαρεῖ | *quomodo quadret.* Xyl. & Cas. malim, *quomodo procedat, quos progressus tecum faciat.* Apud Suidam historicus: ὁ χαρέντων αὐτῷ ἐν Σικελίᾳ πραγμάτων κτλ. *Cum res illi ex animi sententia non procederent.*

Ἀρεσκομένῳ | Vide *l.* 3. § 4. & *l.* 10. § 1.

Ἐκ ἧς ὅλων ἀπονεμομένοις | Vide *ad lib* 7. § 31.

Ἀρκυμένῳ τῇ ἰδίᾳ πράξει | Vide *l.* 3. § 6. & *l.* 5. § 34. & *infr.* § 51.

§ 26. Εἰσέρχεσ ἐκεῖνα | Antegressis ità annectit istud Cas. ut ad vitæ prioris seciùs administratæ experientiam referatur. Ego potiùs monita superiùs data respicere opinor: ut *lib.* 3. § 11.

Ἁμαρτάνει τις; ἑαυτῷ ἁμαρτάνει | Ità *l.* 9. § 4. ὁ ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. & § 38. Εἰ μὲν ἥμαρτεν,

ἐμπίπτειν, ἐκεῖ τὸ χρυσὸν ἔκαμε, τὸ ἄλλο ἐμφερόμενον, ἐκεῖ δὲ κρεμάσειεν. ibid. § 20. Clem. Strom. l. 4. ἢ ἀκολασία ὃν ἄλλῳ τινὸς ἂν ἀξιόλογον ἔτυχε κτῆμα, ἢ τῷ ἀκολάστῳ ἀνθρώπῳ.

Ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκεκόμισται ἡ σωτηρία τοῦ | Vide supr. § 10. l. 3. § 11. & infra § 34. Apud Lucianum Protesilaus in νεκυομαντείᾳ. Οὐ γὰρ ἐμὸν τύχης αἶσα, ἀλλ' ἡ Μοῖρα, ἐξ ἀρχῆς ὕστερος ἐπιπλεῖν. Ità passim Homer. de Ulyſſe. Odyſſ. α. ν. 16.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ἔτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
Τῷ οἱ ἐπιπλέσσαιτο δόδε οἶκόνδε νέεσθαι.

Apud eundem Telemachus Odyſſ. γ. ν. 208.

Ἀλλ' ἔ μοι τοῦτον ἐπίκλασον δτοὶ ὄλεθρον.

Ulyſſes ibid. λ. ω. 138 à Tireſia ſciſcitatur.

——τὸ μὲν δέ τοι ἐπικλάσσω δτοὶ αὐτῷ.

Eumæus ibid. σ. ν. 64.

Παλαιθιθὲς ὡς γάρ οἱ ἐπίκλασον πότμον δαίμων.

Alcinous ibid. θ. ν. 579.

Τὸν γὰρ δὴ θεὸς οἶος ἔπεφνε, ἐπικλάσσατο δ' ὄλεθρον
Ἀνθρώποισιν, ἵνα ἦσι καὶ ὀψιγόνοισιν ἀοιδή.

Achilles denique Il. ω. v. 525. quem locum laudat Plut. de legend. poet. c. 4. & c. 6: & in conſol. ad Apollon.

Ὡς γὰρ ἐπικλώσωσι θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Ζώειν ἀχνυμένοισιν.——

Leo Imper. in oraculis apud Jan. Rutgerſ. Var. lect. l. 3. c. 8.

Σπάνιος γὰρ ὀρθοῖς ὁ πόλος καλοκαγάθοις.

Senec. de beneficc. l. 6. c. 23. *Dii in prima illa conſtitutione, cum universa dispensarent, etiam nostra viderunt, nationemque hominis habuerunt. in nostras utilitates in principio rerum promissa manus est, & is ordo mundo datus, ut appareat curam nostri non inter ultima habitam.* Idem de provident. c. 5. *Fata nos ducunt, & quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit. causa pendet ex causa. privata ac publica longus ordo rerum trahit. non incidunt casibus, sed veniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas. & quamvis magna videatur varietate singulorum vita distingui, summa in unum venit.*

Βραχὺς ὁ βίος | Flaccus ſerm. l. 2. Sat. 6.

Dum licet, —— vivo beatus:
Vive memor quàm sis ævi brevis.——

R. Simeon in Pirke Aboth.

חולם קצר והמלאכה מרובה

Dies brevis, & opus multum. Et Ben-Syrae magiſtro ob ætatem repellenti, *An neſcis diem brevem, & opus multum eſſe?* Druſ. in apophth. Hippocr. aphor. 1: Ὁ μὲν βίος βραχὺς ἡ δὲ τέχνη μακρή. Senec. de brev. vit. c. 1. *Major pars mortalium de naturae malignitate conqueritur, quòd in exiguum ævi gignimur, quòd hoc tam velociter, tam rapidè dati nobis temporis spatium decurrat; adeò ut exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita destituat. Idque illo maximè miserorum ruclamatio est; Vitam brevem esse, artem longam.* Et c. 16. *Tempus breve est & præceps: multòque fit brevius vitio nostro.* Vide l. 5. § 24. Βραχὺ ἡ ἀκμαιότης διδύμων. Zeno apud Stob. ſerm. 2. tit. 96. Οὕτως ἡμᾶς ὕπνος πέπεδεκε, ὡς χρόνος. Quod Laërt. l. 7. in Zenon. Μηδὲν ἡμᾶς ὕπνος ἐν ὕπνοις ἐᾷ ἐνεῖναι, ὡς χρόνος. Βραχὺς μὲν ὄντως ὁ βίος, ἢ ἡ τέχνη μακρά, καὶ μᾶλλον ἢ τὰς τῆς ψυχῆς ὁρμὰς ἰκανὰς κινῆσαι. Lucian. de ſectis: Χρὴ ἡ μικρὰν καιρὸν πεπεῖσθαι, ἀλλ' ἐκ τοῦ Κάτω ἐκτρέχειν, ὡς ἄρα βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὰ ἡ ἡ τέχνη. καὶ τοι ἐκεῖνος ἐκτενῶς πάνυ ταῦτ' ἔλεγεν, ὑμᾶς δὲ παρεῖδε πάμπαν. φιλοσοφία ἡ ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ ἀνθρίσκει. ἢν μὴ πάνυ τις ἐγκρούσῃ, ἅπαντες ἀεὶ ἐν μελλόνῃ ἀπολίπτομεν αὐτήν. Itaque Philo de vita contemplat. Χρόνος ἡ φοιλὸς καὶ ἐπιπλὴξ κατὰ τὸν ἰατρὸν Ἱπποκράτην, Ὁ μὲν βίος βραχὺς ἡ δὲ τέχνη μακρά. Seneca de brev. vit. c. 32. *Non multum accepit homo temporis, etiamsi totum illud sibi vindicat. Cui licet nihil facilitate eripi, sibi negligentiâ patiatur excidere, tamen ad immortalium cognitionem nimis mortalis est.* & epiſt. 48. *Etiamsi multum superesse ætatis, parcè jam dispensandum erat, ut sufficeret necessariis: nunc quæ dementia est, supervacua discere in tanta temporis egestate?* Alluſit ad Zenonis illud ſuperiùs relatum. Et epiſt. 117. *Non tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere. In hoc tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, quid juvat majorem partem mittere in vanum?* Contrà tamen Methodici (ſecta ea eſt medicorum) Galeno referente, de ſectis c. 6: Τῷ γὰρ βραχὺν εἶναι τὸν βίον, τὴν δὲ τέχνην μακρὰν ὑπάρχειν πάντων ἁπλούστατον ἔδοξε, τοῦτο μὴ βραχὺν εἶναι, τὸν δὲ βίον μακρόν. Sed & Seneca ipſe de brev. vit. c. 1. *Non accepimus brevem vitam, sed facimus: nec inopes ejus, sed prodigi sumus. non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. satis longa vita, & in maximarum rerum consummationem largè data est, si tota bene collocaretur.*

Κρεῖττον τὸ μικρὸν | Vide ad l. 2. § 6. & ſupr. § 17. & l. 6. § 2. Plinius epiſt. 7. l. 3. *Sed tantò magis hoc quicquid est temporis futilis & cadaci, si non datur facilis; nam horum materia in alienâ manu; nos certè studiis proferamus: & quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur.* Sen. epiſt. 49. *Infinita est velocitas temporis, quæ magis appareat respicientibus. Nam ad præsentia intentos fallit: adeò præcipitis fugæ transitus levis est. Punctum est quòd vivimus, & adhuc puncto minus, cujus brevitatem aliquandò futuram cogitemus. Non solebat mihi tam velox tempus videri; nunc incredibilis cursus apparet: sive quia admoveri lineas sentio, sive quia extendere cœpi, & computare damnum meum. Eò magis utique indignor; aliquos ex hoc tempore,*

quod sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiamsi custoditum diligentissimè fuerit; in supervacua majorem partem erogare. Non vaco ad istas ineptias, ingens negotium in manibus est. mors me sequitur, fugit vita. adacerbat hæc me doce aliquid. effice ne ego mortem fugiam, vita me non effugiat. Hoc est quod ἐξαγοράζειν τὸν καιρὸν, i. e. *occasionem*, sive *opportunitatem redimere*, dixit Apostolus *ad Ephes. c. 5. v. 16.* Plut. in *pædag.* Σπουδὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐστί. ζῆν δὲ, τὸ πραγμάτων ἀσχολίαν παρελθεῖν dixit, quod Ennius Iphigen. apud Gell. *l. 19. c. 10.* à V. C. Salmasio *in exercit. Plinian.* restitutus;

——— præterpropter vitam vivitur.

Quod Senec. *de brev. vit. c. 9. Perdis hodiernum, quod in manu fortunæ positum est, dispensis; quod in tua, dimittis.* Ità quod Plaut. Pseudol. 2. 3.

Certa amittimus, dum incerta appetimus: atque hoc evenit.

In labore atque in dolore ut mors obrepat interim.

Νῆφε ἀνειμένῳ | Julian. Imper. *epist. 12.* Ἐπὶ μὲν ἔξεσιν ἡμῶν, ἀνειμένοις τὰ σπουδάζειν, καὶ σπουδάζειν μὲ παλαιπωρεῖν. Et Gregor. Naz. *in Basilium.* Τὸ ἄγειν ἄλυσιν μὲ πάσχειν. hoc est, *frontem remittere, non resolvere. Multum autem interest, remittas aliquid, an solvas.* Seneca *de tranquil. c. 15.* Itaque Ambros. *offic. l. 1. c. 20. Cavendum, ne dum animum relaxare volumus, omnem harmoniam & quasi concentum solvamus.* Et Martin. Dumiens. *de morib. Sapiens animum habebit, aliquando remissum, nunquam solutum.* Valer. Max. *l. 8. c. 8. Otium industriæ subnecti debet, non quo evanescat virtus sed quo recreetur.* Et Cicer. *Offic. l. 2. Ludendi modus quidam retinendus est, ut nè nimis omnia profundamus, elatique voluptate in turpitudinem dilabamur.* Quod de Musica præcipiebat Pratinas,

Μὴ σφίγγετον ἄγαν, μήτ' ἀνειμένως.

Intensior nec esto, nec solutior.

Ἀνειμένῳ | Vide *ad l. 5. § 1.* Senec. *de tranq. c. 15. Danda est remissio animis: nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens, sed ad jocos revocanda. meliores acriores que requieti surgent. ut fertilibus agris non est imperandum; citò enim exhaurietur illos nunquam intermissa facunditas: ità animorum impetus assiduus labor frangit; vires recipient, paulum resoluti & remissi. nascitur enim ex assiduitate laborum, animorum hebetatio quædam & languor.* Aristot. *ethic. l. 10. c. 4.* Ἡδυτὰ τὰ διαφόρητα ἀδύνατον σωτηρίως ἐνεργεῖν. Ovid *epist. 4.*

Quod caret alternâ requie, durabile non est:
Hæc reparat vires, membraque fessa levat.

Itaque *sapientis esse, remittere interdum aciem rebus gerendis intentam.* Aug. *de Music. l. 2. c. 14.* Siquidem ut Naso *Ponti l. 1. el. 5.*

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:
Immodicus ventrem carpit utrumque labor.

Et Stat. *Sylv. l. 4.*

——— vires instigat, alitque

Tempestiva quies: major post otia virtus.

Hinc de *arcu lyræque* imago illa tantopere celebrata. Dio in *œconom.* apud Stob. *tom. 2. tit. 62.* Αἱ ἀνέσεις παραδιαστικὰ πόνων εἰσὶ καὶ τέχνης, καὶ λύρας, καὶ ἀνθρώπου, ἀναιδῶς δὲ ἀναπαύσεως. *Ibid. tit. 3.* Socrates: Ὁ βίος, ὥσπερ ὄργανον, ἀνέσεως καὶ ἐπιτάσεως ἀμοιρεῖν οὐκ ἐθέλει. Democrirus apud Anton. *Meliss. l. 2. c. 45.* Ὥσπερ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον οὐδὲ γίνεται ἄνω καὶ ὁ βίος. quod idem Plutarcho tribuit Maxim. *Collectan. c. 32.* Verùm in *collectaneis* illis autorum nomina sæpius permutata, confusa, depravata deprehendas. Plutarch. *in Pædag.* Ὁ βίος ἡμῶν εἰς ἄνεσιν καὶ σπουδὴν διήρτηται καὶ ἡ ἀνάπαυσις οὐ πόνων ἧττον ἀγαπᾶται. (id quod idem in *Lycurg.* Παιδιὰ πόνου ἴασμα. quo eodem schemate usus est & Aristot. *ethic. l. 9. c. 10.*) καὶ τὰ τόξα, καὶ τὰς λύρας ἀνίησιν, ἵνα ἐπιτείνας δυνηθῇ. κοιλότης σάρκες, σῶμα μὲν, εὐεξίᾳ καὶ πλησμονῇ, ψυχῇ δὲ ἀνέσει καὶ πόνῳ. Amasis apud Herodot. *l. 7.* Τὰ τόξα οἱ καταπέμψαι, ὅταν μὲ δέωνται χρῆσθαι, ἐντανύσαι· ἐπὰν δὲ χρέωνται, ἐκλύειν· οἱ γὰρ ἂν τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη, ἐνεργεῖν ἂν ὥστε ἐς τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχοντα σφίσι χρῆσθαι· ὅτω δὴ καὶ ἀνθρώπῳ κατέστραται, οἱ ἐθέλει καθαπαξ δέζειν ἀεὶ, μηδὲ ἐς παιγνίην τὸ μέρος ἑωυτῷ ἀνίεται, λάβοι ἂν ὅτε μανείης ἢ ἀπραξίης ἡμέρωσιν. Gregor. Naz. *post redit. ex agro:* Εἴωθε πως τοῦ πόνου ἀεὶ τοῖς πονοῦσιν ἡδίονα ἀνίστην. ἐοικὲ μηδὲ τόξον φέρειν τὸ σπάνιον ἀεὶ τεταμένον καὶ δύσκαμπτον ἐκ τοῦ χαλᾶν εὐκαμπὲς γίνεσθαι καὶ εὐκίνητον, εἰ μέλλοι τοῦτο πάσχειν, πόνων καὶ μὴ ἄσχολον ἔσεσθαι τῇ τοξότῃ, μηδὲ ἀνδρικὸν ἐν χειρῶν χρήσιμον. Naso *epist. 4.*

Arcum ni cesset tendere, mollis erit.

Æsopus Phædri *l. 3. fab. 53.*

Citò rumpis arcum, semper si tensum habueris:
At si laxâris, cum voles, erit utilis.
Sic lusus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

De Joanne Evangelista gemina his referunt Abraham Abbas apud Joan. Cassian. *collat. 24. c. 21.* Thom. Aquin. *sum. p. 2a. 2æ. q. 168. a. 2.* & Hen. Herp. *specul. aur. in præcept. 3. sexm. 2.* sed & de Antonio Eremitâ baliſtæ exemplum eodem trahente, Antonin. *sum. 2. par. 2. tit. 1. c. 23. § 1.* & Guil. Pepin. *de confess. tract. 2. par. 3. c. 6.* ex *Vitis patrum.* Quod autem ex adverso, Plut. *de sene polit.* Τόξον μὲν ἀπεντεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνειμένη. Unde de Theophrasto Laërt. *lib. 5.*

Ῥήγνυσι σοφὸς τόξον ἀνειμένον.

hoc est, ut Publius Syrus:

Arcum intensio frangit: animum remissio.

id de solutiore illa remissione capiendum est, quam vitandam cavendamque hic Marcus monet.

§ 27. Ἡτις

§ 27. Ἢτοι κόσμῳ διαπεπαῤῥώς | Vide *infr.* § 45. & *l.* 2. §. 3. Plin. *hist. nat. l.* 2. *c.* 4. *Quem* κόσμον *Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos à perfecto absolutoque elegantia, mundum. nihil enim omnium rerum melius est mundo, nihil præstabilius, nihil pulcrius. utpote in quo universa ità constituta sunt, ut neque ad usum meliora esse potuerint, neque ad speciem pulcriora.* Cicero *de Nat. Deor. l.* 2. & Senec. *ad Helv. c.* 8. *Mundo nihil neque majus, neque ornatius, rerum natura genuit.* Autor *de Mund. c.* 2. Κόσμος μὲν ἔν ἐστι σύστημα ἐξ ἀνθρώπου καὶ γῆς, καὶ ὅσα ἐν τούτοις θεωρούμενα φύσεως λόγῳ ἢ καὶ ἄλλως κόσμος, ἢ ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. & Eustath. *ad Il. a.* Κόσμος ἡ τάξις ἐν τῷ κόσμῳ. ἀφ' ἧς καὶ ὁ πάντων θεμελιώδης, κόσμος, ὅτι ἀπὸ τοῦ εὐτάκτου ἡ σφαῖρα ἔταξεν. Apul. *de mund.* *Mundus est ordinata ordinatio, Dei munere.* & rursus: *Quid mundo præstantius? Lauda, quam putas speciem: portio à te laudabitur mundi. admirare quam voles temperantiam, ordinationem, figuram. hic & per hunc illud quodcunque est, invenietur esse laudandum. nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ad ipsius exemplo imitatura sit ratio? unde* κόσμος *Græcè nomen accepit.* Tertull. *apolog. c.* 17. *Quod colimus, Deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spiritu suum, verbo, quo jussit, ratione, quâ disposuit, virtute, quâ potuit; de nihilo expressit, in ornamentum majestatis suæ: Unde & Græci nomen mundo* κόσμον *accommodaverunt.* Greg. Naz. *de pace* 1. Κόσμος τὸ ὅτι ὅπερ λέγεται καὶ κάλλος ἀνεξίστον.

Ἢ κυκλοῦν | *Cimus.* Ità *l.* 6. § 10. Ἢτοι κυκλοῦν καὶ ἀντιπεπονθὸς, καὶ σκεδασμός. quibus verbis κυκλοῦν quid velit, explicat. & *l.* 9. § 39. κυκλοῦν καὶ σκεδασμός.

Συμπεφορημένῳ μὲν, ἀλλὰ κόσμῳ | Vide Heraclitum *infra.*

Ἐν σοὶ μέν τις κόσμος | *in te* scil. qui es μικρὸς κόσμος τις. Aquomodo τὸν σμικρὸν κόσμον, τὸν ἄνθρωπον dixit Clem. Alex. in *hortator.* & *Mundi instar habere fabricam humani corporis.* Ambros. *hexam. l.* 6. *c.* 9.) & *majoris illius imaginem geris.* Macrob. *in Somn. Scip. lib.* 1. *c.* 12. *Ideò physici Mundum magnum hominem, & hominem brevem mundum esse dixerunt.* Si est ergò, inquit, in te fabricâque tui ordinata rerum dispositio, in mundo ipso multò magis. Siquidem, ut Tertull. *de resurr. carn. c.* 30. *Etsi figmentum veritatis in imagine est, imago ipsa in veritate est sui; necesse est esse prius sibi, quam alii configuretur. de vacuo similitudo non competit; de nullo parabola non convenit.* Idem *adv. Hermogen. c.* 40. *Confusa res erat, nunc verò composita est. & vis ex compositis incomposita præberi? nulla rei speculum est alterius non cœqualis. nemo se apud tonsorem pro homine multum inspexit: nisi si, qui putat in hac extructione mundi dispositâ jam & compta, informem & incultam materiam respondere. quid hodie deforme in mundo? quid retrò speciatum in materia; ut speculum sit mundus materiæ? cùm ornamenti nomine sit penes Græcos Mundus, quomodò inornatæ materiæ imaginem refert? Nec materiæ certè mundus imago esse poterit, si compositus ille & exornatus, confusa verò & inornata ista; nec homo mundi, si in homine ordinata partium membrorúmque dispositio, in mundi compage nullo ordine legóve certâ dispositæ, sed commissa commistáque temerè universa.* Quanquam mundum non minorem, sed majorem imaginis divinæ ratione haud absurdè prorsùs dixit Greg. Naz. *in Pasch.* τὸν ἄνθρωπον ὁ δημιουργὸς, οἷόν τινα κόσμον ἔτερον ἐν μικρῷ μέγαν. ὅτι γῆς ἦσαν. At verò Synes. *de providont.* 1. non *hominem* tantùm integrum, sec *caput hominis* ipsum *mundum minorem* indigitat, in quo *mens* tanquam *numen* quoddam resideat. Ἄνω μὲν ἂν εἰς τὸν, κάτω δὲ κεφαλὴ σφαιροειδὴς διαδίδοται, ἵν' ἄνω οἶκοι ψυχῶν ἐν κόσμῳ κόσμοι μικροί. Respexit, opinor, id quod in philosophor. placitis Plutarchi nomine evulgatis, *l.* 4. *c.* 21. Stoicis perperam tribuitur; τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ, ὥσπερ ἐν κόσμῳ, κατοικεῖν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σφαιροειδεῖ κεφαλῇ. Quod autem ille de *capite*, de corde Auson. *monosyll.*

Cor vegetum mundi instar habens.——

Vide *supr. ad* § 3. Quomodò autem Marcus istic illos perstringit, qui quem in semetipsis agnoscunt ordinem, ornatum, eundem mundo, cujus & ipsi sunt partes, negant: pari modo & Epicuri sectatores Senec. *præfat. quæst. nat. l.* 1. hoc ipso notat nomine, quòd cùm *animum* putent esse sibi ipsis, eúmque *providum & singulâ dispensantem*, *animum* interim, in quo & ipsi sunt, *expers* esse *consilii* ac *temerè ferri* contendunt. Vide *ad l.* 2. § 11.

Ἐν ᾧ πανὶ ἀκοσμίᾳ; | Nihil minùs. Autor *de mundo.* Κόσμον δ' ἐπίμυθος τὸ σύμπαν, ἀλλ' οὐκ ἀκοσμίαν ὀνομάσας ἄν. Reverà, ut Plut. *de anim. gener.* Ἀκοσμία δ' ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Erant siquidem primò omnia, ut Moses *l.* 1. *c.* 1. *v.* 2. תֹּהוּ וָבֹהוּ id est, ut Naso *Metam. l.* 1.

——*rudis indigestáque moles.*

Nec quicquam nisi pondus iners, congestáque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.

Verùm *hanc Deus* (is est *melior potiórque natura* illa) *litem dirimit, molem discrevit:* κρίνας τὸν κόσμον ἐκ πολλῆς ἀκοσμίας ἐλάμβανεν. ut Gregor. Naz. πρὸς ἀκοσμίαν. Atque hoc est quod Anaxagoras apud Laërt. *lib.* 2. Πάντων ὁμοῦ ὄντων ἦν ἄπειρα καὶ τὰ ἐλάχιστα. Sive ut Timon in *Sillis*:

Πάντα συνεφόρουν ὁμοῦ τεταραγμένα πρὸς ἄλληλα.

Et apud Hermiam in *Irrisor.* Ἀρχὴ πάντων ὁ τῆς ὕλης αἰὼν καὶ κίνησις ἡ ἄπειρος καὶ φαύλη τάξις τοῖς ἀτόμοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀτόμοις, καὶ διάκενον

πάντα τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. Demonax Cynicus (referente Luciano in *vita ejusdem.* & Antonius *Meliss. l. 2. c. 76.*) dissentientibus quibusdam de mundi anima ac figura, Τιμᾶς, inquit, ὦ τοῦ κόσμου πανσοφιστατε, ἐκεῖ ἡ τῆς ἀκοσμίας ἀ φροντίς τε. Indè argumentum arripuit Dio, quo Dionysium ad virtutis studium impelleret, ὅπως διακοσμηθεὶς τὸ ἦθος εἰς ἀρετὴν λόγων, καὶ ἔργων τὸ διάστροφον ἀφομοιωθεὶς παιδείσας ἧττον καὶ ἡδίονος, ᾗ τὸ πᾶν ἡγεμόνι πειθόμενον ἐξ ἀκοσμίας κόσμῳ ἔπι. πολλοῦ μὲν ἐνδεεστέρας ἕνεκα τοῦ μηχανήσασθαι, πολλῷ ἧττον τοῖς πολίταις, ἡνιόχους βασιλεῖς ἐκ μεγάλου. Plut. *Dion.*

Διεκεκριμένων καὶ διακεχυμένων] Vocem harum priorem Lugd. omittit. quo id consilio incertum mihi. Sen. *quæst. nat. l. 7. c. 27. Tota hujus mundi concordia ex discordibus constat.* Et *epist. 107. Contrariis rerum æternitas constat.* Heraclitus apud Aristotelem. *Ethic. l. 8. c. 1.* Τὸ ἀνάπαλιν συμφέρον καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν. Idémque apud Autorem *libri de mundo c. 5.* Συνάγειας ὅλα καὶ ὑγιῆ ὅλα συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον σωζεῖσθαι καὶ διαιεῖν καὶ ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Et ex eodem Apuleius: *Sic totius mundi suorum insistentia initiorum inter se impares conventus, pari nec discordante consensu naturæ veluti Musicam temperavit. namque humidis arida, & glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua confudit; unumque ex omnibus, & ex uno omnia, juxta Heraclitum constituit,* &c. Quod & Autor idem *ibidem* variis à re politica, pictura, musica, grammatica imaginibus illustrat. Τοῦτο πολιτικῆς ὁμονοίας τὸ θαυμασιώτατον, ἓν ἐκ πολλῶν μίαν, καὶ ὁμοίαν ἐξ ἀνομοίων ἀποτελεῖν διδύσιν, ὑποδηλοῦν καὶ πᾶσαν φύσιν καὶ τέχνην. ἴσως δὲ καὶ ἡ ἐναντίων ἡ φύσις γλίσχρα, καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον, ὃ ἐκ μὴ ὁμοίων. ὥσπερ ἁμίλει τὸ ἄρρεν συναγαγὲ πρὸς τὸ θῆλυ, καὶ οὐκ ἐάσαν εἰς τὸ ὁμόφυλον καὶ μὴ πρὸς τὸ ἀμίγειαν διὰ μὴ ἐναντίων σωθῆναι, ἃ διὰ μὴ ἀμίγειαν. ἔοικε δὲ καὶ τέχνη τὴν φύσιν μιμεῖσθαι τὸ ποιεῖν. ζωγραφία μὲν γὰρ, λευκῶν τε καὶ μελάνων, ἀνακεκραμένη καὶ ἑτέρων χρωμάτων ἰσχυρασμῶν φύσεις, τὰς εἰκόνας τοῖς ὁρωμένοις ἀπετέλεσε σημείοις. μουσικὴ δὲ, ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος, μακροῦ τε καὶ βραχέος φθόγγους μίξασα, ἐκ διαφορᾶς φωνῆς μίαν ἀπετέλεσεν ἁρμονίαν γραμματικὴ δὲ, ἐκ φωνηέντων καὶ ἀφώνων γραμμάτων ποίησιν πεποικίλκε, πολλὴ ἄλλη τέχνη. ἀπ' αὐτῆς συνέστηκεν. ὅπως δὲ καὶ τὸ ὅλον σύστημα διὰ τῆς μὴ ἐναντιοτάτων ἀρχῶν κρίσεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία ἔκ τε ὑγροῦ καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, βαρεῖ τε κυρὸν μιγνὰς καὶ ἀραιὸν πυκνοῦσα, τὸ ὅλον διαιώνισε μία διὰ πάντων διήκουσα ἁρμονία, ἐκ μὴ φιλίων καὶ ἑτεροίων τὸν σύμπαντα κόσμον διαπεραίνουσα, πρός τε ἐναντιότητας ἐν αὐτῷ φύσεις ἀλλήλαις ἀναλίσκουσι ὁμολογήσει, καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τὸ παντὸς σωτηρίαν. Quæ Latinè ab Apuleio versa vide *ad l. 7. § 48.* Synes. *de insomn.* Ἔστι τε οὖν ἐν συγγενείᾳ τοῖς μέρεσι καὶ διάφορα. ὁ γὰρ ὅλον ὁ κόσμος τὸ ἁπλῶς ἕν, ἀλλὰ τὸ ἐκ πολλῶν ἓν καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ μέρη μέρεσι ἀφεστῶτα καὶ μαχόμενα, καὶ τῆς φύσεως αὐτῷ εἰς ἓν τὰ πάντα ὁμόνοια συμφερόντως, ὥσπερ ἡ λύρα σύστημα φθόγγων ὀξέων ἐστὶ καὶ βαρέων τε καὶ συμφώνων τὸ δὲ ἐξ ἀντικειμένων ἐστὶ, ἁρμονία καὶ λύσις καὶ κόσμος. Plut. *de amic. multit.* Ἡ δὲ ἀμιξὶς καὶ φθορποιὸς διαφορὰ ἀπὸ ἀντιφώνου ἔχει τὸ σύμφωνον. Tertull. *apologet. c. 48.* [*Divina*] *ratio universitatem ex diversitate composuit, ut omnia æmulis substantiis sub unitate cohærerent, ex vacuo & solido, ex animali & inanimali, ex comprehensibili & incomprehensibili, ex luce & tenebris, ex ipsa vita & morte.* Et *de pallio c. 2. Mundus iste ex diversis substantiis officisque constat. diversa in unum; ex demutatione diversa sunt. denique diversitatis discordiam vices fœderant. ita mutando mundus est, qui ex diversitatibus corporatus, & ex cibus temperatus.* Ità est *rerum omnium*, uti idem mox *ibidem, diffinita confusio.* Gregor. Naz. *in Julian. 1.* Πάντα θεῖα, καὶ συνῳδὰ, καὶ τὸ πᾶν τοῦτο κόσμον ἓν ἐκ πλείονος πεπλεγμένον.

Καὶ συμπαθῶν] Ità *l. 6. § 37:* φίλα ἀλλήλοις, καὶ σύμφωνα ἔχοντα Manil. *Astron. l. 2.*

Totúmque alterno consensu vivere mundum.

De corpore humano pariter Hippocrates *de alimento.* Σύρροια μία. ξύμπνοια μία. ξυμπαθέα καὶ ἓν ἅπαν μᾶλλον πάντα. de quo videatur Galen. *de facult. nat. l. 1. c. 5. & l. 3. c. de differ. febr. l. 2. de usu pulsuum. l. 1. de causs. pulsuum. l. 2. & de usu part. l. 1.* Vide *infr. § 42.* Apud Sextum Empir. *adv. Physic. l. 1. c. 2.* Philosophi quidam: Ἐπεὶ οὖν ὁ κόσμος σῶμά ἐστιν, ὅτι τριχῇ διαστὸν ἐστὶ σῶμα, ἢ ἐκ μὴ ὄντων ἀποφάσεων, ἢ ἐκ διεζευγμένων· ὅτι δὲ ἐκ συνημμένων, ὅτε ἐκ διεζευγμένων, οὐ δυνατὸν ἐκ μὴ ὄντων ἑαυτὸν συμπαθεῖν, ἐξ ὧν συμβαίνει, ὅτι ἀναιρεῖται τὸ σῶμα τοῦ κόσμου· ἐπὶ μὲν γὰρ μὴ ὄντων ἢ συνημμένων ἢ διεζευγμένων, ἃ συμπλοκὴν τὰ μέρη ἀλλήλοις ὅτι ἢ μὴ ὑπομένων συμπάθειαν τὴν ἔστιν. ὑπομένων τούτων ἔστι σῶμα ὁ κόσμος.

§ 28. Μέλας ἦθος] Ad *sectionem* 18. pertinere ista olim suspicabar, unde librariorum culpâ subducta fuissent: à Marco verò interpretamenti loco subjuncta quibus sc. explicatum ibat, quid μέλανος ἤθους nomine designatum vellet, utpote quod latiùs sibi sumeret, quàm usus vulgaris pateretur, aut quàm Agatho, à quo ipse mutuatus esset, usurpaverat. quomodo *tyranni* nomen Seneca *de animo impotenti, cupido, delicato, epist. 114.* Vide *alt § 25.* Sed & *nigri* vocabulum hoc ipsum, *epist. 48. Per istud* (nugas tricásque dixerat) *philosophiæ sunt nigræ & turpes, infamesque, etiam ad album sedentibus, exceptiones.* Ità Xylander existimavit, quum verteret, *Mores nigri vocantur mores effœminati,* &c. Verùm

rùm fieri poteſt, quod & aliis placuiſſe video, ut μεσχὰ integram iſta conficiant, quâ Marcus ſcil. *mores* varios ſive diſpoſitiones aeq; ingenia recenſuerit, quos ſtylo ſuo perſtringeret, vitandóſq; moneret; *nigros* ſcil. *effœminatos, præfractos, belluinos*, &c. Sicut autem *candor* pro *ingenuitate* & *ſynceritate*; & *mores candidi* pro *ingenuis, ſynceris, integris, benignis, benevolis.* Ovid. *triſt. l.* 3. *eleg.* 6.

Quisque eſt in charis animi tibi candor amicis.

Idémq; *Pont. l.* 4. *el.* 14.

Tuos felix utinam, quàm pectore candidus, eſſem.

& alibi. ——*ſed ſunt tua pectora lacte,*
Et non calcatâ candidiora nive.

Horat. *epod.* 11.

Contráque lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium.

& *epiſt.* 4.

Albi noſtrorum ſermonum candide judex.

& *l.* 1. *Satyr.* 5.

——*animæ, quales neque candidiores*
Terra tulit. ——

Ità *mores nigri*, pro *malignis, improbis, malevolis* dicti. Salsè Solon, apud Laert. *l.* 1.

Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον,
Ὅστις μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
Καρδίῃ, φαιδρῇ μὲν ὑποστένῃ ὀφρύϊ,
Γλῶσσαν δὲ σὸν ἡδὺν
Ἢν μελανὸς φρενὸς ὀργή.
Cui virum cavendo quemque,
Abditum malè geſtet enſem
Corde, vultu dum te amice
Intuetur, & biſulcâ
Blandâ promit diſſa-lingua
Mente ab intus nigricante.

Horat. *ſerm. l.* 1. *Sat.* 4.

——*abſentem qui rodit amicum;*
Qui non defendit alio culpante; ſolutos
Qui captat riſus hominum, famámque dicacis;
Fingere qui non viſa poteſt; commiſſa tacere
Qui nequit, hic niger eſt. ——

Et mox:

Hic tibi comis, & urbanus, libérque videtur,
Infeſto nigris. ——

Et rurſus ubi hominem induxit, ità amicum prædicantem, ut tamen interim tectè ſubdoléq; notam illi aliquam affigat;

——*hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt*
Ærugo mera. ——

De Sexto Clodio Cic. *pro Cæcin.* *Nec minùs niger, nec minùs confidens, quàm ille Terentianus Phormio.* Pindarum tamen *in Pythiis od.* 4. φρένας λάβρους, ſive *alba præcordia*, pro *fatuis ſtolidiſque* poſuiſſe monet Hadr. Jun. *cent.* 3. *adag.* 32. qui fallitur tamen, quod φρένας μελαίνας, ſive *nigra præcordia*, pro *prudentiæ* argumento haberi opinatur, ubi Homerus eas Hectori tribuit, *Il. ζ. v.* 83. cùm *fortitudinis* ſint potiùs, neq; enim ita, ſed ita eſt Hectoris laus. Indè proverb. οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος. *Candidorum virorum nullus eſt uſus.* quaſi imbelles illi plerumque ac inutiles ſint. qualis Nireus,

——ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν,
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἦεν —*Il. β. v.* 673.

& Paris, cui ſcil. ——κάλλος
Εἶδος ἔην, ἀλλ' οὐκ ἄρα οἱ γε βίη φρεσὶν, οὐδέ τι κάλλος. *Il. γ. v.* 45.

Πεπυκτιλὲς | ἦθος, *mores præduri, præfracti, rigidi, refractorii.* Ità Sophocl. *Ajac. Lorar.*

——πεπυκτιλεῖς φρένας.

i.e. αἱ ἄγαν σκληραὶ. *Schol.* à ferro tranſlatum tragicus ipſe innuit, ubi mox ſubjungit,

——ὡς ἐκαρτέρουν,
Βαφῇ σίδηρος ὥς.

Et in *Antigon.* ubi ingeniorum iſtiuſmodi exitum edocet:

Ἀλλ' ἴσθι τοι, τὰ σκληρ' ἄγαν φρονήματα
Μίπτει μάλιστα· κἠν τὸν ἐγκρατέστατον
Σίδηρον ὀπτὸν ἐν πυρὸς πεπυκτιλῇ,
Θραυσθέντα κἠμφλῶτα πολὺς ἂν εἰσίδοις.
Præfracti at animi plurimùm, ſcias velim,
Cadere aſſolent: & ipſa vii ferri ignis
Exacta flammis rigidi & intractabilis,
Diſcedit icta ſæpe, & in partes abit. Grot.

quamquam & de quibuſvis rebus uſurpatur, quæ ſic exaruerunt, ut præduræ fiant. παρὰ τὸ σκλῆναι. Poſſunt & πεπυκτιλὲς ἦθος, *mores difficiles, moleſti* & *morosi* dici. Siquidem πεπυκτιλὴς Heſychio, non σκληρὸς tantùm, ſed & δυσχερὴς exponitur. Ità Theophr. *de cauſſ. l.* 2. *c.* 4. ὁ πεπυκτιλὴς δηλῶ· cui opponitur, Ὁ εὐχερὴς καὶ μαλακὸς, *ibid.* & *c.* 2. & Hippocr. *de Ulcer.* Φάρμακα πεπυκτιλῆ· *medicamenta moleſta, & aſpera.* ſive πλάνοσα καὶ ἐρεθίζοντα φορδῶς. ut Galen. explicat, *ad Glauc. l.* 2. & Philochorus apud Athen. *l.* 14. κεφαλαία πεπυκτιλῆ, *æſtus ardoreſque graves & moleſti.* Cæterùm apud Menandrum à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 96. repræſentatum, πεπυκτιλὲς φέρειν, non eſt, *ægrè ferre*, quod cl. Caſaub. cenſuit, nec *æquè*, quod Geſnerus reddidit, ſed *obſtinatè* potiùs, ex priore vocabuliuſu, & *infracto* adversùs fortunam animo, quod & Grocius advertit, & ipſa Comici dictio docet, ſi ponatur integra. ea enim ſic habet:

Πρὸς ἅπαντα δεινὸν ὁ πόνος ἐστὶ πεπυκτιλῆ,
Καὶ πάντας αὐτὸς καταφρονῶν ὑπερβαίνει.
Ὁ γὰρ μετρίως φρονῶν, πεπυκτιλὲς φέρει.
Adverſa omnia, labores, moleſta.
Mens timida ſemper pauperi eſt; atque omnibus
Se ſuſpicatur eſſe deſpicatui.
At quorum res ſunt, Lampria, meliuſculæ,
Animo obſtinatiore perdurant mala. Grot.

Ὀνειδίζῃς, βουλόμενος | Vide *ad l.* 5. § 11.

Παιδευθεὶς | *Viri quoque puerilia ac muliebria ingenia ſunt.* Senec. *de ira, l.* 1. *c.* 16.

§ 29. Ἐν-

§ 29. Κόσμῳ κόσμῳ | Quin τὸ κόσμος ξένος ipsi videntur. *infra* § 46. Vide & *l.* 8. § 15. & *l.* 12. § 1. & 13. *Peregrini* enim videntur esse, quæ civitatis, in qua agit, sint solennia, ignorare. Huc illud Luc. *c.* 24. *v.* 18. Σὺ μόνος παροικεῖς Ἰερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ; Itaque & Petrus Apostol. *epist.* 1. *c.* 4. *v.* 12. pios persecutionem à mundanis perpessos (cùm ἐν τῷ κόσμῳ διάγειν ξένην, i. e. *in mundo* atque à mundo, qui ipsos odio habiturus sit, *afflictos fore* Dominus ipse præmonuerit, in *Evangelio* Joan. *c.* 15. *v.* 18. & *c.* 16. *v.* 33.) vetat ξενίζεσθαι τῇ ἐν αὐτοῖς πυρώσει πρὸς πειρασμὸν γινομένῃ, ὡς ξένου αὐτοῖς συμβαινούσης. Itaque hac in parte, prout Marcus istic, non vult Christianos esse ξένους κόσμου. Alioqui ξένοι κόσμου καὶ παρεπίδημοι, *peregrini & inquilini mundi* istius, quoad vitæ rationem & institutum, prædicantur pii omnes, idq; illis laudi ducitur. Autor *ad Heb. c.* 11. *v.* 13. & Petr. idem *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 11. Joan. Chrysost. in *epist. ad Hebr. orat.* 24. Ἡ ἀληθὴς ἀρετὴ, καὶ ἡ πᾶσα ἀρετὴ, τὸ ξένον εἶναι τοῦ κόσμου τούτου καὶ παρεπίδημον, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὰ ἐνταῦθα πράγματα, ἀλλ' ἀπηρτῆσθαι αὐτῆς, ὡς ἔξω ξένον. vel ut alii, ὡς ἔξω ξένον.

Φυγὰς | Ἀκρατὴς idem *l.* 10. § 25. Philo *allegor. lib.* 2. φυγὰς ὁ φαῦλος, *fugitivum vitiosus* quivis.

Τυφλὸς, ὃ κρίσεως τῆς τοιᾶδε ἄμμασι | i. e. τῆς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς. ut Paulus *ad Eph. c.* 1. *v.* 18. sive τῆς νοημάτων. ut idem *ad Cor. ep.* 2. *c.* 4. *v.* 4. Ità Petrus, *ep.* 2. *c.* 1. *v.* 9. τυφλὸς δὲ ὁ μυωπάζων. Undè verbum Domino Christo usurpatum; Matth. *c.* 15. *v.* 14. Ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. Ex Paulo *ad Rom. c.* 2. *v.* 19. τυφλῶν ὁδηγός. Ex Angelo Ecclesiæ Laodicenæ Dominus Joannis *Apoc. cap.* 3. *v.* 17. Οὐκ οἶδας ὅτι τυφλὸς εἶ. Vide *suprà ad lib.* 2. § 14. Sophocles *Oedip. rege.*

Τυφλὸς τὰ τ' ὦτα, τὸν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα. *Mentemque & aures cæcus est, & lumina.*

Τῷ νοερῷ ὄμματι | Autor *de Mund. cap.* 1. Ἡ γὰρ ψυχὴ διὰ φιλοσοφίας λαβοῦσα ὑπομόχλιον τὸν νοῦν, καὶ διὰ ψυχῆς ὄμματος τὰ θεῖα κατανοοῦσα, &c. Vide *ad l.* 3. § 15.

Πτωχὸς | Ità de Ecclesiæ Laodicenæ Angelo, *Apoc. c.* 3. *v.* 18. πτωχὸς, καὶ τυφλὸς. *mendicus & cæcus.*

Ὁ ἑλκὴς ἑτέρῳ | Vide *lib.* 3. § 5. & *l.* 9. § 6. & *l.* 11. § 1. Epictet. *dissert. l.* 4. *c.* 8. Εἰ μέ τις βλάψαι δύναται, ἐγὼ οὐδὲν πρὸς οἱ ἄλλον ἐπιμέλομαι ἵνα με ὠφελήσῃ, ἐγὼ οὐδὲν εἰμί. *Si me quis lædere potest; nihil ago; si alterius opem expecto, qui me juvet; nihil sum ego.*

Ἀπόσπασμα κόσμου | Ità *l.* 2. § 16. ἀπόσπασμα καὶ οὗτος μόριον τοῦ κόσμου.

Ἐκεῖνο γὰρ φέρει τοῦτο, ἢ καὶ σὺ ἤνεγκας | Ità *l.* 12. § 1. Τοῦ γὰρ αὐτοῦ ἡ φύσις ἔφερε, καὶ σὲ τοῦτο. τοῦτο, cum τοῖς συμβᾶσιν priùs dixisset. transitio à numero ad numerum, plurali ad singularem: sicut vice versâ ab hoc ad illum *l.* 2. § 4. Ità Plato *Hipp.* Καὶ πῶς ἂν οἱ ἐκόντες ἀδικοῦντες, καὶ ἑκόντες ἐπιβουλεύοντες, καὶ μετὰ ἐργασιμωτέρου, βελτίους ἂν εἶεν ἢ ἀκόντων, οἷς πολλὰ δοκεῖ συγγνώμη εἶναι, ἐὰν μὴ εἰδώς τις ἀδικήσῃ, ἢ ἄλλο τι κακὸν ποιήσῃ. Paulus *ad Cor. epist.* 1. *c.* 4. *v.* 1. Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ. ὧδε ἔτι λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. Sic & *ad Galat. c.* 6. *v.* 1. Ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, σκοπῶν σεαυτὸν, καὶ μὴ σὺ πειρασθῇς. Salust. in Catilin. *Interea servitia repudiabat, cujus rei initio ad eum magna copia concurrebant.* Terent. *Eunuch.* 2. 1.

Adeóne homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse?

Id. *Cujus maximè mos est consimilis vestrûm, hi se ad vos applicant.*

Plaut. *Pseud.* 3. 2.

Si quò hic gradictur, pariter progrediminor.
Manum si protollet, pariter proferto manum.

Usum hujus enallages, qui & Hebræis familiaris (de quo videantur Fr. Jun. *ad Proverb. c.* 13. *v.* 1. & Jo. Druf. *quæst. l.* 3. *c.* 33.) in distributionibus solennem, monet M. Seneca *Suasor.* 2. qui ubi Corn. Severi illud de militibus Romanis laudaverat,

——— *stratique per herbam,*
Hic meus est, dixere, dies. ———

Illud, inquit, *Porcellus Grammaticus arguebat in hoc versu, tanquam solœcismum, quòd cùm plures induxisset, diceret, Hic meus est dies, non; Dies hic est noster. & in sententia optimo accusabat id quod erat optimum.* ——— *nam quasi proverbii loco est; Hic dies meus est. & cùm ad sensum retulerit, ne Grammaticorum quidem calumnia habebit locum. dixerunt enim; non omnes simul, sed singuli ex his, Hic meus est dies.* Nec secùs in *Historia* sacra *Reg. lib.* 4. *cap.* 5. *v.* 13. de Naomane, *Allocuti sunt eum servi ejus, dicentes, Pater mi*, &c. i.e. horum quasi seorsum singuli. Sic hoc loco τοῦτο, i. e. τούτων δὴ συμβαινόντων ἕκαστον. Sed de istis alibi fusiùs disseruimus.

Ἀπόσπασμα πόλεως | Hinc illud *l.* 3. § 8. Οὐδὲν ἀπόσπασμα πόλεως. Cat. *qui in civitate seditionem suscitat.* Xyl. *fractum à civitate amputatum.* ego malim, quo uno verbo exprimam, insolenti fortàn uti vocabulo, quale & Marci ipsum est, sed analogiâ eâdem, quâ *abscessus*, formato, *abscissum civitatis*, vertere. Ejusmodi autem hominem nunc *membro abscisso*, *l.* 8. § 34. nunc *ramo avulso*, *l.* 11. § 8. nunc *civi seditioso*, *l.* 9. § 23. similèm pronunciat. Quin & τὸ ἀποσπᾶσθαι vocabulum etiam de cive istiusmodi usurpavit Plutarch. *in præcept. polit.* Δεῖ γὰρ ἐκ-

δεῖν

ἀεὶ μανδύα νομίζειν πολίτην, ἂν μὴ τις, ὡς Ἀλεισίων, ἢ Νάξιος, ἢ Καπρίνας, ῥάκιον ἢ ὑπόστομα πόλεως ἐγχώριος.

Μιᾶς ὕσης | *Animam* totius *unam* statuebant Stoici, cujus singulæ omnes quasi membra essent. Vide *supr.* § 21. & *infr.* § 40. & *l.* 9. § 8.

§ 30. Χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ | *Alius sine toga philosophatur.* Xyl. imò, *sine tunica.* Ità Cynici. Salmas. ad Tertull. *de pallio. Græci generis omnes cùm tunicam, tum interulam simul indutui habebant, haud minùs quàm Romani sub toga. Soli Cynici præter omnium Græcorum morem, tunicam non gerebant*, sed interulam tantùm. Lucian. in *Cynico dialogo*: Τί ποτε, ὦ ἑτοῖε, μάγγανα μὴν ἔχεις καὶ κόμιλα, χλαῖναν δὲ οὐκ ἔχεις; Dio Chrysost. ὁ Κυνικὸς *orat.* 72. Τίς γὰρ μιλὼν καπίλας ἐνδύσεται ἐρωτικὰς ἅμα καὶ καπηλείους ἀναζωσαμένους, ἀλλ' ἀποτιθέμενος καταγελᾶσθαι δ' ἂν τὰναντίον, εἰ μὴ ὥσπερ ἐκεῖνοι ἔχειν. ὡς οἰκεῖα τῷ χιτῶνι ἐνδεχόμενος τὴν ἐρημίαν, ἣν μιλαγχεῖονται, ἔνεστιν ἰδεῖν τινα ἐξιόντα ἐκ ἱματίου, κοιλίαν τε καὶ κεφαλὴν καὶ τὰ μέρη, οὐχ οἷοί τε οἱ ἔξω τούτων ἀσυγχύτου ἄγαν, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῷ παρέχεσθαι, καὶ ὅπως βαδίζειν, καὶ ὅπως καταγελᾶσθαι, ἢ ἐλεεῖσθαι ἢ ἐπαισχύνεσθαι· καὶ ταῦτα εἰδότες ἔτι τοῖς χλαμυδίοις φιλοσόφοις ξυνόντες ὅσον οὐ σολὰ αὐτῇ, καὶ ὅπου τινὰ ἐκκλίνουσιν. *Philosophis*, inquit, *consuetus hic habitus*; Cynicis nimirum, non & cæteris. Et hæc illis causa pallii duplicandi, quòd sine tunicis essent. Unde Diogenem tunicam petentem jussit Antisthenes, πῦξαι διπλάσιον. (Indè Teles apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. de Metrocle jam Cynico: ἐκεῖνος μὲν ζητοῦσι τὸν τριβωνα ἐκείνου ἢ ἀνάγκης τὸν τρίβωνα ἔχειν, ὅπου τινὰ δύο ἱμάτια ἔχων.) De Antisthene Laertius; τὸ ἱμάτιον ἀχρῆτα μόνον quod scil. *tunicam non haberet.* idémq; de Cynicis, πείσεσθαι μόνους χρῆσθαι ἀχίτωνας itaque erant Cynici, & qui Cynismum profiteri volebant, tunicam deponebant. Vetus epigramma,

Ἑρμοδότου τόδε δόγμα τὸ πάσσοφον· εἴτις ἀμηχανέῃ,
Μηκέτι κεινόων, ὅσσα τὸ χιτωνάριον.

Hermodoti sapiens dogma hoc: si desuerit cui
Æs, posità tunicâ, nè amplius esuriat.

hoc est, si quis esurit, & viam reperire vult, quâ non amplius esuriat, depositâ tunicâ habitum Cynici capessat. perperam viri docti στιχ χιτωνάριον accipiunt ibi pro *induere.* Hinc Juven. *Sat.* 13. v. 121.

— *& Stoica dogmata tantùm*
A Cynicis tunicâ distantia. —

quia Stoici tunicas, ut reliqui philosophi, & Græci omnes gestabant, quibus carebant Cynici. Hæc ibi fere Salmas. & *ad Marci* nostri *vitam* à Capitolino delineatam. quæ non advertit vir doctissimus Jo. Camerona in *prælect. ad Matth. cap.* 18. v. 15. ubi dixit, *Stoicos à Cynicis pallio distâsse.* à Satyrici *Scholiaste* forsan *Vetere* deceptus, qui *Cynicos pallio usos* negat. *pallium* enim utrique Sectæ amictus ex æquo communis erat. Quin & Romanos priscos ἀχίτωνας egisse, autor est Gellius *lib.* 7. *c.* 12. *Viri*, inquit, *Romani primò sine tunicis togâ solâ amicti fuerunt.*

Χωρὶς βιβλίου | Vide *ad lib.* 2. § 2. Clemens *Strom. l.* 4. Ἔξεστι δὲ τῷ καθ' ἡμᾶς πολιτευομένῳ καὶ ἄνευ γεγραμμάτων φιλοσοφεῖν. Quin & è nostris quidam de *librorum supellectile* interrogatus; *Fabricam mundi*, Creatorisq; eodem comprehensas *librorum* vicem abundè sibi suppetere respondit. Τὸ ἐμὸν βιβλίον ἡ φύσις ἐστὶ γεγονότων καὶ γενέσεων, ὅτι βούλομαι, τοῦ λόγου ἀναγινώσκειν τὰ θεῖα. *Natura*, inquit, *rerum mihi liber est; in quo Dei oracula, ubi libuerit, legere licet.* Ex Evagrii scripto Nicephorus Callisti *l.* 11. *c.* 43. Eum autem qui hoc dixerat, Antonium is *Justum* appellat, quem alii cum Sozomene *Magnum*: qui & *hist. Eccl. l.* 1. *c.* 13. de eodem, γεγράφασι μὲν οὐδὲ ἡπίστατο, οὐδὲ ἀναίμαζεν· ἀλλὰ νῦν ἀγαθὸν, ὡς ἀποβλέποντες ἐπὶ γραμμάτων, καὶ αὐτὸν τύπων εὑρετὴν ἐπίστευον. *literas nec norat, nec suspiciebat: Sed mentem bonam, tanquam eis antiquiorem, ipsámque earundem inventricem collaudabat.*

Ἄλλος ἔτος | Malim, ἄλλος ἕτος. *alius quispiam.* Ità Demosth. *adv. Midiam*: ἄλλος ἑτοί τις ἀναισθὴς, &c. *Liban. orat.* 22. καί τις ἕτερος.

Ἡμίγυμνος | De Cynicis Cyprian. *orat. de patient. Exsertæ seminudi pectoris inverecunda jactantia.* De Alcidamante Cynico Lucian. in *Sympos.* Ἐκ τούτου ἀπαλλάξας ἑαυτὸν, ἵνα μὴ ἡμίγυμνος. Senec. *epist.* 62. *Demetrium virum optimum, mecum circumfero, & relictis conchyliatis, cum illa seminudo loquor, illum admiror.* At de eodem *ep.* 20. *Ego certè aliter audio, quæ dicit Demetrius noster, cùm illum vidi nudum, quantò minus quàm stramentis incubantem? tunc enim non præceptor veri, sed testis est.* De Christianis Cæcilius apud Minucium: *Purgatas despiciunt ipsi seminudi.* Cæterùm peculiari quâdam ratione *Cynici seminudi*; nimirum, *quia* (Cl. Salmasii verba habes, *ad Tertull. pall.*) *partem pallii de sub dextro humero, super sinistrum rejiciebant; & sic exoluto dextro, obvelato sinistro erant.* τὸ *pallium Cynicum humerum lævum duplici textu tegebat, & dextrum nudabat, cùm commune in utroque humero simplex fœderet.* Ammianus *in Cynicum anthologi. lib.* 2. *c.* 52. παχύνετο, ἄμοιον ἔξω. indè ἐξωμὶς vestis, quâ ei utebantur. Sextus Empir. *Pyrrhon. hypothes. lib.* 1. *c.* 14. § 10. Καὶ ὁ μὲν Διογένης ἀστὸ ἐξωμίδος φαίνει ἡμῖν ἢ ὡς οἱ ἀπὸ Σωκράτους. Et ab hac Cynici Ἐξωμίαι. Lucian. βίων πρᾶσει, de Cynico, ἕτος, ὁ τὴν πώγωνα ἐξυρημένος, ὁ ἐξωμίας. frustra est vir Cl. H. Stephanus, quum ad humerorum altitudinem refert. Indè

&c.

& de Cynicis Tatian. *cap.* 41. Θεσπέσιον ἄλλων ἀναιδείαν. quem *nudum* scil. *& exertum*, ut Cyprianus, habebant.

Ἄρξω δὲ ἔγωγε | Hoc vult. nihil impedire, quo minus quispiam, etiam in summa rerum omnium indigentia, operam det Philosophiæ, in eâque persistat. Sen. *ep.* 17. *Licet ad philosophiam etiam sine viatico pervenire.* Legas fis totam epistolam. Epictet. *Enchir. c.* 11. § 1. Ἐὰν σοφὸν λάβῃς, ἄφες καὶ τούτου διαλεγομένου· ἐὰν ἀμαθῆ σεαυτὸν εὑρίσκῃς, οὐκ ἔχω διαφορᾶς. πρῶτον δὲ λιμῷ ἀποθνῄσκειν, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις παρανόμως. *Tum est pulmentorum conditura curare: neque enim dogmata potes audire divina; qui aures fordibus oppletas geris.* Narrat Theodoret. *Hist. Eccles. l.* 4. *c.* 19. Nec supprimi dignum illud Butleri nostri medicinæ nomine celeberrimi, quem cum Juridicus quidam insignis in convivio frequenti de re medica jactantiùs paulò se efferens, subinde compellaret, quæreréq; inter alia, quonàm in Galeni opere dictum quoddam inveniretur, respondit, *In decimo tertio Henrici octavi*; alludens ad leguleios nostris solennem legum capita circumducendi formulam, tanquam jure suo contentum, intráq; limites ejusdem se continentem, in medicam scholam minime, neutiquam oportuerit. Verùm, contrà quàm Pindarus apud Plut. *de virt. mor. & de tranquill.*

Ἐν ἅρμασιν μὲν ἵππον, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦν
Currum equus, aratrum bos vehat.
Optat ephippia bos piger, optat arare Caballus.

Horat. *l.* 1. *epist.* 14.

——*nec quisquam ferè, quam sibi sortem*
Aut ratio dederit, aut sors objecerit, illâ
Contentus vivit; laudat diversa sequentes.

Idem *Serm. l.* 1. *Sat.* 1. Ita:

Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.

Idem *ep.* 14. In hoc, quod nunc pro manibus habemus, negotio, id cum primis à fa venire, idem monet *l.* 2. *ep.* 1.

Navem agere ignarus navis timet: abrotonum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri:
Scribimus indocti doctique.——

Atqui ut Plut. de trang. οὐ πάλαι πάντων ὄντων· ἀλλὰ δεῖ τῇ Πυθικῇ χρήσασθαι παραινέσει, καὶ τὸν ἑαυτοῦν. ὅτι χαῦνος ἐστὶν ὁ πίνων, ἢ μὴ ἄλλον ἄλλοτε βίον ἔχειν ἀλλὰν, ἢ πολυειδῆ πάντα φύειν. Vide *l.* 6. § 43. & *l.* 7. § 5.

Παρακαλῶ | Apost. *ad Rom.* c. 12. *v.* 17. Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ.

Θεοῖς μὲν ἐπιτρέψας τὰ σαυτοῦ πάντα | Socrates apud Platon. in *Critone*, & apud Epictet. *Enchir. cap. ult.* & *dissert. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 3. *c.* 22. Εἰ ταῦτα τοῖς θεοῖς φίλον, ταῦτα γενέσθω. David noster; *Faciat me Dominus, quod illi visum fuerit. Reg. hist. l.* 2. *c.* 15. *v.* 26. Cujus & mentem passim pia istiusmodi, גֹּל עַל יְהוָה דַּרְכֶּךָ *Devolve super Deum viam tuam. Psal.* 37. *vers.* 5. & *Psal.*

Psal. 55. *vers.* 22. השלך על-יי יהבך *Rejice ad Deum munus omne tuum.* Et Solomon filius; *Prov. c.* 16. *v.* 3. גול אל-יי מעשיך *Devolve ad Deum opera tua.* Et Petrus Apost. *ep.* 1. *cap.* 5. *vers.* 7. Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτόν. Vide *infr. ad* § 34. Sed & Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 346. *ad l.* 5. § 7.

Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς | Phrasis Marco familiaris, ità *supr. l.* 3. § 4. ἀσυκοφάντητον ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὸ συμβαίνοντα. & *l.* 12. § 29. ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὸ ἥκιστα ποιεῖν, καὶ ταλανᾶν λέγειν. & *l.* 2. § 3. ὑπὸ κηδεμόνος ἐυχόμεθα. Quod idem in sacra pagina toties occurrit. *Deut. cap.* 6. *Vers.* 5. *Diliges Dominum Deum tuum* ואהבת את-יי אלהיך בכל-לבבך ובכל-נפשך. Ubi Græcus interpres; ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου. Sed & Lucas *Evang. c.* 10. *v.* 27. & Marc. *c.* 12. *v.* 30. At Matth. *Ev. c.* 22. *v.* 37. Ebraisans magis; ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ.

Ἀνδράποδον ἢ μαθητὰ | Annot. Lugd. μαθητὰ quorsum, quæso?

Μήτε πάσσαλον, μήτε ὄλισθον | Neque præter jus fasque quendam opprimendo, neq; præter decorem alicui inserviendo. Illud Apost. *ad Thess. ep.* 1. *c.* 4. *v.* 6. Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Istud idem *ad Corinth. ep.* 1. *c.* 7. *v.* 23. Μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. Atque hoc forsan fuerit, quod Marcus voluit verbis illis, *l.* 5. §. 28. ἔστι τεχνικὸς, ἔστι πόρνη. Laxiùs *tyranni* nomine abusus Seneca *ep.* 114. *Animus noster modò rex est, modò tyrannus, rex, cùm honesta instuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum: ubi verò impotens, cupidus, delicatus est; transit in nomen detestabile ac durum, & fit tyrannus.* Illud interim observetur, quæ hìc sejuncta Marcus posuit, *tyrannicè* nimirum *agere* & *serviliter assentiri*, in eisdem personis conjunctim frequentissimè deprehendi. De Pseudoprophetis Judas Apost. *epist. v.* 16. Τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπερογκα. θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν. De sui temporis Episcopis Isidor. Pel. *l.* 2. *ep.* 125. Ὡς τὰ πολλὰ, οἱ μὲν ἄρχουσι, τοῖς δὲ δοκοῦσι καὶ τοῖς μὲν ἐπιτάσσουσι, τοῖς δὲ ὑπηρετοῦσι· καὶ τοῖς μὲν κακῶς ποιοῦσι, τοῖς δὲ χαρίζονται· τοῖς μὲν ὑπερηφανίας, τοῖς δὲ ὑποπτεύουσι καὶ φοβοῦνται μᾶλλον τύπτει, μισοῦνται δὲ ὑπὸ τύπτων. De Carthaginiensibus Plut. *præcept. polit.* Καρχηδονίοις δὲ μᾶλλον ἁρμόττον τοῖς ἄρχουσι, βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις, ἀπρόσιτον ἐν φόβοις, ἀγεώμετρον ἐν ὀργαῖς. De Persei Regis aulicis, Livius *hist. l.* 45. *Servire regibus humiliter, aliis superbè imperare assueti.* Et de turba in genere, *l.* 24. *Hæc natura multitudinis est; aut servit humiliter, aut superbè dominatur.* Hinc illa Senecæ expostulatio, *de benef. lib.* 3. *c.* 28. *Servum tu quenquam vocas, libidinis & gulæ servus, & adulteræ, imò adulterarum commune mancipium? negas tibi beneficium à servo tuo posse dari, cui osculum alieni servi beneficium est? quæ est tanta animi discordia? eodem tempore servos despicis, & colis: imperiosus intra limen, atque impotens; humilis, fortis; & tam contemptus, quàm contemnens. neque enim ulli magis abjiciunt animos, quàm qui improbè tollunt; nullique ad calcandos alios paratiores, quàm qui contumelias facere accipiendo didicerunt.* Ità quod Peripateticus quidam apud Procop. in *inedits.* Τὰ ἐναντιώτατα ἐν ἀνθρώπου φύσει ξυμβαίνει εἶναι, ὥσπερ ἐν ἅπασι χρωμάτων τῇ μίξει. quod & Marcus ipse monuisse videtur. *l.* 11. § 14.

§ 32. Ταῦτα πάντα | forsan πάντα, ut mox, τὰ αὐτὰ. *eadem quæ nunc vides.* Vide *ad l.* 2. § 14.

Ἀυθαδιζομένους | *Jactabundos.* Cas. hoc est, ἀλαζονευομένους. *præfractos se gessisse.* Xyl. Malim, *arroganter pervicaces*, vel *contumaces.*

Ἀποθανεῖν πᾶσι εὐχομένους | *Mori optantes.* Cas. quod Joannes *Apoc. c.* 9. *v.* 6. ἀποθανεῖν ἐπιθυμοῦντες dixit. & Xyl. *votis mortem vocasse.* Verùm aliud, opinor, Marcus voluit. *aliorum mortem voto*, sive *prece expetentes.* quod, optione datâ, non petivisse Salomonem, Deo gratum fuit. *Annal. l.* 2. *c.* 1. *v.* 11.

Οὐκ ἐπ' ἐδάφους | Idem argumentum tractat, *l.* 8. § 25. & 31. Vide & *supr.* § 3. & *l.* 7. § 58. & *infr.* § 33.

Ἐπιγεγραφὰς χρόνων | *Periodos.* Cas. ἐπιγεγραφὰς. Malim, *signaturas*, sive *signationes*, eo sensu, quo Tacitus an Fabius *de causs. corrupt. eloq. Primùm hoc rogabo, quos vocetis antiquos, quam oratorum ætatem signatione istâ determinetis:* ut ἐπιγεγραμμένοι χρόνοι, sint *tempora* regis alicujus imperio, aut ejusmodi notâ aliquâ insigniore *designata.*

Κατενηνεγμένης | *Cùm ad summum contendissent.* Xyl. *Cùm hoc aut illud enixè contendissent.* Cas. optimè. Vide *supr.* § 3. μηδὲ κατανεύσαι.

Ἔπεσον, καὶ ἀνελύθησαν εἰς τὸ σωλήν | quod Psaltes *Psal.* 146. *v.* 4. *Abscedit spiritus; ad pulverem suum redit: eo ipso die intercidunt omnia cogitata ejus.*

Κενὰ ἀπορίας | Vide *lib.* 2. § 2. *supra* § 3. μὴ ἀπὸ.

Ἀφάνειας | ità *supra* § 19. πλείων δὲ ἀνάγκης πρὸς φυσικὴν ὁδόν.

Ἡ ἐπιστροφὴ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν | Ἐπιστροφὴ hìc Marco, quod προσοχὴ Epicteto *differt. l.* 4. *c.* 12. Τί ἐγὼ θέλω προσοχὴν φυλάσσειν; σύμμετρον πῆξαι θέλω. τί ἐστι; ὃ δεῖ προσέχεσθαι; ὅλον. τί κωλύει προσέχοντα μὴ μέχρις τοῦ βίου, ἐφ' ὃ ὁ διατείνει τὸ προσέχειν. Saltem προσοχὴ illa jugis, via est ad ἐπιστροφὴν talem qualem Marcus hìc præscribit, præstandam; quâ nimirum post feriam rei cujusq; considerationem ad sedulam debitamque

tám.q; pro rei natura & dignitate circa eam ſe gerendi curam animus accingitur. Vide ad ſequentia Senecam. Vide &*l.* 10. § 11. Quod autem περιεχὼ διωκτὴ Epictetus, id σωϊζόμενα διαφορικὴν προηγμένων ὁ τῆς ἡγεμονικῆς appellat Heſychius noſter *in aſcetic. c.* 1. § 7.

Ἰδίαν ἀξίαν ἔχει ἢ συμμετρίαν | i. e. pro rerum, circa quas verſatur, & in quibus exercetur, naturâ locóq; ſe gerit. Vide *l.* 1. § 6. Sic *l.* 3. § 11. ἄλλα μὴν τοῦ τὰ κατ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συσχολάζομεν. Hoc eſt, quod Lucilius, referente Lactantio *inſtitut. l.* 6. *c.* 5.

Virtus, Albine, eſt pretium perſolvere verum
Quæis ni verſamur, quæis vivimu', rebu' poteſſe.
Virtus eſt homini, ſcire id, quod quæque habeat res:
Virtus, quærendæ rei finem ſcire modúmque:
Virtus, divitiis, pretium perſolvere poſſe:
Virtus, id dare, quod reipſa debetur honori.

Senec. *epiſt.* 89. *Philoſophiæ moralis pars prima eſt, inſpectio ſuum cuique diſtribuens, & æſtimans quanto quidque dignum ſit, maximè utilis. quid enim eſt tam neceſſarium, quàm pretia rebus imponere? ſecunda, de impetu: tertia, de actionibus. primum enim eſt, ut quanti quidque ſit, judices: ſecundum, ut impetum ad ita capias ordinatum temperatúmque: tertium ut inter impetum tuum actionémque conveniat, ut in omnibus iſtis tibi ipſi conſentias. tunc enim vita ſibi concors eſt. ubi actio non deſtituit impetum; impetus ex dignitate rei concipitur, perinde remiſſus acr.órve, prout illa digna eſt peti.*

Οὐκ ἀποδυσπετήσεις | *Non ægrè feres, animo concides.* Sic *l.* 5. § 9. μὴ ἀποδυσπετῆσαι.

Ἐὰν μὴ ὀλίγον ἢ ἔλαττον ἢ ἐσπούδακε περὶ τὸ ἐλάττονος πράγματος | *Si non pluris quàm par eſt, rem ullam feceris; vel plus quam dignum eſt, in ea ſtudii poſueris.*

§ 33. Αἱ παλαιαὶ συνήθειαι λέξεως, γλωσσήματα νῦν | Malè accepit iſta Xyland. cùm vertit. *Uſitata quondam vocabula, nunc interpretationis loco ſunt.* Imò, interpretatione potiùs opus habent. Hinc Sext. Empiric. *adv. Grammat. l.* 1. *c.* 13. Διήνεγκε δ' ἴσως, ἢ βαρβάρου λέξεως ἑρμηνευτὰς γενέσθαι, ἢ τῆς κατὰ γλῶσσαν ἐσφαλμένης, ὁμοίως ἡμᾶς ἀσυνήθεις ἡμῖν. Et, *Qui gloſſemata interpretati ſunt:* inquit Varro *de ling. Lat. l.* 6. Galenus in *gloſſario Hippocratico*, ità enim potiùs quàm *lexico* dixerim, cùm in ipſo limine ipſe Τῶν λέξιν à *gloſſa* diſtinguat: Ὅσα τοίνυν δεῖ ὀνομάτων, ἐν μὲν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ὧν συνῆδεν, ἅπασι δ' ἴσως οὐκέτι ἦν, γλῶτται καλοῦσι. Fabius etiam *inſtitut. lib.* 1. *c.* 14. *Gloſſemata, voces minus uſitatas; gloſſas, linguam ſecretiorem, interpretatur.* Dionyſius Halicarn. *de compoſ. nomin.* Ἔστι τις ὀνομασία πιτυκὴ γλωσσημάτων τε καὶ ξένων καὶ τετριμμένων καὶ πεποιημένων, οἷς ἅπασι τὰ ποιήματα πέποικε. Idemq; in Thucydidis hiſtoria obſervat quædam γλωσσηματικὰ, καὶ ἀπηρχαιωμένα, καὶ ξυνειληγότα τοῖς πολλοῖς. Plut. *de Iſid. & Oſirid.* Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν εἰ ἐνίοτε τὰ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν ἀνάκαστον. καὶ γὰρ ἄλλα μυεῖα τοῖς τελουμένοις ἐν τῇ Ἑλλάδος συμπεπλέγμενα, μίχεε τοῖς βαρβάροις καὶ ξενικὰ πανταχοῦ ἱστόρηται, ὧν ἕνεκα τὸν ποιητικὸν ἀναγκαιότατον Διόδωρον ὡς βαρβαρίζοντα, οἱ γλώτταις τοιαύταις ἐντυγχάνοντες. Hoc ideo Plut. quia γλῶσσαν τὸν ἐπιξενωμένον διάλεκτον dixere, ut Euſtath. *ad Il.* α. & γλώσσας, ἀπειλήφασι ἔνιοι τὰς βαρβάρων φωνὰς, Clem. *Strom. l.* 1. quas à *dialectis* idem ibidem diſterminat. Atque hinc ὁ γλώσσῃ λαλῶν, Apoſtolo *ad Cor. ep.* 1. *c.* 14. *v.* 4. i. e. *linguâ barbarâ & peregrinâ*, ideóque minùs intellectâ. cui ea de cauſſa ſilentium indicit, *v.* 28. Ἐὰν μὴ ᾖ διερμηνευτής. i.e. *ni interpres adfuerit. Gloſſematis* autem vox, quam ex nullo Græco ſcriptore afferri Hen. Stephanus aſſerit, apud noſtrum hoc loco, nec ſemel uſurpata, reperitur. Horat. *in arte poetic.* ad noſtri mentem, & à rebus & perſonis ad ſermones ac verba argumentatus. quemadmodum Marcus hîc ἀπὸ πραγμάτων à verbis ac ſermonibus ad perſonas réſque ipſas:

Ut ſylvæ foliis pronos mutantur in annos;
Prima cadunt: ità verborum vetus interit ætas;
Et juvenum ritu, florent modò nata vigéntque.
Debemur morti nos noſtráque. ſive receptus
Terrâ Neptunus, claſſes aquilonibus arcet,
Regis opus; ſterilíſque diu palus optáque remis,
Vicinas urbes alit, & græve ſentit aratrum:
Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis
Doctus iter melius. mortalia facta peribunt:
Necdum ſermonum ſtet honos & gratia ſemper.
Multa renaſcentur, quæ nunc cecidere, cadéntque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.

Vide *ad l.* 10. § 34.

Κάτωνα | De quo videndus Livius *l.* 5. & 6. & Plutarch. qui *vitam* illius conſcripſit.

Καίσωνα | Cæſonis nomine inſignes plures extiterunt. è quibus Cæſo Fabius, de quo Liv. *l.* 2. *Unus ille vir ipſe Conſul rempub. ſuſtinuit*; &c. Cæſo Quintius, legis Agrariæ, prout alter ille, oppugnator; de quo Liv. idem *l.* 3. *Unus impetus tribunitios populares ſque procellas ſuſtinebat.* Dictos autem *Cæſones. à cæſo matris utero, qui necatis matribus nati ſunt, tradunt.* Plin. *hiſt. nat. l.* 7. *c.* 9. Et Val. Prob. *de nomin.* Unde & *Cæſaris* nomen ortum ſumpſiſſe, ſunt qui opinentur, ut Æl. Spartian. in *Æl. Vero*, & Serv. *in Æn.* 10. aliis tamen in alia euntibus.

Οὐβλαίους | Sævitiâ atque immanitate inſignis præ cæteris hoc nomine Voleſ. Meſſala; (ità Lipſ. ex Tacit. *l.* 3.) de quo Senec. *de ira l.* 2. *c.* 5. *Voleſus nuper ſub Divo Auguſto proconſul Aſiæ, cùm CCC unâ die ſecuri percuſſiſſet, incedens inter cadavera vultu ſuperbo, quaſi magnificum quiddam conſpiciendúmque feciſſet, Græcè proclamavit; Orem regiam!*

Quid

Quid hic rex fecisset? non fuit hoc ira, sed majus malum & insanabile.

Λεοννάτος | Λεοννάτος Suidæ; qui Philippo Macedoni sanguine materno conjunctum refert fuisse, & ab eodem unà cum Alexandro filio, cui coætaneus erat, educatum, τὶ τι φρόνημα ὑπέροχον, cùm *ingenio tumido admodum* extitisse, tum & regiæ pompæ post mortem Alexandri æmulum. Leonatus item Curtio, qui unà cum Perdicca tutorem destinatum Alexandri filio ex Roxane futuro. *lib.* 10. §. 7. Justino etiam, qui ab Athenienſibus tandem in prælio vulneratum obiisse, *lib.* 13. Verùm Diodoro Sicul. qui & exitum ejusdem *l.* 18. narrat, Λεοννάτος, sive *Leonnatus*, ut Marco hîc, dicitur. Sed & Arriano *de gest. Alex. l.* 6.

Ἐξίστηλα | Vide *supr.* § 19.

Μυθώδη | Vide *l.* 8. § 25. & *l.* 12. § 27. allusisse videtur ad temporum distinctionem Varronianam illam, quâ ea in ἄδηλον, μυθικὸν & ἱστορικὸν dividuntur. Vide Censorinum *de die natal. c.* 21. & Scalig. *annot. in Euseb. Chron.*

Παντελῶς λήθη κατέχουσιν | *Lib.* 2. § 17. ἡ ὑστεροφημία λήθη. Allusit interim ὑπὸ τῆς σωμάτων κατάχωσιν, tanquam memoria ipsorum, sicut corpora, quasi terrâ congestâ & superinjectâ obruta, unà cum eisdem intercidisset. Vide *Psalm.* 9. *v.* 7.

Ἄϊστοι, ἄπυστοι | Adspexit Telemachi verba apud Homer. *Odyss. α'. v.* 242. de Ulysse patre, cujus de exitu nihil quicquam à quoquam resciscere poterat;

Οἴχετ' ἄϊστος, ἄπυστος. —

Ubi Eustath. τὸν τελείως ἀφανῆ σημαίνει· οὐδὲ ἔ μυθεῖν ἴοικέ τις, ὅτι αὐτὸς ἰδών, ἢ μὴ γὼς ἀπὸ πύστεως ἤτοι μαθήσεως.

Τί ἂν εἴη ὅλως τὸ ἀείμηνον; ὅλον κενόν. | Idem vult hic à Marco dici Casaub. *ad Pers. Sat.* 1. quod est à Solomone antiquitus dictum

הבל הבלים הכל הבל

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. quo ille & exordio & epiphonemate *Ecclesiasten* suum & inchoavit & concluſit. contendit autem Casaubonus & cum exordio Persiano illo,

— *ô quantum est in rebus inane!*

Solomone verò prior Davida pater ejusdem de homine ad Adæ protoplasti Abelisque secundo geniti nomina alludens; אדם לחבל דמה *Adam Abeli compar est*, id est, *homo vanitati. Psal.* 144. *v.* 4. & *Psal.* 39. *v.* 6. כל־הבל כל־אדם *Totus Abel est omnis Adam.* id est, *quivis homo totum vanitas.* Gr. interpr. τὸ σύμπαν μεταπίπτης πᾶς ἄνθρωπος. Poterat cum Marco nostro vertere, ὅλον κενὸν πᾶς ἄνθρωπος. Xylander verò, quem & Mericus secutus est, ista ità est interpretatus; *Quanquam quid est omnino cujus sit memoria sempiterna? omnia sicut inania.* tanquam Marci dictum istud ei geminum esset, quod Solomon idem habet, *Eccles. c.* 1. *v.* 11. *Neque præteriterum est memoria, neque futurarum etiam apud eorum posteros erit.* Verùm Marci mentem neuter assecutus videtur. Neq; enim aut rerum humanarum in genere vanitatem notare in animo Marcus hîc habuit, sed eam tantùmquæ in futura claritate deprehenditur: Siquidem, præter τὸ τῆς ὑστεροφημίας ὀξίτηλον, *famæ posthumæ memoriam fugitivam & evanidam*, quam supra tetigerat; etiam hoc dato, posse hominum rerúmq; ab eis gestarum memoriam in ævum omne extendi, *merum inane* tamen quiddam futurum τὸ ἀείμηνον illud. Ità *supr.* § 3. Τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως. & *l.* 5. § 33. τὸ εὐδοκιμεῖν περὶ τοιούτοις κενόν. Vide & *supr.* § 19. & *l.* 6. § 6.

Τί ἔν ὄζει, ἐφ' ὃ δεῖ σπουδὴν ἀσκήσεσθαι; ἐν τούτῳ | quare ἐν τούτῳ; quia τοῦτο μόνον ὄζει τὸ περιπέμψασθαι ἀθάνατον. *l.* 2. § 17. quia ἐν τούτῳ πολλὴ ἀξίωσις *l.* 6. § 47.

Ὡς ἀναγκαῖον | Vide *l.* 2. §. 3.

Ὡς γοῦν εἰκὸς | Vide *infr.* § 41. & 46. Seneca *de tranquill. cap.* 11. de viro forti ac prudente: *Eadem animi robore præstabit, nequid ex his quæ eveniunt, subitum sit. quicquid enim fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetus molliet. qui ad paratos expectantésque nihil afferunt novi; securis & beata tantùm spectantibus* [*sperantibus* f.] *graves eveniunt. morbus enim, captivitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum est. Sciebam in quem tumultuosum me contubernium natura clusisset. totiens in vicinia mea conclamatum est; totiens præter limen immaturæ exequiæ fax cereusque præcessit: sæpe altius ruentis ædificii fragor sonuit: multos ex his quos forum, curia, sermo mecum contraxerat, nox abstulit, & vinctas ad sodalitium manus copulatas intercidit. mirer aliquando ad me pericula accessisse, quæ circa me semper erraverunt?* Vide *ad lib.* 7. § 61.

Ὡς ἐπ' ἀρχῆς τοιαύτης ἡ πηγῆς ῥέον | Ità *lib.* 2. § 3. πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ. prè admodum Charidemus apud Dion. Prus. *orat.* 30. Τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς ὅτου γέγονεν, ὡς ἔλαβε τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ ἐν ἐκείνοις γενομένοις χαλεπὸν ἡγεῖσθαι, καὶ δυσχερῶς φέρειν. Vide *ad l.* 10. § 1.

§ 34. Ἔχειν σεαυτὸν τῇ κλωθοῖ συμπλέκεσθαι | Vide Cleanthis votum *ad l.* 3. § 4. Epicteti *ad l.* 7. § 41. Sen. *epist.* 37. *Quod maximum vinculum ad bonam mentem promisisti virum bonum. Sacramento rogatus es, eadem honestissimi hujus, & illius turpissimi autoramenta, verba sunt, uri, vinciri, ferróque necari. Ab illis qui manus arenæ locant, & edunt ac bibunt, quæ per sanguinem reddunt, cavetur ut ista vel inviti patiantur: à te ut volens libensque patiaris.* & *epist.* 107. *Ad hanc legem animus noster aptandus est: hanc sequatur, huic pareat. optimum est pati quod emendare non possis; & Deum, qui autore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari.*

mitari. malus miles est qui imperatorem gemens sequitur. Paratos nos inveniat atque impigros fatum. hic est magnus animus, qui se Deo tradidit: at contrà ille pusillus ac degener, qui obluctatur, & de ordine mundi malè existimat, & emendare mavult deos, quàm se. Idem *ep.* 71. *Magnus animus Deo pareat; & quicquid lex universi jubeat, sine cunctatione patiatur.* Et *de provident. l.* 5. *Boni viri laborant, impenduntur, impenduntur, & volentes quidem. non trahuntur à fortuna: sequuntur illam, & æquant gradus. Si scîssent,* 01 *antecessissent.* Mox, ubi Demetrii vocem illam adjecit, *Hoc unum, Dii immortales, de vobis queri possem, quòd non antè mihi voluntatem vestram notam feciſtis. prior enim ad illa venissem, ad quæ nunc vocatus adsum.* Subjungit; *Vultis liberos sumere? illos vobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? sumite. non magnam rem promitto. Citò totum reddam. Vultis spiritum? quid ni? nullam moram faciam, quò minùs recipiatis, quod dediſtis. à volente feretis, quicquid petieritis. quid ergò est? maluissem offerre, quàm tradere.* 20 *quid opus fuit auferre? accipere potuisti. Sed nè nunc quidem auferetis: quia nihil eripitur, nisi * retinenti:* [* *renitenti. f.*] *nihil cogor, nihil patior invitus: nec servio deo, sed assentio.* Idem *epist.* 61. *Da operam, nè quid unquam invitus facias. quicquid necesse est, futurum est. repugnanti, non volenti necessitas est, in volente necessitas non est. Ità dico, qui imperia libens excipit, partem acerbissimam servitutis effugit, facere quod nolit. Non qui jussus aliquid facit, miser est, sed qui invitus facit. Animum componamus, ut quicquid res exigit, id velimus.* Et *epist.* 54. *Nihil invitus facit sapiens. necessitatem effugit, quia vult quod ipsa coactura est.* Itaq; quod Periander apud Auſon.

Faxis, ut libeat quod est necesse.

& — *velis, quodcunque necesse est.*

ſed & plenius Martial. *l.* 10. *ep.* 47.

Quod sis esse velis, nihilque malis.

Παρέχων σωυτὸν | Vide *lib.* 3. § 4. & § 11. & *supr.* § 29. & *l.* 10. § 14, 21. Senec. *de provident. c.* 5. *Quid est boni viri? præbere se fato.* Quin & piè admodum, & ſupra quod ab Ethnico ſperari poterat, Epictet. *Enchir. c.* 38. Δεῖ σωτὸν οὕτως τῷ κρατοντι χάναι, τὸ πείθεσθαι τῷ θεῷ, καὶ ἕπεσθαι πᾶσι τοῖς γεγονόσιν, καὶ ἀκολουθῶν ἐνθύμια, ὡς ὑπὸ τῆς ἀείσης γενόμενα διττελευθέρους. & differt. *lib.* 2. § 17. Μηδὲν ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ θεὸς θέλει, καὶ τίς σε κωλύσει; τίς ἀναγκάσει; τὸν ὄρεξίν σε καὶ τὸν ἔκκλισιν τῷ θεῷ χαίσαι· ἐκείνῳ συνερρύησε· μετ' ἐκείνε πετάχθω, καὶ σὺ ἔπ δυσχέρειες; *Deum* dicit, quod Marcus κλωθὼ' i.e. *fatum*: 50 quia *fatum* Stoicis aut *Deus* ipſe, aut ſaltem *Lex Dei.* Senec. *quæst. nat. l.* 2. *c.* 45. *Vis illum Fatum vocare? non errabis. hic est ex quo suspensa sunt omnia; caussa caussarum.* & *de benefic. lib.* 4. *cap.* 7. *Hunc eundem & fatum si dixeris, non mentieris: nam cùm factum nihil aliud sit, quàm series implexa caussarum, ille est prima omnium caussa, ex qua cæteræ pendent.* Idem rurſus *de provid. c.* 5. *Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed & sequitur. Semper paret, semel jussit.* Quæ dicta notat Lipſius ex opinione, quâ cenſebant *Jovem dicere*; (unde illud, *Fatur, & est fatum*) *Parcas* autem (ut Capella *l.* 1.) *scribas ejus, ipsius decreta in æreas tabulas referre.* & *nat. quæst. lib.* 2. *c.* 35. *Ordinem rerum fati æterna series rotat, cujus hæc prima lex est, stare decreto.* Epictetus idem apud Stob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. Μὴ ζήτει τὸ τὰ γεγονότα γίνεσθαι, ὡς θέλῃς· ἀλλὰ θέλε, ὡς τὰ γεγονότα γίνεται, καὶ εὐροήσεις· ità enim legendum, pro eo quod codices exhibent perperam nullóque ſenſu, unde & interpres omiſit prorſus, εὐρήσεις. atque inde etiam corrigendi Epicteti codices impreſſi, qui *Enchir. c.* 13. unde Stobæus hæc decerpſit, exhibent etiam depravatiùs, quoad ſcripturam ſaltem, συντρίσεις. εὐροήσεις opponitur τῷ δυσροήσεις, quod *ſuprà* poſitum eſt. Emendationem confirmant Laertii illa *l.* 7. in *Zen.* Εἶναι δὲ αὐτὸ τοῦτο τέλος τῷ εὐδαίμονος ἀρετὴν, καὶ εὐροίαν βίου, ὅταν πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δαίμονος τοῦ τῶν ὅλων διοικητοῦ βίου. Idem Epictetus & *differt. l.* 3. *c.* 26. Ἐγὼ δὲ πόσοις ὁ θέλων ἐκολύθη, ἔτ' ἀναγκάθη καὶ θέλων. συμπεπλάπτηκα γάρ με τῷ ὀχλῳ τῷ θεῷ. θέλει τι; κἀγὼ θέλω. ὁ βέλεται; ὁ θέλω. καὶ τίς ἔτι με κωλύσει· θέλεται ὥσπερ τὸ ἐμοὶ φανήθηναι, ἢ ἀναγκάσει; ὁ μᾶλλον ἢ τὸν Δία. Ibid. Οὕτως ἐφίσησο καὶ ἐνόει, ὅτι ἐπὶ τῷ θεῷ συντεταγμένοι τὴν ἀσφάλειαν, διελύσητε ἀσφαλῶς. πῶς λέγεις συντεταγμένοι; ἵν' ὁ μὲν ἐκείνῳ θέλῃ, καὶ αὐτὸς θέλῃ, καὶ ὁ μὲν ἐκεῖνῳ μὴ θέλῃ, οὗτος μηδ' αὐτὸς θέλῃ. πῶς ἂν οὕτω γένηται; πῶς γὰρ ἄλλως, ἢ ὅταν ἀκολουθήσῃ τὰς ὁρμὰς τοῦ θεοῦ καὶ τῷ διοικοῦντι. & *l.* 1. *c.* 12. Πῶς ἂν ἐπιμένω ἐγὼ ἐν παντὶ τῷ θεῷ; πῶς ἂν εὐαρεστοίμην τῇ θείᾳ διοικήσει; πῶς ἂν ἀθοίμην ἐλευθερίᾳ; ἐλευθερίᾳ γὰρ ὄντι, ᾧ γίνεται πάντα κατὰ γνώμην, καὶ ὃν ἐθέλει δύναται κωλύσαι. τί οὖν; ἀπόνοιά ὄντι ἐλευθερία; μὰ γένοιτο. μανία γὰρ καὶ ἐλευθερία οὐδενὸν ἐν ἔρχεται. Ἀλλ' ἐγὼ θέλω πᾶν τὸ δοκοῦν μοὶ ἀποβαίνειν, κἂν ὁπωσοῦν δοκῇ. Μανθάνω σε, παρεφρονεῖς. οὐκ οἶδας, ὅτι κρεῖττόν ἐ ἐλευθερία ὄζι καὶ ἀξιόλογον; τὰ δ' ὡς ἔτυχε μὲ βέλεσθαι, τὰ δ' ὡς ἔτυχε δόξαντα γίνεσθαι, τοῦτο κατεδωδίη, ἐ μάνον οὐκ εὖ κεῖται, ἀλλὰ καὶ πάντων αἴσχιστον ἐ· πῶς γὰρ ὅτι γεγραμμένων παιδεύω; βέλομαι γεφύρειν ὡς θέλω τὸ Δίονος ὄνειρα; ἐ. ἀλλὰ διδάσκαλον θέλειν ὡς δεῖ γεφύρεσθαι. τί ὀπὶ μισητῶν; ὠσαύτως. τί ὃν τῷ κεῖται, ὅπως τύχῃ τις καὶ ὅπτιμα ὄζι; εἰ δ' μὴ, ἄδικός ἦν ἄξιον τὸ ὀπίσεσθαί τι. εἰ τῶν ἐκτὸς βελήσει προαιρεῖσθε. ἐντεῦθεν ἂν μάνον ὅτι τῶν μείζω καὶ κυριώτατα τῆς ἐλευθερίας, ὡς ἔτυχε, ἐφεῖταί μοι θέλειν; ἀδικῶς. ἀλλὰ τὸ παιδεύεσθαι, τυτέστι, μανθάνειν ἔστι ὅτω θέλειν ὡς γίνε-

γένεται. πῶς ἢ γίνεται; ὡς διέταξεν αὐτὰ ὁ διατάξας. Hinc Thymæridas apud Jamblichum in *vit. Pythag.* amico, qui discedenti tanquam fausta omnia precatus, dixerat, Ὅσα βέλει, παρὰ σοῦ θεῶν γένοιτό σοι. *Dii tibi dent, quæcunque velis.* regessit, εὐφήμει· ἀλλὰ βελείμιλι μᾶλλον, ὅσα μοι παρὰ σοῦ θεῶν γένηται. *Bona verba, quæso. Velim ipse potiùs, quæcunque dii dederint.* Hoc est quod Rufus Thraseæ in Epicteti *dissert. l.* 1. *c.* 1. Οὐ θέλεις μαθητὴν ἀρχῆς τῆς διδομένης; *Non vis discere in eo quod est tibi datum; acquiescere?* Sic è nostris Eli sacerdos, *Reg. hist. l.* 1. *c.* 3. *v.* 17. Κύριος αὐτὸς τὸ ἀγαθὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσει. *Dominus ipse est: faciat, prout ipsi bonum videbitur.* & *l.* 2. *c.* 10. *v.* 12. Joab imperator; Κύριος ποιήσει τὸ ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. *Faciat Dominus quod placuerit ipsi.* Judas Maccabæus, *Maccab. hist. l.* 1. *c.* 3. *v.* 60. Ὡς δ' ἂν ἢ θέλημα τοῦ ἐξοῦ, οὕτω ποιήσει. *Faciat Deus prout ipse voluerit.* Siquidem *cælum* ibi pro Deo; sicut Matth. *c.* 21. *v.* 25. & Luc. *c.* 15. *v.* 21. Pii illi, *Act. c.* 21. *v.* 14. Τὸ θέλημα τοῦ κυρίου γινέσθω. *Fiat Domini voluntas.* Jesus Dominus, prout suos Deum orantes docuit dicere; Γενηθήτω τὸ θέλημά σου. *Fiat voluntas tua.* Matth. *c.* 6. *v.* 10. & Luc. *c.* 11. *v.* 2. sic & ipse Patrem suum comprecatus, Matth. *c.* 26. *v.* 39. & Marc. *c.* 14. *v.* 36. Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. *Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu vis, fiat. Vide,* (inquit Jo. Gerson. *consol. l.* 2. *c.* 1.) *utrum æquius sit, aut te voluntati divinæ conformando subdere, aut ut ipsa tuæ subserviat voluntati.* Sed & Seneca, sed idiomate suo, id est, naturali, locutus; *epist.* 93. *Utrum æquius judicas, te naturæ, an tibi parere naturam?* Respondeat Epictetus *dissert. l.* 4. *c.* 7. Ἀεὶ μᾶλλον θέλω τὸ γινόμενον· κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι, ὃ ὁ θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγὼ θέλω. Et *l.* 2. *c.* 7. Ἄλλο γάρ ἐστι θέλειν, ἢ τὸ ἄμεινον; ἄλλο ἐν τῷ κρείττονι, ἢ τῷ τῆς θεοῦ δόξῃ; Augustinus item *epist.* 149. *Rectum est enim quicquid Domino placet. Et nos potiùs si nolumus quod ille vult culpandi sumus, quàm ille non rectè aliquid facere vel sinere existimandus est.* Itaque quod Senec. *ep.* 74. *Placeat homini, quicquid Deo placuit. Sic enim homo ab humanis in divina dirigitur, cùm voluntati humanæ voluntas divina præfertur.* Aug. *in Joan. tract.* 52. Vide & *l.* 10. § 14.

Συνῆσαι | sicut & συγκλῶσαι καὶ συμμῦσαι, *innere,* sive *innectere* & *intexere*; tractum à fabulosis Parcarum fusis. Sic *infr.* § 40. Οἷα πῆς ἡ σύνεσις καὶ συμμύρουσις. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 12. Σκέλος ἐν μοι ψυχῇ πεπηρωμένον; ἀνδρεῖόν ἐστι δ' ἐν σκελύδριον τὸ κόσμῳ ἐγκαλεῖς; οὐκ ὀδηδώσεις αὐτὸ τοῖς ὅλοις; οὐκ ἀποσήσῃ; ὃ χαίρων εὐφραινόμενος τῷ διδόντι; ἀγανακτήσεις ἢ καὶ συστρεψεῖς τοὺς ὑπὸ τοῦ Διὸς διατεταγμένους, ἃ ἐκεῖνος μὲν ἅμα θεοῖς Μοιρῶν παρεσπῶν καὶ ὁπλαθυσῶν σε τῷ γένεσιν ὅλοις καὶ διέταξεν; Vide *l.* 3. § 11. & *supr.* § 26.

§ 35. Πᾶν ἐφήμερον | Ità *l.* 9. § 14. Πάντα ἐφήμερα. Verum istic de personis, ibi de rebus: de hominibus ipsis hîc, ibi de humanis. de utrisq; Thucydides *l.* 2. ἐφήμερα τά τε σώματα καὶ τὰ χρήματα ὁμοίως. Vide & *l.* 8. § 25. Allusum est autem ad animalculi illius historiam, de quo Aristot. *l.* 5. *c.* 19. Περὶ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν ζῷον πτηνοτὸν, τετράπουν ζῇ καὶ πέτεται μέχρι δείλης. καλαφεγμένον δὲ τῷ ἥλιῳ ἀποθνήσκει, βιοῖ ἡμέρας μίας· διὸ καὶ καλεῖται ἐφήμερον. Et Ælian. *l.* 2. *c.* 4. qui & vini fœcibus innasci tradit; Ζῶα ἐφήμερα ὅτα καλοῦνται, ἅτε δὴ τὸ ὄνομα ἐκ τῆς μίας τῆς καὶ τὸν βίον. Plin. *l.* 11. *c.* 36. *Ad Hypanim Ponti fluvium volucre quadrupes, nec ultra diem unum vivit, unde & Hemerobion vocatur.* De eisdem Cicer. *Tusc. l.* 1. *Ex bestiolis quæ unum diem vivunt, quæ horâ octavâ mortua est, provecta ætate mortua est; quæ occidente sole decrepita. confer nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum brevitate, quâ illæ bestiolæ, reperiemur.* Plutarch. item *consol. ad Apollon.* Ἐπεὶ καὶ τῶν ζώων ἐκεῖνον, ἅπερ ἴσμεν, ἐφ' ἑσπέρᾳ τὸν Πόντον χειμάζομαι, τὸν ζωὸν ἔχειν ἡμερησίαν, ὥσθ' ὑπὸ χειμάζομαι, μέσης δ' ἡμέρας ἀκμάζοντας, δείλης δ' γηρῶντας, καὶ τελευτᾶν τὸ ζῆν, οὐχὶ καὶ ἐκείνων ἴσως ἂν τὸ καθ' ἡμᾶς πάθος, ἐάν ψυχή τις ἀνθρωπίνη καὶ λογισμὸς ἐφέστοις ἐκεῖ, καὶ ταῦτα δὴ καὶ γ' ἂν σωφρονοῦν; ὥστε τὸ μὲν μέσης τῆς ἡμέρας ἐκλείπουσα θρῆνος παρέχειν καὶ δάκρυα, τὸ δ' ἀπαρδεύσασθαι πάντως ἂν ἐνδεικνύεσθαι. Indè ad hominem translatum; Eustath. ad illud *Odyss.* φ. *v.* 85.

Νήπιοι, ἀγρεῖῶται, ἐφημέρια φρονέοντες·
Καλύπτεται ἐφήμερος ζωύφια μίαν μόνον ἡμέρην ζῶντα, λέγεται δὲ τὸ ἐφήμερος καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου. Ità Silenus apud Aristotelem in *Eudemo,* referente Plutarcho *ad Apollonium* genus humanum vocat Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον ἄνθρωπον. Certè Gregor. Naz. *Carm. de natur. human.* ἐφημερίους simpliciter pro hominibus posuit, ubi dixit;

——ἀλλὰ σὺ πάμπαν
Γλῶσσαν ἐφημερίων ἔκφυγε ἀφραδίων.

Sicut Homerus βροτοὺς sive mortales pro eisdem, ubi adjecto epitheto passim dicit, θνητοὶ βροτοῖσι. & quod amplius est, ἀνθρώποις βροτοῖσι. Sed & Pindarus, teste Scholiaste *ad* ille Aristophan. *in Nubib.*

——τί με καλεῖς ὦ ἐφήμερε;
——*quid tu me vocas, homo?*

in illis, Ὦ πάλαι ἐφήμερε. Antipho apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 96. Τὸ ζῆν ἔοικε φορτικὸν ἐφημέρῳ. τό τε μῆκος τοῦ βίου ἡμέρα μιᾷ. ἐφήμερον igitur πᾶν. i. e. totum genus humanum, quia βραχύβιον καὶ ὀλιγοχρό-

μχεγένιον, ob vitæ brevitatem; quasi animalculi illius instar, unius tantùm diei sint. Aliâ ratione ἐφημεροι καὶ πανεφέλιοι dicuntur, qui *in diem vivunt*, de craſtino neutiquam ſolliciti quo ſenſu Clemens *Pædag. l.* 1. *c.* 12. D. Chriſti præceptum illud Matt. *c.* 6. *v* 34. Μὴ μεριμνᾶτε εἰς τῆς αὔριον, explicans; ait Chriſtiani hominis vitam eſſe βίον αὐτάρκη καὶ ἐφήμερον. Diogenémque πανεφέλιον indè dictum autor eſt ex Satyro *de viris illuſtr.* Hieron. *adv. Jovinian. l.* 2. & in partem ſequiorem ità vocantur etiam, qui præſentia tantùm ſpectant, futuros interim rerum exitus minimè proſpicientes. Suidas: Ἐφημέριοι βροτοὶ καὶ πανεφέλιοι εἰδότες, ὁ ἐστὶ προχείρως τὸ μέλλον. atque ità accipiendum Homeri illud. ἐφημέρια φρονέοντες. de ſcenicis & palæſtricis Neronianis Plut. in Galb. ἀνηλώκεσαν γὰρ οἱ πλέονες καὶ λαμπρότατοι ἐφήμερον καὶ σαπρικὸν τοῦ βίου ἄνθρωπον. quod Perſius *Sat.* 3. *v.* 68. *ex tempore vivere* : *in diem vivere* Cicero *de orat. l.* 2. qui barbarorum eſſe hoc ait. *Si barbarorum*, inquit, *eſt in diem vivere, noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent.* At brutorum, Gregor. Naz. in *Jul. m.* 1. Οἷς τὸ ζῆν τοῦτο νομίζω μόνον, καὶ οὐκ ἐξαυτῆς τὸ διανοίᾳ πρὸς τὸ ἐκεῖθεν, οὐδὲ εἶναί τινα νομίζων καὶ τῇ ἡμῶν βιοτιμωμένων λογισμὸν καὶ ἀντίδοσιν· ἀλλὰ ζῶσι βίον ἀλόγων, τὸ πρὸς ἡμέραν καὶ τὸ παρὸν ἀεὶ βιωδιόντες.

Καὶ τὸ μπαπαιῶν | Vide *ſuprà* § 19. & *l.* 7. § 5. Gaſ. iſta quomodo cum ſequentibus committit, videas licet, ſi otium eſt. Mihi Xylandri diſpoſitio magis arridet.

§. 36. Πάσχα καὶ μελαχολικὸν γένημα γίνεται | leg. ὅτι πάσχα — γίνεται. ut in membro proximè ſequenti, ὅτι οὐδὲν ὕπως φιλεῖ.

Κατὰ μελαχολικὸν | Ità *l.* 7. § 18. Τί γὰρ ἀνώτατον χωρὶς μελαχολίας γέγονε; Vide *ibid.* § 25. & *l.* 6. § 15.

Οὐδὲν ὕπως φιλεῖ ἡ τοῦ ὅλου φύσις | Ità *l.* 7. § 16. Τί καὶ φιλότιμον τῆ τοῦ ὅλου φύσει; & *l.* 9. § 32. Χαίρει τούτῳ ἡ τοῦ ὅλου φύσις. Tertull. *de pall. c.* 2. *Certè habitum vertere naturæ totius ſolemne munus eſt.*

Ποιεῖν τὰ ὅμοια | Ἵνα ἀεὶ τὰ αὐτὰ ᾖ ὁ κόσμος, *l.* 7. § 25.

Σπέρμα γὰρ τοῦτον τινά | quia iſtud ex illo naſcitur. Ità σπέρμα τῆς ῥώσεως, τοῦ ὅλου dixit Hermes *ad Tatium* citante Stobæo *tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 14. Et πανσπερμίαν τοῦ σοιχείου, τοῦ φύσιν, Democritus & Leucippus, apud Ariſtot. *de cælo l.* 3. *c.* 4, &

—— *diſcordia ſemina rerum,*

Naſo *Metam. l.* 1. ſed & ſenſu adhuc latiore Plinius in *panegyr. Habet hæc vices conditio mortalium, ut adverſa ex ſecundis, ex adverſis ſecunda naſcantur. Occultat utrorumque ſemina Deus; & plerumque bonorum malorumque cauſſæ ſub diverſa ſpecie latent.* Et Demoſth. *pro Corom.* Ὁ γὰρ σπέρμα παρέχων, τοῦτο τῆς φυόντων κακῶν αἴτιος. *Qui ſemen*, i. e. cauſſam, occaſionémve, *præbuit, is malorum inde enatorum autor meritò habetur.* Hoc eſt quod Paulus *ad leg. Aquil. l.* 22. *Pandect. l.* 9. *tit.* 2. *c.* 30. *Qui occaſionem præſtat, ipſe damnum fecisſe videtur.* Cicer. *Philip.* 2. *Ut igitur in ſeminibus cauſſa eſt arborum & ſtirpium: ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.* De Corinthiorum beneficentia Apoſtolus ad eoſdem *ep.* 2. *c.* 9. *v.* 10. Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν τὸν σπέρμα τῷ σπείροντι καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσει, καὶ πληθυνεῖ τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσει τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Synefius etiam *ad Arcad. Imper. orat. de regno* : Ἐγὼ δ' ἂν δίκαιος εἶμι παραλαβὼν παρ' ὑμῶν ἡμῖν τὰ σπέρματα τῆς βλάβης, δίον ὅτι πάλιν βασιλέα, τοῦτο περιφέρω. Senec. *ep.* 120. *Naturæ nobis ſemina ſcientiæ dedit; ſcientiam non dedit.* & Cicer. *de finib. l.* 5. *In puerii virtutis ſemina, ſcintillulas igniculos vidimus.* *Naſo Triſt. l.* 2.

—— *ludi quoque ſemina præbent*
Nequitiæ.——

Τὰ εἰς γλῶ ἢ μίτερον καλαλλύμενα | indè σπέρμα καλοῦσι, de Sara uſurpatum Apoſtolo *ad Hebræos c.* 11. *v.* 11. de quo multa gratis argutantur interpretes, Piſcator cumprimis. τὰ εἰς γλῶ καλαλυόμενα dixit, quomodo Chryſippus apud Laertium in *Zenone*, εἶ τὸ σπέρμα σπῦμα καὶ τινὰ ὑσίαν, ἐξ ὅλου ἐπὶ τὰ εἰς γλῶ καλαλυόμενον σπερμάτων, ἃ παλαιότερα ἐκ ἂν φύεται. quod de obſcœnis Onanis æmulis, cur intelligi velit Lipſius *phyſiol. Stoic. l.* 3. *c.* 6. cauſſam nullam video. de humano reverà locutus fuerat; ſed à Satorum ſeminio argumentum duxit, quo firmaret de illo quod dixerat. Vide *ad l.* 6. § 15.

§ 37. Ἦλθ τεθνήξῃ | Vide *ſuprà*, § 12. & *l.* 2. § 6. & *l.* 10. § 1. Plut. Stoicas tricas ridens, *de commun. notit. c.* 37. ἵνας ὑμῖν, ὡς ἔοικε, γίγνωσι μὴ ἀξιάμωσι τὸ ζῆν καὶ τεθνήξεται, μὴ παυσόμενοι.

Ἀνύποπτος τὸ βλακεῦσαι | Vide *l.* 2. § 17. & *l.* 7. § 53. & *l.* 10 § 12.

§ 38 Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῆς διάκλησιν | Videri poſſit Marcus repugnantia planè præcipere; cùm *ſupr. l.* 2. § 8. & *infrà l.* 7. § 55. prohibeat, ἀδιάλυτον ἀλλότρια ἡγεμονικὰ, i. e. *aliorum animos intueri*: iſtîc autem illos eoſdem conſiderare jubeat. Verùm ipſe iſta optimè conciliat, *l.* 3. § 4. ubi hoc vetat fieri, χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελοῦς ἀνάγκης, *ſine juſta utilique cauſſa.* Non vult itaq; ut aliorum animos ſenſúſq; intimos indagemus, aut per meram curioſitatem divagando, aut de nobis factíſq; noſtris quid ſenſerint, ſenſurive ſint, ſolicitè cogitando: vult tamen, ut eoſdem nobis ob oculos ponam⁹, quò minùs ipſorum opinionibus moveamur, & vel encomia captemus, vel vituperia curemus: cùm in eis.

eis bonum noſtrum nauticum conſiſtat: quod ſubjungitur protinùs § 33.

Καὶ τοὺ φρονίμους | *& prudentes.* Xyland. ego ſuſpicor Marcum τοὺς φροντιστὰς ſcripſiſſe, *& curas eorum.* eò magìs, quia ſequitur, οἷα φιλοῦσι, δηλοῦσι· Ità Perſius Satyram ſuam exorſus eſt:

O curas hominum!

curæ autem hominum in rebus fugiendis & expetendis maximè ſe produnt.

§ 39. Ἐν ἀλλοτείᾳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὺν οὐχ ὑφίστασι | neque ergò meliorem, neque deteriorem efficere poteſt opinio de te aliena.

Οὐδὲ μὲν ἔν τινι τοιούτῳ τῷ ἀέρι τῷ περιέχοντι | οὐδὲ μήν, leg. τὸ ἀέριον autem hìc *cælum* intelligit Xylander, atque ità τὸ ἀέριον pro cœlo ſive aëre ambiente crebrò ſumitur. Polyb. *l.* 1. Περὶ δὲ τὴν θάλατταν καὶ τὸ ἀέριον, ὅταν παραλλάσσοντα καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐναπόκεινται κινήμασι. Theophraſt. *de cauſſ. plant. l.* 1. *c.* 9. δεῖ δὲ μὴ κεφαλῆς μηδὲ καλύπτρας τὴν κεφάλην ὑπὸ τῶν ἀερίων. & *c.* 17. Εἰς πολὺ δὲ καὶ κατὰ μικρὰ μαιευσομένων, ἧττον ἀεροῦν, συνίστησι γίνεσθαι τὸ ἀερίον τοῖς βλάστοις. & Marcus, τὸν ἀέριον ἀέρα, dixit *l.* 8. § 54. Hæc igitur, ſi Xyl. ſequimur, Marci mens eſt futura, ab aëris ambientis ſtatu vario, etſi rerum aliarum bona malàve habitudo pendeat, quod in ſtirpibus Theophraſtus obſervat; at hominis, quâ hominis, non item. Multum ſanè valet aëris cœlíque ambientis affectio, & locorum indè profecta diſpoſitio, ad ingenii etiam indoliſque humanæ, affectuum etiam ſtudiorúmque varietatem producendam. Ità Virgil. *Georg. lib.* 1.

Verùm ubi tempeſtas & cæli mobilis humor
Mutavere vias; —.
Vertuntur ſpecies animorum & pectora motus
Nunc alios, nunc concipiunt alios. —

unde & Plin. *l.* 2. *c.* 6. *Solem, dum cæli triſtitiam diſcutit, etiam humani nubila animi ſerenare,* dixit. Quin & Polybius *lib.* 4. de Arcadibus ſuis: ἡ μὲν ἀθροότης αὐξησεία τοὺς αὐτοὺς παρέπεται διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ψυχρότητα καὶ συστατικὴν τοῦ κρίνειν ἐν τοῖς τόποις ἀπάρχουσιν, ᾧ συμφυοιοῦσι πορεύεσθαι πάντες ἄνθρωποι κατ' ἀνάγκην. ἡ δὲ ἀλλαλλαγὴ τοῦ αὐτοῦ τόπου αἰτία τοῖς ἐναντίοις καὶ τοὺς ὁλοσχερεῖς διαφέρειν πλεῖστον ἀλλήλων. διαφθείρει, ἄδηλόν τε καὶ μορφὰς καὶ χρώματα, ἢν ἡ μὲν ὑπερβολὴ τῶν πλείστων. Cicero *Agror.* 2. *Non ingenerantur hominibus mores tam è ſtirpe generis ac ſeminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipſa natura loci, & à vitæ conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & vivimus.* & quæ ſequuntur. nam argumentum hoc latiùs perſequitur. Idem *de fato: Inter locorum naturas quantum interſit, videmus. alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes: in aliis eſſe pituitoſos & quaſi redundantes, in aliis exiccatos atque aridos: multáque ſunt alia, quæ inter locum & locum plurimum differunt. Athenis tenue cælum; ex quo acutiores quoque putantur Attici: Craſſum Thebis; itaque pingues Thebani & valentes.* Philo *de provident.* apud Euſeb. *præpar. l.* 8. *c. ult.* de Græcia: Μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀνθρώπους ἀνδρηποτογονεῖ, φυτὸν ἡγεμονικὸν, καὶ βλάστημα θεῖον ἠκριβωμένον, κοσμικὸν ἀπόκλημα εἰκονίσθαι ὀπτήμη. τὸ δ' αἴτιον, λεπτότητι ἀέρος ἡ πύκνωσις ἀκριβεῖς. δὸ καὶ Ἡσίοδος ἐκ ἀπὸ σοφοῦ φησιν, ἔ γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀείση. Ego corpus potiùs ipſum intelligi exiſtimo, quod animam quaſi ambit. atque ità etiam Caſ. accepit. de hoc enim mox verba facit; de cœlo nihil. τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα περιέχειν dicit; quomodo τὸ ζῷον, τὴν ψυχὴν ἐπέχειν, § 34. Sed & τῷ σώματι τὴν ψυχὴν περιέχειν, *lib.* 3. § 7. Cæterùm & iſtìc quæri poterat, quomodó verum ſit, hominis malum à corporis ſtatu non pendere, quum pro corporis affectionibus variis animus etiam pariter affici videatur. Ariſtot. *Phyſiognom. cap.* 1. Ὅτι καὶ διάνοιαν ὅπουας τοῖς σώμασι, καὶ ὑπ' ἐκείνῳ αὐτοὺ μετ' ἐκείνου ἀπαθεῖς ὄντα ἧττον τοῦ σώματος κινήσεων, τοῦτο ἧττον ἄλλου πάντα γίνεται, ἔν τε ταῖς μέθαις καὶ ταῖς ἀφροσύναις. πολὺ γὰρ ἐξαλλάττουσαι φαίνονται αἱ διάνοιαι ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων. καὶ τέναντίον ἢ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα συμπάσχον φανερὸν γίνεται. ἐπὶ τε ἔρωτας, καὶ φόβους τε, καὶ τὰς λύπας, καὶ τὰς ἡδονάς. Et rurſus *c.* 4. Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπάσχειν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιοῦται σωματικοῖς τοῦ τοῦ σώματος μορφῶ· πάλιν τε τοῦ σώματος μορφὴ ἀλλοιοῦται σωματικοῦ τοῦ τῆς ψυχῆς ἕξιν. quod Lucil. *Sat. l.* 26.

Animo qui egretat, videmus corpore hunc ſignum dare:
Tum doloribus confectum corpus animo obſiſtere.

Verùm reſpondebit Marcus ne iſta τῷ περιέχοντι immutare, etiamſi operationem impediant. Vide *l.* 5. § 20. Vide & *l.* 10. § 1. & *l.* 12. § 2.

Ὅτε τὸ καταλαμβάνον | id eſt, ὅτε δύναμις καταληπτική, de qua *l.* 3. § 9. ἐν τῷ ἡγεμονικῷ.

Τοῦτο μὴ καταλαμβάνοντα | quod *ſupr.* § 7. ἔξω τοῦ καταλήψεως, ἤγουν τὸ, βέβλαμμαι.

Τοιοῦτόν ὄζει | leg. τυτέζι. atque ità Xyl. cujus verſionem admiſit Lugdunenſis, ſed mendum retinuit.

Ὁ γὰρ καὶ τῷ φύσει βιῶναι ἐπίσης συμβαίνει | deeſt alterum diſtributionis membrum, ità ſupplendum; ὁ γὰρ [τῷ παρὰ φύσιν] καὶ τῷ κ. φ. β. reſpondent enim duo hæc membra ſuperioribus illis, καὶ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ. Vide *ad l.* 2. § 11.

Οὔτε τοῦτο καὶ φύσει ὄζιν, ὅτε παρὰ φύσιν | Seneca, *epiſt.* 66. *Media quæ nihilo magis ſecundum naturam, quàm contra naturam ſunt.* Vide tamen ibidem eundem de iſtis ſubtiliùs paulò argutiúſque diſſerentem ac diſtinguentem.

§ 40. Ἐν ζῶν τὸν κόσμον | Syneſ. pariter *de*

insomn. ἐν ἐνὶ ζῴῳ τῷ κόσμῳ. Thales ἔμψυχον τὸν κόσμον primus dixisse videtur. Laërt. *l.* 1. Pythagoras item; κόσμον ἔμψυχον, νοερόν. Idem *l.* 8. & *l.* 7. in *Zenon.* Ὅτι ὁ καὶ ζῶον ὁ κόσμος, καὶ λογικὸν, καὶ ἔμψυχον, καὶ νοερόν. Ex Chrysippi Apollodori, & Posidonii sententia. id inde probant, quia τὸ ζῶον τοῦ μὴ ζῴου κρεῖττον· ἔστιν ὁ τοῦ κόσμου κρεῖττον. ζῶον ἄρα ὁ κόσμος. *praestantius est animans non animante: at mundo nihil praestantius: mundus itaque est animal.* Et rursus; Τὸν ὅλον κόσμον ζῶον εἶ ἔμψυχον καὶ λογικόν. Sed & Hermes *Pœmand. c.* 10. Ὁ μὲν κόσμος θεῶτον, ὁ δ' ἄνθρωπος θνητὸν δίστεγον ζῶον μὲν τὸν κοσμον. Et Plato (quod Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 25.) τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε dixit, eodem quo Stoici argumento usus. Verba hæc sunt in *Timæo.* Θέμις δ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀείστῳ δεδῶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον. λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν, ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον οὐκ ἐνδεχόμενος ψυχῆς ὅλον ὅλου κάλλιστον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον οὐκ ἐνδεχόμενος ψυχῆς ἀνοήτου [περιφερείας τῷ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, τὸν μὲν ψυχὴν, ψυχὴν δὲ ἐν σώμασι συνιστὰς, τὸ πᾶν συνετεκταίνετο, ὅπως, ὅτι κάλλιστον εἴη καὶ φύσιν ἔχοι τοιοῦτον τε ἔργον ἀπεργασμένος. ὅτιος δὴ καὶ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τὸν δὲ τὸν κόσμον, ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε, τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν γεγονέναι. Hoc est, ut Cicero *de universo*: *Fas autem nec est, nec unquam fuit, quicquam nisi pulcherrimum facere eum, qui esset optimus. quum rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum quæ naturâ cernerentur non intelligens intelligente in toto genere præstantius: intelligentiam autem nisi in animo, nullâ aliâ in natura posse reperiri. quo circa intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. quam ob causam non est cunctandum profiteri, si modò investigari conjecturâ potest, hunc mundum animal esse, idque intelligens, & divinâ providentiâ constitutum.* Idem *Timæum* suum sic claudit. Θνητὰ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν, καὶ συμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος, ὅτιος ζῶον ὁρατὸν, τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ, θεὸς αἰσθητὸς (vel ut alii volunt εἰκὼν τοῦ νοητοῦ, θεὸς αἰσθητὸς,) μέγιστος καὶ ἄριστος, κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος γέγονεν, εἷς οὐρανὸς ὅδε, μονογενὴς ὤν. Julian. *Orat.* 4. Ὁ σύμπας κόσμος ἔν ἐστι ζῶον, ὅλον δὲ ὅλου ψυχῆς καὶ νοῦ πλῆρες, τέλειον ἐκ μερῶν τελείων. Inde Nicephorus Gregoras *hist. l.* 9. *c.* 14. Ἓν γὰρ ὁ κόσμος σῶμα συμφυὲς, ἐκ μερῶν καὶ ὅλων, ὡς ὁ ἄνθρωπος, φασὶ, συγκείμενον. Quinetiam animalis ἰστίου partes membráq; ii vis, præcipua saltem, hábebis apud Plutarchum *de facie Lunari*; *Solem cor, Lunam jecur, stellas oculos, Terram ventrem, Mare vesicam.* Seciùs paulò quàm Sarapidis oraculum apud Macrob. *Saturn. l.* 1. *c.* 20.

Οὐρανὸς κόσμου κεφαλὴ, γαστὴρ δ' ἁλμυρὸς ὕδωρ,
Γαῖα δὲ μέσση πόδες εἰσὶ, τὰ δ' ἔνδοθεν ἠέρι κεῖται,
Ὄμμα τε ἡλιόεν, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Mi cœlum caput est; mare venter, terra pedes sunt;
Sunt aures æther; oculus Sol omnituens est.

Quin & sexum, eúmque geminum assignat Jarchas ex Indis sapientibus. Siquidem de mundo quærenti Apollonio respondebat. ζῶον τὸν κόσμον· ζωογονεῖν γὰρ τὰ πάντα· ἀμφοῖν, ἀρσενός τε καὶ θηλείας φύσεως· αὐτὸν γὰρ αὖ τοῦτο ξυγγινόμενον, τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς εἰς τὴν ζωογονίαν συμβάλλειν. Philostr. *l.* 3. *c.* 11.

Μίαν οὐσίαν] Ità *l.* 12. § 30. μία οὐσία κοινὴ materia nimirum prima. Laërt. *lib.* 7. in *Zenon.* & Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 14. οὐσίαν δὲ φασι τὴν ὅλην ἁπάντων τὴν ἀρχὴν ὕλην.

Ψυχὴν μίαν] quam & κρᾶσιν ὅλης vocat *l.* 6. § 14. & τὴν διὰ ὅλου νεῦσιν *l.* 5. § 30. & τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικόν. *l.* 7. § 75. Vide *supr. ad* § 21. & 29. Laërt. *l.* 7. in *Zen.* Ἔμψυχον δὲ τὸν κόσμον, ὅλον ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἐπεὶ θεν ὅσης ἀπαπάσματος. Et *ibid.* Τὸν δὲ κόσμον οἰκείως καὶ νῦν καὶ θεήσεσιν εἰς ἅπαν αὐτὸ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς. Theophilus itidem *ad Autolyc. l.* 2. de Stoicis: Ἄλλοι δ' αὐτὸ δὴ ὅλον καταχρηστικὸς πνεῦμα, θεὸν δοξαζοντες. Et Cleanthes apud Hermiam *in irrif. philos.* Τῷ ψυχῷ δὲ ὅλα τὸν κόσμον διήκειν· ὃς μέρος μετέχοντας ἡμᾶς ψυχῆς. Quin & Plato in *Cratylo* ex Anaxagoræ sententia, τὸν Δία, νῦν διὰ πάντων ἰόντα. Manil. *Astron. lib.* 2.

—*cum spiritus unus*
Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem,
Omnia pervolitans.—

Et Maro *Æn. l.* 6.

Principio cœlum, ac terram, campósque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra,
Spiritus intùs alit: totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Spiritum autem hunc disertè *Deum* nuncupat (quod & Minutius in *Octavio*, & Salvianus *de provident. l.* 1. *c.* 1. advertere) *Georg. l.* 4. verbis illis,

—*Deum namque ire per omnes*
Terrásque, tractúsque maris, cœlúmque profundum.

Pythagoreo etiam (Lactantio referente, *de ira Dei c.* 11.) *Deus mens est incorporalis, quæ per omnem rerum naturam diffusa & intenta, vitalem sensum cunctis animantibus tribuit. Spiritus per omnia, maxima, minima, æquali intentione diffusus.* Senec. *ad Helv. c.* 8. *Spiritus permeator universitatis.* Cleanthes apud Tertull. *Apolog. c.* 21. Hinc illud Arati.

—μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ· μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες· πάντῃ δὲ Διὸς πεπλήσμεθα πάντες,

Et Maro, *Eclog.* 3. —*Jovis omnia plena.*

Atqui Zenonem hoc nomine notat Tatianus *adv. Græc.* quòd secundum illius rationes, ὁ θεὸς ἐν ἀναιρέσει τε καὶ σκεδάσει καὶ ἀρρηγυρίᾳ καταλήγει. De Deo ipse: Πνεῦμα ὁ θεὸς, ὃ διῆκον διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν, καὶ ἐν αὐτῷ χυμάτων καταστάσεις. Sed & de Stoicis Clemens in *hortat.* διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀπειρότητος τὸ θεῖον διήκειν

ἥκειν λέγοντας. & *Strom. l.* 1. adjectâ etiam censurâ suâ: σῶμα ὄντα τὸν Θεὸν διὰ τῆς ἀπιστίας ὕλης περιτιθέναι λέγουσιν ὑ καλῶς. & rursus *Strom. l.* 5. Φασὶ σῶμα εἶ) τὸν Θεὸν οἱ Στωικοὶ, ὑ πνεῦμα κατ' ὐσίαν, ὥσπερ ἀμέλει ὑ τλὺ ψυχλύ. quod utrumq; ex sacris scriptis hausisse illos autumat, Ἀλλ' οἱ μὲν, inquit, διήκειν διὰ πάσης τῆς ὐσίας τὸν Θεὸν φασιν· ἡμεῖς ὃ ποιητλὼ αὐτὸν μόνον καλῶμεν, ὑ λόγῳ ποιητήν. (quod & suprà Tatianus.) hoc autem, Deum omnia permeare, ex eo, quod in *Sapientiæ Solomonis libro, c.* 7. *v.* 24. de sapientia dicitur, διήκει ὑ χωρεῖ διὰ πάντων, perperam accepto, traxisse, cùm non de æterna Dei, eadémque Deo, sapientiâ enunciatum id sit. Verùm, & de ista Prisci plerique sumunt; nec ab autore isto sumpsisse sectæ illius conditores verosimile est, cùm sint eo dubio procul antiquiores. Cæterùm quòd *corpus* illi, haud sané. quanquam & Tertullianum Deum corpus dixisse moner, simul & refellens, Aug. *de Genes. ad lit. l.* 10. *c.* 25. atq; ità reverà ille *adv. Prax. c.* 7. *Quis negabit Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui generis.* Verùm *Corpus* ille (quod & Augustinus *ad Quodvultdeum c.* 86. agnoscit) *Substantiam* intellexit. Sic enim *adv. Hermog. c.* 35. *Ipsa substantia corpus est rei cujusque.* & *de carn. Christ. cap.* 11. *Omne quod est, corpus est sui generis. nihil est incorporale, nisi quod non est.* At quod *omnia permeare Deum* haud malé. Siquidem de se Deus ipse per Jeremiam vatem *c.* 23. *v.* 24. *Annon cœlum & terram impleo ipse?* Hieron. *ad Marcell. q.* 5. *In omnibus infusus, & circumfusus, ut cuncta penetret interior, & contineat exterior.* Et Hildebert. in *Symbol. Intra omnia, nec inclusus: extra omnia, nec exclusus.* Hinc celebre illud, quod Jo. Gerson habet *in Cantic. Mariæ Conc.* 3. & Trismegisto Alex. Halens. *p.* 1. *q.* 7. *m.* 1. Empedocli tribuit Jo. Tritenhem. *ad Cæsar. q.* 1. *Deum esse sphæram intelligibilem, cujus centrum ubique, circumferentia nusquam sit.* Contrarium fermè Jul. Scaliger Trismegisto asserit, sed explodit ipse, *de subtil. exerc.* 363. *Pigmentum fallax*, inquit, *Trismegisti illud*, Deus est cujus medium in centro, circumferentia ubique. *pessimè. namque medium assignat infinito. & circumferentiam qui dat, finitum facit. tum si ubique erit circumferentia, erit etiam in medio. & idem fiet centrum cum circumferentia.* Et illud reverà potiùs aptiúsq; pigmentum an figmentum, infinitati divinæ depingendæ. Clemens ipse ex Pythagoræ sententia, quam & probare videtur, in *hortatorio*; Ὁ μὲν Θεὸς εἷς· χ' ὗτος ὃ, ὃν, ὃς πνες ἀσυνοῦσιν, ἐκτὸς τῆς διακοσμήσεως, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ὅλῳ, ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπίσκοπος πάσης ψύσεως, κρῆσις τῆ ὅλων πάντων πατὴρ, νῦς, ὑ ψύχωσις τοῦ ὅλου κύκλου, πάντων κίνασις. quod ille Θεῦ ὀλιγωρίᾳ, de Deo dictum contendit. Cæterùm Stoici ità universum hoc Deum permeare, ut numen cum mundo unum ὐπεκείμενον constitueret. Vide *supr.* § 23. quod est à pietate Christianâque disciplinâ alienum.

Εἰς αἴδιον μίαν τλὺ τύτε, πάντα ἀναλύσει | Vide *supr.* § 27.

Ὁρμὴ μία πάντα φέρεται | Apostolus *ad Rom. c.* 8. *v.* 28. Πάντα συνεργάζονται· *cooperantur omnia.* & Marcus *l.* 6. § 42. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν.

Πάντα πάντων ἐν γινομένων σωτῆρα | Ità *l.* 5. § 8. σωτῆρια ὑ σωτηρία, ὥσπερ ἐν μαθήσει, ὕτω ὃ ὑ ἐν αἰτῶν. Eleganti similitudine illustrat hoc Clemens, *Strom. l.* 1. Οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι οἱ καθήκοντες τλὺ ναῦν, ὑ πολλ' αἴτια λέγουσι· ἄν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν αἴτιον ἓν· ὑκ ἔστι γὸ αἴτιῳ ἕτερος τῆ καθήκειν τλὺ ναῦν, ἀλλὰ σωτὴρ τοῖς ἄλλοις αἴτια ὑ συνεργός. τάχα ὃ ὑ τὸ σωτήριον αἴτιον.

Οἷα πῆς ἡ σωτηρίας ὑ συμμύρουσις | quod alibi ἱερὸν ἀνάθεμα vocat. *l.* 7. § 9. ὑ σωτηρίαν ὑ σωτάξιν εὔλογον, *infrà* § 45. Vide & *supra* § 27. & 33.

§ 41. Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρόν | Arnobius *l.* 2. *Quia sunt homines, nisi animæ corporibus ligatæ?* at Epicteto *homo est animula bajula*, sive *gestatrix cadaveris*, h. e. corporis. quod χωεὶς πνεύματος νεκρόν ὄζειν. Jacob. *c.* 2. *v.* 26. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 19. Τῷ νεκρῷ δεῖ μὲ κύειν ἀλλὰ λάσκειν αὐτόν. Idémque *l.* 3. *c.* 10. *de corpore*; Τὸ ὑκ ἐμόν, τὸ φύσει νεκρόν. Et *ibid. c.* 22. Πῶς ὃ μέγα ἢ ἀξιάλογον, τὸ φύσει νεκρὸν, ἢ γῆ, ὁ πηλός; Numen *de bono l.* 1. apud Euseb. *præpar. Evang. l.* 15. *c.* 14. Ἐπεὶ ὃ τὸ σῶμα δεῖ φύσει τεθνηκότα ὑ νεκρὸ, ὑ περιουσία, ὑ ὑδ' ἐν ταὐτῷ ὠφέλησε, ἆρ' ὐχὶ τῆ καθέξοντος αὐτοῖς δεῖ; Heraclit. *ad Alcidam. ep.* 1. Ἡ ψυχὴ ἱερεῖόν ἐστιν καθιερῶσα, ἀφιεσθαι τοῦ ῥέον σῶμα τεθνεῶς τύτο. Hermes *ad Tat.* apud Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 40. Ψυχὴ δὲ ἐνθρώπου ὀχεῖται τὸν τρόπον τύτον· ὁ νῦς ἐν τῷ λόγῳ· ὁ λόγος ἐν τῷ ψυχῇ· ἡ δὲ ψυχὴ ἐν τῷ πνεύματι· τὸ πνεῦμα δὲ διοῖκον (leg. διῆκον) διὰ φλεβῶν ὑ ἀρτηριῶν, ὑ αἵματος, κινεῖ τὸ ζῶον, ὑ ὥσπερ τρόπον τινὰ βαστάζει. Arnob. iterum *ubi supra. Audetis ridere nos, quod animarum nostrarum provideamus saluti, id est, nobis ipsis? quid enim sumus homines, nisi animæ corporibus clausæ?*

§ 42. Οὐδὲν κακὸν τοῖς ἐν μαθολῇ | Vide *suprà* § 5. & *l.* 7. § 22.

§ 43. Πόλεμός πς ὑ ῥεῦμα βίαιον ὁ αἰὼν | Ità *l.* 2. § 17. τὸ τῆ σώματος πόλεμος. & *l.* 6. § 15. ἐν δὲ τύτῳ τῷ πολέμῳ. & *l.* 7. § 19. Διὰ τῆς ὅλων ὑσίας, ὡς διὰ χειμάῤῥου, διαπορεύεται πάντα. Naso *artis l.* 3.

——*eunt anni more fluentis aquæ.*

& *Metamorph. l.* 15.

——*assiduo labuntur tempora motu,*

Nec secus ac flumen : nec enim consistere flumen,
Nec levis hora potest.——

Basil. *homil.* 24. Ποταμὸς ὁ βίος ἡμῶν, ῥέων ἐκλεκτῶς κύμασιν ἀλλήλοις ἀκμιμωμένοις. Τὸ μὲν γὰρ παρέρρυσεν ἤδη, τὸ δ' ἐπορεύεται. Augustin. *de Trin. l.* 4. *c.* 16. *Quasi fluvio quodam decurrit genus humanum.* Quin & Heraclitus apud Laërtium *l.* 9. ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην. Cujus & celebre admodum effatum illud, quod Heraclides Pont. *de allegor. Homer.* sic extulit : Πολλοῖς τοῖς αὐτοῖς, ἐμβαίνομέν τε καὶ οὐκ ἐμβαίνομεν· εἰμέν τε καὶ οὐκ εἰμέν. Aristot. ex parte explicat *polit. l.* 3. *c.* 2. Πότερον ἕως ἂν ᾖ τὸ γένος τὸ αὐτὸ σῴζῃ κατοικοῦντων, οἷον αὐτοὺς εἶναι φατέον πόλιν, καίπερ ἀεὶ σῴζεσθαι μὲν ὑπολαμβάνοντας, σῴζεσθαι δὲ γιγνομένους· ὥσπερ καὶ ποταμοὺς εἰώθαμεν λέγειν τοὺς αὐτοὺς, καὶ κρήνας τὰς αὐτὰς, καίπερ ἀεὶ τῶν μὲν ἐπιγιγνομένων ὑδάτων, τῶν δ' ἀπολλυμένων. Plato in *Cratylo* ; & inde Stobæus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 24. Λέγει που Ἡράκλειτος, ὡς πάντα χωρεῖ, καὶ οὐδὲν μένει· καὶ ποταμοῦ ῥοὴν ἀπεικάζων τὰ ὄντα, λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Plut. *natur. quæst.* 2. Τὰ παλαιὰ καὶ ποτάμια νάματα σεσῆφθαι δοκεῖ καὶ γεγλῆφθαι. Ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης· ὡς φησὶν Ἡράκλειτος· ἕτερα γὰρ ἐπιῤῥεῖ ὕδατα. Et de *sera vindict.* Ἢ λύσομεν εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἄπαντα πεφυκότα ποταμοὺν ἐμβαλόντες, εἰς ὃν ἔφη δὶς ἐμβῆναι, τῷ πάντα κινεῖν καὶ ἑτερογεῖν τὴν φύσιν μᾶλλον ἢ λύειν. Et ad nostri mentem aptissimè, *lib. de E I Delph.* Πολλῷ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ, κατ' Ἡράκλειτον· οὐδὲ δυνατὸς ἐστὶ δὶς ἁψασθαι κατὰ ἕξιν· ἀλλ' ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς σκίδνησι καὶ πάλιν συνάγει, σχέσεσι καὶ ἄφεσι, οὐκ ἐν δὲ εἶτα καὶ μετὰ ταῦτα, ἀλλ' ἅμα· καὶ συντέτηκε καὶ πάρεισι καὶ ἄπεισι. Senec. *epist.* 58. *Corpora nostra rapiuntur fluminum more. quicquid vides; currit cum tempore. nihil ex his quæ videmus, manet. Hoc est quod ait Heraclitus* ; In idem flumen bis non descendimus. *manet idem fluminis nomen, aqua transiisse est. Hoc in amne manifestius est quam in homine. Sed nos quoque non minùs velox cursus prætervehit* Verùm, ut Aristoteles *metaphys. l.* 3. *c.* 5. Ὁ Κρατυλος Ἡρακλείτῳ ἐπιτίμα εἰπόντι, Δὶς τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι· αὐτὸς γὰρ ᾤετο, οὐδ' ἅπαξ.

Ῥεῦμα βίαιον | *torrens* etiam. atq; ità *l.* 7. § 19. χειμάῤῥους. Ovid. *remed. l.* 2.

Flumine perpetuo torrens solet altiùs ire.

sed & rapidiùs. unde diverbium familiare, χειμάῤῥους δίκλυς. *torrentis in morem.* de eis usurpatum, qui ingenti impetu quasi provoluti, omnia secum corripiunt. Seneca pariter, *torrenti rapido* tempus assimilat, *de vit. brev. c.* 9. & Aug. *in Psal.* 38. *Torrens rerum fluit. cuncta rapiuntur.* Vide *ad lib.* 2. § 4.

Λοιπὸν τὸ ὄφθαι ἔκγονον, καὶ παρενήνεκται. | Quod de seminibus quibusdam Theophr. *de caus. plant. l.* 3. *c.* 7. οἷς φαίνεται καὶ ἅμα πίπτον ἀλλοιοῦται. Et de externis istis Joan. Chrysost. *tom.* 5. *orat.* 19. Ποταμίων ῥευμάτων μιμῆται φύσιν· ὁμοῦ τε φαίνεται καὶ παραγέγονε· ὁμοῦ κατέχεται, καὶ ἀπεστάλη. Elegantì similitudine illustrat istud Marcus noster, *l.* 6. § 15. Ità, non de Marcello tantùm, aut de Cejonio Commodo, ut Adrianus apud Spartian. aut de Quintillo Claudii Imper. fratre ; de omnibus in universum tum personis, tum rebus ipsis, verùm est Virgilianum illud, *Æn. l.* 6.

Ostendent terris hunc tantùm fata, nec ultra
Esse sinent.——

Jo. Chrysost. *in Oxiam orat.* 4. Μὴ ἴσατέ τι τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται τὸν δρόμον· ὁμοῦ τε γὰρ ὁρᾶτε, καὶ σπᾶται ἐυκολώτερον ἡμᾶς καταλιμπάνει. Et de tempore Basil. Cæsar. *de creat. orat.* 1. Συμφυὴς ἅμα τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ζώοις τε καὶ φυτοῖς, ἡ τοῦ χρόνου διέξοδος ὑπάρχει, ἐπιτρεχόμενα ἀεὶ καὶ παῤῥέουσα, καὶ μηδαμοῦ παυομένη τοῦ δρόμου. Ἢ οὐχὶ παῖδες ὁ χρόνος, ἅ τὸ μὲν παρελθὸν ὑφαίνει, τὸ δὲ μέλλον ὑπὸ πόδας, τὸ δὲ παρὸν, πεῖν γοῦν ἔστιν, διαδιδράσκει πως αἰσθητὸν· τοιοῦτο δ' οὐδὲ τὸ καθ' ἡμᾶς νομιζόμενον ἡ φύσις· ἢ αὐξανομένη πάντως, ἢ φθίνουσα· τὸ δὲ ἱδρυμένον καὶ στάσιμον οὐκ ὀπάζουσα ἔχουσα.

Καὶ ἄλλο παραφέρεται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται | *& aliud subsequitur, mox item aliud succedet.* Xyl. *aliud succedit, & hoc etiam protinùs disparebit.* Cas. quorum alter quare παραφέρεται istic verterit *succedere*, alter *subsequi*, cùm in membro præcedente uterque *præterire* reddiderit, me latet. ego malim, *aliud abripitur*, sive *tollitur*, *aliud statim infertur.* Παραφέρεται *abripi* Lucian. Ἂν πυκνῷ τῷ χειμῶνι ὁ ποταμὸς παραφέρῃ, ὠθῶν καὶ τοῦτον ὅλη καταφλὼ βαπτίζοντα. Plut. *de orac. defect.* in hoc ipso argumento. Τῷ χρόνῳ, καθάπερ ῥεύματος, ἕκαστα παραφέρεσθαι. inde, τὸ παραφορὸν *l.* 1. § 15. & τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς. *lib.* 5. § 23. Verùm quia non ἐνήνεκται. sed ἐνεχθήσεται in futuro dixerit, ideo ad Marci mentem propiùs existimo, ut reddatur, prout ipsa sonant vocabula, *& aliud* quidem quiddam *abripitur*, *illud verò* (quod utiq; priùs abreptum fuerat) *inferetur* denuo. ut in orbem velit res agi ; &, quod in motu circulari fit, quæ abierint per vices denuo revertantur & redeant. Vide *ad l.* 2. § 14. ἀναχυκλέμενα & *ad l.* 9. § 28. ἐγκύκλια.

§ 44. Πᾶν τὸ συμβαῖνον ὑπὸ σωμάτων καὶ γινόμενον | Vide *supr.* § 29, 32. & *infr.* § 46. Senec. *epist.* 107. *Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est: offendi rebus istis tam ridiculum est, quàm queri quod spargaris in publico, aut inquineris in luto.* Usitata & usu familiaria jam facta, nec officiunt, nec afficiunt etiam. hinc Aristotel. *problem. lib.* 1. *q.* 45. Τὰ γὰρ σωμάτων ἔκπτωσις φαύλως, ἀλλὰ τερπνὰ γίνεται.

§ 45. Συμφορὰ

§ 45. Σπαίρουσι αἴλογος | *Lib.* 6. § 38. Ἐπισπώμενος. & *l.* 7. § 9. σύνδεσις ἱερά. Vide *supra* § 40.

Σωτέτακται | Vide *l.* 5. § 8.

§ 46. Γῆς θάνατος, ὕδωρ ζῆ|ν ἐξ ὕδατος | Inter Heracliti dogmata, apud Laert. *l.* 9. τῶν μεταβολῶν ὁδὸς ἄνω κάτω· τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατ' ἀνάγκην. πυκνούμενον δὲ τὸ πῦρ ὑγραίνεσθαι, συνισταμένον τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι· πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι. &c. Quod Ocellus Lucan. *de universi. c.* 1. § 14. Πῦρ μὲν εἰς ἓν συμφερόμενον, ἀέρα ἀποτελεῖ, ἐκ δὲ ὕδατος, ὕδωρ δὲ γῆν· ἀπὸ γῆς δὲ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἴδους τῆς μεταβολῆς, μίγνυσι πυρός, ὅθεν ἔφυ ἔξατο μεταβάλλον. Plut. *de E I Delph.* ὁ μὲν γὰρ, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος, ἀέρι γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος, ὕδατι γένεσις· ἀλλ' ἐπ σαφέστερον ἐπ' αὐτῆς ἴσως ἐν. Vide *ad l.* 9. § 21. Eodem pertinent, quæ apud eundem, *de Orac. defit.* leguntur ista; Ὥσπερ ὲκ γῆς ὕδωρ, ἐκ δὲ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ δὲ ἀέρος πῦρ γενόμενον ἥξεται, τῆς ἐκείνου ἄνω φοράς· ὥσπερ ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ δὲ ἡρώων εἰς δαίμονας, εἶ βελτίονες ψυχαὶ μεταβολῆ καμόντων. &c. Idem *de prim. frigid.* Ἐστὶ δὲ ἡ φθορὰ μεταβολή τις ἐπὶ θάτερα φθειρομένων εἰς τἀναντίον ἐκβύσῃ, σκοπῶμεν, οἱ κηγῖς ἔφασαν τὸ, Πυρὸς θάνατος, ἀέρος γένεσις· ὑπόκειται δὲ τὸ πῦρ, ἄσπερ ζῶον, ἢ βίᾳ σβεννύμενον, ἢ δι' αὐτὸ μαραινόμενον. ἢ μᾶλλον ἐμφανεστέρως ποιεῖ τὴν εἰς ἀέρα μεταβολὴν αὐτῆ, &c. Maxim. Tyr. *dissert.* 25. Ὁρᾷς τὸ πῶϑι, ὃ σὺ μὲν κηγῖς φθορὰν, τελευτὴν μὲν τῇ μὲν θνητῶν ἀνθρώπων, ἐγὼ δὲ σωτηρίαν, τελευτὴν δὲ τῇ μὲν διαδοχῇ μελλόντων μεταβολὴν ὁρᾷς σωμάτων καὶ φύσεως, ἀλλαγὴν ὁδοῦ ἄνω καὶ κάτω, καὶ τὸν Ἡράκλειτον καὶ αὖ ζῶντας μᾶλλον τὸν ἐκείνου βίον, (θάνατον leg. ex sequentibus liquet) τεθνηκότας δὲ τῶν ἐκείνου ζηλωτάς. ζῇ πῦρ τῆς γῆς θάνατον, καὶ ἀὴρ ζῇ τὸν πυρὸς θάνατον· ὕδωρ ζῇ τὸν ἀέρος θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος. διαδοχὴ ὁρᾷς βίων, καὶ μεταβολὴ σωμάτων, κατηχεῖαι τὸ ὅλον. Verùm apud Clementem Alex. *Strom. l.* 6. feciùs paulò, sive Heracliti ista, sive ejusdem iisdem propinqua, leguntur; ψυχῶν θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι· ὕδατι δὲ θάνατος, γῆ γενέσθαι, ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή. Quorum priora & Philo refert, multisque explicat *lib. de mund. immortal.* ubi & ψυχὴν pro *aëre* accepisse monet Heraclitum; *mortisque* nomine μεταβολὴν, non ἀναίρεσιν designâsse. Inter alia, quibus ista enarrat, Τὰ στοιχεῖα, inquit, τοῖς κόσμοις ταῖς εἰς ἄλληλα μεταβολαῖς, τὸ συμφερόντως ἔχον, δίκαιον δικαίως ἀναπαυομένοις, δαιμόνιον (δαιμονισμένον meliùs dixisset, prout & alibi locutus est) καὶ τοῖς αὐτοῖς ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω συνιοῦσι ἀμείβοντα. ἡ μὲν φερομένης ὁδὸς ἀπὸ γῆς ἐπὶ πῦρ· γῆς μεταβαλλούσης τὸ μὲν ὕδωρ ἐξατμίζόμενον εἰς ἀέρα. ὁ δ' ἀὴρ λεπτυνόμενος εἰς πῦρ. ἡ δὲ κατάντης ἀπὸ πυρὸς εἰς γῆν· πυρὸς πηγνυμένου καὶ τοῖς ὀβελοῖς, συνίζοντος μὲν πυρὸς καὶ τοῖς σβέσιν εἰς ἀέρα· συνίζοντος δ', ὁπότε σωβάλλοιτο, εἰς ὕδωρ ἀέρος. ὕδατος δὲ τοῖς πολλοῖς ἀνάγκαν καὶ τοῖς εἰς γλῶ πυκνουμένοις μεταβολαῖς. De eodem videri poterit & R. Moses Maimonides *de fundamentis legis cap.* 4. § 10, 11. Heraclitum autem vult Clemens hæc ab Orpheo sumpsisse, qui Heraclito prior cecinerit;

Ἐστιν ὕδωρ ψυχῇ, θάνατος δ' ὕδάτεσσιν ἀμοιβή.
Ἐκ δ' ὕδατος γαῖα, τὸ δ' ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ.
Ἐκ τοῦ δὲ ψυχὴ ἅλον αἰθέρα ἀλλάσσουσα.

Quibus subnecti non indigna, quæ ex Heracliti ejusdem sententiâ etiam Plut. *ad Apollon.* habet. Ἓν, φησὶν Ἡράκλειτος, Ταυτόν ἐστι ζῶν καὶ τεθνηκὸς, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς καὶ τὸ καθεῦδον, καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα, ἐκεῖνά ἐστι, κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα, ταῦτα. Vide *ad l.* 2. § 3. & *l.* 5. § 8. & *l.* 8. § 18. & *l.* 10. § 19.

Καὶ τοῦ ὁπλαζομένου ἢ ἡ ὁδὸς ἄγει | Videtur vel ad historicum aliquid, vel ad dictum aliquod proverbiale respexisse, de homine ignaro, quò via, quam insistit, ducat. Accommodari poterit, vel ad eos, qui nullo certo vitæ actionúmq; fine proposito sibi, temerè huc illuc divagantur. quemadmodum Senec. *epist.* 71. *Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est.* Vide *l.* 2. § 16. Vel ad eos etiam qui ad bonum aliquod tendere sese opinantur, cùm ad exitium suum properiter eant. qualis fatuus ille, quem depingit rex sapientissimus, *Param. c.* 7. ν 22. *qui macham sequitur, tanquam bos, qui ad mactationem abit, aut tanquam stultus, qui ad cippum ducitur, vel tanquam avis, quæ ad laqueum festinat; nescius vitam suam peti.* Vide & *lib.* 6. § 20. τὸν ἀγνοοῦντα ὁδόν. Suboritur tamen ista pensiculatiùs recogitanti suspicio, locum haud esse satis integrum, & Heracliteum etiam istîc, quomodo & in sequentibus, dictum aliquod quasi διαπαλαιστικῶς, ejusmodi fortean, quale de via sursum deorsúmq; ferente superiùs allatum est.

Ὧν μάλιστα διανοίᾳ ὁμιλοῦσι λέγω, τοῦ τὰ ὅλα διοικοῦντος, τούτου διαφέρονται | Nec hæc abscedunt longè ab Heraclitiis illis, quæ Sextus Empiric. habet *adv. Logic. lib.* 1. *c.* 2. Δεῖ ἕπεσθαι τῷ ξυνῷ. τὸ λόγῳ ξυνὸν ἐόντες ξυνῶν, ζώουσιν οἱ πολλοὶ, ὡς ἰδίαν ἔχοντες φρόνησιν· ἢ δ' ὄζιν ἐκ ἄλλό τι, ἀλλ' ὑζήγησις τοῦ τρόπου τῆς τοῦ παντὸς διοικήσεως. διὸ καθ' ὅ, τι ἂν αὐτοῦ τῆς μήκιστα κοινωνήσωμεν, ἀληθεύομεν· ἃ δ' ἂν ἰδιάσωμεν, ψευδόμεθα. A ratione prima ac suprema, cujus numine reguntur, discrepant & dissentiunt, sive cùm eadem litigant, dum privatas rationes, ab universali & communi illa diversas, perperam assectantur.

Οἷς κατ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται | quod *l.* 12. § 1. dixit, θαυμάζων, ὡς ἀσυσ-

ὡς ξενικὰ, τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. *tanquam peregrina & inusitata habent ea, quæ quotidie solent accidere.* ideò eis offenduntur, primæque causſæ de illis litem intendunt. Hoc eſt fortaſſe Heracliti illud apud Clem. *Strom. l.* 2. ὁ γὰρ φρονέων τοιαῦτα πολλοὶ, ὁκόσοι ἰσχυρόδινοι. præſertim, ſi ὁκόσοις legas; quod & rectum exiſtimem. Vide *ſupr.* §. 29. & §. 44. & *l.* 8. §. 15. Senec. *epiſt.* 107. *Id agendum eſt, neque nobis inopinatum ſit: & quia omnia novitate graviora ſunt, hæc cogitatio aſſidua præſtabit, ut nulli ſis malo tyro.* Et mox; *Nihil miremur eorum, ad quæ nati ſumus: quæ ideò nulli querenda, quia paria ſunt omnibus.* Idem *epiſt.* 91. *Inexpectata plus aggravant. novitas adjicit calamitatibus pondus. nec quiſquam mortalium non magis, quod etiam miratus eſt, doluit. ideò nobis nihil improviſum eſſe debet, in omnia præmittendus eſt animus: cogitandumque, non quicquid ſolet, ſed quicquid poteſt fieri. tota ante oculos ſortis humanæ conditio ponatur: nec quantum frequenter evenit, ſed quantum plurimùm poteſt evenire, præſumamus animo, ſi nolumus opprimi, nec ullis inuſitatis, velut novis, obſtupefieri. in plenum cogitanda fortuna eſt.* Idem *ad Marc. c.* 9. *Unde tanta nobis pertinacia in deploratione noſtri? quod nihil nobis mali, antequam eveniat proponimus, ſed ut immunes ipſi, & aliis pacatius ingreſſi iter, alienis non admonemur caſibus, illos eſſe communes. tot præter domum noſtram ducuntur exequiæ: de morte non cogitamus. tot acerba funera: nos togam noſtrorum infantium, nos militiam, & paternæ hæreditatis ſucceſſionem animo agitamus. tot divitum ſubita paupertas in oculos incidit: & nobis nunquam in mentem venit, noſtras quoq; opes æquè in lubrico poſitas. quis unquam res ſuas, tanquam perituras, adſpexit? quis unquam noſtrùm de exilio, de egeſtate, de luctu cogitare auſus eſt? quis non, ſi admoneatur ut de iſtis, ut ſuis, cogitet,* (ità lego ex Schol. M. S.) *tanquam dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum, aut ipſius intempeſtivi monitoris, abire illa jubeat? neceſſe eſt itaque magìs corruamus, qui quaſi ex inopinato ferimur. Non putavi futurum. Quicquam tu putas non futurum, quod multis ſcis poſſe fieri, quod multis vides eveniſſe?*

Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.

Ille amiſit Liberos: & tu amittere potes. ille damnatus eſt: & tua innocentia ſub ictu eſt. hic nos error decipit, hic effæminat, dum patimur, quæ nunquam pati nos poſſe prævidimus.

Ὥσπερ καθεύδοντας | hoc eſt, quod Ariſtoteles *de philoſoph. l.* 8. apud Euſeb. *præpar. l.* 14. *c.* 17. καθ' ἑαυτὸν ἐν ὕπνῳ, ζῆν οἰκῇ καὶ ἐμπλήκτως. Imò quod Heraclitus etiam, quem & iſtic forſan Marcus in animo habuit, apud Sextum loco ſuperiùs memorato; Τὰς δ' ἄλλας ἀνθρώπους λανθάνει, ὁκόσα ἐγερθέντες ποιοῦσι, ὅκωσ περ ὁκόσα εὕδοντες, ἐπιλανθάνονται. Senec. *de provid. c.* 5. *Languida ingenia, & in ſomnum itura, vel in vigiliam ſomno ſimillimam.* Lucret. *l.* 3.

Qui ſomno partem majorem conteris ævi,
Et vigilans ſtertis, nec ſomnia cernere ceſſas,
Atque animi incerto fluitans errore vagaris.

Itaque non incommodè prorſus Xylander hîc: *vule perficiendum ſtrenuè, quod rectò conſilio agendum ſuſcepimus; neque in medio actu deſiſtendum aut titubandum. nam in ſomnis ſæpe imaginamur nobis aliquid agere, nihil tamen efficimus.* Homer Iliad. χ. *v.* 199.

Ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν,
Οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὐδ' ὃ διώκειν·
Ὡς ὁ τὸν οὐ δύναθ' αἱρήσειν ποσὶν, οὐδ' ὃς ἀλύξειν.

Oppian. *piſcat. l.* 2. de torpedine:

Οἷον δ' ἐρεθιστοῖσιν ἐν εἰδωλοῖσιν ὀνείρων
Ἀνδρὸς ἀτυζομένοιο, καὶ ἰσχνοῖσι φέρεσθαι
Θρῴσκειν μὲν κραδίη, τὰ δ' γύναια παλλομένοισι
Ἀσθμὴς ἄτε δεσμὸς ὑπειρομένοισι βαρύνει·
Τοίῳ γειοπλάγχθων τεχνάζεται ἰχθὺς ἑαυτῷ.

Maro *Æneid. l.*

Ac velut in ſomnis, oculos ubi languida preſſit
Nocte quies, nequicquam avidos extendere curſus
Velle videmur: & in mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba ſequuntur.

Vide Plutarch. *ad Præfect. indoct.*

Ὅτι δεῖ παῖδας τοκέων, οὗ τοῦτ' ἔστι, καθόλου παρειλήφαμεν | Locus inſigniter depravatus, cujuſq; medicinam penè deſperat peritiſſimus omnium, quos ego nòrim, iſtorum ſanandi artifex: clariſſimum Salmaſium, etiamſi nullus nominarem, quem velle deberem, agnoſcent mecum, qui in ſtudiis iſtis exercitati fuerint, ni ærugo mera candorem illis omnem exederit. Tentavit tamen is medelam dare, partim loco ſuo emota, quædam reſtituendo, partim ſupplendo, quod excidiſſe viſum, & in proximè præcedentibus haud ſemel, occurrit, τὸ μεμνῆσθαι. ut ſic legatur, καὶ ὅτι δεῖ παῖδας τοκέων μεμνῆσθαι, ὁ καὶ φίλον, τυτέσι, καθόλου παρειλήφαμεν. Senſuſque ſit, *Oportere pueros parentum meminiſſe, non ſimpliciter quidem, hoc eſt, quatenus vulgò nobis præcipitur.* nimirum parentum memoria hæc nobis debet ineſſe eo fine, ut ſciamus, quomodo illi ex hac vita abierunt, ità etiam nobis abeundum; aut aliquid ſimile. Cæterùm tentandi & nobis poſt Machaonem quoq; venia, ſpero, condonabitur. Quid ſi ergò ſic reſtituere velimus? ὅτι ὁ δεῖ [ἄσαφες] παῖδας, τυτέσι, καὶ φίλον, καθόλου τοκέων παρειλήφαμεν. *non oportere nos agere puerorum inſtar, hoc eſt, merè nudéque,* abſque juſto diligentique examine; *juxta illud,* quicquid tandem fuerit, *quod à parentibus noſtris accepimus.* ut καὶ φίλον idem hîc Marco valeat, quod καὶ φίλον πίστιν καὶ ἄλογον Origeni *adv. Celſ. lib.* 1. Velíque rejici πρὸ καταίας ἀναστροφὴ πρὸ πατροπαραδότου, ut Petrus loquitur, *ep.* 1. *c.* 1. *v.* 18. Occurrit itaq; exceptioni illi, quam benè monentibus rectioráque monſtrantibus opponere ſolet vulgus hominum; Faciemus prout

fecere

fecere majores nostri, & prout ab eisdem nos accepimus. Sic enim Judæi idololatræ, Jerem. *c.* 44. *v.* 17. Sic Pontificii, non minùs etiam quàm illi eodem crimine innexi. Sic ethnici, primis Christiani nominis temporibus, apud Clement. in *hortator.* Ἀλλ' ὦ πατέρων, φασὶ, παραδιδόμενον ἡμῖν ἔθος ἀναιρήσειν οὐκ εὔλογον. Symmach. *l.* 10. *ep.* 43. *Sed majorum servandus est ritus.* Et Tibull. *lib.* 2. *eleg.* 1.

——fruges lustramus & agros,
Ritus ut à prisco traditus extat avo.

quibus regeri quid possit, consulantur Clemens *ib.* & Ambros. *ep.* 31. quâ Symmacho respondet: nam transcribere nimis prolixum fuerit. Optimè Justinus *apolog.* 2. Τὰς κατ' ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τιμᾶν καὶ σέβειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραλιμπάνειν δόξας παλαιὰς ἐξαπατώσας, ἂν φαῦλαι ὦσιν. Rectèque Theodoret. *therapeut. l.* 1. Ἀνδρῶν δὲ γε σωφρονούντων ἴδιον, μὴ σφαλλεσθαι δοκοῦντας, μηδὲ ἕνεκα περιττῆς δόξης πεισθῆναι, ἀλλὰ ζητεῖν τἀληθὲς, καὶ τὸ χρήσιμον παντοδαπὸν ξυλλέγειν. qui & Socratis illud Critoni dictum subjungit; Ὡς ἐγὼ, ὦ μάντις ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ δεῖ τοιοῦτος, οἵῳ σοὶ ἐμοὶ δοκεῖ ἄλλῳ πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. Illud interim adjicere lubet, horsum etiam spectare videri, quod apud Plutarchum toties repetitum ex Heracliti dictis occurrit *de poet. leg. regul.* 16. & *de audiend.* Βλακὸς ἄνθρωπος ὃς πρὸς παντὶ λόγῳ ἐπὶ ἥδεσι φιλεῖ. monet enim, inquit Plut. μὴ πρὸς παντὸς λόγου πλάττειν, ὥσπερ πεδίματα, πιστεύειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀπιστεῖν καὶ ἀνερωτᾶν, καὶ πολλὰ διακρούεσθαι πρὶν ἢ ἁλῶναι, μὴ ὠφελίμως λεχθησόμενα. ut sit idem cum Solomonis illo, *Paræm. c.* 14. *v.* 15. *Fatuus credit omni verbo.* Sive verum, sive falsum; sive utile, sive noxium. Piscat. vel etiam, *omni rei.* ut Jun. Quum *nihil magis præstandum* sit, (ut Senec. *debeat. cap.* 1.) *quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes, non quâ eundum est, sed quâ itur. nec ulla res nos majoribus malis implicet, quam quòd ad rumorem componimur; optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt; quorumque exempla nobis multa; nec ad rationem, sed ad similitudinem vivimus. Ità, quod in strage hominum magna evenit, cùm ipse se populus premit, nemo ità cadit, ut non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt. hoc in omni vita accidere videas licet. Nemo sibi tantùm errat; sed alii erroris caussa & auctor est. nocet enim applicari antecedentibus: & dum unusquisque mavult credere, quàm judicare; nunquam de vita judicatur, semper creditur; versátque nos & præcipitat traditus per manus error; alienisque perimus exemplis.* hoc est, κατ' ἰλὺν, καθὰ κελεύομεν, πεισθῆναί τε καὶ πιστεῦσαι. Cæterùm Marci mentem an attigerimus, aliorum esto judicium. De sensu idem censet eruditissimus D. Bootius. Verùm is pro πυδαγορείων, legit πυδαγορείων, vel potiùs πυδαγορείοις, ut sit πυδαγορείοις μιμεῖσθαι, quibus solenne fuit illud, Αὐτὸς ἔφα. *Ipse dixit.* quod probarem pronus, nisi à scriptura vulgata recederet longiùs, & mutatione leviori negotium confici posse videatur. Cæterùm de Platone pariter Aristides *Apolog. pro quatuorviris:* Εἴ τις τῇ Πλάτωνος δόξῃ σοὶ πάντων ἐφείζοιτο, — πῶς ἐχὲ λυπήσει, μὴ σφοδρότερόν τι λέγοι, εἰ μὴ κατ' ἐξουσίαν λέγοι, ἀλλ' ὥσπερ πῶς ἀρχῶν τοῦθ' ὑπολαμβάνων, ὅπ φαίη Πλάτων; Marci mentem planè expressit.

§ 47. Αὔριον τεθνήξῃ, ἢ πάντως εἰς τεττίγων | *cras, aut summum perendiè moriturum te.* Cicer. *ad Attic. l.* 12. *epist.* 43. *Scies fortasse cras, summum perendiè.* Socrati par ferè monitum divinitùs datum refert Laertius *l.* 2. quum enim in somnis quidam visus est illi dixisse ex *Iliad.* λ'. *v.* 363. illud.

Ἥματί κεν τεττάρτῳ φθίμενος ἐείκελος ἔποιο.

conjecit indè *perendiè moriturum se.* εἰς τεττίγων, inquit, ὑποδανεῖται. conjecturæ rationem, eâ quam Erasmus dedit, probabiliorem è Nannio *miscel. l.* 8. *c.* 36. & Casaub. *ad* Laert. petas licet.

Οὐκ ἐτ' ἂν παρὰ μίαν ἕποιο | Senec. *epist.* 93. *Nunquid feliciorem judicas eum, qui summo die muneris, quam cum qui medio occiditur? nunquid aliquem esse tam cupidum vitæ putas, ut jugulari in spoliario, quàm in arena malit? non majore spatio alter alterum præcedimus. mors per omnes it: qui occidit, consequitur occisum. minimum est de quo solicitissimè agitur. quid autem ad rem pertinet, quamdiu vites, quod vitare non possis?* Et *quæst. nat. l.* 2. *c.* 59. *Omnes referamur ad mortem. totum hunc quem vides populum, quousque cogitas esse? citò natura revocabit & condet. nec de re, sed de die quæritur. eodem citiùs tardiúsve veniendum est. quid ergo? non tibi timidissimus omnium videtur, & insipientissimus, qui magno ambitu rogat moram mortis? nonne contemneres eum, qui inter perituros constitutus, beneficii loco peteret, ut ultimus cervicem præberet? idem facimus. in omnes constitutum est capitale supplicium. magno æstimamus tardiùs mori. Quid porrò prodest paucos dies aut annos lucrifacere? Quid tanquam de magno detrimento times? nemo multum ex stillicidio potest perdere.* Idem *epist.* 37. & 70. Apud Platonem in *Phædon.* Socrates de eis, qui venenum hausturi, moram aliquam ac dilationem expetebant; Εἰκότως τοῦτο ποιοῦσι. καρδοκεῖν γὰρ οἴονται καὶ ἐγώ σε εἰκότως ἂν ποιήσω· οὐδὲν γὰρ οἶμαι καρδοκοῦντα, ὀλίγον ὕστερον πιὼν, ἀλλό γε ἢ γέλωτα ὀφλήσειν παρ' ἐμαυτῷ, γλίχεσθαι τῷ ζῆν, καὶ φειδομένῳ ἐόντος ἐπ' ἐξόν. At contra Micyllus apud Lucianum in *Cataplo*; ὁ πάνυ μοι ὁ τῶν Κυκλωπικῶν ἐκεῖνον ἐμβραίνει λωρεὰ, τὸ ὑποκνᾶσθαι, ὅπ πύλαιον ἐγὼ τὸν ἔπνον κατέδομαι. ἂν τι γὰρ ἀσχολῆται, ἄνω πύλαιον, οἱ αὐτοὶ ὀδόντες ἀπολύουσιν. Epist. *l.* 2. *c.* 1. Τί ἂν ἀγανακτεῖς, εἰ γωῦ; εἰ δὲ μὴ γωῦ, ὕστερον. Vide *l.* 6. § 10.

Τὰ

Τὸ εἰς πολλοστὸν ἦτοι μᾶλλον ἢ οὐκέτι, μηδὲν μέγα | Vide *lib.* 10. § 81. & *supr.* § 15. Plut. *de fera vindict.* Ἐπεὶ τοῖς γε θεοῖς πᾶν ἀνθρωπίνου βίου διάγραμμα, τὸ μηδὲν ὄζει. καὶ τὸ νυνὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸ ἐτῶν τεττάρων, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τὸ δίλεπτον, ἀλλὰ μὴ ἀργοῦ, σμικρὸν ἢ χρημάτιον τῶν πονηρῶν. Et Zosim. *hist. lib.* 2. Πᾶς χρόνος πρὸς θείαν βραχὺς αἰῶνα ὢν καὶ ἀσυμβόλου.

§ 48. Πόσοι μὴ ἴασιν | Vide *l.* 3. § 3. & *lib.* 6. § 45. & *lib.* 7. § 19. & *lib.* 8. § 25. Lucret. *l.* 3.

Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis:
Lumina sis oculis etiam bonus Anceu' reliquit,
Qui melior multis, quàm tu, fuit, improbe, rebus.
Indè alii multi reges, rerumque potentes
Occiderunt, magnis qui gentibus imperitârunt.
Ille quoque ipse, viam qui quondam per mare magnum
Stravit, itérque dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus salsas docuit supere ire lacunas;
Et contempsit aquis insultans murmura ponti,
Lumine adempto, animam moribundo corpore fudit.
Scipiades, belli fulmen, Carthaginis horror,
Ossa dedit terræ, proindè ac famul' infimus esset.
Adde reperiores doctrinarum atque leporum:
Adde Heliconiadum comites: quorum unus Homerus
Sceptra potitus, eâdem aliis sopitu' quiete est.
Denique Democritum, postquam matura vetustas
Admonuit memorem motus languescere mentis,
Sponte suâ leto caput obvius obtulit ipse.
Ipse Epicurus obit, decurso lumine vitæ,
Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes
Præstrinxit, stellas exortus ut æthereus Sol.

Lucretium, Epicureum hæc loqui memineris. Illud interim εἰς ἐν παῖδα notetur, alluſiſſe videri primoribus hiſce verbis ad Achillis verba illa apud Poetarum principem *Iliad.* φ'. *v.* 107. quæ & Calliſthenem ſibi occinere ſolitum, ubi Alexandri animum abs ſe alienatum ſenſerat, quò adversùs mortis metum mentem ſibi obfirmaret, autor eſt in *Alex.* Plutarchus,

Καὶ Θέτις μὲν Πηλέως, ὅτε σὺ πολλῶν ἀμείνων.

Τὰς ὀργὰς ὑπὸ τῆς ἀθρυπτίας συνεσταλκώς | contractis ſcil. in triſtitiæ gravitatiſque indicium ſuperciliis, morti propinquos ſignificare volebant ægrotos, & pro conclamatis jam habendos.

Ἐξουσίᾳ ψυχῶν | Quia nimirum jus habent vitæ & necis. Hinc faſtuoſum illud Pilati Joan. *Evang. c.* 19. *v.* 10. Ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε; At Diogenes Perdiccæ mortem, ni ad ſe accederet, minitanti, οὐδὲν μέγα. καὶ γὰρ σκόροδον ἢ φαλάγγιον τοῦτ' ἂν ποιήσειεν. *Nihil*, inquit, *hoc magni, cum cantharis & phalangium, muſca & aranea, idem poſſint.* Laert. *lib.* 6. Theodorus pariter Cyrenæus Lyſimacho idem interminato, *Enimvero magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim aſſecutus es.* Refert Cicero *Tuſcul. l.* 5. & Val. Max. *l.* 6. *c.* 2. Vel, ut Seneca, *de tranquill. c.* 14. *Habes, cur tibi placeas: hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt.*

Ὡς ἀναξαγόρας | At Anaxagoras, renunciato morti addictum ſe à ſuis, Ἄφες, ἔφη, κἀμοῦ πάλαι ἡ φύσις κατεψηφισμένη. *Eundem in utrumque noſtrum jam olim natura calculum tulit.* Laert. *l.* 2. Et Socrates pariter, dicenti, Θάνατόν σε καταγνώσονται. *Morti te addixerunt.* κἀκεῖνον ἡ φύσις. *& ipſos natura.* Laert. *ibid.* Ad Marci mentem Plin. *l.* 7. *c.* 7. *Tu, qui te Deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti* (lucernæ odore extinctæ) *perire potuiſti, atque etiam hodie minoris potes.*

Πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι | De urbibus opidiſq; montium concurſu colliſis, terræ motu proſtratis, hiatu abſorptis, mariſve incurſu hauſtis ſubmerſiſq; videri poterit Plinius *hiſt. natur. l.* 2. *c.* 83, 84, 88, 91, 92. & Strabo *geograph. l.* 1. Ariſtotelis nom. *de mund. c.* 6. Τὰ δὲ τῆς γῆς ὠφελήματα ὅλα, πολλὰς ἐπιφορήσους καὶ πόλεις ἀναλώσεως· συσμοί τε καὶ ὕδατα βίαια, πολλὰ μέρη τῆς γῆς ἀνέῤῥηξαν· ὕμβροι τε κατέκλυσαν, ἔξαιφνες κατάῤῥαγῆτες· ὄφελμαί τε καὶ ἀναχωρήσεις, πολλαχοῦ καὶ ἐπείρας ἐβαλάσσωσαν, καὶ θαλάσσας ἠπείρωσαν· βιαίων τε παθημάτων καὶ τυφώνων, ἔχει ὅτι πόλεις ὅλας ἀνέῤῥηξαν· πυρκαϊαί τε καὶ φλόγες, αἱ μὲ ἐξ ὑποχθονίου ῥηγνύμεναι σχίσεως, ὥσπερ φασὶν, ὁπὸ φαλάντος τὸ πρῶτον ὧν ὑπὸ γῆς κατέφλεξαν· αἱ δὲ πρὸς ἑαυτὰς ἐν γῆς ἀναλύσεσιν καὶ ἐκφυσήσεσιν, καθάπερ ἐν Λέσβῳ περὶ τὸν Ἀκάνθιον καλούμενον, καὶ ἀνὰ πᾶσαν γῆν φερομένων, χαμαίῤῥοῦς δίκην. Ariſtides περὶ ῥητορικῆς. Σμύρνα δέ. Ἀκίνδυνον δ' οὐδὲν, φασὶ, μένειν οὐκ ἀνθρώπους· ἀλλὰ καὶ γῆν θαλάσσαν λέγεσι, καὶ θαλάσσαν ἠπείρους· καὶ πόλεις, αἱ μὲν χθὲς γῆς ἦσαν, αἱ δὲ ὑπὸ ῥευμάτων ὑφορίων τε καὶ παντοίων ἠφανίσθησαν. Vide eumdem de Smyrnæ clade in μονῳδίᾳ δὲ Σμύρνης, de Rhodi in *Rhodiaca.* Tertull. *apolog. c.* 20. *Quod terra vorant urbes, quod inſulæ maria fraudant, quod regna regnis compulſant,* &c. & *c.* 40. *Quanta clades orbem & urbes ceciderunt? Legimus Hieramnapen.* (log. Hieran. & Anaphen; ex Strab. *l.* 10. Plin. *l.* 2. *c.* 87. & *l.* 4. *c.* 12. & Ammian. *lib.* 17.) & *Delon, & Rhodon, & Con inſulas multis cum millibus hominum peſſum abiiſſe. Sed & mare Corinthium terræ motus ebibit: & vis undarum Lucaniam Italiæ abſciſſam in Siciliæ nomen relegavit.* Quibus gemina habet & *adv. nation. l.* 1. *c.* 9. ubi tamen perperam pro *Delos, Delphos* legitur. Sed & *de pallio cap.* 2. ubi inter alia, *Inter inſulas nulla jam Delos, arenæ Samos; & Sibylla non mendax.* Alluſit ad Sibyllinum illud;

——καὶ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Σάμος ἐν Σάμῳ κεῖται.——

Seneca *nat. quæſt. 6. l.* 1. *Non homines tantùm, quæ brevis & caduca res naſcimur, urbes quoque terrarum*

& littora, & ipſum mare in ſervitutem fati venit. & *l.* 3. *c.* 16. *Sunt abrupti in infinitum hiatus, qui ſæpe illapſas urbes receperunt, & ingentem in alto ruinam condiderunt.* Itaq; mirum dixiſſe eundem, ubi incendium Lugdunenſe Lucilio ſuo narrat, *ep.* 91. *Terrarum vix unquam tam gravis & perniciosus fuit motus, ut tota oppida everteret. nunquam denique tam infeſtum ulli exarſit incendium, ut nihil alteri ſupereſſet incendio. Tot pulcherrima opera, quæ ſingula illuſtrare urbes ſingulas poſſent, una nox ſtravit: una nox fuit inter urbem maximam & nullam. Denique diutius illam tibi periiſſe, quàm perilt, narro.* Mirum, inquam, hoc Senecæ excidiſſe, vix unquam tam gravem & perniciosum terræ motum extitiſſe, cùm ipſe idem dicat loco ſuperiùs nominato; *Aſia duodecim urbes ſimul perdidit.* & in eadem ipſa epiſtola haud ità multò pòſt ſubjiciat: *Quoties Aſiæ; quoties Achaiæ* (ubi fortean, pro *quoties, quot*, legendum) *urbes uno tremore ceciderunt? quot opida in Syria? quot in Macedonia devorata ſunt? Cyprum quoties vaſtavit hæc clades? quoties in ſe Paphus corruit? frequenter nobis enunciati ſunt totarum urbium interitus. Et nos, inter quos frequenter iſta nunciantur, quota pars omnium ſumus?* Idem mox, *ibid. Omnium iſtarum civitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, veſtigia quoque tempus eradet. Non vides quemadmodum in Achaia clariſſimarum urbium jam fundamenta conſumpta ſint, nec quicquam extet, ex quo appareat illas fuiſſe? Non tantùm manu facta labuntur, non tantùm humanâ arte atque induſtriâ poſita vertit dies: juga montium diffluunt, tota deſedere regiones. Operta ſunt fluctibus, quæ procul à conſpectu maris ſtabant. Vaſtavit ignis colles, per quos elucebat; eroſit, & quondam altiſſimos vertices, ſolatia navigantium ac ſpeculas, ad humilem arenam deduxit. Ipſius naturæ opera vexantur. & ideò æquo animo ferre debemus urbium excidia. Caſura omnia extant: omnibus exitus manet; ſive interna vis ſtatúſque præcluſi violentè pondus, ſub quo tenebantur, excuſſerint; ſive torrentium in abdito vis obſtantia effregerit; ſive flammarum violentia compaginem ſoli ruperit; ſive vetuſtas, à qua nihil tutum eſt, expugnaverit minutatim; ſive gravitas cæli ejecerit populos, & ſitus deſerta corruperit. enumerare omnes fatorum vias, longum eſt: hoc unum ſcio; omnia mortalium opera mortalitate damnata ſunt: inter peritura vivimus.* Adjici poterant his, ni fabuloſa meritò haberentur, quæ de Atlantide inſula Plato in *Timæo*, & ex Platone Philo *de mundo*: Ἡ δὲ Ἀτλαντὶς νῆσος, ἅμα Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων, ὑπῆρξε πᾶσι καὶ πλεῖ, νεστμῷ δ' ἔξαισίων καὶ κραταιοτάτων ἠφανίσθη. Sed & Tertullianus *apolog. c.* 40. *Memorat & Plato majorem Aſiæ vel Africæ terram Atlantico mari ereptam.* Et *ad nation. l.* 1. *c.* 9. *Vel quam Plato memorat majorem Aſiâ aut Afr.cà in Atlantico mari merſam.* Et rurſus, *de Pall. c.* 2. *In Atlantico Libyam aut Aſiam adæquans quæritur.* Quanquam & fabuloſis iſtis aliquid etiam veri ſuberat. Siquidem quæ temporibus illis quaſi demerſa latebat, noviſſimis his emerſit quodammodo, & in notitiam ſe dedit, ultra mare Atlanticum, Libyam aut Aſiam, ut ille loquitur, adæquans terra, forſan etiam Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων, præſertim ſi utriuſque hujus quantum Platonis diebus innotuerat ſumpſerimus, certè *Europæ orbe potior inſula*, ut cum Ammiano loqui fidenter licet.

Ἴσ' ἅπερ εἶπον, πεδήναμεν | Ità *lib.* 10. § 19. Ἔκαμον πέρυσιν ὥσαν δήποτον. Gregor. Naz. *ep.* 39. *ad Olymp.* Δεινὸν μὲν καὶ ἀνδρὸς ἁλῶναι πολλῷ δ' ἀνιαρότερον, πόλιν ἁλῶναι. Serv. Sulpitius (quod & Xyl. obſervavit) *in conſolatoria ad Ciceronem epiſtola, quæ ad famil. l.* 4. *ep.* 5. habetur. *Ex Aſia rediens, cùm ab Ægina Megaram verùs navigarem, cæpi regiones circumcirca proſpicere; poſtme erat Ægina, ante Megara, dextra Piræus, ſiniſtra Corinthus: quæ opida quædam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata & diruta ante oculos jacent. Cæpi egomet ſic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, ſiquis noſtrûm interiit aut occiſus eſt, quorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot opidorum cadavera projecta jaceant?* Et Sulpitium imitatus Ambroſius *ad Fauſtin. ep.* 8. *Dolet quòd dudum florentiſſima repentè occiderit. Verùm hoc nobis commune eſt, non ſolùm cum hominibus, ſed etiam cum civitatibus terriſque ipſis. nempe de Bononienſi veniens urbe, à tergo Claternam, ipſam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinquebas; in dextra erat Brixillum, à fronte occurrebat Placentia, veteræque nobilitatem ipſo adhuc nomine ſonans; ad lævam Apennini inculta miseratus, & florentiſſimorum quondam populorum caſtella conſidérabas, atque affectu relegebas dolenti. tot igitur ſemirutarum urbium cadavera, terrarúmque ſub eodem conſpectu expoſita funera non te admonent unius, ſanctæ licèt & admirabilis fœminæ deceſſionem conſolabiliorem habendam? præſertim cum illa in perpetuum proſtrata & diruta ſint; hæc autem ad tempus quidem erepta nobis meliorem illic vitam exigat.* De Sodoma & Gomorrha pariter Tertullian. *de pallio c.* 2. *Hactenus Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia, & propinquitas maris juxtà cum ſolo mortuum ivit.* ità ex M. S. reſtituit Cl. Salmaſ. *mortuum ivit.* i. e. mortua eſt. Alluſit autem ad *maris mortui* appellationem. Inſulas etiam *Tenon* & *Delon*, alteram *vivere* adhuc, alteram *non* item, dixit Antipater *epigr. anthol. l.* 1. *c.* 18.

Νῦν δὲ σὺ μὲν ζώεις, ἡ δ' ἐκέτι τῆς καὶ ἐάλωτος
Ὀλλυμένη Τίλις. Δῆλον ἐφημοσύνῃ;

quod tamen carmen Alphæo Mitylenæo tribuit Cl. Salmaſ. *ad Tertull. Pall. Vivere* autem quod dicitur, cur non & *mori* dicatur? aut quid eſt aliud *non amplius vivere*, quàm *mori*? Sicut autem urbes *mori* ità & *ſepeliri* dicuntur. Mitto Maronianum illud *Æneid. l.* 2.

Invadunt urbem somno vinóque sepultam.

urbem enim pro incolis posuit: Incertus poeta in *Hectoris epitaph.*

——— *cum quo sua Troja sepulta est:*
Conduntur pariter, qui periere simul.

De Cremona Tacitus *hist. lib.* 3. *Cæterum assidere sepultæ urbis ruinis, noxia tabo humus, haud diu permisit.* sed & *domum sepultam* Catullus, at aliâ ratione. ad *Manlium ep.* 64.

Tecum unà tota est nostra sepulta domus.

& quemadmodum *civitatum cadavera* illi, ità ex antiquis nescio quis earundem *sepulchra* dixit, *busta*. Plinius, de Athenis, Mycenis, aliisq; urbibus jam dirutis ille epigr. hoc,

Hæ sunt, quas meritò quondam est mirata vetustas:
Magnarum rerum magna sepulchra vides.

Iste *l.* 2. *c.* 93. *Motus enim terræ fileantur, & quicquid est, ubi saltem busta urbium, (sepultarum* M.S.) *extat.* Quin & quomodo Marcus *civitates mori* dixit, ubi devastantur: ità è contrario Aristides reviviscere easdem, ubi instaurantur denuo. Αἰτῶ γὰρ Σμύρναν (inquit Marco nostro, Commodóque supplex pro Smyrna restituenda) παύσῃ γοῦν τῷ πόλει χάσκειν, ὡς ἀναβιῶναι δ' ὑμῖν. eandémq; ab eis restauratam, φοίνικος δίκην, ἀναβιώσασθαι, *palinodiâ in eandem compositâ.* & *orat. in Romam:* Ἀλλ' ἀπὸ χρῆς τὸν Παμφύλων μῦθον, εἰ ἢ μὴ Πλάτωνος, οὗ δεῖ τῇ πυρᾷ ἥδιον κείσθαι αἱ πόλεις, ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλας ἔριδος καὶ παροξυσμοῦ, ἀθρόαν ἐκλιπεῖν τὴν ἡγεμονίαν. καὶ ἐκλείψης ἀνεθίσασιν. Historiam an fabulam Eris Armenii gente Pamphylii respexit, quam narrat Plato *polit. l.* 10. & à Platone mutuati Val. Max. *l.* 1. *c.* 8. Macrob. *in somn. Scip. l.* 1. *c.* 2. Clem. *Strom. l.* 5. Æneas Gaz. *de anim. immortal.* ex Platone corrigendi noviſſimi duo, cum apud alterum πρὸς pro ἠδὲς, apud alterum Ἀρμόνιον pro Ἀρμόλυν sit scriptum. Vide Leopard. *emend. l.* 9. *c.* 2. Cæterùm sicut urbibus etiam *mortem* Marcus, & *mortalitatem* Seneca suprà laudatus; ità partibus quibusdam corporis humani *immortalitatem* quandam & immunitatem à morte Plato tribuit in *Phædone*; Ἔνια δὲ μέρη τῶν σωμάτων καὶ ἐκεῖ σαπῆναι, ὅσα γε καὶ δεῖ καὶ τὰ τοιαῦτα πάσχειν οὐκ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀδύνατά ἐστι. de cadaveribus loquitur Ægyptio more conditis. Quin & Tertull. *de resurr. c.* 42. *Nec gigantum autem antiquissima cadavera devorata constabit, quorum crates adhuc vivunt.* & mox: *Constat, non tantùm ossa durare, verùm & dentes incorruptos perennare; quæ ut semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione.* de dentibus certè Plinius *l.* 7. *c.* 15. *Dentes tantùm invicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore.* Subjicit tamen, *Iidem flammis indomiti, tabe cavantur pituitæ. Vivere* itaq; in istis est perdurare, sive perennare, *mori* autem corrumpi, deficere, destrui. *Moriendi* vocabulo usus est Marcus, quia de morte hominum differebat: *vitæ & immortalitatis* Plato & Tertullianus, quia animæ immortalis futuræ ille, ille carnis ad vitam resurrecturæ caussam agebat.

Ἑλίκη | *Helice*, Achaiæ urbs, de qua Strabo *geogr. l.* 1. Βύρρα δ' ἡ Ἑλίκη, ἣ μὲν ὑπὸ χάσματος, ἣ δ' ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη. & *l.* 8. καταλύθη δὲ Ἑλίκη δυοῖν ἔτεσι πρὸ τῆς Λεύκτρων· ὑπὸ σεισμοῦ δὲ τὸ πέλαγος κατέκλυσεν αὐτήν. quo loco ex Heraclide calamitatis illius, cùm historiam, tum & caussam ab ira Neptuni fabulosam commemorat. Adjungit idem *l.* 1. & Buræ Bizonam Illyricam urbem, Ἧς κατεπόθη (inquit *l.* 7.) πολὺ μέρος ὑπὸ σεισμοῦ. ut in priore loco lectionem receptam mutare nihil sit necesse, ut σεισμῷ substituatur, cum eadem existat utrobique. Plin. *hist. nat. l.* 2. *c.* 92. *Helicen & Buram in sinu Corinthio pontus absulit.* Senec. *natur. quæst. l.* 6. *c.* 26. *Illa vasta concussio, quæ duas suppressit urbes, Helicen & Burin, citra Ægæum constitit.* de quarum interitu, cùm Ephorum scripsisse, idem refert. *quæst. nat. l.* 7. *c.* 16. tum & Callisthenem cladem eam libro peculiari descripsisse. *Ibid. l.* 6. *c.* 23. & *l.* 7. *c.* 5. Ipse eodem trahit, quò Marcus istic, *l.* 6. *c.* 32. *Ego*, inquit, *perire timeam, cùm terra ante me pereat? Helicen Burimq; totas mare accepit. Ego de uno corpusculo timeam? Supra opida duo navigatur. duo autem, quæ novimus, quæ in nostram notitiam memoria literis servata perduxit. quàm multa alia aliis locis misera sunt? quot populos aut terra in se, aut mare incluſit?* Ovid. *Metamorph. l.* 15.

Si quæras Helicen, & Burin, Achaidas urbes,
Invenies sub aquis. ———

Meminere etiam cladis istius Aristotelis nomine, Autor *de Mundo c.* 4. Aristoteles ipse *Meteorolog. l.* 2. *c.* 7. Diodor. Sicul. *l.* 15. Pausan. in *Achaic.* Polyb. *hist. l.* 2. Eusseb. *anno* 1137. Oros. *l.* 3. *c.* 3. Favorinus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 105. qui ubi Simonidis illud retulisset, quod & è threnis ejusd. autor idem seorsim commemorat, (estq; locus alter ex altero supplendus) & attingit quoq; Dio Prus. *orat.* 74.

Ἄνθρωπος γὰρ ἐών, μιᾶπερ φάτις, ὅ, τι γένηται αὔριον,
Μηδὲ ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔστιν.
Ὠκεῖα γὰρ, ὑπὲρ τιν' ἐρύγμα μίαν
Οὕτως, ἀ μετάστασις.

Clausulæ illi, Μηδὲ ἄνδρα, subjungit, ἀλλὰ μηδὲ οἶκον. ὥστε ἀμείνων ὁ ποιητὴς διεξέρχεται, τὸν ἐφ' Σκοπάδων ἀθρόαν ἀπόλεσαν. πάλαι γὰρ αἱ πόλεις, παρ' ὃ σφᾶς ἐδέξαντο ἀνάστατοι γηγένασιν αἰφνίδιον· αἱ μὲν ὑπὸ πυρός· αἱ δ' ὑπὸ σεισμῶν· αἱ δὲ τῆς θαλάττης ἐπιλαθέσης. πῶς μοι Ἑλίκη; κατεπόθη. ποῦ Βύρρα; καὶ αὐτὴ κατεπόθη· δύο πόλεις Ἑλλήνιδες ἀπώλοντο, ὅσαι πάσαι. quo loco ὁ ποιητὴς non est Homerus, ut Gesnerus est opinatus, sed Simonides, qui Scopadarum interitum ex ædium ruinâ (cui miraculo quodam ereptum Simonidem ipsum subductum referunt

ferunt. Cicero *de Orator. l.* 2. Val. Max. *l.* 1. *c.* 8. Fabius *l.* 11. *c.* 2. Suidas. alii) nec interitum tantùm deflevit, ſed res geſtas etiam (utì ex Theocrito *Idyl* 16. videre eſt) carmine celebravit. neq; tamen ideò neceſſe arbitror, cum Leopardo *emendat. l.* 10. *c.* 10. pro ἀμίλει, ἐν μέλει reſcribere, quia mos Simonides. quum ἀμίλει, *utique, verbi gratiâ*, poſſit commodè ſatìs conſiſtere. Philo itidem *lib. de Mund. immortal.* quì & Helicæ Buræque tertiam addit Ægyram his verbis :

Κατὰ Πελοπόννησον φασι τρεῖς πόλεις,
Αἴγειραν, Βοῦραν τε, καὶ ὑ-ψηλὰν Ἑλίκειαν,
εὐδαίμονας τὸ πάλαι γεγενημένας, πολλῇ τῇ πλάγιος ὁπλυδιῶν φορᾷ. Verùm *Ægiram* Plinius illarum cladi ſuperfuiſſe ſignificat. Sic enim loquitur *hiſt. nat. l.* 4. *c.* 5. *Achaiæ opida, Helice, Bura ; in quæ refugere, hauſtis prioribus, Sicyon, Ægira, Ægion, Erineos.* Nec ſubticendum, quod de Helice Ælian. *hiſt. animal. l.* 11. *c.* 19. Μελίσσης ἢ, inquit, οἰκίας καλαφέρεσθαι αὐθυπικῶς ἔχουσιν οὔτε ἐν αὐτῇ μᾶλλον, καὶ μᾶλλον τοι καὶ γαλαὶ, καὶ φθάνουσι πλὴν καταφορᾶν, καὶ ἐξοικίζονται. τοῦτό τοι καί φασιν ἐν Ἑλίκῃ γοιᾶς. σοὶ πίντε γὰρ ἡμερῶν τῆς ἀφανισθείσας πλὴν Ἑλίκης, ὅσοι μὲν ἐν αὐτῇ ἦσαν καὶ παλαὶ, καὶ ὄφεις, καὶ σκολόπενδραι, καὶ σφονδύλαι, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐν τοιαῦτα, ἀθεῷα ὑπεξῆλθε τῇ ὁδῷ τῇ εἰς Κορίαν ἐμφερούσῃ. ἐπεὶ δ' ἀνεχάρησαν τὰ σεσεισμένα ζῶα, νύκτωρ γίγνεται σεισμὸς καὶ συμβάλλει ἡ πόλις, καὶ ἐπικλύσαντος πολλοῦ κύματος, ἡ Ἑλίκη ἠφανίσθη. Ammianus denique rerum geſtarum *l.* 17. ubi Nicomediæ urbium Bithyniæ matris cladem, quam Conſtantio rerum potiro pertulit, miſerabilem pluribus deſcripſerat ; *Fiunt*, inquit, *terrarum motus modis quatuor : aut enim braſmatiæ ſunt, qui humum intùs ſuſcitantes, ſurſum propellunt immaniſſimas moles, ut in Aſia Delos emerſit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus, & Eleuſin in Bœotia. & apud Tyrrhenos Vulcaniæ inſulæque plures : vel climatiæ ; qui limis ruentes & obliqui, urbes & ædificia, monteſque complanant : aut chaſmatiæ, qui grandieri motu patefactis ſubitò voratrinis, terrarum partes abſorbent ; ut in Atlantico mari, Europæo orbe potier inſula, & in Criſæo, Helice, & Bura, & in Ciminia Italiæ parte opidum Succunienſe, ad Erebi profundos hiatus abacta æternis tenebris occultantur. Inter hæc tria genera terræ motuum mycematiæ ſonitu audiuntur minatorio, cum diſſolutis elementa compagibus ultrò adſiliunt, vel relabuntur conſidentibus terris. tunc enim neceſſe eſt velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitúſque terrenos.* Buræ atque Helicæ exitii ratione pares facit Sardes Bianor *in epigram. anthelog. l.* 1. *c.* 70.

Σάρδιες, αἱ τὸ πάλαι Γύγεω πόλις, αἱ τ' Ἀλιάττεω,
Σάρδιες, ἃς βασιλῆι Περσῆς ἐν Ἀσιάδι &c.
Αἱ κρείσσω τὸ παλαιὸν ἀκαμπύσασαι μέλαθρον,
Ὅλεσσαν πάντολε ῥύμαν δεξάμεναι.

Νῦν ἢ ὅλαι δύσμοροι ἐς ἓν ἡμισυ ἐρημωθῆναι,
Ἐς βυθὸν ἐξ ἀχανῆς χάσματος ἰείπτεις,
Βῦρα καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλωσθῆναι αἱ δ' ἐπὶ χέρσου
Σάρδιες, ἐν βυθίαις εἰς ἓν ἔκπεσαι τέλος.

Sardibus obtigit hæc clades ſub Tiberii imperio : refert Strabo *l.* 12. ſed non ſolis. Plinius *l.* 2. *c.* 84. *Maximus terræ, memoriâ mortalium, extitit motus Tiberii Cæſaris principatu, duodecim urbibus Aſiæ unâ nocte proſtratis.* de numero, Tacito *l.* 2. cum Plinio convenit. Euſebius verò tredecim numerat & nominat, quarum una forſan reliquis celebris minùs.

Καὶ Πομπήιοι | *Pompeii* Campaniæ opidum, Plin. *l.* 3. *c.* 5. De hoc Senec. *nat. quæſt. l.* 6. *c.* 1. *Pompeios, celebrem Campaniæ urbem, in quam ab altera parte Surrentinum Sabianúmque littus, ab altera Herculanenſe conveniunt, maréque ex aperto conductum amœno ſitu cingit, deſediſſe terræ motu, vexatis quæcunque adjacebant regionibus, audivimus ; & quidem diebus hibernis, quos vacare à tali periculo majores noſtri ſolebant promittere. Nonis Febr. fuit hic motus, Regulo & Virginio Conſulibus.* & *c.* 27. *Aiunt ſexcentarum ovium gregem examinatum in Pompeiana regione.* Strictim Tacitus *annal. l.* 15. *Motu terræ, celebre Campaniæ opidum Pompeii, magnâ ex parte proruit.* Cæterùm & altera urbis iſtius clades nihilo minùs inſignis memoratur, de quâ infrà dicendi locus dabitur.

Καὶ Ἡρκλάνιον | *Herculaneum* etiam Campaniæ opidum, Plinio *ibid.* Seneca de Pompeiorum motu locutus, loco ſuperiùs adducto : *Campaniam nunquam ſecuram hujus mali, indemnem tamen, & totiens defunctam metu, magnâ ſtragè vaſtavit : nam & Herculaneenſis opidi pars ruit, dubiéque ſtant etiam quæ relicta ſunt.* & *ibid. c.* 26. ubi dixerat ex Calliſthenis ſententia, *inſulas eſſe certioris ſoli, urbéſque eò tutiores, quò propiùs ad mare acceſſerunt. falſa*, inquit, *hæc eſſe, Pompeii & Herculaneum ſenſere.* De utroque Dio Caſſius *lib.* 66. in *Tito*, ubi Veſuvii montis incendium immane deſcripſerat ; Καὶ πόλεις δύο ὅλας, τότε. Ἡρκυλάνεον καὶ τὸ Πομπήιος, ἐν διάστῳ τῷ ὁμίλῳ αὐτῆς κατακαῦσαι, κατέχωσε. Duplex ergò tum Pompeios, tum & Herculaneum clades afflixerat : à terræ motu altera, altera ab igne, qui è monte vicino eruperat. illa ſub Nerone contigit, iſta ſub Tito. prior Senecæ, Dioni poſterior memoratur. Marcus utram voluerit, ambigi poteſt. hanc magìs, opinor, quia poſt priorem illam revixiſſe quodammodo videtur, graviori malo reſervata. de hac certè Tertullianus *de pallio c.* 2. poſtquam Sodomæ ac Gomorrhæ cladem retulerat ; *Ex hujuſcemodi nubilo & Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta, quò magìs de montibus ſuis Campania ſpheret, erepta Pompeios.* Sed & in *apologet. c.* 40. *Vulſinios de cælo, Pompeios de ſuo monte perfudit ignis*, quod cum idem eiſdem planè verbis in ſcripto

adver-

adversùs nationes l. 1. *c.* 9. reponatur; eo loci tamen vir doctissimus Jac. Gothofredus, cujus diligentiæ Tertulliani fœtum hunc postliminio receptum debemus, in codice MS. *Tarpeios*, non *Pompeios* legi testatur; idémque vocabulum in *Apologetico* restituendum contendit. ut Tarpe civitas Italiæ: cujus Stephanus Byzant. meminit, utrobique intelligatur, unde Ταρπήιον ὄρος, & gentilitium nomen Ταρπήιος. id eò magis urget; primò, quia Pompeiorum clades sub Nerone demum contigerit, cùm autor de eis cladibus agere proposuerit, quæ disciplinâ Christianâ eraut antiquiores. deinde quia terræmotu illa facta sit, cùm hæc, de qua Tertullianus, igne contigerit. Verùm & Tarpæ istius nomen obscurum satis videtur, nisi si quis montem Tarpeium huc transferre velit, quod *nisi per somnum* fieri posse Gothofredus ipse negat; nec clades hujus ulla istiusmodi scripto consignata deprehenditur. tum Pompeios non terræ motu tantùm proruros, etiam igne perfusos, cineribúsque obrutos constat. potuitque Tertullianus memoriâ lapsus, posterioris etiam, inter multas alias, cladis alicujus mentionem fecisse.

Ὁ μὲν τῶν κνισδίους | Sententia ἀνακόλουθος, qualem suprà observavimus, *lib.* 3. § 4. de argumento autem hoc ipso paria habes, *infr.* § 50. & *l.* 8. § 3.

Εἶτα ἕξις τῶν | à gestu defunctorum tractum. Vide *supr. ad* § 3. Ἐκτέτασαι.

Πάντα ὃ ἐν βορβόρῳ | ità *infr.* § 50. ὅλον μυκὸν ὄζει τὸ διάστημα. Vide & *supr.* §. 15.

Τὸ γὰρ ὅλα ταπεῖν ἀεὶ | M. Casaub. τὸ γὰρ ὅλον ταπεῖν ἀεὶ, &c. q. d. *hæc est summa rei, ut humanas res semper intueaeris, tanquam transitoria & vilia.*

Τὰ ἀνθρώπινα ὡς ἐφήμερα. | Ità *lib.* 9. § 14. πάντα ταῦτα ἐφήμερα. & *supr.* § 29. πᾶν ἐφήμερον. Euripid. *Phœniss.* à Plut. *ad Apollon.* & Stob. *tom.* 2. *tit.* 105. laudatus;

Ὁ δ' ὄλβος ὁ βίοτος, ἀλλ' ἐφήμερος.

Fortuna fluxa est; vixque durat in diem.

Et apud eundem Hecuba;

Τὸν πάντα δ' ὄλβον ἡμὲρ ἓν μ' ἀφείλετο.

Quibus, altero alludi poterat ad Ephemeron, plantam sic dictam, si Nicandri Scholiastæ fides, διὰ τὸ ἓν ἡμέρᾳ ἀναδιδόναι, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τελειοῦσθαι, φησὶν ἕωθεν ἢ αὐλιεῖν· vel, ut ego potiùs existimem, quod florem ferat, citò deciduum, ut vix in diem alterum duret. nec abludit Moses, qui *uno die totam vitam hominis concluſit*, ut Philippus presb. *in Job. l.* 1. dum genus humanum *herbæ campestri* comparat, *quæ manè succrescit, vespere succiditur. Psal.* 90. *v.* 5, 6. altero ad aliam eidem cognominem, indè dictam, ut *ad Dioscorid. c.* 700. ex Theophrasti sententia Herm. Barbarus, *quod intra diem jugulet*: sive, διὰ τὸ ἡμέρου ὄλλυ μὴ ἐνιαύσιον ἔζαρκῆν πρὸ πίοντας αὐτὸ, vel φαγύλας etiam. quemadmodum de Pharico Nicander ipse *l.* 2. *v.* 400.

——— ἐν δὲ μονήρες

Ῥιζίλλος ἀκτὴ βαρὺ καπνοίρετο ἀνδρὸς.

indè Suidas, Ἐφήμερον δηλητήριον, τὸ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀναιροῦν. Vide quæ ex Sophocle, Soliphane, Euripide, aliísque paulò superiùs retulimus.

Ἐχθὲς ὦφ' | Heri, id est, nuper, sive nuperrimè. quo sensu & Job. *c.* 8. *v.* 9. χθιζοὶ γὰρ ἐσμὲν. *heri enim sumus.* & *Histor. Reg. l.* 2. *c.* 15. *v.* 20. Ἐχθὲς παρεγένετο. *heri*, id est, nuper, *accessisti.* Vide *ad l.* 10. § 7.

Μυξάριον | Piscem aliquem innui existimavit Xylander, quia τάριχος sequitur. itaque vertit, *quod heri fuit piscis, cras erit salsamentum aut cinis.* Nec mirum adeò cralsè halucinatum Xylandrum, quum & Henr. Stephanus eundem errorem erraverit; qui in *Thesauro* suo apud M. Aurelium μυξάριον nomen piscis esse pronunciavit, *saperdam* forsan vel *ichthyocollam.* Verùm utrumque aliud docere poterat Marcus ipse. qui *l.* 6. § 13. πρὸς σωφροσύνην. definivit, ἐπιτριβὴν ἔντερίου καὶ μετὰ πτύσματος μυξαρίου ἔκκρισιν. *intestini affrictionem & cum convulsione quadam muci excretionem.* respexit dubio procul utrobique ad genituram humanam, quæ mucum referre videtur, quámq; R. Aquiba in Pirke Aboth, טִפָּה סְרוּחָה hoc est, ut Palladas in *antholog. epigr. l.* 1. *c.* 81. μυξὸν ῥαϊδὰ, sive *guttulam fœdam*, appellat. *limum* dixit Tertull. *de pudicitia, c.* 6. *non ex seminis limo, non ex concupiscentiæ fimo*: &, *lacteas sordes*, Rigaltio refingente, idem *ibidem.* quo modo & Jobus honestiori paulò usus imagine *cap.* 10. *v.* 10. sic Numen alloquitur, *An non* כֶּחָלָב *sicut lac fudisti me*; & *tanquam caseum coagulásti me?* Plin. *hist. nat. lib.* 7. *c.* 7. *Miscret atque etiam pudet æstimantem, quàm sit frivola animalium superbissimi origo.* Stoicis autem diminuentis formulæ vocabula frequentia & familiaria; nemo non novit, qui in scriptis ipsorum est vel leviusculè versatus. ità apud cùm Marcum nostrum, tum & Epictetum creberrimè deprehendas, μυξάριον, ὀρθάριον, ὀστάριον, ὀργυδάριον, σφυδάριον, φυτάριον, ψυχάριον, ἀνθρωπάριον, σωμάτιον, πλεξιμάτιον, πνευμάτιον, αἱματίον, σαρκίον, σαρκίδιον, ἀνθύλλιον, ἀνδρύφιον, & innumera ejusmodi. quæ eo fine illi usurpâsse videntur, quo ὕβριν καὶ ἀδιαφορίαν istorum contemptum quendam innuerent, quámque ea susque deque ipsi haberent, eis loquendi formulis subindicarent. Vide *supr.* § 20.

Τάριχος ἢ πίσσα | Ità de Protesilao Artayctes apud Herodotum *l.* 9. ὅτι τυγχάνοι ἐὼν, ἔνδυμα οὐκ ἔχοι τὸν ἀνδρώιον πίσσης. τάριχος propriè *salsamentum.* dubitavi aliquandò an *succidiam* verterem, quia de carnibus agitur, cùm *salsamentum* de piscibus præcipuè usurpetur. *Salsuram* malui, quia *succidiam* ad siuillas carnes restringi,

gi, *salsuram* à Columella, *l.* 8. *c.* 17. & *lib.* 12. *c.* 53. latiùs extendi, animadverteram. Vertoitaque, *salsura vel favilla.* Tertull. *de resurr. carn. c.* 27. *Sepulchra cellas promas dixit* (Esaias *c.* 26. *v.* 20.) *quia in cellis promis caro salita & usui reposita servatur, depromenda illinc suo tempore proinde enim & corpora medicata condimentis sepulturæ, mausoleis & monumentis sequestrantur, processura indè cum jusserit dominus.* Relipexit Marcus ad mores ritúsque, quos circa defunctorum cadavera obſervabant Ægyptii, & cum Græcis pariter Romani; quorum alteri condiebant ſuorum corpora, alteri cremabant. Euſtath. *ad Il.* α'. Ἕλλησι μὲν πρὸ πυρὸς νεκροὺς ἔκαιον, τὰ ὀστᾶ μόνα καταλείποντες καὶ διαλέγοντες εἰς μνήμην φιλοτιμίαν· Αἰγύπτιοι δὲ τοὺς νεκροὺς ἐταρίχευον, ἵνα ὅλον τὸ σῶμα (an σῶμα) τῷ παρὰ ζῶσι θέσιν εἰς μνήμης ζώπυρον. ità apud illos cadaver fit ταρίχευ, id eſt, *ſalſura*, ſive *mummia*, uti appellant recentiores Medicorum filii, ab Arabico *Mum*, id eſt, *Cerâ*; quia ceromate etiam in eo negotio utebantur; apud iſtos πίσσα, i. e. *favilla* vel *cinis*. De Ægyptiis Herodot. *l.* 3. à Stobæo etiam relatus *tom.* 2. *tit.* 121. Τὸν νέκυν ταριχεύουσι, ἵνα μὴ κοίλῳ ὑπὸ ὑγιείῳ καταζεσθῇ. Et Sextus Empir. *Pyrrhon. hypothes. l.* 3. *c.* 24. Αἰγύπτιοι· ἢ τοὺς ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσιν αὐτούς. qui & Perſas ait, νίτρῳ ταριχεύειν. Ex Chryſippo Cicero *Tuſc. lib.* 1. § 108. *Condiunt Ægyptii mortuos, & eos domi ſervant: Perſæ etiam cerâ circumlitos condiunt.* quod κηρώσαι Herodotus *l.* 1. dixit. Verùm *condunt*, non *condiunt* legi poſtulat Victorius *var. lect. l.* 10. *c.* 6. Sic enim Herodotus; κρατηθέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσιν. Hinc Plato in Phædon. Συμπονεῖ γὰρ τὸ σῶμα καὶ ταριχεύεται, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ταριχευόμενοι, ὀλίγου ὅλον ἀθάνατον ὂν χρόνον. Et Lucian. in *Necyomant.* apud inferos vidiſſe ſe in defunctorum congerie, τοὺς μὲν παλαιοὺς πάνυ καὶ ἐυρυπρῴρους, καὶ ἀμφιλυκίους· τοὺς δὲ νεωτέρους, καὶ σωπεικότας, καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίων αὐτῶν, διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας. Indè ταριχευτὰς Diodoro Sic. *l.* 1. dicti, qui id muneris obibant. Quin & de Api bove, quem colunt Ægyptii, Nymphodorus Amphipolita *lib. de ritibus moribúſve Aſiæ*, à Clemente *Strom. lib.* 1. laudatus; Τὸν Ἆπιν τὸν ταῦρον πλαδύνουσα καὶ ταριχεύσασα, εἰς σορὸν ἀποθέσθαι. Unde *Sarapis*, quaſi *Soroapis* dicatur. Et de Oſiride Athenagoras in *legat.* ſive *apolog. pro Chriſtianis*: ὃ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδος δείκνυται ἀλλὰ καὶ ταρίχεια. *Oſiridis apud Ægyptios, non ſepulchrum tantum, ſed & conditura oſtenditur.* Itaque apud Tacit. *hiſtor. lib.* 5. de Judæis, quod vulgò legitur, *Corpora condere, quàm cremare, è more Ægyptio. Condire* malim. Vidè Moſen *l.* 1. *c.* 50. *v.* 2. Et Joan. *Evang. c.* 19. *v.* 39. Ad ritum cremandi alludens Marcus *ſupr.* § 3. βαπτιστὰς, πιπέρεων). De utroque Lucian adjectis etiam gentium aliarum ritibus aliis, in *diſſert. de luctu.* Ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαιεν· ὁ δὲ Πέρσης ἔθαπτεν· ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχέει τὸν ἀποθανόντα· ὁ δὲ Αἰγύπτιος. Quo loco (ut id obiter adnotem) ὑάλῳ nomine, nec, cum Eraſmo, *adipem ſuillam*; & *ſtercus ſuillum* multò minùs; deſignari exiſtimem; (quamvis alterum è duobus neceſſariò intelligendum cenſeat M. Caſaub.) quum neutrum horum uſquam ità nuncupari comperiam. Sed nec aſſentiri poſſum Lilio Gyraldo, *de Var. ſepult. rit.* pro ὕαλον, μύελον, quod *medullam* is interpretatur, legenti. ὕδωρ potiùs ex Gorræo, *electri ſive ſuccini genus, vitri inſtar, pellucidum*, intellexerim: quod & Plinius *l.* 37. *c.* 3. à Germanis *gleſſum* (glaſs noſtrum agnoſcas) indéque *l.* 4. *c.* 16. *inſulas*, quæ & *Electrides*, *Gleſſarias*, monuit appellari. *electrum* autem ſive *ſuccinum* apud Indos copiosè haberi Cteſias prodit in *Indicis*; unde excerpta habes in Photio *cod.* 72. Quanquam & vitro etiam incluſa cadavera ſuorum, γυαλώσαντας, (id eſt, γύαλῳ κελώσαντας, quod de Britannici corpore veneno ſublati à Nerone factum refert Dio *lib.* 61.) *cum calce*, ſive *creta* priùs *illevisſent*, vel ταριχεύσαντας (ut Diodor. Sic. *lib.* 2. *c.* 15.) *ubi ſalſamenti inſtar condiviſſent*, aſſervare ſolitos Æthiopes, autor eſt *ibidem* Herodotus, idémque narrans Strabo *l.* 17. Οἱ δ' οἶκοι κατέχουσι περιχέοντες ὕαλον. & Diodor. *l.* 2. περιχέαντες αὐτοὺς πολλῷ ὕδατι. ità enim legendum, quod libri ὕλῃ perperam exhibent. qui & ex Cteſia ſubjicit, priùs aureâ, vel argenteâ, vel fictili, pro defuncti opibus ſtatúque, thecâ quadam, ad corporis dimenſiones ac lineamenta accuratè effictâ, includi ſolita refert cadavera, quàm *vitro* ſive *ſuccino* perfunderentur. *Indorum* autem nomine *Æthiopes* apud veteres veniſſe, ut alios nè dicam, docebit Marionis illud de Nilo, quem ab Indis fluere ait, *Georg. lib.* 4.

Uſque coloratis amnis devexus ab Indis.

Videatur Joſ. Scalig. *de emend. temp. l.* 7. in *Comput. Æthiop.* Sed &, εἰς ἄπαντας Ἰνδῶν Αἰθίοπας παρέζωσι, *Æthiopas ab Indis ortos ac profectos ritúſque patrios retinuiſſe*, vulgò creditum ex Philoſtrato diſcimus in *vit. Apollon. l.* 6. *c.* 8. Verùm aliud eſt περικλείειν, *includere*, aliud περιχεῖν, *inungere*, quod, ut *calci* ſive *cretæ* convenire poſſit, *vitro* commodè ſive *ſuccino*, vix poteſt. quid ſi ergò, vel pro ὑάλῳ γύψῳ, vel pro περιχείει περικλείει legatur, ut ſit, vel *gypſo oblinunt*, vel, *vitro includunt*? addam & aliam conjecturam, ὑάλῳ περιχέουσιν, quàm ὕαλον περιχέουσιν, quod Strabo habet, ritè dicitur. Quanquam ſi qui codices illud μυέλῳ exhiberent, leviculâ mutatione poſſet in μύρῳ defingi. melle autem inuncta, quo diutiùs ſervarentur, cadavera, nemini ferè non eſt notiſſimum. De Aſſyriis Herod. *l.* 1. Ταριχεύουσι δὲ σφι ἐν μέλιτι. Lucret. *l.* 3.

Nam

Nam si in morte malum est, malis morsúque ferarum
Tractari; non invénio, qui non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flammis;
Aut in melle situm suffocari; atque rigere
Frigore, cùm in summo gelidi cubat æquore saxi;
Urgerive superne obtritum pondere terræ.

Varro περὶ ταφῆς apud Nonium in *Vulgus*: *Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui præcepit ut comburerent; quàm Democritus, qui ut in melle servarent: quem si vulgus secutus esset, peream, si centum denariis calicem multi emere possimus.* Plin. *hist. nat. l.* 23. *c.* 24. *Mellis natura talis est, ut putrescere corpora non sinat.* Idémque *l.* 7. *c.* 3. *Hippocentaurum Claudii Cæsaris principatu allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.* Refert Xenophon. *Comment. Græc. l.* 5. Agesipolis Spartani regis *cadaver melle conditum*, quò Spartam reduceretur ad regalem sepulturam. Agesilai verò, per mellis penuriam, *cerâ obductum*, autor est Plut. in *Agesil.* Silius autem Italicus, qui varia itidem sepulturæ apud gentes varias genera *belli Punici l.* 13. recensèt, à Ponti incolis ora suorum *murrhata*, id est, *myrrhâ condita, in longum ævum reponi* admirat. Cæterùm de Luciani loco viderint eruditiores: quibus & conjecturas hasce nostras liberè censendas libenter relinquimus. Quod autem Marcus hic, τάφος ἢ τάφρος, idem eidem, sed inverso ordine, *l.* 5. § 33. ἀυλὸς ἢ αὐλών dicitur.

Τὸ ἀμφιλαφὲς | Vide *ad lib.* 2. § 10. & *suprà* § 26.

Κατὰ φύσιν διαλῦσαι | Vide *l.* 1. § 9. & 16. & *l.* 2. § 9.

Ἴλεως κεκλάδοται | Vide *lib.* 2. § 3. κεκλάδοται dixit, quod ἀναλάδοται Paulus *ad Philippens. c.* 1. *v.* 23. Sed & Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 9. Ὅταν ὁ θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς ὑπηρεσίας ταύτης, τότε ἀναλύσεσθε πρὸς αὐτόν.

Εὐφημῆσαι | ità *l.* 2. § 3. εὐχάρισον. Epictet. *l.* 3. *c.* 26. πείθομαι, ἀκολουθῶ, ἑτοίμως τὸν ἥσσονα. Senec. *epist.* 30. *Jam verò si cui contigit, ut illum senectus leniter emitteret, non repentè avulsum vitæ, sed minutatim subductum, nè ille gratias agere Diis omnibus debet, quòd satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est.*

§ 49. Ὅμοιον εἶδος τῇ ἄκρᾳ | Similitudine eâdem usus est Attius, & ex Attio, cùm Papirius Pætus *ad Ciceronem*, tùm & Cicero ipse ad *Pætum famil. lib.* 9. *ep.* 16. *Illam Attii similitudinem non modo jam ad invidiam, sed ad fortunam transferam: quàm amissimo levem & imbecillem, ab animo firmo & gravi, tanquam fluctum à saxo frangi oportere.* Seneca alias item adjecit, *de constant. sap. c.* 3. *Quomodo quorundam lapidum incxpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas, aut cædi vel deteri potest, sed incurrentia ultrò retundit: quemadmodum quædam non possunt igne consumi, sed flammâ circumfusâ, rigorem suum habitúmque conservant. quemadmodum projecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi ulla sævitiæ vestigia, tot verberati seculis ostentant: ità sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam tutus sit ab injuria, quàm illa quæ retuli.* Idem *de vit. beat. c.* 27. Socratem sic loquentem inducit: *Duritia silicis nulli magis, quàm ferientibus nota est; nec ulli magis intelligunt, quanta sit virtus mea, quàm qui vires ejus lacessendo senserunt. præbeo me, non aliter quàm rupes aliqua in vadoso* (undoso, Lipsius) *mari destituta, quam fluctus non desinunt undecunque moti sunt verberare; nec ideò aut loco eam movent, aut per tot ætates crebro incursu suo consumunt.* Eustath. *ad Il. β'. v.* 396. Ἰσέον ὅτι ἔστι ποτὲ τὸν στερεὸν ἄνδρα καὶ κυμάτων ἀπειλούμενον, τοῦτῳ σεσωρῆσθαι σκοπέλῳ εἰκάσαι, ὃν ἔπος κύματα λείπει.

Παντοίων ἀνέμων, ὅτε τ' ἔνθα τὸ ἔνθα φέρωσι τὰς Atque ità de Achivis Homer. *l.* δ'. *v.* 618.

Ἶσον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες, ἠΰτε πέτρη
Ἡλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα,
Ἥτε μύουσι λιγὺν ἀνέμων λαυκηθμὸν ἰόντα,
Κύματά τε τρομέοντα, τά τε σφέρεσθαι ἐπ' αὐτῆς·
Ὣς Δαναοὶ τρῶας μένον ἔμπεδον, οὐδὲ φέβοντο.

De Latini constantia Maro *Æn. l.* 7.

Ille velut pelagi rupes immota resistit:

(quem de Homero versiculum usurpavit Macrob. *Sat. l.* 6. *c.* 3.)

Ut pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circumlatrantibus undis
Mole tenet: scopuli nequicquam, & spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.

Et de Mezentii fortitudine *l.* 10.

Ille velut rupes, vastum quæ prodit in æquor,
Obvia ventorum furiis, expostáque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cælique marisque,
Ipsa immota manet. ———

Achelous apud Nasonem *Metamorph. l.* 9. *v.* 39.

Me mea defendit gravitas: frustráque petebar;
Haud secùs ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant, manet illa, suóque est pondere tuta.

De Andronico majore Nicephorus Gregoras *Hist. Rom. l.* 8. *c.* 10. Πολλὰ γὰρ τὰ περίγυαλα εἰληφὼς διατείχισμα κυκλῶν, οἷς ἂν διαδεξάμενος νεανίας ὁπουδήποτε ἐπὶ στερρᾶς ἀπαρτίας, καὶ μικρὰ πάσσων ἐξωθεν ἐφ' ἡμᾶς κινυμένων, ὅπως σφόδρα, ὥσπερ ἐς φάραγγα κεκλιμένας Νείλου, μόνῳ αὐτὸς τὰς ἐμβολὰς εἰς σαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἐξωθεν φερόμεναι, παρεπλησίως σεσωρῆσθαι, πολλῶν σφοδρυνομένων κυμάτων, ἀκυμάντῳ μένοντι, &c. Nicetas Chon. in *Manuel. l.* 2. *n.* 1. Ἀλλ' ἀνδρὶ ἐστυγὲς νῷ διακυμβόλοις, ἀνεκρύδη, ὡς οἱ καὶ σεσῶσθαι ἐπινάλῳ. Idem in *Alex. Man. c.* 13. de Theodoro Patriarcha; ὅτι καὶ ἡ Ἀνδρονίκου μεγαλοφυΐα καὶ σοφισμὸς, ἐφ' ᾧ ἡδὺ ἀπὸ λύγων ἐσυρήλιξε δωλαμις

δυνάμεις, ὑφ' αἷς ἐπιτηδεῖαι διατέθεχται· ἀλλ' ἦν ἀπάνευθεν, ὡς ἐοικὸς ὁ σοφός, ἀεὶ δὲ καὶ κῦμα ἐρῆδον ἴσχανε, καὶ ἄλμα θεσπεσίοισιν· ὁ δ' οἷς ἀφρὸν διαλύων, καὶ μακρὰ κλάων ἐὸν τλῶ ἠμείψατο δείλατον, ὅτι τῆς αὐτῆς ἰσχύος βάσιος. Et de Alemanno quodam milite, in *Isaac. l. 2. c. 7.* Γεγωδὼς ἐπορεύετο, ἀπάνευθεν τι σφᾶς ἢ σοφὸν ὄντα τῶν τῆ βαρβαρικῆ ἐπαίνου ξυλλόγων βλήμασιν. De Roberto Comite Gloceſtrenſi Henrici primi filio Guilielm. Malmesbur. *hiſtor. novell. l. 2. Quamvis & Rex ipſe & cuncti principes, magno annisu ſatagerent, Comitem in ſua vota traducere,*

Ille, velut pelagi rupes immota, reſiſtens,
omnes eorum conatus, vel irritos fecit, vel rationabiliter compeſcuit. Gregor. Naz. *orat.* 27. Ὁ αὐτὸ δ' ἑαυτῷ τιμῆς τι καὶ σκότου τὸ κλέος, ἐπειδὴ τῶν ἐξωθεν ἐρᾷ, ἐξῶσαν ἔχει καὶ τλῶ σὺν αὐτῷ σφυδωμίαν, ὥστε δεῖόν τι πάσχων, καὶ τὸ τῆς δεῦ διαδὺς λέγειν, ἐγὼ μὲ ὁ αὐτὸς εἰμὶ, καὶ ὑκ ἠλλοίωμαι. ἔκτην μεταπεπηδήκατε, ἀλλ' συμμεταπεδήκατε τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς σοφίσμασιν, ἄλλοτε ἄλλῳ ἡνιόχῳ, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὅσας τὰς ἧς πέτρας οἱ πολύποδες, οἷς ἂν ὁμιλήσωσι· μόνῃ δ' ὁ αὐτὸς εἰσὶ, πάντῃ ἐν ᾧ πέπηγα, καὶ ἐν σταθμοῖς ἄσειστος. πέτρα τις, οἶμαι, ἐκεῖ ἐμοιλὰς ἀνέμων τε καὶ κυμάτων, ὅτε παροινοῦσι, καὶ δικαίως αὖθ' ἑαυτὸν τὰ σφοδρότερα. Idémque *orat.* 28. procellam deſcribens: Ἡ μὲν θάλασσα ἀνέμοις μεγάλοις πιέζοντος διηνείκετό τε καὶ ἐκορύετο· ἧς δ' κυμάτων τὸ μὲν πόρρωθεν ἀνισάμενον καὶ τῇ μικρὸν προφύμενον, εἶτ' ἐλαπίζοντα ἐκεῖ τῆς ἀκτῆς ἐλύετο, τὰ δ' ταῖς γείτοσι πέτραις σφοδρότερα καὶ ἀπανερύόμενα, οἷς ἀχλὺν ἀφρῶδη καὶ ψιλὴν ἐσκορπίζετο. ἔνθα χάλικες καὶ φυκία καὶ πέτρυκες καὶ ἧς ὀστέων τὰ ἐλαφρότατα ἐξωθεῖτο καὶ ἀπεκρίνετο· ἔστ δ' καὶ ἠρεμίζετο πάλιν ἀναχωρῆσαν τῆς κύματος. αἱ δ' ἦσαν ἄσπετοι καὶ ἀπέρατοι, ὑδὲν γε ἧσσον ἢ διοχλοῦντες ὑδρῶδες, πλὴν ὅσον τῆς κύμασι. mox ubi ſimiles in vita humana procellas emergentes narraverat; ἧς πιεζομένων, inquit, οἱ μὲν ἐδόκουν μοι ὡς τὰ κυφότατα καὶ ἄπτοα παρασύρεσθαι, καὶ ὑδὲ μικρὸν ἀντέχειν ἐκεῖ τὰς ἐπιφοίας· ὑδὲ γὰρ ἔχειν ἐν ἑαυτῶν στερρότητα καὶ βάσεις λογισμῶ σώφρονι καὶ τοῖς σοφισθεῖσιν αἰνιζαίνοντος. Οἱ δ' ἐν πέτρᾳ τῆς πέτρας ἐκείνης ἄξιοι, ἐφ' ἧς βεβήκαμεν, καὶ ἣ λαμπρόμεθα, ὅσοι φιλοσόφῳ χαίρομεν λόγῳ, καὶ ὑφαναδιδηκότες τλῶ ἧς πολλῶν ταπεινότητα, πάντα φέρουσιν ἀσείστως καὶ ἀπαράκλητος, καὶ διαγελῶσι μᾶλλον ἢ ἐλεῶσι τοὺς σοφιζομένους, τὸ μὲν ὑπὸ φιλοσοφίας, τὸ δ' ὑπὸ φιλανθρωπίας. Joan. Chryſoſt. *in Matth. orat.* 84. Οὕτω καὶ ἡ νίκη λαμπροτέρα γίνεται, ὅταν πάσχοντες ἧς δεινῶν ἀνικησώμεθα· ὃ καὶ μάλιστα ἐκεῖνος τετιμήκεν. ἔστω καὶ αἱ θαλάττιαι πέτραι, τῶν παίδων τὰ κύματα θαλάττων· ἔστω καὶ οἱ ἄκμοι πάντες ἀνεκηρύχθησαν, καὶ ἐστεφανώθησαν, καὶ λαμπρὰ τρόπαια ἔστησαν, τλῶ ἀνεσχημένα ταῦτα νικῶντες νίκην. Indè proverbiale hemiſtichium:

——ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅταν.

Cyprian. *epiſt.* 3. *Manere debet apud nos frater, fidei robur immobile; & ſtabilis atque inconcuſſa virtus, contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine ac mole, debet obſiſtere.* Huic aliam addere licet imaginem, haud minùs elegantem, ex Euripidis Antigone, exhibente Stobæo *tom. 2. tit.* 126.

Τίς γὰρ πέτραιον σκοπελὸν ἀτάλλων δορὶ,
Ὀδύναισι δώσει;
Molem quis autem ſaxeam haſtâ verberans,
Citat dolorem?

Cui non abſimile Plautinum illud *Curcul.* 3. 1.

Noli, amabo, verberare lapidem, nè perdas maxum.

ſcil. ſaxum qui cædit, nec illud lædit, & noxam parit ſibi.

Συμβαίνει μὲν γὰρ τὸ τοῦτον παθεῖν ἐλεεινόν | Geminum planè huic Antiphanis illud apud Stob. *tom. 2. tit.* 108.

Τὸ μὲν ἀτυχῆσαι, πάντας ὄντα μοι δοκεῖ
Ἀνθρώπους δ', ἐναγωνίαν ἀτυχίαν ὀρθῶ τρόπῳ.
Namque eſſe infortunatum cujuſvis puto:
Adverſa rectè tolerare, id verò viri. Grot.
Ἐνταῦθα ἀνὴρ γὰρ ἀνδρὸς ὅτι διάφορος,
Ἐν τῷδέ τῳ τὸ κρεῖσσον εὖ φέρειν, καὶ πάσχειν.
Hoc enim alio alius præſtat, quòd conſtantiùs
Benam malámque didicit fortunam pati. Grot.

Philemon. *ibid.*

Ἄν γοῦν τι ἐς ἄνθρωπος, εὐδαίμων ἴσθι.
Τέθνηκέ τις· μὴ δεινὸν ἔσω τοῦτό σοι.
Κακόπους τις, ἢ κακόπους τις· πτωχός τις·
Βέβλεπται· οἰμώζει τις· ἡ φύσις φέρει.
Ἄπαντα ταῦτα φεῦγε τὰς λύπας μόνον.
Si noveris homo quid ſit, ſat felix eris.
Interiit aliquis: nè ſit cordolium tibi.
Hæc peperit, hæc non peperit: eſt alius miſer:
Hic tuſſit: ille plorat: hæc ſert omnia
Natura ſecum. tu tantùm luctu abſtine. Grot.

Τοῦτο ἐυτύχημα | —λέγω γὰρ καὶ τὸ δύσφορ', εὖ πάλαι
Κατ' ὀρθὸν ἐξέλασε, πᾶσ' ἂν εὐτυχεῖν.

Ille apud Suidam, & Stobæum.

——*quippe cuncta, quamvis triſtia,*
Rectè expedita, ritè fauſta dixerim.

Itaque Philemon:

Ἀνθρωπος ἡ δύναται ὑκ ἐς· ὑδὲ εἷς,
Ὃς μὴ κακόν τι γέγονεν ἢ πεπόνθατε.
Ὁ ποιῶν δ' ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον,
Ἀμφότερον ἔστος, εὐτυχῆ τε καὶ φρονεῖ.
Nullum invenire eſt uſpiam mortalium,
Malo qui non ſit ſenſurus, aut jam ſenſerit.
At qui quod fert fortuna, quàm minimi facit,
Utrumque, & ſapiens hicce & fortunatus eſt.

Ὃ ὑκ ἔστιν ἀποτέλεσμα | ἀποτέλεσμα, *fruſtratio*

aberratio ubi quis à fine scopóque sibi proposito excidit, eúmq; neutiquam assequitur. hoc itaq; loco naturæ humanæ ἀποτύλωμα dicitur, quod ità eidem adversatur, ut impediat quo minùs finem sibi propositum assequatur. at hoc in natura humana, inquit, nihil externum suâ vi potest efficere. neq; est itaq; istiusmodi aliquid pro infortunio hominis habendum. Hoc eodem argumento (ut refert Plut. *de tranquil.*) Metrocli Cynico occlusit os Stilpo Megarensis: potuítque eo Marcus etiam hîc respexisse. Quum enim Metrocles illi filiæ suæ impudicitiam exprobraret, Ἐμὸν ὄν, inquit ille, ἁμάρτημα τοῦτό ἐστιν, ἢ σόν; & respondente Metrocle, σόν μὲν ἁμάρτημα, σὸν δ' ἀτύχημα· regessit ille: Πῶς λέγεις; ἔχει ἁμαρτήματα τὰ διαπτώματα ἔχει; τὰ δὲ διαπτώματα, οὐκ ὢν διαπτώματα, τὰ δὲ ἀποτεύγματα ἔχει, ὢν ἀποτεύγματα ἀτυχήματα; Ità, inquit Plut. φέρω λόγῳ καὶ φιλοσόφῳ κινδυνεύειν ἀπιδεῖξαι ὕλαγμα τοῦ τῶν Κυνικῶν βλασφημίαν. Refert & Laërt. *lib.* 2. idem objicienti cuidam, dicentíque, ὡς καταισχύνει αὐτόν· respondisse, ἃ μᾶλλον, ἢ ἔγωγε τούτῳ κοσμῶ. *Non magis est illa mihi probro, quàm ego illi sum ornamento.* Atque sensus verborum Marci iste cum sequentibus conspirat optimè, quibus interrogat an casus istiusmodi prohibere quenquam possint, quo minùs justus, magnanimus, reliquarúmque virtutum cultor existat. Possunt tamen & aliâ ratione intelligi, ut *aberrationes* sive *frustrationes*, ἀποτεύγματα naturæ humanæ, negentur esse hujusmodi contingentia, quia præter naturam humanam ejusdémque rationem neutiquam contingant. Vide *supr.* § 33.

Τί ὖν τὸ βούλημα μεμάθηκας | Oratio defecta videtur. Itaque Xyl. vertere neglexit. forsan sic distinguendum: Τί ὖν τὸ βούλημα; μεμάθηκας. *quidnam est igitur quod vult natura? didicisti* jam pridem; ipse satis nôsti. quid id autem sit, in sequentibus indicat; sed & *l.* 5. § 1. Epictet. Enchir. *c.* 32. Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἔστιν, ἐξ ὧν ἐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. Et *dissert. l.* 1. *c.* 17. τί ὖν θαυμαστὸν ἔστι; νοῆσαι τὸ βούλημα τῆς φύσεως. Alex. Aphrodis. *de beatit.* τὸ κατὰ φύσιν, τὸ κατὰ τὸ βούλημα τῆς φύσεως ἀκόλουθον.

Ἀπερίπωτον | Vide *ad l.* 3. § 9.

Ἀδιάψευστον | Sic *l.* 2. § 17. μηδὲν ποιοῦντα διεψευσμένον, καὶ μηδ' ὑποκρίσεως, *ut nihil ficti simulatique subsit*: & *supr.* § 33. λόγου οὕτω μὴ ποτε διαψεύσασθαι. *Sermo mendacio omni immunis.* Istic autem, τὸ ἀδιάψευστον, vel agendi, vel patiendi significatum habere possit: prout & *l.* 1. § 15. τὸ ἀδιάπτωτον. Utrovis sumpseris, ad Stoicam disciplinam spectat. Siquidem illi, ut Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* aiebant, μὴ δόξαντα τὸν σοφὸν, τυτέστι, ψευδῆ συγκαταθέσεις μηδενί. Explicatiùs Stob. *tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 4. § 8. Λέγουσι δὲ μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφὸν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀπλανῆ εἶναι. ὃ γὰρ ἐν τῷ λέγειν τι ψεῦδος τὸ ψεύδεσθαι ὑπάρχειν, ἀλλ' ἐν τῷ διαψεύδεσθαι τὸ ψεῦδος λέγειν, καὶ ὅτι ἀπίστου δεῖ πάντα πλησίον. τῷ μὲν τοι ψεύδεσθαι ποτὲ συγχώρησιν νομίζουσιν αὐτὸν καὶ πολλὰς τέχνας ἀνὰ συγκαταθέσεως· καὶ γὰρ καὶ στρατηγίαν δεῖ ἀντιπάλων, καὶ καὶ τιὼ τὰ συμφέροντος φεύγειν, καὶ κατ' ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς. ψεῦδος δ' ὑπολαμβάνειν ὑδέποτε φασὶ τὸν σοφόν. ὑδέποτε γὰρ παρόψεσθαι ἀκαταλήπτῳ τινὶ συγκαταθέσεως, διὰ τὸ μηδὲ δοξάζειν αὐτὸν, μηδ' ἀγνοεῖν μηδέν. Et *ibid.* ὅτε ὀξαπατᾶται, ὅτε ὀξαπατᾷ ἄλλον, ὅτε διαψεύδεται, ὅτε ἀγνοεῖ, ὅτε λανθάνει [αὐτόν τι, sive τι αὐτὸν,] ἑαυτὸν, ὅτε καθόλου ψεῦδος ὑπολαμβάνει. Verùm hoc est Dei solius, qui verè ἀψευδὴς solus, ut Paulus *ad Tit. c.* 1. *v.* 1. cæterùm ut idem *ad Rom. c.* 3. *v.* 4. πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. etiam Stoicorum sapientissimus.

Ἃ συμπαέγοντων | leg. forsan, ὧν συμπαέγοντων, *quæ si assuerint.*

Ἡ φύσις ἡ τῦ ἀνθρώπου ἀπέχει τὰ ἴδια | Ità *l.* 9. § 42. ἀπέχει τὸ ἴδιον. Et *lib.* 11. § 1. Ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά· phrasis emphatica, quâ non tantùm suum quod est assecutus quispiam indicatur, sed ità id omne quod suum ducit, plenum & integrum assecutus, ut in eo planè acquiescat, nec quicquam ampliùs requirat, utpote quum illud sibi sufficere existimet. Ità Matth. *c.* 6. *v.* 25. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. & Luc. *c.* 6. *v.* 24. ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. interpretatur Theophylact. πᾶν ἀπόλαβον. *totam mercedem suam acceperunt*; *totam habent. totam consolationem vestram accepistis*; totam habetis. ut quòd ampliùs sperent expecténtve, sive præmii sive solatii, aut illi aut isti, nihil prorsus sit reliquum. & apud Marc. *c.* 14. *v.* 41. Ἀπέχει, Sufficit. quam versionem firmant Henr. Stephan. & Theod. Beza, adducto Anacreontico illo; Ἀπέχει. βλέπω γὰρ αὐτιώ. *Sat est, sufficit: ipsam enim video*, cui adjungit & Dunæus noster ex Sept. versione, *Num. c.* 16. *v.* 3. ἔχετε ὑμῖν. quod mox *v.* 7. ἱκανοῦσθε ὑμῖν. *Sufficiat vobis.* Synes. *calvit.* Τύτοις (τοῖς ζωγράφοις) ἄν τις ἐκδῷ μοιχὸν ἢ κίναιδον ἐν πίνακι γεγραμμένον, κομιδῇ ἀπολαβὼν, ἀπέχει τέρπεσθαι. *habet totum id quod injunctum est*; *nihil ampliùs requirit.* Cui libens subjunxerim illud ejusdem de militia rapaci, ex *orat. de regn.* Ὅσις ὖν ἐμοὶ τὸν μὴ ἀλλόφυλον ἐχθρὸν ἀπεργάζεται, αὐτὸς δ' ἐ τὰ μέτρια μοι χρῆται, ὅτ' οὐδὲν μοι δοκεῖ διαφέρειν κυνὸς, εἰ αὐτὸ τοῦτο τὸν λύκυ ὡς πορρωτάτω διώκοντ', ἵνα αὐτὸς ὅτι χρόνῳ κερδάνῃ τιὼ ποίμνιον, νῦν ἀπέχειν τῆς φυλακῆς τὸν μισθὸν τὸ γάλακτ' ἐμφορούμενον. ubi ἀπέχειν τὸν μισθὸν idem est, quod Lucæ Evangelistæ *c.* 3. *v.* 14. in Jo. Baptistæ responso ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις. His adjicere licebit, & illud Plutarchi in *Solone* (quod Scultet. quoque advertit *exercit. Evang. l.* 2. *c.* 30.) ὁ γὰρ ἐν γάμῳ παρρησῖν τὸ κοινὸν, ὁ τέκνων ἔνεκα, φίλος ὄζιν, ἀλλ' ἡδονῆς.

ἡδονῆς, ἀχόμενοι γυναῖκα· τὸν δὲ μισθὸν ἀπέχει, ᾗ παῤῥησίαν αὐτῷ σχεῖν τοῦ ἡμαρτῆσθαι ἐκ ὑπολείπει, οἷς αὐτὸ τὸ γένεσθαι πεποίηκεν ὄνειδος. Et Athanasii (si is autor est) illud *in Serm. de Semente.* ubi illos exagitat, qui quò nobili alicui viro se concilient, templum adeunt, ibiq; conspicandos se præbent. ἥκουσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἀνθρώπῳ δείξωσι τὸ σῶμα. εἶδεν ὁ θεὸς; σωφρόνησεν ὁ ὑποκριτής, ᾗ ἀπέχει τὸν μισθὸν· εἰ ἀνθρώπων ἦλθεν, ἀνθρώποις ἤρεσε. ὥσθ' ὑπὲρ ἡδὴν ἔλαβεν· ἐ γὰρ ἐκείνῳ ἔδειξε τὴν διάνοιαν. Nec præteriri digna hîc Dunæi nostri subtilitas, qui ad Apostoli illud *ad Philip. c. 4. v. 18.* ἀπέχω πάντα, ᾗ περισσεύω, πεπλήρωμαι· Hæc tria inquit, prorsus idem declarant: nam ἀπέχω πάντα, non est, *accepi omnia quæ misistis:* esset enim ταυτολογία quod subjungitur, δεξάμενος παρ' Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν· sed significat his verbis sibi abundè satisfactum esse. *Habeo,* inquit, jam *omnia* quæ velim, nihil amplius desidero, satis superq; est. ità Pindarus *Isthm.* 5. In his, inquit, duobus est summa felicitas, εἰης τῶ πάσχων, λῴον ἠδὲν ἀνέρι. Hæc si habes, μὴ μάτην Ζεὺς ᾠνεῖ, πάντ' ἔχεις. hoc est quod Paulus ἀπέχει.

Οὐχ ὅπ τοῦτο ἀτύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ ᾠναίως, εὐτύχημα.] Transponendum opinor, legendúmque. ὅτι ὐ τοῦτο, sive ὅτι οὐχὶ τ. &c. Vide *supra ad* § 1. & *ad l.* 7. § 58. Epictet. *dissert. l. 2. c. 10.* ὐ γὰρ θανάσιμον, ᾗ πικρὸν φοβερόν (ἢ ᾗ πονηρόν) ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἦ θανατον. laudatur itaque, qui dixit,

Οὐ κατθανεῖν γὰρ δεινὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
Neque enim est mori miserum, sed turpiter mori.

sive ut Gnomologus extulit,

Τὸ γὰρ θανεῖν ὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
Mors ipsa non est fœda, sed fœdè mori.

Tacitus Stoicorum placita tangens, *annal. l. 6. Neque mala vel bona, quæ vulgus putet. multos qui conflictari adversis videantur, beatos; ac plerosque, quanquam magnæ per opes, miserrimos; si illi gravem fortunam constanter tolerent; hi prosperâ inconsultè utantur,* Bias apud Laërt. *l. 1.* Ἀτυχῆ εἶδ', τὸν ἀτυχῆ μὴ φέρεσθαι. Senec. *Herc. fur. 2. 2.*

L. *Quemcunque miserum videris, hominem scias.*
A. *Quemcunque fortem videris, miserum neges.*

Vide Senecam Philosophum istud fusissimè disputantem, *epist. 66. & ep. 67.*

§ 50. Ἰδιωτικὸν | non ἴδιον, ut *supr.* § 8. sed κοινότερον, ut *l. 2.* § 10. argumentum *vulgare,* non Stoicorum *peculiare,* qui altiora spirant, & validioribus firmamentis adversùs vitæ hujusce cupidinem incedunt muniti. itaque ἄτεχνον ᾗ ἰδιωτικὸν conjunxit Hermog. *de invent. l. 2. c. 1.*

Τῶν γλίσχρως ἐνδιατεθέντων τῇ ζωῇ | γλίσχρως ἐνδιατείσειν τῇ ζωῇ, non est simpliciter, quod Xylander autumat, *diu vivere,* sive *vitam in longissimum tempus extrahere;* sed *vitæ quasi pertinaciter inhærere,* & ægrè gravatimq; ab ea divelli. hoc enim τὸ γλίσχρως illud designat. Apud Suidam autor innominatus: Ἀλλ' ἐγὼ πε ἄρα δυσαπάλακ[τ]ος ἦν ὑπὸ φιλοτεκνίας, ᾗ γλίσχρως ἐν εἰχόμην τῆς αὐτῆς ἀληθείας, ἅτε ὡς ἀληθῶς ὄναρ πιστεύσας. Est enim τὸ γλίσχρον, quod & Xylander ipse nos monet, ipsúmque significatûs hujus τῶ γλίσχρως monere poterat, *lentum, tenáxque;* ídque τῆς γλίας τύπον, *glutinis instar;* unde forsan & vocabulum istud ortum habuerit. itaque τὸ γλίσχρον ᾗ κολλῶδες, tanquam συνώνυμα copulantur, ab Aristot. *problem. l. 2. q. 22.* & γλισχράδεις, *cunctari,* vel potiùs *lentam & tenacem esse.* Sunt itaque οἱ γλίσχρως ἐνδιατείνοντες τῇ ζωῇ, οἱ γλιχόμενοι τῆς ζωῆς, ut Aristot. loquitur *politic. l. 3. c. 4.* Δῆλον δ', ὡς καρτερῶσι πολλοὶ κακοπάθειαν οἱ πολλοὶ διὰ ἀνθρώπων, γλιχόμενοι τῆς ζωῆς· ὡς ἐνούσης τινὸς ἐπιμελείας ἐν αὐτῷ ᾗ γλυκυπικρῷ. quod ille γλίσχρως, Plato γλισχρῶς ὀπτιθυμεῖν dixerat in *Critone:* Ὅτι ᾗ γέρων ἀνὴρ μικρῷ χρόνῳ τῷ βίῳ λοιπῷ ὄντος, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐτόλμησας ἂν τοσοῦτον ἐπιθυμεῖν τοῦ ζῆν, νόμιμος τοῦ μεγίστης παρρησίας ὑδεὶς ὃς ἐρεῖ; Affectum autem, quem nostér hîc notat, graphicè depinxisse videtur Plut. in lib. *de tranquill.* his verbis: Τὸν μὲν γὰρ ἐνόντον ὁ τοῦ θανάτου φόβος, ὐχ ὁ τοῦ ζῆν πόθος, ἐκκρέμασε τοῦ σώματος ποιεῖ περιπλεγμένον, ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα πρὸ ἑαυτοῦ, διδοικότα τὴν χαράδραν ὑπεκρεμάμενον,

Ἔνθ' ὔτε μίμνειν ἄνεμος, ὔτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ,
ᾗ πρὸς ταῦτα δυσαρέστως, ᾗ πρὸς ἐκεῖνα ἀσελτῶς ἔχοντα. De Ulysse quod refert, habetur *Odyss. μ. v.* 432. Senarius est ex Æschyli *Philoctete,* proverbii vicem adeptus, quod ex Diogeniano discimus; & ab Aristæneto *l. 1. ep. 27.* usurpatus: in quo τὸ ἐκπλεῖν est à Grotii manu in *excerptis,* cùm vulgò πλεῖν tantùm legatur. Sin Plutarchi illa minùs placent, quia mortis formidini magìs quàm vitæ cupidini affectum illum tribuit, Antiphanes advocetur, cujus è *Geminis* ista apud Stob. *tom. 2. tit. 122.* leguntur:

—— ὑδεὶς πόποτε,
Ὦ Νικοτ', ἀπόφασ', ἀποθανεῖν ἀσθενῶν ἄν.
Τὸν γλιχόμενον ᾗ ζῆν καλαστᾷ τῆς σκιᾶς
Ἀχερουσίας ὁ Χάρων.——
—— *nemo unquam here,*
Moriendo alacrem vitæ imposuit terminum:
Sed avidos vitæ pedibus Orcus detrahit
Restantes frustra.——

Vel Lucianus, qui in *Cataplo,* de tyranno quodam: Ἀπεπαύμην ἥκιστα· ᾗ γὰρ οἶδ' ὅπως, καθάπερ ἰξῷ τινι προσέκειτο τοῖς τοίχοις ᾗ ψυχὴ, ᾗ ὐκ ἐθέλουσα ἀπαλλάττεσθαι ῥᾳδίως, ἅτε αὐτοῖς πάλαι προσπεπηγυῖα. μᾶλλον ᾗ ὥσπερ ἀρπηκτός τις ἐοῦσα ὁ δεσμὸς ὅτιν, ᾧ δεδεῖσθαι ξυμβέβηκεν αὐτῇ. quem & ampliùs ibidem vise sis. Spectat horsum & quod in Evangelio Luc. *c. 12. v. 20.* de locupl'ete illo dicitur, qui

opinione ſuâ ſpéq; inani vitæ ſpatium ſibi ad annos plures protelaverat, Ἄφρων, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σε ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. *Amens homo, nocte hâc ipſâ repetent à te animam tuam.* Siquidem, ut Caſaub. *ad Theophr. charact. c.* 11. αἰτητὴν eſt *poſcere à volente*; ἀπαιτητὴν, *à nolente*. Andocides ἐπὶ κακοδοξίᾳ (an ἐπὶ ἀδείᾳ, ut ex Harpocrat. vult G. Canter. *nov. lect. l.* 8. *c.* 4.) Ταῦτ' ὑμᾶς, εἰ μὴ βούλεσθε αὐτῶν οἱ δι μὴ θέλεσθε, ἀπαιτῶ. De utriſque Seneca *epiſt.* 4. *Vitam multi ſic complectuntur & tenent, quemadmodum qui à torrente rapiuntur ſpinas & aſpera. plerique inter mortis metum & vitæ tormenta miſerè fluctuant; & vivere nolunt, & mori neſciunt.* De his Epictetus, Θαυμασοὶ ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτε ἀποθνήσκειν. Cui non diſpar illud apud Cyprianum *de mortalit.* à ſatellite cœleſti non ſine indignatione inſigni infremendo emiſſum, *Pati timetis, exire non vultis: quid faciam vobis*; Hos itaq; hiſque ſimiles notat Marcus, vitæ nimio plùs avidos καὶ φιλοψυχοῦντας, ideoq; omnibus modis mediiſq; ſatagentes, quo eam quàm diutiſſimè protelare poſſint. quò ſpectant & Euripidis verſiculi, quos *l.* 7. § 51. ſed mutilos Marcus exhibet. Vide *ad l.* 10. § 8.

Τί ἂν αὐτῆς πλέον ἢ τῆς εὐεξίας; | In eadem planè conditione ſunt, inquit, iſti vitæ tantopere cupidi, etiamſi id quod tam enixè expetunt, fuerint aſſecuti, ut ad annos numeroſos ſpiritum prorogârint, quâ illi ipſi, qui immaturo fato defunguntur. quare? primùm, quia nihil intereſt citiùs an ſeriùs è vita migraveris, cùm aliquando migrandum ſit: cùm intervalli illius quod ab ortu ad obitum pertingit diſtantia, quæcunq; ea tandem fuerit, ad æternitatis utrobiq; adjacentia ſpatia rationem nullam obtineat. deinde, quia etiamſi quàm diutiſſimè vixerint, tamen ὠμαὶ ἀκέρβαι inſtar, ut Eliphaz *Job. c.* 15. *v.* 33. aut *pomi immaturi, vitæ* quaſi *avelluntur*: ut Senec. *epiſt.* 30. non *tanquam exeant de vita*, ſed *tanquam extrahantur*. Idem *de brev. vit. c.* 11. Cicer. *de ſenect. Quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur; ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis auferet, ſenibus maturitas.* Verùm vitæ cupido immoderata iſtos pariter ſe habere facit, ſenes an juvenes defungantur: quos itaque ridens Luciani Diogenes; Τί ἂν οὖν τις εἴη λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπόταν οἱ παλαιοὶ φιλόζωοι ὦσιν, ὃς ἐγὼ θαυμάζω τὸν Νέστορα, ὡς οὐκ ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φάσμενον; denique; quia mors eodem in ſtatu utrumq; conſtituet. καὶ γὰρ ὁ ἐφημερεύσας ἀποθνῄσκων ἐς ἴσον καθίσταται τῷ ἑκατονταέτει. *l.* 9. § 33.

Καηλιανὸς | Corruptum credo nomen iſtud: forſan Καικιλιανὸς, *Cæcilianus*, vel Καιτιδιανὸς *Catidianus* fuerit. Καιτίδιος καὶ Καιτιδιανὸς, ὀνόματα ῥώμης, Suid. Quanquam longævus utrovis nomine nullus occurrit: Occurrit à priore illo parum deflexo, Καικίλιος Καλλιμαχεὺς, utì Suidas habet, Καμπάνιος, ut Caſaubonus *ad Athen. l.* 6. *c.* 21. in hoc cenſu meritò collocandus, ſi (quod Suidas refert) ὑπὸ τῷ Σεβαστῷ Καίσαρος καὶ τοῦ Ἀδριανοῦ, *ſub Auguſto Cæſare & ad Adrianum uſque* Cæcilius iſte Siculus rhetor Romæ ſophiſticen an rhetoricen profeſſus eſt: cùm inter utriuſq; horum imperium ſeculum ſolidum intercedat.

Φάβιος | Inter μαντεύεις Q. *Fabium Maximum* commemorat Plinius *nat. hiſt. l.* 7. *c.* 48. quem 63. *annis Augurem fuiſſe* refert. Val. Max. *l.* 8. *c.* 13. Q. *Fabius Maximus duobus & ſexaginta annis auguratûs ſacerdotium. ſuſtinuit, robuſtâ jam ætate id adeptus: quæ utraque tempora, ſi in unum conferantur, facilè ſeculi modum expleverint*, Et Livius *hiſt. lib.* 30. *Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactæ ætatis; ſiquidem verum eſt augurem duos & ſexaginta annos fuiſſe, quod quidam autores ſunt.* Ità Livius ac Maximus, Plinio minus uno anno adſcribunt.

Οἱ πολλοὶ ἐξέωσκαν, ὅτε ἐξέωσχθησαν | Ità *ſupr.* § 48. ὁ τοῦτον κηδόμενος, ὅτε ἐξεπέμφθη.

Ὅλον μικρὸν ὅτι τὸ διάστημα | μικρὸν, Lugd. ab exemplari, an à typothetæ lapſu, incertum iſtud opinor. Vide *ſuprà* § 15. & 47. & 48. Senec. *epiſt.* 49. *Non poſſunt longa intervalla eſſe in ea re, quæ tota brevis eſt.*

Καὶ τοῦτο δ' ὅσον. | Cicero ad Luceium, *famil. l.* 5. *epiſt.* 15. *In longa vita nihil eſt niſi propagatio miſerrimi temporis.* Cæcilius *Plocio* (indè enim eſſe docet Nonius in *advenire*) à Cicerone in *Catone* relatus,

Diu vivendo multa, quæ non vis, vides.

Itaq; Auguſtin. *de tempore* (utì vocant) *Serm.* 113. *Quid eſt diu vivere, niſi diu torqueri?* Illúdq; poetæ neſcio cujus pro oraculo habet Seneca *de brev. vit. c.* 2.

Exigua pars eſt vitæ, quam nos vivimus.

Cæterùm omne ſpatium non vita, ſed tempus eſt. Idémque *epiſt.* 49. *Pateſt fieri, imò ſæpe fit, ut qui diu vixerit, parùm vixerit.* & *epiſt.* 99. *Ex hoc tam exiguo temporis ſpatio, quod ætatem vocamus humanam, quantum lacrymæ, quantum ſolicitudines occupant? quantum mors, antequam veniat, optata? quantum valetudo? quantum timor? quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur, adjice labores, luctus, pericula, & intelliges etiam in longiſſima vita minimum eſſe quod vivitur.* Martial. *lib.* 6. *epigr.* 70.

At noſtri bene computentur anni,
Et quantum tetricæ tulere febres,
Aut languor gravis, aut mali dolores,
A vita meliore ſeparetur;
Infantes ſumus, & ſenes videmur.

Senec. *epiſt.* proximè citatâ: *Hoc quod inter primum diem & ultimum jacet, ſi moleſtias æſtimas, etiam puero longum; ſi velocitatem, etiam ſeni auguſtum.*

Luci-

Lucianus, Pueri quinquennis epitaphio, *Amorib. l. 2. c. 9.*

Ἀλλά μοι μὴ κλαίοις· ἢ γὰρ βίότου μετέχω
Παύρου, καὶ σμικρῶν ἦν βιότου κακῶν.
Nemo tamen me flere velit; quia tempora vitæ mi
Pauca tuli, vitæque sic mala pauca tuli.

Euripid. *Alceſtid.*

Ὁ βίος ἀλαθῶς, ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.
Haud vita vocè eſt vita, calamitas mera eſt.

Idémque apud Plut. *ad Apollon.* reſtituente Grotio; 10

Ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνος δ' ἔργῳ πέλει.
Vita hæc vocatur vita, revera eſt labor.

& Menand. *Citharift.* apud Plut. *de tranq.* Lacrt. *l. 7. in Zenon.* & Stob. *tom. 2. tit. 98.*

Ἀρ' ὄτι συγγενές τι λυπῶν καὶ βίος·
Τρυφερὸν βίον σώιζειν· ἐνδεὲς βίον
Παρέχειν. ἀπάντων συγγενῆ γενόμενα βίον.
Res ſunt cognatæ, vitæ & anxietudines.
Vitam ſervantes nullam; vitæ fulgida
Non abſunt, vitæ conſentiunt pauperi.

Plinius denique *l. 7. c. 50. Incertum ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ, quicquid datur nobis: malignum verò & breve etiam in iis, quibus largiſſimè contingit, univerſum utique ævi tempus intuentibus. quid quod æſtimatione noctumæ quietis, dimidio quisque ſpatio vitæ ſuæ vivit? pars æqua morti ſimilis exigitur, aut pœnæ, niſi contingat quies. nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent, non ſenectæ in pœnam vitacis. tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot ægræ, ipſæ invocata mors, ut nullum frequentius ſit votum. Natura quæ nihil hominibus brevitate vitæ præſtitit melius.*

Καὶ μικρὸν οἶον | Vide *l. 5. § 10. & l. 9. § 3. & l. 12. § 36.* & adde pios illam querimonias illas *Pſal. 120. v. 5, 6.* & *Pſal. 55. v. 6, 7.* & *Pſal. 57. v. 4.* & *Jerem. c. 9. v. 2, 3.*

Ἐξαντλήσθαι | A ſentina navis, quæ moleſtiæ multum exhibere ſolet exhaurienda tractum, & eleganter hic poſitum, ad vitam moleſtiis laboribuſque creberrimis infeſtam deſignandam. Pari modo τὸ ἀντλεῖν καὶ ἐξαντλεῖν uſurpatum alibi deprehendas. Æſchyl. *Prometh.*

Ἐγὼ δ' ἵν' ὑμῶν πρόσθεν ἀντλήσω τύχην.

Idémque *ſæpiſſ.*

Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἔντλην κακά.

Euripid. *Creſphont.*

——— ἄλλας μυρίας
Τὸν αὐτὸν ἐξέντλησεν, ὡς ἐγὼ, βίον.

Et in *Cyclope*:

Πατραλ. τὸν αὐτὸν δεῖμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί.

Marinus in *Proculo c. 3.* Ὀδυρόμενος δ' ἐγὼ ἐπὶ τοσούτοις κακοῖς, ἀναβὰς μὲν ἐπὶ τὸ χειμάζον καὶ κυματούμενον, ἀφορῶ δὲ καὶ ἐπὶ τὰς μοχθηρὰς καὶ πικρὰς θαλάττας, καὶ πόνον ἐπὶ πόνῳ ἐκεῖνον, ὃς νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐξέντλει. quem locum fruſtra ſollicitat Heraldus in *Iambl. c. 4.* Vide ad *l. 3. § 4.* νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν. Plaut. *Amphitr.* (ſi Plauti ſaltem ea ſint) *Act. 4. Sc. 4. v 20.* & Nonius Attio tribuit.

Fata iſtæc me prenunt, pertolerarem vim tantam cladeſque
Exantlarem impetibiles.——

Lucil. *Sat. l. 30.* apud Nonium;

Quantas quotque modo errumnas, quantaſque labores
Exanclaris.——

Ennius *Andromach.*

Quantis cum erumnis illum exanclavi diem?

Cicero *de divinat. l. 2. § 64.*

Tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos.

Et apud eundem *Tuſcul. l. 2. § 20.* Attius *Trachin.*

O multùm dictu gravia, perpeſſu aſpera,
Quæ corpore exanclavi, atque animo pertuli!

Exanclare, ſive *exantlare*; utrovis enim modo ſcribas, dictum haud interduis; idem eſt quod Græcis τὸ ἐξαντλεῖν. ut rectè Stephanus monuit: nec opus fuit, ut hâc rejectâ, aliam ei originem darent Turneb. *advers. lib. 3. c. 10.* & Camerar. *problem. cent. 5. q. 5.*

Μὴ τὸν ὡς θέγμα | Oratio elliptica; forſan mutilata. *Nè igitur mortem pro re difficili accipe.* Xyl. & ſic *l. 5. § 29.* τί οὖν τὸ θέγμα δοκῶ; malim tamen, *Nè igitur vitam diuturniorem, tanquam rem alicujus pretii aut momenti habeas, aut enixius expetas.* ut ſuprà *§ 46. & l. 2. § 32.* μηδὲν μέγα. ——*quid quaſi magnum*, inquit ille apud Perſium *Sat. 5.*

Nempe diem denas?

quid itidem tu quaſi magnum quid poſcis, aut optas? Vide Senecam *infrà.* & *l. 6. § 9.* Ità Stoicus quidam Tullio Marcellino (referente Senecâ *epiſt. 77.*) *Noli torqueri, tanquam de re magna deliberes, non eſt res magna vivere. Omnes ſervi tui vivunt, omnia animalia. Magnum eſt bonum mori, prudenter, fortiter. Mori velle, non tantùm prudens, & fortis, aut miſer, ſed etiam faſtidioſus poteſt.*

Βλέπε γὰρ ὁπόσον τὸ ἀνθρώπειόν ἐστι | Iſtud non ſemel inculcat Marcus; *ſuprà § 3.* & *l. 5. § 24.* & *l. 12. § 7.* Senec. ad *Marc. c. 20. Omnia humana brevia & caduca ſunt, infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum populis, urbibuſque, & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponimus. minorem portionem vita noſtra, quàm partem puncti habet, ſi tempori comparetur omni; cujus major eſt menſura quàm mundi, utpote cùm ille ſe intra hujus ſpatium toties remetiatur. quid ergò intereſt id extendere, cujus quantumcunque fuerit incrementum, non multum aberit à nihilo.*

Καὶ ὅσον οὐδὲν ἄλλο ἄπαγε | Baſil. Cæſar. *epiſt. 60.* Κἂν ὅλον τις εἴπῃ τὸν ἀνθρώπινον βίον, σμικρότατον διάστημα μυριάδων αἰώνων τὸν ἐν τοῖς χιλίοις ἐνιαυτοῖς χρόνον. Philo *de Joſeph.* Ὡχήμεσα δ' εἰσὶ πάντες ἄνθρωποι καὶ χαῖρ' ὁ μακρόβιος, ὁλιγοχρονιώτατος ἀντιτεταγώνισται αἰῶνι.

Τί διαφέρει ὁ τεθνηκὼς τῷ τεθνηκυίᾳ | Senec. *ep. ſt.* 77. *Nulla vita eſt non brevis. nam ſi ad naturam rerum reſpexeris, etiam Neſtoris & Statiliæ brevis eſt; quæ inſcribi monumento ſuo juſſit, annis ſe nonaginta novem vixiſſe.* & *epiſt.* 99. *Omnes, quantum ad brevitatem ævi, ſi univerſo compares, & juvenes & ſenes in æquo ſumus. minus enim ad nos ex omni ætate venit, quàm quod minimum eſſe quis dixerit, quoniam quidem minimum aliqua pars eſt: hoc, quod vivimus, proximum nihilo eſt.* Ibid. *Qui conſenuit, quantulo vincit infantem? propone profundi temporis vaſtitatem, & univerſum complectere. deinde hoc, quod ætatem vocamus, momentum, compara immenſo. Videbis quàm exiguum ſit quod optamus, quod extendimus.* Πᾶς γὰρ ἄτης γε ὁ μὴ παῖδες μηχεὶ προσβύτῃ χρόνῳ πρὸς πᾶσα ὀλίγος τις ἂν εἴη. Plato *de repub. l.* 10. Τότε πολὺ διαφερόντως ἡ μακρὰν, ἐὰν διαφέρωσι δοκῇ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀποφαίνειν αἰῶνα, καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ὅτι καὶ σμικρὸς πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα. Plut. *ad Apollon.*

Τῷ τεθνηκυίᾳ | Alluſit ad ætatem Neſtoris, qui tria hominum ſecula degiſſe perhibetur; unde τεθνήκων & τεθνάναι dictus Athen. *dipnoſoph. l.* 10. Πλείων δ' ἔτη βεβίωκε μὲν ἡρῷον Νέστωρ ὁ τεθνάναι, & epigramma *anthol. l.* 3. *c.* 10.

——ἔδαρσε καὶ τεθνάναι Πύλιον.

§ 51. Ἐπὶ τῷ σωφρονεῖν αὐτὸν χαίρειν | Vide *l.* 12. § 1. Jactare ſolebant Cynici σωτηρωσύνην ἑαυτῶν εὐδαιμονίαν ἴδιον reperiſſe ſe. Vide Cratetis *epiſt.* 9. Sed & epigrammatarius apud Laërt. *l.* 6. Diogenem prædicat, ſolum oſtendere ſe mortalibus ζωῆς εἶναι ἐλαφρότατον. Quamquam, Galenus, *de errat. cujusvis. c.* 7. ῥᾴδιον καὶ σωτηρίαν ἐν ἀρετῇ εἶναι pro eo quod diſciplinam Cynicam eſſe magiſtri hujus profitebantur; verius cenſuiſſe affirmat alios quoſdam, qui σύντομον ἐπ' ἀναζήτησιν εἶναι eſſe dixerunt. Quod autem Marcus *viam compendioſiſſimam* ſemper inſiſtere conſuit, aliud conſilium ſuggerere videtur Julianus *de agnitione erat.* 2. qui prædicantibus hoc idem Pſeudocynicis quibuſdam, τὴν σύντομον ὁδὸν καὶ σύντονον ὅτι τῇ ἀρετῇ ſeſe inſiſtere. (quod & Plutarchus de profeſſione Cynica in *Amatorio*, σύντομον ὁμοῦ καὶ σωτήριον εὑρηκέναι παρέλαβον ἐπὶ ἀρετῇ) ὄφελον, inquit, καὶ ὑμεῖς τῷ μακρὰν ἐκτρέπεσθαι ῥᾷον ἂν δι' ἐλαίνης ἤλθετε. νῦν ἴσα ὅτι μεγάλας ἔχοντι τὰς σωτηρίας τοὺς ἀκροβάτας; ὥσπερ οἱ πεζῇ πορεύεσθαι, ὁ μὲν τῇ σωτηρίᾳ ἐλθεῖν δυνάμενος, ῥᾷον ἐκτρέπεται τῷ κίνδυνῳ· ἐκεῖνος τῷ κίνδυνῳ ἐκεῖ μὲν τὸ ἀσφαλὲς ὁ πλέων παραδείς, ἤλθε δ' ἂν πεζῇ, καὶ τῷ δίκτυον. Cæterum ille eos alloquebatur, qui nihil præſtabant minùs, quàm quod profitebantur, cùm à virtutis ſede, ſemitiſq; etiam ad eam ducentibus, quàm longiſſimè eſſent diſſiti, viáſq; eas ſectarentur quæ à virtute ipſa inſiſtentes abducerent. deinde aliter ſe habet iſtic, quàm in ſtineribus corporeis, in quibus via compendioſiſſima eſt ſæpenumerò prorſus inteſcluſa; cùm iſtic nulli ſint ſui arbitrii ſuæq; pravitate ſtoliditateq; obvallata. Quin & Julianus ipſe ἰδὸν σωτήριον eandem ibi agnoſcit, quam & Marcus hîc, τὴν κατὰ φύσιν.

Σώτομος γὰρ ἡ κατὰ φύσιν | nimirum via σωτήριος πορεύει. *l.* 5. § 3. *recta incedit.* Via autem recta, eadem & breviſſima. Optimè Veemeſius noſter *de leg. mor. l.* 1. *exerc. A. Lex divina, lex recta. Pſ.* 19. *v.* 8. *in Mathematicis linea rectiſſima, linea brevisſima. Via itaque ad beatitudinem breviſſima eſt legis divinæ, quæ eſt rectiſſima, obſervantia.*

Κατὰ τὸ ἐλάχιστον | ἐπὶ *l.* 6. § 30. ὑπὲρ τὸ μέγα καὶ ἐλάχιστον. Vide & Platonem *de rep. l.* 10. *ad l.* 3. § 5. *deductum.*

Παίσας οἰκονομίας | Vide *ſupra* § 19. Εἰ μὴ ἦν οἰκονομίας τινὸς & *l.* 11. § 18. πολλὰ κατ' οἰκονομίαν γίνεται, itaque Caſaubono potiùs aſſentior, qui *diſſimulationem*, quàm Xylandro, qui *rei familiaris curam*, reddidit.

Κομψείαις | *Sollicitudine*, Xyl. *oſtentatione*, Gat. meliùs. Siquidem κομψεία illa, ſive dictionis elegantiam, ſive ſermonis feſtivitatem deſignet, jactare ſe atque oſtentare ſoliti ſunt, qui auram captabant popularem. unde κομψεύεσθαι & pro *oſtentare ſe*, & pro *adulari* etiam uſurpatur. Heſych. κομψεύεται, κολακεύει. poſſis & *verſutum* vertere. Siquidem, ut Erotian. in *Iexic. Hippocr.* Οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πανουργίαν κομψείαν καλοῦσι, καὶ τὸ σκληρὸν κόμψιον. Vide *l.* 3. § 5.

Ad Librum V.

§ 1. Πρὸς | Idem tractat argumentum *l.* 8. § 12.

Ὦ ἔρως γένους | § 2. § 1. γεγονὼς πρὸς σωτηρίαν.

Ἵνα καταπείθῃ τοῖς σχήμασιν | Plut. *de tranquill.* adversùs Democriti ſententiam differens, qui negotiis abſtinere ſe monet eum; qui vult tranquillè degere. Πρῶτον μὲν inquit, ἵνα πολυπραγμοσύνῃ τῇ ἐν δημοσίοις καὶ φιλονεικίᾳ κακὸν ἀπροσδόκητον ἐκκόψω, Μὴν ὁ παλαίπους ἀτρέμας σοῖς ἐν δημοσίοις, i. e. *Maneas, miſer, quietus in ſtragulis tuis,*

ἀσπάλα-

ἀκριβῶς τὸ παροιμιῶδες. Velliculus sumptus est ex Euripidis *Oreste*; quo & eodem sine usus est in *lib. de Sene polit. & adv. Colot. c.* 8.

Πρὸς τὸ ἦθος δὲ γένοιτο; | Ita *l.* 8. § 19. Σὺ δὲ ἐν ποίῳ τούτῳ τὸ ἦθος; Ἰδοὺ, εἰ ἀνέχεται ἡ ὑπόθεσις. Cicer. *Offic. l.* 1. § 103. *Neque enim ità generati à natura sumus, ut ad ludum jocumque facti esse videamur; sed ad severitatem potiùs, & ad quædam studia graviora atque majora.* Aristot. *Ethic. l.* 10. *c.* 6. ἄτοπον γὰρ τὸ τέλος εἰ παιδιὰν ἡ σπουδὴν τὸν παίζειν χάριν σπουδάζειν ἢ ἐν πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἡλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικὸν παίζειν δ' ὅπως σπουδάσῃ τις. Ἀναγκαῖον, ὡς φησὶν ἔχειν δοκεῖ, ἀναπαύεσθαι γὰρ ἐστὶν ἡ παιδιὰ ἀδυνατοῦντες γὰρ συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύσεως δέονται· ἡ δὲ τέλος ἡ ἀνάπαυσις οὐ γίνεται· γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας. Et mox: Βελτίω τε ποιοῦσι τὸ σπουδαῖον καὶ γελοῖον, καὶ ὃν παιδιᾶς, καὶ τὸ βελτίονος ἀεὶ τὸ μοριῶ καὶ ἀνθρώπου σπουδαστέον τινὶ ἐνεργείας.

Οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια | Gemina his, *l.* 8. § 19. 20 & *infr.* § 6.

Τὸν μύρμηκα | Ad *formicam* ablegat pigrum in eremque hominem & Solomon Rex *Proverb. c.* 6. *v.* 6, 7. & Flaccus, *Sat.* 1.

Parvula (nam exemplo est) magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest, atque addit acervo,
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri.

Maro item *Æneid. l.* 4. de eisdem;

It, gregum campis agmen, prædamque per herbas
Convectant calle angusto; pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigantque moras: opere omnis semita fervet.

Aristot. *hist. animal. l.* 8. *c.* 38. Τῶν δ' ἐντόμων ζώων ἐργαστήρια, τὰ μὲν μυρμήκων γένος, καὶ μελιττῶν· ἡ μὲν ἐν τοῖς μυρμήκων ἐργασία πολὺν ὄχλον ἐπιτολῆς ποιεῖ, καὶ ἀεὶ μᾶλλον ἀναφαινόντων πάντων βαθίζουσι, καὶ χωροῦσιν ἐπὶ τὰς τροφὰς καὶ ταμιεύουσι [ποιοῦντες.] ἐργαζόμενοι δὲ ἐμφανῶς νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Naso *Metamorph. l.* 7. *v.* 658.

——parcum genus est patiensque laboris,
Quæsitique tenax, & quod quæsita reservet.

Vide Simocat. *epist.* 61.

Τὰς ἀσφάλειας | Et de ista figura ὁ σοφὸς, in *Sclym. Proverb. c.* 30. *v.* 27. *Aranea manibus prehendit.* id est, *pedibus*, inquit Junius, *qui utrinque ità constituti sunt, ut patula hominum manus, ad tractandas tela, & escam rebus suis deprehendendam.* Plin. *hist. nat. l.* 11. *c.* 14. *Artificum natura digna vel principuâ admiratione. genus. eruditâ operatione conspicuum. orditur telas, tantique operis materiæ ubera ipsius sufficit. tam moderato ungue, tam teretibus filis, & tam æquali deducit stamina, ipso se pondere librans.* Vide quæ sequuntur. Aristot. *hist. Animal. l.* 9. *c.* 39. Τοιαῦτα μὲν (τὰ τῆς ἀσφαλείας γένος) πλείω μὲν λεγόντων ἐστὶ τὰ παρόντα παραλείπειν· ἅπαντα σημαίνεται ὑπὸ τῶν μέσων λαμβάνει ἡ ἡ μίσην ὑφαίνει ἡ τὰ τέτοια ἄλλα κεφαλὰς ἐμβάλλει· ἅπτα συνυφαίνει, &c.

Τὰς μελίσσας | Plin. *hist. lib.* 11. *c.* 5. *Apibus principatus, & præcipua admiratio. mella conportant: favos confingunt, & ceras: ad usus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, consilia privatim, ac duces gregatim: & quod maximè mirum sit, mores habent: nihil novere nisi commune.* Ἐστὶ δὲ καὶ τοῦ ἐργαζομένου αὐτῶν ἡ τὸν βίον πολλὴ κοινωνία. Aristot. *hist. animal. l.* 9. *c.* 40. Quem igitur vide fis ibi. Sed & Maronem *Georg. l.* 4. canentem, *quâ illæ — arte recentes*

Excudant cæras, & mella tenacia figant.

qui & *Æn. l.* 1. de Tyriis colonis urbem sibi condentibus.

Qualis apes æstate novâ per florea rura
Exercet sub sole labor, cùm gentis adultos
Educunt fœtus, aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas;
Aut onera accipiunt venientûm; aut agmine facto,
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent:
Fervet opus; redolentque thymo fragrantia mella.

Τὸν καθ' αὑτὸν συνιστάντας κόσμον | κόσμος hîc Maroo *constitutio.* prout Hesych. κόσμος, κατάστασις sive *politia*, quomodo apud Thucydidem Scholiastes κόσμον exponit πολίτευμα. Alio sensu Aristoteles, teste Galeno *de usu part. l.* 1. dixit, ἄπιστα τὰ ζῶα κεκοσμῆσθαι τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον. Verùm Marcus κόσμον vocabulum videtur eo libentius usurpasse, quasi non homo tantùm κοινὸς τις κόσμος existat, sed & animalcula illa μικρὸν κόσμον τινὰ, aut mundi saltem iunculam quandam, non pollicem dumtaxat, apud se habeant, quam & illa pro suo ingenio modulo excolant. ut τὸν καθ' ἑαυτὸν κόσμον συνιστάντες, sic accingere se ad *mundi* partem eam, quæ tibi assignatur, quasi mundandam, id est, excolendam, quicquid in ipsis est, & ab ipsis existitur, ad rem exornandam ac perficiendam, quasi communi quadam conspiratione præstare contendentes. ità *l.* 7. § 48. Τὸ μυρμηκὲς, καὶ τὸ ἐξ ἑαυτῶν συνεστηκὸς. potest & reddi, *vrainem suam*, sivè quæ est illis attributus, cum his operis excolentes. nam & meo significatione ὁ κόσμος usurpatur. Sed prius illud arridet magis. quia relationem rei cuiusque, quem ad universi naturam res quæq; habent, Marcus passim inculcat. istò Xyl. inclinat. illò Cas. sic *infr.* § 5. τὸ δὲ καθ' αὐτὸν διοικοῦν κρεῖττόν ἐστιν, κόσμου ἕνεκα.

Τὰ ἀνθρώπινα πάντα | alioqui nec homo quidem, hominis saltem nomine dignùs, futurus. Marcus *infr. l.* 10. § 8. Εἶναί τινα μὲν αὐλεῖν, τὰ δὲ αὐτῶν πάσων τὸν ἦ πάντα, τὰ κυνὸς τινὰ ἦ μέλισσαν, τὰ βοὸς τὸν ἦ ἀνδρεῖον, τὰ ἀνδρεῖα. Vide & *l.* 6. § 32. Aristot. *Ethic. lib.* 10. *cap.* 6. Ἕκαστον ἦ ἐστὶ κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν εἰργασται ἐπιεικῶς.

Ἀλλὰ δεῖ ἡ ἀναπαύσεις | Πάντα δὲ τὰ ἀναγκαῖα ἀδιαλεῖπτα συνεχῶς ἐνοχλεῖν. Aristot. *ethic. lib.* 10. *cap.* 4. & *ibid. c.* 6. Ἀδιαλείπτως ὦν συντόνως ποιεῖν, ἀναπαύσεως δεῖ τινος. Et *politic. l.* 8. *c.* 3. Ὁ γὰρ πονῶν δεῖται ἀναπαύσεως. διὰ τοῦτο δεῖ διαγωγὰς παρεμπλέκειν τῇ χρήσει, ὡς ἐν ταύταις ἡ θεραπεία γίνεται. Hinc festivum illud Democriti, à Stobæo relatum, *tom.* 2. *tit.* 16. Βίῳ ἀνάπαυσις, μακρὸν ὕδωρ ἀπαθάνατος. *Vita sine feriis, via longa absque diversoriis.* Senec. *epist.* 3. *Inter se ista misceuda sunt; & quiescenti agendum; & agenti quiescendum est. Cum rerum natura deliberat, illa dicet tibi, se & diem fecisse & noctem.* Vide *ad l.* 4. § 26.

Ἔδωκε δὲ τοῦτο μητέρα ἡ φύσις | Rectè Hieron. *Potes hoc facere: sed non est hoc opus tuum.* Cicer. *Offic. l.* 1. § 103. *Ludo autem & joco, uti illis quidem licet: sed sicut somno, & quietibus cæteris, tum cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus.* Dio in *orat.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 34. Τῷ γὰρ λοιῷ, καὶ ἅπαξ ἁλῒ; πικρασμένῳ δεῖ χρῆσθαι. Aristot. *ethic. l.* 9. *c.* 10. Οἱ μὲν ἡδονῆς ἀκρατεῖς ὀλίγοι, ἄσπερ ἐν τῇ τροφῇ τὸ ἡδύσμα. Vide *ad l.* 4. § 21. E nostris Gabr. Barelet. in *quadrages. hebd.* 4. *serm.* 2. *Delectatio ad vitam, ut sal ad cibum. peccant mulieres, cum fusculæ nimis condiunt sale.* Et Thom. Aquin. *Sum. part.* 2a. 2æ. *q.* 168. *a.* 4. *Parum de delectatione sufficit ad vitam pro condimento; sicut parum de sale sufficit in cibo.* Huc Dionysii Sophistæ illud: χρὴ τὸ μέλιτος ἀκρῆ λαμπρὸν, ἀλλὰ μὴ καὶ πᾶσι χρεὶ γλυκύ. Philostr. *vit. Sophist. l.* 1. Hacc. *Sat.* 1.

Est modus in rebus; sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.
Nec luisse pudet; sed non incidere luxum.

Idem *epist.* 14. Ἡ φύσις ἅπαντας ἡμᾶς ἐπαύτῃ καὶ πρὸς μεγάλα τέκνα καὶ δεῖ τὸν ἄνθρωπον ζῆν ἐθέλοντα τῷ ἧττον δεῖσθαι τῷ καὶ φιλεῖν, καὶ ζῆν ἐθέλειν ἐντὸς τῶν ὅρων. Man. Palæolog. *ad fil. præcept.* § 40. Et Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Ἀουσεῖν δὲ ὑδαμῶ δεῖ, ἀλλ' ἔχειν ὅρον τὸν μέτρον ἐν πᾶσι τούτοις. Optimè Senec. *epist.* 114. *Alter se plus justo colit, alter se plus justo negligit. tam hunc dicam peccare, quam illum.*

Ὑπὲρ τὰ μέτρα | Casaub. *ad Athen. l.* 3. *c.* 29. *Vetus dictum est, non oportere ἡδύσμασι uti, ceu ἐδίσμασι. hoc est, scitamentis tanquam edulibus uti.* Nec illud minùs vulgatum, *Non esse medicamenta alimentorum instar adhibenda.* Siquidem τὰ ἡδύσματα, τὰ κυρίως τοῦ ποσοῦντος, ἐπιτείνει καὶ λυμαίνεται τὸν ὀψαίνοντας. Plut. *adv. Epicur.* Itaque Alcidamantem notat Aristoteles *rhetor. l.* 3. *c.* 3. οὐκ ὡς ἡδύσμασι χρωμένην, ἀλλ' ὡς ἐδέσμασι τοῖς ἐνδείοις. Damnatque Clemens *Strom. l.* 1. τὴν σκληρὰν τροφὴν, εἰς μὲν καλὸν, τὴν ἀλεία καὶ πεπόνησιν ἔχουσαν τὰ ἡδύσματα, hoc est, in qua πόνος ἡδύσματος ἡδύσματος existit. *de luxu nec quiete, quæ sunt vitæ ægrisq; condimenta, & latitudinis indè contractæ aut oborientis fastum medicamenta quædam, idem dictum fuerit.*

Οὐ γὰρ φιλεῖ σεαυτόν. | Revera improbus nemo se verè amat. Ita (τὸ δὲ λεχθὲν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἀπόφασις δὲ, uti Cleanthes apud Arrian. *dissert. l.* 4. *c.* 1.) malus quivis cum primis φίλαυτος est, quod Plato docet *de leg. l.* 5. nec est verè φίλαυτος tamen. Siquidem, quod Græci interpretes habent, *Psal.* 11. *v.* 5. Ὁ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Et quod Rex sapientissimus *Parœm. c.* 8. *v.* 36. οἱ μισοῦντες τὴν ἐμὴν ἀγαπῶσι θάνατον. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam; quique odit sapientiam, diligit mortem.* Atqui, ut Clemens *pædag. l.* 3. *c.* 11. Πῶς σεαυτὸν ἀγαπᾷς, εἰ μὴ φιλοσοφεῖς; *quomodo te amat, qui vitam non diligit?* Optimè Augustin. *in Joan. tract.* 78. *Impius & diligere se dicitur, quamvis iniquitatem, quâ iniquus est, diligit. & idem rursus odisse se dicitur, quoniam quod ei nocet, hoc diligit. odit ergò in se naturam, diligit vitium.* Ita quod *affectu* (sed pravo) *amor est, effectu* (& hoc verò) *odium est.* Bernard. *de convers. c.* 4. Denique, quod Marcus istic, Non se amat, qui non amat bonum suum. bonum autem hominis est in bonis actibus versari. *lib.* 5. *extremo.*

Τὰς τύχας ἑαυτῷ φιλοῦντες | Epictet. *lib. c.* 22. Περὶ ἅπας ἀνθρώπους, φιλοῦντας ἑαυτούς. Et Theodoret. *therap. lib.* 6. Ὁ μὲν γὰρ ἀγαπᾷ τὴν τρυφὴν, ἡ δὲ πόνους ἐπαινέσεται. Canus tibicen (referente Plut. *lib. de sanè valet.*) dicere solebat, ἀγωνίζεσθαι ἀεὶ βούλεσθαι ὅσα μάλλον αὐτὸν ἀναλῶν, ἢ ἑτέρους ὑπερβάλλειν. λαμβάνειν μὲν ἂν ἡδονὴν, ἡττᾶσθαι δὲ ἀλγεῖν ἀλόγιστον. Quin & Eudoxus Mathematicus, eodem autore Comment. *adv. vitam Epicur.* Εὐδόξου, ποιοῦντος τὸν ἡδονὴν, καὶ πολλὰ λέγοντος τὸ τέλος τῶν ἄνω καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἄστρον, ὡς ὁ Φαέθων, καταφλέγοι.

Συνεστατικὸν δὲ τῶν ἄλλων ἕξεως | Hoc est quod Euripides, in persona Iphitorem laudata, toties decantata, apud Plat. in *Gorg.* & in *Alcib.* 2. Arist. *rhet. l.* 1. *c.* 11. & *problem. l.* 18. *q.* 6. Plut. *de garrulit. Sympos. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 2. *c.* 1. Gellius *noct. Attic. l.* 10. *c.* 22.

Τοῦτο δ' ἔγνως, κἀπὸ τῶν ἄλλων τόδε
Νόμιον τὸ πλεῖον ἡμᾶς τοῦτο μόνον,
Ἐν αὐτῷ ἕκαστος σχάνει βλάπτος ὤν. *al. leg.*
Hoc te triumphas quisque, in hanc inititur, (mus.
In hoc sui maximam partem teris,
In qua ipse sumit maximè se excellere.

ità malim quàm cum Grotio in *excerptis* qui ἐσχάνη, *legit.*

Ut ipse sese evadat excellentior. Siquidem eam mentem autoris fuisse, ex antiquis illis, qui laudarunt, scriptoribus, penitiùs intuenti liquebit.

quan-

quamquam nec inſidior περιγνῶσι licere, eo etiam leviter immutando, quod & quidam ex eis quos citavimus fecerant, non inconcinnè detorquere. Quod autem συγκατάθεσιν Marcus hic dixit, idem συγκλίσεις frequentiùs dici ſolet, pro ſtudio alicui ità eſſe addictum, non tantùm ut ab eo avelli quis nequeat, ſed ut in eo etiam cæcius & obſtinatius perſequendo, conſummat & quaſi fabefaciat ſeſe: Syneſ. *de Calvit.* Δακτύλοι ἤ ἔτι σαφῶς ἢ σφόδρα λίθοις ἀντὶ καλάμων τετράφατε· εἰ μὴ κάλαμον λέγοις ἀντὶ τῆς χερσὶν τὸ ἐν βίλει τύπτω μὸ ἢ ὑδὸν ἀναμασᾶν, εἰ μὴ σφηκατήσων. Vide *l.* 10. § 23. μὴ σφηκατήσῃς. Sed & συμπεπλεγμένον eodem ſenſu dictum Euripidi ab Ariſtotele laudato *ethic. eudem. l.* 7. *c.* 2. & 5, & *magn. l.* 2. *c.* ult.

Κακὸς κακῷ ἤ συμπέπλεκται ἡδονή,
Malus malæ lubentia colligantur.

hoc eſt, quod Lycorin ſuam affatus Gallus apud Maronem *eclog. ult.*

——— *hic ipſo tecum conſumerer ævo.*

Aliud eſt quod Clemens *Strom. l.* 4. de muliere conjugata, Πᾶσα ἢ ἀγαθὴ γυνὴ, ἥτις ἀνδρὶ συνέπεται, σωφρονεῖν δόκησει. Expreſſit eleganter, quod Moſes *lib.* 1. *cap.* 2. *v.* 24. דבק Matth. *cap.* 19. *v.* 5. & Paulus *ad Epheſ. cap.* 5. *v.* 31. κολλᾶσθαι dixit.

Ἄλυτοι ἢ ἄστοι | De Nicia Pictore. Plut. in *Commentt. adv. vitam Epicur.* Οἱ φιλογραφοῦντες ὅτας ἄρνῃ τῇ πρώτῃ σφῦ ἔργων, ὥσπερ Νικίαν γράφοντα τὴν Νέκυιαν, ἐρωτᾶν πολλάκις τὸν εἰκόνας, εἰ ἐτέλειωται. Idémque *lib. de ſenect. polit.* Νικίου ὁ ζωγράφος ἔφασκε τὰς ἑαυτοῦ τῆς τέχνης ἔργους, ὥστε τὸν εἰκόνα ἐρωτᾶν πολλάκις, εἰ λελουτὰ ἢ πεπνεκέναι. Meminit & Stob. *tom.* 2. *ſer.* 29. De Archimede Plut. idem in *eod. contr. Epicur. Comment.* Ἀρχιμήδην ἢ βίᾳ τῶν διαγραμμάτων ἀπαντῶντι σπουδαίως οἱ στρατιῶται· Ὁ ἢ δὴ τῆς χοιλίας ἔγγραφε τὰ σχήματα ἐπαγωγά. Idémque *de ſen. polit.* Ἀρχιμήδην ἢ τῇ σφόδρα ἐπιστήμῃ θαυμάζοντα βίᾳ, καὶ σπουδάζοντα, κτείνοντα τὸν στρατιώτην. ὁ ἢ ὅτι τὸ σῶμα τοῦ ἀλγήματος ἀλλοιότερον ἔσχε τὸ σχῆμα. Et in *vit. Marcel.* Οὕτω δὲ ἀπῄσθετο τῆς ἐκεῖ αὐτοῦ λογισμῶν ὥστε, ὡς ἐπὶ θήραν δίνην ἢ σπουδὴν ἐκκαλούμενος οἱ στρατιῶται ἐλέλητο καὶ σίτου καὶ ὑποδήσεως, καὶ τὰ σώματα ἀπαλειμμένα ἦγε καὶ λούων, ἐν τοῖς ἀβάφοις ἐγγράφων σχήματα τῶν γεωμετρικῶν, καὶ τὰ σώματα ἀπαλειμμένα θήγων τῇ διανοίᾳ γραμμὰς, ὑπὸ νόσης μεγάλης κατοχὸς ὢν καὶ μεταπεσὼν ἀληθῶς. De Carneade Philoſophō gemina refert Val. Max. *l.* 8. *c.* 7. *Carneades laboriosum & vinitypum ſapientiæ miles, ſiquidem nonagintà completis annis, idem illi vivendi & philoſophandi finis fuit; ità ſe mirificum doctrinæ operibus addixerat, ut cùm cibi capiendi cauſſâ recubuiſſet, cogitationibus inhærens, manum ad menſam porrigere oblivisceretur: ſed cum illiſſa, quam uxoris loco habebat, temperato inter ſtudia non interpellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio, dexteram ſuam neceſſariis uſibus aptabat.* Nec tacendum, quia iſtuc quàm maximè facit, artis operi immortui Archimedis illius fatum, de quo Marcellus in obſidione Syracuſana, ejus operâ machiniſq; ad miraculum ſtupendis impeditus diu fruſtratúſq; exclamavit; Οὐ παυσόμεθα τὸν τοῦ γεωμετρικοῦ τοῦτον βασάνῳ πολεμοῦντες; ὃς τὰς μὲν ναῦς ἡμῖν καθίζων ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν, πλέων αὐτὸς ἐν μικρᾷ σκάφει καὶ κινούμενος ἐπ' εὐθείας ἐκίνησεν· τοὺς ἢ μυρίους ἐν τοῖς τείχεσι ὑπάρχοντας, πάντα βάλλων ἅμα βέλη καθ' ἡμῶν. Sed & Plut. in *Marcell.* Τοὺς ὀπὴ πάντες οἱ λοιποὶ Συρακόσιοι σῶμα τῆς Ἀρχιμήδους παρασκευῆς ἦσαν ἐν ᾧ κινοῦσι πάντα καὶ στρέφουσι, λυγὸν μίαν, &c. Perruptis ſiquidem tandem per vim Syracuſis, dum artis ſtudiis ſuæ nimiopere intentus perſiſtit, nec hoſtem urbis compotem factum advertit, & à milite gregario occiſus perhibetur. Plut. *Marcel.* Ἐπῆλθε μὲν ἢ αὐτὸς ἐπὶ τὸν Ἀρχιμήδην ἔτι διαγράμματί τινι καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν ὄψιν ἅμα προσκείμενον καὶ τῇ διανοίᾳ τῇ περὶ τὸ σχῆμα, καὶ παρὸν τὸν κατασφάξαντα Ῥωμαίων, οὐδὲ τὸν ὄνομα τῆς πόλεως ἴσχυσε γνῶναι τότε· ἀλλὰ τὸν ἐπιζητοῦντα αὐτὸν σπουδῇ καὶ κατέχοντα ἀκριβῶς ἐκπλαγεὶς ὁ Μάρκελλος, ἐφοβήθη μὲν, ἐβούλετο δὲ εἶναι ὑπόδειξιν· ὁ ἢ ἐρχομένῃ καὶ ἀπαράμυθον τὸ ξίφος ἐνέλασεν αὐτόν. ἕτερος μὲν ἦν λέγουσι ὅστις ἔδωκε, τὸν δὲ ἀποκτείνατα, ξίφος τὸν Ῥωμαίου ἐμέτρησε ἢ ἰδόντα δεῖσθαι καὶ ἀνυπόδετον ἀναμένειν βέβαιον χρόνον, ἵνα μὴ καταλείπῃ τὸν Ἀρχιμήδους ἀτελῆ καὶ ἀθεώρητον τὸν δὲ ὁ φονεύσας διαλῦσαι. Livius *hiſt. l.* 25. *Archimedem memoriæ proditum eſt, in tanto tumultu, quantum captâ urbe in diſcurſu diripientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere deſcripſerat, ab ignaro milite quis eſſet interfectum.* Val. Max. *l.* 8. *c.* 7. *Dum animo & oculis in terram defixit formas deſcribit, miliți, qui prædandi gratiâ domum irruperat, ſtrictâ ſuper caput gladio, quiſnam eſſet interrogabat, nomen ſuum ignorans perſuit. ſed protectis manibus pulvere, Noli, inquit, obſecro iſtum diſturbare: ac proinde quaſi negligens imperii Victoris, oberuncatus, ſanguine ſuo artis ſuæ lineamenta confudit.* Cicer. *de finib. lib.* 5. § 50. *Quem quidem ſtudii cenſetis fuiſſe in Archimede, qui dum in pulvere quædam deſcribit, non patriæ quidem captam eſſe ſenſerit.* De manuariis artificibus Liban. *orat.* 31. Αἱ μὲν δὴ χειρωναὶ τέχναι, αὐτοπάλαιαι ἢ οἱ τὸν χαλκὸν ἐλαύνοντες, ἀγχίνοοι τ' αὖ καὶ ἐγκρατεῖς, ὅτῳ τρόπῳ κατέκλασαν αὐτοὺς ἀλόντας μὲν ὑπὸ φόβου τοῦ ἐκ λίθου ἐπηπείλησε. De viro itidem contemplationibus divinis dedito Baſil. Cæſ. *epiſt.* 5. Ἐκνήφει τὸ κάλλει περιλαμπόμενος, καὶ ἀλλαχόθεν μὲν, καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως λήθην λαμβάνει, μήτε σοῖς τούτοις φερόμενος, μήτε σοῖς ἀκολάστοις μέλεσιν ἐπὶ τὸν ὑγρὸν καταδυόμενος.

Ὁ φιλάργυρος τὸ ἀργύριον | Οἱ κερδαίνοντες ὁ κακῶ-

πονῶν, ut Plut. *de ſan. tuend.* qui pecuniis numerandis lucrandiſque nunquam defatigatos ſe ſentiunt.

Ὁ καλὸς καὶ τὸ δοξάσαν | Themiſtocles poſt Miltiadis pugnam, victoriamque Marathoniam, οὐκ ἐᾷ με καθεύδειν, οὐδὲ ῥᾳθυμεῖν, τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον. Plut. in *apophth.* & in *Themiſt.*

Ὅταν σφοδρότερον | *cum vehementius iſtis addicti fuerint.* Vide *ad l.* 12. § 3.

Οὔτε φαγεῖν, ὅτε συμποσίου | Iuſtum Diotima Socrati in *Platonis Sympoſ.* Τὰς καλὰς ὁρῶν ἐπιθυμήσῃς, καὶ ἐπιμελὴς ἂν σὺ καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὀφθῶσιν τὸ παράπαν, καὶ ξυνόντες ἀεὶ αὐτοῖς, εἴ πως οἷόν τ' ἦν, μήτ' ἐσθίειν, μήτε πίνειν, ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ ξυνεῖναι. De aleatoribus gemina Liban. *orat.* 31. Τίς πώποτε οἰκέταις ὕπνος ἐπεγγυήσατο ἀκριβῶς, ὡς ἐκεῖνα τὸ ἄῤῥαστον τοῦ κυβεύοντος καὶ μαχλοῦσι παρεστηκότος ὕπνου, πεῖσαι μὲν ἀφεῖναι φιλεῖν, πεῖσαι δὲ ἀνῆκεν ὑπερφίαν ἦδη δὲ καὶ τοῦ κερδαίνειν αὐτῆς· σπείρουσι γὰρ οἱ φιλόκυβοι νύκτας ἡμέρας ἀσπόρους καὶ ἀκάτους· καὶ ἥδονήν ἡδονὴ φύουσι.

§ 2. Ὡς εὐκόλως ἀποκαθῆσθαι καὶ ἀπαλλάξαι πάσας φαντασίας | Vide *l.* 7. § 29. & *l.* 8. § 29, 47. & *l.* 11. § 16, 19. & *l.* 12. § 25.

Ἐν ποίᾳ χαλᾷ ἐᾷ | Ἐν ᾧ τρόπῳ τοῦ λέγειν, ut eſt, *l.* 12. § 22.

§ 3. Μὴ σε παρενέγκῃ | *Neque te avertat.* Xyl. vel *ſeducat.* ut ſit idem τὸ παρενεγκεῖν, quod τὸ παρεκτρέπειν, ἀποπλανᾶν. atque ſenſa Homerus induxit *Il.* α. *v.* 555. ubi Jovi Juno,

Νῶϊν δ' αὖτε δόλον τε καὶ ἀπάτην, μή σε παρείπῃ
Ἀρχεμάχη Θέτις.

hoc eſt, *ne te ſeduxerit, pellexerit.*

Ἀκόλουθοι δὲ | *Conſequentes.* Xyl. & Caſ. at D. Jun. Ἀκολούθους legi mavult. *prohibentes* utrumvis conſtare poteſt.

Μίμησις | Senec. *epiſt.* 81. *Si gratum eſſe non licebit, niſi ut videar ingratus, ſi redditere beneficium meum aliter quam per ſpecimen injuriæ, prohibeo; acquiſſimo animo ad honeſtum conſilium, per medium infamiam tendam. Nemo mihi videtur pluris æſtimare virtutem, nemo illi eſſe magis devotus, quàm qui boni viri ſummam perdidit, ob conſcientiam perdendi.* & *ep.* 113. *Non vis eſſe juſtus ſine gloria? at malorum ſæpe juſta eſſe debebunt cum infamia. Ergo, ſi ſapis, malo opinio bene parta deſit.* Vide *l.* 6. § 4.

Μιμεῖται ὁ λόγος | D. Jun. ὁ λόγος. quod valdè placet.

Ἀσυμπαθεῖς | Vide *ad l.* 2. § 8.

Εὐθείαν πρόεισιν | *Recta progrediatur, vià rectâ inſiſtat.* ità *l.* 7. § 55. εὐθεῖα πρόεισιν. & *l.* 10. § 1. εὐθεῖαν πορεύεσθαι διὰ τὸν νόμον καὶ εὐθεῖαν πορεύονται ἅπαντες τῷ θεῷ.

Ἀκολουθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ | Vide *ad l.* 1. § 9. Stoicis τὸ τέλος, i. e. *propoſitum*, ſive *ſummum bonum* eſt, τὸ τῇ φύσει ἀκολουθεῖν, ſive τὸ κατὰ φύσιν ζῆν. *naturæ ductum ſequi & ſecundum naturam vivere.* Verùm quæ ea natura eſſet, cujus ductum ſequerentur, in hoc haud ſatis ipſis inter ſe conveniebat. Siquidem ut Laert. *l.* 7. in *Zenon.* Φύσιν χρύσιππος μὲν ἔλεγεν, ἣ ἀκολουθοῦσι δεῖ ζῆν, τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν ἰδίαν τε καὶ τὴν τῶν ὅλων, ἰδίᾳ τε οὐδὲν ποιοῦντα τῶν ἀπηγορευμένων ὁ δὲ Κλεάνθης τὴν κοινὴν μόνην ἐν ἐκλογῇ φύσιν, ἣ ἀκολουθεῖν δεῖ, τοῦτ' ἔστι τῷ τῶν ὅλων νόμῳ καὶ μόνῃ. Marcus Chryſippum ſequitur, eodemque utrumque *naturam, & univerſalem & hominum,* collimare & quaſi collineare, contendit. Vide *l.* 6. § 13.

§ 4. Ἀναπαύσεως | Καὶ 6. § 28. δεινὰ καὶ ἀνάπαυλα. Charon apud Ariſtoph. in *Ran.*

Τίς δὲ ἀναπαύλας ἐσθ' ἡμῖν ἢ ἀφέσεως πόνων;

Quis ad requiem mea malis vult & moleſtiis?

Joan. *Apocal.* c. 14. *v.* 13. ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων. Herodian. *l.* 3. de Marco noſtro; νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἀδιαλείπτως μιᾶς ἀνεπαύσατο. Tractum ab eo, quod *mortem ſomno* ſimilem perhibeamus. Naſo, *amor. l.* 2. *el.* 9.

Stulte, quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

Ἐξαναστάσεως | Vide *ad lib.* 2. § 2. & *lib.* 4. § 21. & *l.* 6. § 15. & *l.* 7. § 50. & *l.* 9. § 2. Ità Homer. θυμὸν ἐξαναστήσασθαι dixit, Il. ω. *v.* 524. & ψ'. *v.* 694. Eodemque ſenſu in ſacra pagina ἐξανίστασθαι, Marc. *c.* 13. *v.* 35, 39. & Luc. *c.* 23. *v.* 36. quod Matth. *c.* 26. *v.* 50. ἀφιέναι τὸ πνεῦμα. Joan. *c.* 19. *v.* 30. παραδιδόναι τὸ πνεῦμα. Latini *ponere, efflare animam,* dicunt. & apud Cicer. *Tuſcul. l.* 2. Attius in *Tereo*

Ferrumque effravit ore extremum halitum.

Ἡσιόδου ἐστὶ τοῦτο | *In Sententiis gnomicis:*

Τὴν πολλὰ πάσσω, τῇ πολλὸν ἐπαυρίσκειν.

Tellus ut edit, ita reparcam multa.

Plin. *hiſt. Natur. l.* 7. *c.* 63. *Terræ uni rerum naturæ parcimus, animis propter merita cognomen immortalitatis diximus materna venerationis. Illa nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper; noviſſimè complexu gremioque jam à reliquæ naturæ abdicatos, tum maximè, ut mater, operiens.* Ennius item in *Epicharmo,* à Varrone relatus *de ling. Lat. l.* 4. & *l.* 8.

Quæ dedit, illa capit, neque dispendi facit ullum.

de quo versu videatur Joſ. Scaliger *ad Varron.* ſed & *infr. ad l.* 8. § 18.

Πατεῖται | indè *terram, eam terram,* volunt dici, *quod incedentium pedibus teratur.* Ælius, Varro *de ling. Lat. l.* 1. Iſidor. *orig. l.* 15. 1. Junil. *in Geneſ.* Honor. *in imagine mundi c.* 3. Hinc Ambroſ. *Epigraph. Theodoſ. Adhuc in terris es, quæ teris, & in ſolo poſſides.* Et Etymolog. Βατὸν, τὸν γῆν, Μακεδόνες. ità *Adnotatis* Ops à calcando, quod Hebræis דָּרַךְ dicitur. Fr. Jun. *in Tertull.* & אֶרֶץ terra eiſdem à דָּרַךְ Paræus in *Geneſ.* Verùm alii aliùnde. Joſ. Scal. à Græco δάσσω *tero*, terra, ut δαῦς, δαῦδς, δαῖς, δάσκω, τέρμα. H. Stephan. ab

ἔρις,

ἔφη, a præfixâ. Aymar. *Lexic.* & Guichard. *Harmon. ling.* ab Hebraico קרן *eren.* Schindler. *pentaglot.* ab Arabico ארץ *terra, situm.* Canin. *Hellenism.* à Punico ארץ, *terra*, ut ἔρση τοῦ, factâ metathesi.

§ 5. Δεμνότητά σου | *Austeritatem tuam.* Xyl. *acumen* potiùs *ingenii*, & *sagacitatem*, M. Cas. Mercurium describens Galenus *in hortator. t. 2.* φαιδρὸς καὶ ὀλίγος δεμνὸς ὤφθη· ubi aliud est δεμνὸ δεδορκέναι, quàm δεμνῷ βλέπειν Aristophanis. Siquidem τὸ δεμνὸ βλέπειν, Comico idem est, quod τὸ σκυθρωπὸν ἰδεῖν passim Homero: id est, *torvum tueri*: unde & δεμνὸ βλέμμα Herodiano, *vultus torvus ac truculentus.* at δεμνὸ δεδορκέναι Galeno, *acre* sive *acriter*, verùm μετὰ φαιδρότητος, *cum hilaritate* sive *festivitate* quadam, *intueri.* ut τὸ δεμνὸ, tum τὸ σωφρονοῦν illud designet, quod vocabulo isto Euripidem significâsse ex Aristophane Grammatico observat Eustath. *ad Odyss. γ'.* quo sensu & Herodianus dixit, δεμνότητος ὡς σοῦ τὰς ἐννοίας ἔχοντος ὑπὸ τοῦ σεμνολογεῖν ἀναγκάσειν, tum etiam limum comprehendat τὸ δεμνὸν illud, quod Homeri seculum secutos Rhetores eo nomine nuncupâsse docet idem Eustath. *ad Iliad. λ'.* quum τὰς ἐννοίας καὶ λέξεις illas δεμνὰς dicerent, μὲ γλυκύτητος ἐπιδεικνύντας. Atque ità Marcum hîc cepisse nullus ambigo. quod uno vocabulo expressisse haud facul dixerit. Julian. *orat.* 5. Christianos perstringens, ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς πολλὰ μεμιμῆσθαι μᾶλλον ἢ μιμεῖσθαι, ἢ τούτοις τοῖς ἀνοήτοις, τὸ γλυκὺ δεμνὸν μὲν ὑμᾶς καλοῦσιν. Genuinum autem huic argumentum habes, *infra l. 7.* § 52. & *l. 8.* § 8.

Οὐκ αἰσθάνῃ πῶς ἀμελῶς ἔχεις δυσωδίᾳ; | Hoc est quod homines illi ὀχυρωμάτων passim inculcant non tam ἀδυναμίαν καὶ ἀσθένειαν, quàm ῥᾳθυμίαν καὶ ὀλιγωρίαν obstare, quo minùs vitam rectè piéque instituant plenique *de Compunct. ad Demetr.* Apostolorum exempla ad imitationem proposita hoc præterea repellentibus, quòd varia illis neutiquam possint. Εἰ μὲν, inquit, ἀναγκαῖον ἐπελθόντας, ἢ ὀφθαλμὸν ἐκκόψαι ἡμῶν, ἢ πόδα ἀποκόψαι, ἢ χαλεπὴν ἀνοσιότητα, ἢ δεινήν τινα ἐπιβουλὴν ἐπιφέρειν, καὶ τὰς τοιαύτας ἰδέας νόσων, πολλὴν ἂν εἶχε τὴν ἀπολογίαν τοῦτο ἡμῶν· εἰ δὲ πολιτείας ἕνεκα ταῦτα ἔφην ἐπιτηδεύειν ἡμᾶς, καὶ ἀσκησιν ὑπέδειξα, ποῖον τοῦτο ἔσται ἐγκλημα ἂν ἔχοι λόγον; καὶ μάλιστα καὶ σὺ δεινὸς ἀπολαύσας χαλεπῶς βασανίζομαι, καὶ πολλαπλῆς μετέχεις τῆς ἀπορίας· ἀλλ' ὅσον ἔρχει πρὸς τὸ πολιτεύειν ὀρθῶς καὶ ἀνεγκλήτως, ἄφες ῥᾳθυμίαν μόνον τὴν ἡμετέραν. Et *in Genes. orat.* 14. Πολλὴ τῆς ἐρημίας ἡ ἀνεπιτηδειότης· ἀλλὰ δεινὸν ἡ ῥᾳθυμία· ἄστε αὐτὴ καὶ τὰ εὐκολα, δύσκολα ἡμῖν φαίνεται ποιεῖ· ὥστε ἡ αὐτὴ καὶ ἀνεπιτήδευτα καὶ τὰ δύσκολα, εὐκολα ἡμῖν ἀπεργάζεται. Idem *in Psal.* 119. Τὴν δυσκολίαν οὐκ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν οὖσαν, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν πολλῶν ῥᾳθυμίᾳ πολλῶν εἶδον. ὡς γοῦν τις κατὰ σφοδρότητος ἀγῶνος, καὶ ἐν βάσει αὐτὰ ὁλόκληρα ὄντα. Et mox: ἡ ῥᾳθυμία τῇ πολλῶν καὶ τὰ εὐκολα, δύσκολα ἀποφαίνει· ἡ δὲ σπουδὴ καὶ δυσκολίαν πᾶσαν, ῥᾴδιαν. Videantur plura *in Cor. ep. 1. orat. 2. & 9.* Et *ad Philip. orat. 2.* ubi illud crebrò ingerit, prout noster istic. hoc vel illud non potes, at istud potes, &c.

Γλιχᾶδιάσαι | *cunctari.* Xyl. malim *tenacem esse.* Vide *ad lib. 4.* § 44. γλίσχρου, *tenacem.* Aristot. *Ethic. lib. 4. c. 1.* Οἱ μὲν γὰρ τοῖς τοιούτοις ὀργίλοι, οἱ δὲ ἀοίδιμοι, γλίσχροι, χαλεποὶ, πικροὶ τὸν θυμὸν ἐλκύσαντες. Obiter vocabulum istud apud Laertium restituemus. II. *lib. 4. de Lacyde.* Τὸν μὲν οὖν καὶ πρὸς οἰκονομίαν γλιχᾶδιάσαι ἐφιλονείκησε quod Ambrosius Camaldun. reddidit, *Avari illum & circa rem familiarem sit sordidissime habuisse.* Vigerus, *ad Eusebium, & lepidissime* mavult. Caeterùm me sponsore resarcibitor, γλιχόμενον ἐμοῦ. Sic enim de eodem ex Numenio Eusebius *præparat. lib. 14. c. 7.* Ἦν μὲν δὴ Λακύδης οἰκονομικὸς καὶ πάνυ τεταμένος· ὁ δὲ Διόδωρος οἰκονομικὸς ἦν *is. paulo sordidior. Vigerus.* malim, *tenacior.* nos diceremus, *somewhat nearer*, apud a great husband, minor autem virum eruditissimum vitiosam eam lectionem non animadvertisse, cùm Eusebium simul sub oculos haberet non possum probare, quòd Οἰκονομικὸς litera majusculâ præfixa scribit, vúltque certum aliquem & conspicuum notissimum designari, qui ἀπὸ τῆς οἰκονομίας οἰκονομικὸς vulgò nominabatur. Cùm revera Οἰκονομικὸς illic appellativum, sive epitheton commune sit neúmque designet, qui est *rei familiaris, dispensandæ, curandæ, tuendæ peritus*; vel *qui negotiis addictus est*, eidem sedulò intentus. Docet Polypiscе Aristoteles *hist. animal. l. 9. c. 37.* Ὁ δὲ πολύπους, οἰκονομικὸς μέν ἐστι· οἰκονομικὸς δ' ἐστὶ πάντα τὰ συλλέγει μᾶλλον εἰς τὴν δαπάνην, ἢ πορίζεται χρείαν. Quod Plinius *l. 9. c. 29. Cum moquet bratteam habeatur animal, in re quodammodo familiari callet, omnia in domum comportat.* nec de Lacyde aliter enunciatur.

Ἀφεσιάσθαι | *Sortem eorum imprecabar.* Xyl. at hoc esset potius δυσαρεστεῖν, καὶ ἐκ ἀφεσιᾶσθαι· malim ergò ἀφεσιάδιάσαι, ut *lib. 11.* § 14. *aversari, blandiri.* quod est simillimum τῷ καλακεύειν, verùm honestius paulò vocabulum. Sed nec mutari quicquam necesse fuerit. Siquidem & τὸ ἀφεσιάσθαι hoc eodem sensu usus videtur Plutarch. in *pædagog.* εἰ μὲν τοὺς νῦν ἀφεσιούμενοι ὑπ' ἀλλήλων ἐκπλήττειν. εἰπὲ δὴ καὶ οἱ δαιμόνιοι καὶ φίλοις, ἐνδὲ ἄφεσιοι, οἱ πάντα θεοῖς πολλῷ ἐγκαλοῦντες, καὶ οὐδὲν ἀνθιστάντες, ἀλλὰ μὴ οἰόμενοι δεῖν ἀλυπεῖν τοῖς ἐπιτάγμασιν. Aristot. *Ethic. lib. 4. cap. 6.* qui & τὸν ἐφεσιον τὸ μάλακον accuratius distin-

distinguens, *ibid. l. 2. c. 7.* εἰ δὲ τὸ λοιπὸν βίον ἐν τῷ βίῳ, ἢ ἀφέλλαν, εἰ μὴ ἄλλης ἕνεκα, ἀφεκτέον· εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὐτῆς πόλεως. ut commodum suum adulator sive Colax, obsectamentum alienum assentator sive blandus iste respiciat. Indè & ἀρέσκεια, ἵνα δείξῃς ἐν ὅτι τῷ βελτίονι ἡδονῆς παρασκευάσῃς. Theophrast. *ethic. charact.* 5. ad quem Casaub. videndus. Cæterùm istò *blanditiæ* sive *comitatis blandæ* nomine adulationem suam obvelâsse quosdam, ex Anaxandride Comico monet Athen. *dipnos. lib.* 6. his verbis: Τούτῳ δὲ τινὲς τὴν κολακείαν τὴν ἐπιτετιθευμένην τύχαις, ἀρέσκειαν ὠνόμασαν· ὡς ὁ Ἀναξανδρίδης ἐν Σαμίᾳ,

Τὸ δὲ κολακεύειν, τοῦτο ἀρέσκειν ἔνεστι νῦν.
Adulatio habet nunc nomen blanditiam.

De Pythagora Laert. *l.* 8. Ἀπείχετο κολακείας, καὶ πάσης ἀρεσκείας, οὐ διαμιλλητὸν καὶ διαγνῶστον ποιούμενος. Quod autem Cas. ad obsequia corpusculo præstanda refert, quòd ipsius cupiditatibus satisfiat, minùs probabile videtur.

Περιφιλεῖσθαι | *Levem esse.* Xyl. adducens cùm Suidam exponentem τὸ ἀφιλεῖσθαι, σφοδρῶς· & ἀπείρατος βλακείας, ἀσφαλοῦς, tum & illud Apostoli *ad Corinth. epist. 1. cap.* 13. *v.* 4. ἡ ἀγάπη οὐ περιφυσιοῦται. quod ille interpretatur, *Charitas non est levis, aut vana.* At verò bonus ille editor Lugdunensis, pro περιφυσιοῦται, quod rectum fuerat, sed ipsi fortem minùs intellectum, ἀσκηρισιοῦται substituit. perperam autumo, & ex proprio, opinor, cerebro. Verùm mirum quantum dissideant à se invicem enarratores in vocabulo isto apud Paulum Apostolum, vel interpretando vel explicando. Chrysost. ὁ σφοδρότατα. *non est temeraria.* Vetus interpres, cui & Beza accedit, *Non agit perperam*, tanquam si à Latinis ea vox ad Græcos transierit. Syrus, *Non tumultuatur.* Tertull. *de patient. c.* 12. *Non proterunt fidem.* Erasm. *Non est procax.* Alii, *Non est incultatus.* Alii, *Non agit improbè.* Alii, *Non est fucatus.* Alii, *Non adulatur.* Ego crediderim commodissimè posse verti, *Non effert se*; non est jactationi aut vanæ ostentationi dedita. Ità Græcus Schol. primo loco: Οὐκ ἀλαζονεύεται. Hesych. Περίφρων, οὐ βλακείας ἐπαιώρημα. περιαύεται· κατατείνεται. Suidas etiam, Περίφρος, ὁ οὐ βλακείας ἐπαιώρημα. Idem tamen inter alia: Περιφρία, ὁ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ πολυτέλειαν παρασκευαζόμενα. Ita Concil. Nican. 2. *Can.* 15. Πᾶν γὰρ ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ πολυτέλειαν παρασκευάζεται, περιφρίας ἔχει κατηγορίαν, ὡς ὁ μέγας ἐν τοῖς Βασιλείοις. Reperiuntur autem illa Basilii verba (si modo Basilii Cæsariensis sint, & non potiùs Eustathii Sebastienſis, ut opinantur quamplurimi, *ascetica* illa) *respons. part. 2. ad quæst.* 49. Ità alii à Basilio an Eustathio, ille, ut probabile est, à Clemente Alex. habuit. Is enim *pædag. lib.* 3. *c.* 1. Apostoli locum exponens: περιφρία, inquit, ὁ πολυτελὴς κόσμος· περιπόητος καὶ ἀχρεῖος ἔχων ἔμφασιν. Verùm latiùs multò patet vocabuli hujus usus sensúsque, quàm ut ad vestitum duntaxat, quo tamen etiam ἐκλεγόμενοι solent οἱ ἀλαζόνες καὶ κατ' ἀπάτην ἐπαιρόμενοι, restringi debeat. Docet id Cicero *ad Attic. l.* 1. *ep.* 10. *Ego autem ipse, inquit, Dii boni, quomodo ἐπερφρονήθην novo auditori Pompeio.* id est, quomodo me ostentavi, & quasi juveniliter jactavi, omnibus adhibitis fucis & ornamentis orationi meæ, quasi exultavi, & placere illi studui: inquit Petr. Victorius. Accedit quod Stephanus *de dialect. c.* 16. § 1. monet, Sophoclis Scholiasten, περίφρονες, νομίζει, interpretari, & περιφρόνως, νομιζόντως. apud quem περίφρων & περιφρονεῖν legendum, nulli potest esse ambiguum. Græcam si damus originem, malim cum Dunæo nostro ἐπὶ duplicato, quàm à περιφρέω cum Stephano derivare. Verùm plura de vocabulo isto qui voluerit, adeat post H. Steph. *thesaur.* Jo. Drus. *observ. l.* 7. *c.* 7. Muret. *var. lect. l.* 14. *c.* 7. Andr. Dunæum nostrum *notis ad Sarisbil. Chrysost. in* 1 *Cor.* 13. Heinsium denique, qui post illa à me adhuc prodiit, *exercit. sacr. ad* 1 *Cor. cap.* 10.

Ἢ ἄρα ὡς βραδύτερος καὶ δυσπαρακολουθητότερος παρακούσας | aut leg. παραπροσῆν, aut simplendum verbulum aliquod, fortean, διάγει, ex clausula proximè præeunte, aut ἀφίκετο, aut ἀφίκνεῖτο, aut ejusmodi aliud quippiam. Ἢ autem ὁ δυσπαρακολούθητος, *qui difficulter rem propositam comprehendit & assequitur.* Sicut contrà εὐπαρακολούθητος, ὁ ὀξὺς καὶ τὰ ἀφανῆ λαβεῖν καὶ γνῶναι. Hesych. *qui res facilè assequitur.* Suidas in ἐπιτρέχειν, ὅτου ἐπάλληλον τὴν ἀκοὴν καὶ παρακολουθητικὸν. In *Scholiis* proxima, ἀπαρακολούθητος καὶ ποιεῖται, dicuntur, qui quasi *nequiquam assequuntur, aut intelligunt*, hoc est, non attendunt prorsus, id quod agunt. Et mox: Ἀλλ' εἰ τὸ τέλος δεῖ παρακολουθεῖν. *Sed si esse est illud ipsum quod fit nôsse, & intelligentiâ assequi*, sive ἀκολουθεῖ, ut statim ipse se interpretatur. Epictet. *l.* 1. *cap.* 5. ὅτι μηδὲ ἀπαρακολούθητος, μηδὲ ἀσυνήθης μηδὲν. & *lib.* 3. *cap.* 26. ἐν τοῖς ἀπαρακολουθήτοις φαντασίοις ἀπαρακολουθεῖς; Galen. *de cyrat. dignosc. & cur. cap. 1.* Ἔνιοι δ' ὕπνους ἀφύπνους ἔσχον λύγους ὅσους, οὓς μὴ παρακολουθεῖν μηδαμῶσιν ὑπ' ἀμβλὺ λεπτομέρους (π. α. τ. ὑπ. ἀπορροίας, leg. ut Marc. *lib.* 7. § 47 ἀπαρακολουθεῖν τοῖς λεπτομέροις) Idémque *ibid.* mox; φθονοῦμαι γοῦν ὅλως, καθάπερ οἱ ὕπνοι τοῖς λύγοις, ὅτου μὴ ἀμβλὺ μηδ' ὅλως, οἷς ἄπνοι, παρακολουθοῦσιν. Eodem sensu τὸ ἀπαρακολούθητον verbo usus est Lucas *Evangel. c.* 1. *v.* 3. Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς. hoc est, *omnia ab initio usque accuratè intelligentiâ assecuto.* quæ Evangelistæ verba contendit Budæus cum illis Demosthen. de *mega rhetor.* ὁ τούτου πονηρεύματα εἰδὼς καὶ παρακολουθῶν ἅπασι, τυγχάνει. Et rursus; Ἐκεῖνος ὁ χρόνος καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἐ μόνον

μόνον ἴσχυε ἢ πλέον ἄνδρα ἐκδλαι. ἀλλὰ ἢ παρηκολουθηκότα ἐξ ἀρχῆς τοῖς πεφγμασι. ut sit & ἄνωθεν illic, quod istic ἐξ ἀρχῆς. Eodem sensu usurpat Paulus Apost. *ad Timoth. epist.* 1. *c.* 4. *v.* 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως ἢ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκας. & *epist.* 2. *cap.* 3. *v.* 10. Σὺ δὲ παρηκολούθησάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, &c. quo loco cùr Erasmi, *assectatus es*, malit doctiss. Scultetus, quàm Vulgatæ ac Bezæ, *assecutus es*, caussam nullam video ratio siquidem, quam assignat, haud est firma satis. *Ad sequendum atque imitandum hortatur. at quomodo sequi poterit, qui jam assecutus dicitur?* responsio proclivis est. aliud est notitia & intelligentia, aliud usu & actu assequi: vel, si brevius vis. aliud nosse, aliud posse. illud Timotheus jam assecutus erat, istud haud itidem adeptus. monet itaq; Apostolus, ut quæ de se nòsset, ἅπερ αὐτὸς ἡμῶν, ἐξ ἀκοῆς ἴσοιμεν, ea imitari adniteretur. Vide & *l.* 2. § 9. & *l.* 7. § 3, 4.

Μὴ παρενθυμοῦ | *Ne eam subinde cogitares.* Xyl. *ne ea nimium afficiaris.* Cas. imò, *non negligens, non neglectim habens*, sed quantum in te est, tarditatem hebetudinémque tuam corrigere & sanare contendens. παρενθυμεῖσθαι, *animum non advertere, negligere, neglectim habere.* de gubernatore Epictet. *lib.* 4. *cap.* 3. Κἂν μὲ αὐτὸς ἐκεῖνος παρενθυμηθῇ, ἀπώλετο. *Si vel parum neglexerit, animum non advertit.* Marcus ipse *l.* 6. § 20. πολλὰ παρενθυμούμεθα, *negligamus multa, non animadvertamus.* & *lib.* 10. § 8. τὸ ἀπαρενθύμητον, *animadversionem sedulam, à negligentia & inadvertentia* immunem. & *l.* 6. § 50. περὶ τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγόμενον, γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτους. *Sedulò attendere atque animum adhibere eis quæ ab alio dicuntur.* Epict. *l.* 1. *c.* 2. Τί ἐστι, ἐπισκοπῆς εἶμι; ἐπισῶ τῆς ἐπιμελείας τότε ἕνεκα; μὴ ἡδέως. Ἐπίτηδες πρόσωπον σκηνίτης οὐκ ἔστιν· οὐδὲ μὰ, ᾧ χάρα. τοῦτό μοι ἱκανὸν ἔστω. ἐγὼ γὰρ Μίλων ἔσομαι, ἢ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τοῦ σώματος· ἐγὼ Κρῖσος, ἢ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τῆς κλίσεως· ἐγὼ ἀλλῶς ἄλλο τινὸς τῶν ἐπιμελουμένων. διὸ τοῦτο ἐπιτήδευσον περὶ ἅπαντα, ἀφιγμένος. Flacc. *epist.* 1.

Non posse oculo quantum contendere Lynceus;
Non tamen idcircò contemnas lippus inungi:
Nec quia desperes invicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus nolis prohibere chiragrâ.
Est quâdam prodire tenus, si non datur ultrà.

Ità cum Graio nostro lubens lego, non, *quodam*, quadantenus saltem procedere & proficere licet.

Μηδὲ ἐμπλησθῆναι τῆς ὕβρεως. | leg. ὑβρείας. vel ut Annot. Lugd. ὑβριστὰς, *neque tarditate & insciti, sibi complacentem.* quod haud paucorum vitium est. Vide Solomon. *Prov. c.* 1. *v.* 22. Aug. in illud *Psal.* 36. *v.* 3. *Noluit intelligere. Videtis, quia voluntati illud tribuit: sunt qui volunt intelligere, & non valent: sunt & qui nolunt intelligere; idò non intelligunt.*

§ 6. Πεφύκασι λογίσασθαι αὐτῷ τινὰ χάριν | Χάριν λογίσασθαι, *beneficium imputare.* quod ab exprobratione quadam haud multum distat. Juvenal. *Sat.* 6. *v.* 179. de uxore insigniori,

Quæ tanti gravitas? quæ fama, ut se tibi semper
Imputet?

Martial. *l.* 5. *ep.* 82.

Non totam mihi, si vacuabis horam
Donec, & licet imputes, Severe;
Dum nostras legis exigisque nugas.

& *l.* 2. *epigr.* 48.

Imputet ipse Deus nectar mihi; fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.

Senec. *de benef. lib.* 2. *c.* 17. *Multi sunt tam pravæ naturæ, ut malint perdere quæ præstiterunt, quàm recepisse, superbi & imputatores.* & *l.* 6. *c.* 12. *Quædam quæ homines sibi præstant, aliis imputant.* Tria scil. Marcus beneficia collocantium genera ponit. primum est eorum, qui palàm imputant: secundum eorum, qui etiamsi id palàm non faciant, apud se tamen tanquam de debito cogitant: tertium eorum, qui tantùm abest ut imputent, ut nè cogitent quidem.

Ἄλλως μήτοι | f. ἀλλὰ vel ἀλλ' ὅς· nisi si illud ὡς ex linea proxima huc irrepserit.

Ὡς οὐδὲ χρῶσι δανοῦσιν | At Senec. *de benefic. l.* 1. *c.* 2. *Demus beneficia, non fœneremus. dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit, cùm daret.* hoc est, quod Marcus hìc, ὡς οὐδὲ χρῶσι δανοῦσιν. Et mox: *Beneficiorum simplex ratio est: erogantur tantùm, non computantur. si reddat aliquid, lucrum est; si non reddet, damnum non est. Ego illud dedi ut darem. nemo beneficia in calendario scribit: nec avarus exactor ad horam & diem appellat. nunquam ille vir bonus cogitat, nisi admonitus à reddente. turpis fœneratio est, beneficium expensum ferre.* Idem. *l.* 3. *c.* 14. *Interitura est rei tantæ dignitas, si beneficium mercem facimus.* & *lib.* 4. *c.* 3. *Beneficium virtutis est, & turpissimum id caussâ ullius rei dare, quàm ut datum sit. se intueri & commodum suum, istud non est beneficium, sed fœnus.* & *c.* 14. *Non est beneficium quod in quæstum mittitur. hoc dabo, hoc recipiam; auctio est* ut ait Ovidius,

Quæ quia non licuit, non dedit, illa dedit:

Eodem modo, qui beneficium ut reciperet, dedit, non dedit. Et Cleanthes *ibid. l.* 6. *c.* 13. *Multum à beneficio distat negotiatio.* Dominus Christus, Luc. *c.* 6. *v.* 35. Ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανίζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. & *v.* 34. Ἐὰν γὰρ δανίζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί;

Οὐδὲ οἶδεν ὁ πεποίηκεν | Senec. *de benef. lib.* 2. *c.* 6. *Quàm dulce quàm pretiosum est, si gratias sibi agi non est passus, qui dedit; si dedisse, dum dat, oblitus est?* Chilo apud Auson.

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.

Verùm quadrat ad hoc Domini Servatoris præceptum hyperbole elegantissimâ conceptum, Matth. 6, 6.

c. 6. v. 6. Ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά. *Facientis eleemosynam nesciat sinistra quid dextra faciat.* Ambrosius *offic. l. 1. c. 30.* quò & Euthymius inclinat, ità interpretatur, quasi dictum esset, *ut frater tuus, qui est tanquam dextra tua, quod facis nesciat.* Sic facias, ut *proxima nesciat uxor*, uti Persius loquitur. Meliùs Jo. Chrysost. *orat. 19.* Οὐ χεῖρας εἰρήκασιν, ἀλλ' ὑπερβολικῶς αὐτὸ τέθεικεν. Εἰ γὰρ οἷόν τε δύο, φησι, καὶ σεαυτὸν ἀγνοῆσαι, ἀφειδῶς ἔχω σοι τοῦτο, κἂν αὐτὰς δυνατὸν ᾖ τὰς διανοημάτων χεῖρας λαθεῖν· ἐπεὶ, ὡς πολλοί φασιν, ὅπου σεαυτὸν δεῖ κρύπτειν ἀνθρώπους· πολλὰς γὰρ ἐνταῦθα λανθάνειν εἰώθασιν. Nam quod de *dextra*, quæ sit *amor divinus*, *sinistra*, *quæ favor humanus* existat, argutantur Hieronym. *in Matth.* Hilar. *ibid.* Aug. *in Psal. 121.* & *in 1. Joan. tr. 6.* & *de temp. 60.* Gregor. *in Job. lib. 3. c. 21.* Theophylact. *in Matth.* alii; est merum ipsorum commentum. Rectiùs Clem. *Strom. l. 4.* Ἀλλ' οἶδε αὐτὸς ὁ ἐλεῶν, ὅτι ἐλεεῖ, γινώσκειν ὀφείλει. Aliud est quod Senec. *de benef. l. 6. c. 8. Beneficium aliquis nesciens accepit, nemo à nesciente.* Beneficium nisi sciens volénsq; dare nequit: verum beneficium qui dat, quoad beneficii præstiti imputationem, perinde affectus esse potest, acsi quid faciat feceritve nescius sit. atque hoc est, quod post Christum noſtrum, Marcus voluit. Geminâ planè mente Plato in *Theæteto*, de Philosopho genuino. Ταῦτα μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν, ἢ οἱ τῆς δραχμῆς λεχόμενοι χρέος. καὶ ταῦτα πάνυ, οἶδ' ὅτι οὐκ οἶδεν, οἶδεν. οἶδε γὰρ αὐτῷ ἀπέχεται τῷ εὐδοκιμεῖν χρεών, &c. Optimè formulæ istius sensum expressit.

Ὁμοίως ἔξω ἀμπλῷ | ità mox: ὡς ἄμπλῳ.

Μηδὲν ἄλλο σκοπουμένους | Vide *ad lib. 7. § 73.*

Οὐκ ὑπολαμβάνει | Quod Dominus Christus Matth. *cap. 6. v. 2.* ὅταν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς.

Μεταβαίνει ἀφ' ἕτερον | Vide *l. 6. § 7.* & *l. 11. § 4.* & *lib. 12. § 29.* Senec. *de benef. lib. 1. cap. 2.* *Qualiscunque priorum eventus est, perseverа in aliis conferre. Melius apud ingratos jacebunt. nè cessaveris; opus tuum perage, & partes boni viri exequere. alium re, alium fide, alium consilio, alium præceptis salubribus adjuva.* & *lib. 4. cap. 14. Ad beneficium non adducit cogitatio avara, nec sordida, sed humana & liberalis, cupiens dare etiam cùm dederit, & augere novis ac recentibus vetera.* Hoc est quod suo more, id est, Comico, Plaut. *Trinumm. Act. 2. Sc. 2. v. 39.*

Is probus est, quem non pœnitet quàm sit probus:
Benefacta benefactis aliis pertegito, nè perpluant.

Seriò magis alius quispiam apud Plut. *de sene polit.* & *adv. vit. Epicur.*

Καὶ μὴν παυσώμεθα δηλοῦντες τὸ βαρύ.

Vide *lib. 7. § 73.* Plin. *lib. 3. ep. 5. Antiquiora beneficia subvertas, nisi illa posterioribus cumules.*

Ἐν τύποις ἓν δεῖ εἶδ' | Interrogantis tanquam ex aliena persona, esse volunt hæc verba, Xyl. & editor Lugd. affirmantis ac præcipientis ex sua Casillud malim, quia subsequentia, ναί. ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, &c. subjectionis sive responsionis formam habent.

Ἀπαρεγκολυθήτους | *Sic ut non possint intelligi:* Xyl. imò potiùs, *sic quasi non intelligant ipsi.* ut in præcedentibus ὥδε οἴδεν. Sic *l. 2. § 15.* sed ratione diversâ ἀπαρεγκολυθήτους ὑπάρχειν. Vide *supra ad § 5.* δυσπαρεγκολυθητότερος.

Βέλεσθαι γὰρ τὸν κοινωνὸν αἰσθέσθαι | Ità reverà beneficia conferenda, ὡς αἰσθάσθαι, *ut sentiat sibi gratiam factam is cui benefit*, ut *infrà l. 11. § 15.* Verùm ut beneficii autorem, quis is fuerit, dignoscat, nihil quicquam est necesse. Senec. *de benefic. l. 2. c. 9. Interdum & ipse qui juvatur fallendus est: ut habeat, nec à quo acceperit, sciat.* Exemplum subjicit Arcesilai, qui amici pauperis, sed paupertatem per verecundiam dissimulantis, ac per ægritudinem decumbentis, pulvillo sacculum clam subjecit, ut quod desiderabat, inveniret potiùs quàm acciperet. Ctesibium hunc nominat Laert. *l. 4.* Apellem Chium Plut. *de adul. & amic.* quem & fraude amicâ utiliq; deprehensâ, dixisse, Ἀρκεσιλάου τὸ πώγωνον, ille; Ἀρκεσιλάου τοῦ τὸ κλέμμα, iste refert. *Ibid.* Plut. Τῇ τῶν φίλων χρείᾳ ὑπηρετικὸν οὐκ ὄντως ἀλλὰ πολλάκις, ὥσπερ ἰατρὸς λανθάνειν ἐπιχειροῦσι, καὶ φίλοφιλοῦντος ἐντυχὸν ἢ φιλοσυμφορητικός, ἀγνοοῦντος ἐπιμεληθείς. Sed ad Senecam redeamus paria Marco interrogantem. *Quid ergò? ille nesciet à quo acceperit? Primùm nesciat, si hoc ipsum beneficii pars est. Denique ille nesciet accepisse se: ego sciam me dedisse. Parum est, inquis. Parum, si fœnerare cogitas, sed si dare, quo genere accipienti maximè profuturum erit, dabis. contentus eris te teste: alioquin non benefacere delectat, sed videre benefecisse. Volo, inquis, sciat. debitorem quæris. Volo utique sciat. Quid si illi utilius est nescire? si honestius? si gratius? non in aliam partem abibis? Volo sciat. Ità tu hominem non servabis in tenebris? Beneficia in acta non mitto. quid? ego illi sum indicaturus me dedisse; cùm inter prima præcepta & maximè necessaria sit, nè unquam exprobrem, imò nè admoneam quidem? hæc enim beneficii inter duos lex est, alter statim oblivisci debet dati, alter accepti nunquam.*

Τὸ δὴ νῦν λεγόμενον παρεκδέχῃ | *non intelligis.* Casaub. sic ex Polybio Suidas, ἐκ ὀρθῶς τοῦ ἡμετέρου ἐκδέχῃ λόγου. i. e. νοεῖς, ὑπολαμβάνεις. Suidas. *excipe.* Xyl. ut sit παρεκδέχεσθαι, idem quod ἐκδέχεσθαι, *excipere.* neutrum satis arridet. ego conditionalem particulam deesse puto, [ἐὰν] παρεκδέχῃ, *si secùs ceperis.* Ità enim significat τὸ παρεκδέχεσθαι. Eusebius *hist. eccles. l. 3. c. 39.* Papiam narrat, τὰς ὑποκρίσεις παρεκδεξάμενον διηγήσεις, *ex relationibus Apostolicis secùs acceptis*, commentitia multa tradi-

tradidisse. quod verbum & in H. Stephani thesaurum poterit immitti.

Εἰ ὑ θέλεις σωθῆναι | forsan *σωθήναι. intelligere.* quanquam & σωθῆναι eo sensu usurpatum invenias. Ità enim Herodot. *l.* 5. Ἐμοί μοι δοκέω σωθῆναι τὴ ἐθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ χρηστήριον. Demosth. *pro Coron.* ὅτι ὑμᾶς οἶμαι μανθάνειν, ὅτ' αὐτὸς ἐνυπάρχων σωθῆναι. ubi tamen quidam codices σωθήναι. Herodian. *lib.* 2. de Germanis. Ὥσαφ τὸ σώματα ἡμιναύταλοι καὶ μακροὶ εἰσὶν, ὅτω καὶ τὰς διανοίας παχεῖς, καὶ μὴ ῥᾳδίως σωθῆναι δυνάμενοι, εἴτι κατὰ παιδείαν ἢ δόλω λέγοιτο ἢ πραττοιτο. Clemens *Strom. l.* 1. Ἀλλὰ καθάφ καὶ ἄνευ γραμμάτων πᾶσιν ἔδοξε δῆλα τοῖς δυνατὸν φαυλῆ. ὅτως σωθῆναι τὰ ἐν τῇ πίστει λεγόμενα οὐχ οἷόν τε μὴ μαθόντα, ὁμολογῶ. & *l.* 4. Οὔτε τὰς τιμὰς τὰς μὴ δικαίως καὶ ὁσίως βεβιασμένον, ὅτε τὰς κολάσεις καὶ ἀδίκως καὶ ἀσελγῶς πεπολιτευμένων σωθῆναι βέλοιτο. Et apud Suidam in *Sexto* autor incertus, μηδὲ σωθῆναι τὸ λεγόμενον δυνηθείς.

Μὴ φοβοῦ, μὴ παρὰ τοῦτο | forsan, μηδὲ φόβε τοῦτο. *Ne metuas, neve hac de caussa opus aliquod sociale omittas.* Veruntamen nihil temerè mutatum velim.

§ 7. Ἆρον, ὦ φίλε Ζεῦ | Indè Ζεὺς ὑέτιος, ὄμβριος, idémque Ἄρης & Δεύς, & Ἄρων dictus Hesych. Ἄρης, Ζεὺς ὄμβριος. Aristot. nom. *de mund. cap.* 7. Τέτιος ἀπὸ τῆς ὑετῆς κεκλῆται. & Phurnut. *de Deis c.* 3. Παρὰ τὸν ἢ καὶ Δεὺς καλεῖται, τάχα ἀπὸ τὸ δίειν τὸν ὑετόν. Lucian. *dialog. Jov. & Gan.* Διὸς ἢ ἐκ ἤκουσας ὄνομα, ἐδὲ βωμῶν ἔδης ἐν τῷ Γαργάρῳ τῷ ὄρει; Pausan. in *Attic.* meminit βωμοῦ ὀμβρίου Διός. Athenis verò refert esse γῆς ἄγαλμα, ἱκετεύουσι δοῦναι οἱ τὸν Δία· εἴτε ὄμβρον δώσων Ἀθηναίοις, εἴτε καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι συμβὰς αὐχμοῦ. At de Ægypto Nilum allocutus Tibull. *l.* 1. *eleg.* 7.

Te propter nullos tellus tua postulat imbres;
Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.

Et Schol. *ad Pindar. Pyth. ed.* 4. Κεχρῆσθαι τὸν Νεῖλόν φησιν οἱ Παριανοί, Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε, ἀναλογεῖν δὲ τοῖς τοῦ Διὸς ὄμβροις τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ, καὶ ὥσαφ ἀντίσφορόν τινα φῶτον τοῦ Διὸς ὄντα. Verùm Deus verus vivúsque solus est Ζεὺς ὑέτιος. non Nilus, non nubes ipsæ, non ulla apud extraneos in pretio habita Deunculorum mendacia atque mendicabula. Vide Jerem. *cap.* 14. *v.* 22. Job *c.* 38. *v.* 25, 28, 34, 37. Psal. 65. *v.* 10, 11, 12. Zech. *c.* 10. *v.* 1.

Κατὰ τῆς εὐχῆς τῆς Ἀθηναίων | Existimat Xylander improbare Marcum istìc commune illud & damnosissimum vitium, quo plerique ea tantùm expetant, quæ sibiipsis privatim profint; nihil soliciti de communi bono: & Athenienses notare, ut qui injustè & illiberaliter suis tantùm agris pluviam & fertilitatem poscerent, reliquorum hominum nullam rationem habentes. At contrà planè preces istiusmodi probat Marcus, quibus homines non sibi solis privatisq; suis rebus, sed civitati reíq; publicæ universæ, in qua degunt, à numine fausta prosperáq; comprecantur; quales fuisse monet Athenienssium illas. quos etiam in supplicationibus suis, non suæ tantùm regionis, sed totius insuper Græciæ; memores fuisse ex Pausania suprà didicimus. Verùm quod Gregor. *in Job. lib.* 18. *cap.* 3. & Hieron. nom. *in Thren. c.* 3. *v.* 41. quæ indè constat Hieronymi non esse, quia ex Gregorio mutuantur. *Et oratione operatio, ut operationi fulcienda est oratio.* itaq; precibus opera sunt adjicienda. & tam pro bono publico conatus adhibendi, quàm supplicationes concipiendæ. Habéntq; reverà locum hìc Menæcei pro patria se devoventis illa à Xylandro etiam laudata, ex Euripidis *Phœnissis*;

Εἰ γὰ λαβὼν ἔχοις τι, ὅ, τι δυνατόν πε
Χρηστὸν, δίδαθι τοῦτο, κ' εἰς κοινὸν φέρε.
Πατρὶδι, κακῶν δ' αἱ πόλεις ἐλασσούμεν
Πειρώμεθα, τὸ λοιπὸν εὐτυχεῖν ἄν.
Si quisque quantum quiverit boni, lubens
Patriæ offerat, donetque publicæ rei;
Minus malorum civitates prenderet,
Et ampliores redderentur indies.

Siquidem, ut rectissimè Andocydes *orat. ad v. Alcibiad.* διὰ μὲν τὸν ἴδιον ὀπωλυμῶς ἐδὲν αἱ πόλεις μείζες κεκτήσανται· διὰ ὃ τὸν ἴδιον κοινῶν, μεγάλαι καὶ ἐλδαίμονες γίγνονται. Vide *ad lib.* 1. § 16. & *l.* 7. § 4.

Ἦτοι ἃ δεῖ εὔχεσθ, ἢ ὅτως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως | ἐλευθερίως legit Casaub. *ad Pers. Sat.* 2. qui & τὸ ἁπλῶς καὶ ἐλευθερίως εὔχεσθ, orationem simplicem & liberalem opponi censet τῇ εὐχῇ ἐμπορικῇ i.e. *preci emaci*, ut Persius loquitur: quam interpretatur, vel eam quæ habet conjunctum sacrificium majoris alicujus victimæ, aut votum rei consecrandæ; quod sit velut pretium diis repensum, ut fit in emptione contrahenda; vel quæ toties fuit repetenda, & tam assiduè ac λιπαρῶς καὶ ἐκτενῶς facienda, ut hoc ipsum pretii loco censeri possit; quia, ut ait Seneca, *Nulla res cariùs constat, quàm quæ precibus empta est.* Mihi videtur Marco, τὸ ἁπλῶς εὔχεσθ, *orationis simplicitatem* quandam denotare, qualis illa Athenienssium formula, quæ generali quadam ac familiari ratione Jovem compellat, nec terminos illi rerum tribuendarum anxiè solicitéque præscribit. qualis itidem ea formula, quam amicis suis poeta quidam præscripsit, à Platone in *Alcibiad.* 2. laudatà;

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲ ἐσθλὰ καὶ εὐχωλῴοις, καὶ ἀνάνδικοις
Ἄμμι δ' δὸς, τὰ ὄ δυνατὰ καὶ εὐχωμένοις ἀπαλέξοις.

vel, ut *Anthelog. l.* 1. *c.* 31. habetur

—— τὰ ὄ δυνατὰ καὶ εὐχωμένων ἀπορύοις.

Tu rex summe, dato nobis bona, sive rogemus,
Seu non: at mala vel poscentibus usque negato.

Sed & Laconum, qui ut Plato *ibid.* καὶ ἰδία καὶ δημοσίᾳ

μοῖς ἐκέσθαι Ἀσκληπιεῖον ἐυχὼ εὔχεσθαι, τὰ καλὰ δεῖ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι καλλίστας αὐ σοφὸν αὐτοῖς. Unde & Jupiter Ammon dixerit, βέλτιόν ἐστιν τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶ μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα ἧς ἑλλάνων ἱερά. Quin & Xenophon *de Socrate memorial. l.* 1. Εὔχεσθαι δὲ θεοὺς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι· ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας, ὁποῖα ἀγαθά ἐστι. Respexit eodem Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 346.

Nil ergo optabunt homines? si consilium vis,
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.
Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt Dii.
Charior est illis homo, quam sibi.——

Atque hoc est quod R. Simeon in *Pirke Abot. c.* 2. § 13. אל תעש תפלתך קבע *Orationem tuam fixam nè feceris.* hoc est, nolis inter orandum terminos numini figere, legémque quid facturus sit, Deo præstituere; sed vota tua simpliciter, prout illi visum fuerit, præstanda ipsi permittito. At τὸ ἁπλῶς εὔχεσθαι, sive *liberaliter* precari, (ità enim cum Xylandro malim, quàm cum Merico, *liberè*) est ejusmodi orationem adhibere, quæ alios etiam contribules, conterraneos, aut extraneos etiam nobiscum unà comprehendat, qualis ea est, quam hìc Marcus retulit, Attica supplicandi ratio: qualis itidem, quam Xylander hìc adducit, Persarum veterum de quibus Herodot. *l.* 1. apud quos lege sic cavebatur; ἑαυτῷ μὲν δὴ τὸ δυνατὸν ἰδίᾳ μόνῳ, ἢ οἱ ἐγγίνεται εὔχεσθαι ἀγαθά. ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατάπαν τοῦ γίνεσθαι, καὶ τοῦ βασιλῆι· ἐν δὲ δὴ τοῖς ἄλλοισι Πέρσῃσι ἢ αὐτὸς γίνεται. Sed liberalior his Christianorum litania. Paulus *Timotheo epist.* 1. *c.* 2. *v.* 1. præcipit ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας, ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. Liberalissima verò omnium λειτουργία Judaica, si Philoni credimus, *de monarch. lib.* 2. Τῶν μὲν δὴ ἄλλων οἱ ἱερεῖς ὑπὲρ οἰκείων καὶ φίλων καὶ πολιτῶν αὐτὸ (αὐτῶν forsan) μόνον εἰώθασι τὰς τ' εὐχὰς καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν. ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεύς, ὃ μόνον ὑπὲρ ἅπαντος ἀνθρώπου ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς φύσεως μερῶν, γῆς, ὕδατος, ἀέρος καὶ πνεύματος, τὰς τ' εὐχὰς καὶ τὰς εὐχαριστίας ποιεῖται, τὸν κόσμον, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀληθείας, παιδεία εἶ ἑαυτὸν νομίζων, ὑπὲρ ἧς ἱκετείας καὶ λιτῆς εἴωθεν ἐξευμενίζειν τὸν ἡγεμόνα. ποτνιώμενος τῆς ὅλης καὶ πλέω φύσεως αὐτὸν μεταδιδόναι τῷ ἡμισείῳ.

§ 8. Συνέταξεν ὁ Ἀσκληπιὸς τούτῳ | Συντάττειν, *injungere, præcipere, præscribere*, quomodo ægrotis medici hoc vel illud sumendum. Plut. in *Pomp.* Ἐπειδὴ νοσοῦντι συνέταξε κίχλας ὁ ἰατρός. quod in *apophth.* νοσοῦντι κίχλας ὁ ἰατρὸς λαβεῖν συνέταξε. ἐστιν; vocabulum hoc frequentiùs. Sed altero illo potiùs usus Marcus videtur, quo συνταξιν ἢ σωτάξιμα ποιόν τι designaret. itaque verto, quo Marci mentem exprimam, insolenti licèt vocabulo, *coordinavit*. alioqui συνταττειν etiam simpliciter pro *præcipere* sumitur. Suid. Συντάξας, ἐπιτελέσθω. adductis ex Polybio istis; Συντάξας ἑλεῖν χῶμα ἐπιτήδειον ὄντα ἔχει δυνάμεως.

Ὁ Ἀσκληπιὸς | Æsculapium medicinæ præsidem Deum per insomnia remedia sibi suggerere opinabantur. in quo argumento frequens admodum est Aristides in orationibus sacris. *Orat.* 1. ἀλυσιτελῆ σφίσιν ὁ θεός. & *ibid.* ἀσπίδων ὀπτάξεις. & *Orat.* 2. ἀνυπόδητον σφᾶς ἐλθεῖν, &c.

Συνέταξεν τούτῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις γόνυ | Ità *l.* 4. § 45. συντέτακται ἡμισυθίοις τὰ ὅλα. & *lib.* 6. § 16. ὅσα οἱ θεοὶ ἀπονήμασι καὶ διατάγμασι. Verùm istic ad rem medicam respectum habet, quasi medicinæ rationem universa ista obtineant. Plato Sophist. Ἰατρική τις ἡ κολαστική. Aristotel. *Ethic. lib.* 2. *c.* 3. Ἰατρικά τις ἡ παιδεία. Idémque *rhetor. lib.* 1. *c.* 14. Et Æneas Gaz. *de anim. immort.* Ἴασις ἡ κόλασις. *Medicina quædam est correptio divina.* Ambros. *in Psal.* 37. & Hieron. *in Ezech. Quæ putatur pœna, medicina est. sicut enim quædam datur cathartica, ut noxius humor, qui inest corporibus, egeratur: sic & dominus dat calicem tormentorum meracissimum, ut quicquid fellis amaritudinisque est, auferat à peccatoribus, & pristinæ eos restituat sanitati.* Optimè Simplicius distinguit *in Epicteti Enchirid.* ad duo artis medicæ munera respiciens, vel ægritudinem profligandi, vel valetudinem sanitatémque conservandi; mala externa, calamitatésque omne genus esse, ἢ νοσήσεως διεγερτικά, ἢ ὑγειασάσεων χωριστικά, *vel ægrorum medicamina, vel sanorum exercitia.*

Κατάλληλον εἰς τὴν εἱμαρμένην | *ad fatum*, sive *fato, congruens & consentaneum.* Ità κατάλληλα φάρμακα, *medicamenta congruentia*, Dioscoridi. & τροφαὶ τοῖς νοσοῦσι κατάλληλοι, *alimenta ægrotantibus congruentia.* referente Budæo. & Marco nostro φαντασίαι κατάλληλοι. *cogitationes* vel, *apprehensiones congruæ. l.* 7. § 2.

Ὡς ἡ τοῦ λίθους συμβαίνειν | Vide *l.* 4. § 23. & *lib.* 7. § 57. Ludit autem hìc in ἁρμονίᾳ verbi συμβαίνειν, quod & *evenire* & *convenire* significat. Verùm de hoc usu vocabuli in re architectonica, nihil dum comperi. nisi quod Fabius *institut. l.* 9. *c.* 4. *Fit sæpe*, inquit, *aspera & dura & dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. differenda igitur quædam & præsumenda; atque ut in structuris lapidum impolitorum, loco quo convenit, quidque ponendum.* quod hìc *convenire*, alibi *congruere* dixit, eadem utrobiq; imagine usus: *Non enim ad pedes verba dimensa sunt. ideóque ex loco transferuntur in locum, ut jungantur quo congruunt maximè, sicut in structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas invenit, cui applicari, & in quo possit*

possit insistere. Suidas hæc ipsa Marci verba nobis exhibet sub hoc titulo: (quod idem & apud Hesychium legitur) Συμβαίνοντα, συμφωνοῦντα. quo sensu apud eundem autor innominatus: Τοῦτο δὲ σκοπεῖν, εἰ συμβαίνει τοῖς λόγοις τὰ πράγματα. Et Synes. *epist.* 58. ἐνταῦθα ἡ γλῶττα τῷ γένει συμβαίνει. Et Aristid. *orat.* Δεῖ τὰ παραδείγματα· Σὺ δ' ἀπιστεῖς, ἵππε μὲν δέομαι, χῆμα δὲ τῆς παρδάλεως ὄντα, πράγματα οὐχὶ συμβαίνοντα. Et Liban. *orat.* 28. μάτην οἱ δικαῖοι τῷ νόμῳ συμβαίνουσι. Jo. Chrysost. *in ad Cor. ep.* 2. *orat.* 30. ἵνα τὸ αὐτὸ φανῶ, καὶ μὴ εἰρηνεύειν, ὅταν ἐν τοῖς δόγμασι συμβαίνωσί τινες, ἐν δὲ τοῖς βίοις ἀλλήλοις διαφέρωσιν. Theodoret. item, *therap. l.* 1. fidem ad τὸ γοητικὸν speculanda necessariam contendit; ἐπειδὴ οὐδὲ οἷόν τε ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν συμβαίνειν πάντα τὰ θεῖα μανθάνοντι τὰ ἀνθρώπινα. & ante omnes hos Plato in *Protag.* Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ νόμοι καὶ συμβουλεύω, συμφέροντα ὑμᾶς, ἅπερ καὶ διαπρεσβεύεσθαι συμβουλεύοντας εἰς τὸ μέσον. Æschylus denique à Plutarcho in *Theseo* laudatus,

—— τοιῶδε τις συμβήσεται;

Τίν' ἀντιτείνω τῷδε; τίς ἐρείσμων ἐμοί;

Ἁρμονία δὲ ἐκείνη | Sext. Empir. *adversus Musicos lib.* 6. *c.* 1. Καθ' ἁρμονίαν διοικεῖσθαι τὸν κόσμον. Vide *ad l.* 7. § 48.

Ὁ κόσμος τοῦτον σῶμα συμπλήρωται | Vide *l.* 4. § 40.

Ἐκ πάντων δὲ αὐτῶν ἡ εἱμαρμένη | Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 7. *Nihil aliud est fatum quàm series implexa causarum.* Vide *lib.* 6. § 37. & *l.* 7. § 8. & *l.* 10. § 4. Tacitus *annal. l.* 6. *Sed mihi hæc & talia audienti, in incerto judicium est, fatone res mortalium & necessitate immutabili, an forte volvantur. quippe sapientissimos veterum, quique sectam eorum æmulantur, diversos reperies. ac multis insitam opinionem, non initia nostri, non finem, non denique hominem Dii curæ. ideo creberrima & tristia in bonos, læta apud deteriores esse. Contrà alii, fatum quidem congruere rebus putant; sed non è vagis stellis, verùm apud principia, & nexus naturalium causarum. ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt, quam ubi elegeris, certum imminentium ordinem. —— nec plurimis mortalium eximi, quin primo cujusque ortu venturus destinetur.* Epicureos & Stoicos designari apertissimum est.

Τῶν ἐφεστῶτος αὐτῷ | Vide *ad l.* 3. § 4. & *l.* 10. § 20. & *l.* 12. § 23.

Ὡς ἐκεῖνα ὁ Ἀσκληπιός | leg. ὡς ἐκεῖνα, ὁ Ἀσκληπιός, vel [ἃ] ὁ Ἀσκλ. συνεπέμψε.

Πολλὰ γὰρ ἤδη ἐν ἐκείνοις δεῖ τεχνᾶται | Plato *Gorgiâ.* Ἆρ' ἐν τῷ ἰατρικὸς ἂν εἴη, καὶ χαίρειν οἰ ἰατρικοὶ λόγοι; ἐν ἐμοὶ γε δοκεῖ. Ἀλλ' ἀφιλεμόν γε. Firmic. *de errore Gent. Morbo pro salute hominis solicita medicina se opponit; asperi cibi, amari potus ingeruntur: & si convaluerit malum, ferrum & ignis adhibetur.* Ità Senec. *Agamemn.* 2. 1.

Et ferrum & ignis sæpe medicinæ loco est.

Naso *remed. l.* 1. *v.* 225.

Dura aliquis præcepta vocet mea: dura fatemur
Esse: sed ut valeas multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos, quamvis invitus, amaros
Æger: & oranti mensa negata mihi est.
Ut corpus redimas ferrum patieris & ignem:
Aridâ nec sitiens ora lavabis aquâ.
Ut valeas animo quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore majus habet.

Prudent. *de Coron. hymn.* 10.

Horretis omnes hosce carnifici manus?
Num mitiores sunt manus medentium.
Lamina quando sævit Hippocratica?
Vivum secatur viscus, & recens cruor
Scalpella tingit, dum putredo abraditur.
Putate ferrum triste chirurgos meis
Inferre costis, quod sacat salubriter.
Non est amarum, quo reformatur salus.
Videntur isti corpore artus tabidos;
Sed dant medelam robus intus vividis.

Quod Senec. *ad Marc. c.* 22. *Adjice laceratione medicorum esse vivis legentium, & sæpe in viscera manus demittentium, non simplici dolore pudenda curantium.* Tertull. in *Scorpiac. c.* 5. *Est hæc perversitas hominum, salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa quæque medicamina vitare, mori denique citiùs quàm curari desiderare* (transpono, *peric. quæq; desiderare, med. vit. mori d. c. q. c.* Vel sic etiam; *med. vit. peric. quæque des. mor. dam. cit. q. cur.* at Rigalt. *periculosa quærere, medico malè vitare,* &c.) *& est planè quasi sævitia, medicina de scalpello, deque ensterio, de sinapis incendio. non tamen fecari, & uri, & extendi, morderique idcirco malum, quia dolores utiles affert. nec quia tantummodo contristat, recusabitur; sed quia necessariò contristat, adhibebitur. horrorem operis fructus excusat. ululans denique ille, & gemens, & mugiens inter manus medici, postmodum eadem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & sævas jam negabit. Et si martyria dejecerint, sed in salutem; licebit & Deo in vitam æternam per ignes & gladios & acerba quæque curare.* Senec. *de providens. c.* 3. *Illud dico, ista quæ tu vocas aspera, quæ adversa & abominanda, primùm pro ipsis esse quibus accidunt; deinde pro universis, quorum major Diis cura est, quàm singulorum. difficillimum videtur, quod primum dixi, pro ipsis esse quibus eveniunt ista, quæ horremus ac tremimus. pro ipsis est, inquis, in exilium projici, in egestatem deduci, liberos, conjugem efferre, ignominiâ affici, debilitari*

si mireris, hoc pro aliquo esse, mireberis quosdam & igne curari, nec minùs fame ac siti. Sed si cogitaveris tecum, remedii causâ quibusdam & radi ossa & legi, & extrahi venas, & quædam amputari membra, quæ sine totius pernicie corporis hærere non poterant; hoc quoque patieris probari tibi, quædam incommoda pro his esse, quibus accidunt. tam mehercules, quàm quædam quæ laudantur atque appetuntur contra eos esse, quos delectaverunt; simillima cruditatibus, ebrietatibúsque, & cæteris quæ necant per voluptatem. Idem *de ira lib.* 1. *c.* 4. *Quid ergo? non aliquando castigatio necessaria est? quidni? non enim nocet, sed medetur specie nocendi. quemadmodum quædam hastilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non ut frangamus, sed ut explicemus, elidimus: sic ingenio vitio prava, dolore corporis animique corrigimus. Nempe medicus primò in levibus vitiis tentat non multum ex quotidiana consuetudine insistere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valetudinem, tantùm mutatâ vita, disposition firmare: proximum est, ut modus proficiat. Si modus & ordo non proficit, subducit aliqua & circumcidit. Si nè adhuc quidem respondet, interdicit cibis, & abstinentiâ corpus exonerat. Si frustra molliora cesserunt, ferit venam, membrúmque, si adhærentia nocent, morbúmque diffundunt, manus affert. nec ulla dura videtur curatio, cujus salutaris effectus est.* Idemque *de benefic. l.* 5. *c.* 20. *Beneficia multos tristem frontem & asperam habent; quemadmodum secare & urere ut sanes.* Simplicius *in Epictet. Cruciatus vehementissimos in morbis, etiam plebeii homines ultrò admittunt, cùm se, mercede etiam medicis numeratâ, secandos urendósque præbent. Si corporum medicinam exercentem, eúmque urentem & secantem, atque ipses carnifices imitantem, non malum sed bonum dicimus, atque adeò gratias agimus, & mercedem numeramus; cur in medicina Dei non acquiescimus?* Clemens *Strom. l.* 1. Οὐ γὰρ ὁ μὲν τιλὶ τῆ σώματος νόσον ἀπάγων, εὐρήτης δόξει ψυχῆς ἢ ἀθλίας ὁ τηνικάθθ ἀπαλλάττειν ἢ μᾶλλον ἀν ἔσω κηδεμών, ὅσῳπερ ψυχὴ σώματος ἐπιμέτρησις. ἀλλ' ἄρα τῆς μὲν τὸ σώματος ὑγείας ἕνεκα, καὶ νοσῶν καὶ καίων, καὶ φαρμακοποσίας ὑφεστάμενα. καὶ ὁ ταῦτα τηνικάθθ σωτηρτι· καὶ ἰατρός τε κληθήται ἀρδοῦν τιλ, ὑπὲ σωσμένα τῆ τοῦ τὸν πάσχοντα, εἰς δ' ἂν ὁ τῆς τέχνης ὑπαγορεύει λόγος καὶ μέρος τιλὰ ἀποτέμνων, ὡς μὴ τὰ ὑγιαίνοντα σωπλαφθείη ἀλλῶ. τῆς δ' ψυχῆς ἕνεκα ἔχ ὁμοίως ὑποσπάσμεθα; &c. Et Theodoret. *therapeut. l.* Οἱ μὲν τὸ σῶμα ἐκ οἴδ' ὅπλεισθαι, καὶ τιλὶ νόσον δυσχεραίνοντες, καὶ τῆς ὑγείας ἱμείρονται, καὶ τοῖς ἰατροῖς εἴκουσιν, ἃ μόνον ἥπια φερόμενα φάρμακα, ἀλλὰ κἂν τέμνωσι, κἂν καίωσι, κἂν λιμάττειν κελεύωσι, κἂν πικρὰ πινῶν καὶ ἀηδῆ μεσας φερόμενοι κύλικας· καὶ διὰ ταύτης ἀνιαρᾶς ἐπιμελείας τιλὶ ὑγείαν ἐπιζήτοῦσι, μηδὲν τοῖς ὕπνοις ἀνιαρὸν ὁρῶντες. Dionys. Halicarn. *epist. ad Pomp.* Οἱ ἰατροὶ τέμνουσι καὶ καίουσι τὰ διεφθαρμένα τῶ σώματος, εἰς βάθος τὰ παυτέλεα καὶ πὰς τομὰς φέροντες. Idémque Deus, ut Nicephor. Gregor. *histor. Rom. l.* 8. *c.* 18. Ὅταν γὰρ ἐθέλη κολάζειν ὡς ἂν ἐθέλοι, παλαίων τι καὶ νέον ἁμαρτιάτων τυγχάνειν, οἷα σοφὸς ἰατρὸς, τομὴ καὶ καυτῆρα τοῖς δυσκόλοις ἐπάγει πληγάς. Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Εἰ δ' ἔθει καὶ ἀλγηδόνας ὑπομένειν ἕνεκα τῆς ἀνδρώδους σωτηρίας, ἐφ' ὧτε ἂν ὑπομείναιμεν; ὡ γὰρ δὴ, ὅτε νοσήματος στερεοῦ δεῖ, σπουδάζοντες πυρὶ ὑποθάλπομεν, τεμνόμενοι, φαρμακόμενοι, καιόμενοι, περὶ φάρμακα πίνοντες, καθαιρόμενοι διὰ γαστρὸς, δι' ἐμέτου, διὰ ῥινῶν; ὑχὶ ὃ τῆ ἐνδον χρεὼν νοσήματος, ὡς ἂν τὸν ὑπὲρ ἀθανασίας ἀγῶνα ἀναλῦντες καὶ τῆς σωτηρίας, πυρὶ ὑποθαλπόμενοι ἐυλόγως, εἰ καὶ μετ' ἀλγηδόνων ποιοῖς τὰς ὑποσπονδὰς ἐχεῖν; Cydonius *de mort. contemn.* Τί γὰρ κωλύει καὶ παῦ ἰατρὸς τοῖς λόγοις τύτοις χαίρειν, οἱ τοῖς σώμασιν ὐκ ἄλλως ὀπτεύσιν, ἢ ὅπῃ, ἀνδρῶν καὶ ἐθέλειν καὶ πίνειν καὶ ἄσθενῆς, καὶ πάντα τρόπον χρῆς παῦ κομιοῦσι ἀναπλάττοντες; οἷς τὰ τύτου τὸν τρόπον ποιᾶς λυπεῖν, καὶ μαθὼς μεγάλως τελεῖσθαι, καὶ ὑσεργεσίας αὐτὸ τε καὶ οἷς ἡμετέροις μέλοι, [ὑφοιλόμην. Seiler.] Joan. Chrysost. *in Psal.* 148. Τὸν θεὸν ὁμοίως ἀνυμνῶν χρὴ, καὶ κολάζοντα, ὡ ἀρίστα κολάσεως. ἀμφότερα γὰ κηδεμονίας, ἀμφότερα ἀγαθότητος· ὥστε ὑ ἰατρὸν ὁ τρέφοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄγχοντα λιμῷ, ὐκ εἰς ἀρετὴν μόνον ἐξάγοντα, ἀλλὰ καὶ ὃν ὁμοίως τε καὶ ἀκλοίφοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ καίοντα καὶ τέμνοντα διαυλίζοντα· εἰ γὰ καὶ ἐναντία τὰ γινόμενα, ἀλλὰ θεοῦ ἔστ ὀρθὰ τέλος· ὕτω καὶ τὸν θεὸν ὑπὲρ ἁπάντων ὑμνητέον χρή. καὶ πολλῷ πλέον, ὅσῳ ὁ μὲν θεὸς, ὁ δ' ἄνθρωπος· καὶ ὅτι τὰ μὲν τύτων πολλάκις καὶ εἰς τἀναντίον ἐξέβη, τὰ δὲ τῆ θεῆ μόνῃ προσηκόντος γίνεται σωτηρίας καὶ κηδεμονίας. Basil. Cæsar. *orat.* 8. Ὡς ἐυδόκιμος ὁ ἰατρὸς, κἂν πόνος ἢν ἀλγηδόνας ἐμποιῇ τῷ σώματι τῇ νόσῳ δὲ μαχεται, ὑχὶ τῷ κάμνοντι ὕτως ἀγαθὸς ὁ θεὸς, ὁ τιλὶ σωτηρίαν τῷ ποιῇ διὰ θλίψεως καὶ κολάσεων διοικούμενος· καὶ γὰ δι' ὧν ὑποτείνει, ζωοποιεῖ καὶ δι' ὧν πατάσσει, ἰᾶται. καὶ πατάσσει μὲν σαρὲ, ἵνα ἰαθῇ ψυχή. σώζεται δ' ἀμαρτία, ἵνα ζήσῃ δικαιοσύνη. σὺ δ' τῷ ἰατρῷ μὴ ὑδὲν ἐγκαλεῖς, τὰ μὲν τέμνοντι, τὰ δ' καίοντι, τὰ δ' παντελῶς ἐξαιροῦντι τῶ σώματος· ἀλλὰ καὶ χρήματα πε ὑποτελεῖς, καὶ σωτῆρα θεραπεύοντα, ὅτι ἐν ὀλίγῳ μέρει τιλὶ νόσου ἴσασι, πεῖν εἰς ὅλον τὸ σῶμα τὸ πάθος διαχυθῆναι. ὅταν δ' ἰδῃς πάλιν ὁπλισασθέντα τοῖς ἐναντίοις, ἢ πλέον αὐτοπαθοῦντ καὶ θαλάσσης θαλαττόν, καὶ τῶ ἀληθινῶ ἰατρῶ καὶ σωτῆρος γλῶσσαν κυσὶν βλασφήμου ὑκ ὀκνῆς

Τῆς ὑγείας] Aug. *epist.* 48. *Dilectione, non odio flagellat nos Deus; non studio nocendi, sed desiderio sanandi.* ὅτι τὸ συμφέρον, εἰς τὸ μισθαποδῶ

Εἰν τῶν ἀρίστων ἀπεδ, Apost. *ad Hebr. c.* 12. *v.* 10. Ἵνα ζήσωμεν, *v.* 9. & *v.* 11. Πᾶσα μὲν παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης.

Ἐπὶ πᾶσι τοῖς κόσμου ὑγιαίνων | Idèo subeunda vult æquo animo ista omnia, quia ad universi bonum faciant. Ità Senec. *ep.* 74. *Nihil indignetur sibi accidere; sciátque illa ipsa quibus læsi videmur, ad conservationem universi pertinere, & ex his esse quæ cursum mundi efficiámque consummant.* Heraclit. *epist.* 2. *ad Amphidam.* Οὐκ ἔστιν, ὅτι δεῖ ἐν κόσμῳ μεγάλα σαίνεσθαι ἀπροφάσιστον, ἐπεισιόντων αὐτῷ τῶν ἄνεσιν· τὰ ἀρυπόδημα ἐνοχλοῦσι· τὰ ἀλιδάσματα ἀποδύεις πάλιν συνάγει τὰ σκιδνάμενα· φαιδρύνει τὰ ἀκροσπᾶ· κλείγκει τὰ λιποθύμια· διάκνει τὰ φιλόγελα· φωὶ μὴ ἀναλάμπει τὸ ζοφερόν, περιττὸν δὲ τὸ ἀπαυγὲς· οὐ μορφοῖ μὴ ἐπιβάλλει τοῖς ἀμόρφοις, ὅλεσις δὲ ἀναπιμπλᾶσι τὰ ἀναίσθητα. διὰ πάσης γὰρ ἔρχεται τῆς ὕσεως, πλάττων, ἀρμοζόμενος, διαλύων, παγύνων, χέων. τὸ μὲν ξηρὸν εἰς ὑγρὸν τίκει, τὸ εἰς λεῖον αὖτὸ κατίσχει· τὸ λιβάδας μὲν ἐκπέμπει, παχυνθὲν δὲ χαλάσθηλα τὸν ἀέρα· τὸ συναχθὲς τὸ μὲν ἄνυδρον διάκνει, τὸ δὲ κάτυδρον ἐδρύει. ταῦτα ἡμῖν ὁ κόσμος διεγράψατο. Et Maxim. Tyr. *dissert.* 25. Ἃ δὲ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φοβερὰ, καὶ ἐφ' οἷς ὀδυρόμεθα, ταῦτα ὁ τεχνίτης κακὰ συνήκειαν τῷ ὅλῳ μέλει γὰρ αὐτῷ τὸ ὅλον· τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη κακὸν εἶναι τῷ ὅλῳ. Vide *ad l.* 4. § 40. In eandem sententiam Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 12. Ἐμοὶ γὰρ τί μοι φοβερὸν πεπραμμένον; ἀλλοτρίωσον· δεῖται δὲ ἂν σκαλύσεως τὸ κόσμῳ ἐγκαλεῖν; ὡς δειλαίου αὐτὸ τοῖς ὅλοις; ὡ χαίρων ἀποχωρήσεις τοῦ δειλαίου; ὡς οἶδα, ἥλιον μέρος εἶναι θέλει τοῦ ὅλου· τὸ δὲ μέρη τοῖς ὅλοις εἶναι ἔχει κακῶς. Idem *l.* 4. *c.* 7. Qui & *l.* 2. *c.* 5. Πῶς λέγεται μὴ ἀκτὶς τινὶ καὶ φύσιν, καὶ παρὰ φύσιν; ὥστε ἂν οἱ δύλοτοι ἦμεν. σὺ γὰρ πρὸς καὶ φύσιν εἶ ἐμοὶ τὸ κατάφορ εἶ. ἀλλ' ἂν αὐτὸν ὡς ποδὸς κόλλης, καὶ ὡς μὴ ἀπόλωνται, προσίζει αὐτὸν καὶ εἰς πλεῖον ἐμβάλωσιν, καὶ ἀκμάσας κατέπαυσε, καὶ ἔστιν ὅτε ἀκροκωλίου ἀντὶ τοῦ ὅλου. σωστέον τι καὶ ἐφ' ἡμῖν ἀπολαβεῖν δεῖ. τί οὖν; ἀνθρωπος. εἰ μὲν ὡς ἀπλῶς σκωλεῖς, καὶ φύσιν δεῖ ζῆσαι κίκυς γήρως, πλευτῶν, ὑγιαίνειν· εἰ δ' ὡς ἄνθρωπον σκωλεῖς, καὶ μέρος ὅλου τινὸς, δεῖ ἐκείνου τὸ ὅλον· νῦν μὲν σοι νοσῶσι κακίκαι, νῦν δὲ πλεύσεως καὶ κινδύνους, νῦν δ' ἀπορεῖσθαι, ὡς θέρος δ' ἔστιν ὅτε ἀκοδυνεῖν. Vide superiùs paulò Basil. Cæsar. & Senec. *de provident. c.* 3. sed & eundem, si lubet & otium est, operis ejusdem *c.* 5. argumentum istud pertractantem. De corporis membris itidem Theodoret. *therapeut. l.* 1. Πᾶσαν μηχανὴν, inquit, ἐπινοοῦσι οἱ ἰατροὶ, ὅπως τὸ πάθος ἐξελάσωσι, καὶ πρὸ τοῦ μείζονα ἀμαρτίαν ἐπαθεῖναι τὸ ὅλον.

Πλὴν τῶν διὰ ἀνοσίαν καὶ ἀκρασίαν | Hoc inter Stoicorum non παράδοξα tantùm, sed ἄδηλα etiam meritò reputes, quòd malis hisce etiam numinis divini felicitatem provehi somniabant. quanquam & ad gloriam divinam illustrandam conducere ista, nec nos inficiamur. eóque argumento ad mala fortiter, æquanimiter, alacriter toleranda, Dei servos invitant, instigant Apostoli, Joannes *Evang. c.* 21. *v.* 19. Paulus *ad Philip. c.* 1. *v.* 20. Petrus *epist.* 1. *c.* 4. *v.* 14. Verùm mundum illi pro Deo habebant; quem & istic designari sequentia docent. Vide *ad l.* 4. § 23.

Στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνον | suprà, ἀσπάζου τὸν τῶν ὅλων. lic *l.* 6. § 44. ἀσπάζεσθαι ἢ στέργειν ὀφείλω. plus est τὸ στέργειν quàm τὸ ἀσπάζεσθαι, uti èd loci ostendimus. Vide & *l.* 6. § 49. Aristot. *ethic. Eudem. l.* 7. *c.* 10. Ὥστε δεῖ στέργειν αὐτὸν τῷ τύχῃ.

Συμπλοκὴν δόμων | Vide *suprà ad l.* 2. § 3. & *l.* 4. § 26.

Τῆς συμμιγοῦς | Ità *l.* 2. § 3. σύζυγα δὲ κόσμου αἱ μέλαδολαι.

Ἐὰν ἢ ὅπῃ διακόψῃς | Lucan. *l.* 6.

——*à prima descendit origine mundi*
Causarum series: atque omnia fata laborant,
Si quidquam mutâsse velis.——

Τῆς συναφείας καὶ συμπνοίας | Vide *l.* 4. § 4. Manil. *Astron. l.* 2. de mundo:

Machina cognatis membris contexta ——

Διακόπτεις | Vide *ad l.* 4. § 29.

§ 9. Μὴ σκυβάλευε | *fastidire.* Xyl. *agrè ferre.* Cas. propriè, *nauseare.* quanquam Phrynich. in *vocab. Attic.* τὸ σκυβάλευμα notat, ὡς τῇ ὄντι ναυτίαις ἄξιον τύγμα. σκυβὸς, ἀπὸ, Helych. ἀνόρεκτος, Suid. Plutarch. ab eodem laudatus, *lib. de milit. ex inimic. cap.* εἰ σκυβὸς καὶ νοσώδης, ἄρτον καὶ ὕδωρ προσφερόμενος ναυπόνων. Vide *ad l.* 10. § 34.

Εἰ μὲ κρίλαπτοῦ | quod *l.* 9. § 29. ἀρκῶ, εἰ καὶ τὸ βραχύτατον σφίσει. *Ne animum abjicias, si non confertim sive jugiter tibi omnia ex voto & proposito succedant, sed mediocribus etiam progressibus, & interruptis etiam aliquoties contentus esto.* Siquidem, ut Cicero *de orat. perfect. Prima sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere.*

Non possis oculo, quantum contendere Lynceus;
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia desperes invicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus nolis prohibere chirogrâ.
Est quoddam prodire tenus, si non datur ultra.

Flaccus *Epist. l.* 1. *ep.* 1. Quin & de se Sen. *de vit. beat. c.* 17. *Exige à me, non ut optimus par sim, sed ut malis melior. hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex vitiis meis demere, & errores meos objurgare. non perveni ad sanitatem, nè perveniam quidem. delinimenta magis quàm remedia podagræ meæ compono; contentus, si rariùs accedit, & si minùs vehementer.* Quin &, ut Plutarch. *de profect.* Hesiodi illud,

Εἰ γάρ τι καὶ ἐμικρὸν ἐπὶ μικρῷ προσθήσεις,
Καὶ ταῦτα τοῦθ' ἕρδοις, τάχα κἂν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Si quamvis modicum modico superaddere pergas,
Idq; iterum atq; iterum, magnus consurget acervus.

ὁ πρὸς ἀγωγεῖα μόνον αὔξειν ἔφησεν καλῶς, ἀλλ' εἰς ἅπαντα ποιεῖ, μάλιστα δ' εἰς ἀρετῆς διδασιν, πολὺ καὶ τελεσιεργὸν ἔθος τὸ λόγε προσλαμβάνοντος.

Ἀλλ' ἐκπρεπέστατα] quomodo Chrysippus ἐν τοῖς περὶ ἀνομολογίας, à Plutarcho *de virt. mor.* laudatus: Τὰ βλαστάνοντα παῖδα ἐκπρέπει τοῦ λεγομένου εἰς τὰς ἐναντίας προσξεις βιαίως φερομένου.

Πάλιν ἐπανίεται] Vide *l.* 4. § 25. Habes autem Epicteti pulcherrimam de argumento isto dissertationem apud Arrian. *l.* 1. *c.* 25. qui & summatim *l.* 4. *c.* 9. Πρῶτον μὲν καταγνῶναι δεῖ γλυκύθυμον. εἶτα καταγνὰς μὴ ἀπογνῷς σεαυτῦ, μηδὲ πάλιν τὸ δεῖ ἀγωνῶν ἀνθρώπων, οἱ ἅπαξ ἐνδόντες, εἰς ἅπαν ἐπιδώκαν ἑαυτούς· ἀλλὰ μάθε τὸ δεῖ παιδοτριβῶν· πάθαχε τὸ παιδίον ἀναιδές, φησι, πάλιν πάλαιε, μύχθις ἂν ἰσχυροποιῇς, τοιοῦτόν τι καὶ σὺ πάθε. Hebræi doctores in codice *Sanhedrin*. *Qui discit legem, nec redit ad eam, similis est homini, qui serit, sed non metit.* Vide *l.* 6. § 10.

Ἀσμυίζειν εἰς τὰ πλείω] *æquo animo plerasque humana ferre.* Xyl. at Casaubonus de actibus sive affectibus propriis interpretatur, quibus, pro humana infirmitate, crebrò fit expositus. neutrum placet. ἀσμυίζειν εἰς τὰ πλείω ἀνθρωπικώτερα, *est pluribus humaniter aclis acquiescere, contentum esse.* quod de aliis censendis Flaccus *l.* 1. *Sat.* 3.

Æquus compenset vitiis bona; pluribus hisce,
Si modò plura illis bona sunt, inclinet. —

quod Liban. *orat.* 4. δὸς τῷ πλείονι τῷ φορτίῳ, ἀσμυίζειν, *contentum esse, libenter acquiescere.* Æschin. *ep.* 5. Ἀλλὰ γὰρ σφόδρα ἀσμυίζω τῇ συμφορᾷ· καὶ ἀρχὴ μοι δοκεῖ τὸ βίου ἀπαλλαγὴ τῆς αὐτόθι πολιτείας. quod & mox interpretatus ipse, ἀσμένως, inquit, τὰ παρόντα. Marcus itidem *l.* 7. § 27. μὴ διὰ τοῦτο ἀσμυίζειν αὐτοῖς· *ne dum istis libenter acquiescis.* indè ἀσμυιστὸν καὶ φιλητὸν, Clemen. Alex. *pædag. l.* 1. *c.* 3. & ἀσμυιστέον, *acquiescendum.* Hippocrati. Marcus ipse *l.* 12. § 14. ἀσμυίζε, gratum habe, contentus esto. & *l.* 7. § 27. διὰ τὸ ἄπως ἀσμυίζειν αὐτοῖς.

Ὡς πρὸς παιδαγωγὸν] i. e. ægrè & gravatim: quomodo ad pædagogum schola̅mve pueri commeant, qui ludum talarium literario præoptant. Vide *l.* 10. § 35. De Clearcho Xenophon *expedit. l.* 2. Τὸ μὲν χαλεπὸς ἦν ἔχειν, ἀλλ' ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ἀμοὺς ἦν. ὥστε δέοιντο πρὸς αὐτὸν οἱ στρατῶται, ὥσπερ παῖδες πρὸς διδάσκαλον· καὶ γὰρ ἐν φιλίᾳ μὲν καὶ εὐναίᾳ ἀσμένως ἐδέοντο· ἐλθὼν &c. Ambros. *hexam. l.* 6. *c.* 6. Ita sunt hæc ut pædagogi parvulis, amari videntur, cæmbi & molesti, formidabiles verbere, libertatem lusitandi negant, necessitatem disciplinæ exigunt, *pueriles animos, nè luxu diffluant, terrore constringunt.* Persius de se *Satyr.* 3. *v.* 43.

Sæpe oculos, memini; tangebam parvus oliva;
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Reddere, non sano multum laudanda magistro,
Quæ puer adductis sudans audiret amicis.
Jure: etenim id summum, quid dexter lenio ferox
Sciat, erat in voto; damnosa canicula quantum
Raderet; angustæ collo non fallier orcæ;
Ne quis callidior buxum torquere flagello.

Vide Persii *glossas*; & Turneb. *adversar. l.* 23. *c.* 23. Alioqui tanquam ad pædagogum, ad philosophiæ præceptorem accedere oportet, ut discamus, non ut oblectemur: μεμνῆσθαι, ὡς οὐκ εἰς θέατρον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον ἀφικται. Plut. *de profect.* contrà quàm illi, quos, ut Seneca *ep.* 108. *Inquilinos philosophorum, non discipulos dixeris. qui veniunt ut audiant, non ut discant; sicut in theatrum voluptatis causâ ad delectandas aures, oratione, vel voce, vel fabulis ducimur. — qui cum pugilaribus veniunt, non ut res excipiant, sed verba: quæ tam si e profectu aliene discant, quàm sine suo audiant, — quibus philosophi schola diversorium est otii, nec id agunt, ut aliqua illic vitia deponant, ut aliquam vitæ legem accipiant, ad quam suos mores exigant; sed ut oblectamento aurium perfruantur. Ità assuescis animus delectare se potius quàm sanare: & philosophiam oblectamentum facere, cùm remedium sit.* Idem. *ep.* 117.

Ἀλλ' ὡς ὀφθαλμιῶντες] Vult nos ad philosophiam recurrere, tanquam laborantes ad medicinam, quæ dolorem mitiget, morbum amoveat. Nam quod Xylander annotat de præceptis salutaribus in promptu habendis, quod suprà *l.* 3. § 13. monuerat, est hîc planè ἀνωφελὲς σύγγυσον. Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 23. Ἰατρεῖόν ἐστι τὸ φιλόσοφε σχολεῖον. ὑ δεῖ ἡδέως ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἀλγήσαντα. ἔρχομαι γάρ, ἔχ ὑγιὴς, ἀλλ' ὁ μὲν ὦμον ἐκβεβληκώς, ὁ δ' ἀπόστημα ἔχων, ὁ δ' κεφαλὴν· εἶτ' ἐγὼ καθίσας ὑμῖν λέγω παρακλητικὰ καὶ ἐπῳδὰς ἀκούετε· ἐν ὑμεῖς ἐπαινέσαντές με ἐξέλθητε, ὁ μὲν τὸν ὦμον ἐπῆρεν οἷον εἰσῆλθεν, ὁ δ' τὴν κεφαλὴν ὡσαύτως ἔχουσαν, ὁ δ' τὸ ἀπόστημα. & *ibid.* aliis insuper adjectis imaginibus. Φιλόσοφος δ' ἐπ' ἀνεψιοῦ παρακαλεῖ; ἐγὼ δὲ ὁ πάλιν ἄγει αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν, ἢ τεφρὴ, ὅπως μὴ ὀργᾷ· ἄγει πρὸ ὠτειλῆς. Διοσκόρους ποῦ ἰατρὸς παρακαλεῖ, ἵνα τις ὑπὸ αὐτῶν θεραπευθῇ; καὶ τοι γε ἀνὴρ, ὅτι μὴ οἱ ἰατροὶ θεραπεύουσιν ἐν Ῥώμῃ πάλαι ἐκεῖ παρεκαλοῦντο. De philosophia Marcus, de philosopho Epictetus.

* Ita interpungo, quæ perperàm continuant codices Vulgati.

Τὸ σπογγιδεῖον] *penicillum.* De spongiis Plin. *nat. histor. l.* 31. *c.* 11. *Mollissimum genus earum penicilli, oculorum tumores levant ex mulso impositi. iidem abstergendæ lippitudini utilissimi: eòsque tenuissimos & mollissimos esse oportet. imponuntur spongia.*

gia ipſæ epiphoris ex poſca. Nec mutandus iſte Plinii locus, quod quidam volunt, ut legatur, *genus earum è quibus penicilli.* nam præterquam quod Pliniana Syntaxis id non patitur, lectionem receptam ex Celſo firmamus, qui *penicillum* docet *ſpongiolam* ejuſmodi dici, & huic uſui adhiberi. *de re medic. l. 6. c. 6. § 1. Neque ab ratione abhorret etiam penicillo potiſſimùm uti expreſſo; ſi leviùs impetus eſt, ex aquâ; ſi major, ex poſca.*

Καὶ τὸ ὠὸν | Plin. *l. 29. c. 3. Ova per ſe infuſo candido oculis epiphoras cohibent, urentéſque refrigerant. quidam pro aqua miſcent collyriis. infantibus contra lippitudines vix aliud remedium eſt.* Sed de multiplici ad oculos ovi uſu conſulatur Celſus, *l. 6. c. 6.*

Κατάπλασμα | Φάρμακα τὰ μὲν ποτὰ, τὰ δὲ χειρὶ, τὰ δὲ ὑπὸπασα. Euſtath. *ad Il. Δ.* Verùm quartum genus quod is omiſit, adjecit Scholiaſtes *ad Ariſtoph. Plut.* τὰ μὲν ποτὰ, τὰ δὲ χειρὶ, τὰ δὲ ὑπὸπασα, τὰ δὲ πλαστὰ· ποτὰ ſunt, *quæ potantur*; χειρὶ *quæ inunguntur*; ὑπὸπασα ſive ὑπόπασα, *quæ inſperguntur*; πλαστὰ ſive κατάπλασα, *quæ illinuntur*, unguentis craſſiora: unde & κατεπλάσματα nuncupata ſunt.

Καταύρυσιν | *perfuſionem.* cujus in re medica uſus frequens & multiplex. Euſtath. *ad Odyſſ. Δ.* ex Athenæi *dipnoſ. l. 1.* Λύει δὲ πέμματον καὶ ἡ καταύρυσις ἡ χλιαρὰ κεφαλῆς. Theodoret. *therapeut. l. 1.* de medicis inſanos curantibus. καὶ διομαὶ θεραπεύειν, καὶ καταυσῶσι βίᾳ τὰς κεφαλάς. Et mox: Καὶ μὲν δὴ, ὡς ἀρρωστοῦντας καταυσήσωμεν, καὶ τὰ σωτήρια καὶ πιεῖν ἀναγκάσωμεν φάρμακα. Et *l. 4.* Οὐκ ἀπαυδῶμεν, ἀλλὰ τῇ ἀνυγρᾷ τῶν λόγων καταυσῶμεν τῆς ἀπιστίας τὸ πάθος. Et *l. 6.* Καὶ τοι καὶ πολὺ ἑαυτοὺς ἐκείνης θαυμάζειν, οἳ ὑπ' ἄλλοις θεραπεύειν τὴν διεφθαρμένην καλοῦσιν, ἀλλ' αὐτοὶ τῆς ἀμπεχόνης γυμνούμενοι, καὶ τὸν χιτωνίσκον διαδησάμενοι, τὸν σίδηρον μετακομίζουσι, καὶ πλὴν τομῆς ὀπτήσεως, καὶ συνουσίας ἀπέχονται, καὶ τῶ ἰχῶρος δέχονται τὰς ῥαγάδας, καὶ καταυσῶσι τῇ ἀνυγρᾷ, καὶ φάρμακα ὑπομένουσιν, &c. Dio Pruſ. *orat. 17.* Τὰ γῦν φλεγμαίνοντα ἧττον σωμάτων, ὑπ' ἐνδεοῦς ἐνδύσκα θερμὴν πλὴν θερμότητι καταυόντων, ἀλλ' ἂν σωτηρίας ποιῆται, ἱμαλάζῃ καὶ ῥᾷον ἔχει· ὑπὲρ ὁμοίως καὶ πλὴν ἐν τῇ ψυχῇ ἧττ πολλῶν φλεγμονῶν, ἀγαπητὸν, εἴ τις δύναιτο θεραπεύειν, διυνικῶς τῷ λόγῳ χαλώμενος. qui locus, cùm noſtrum cum primis illuſtret, à Naogeorgo tamen ità eſt verſus, ut id minùs compareat, quum ἀγαπητὸν reddit, *rem gratam fecerit*, pro eo quod debuit, *ſuffecerit, ſufficiens fuerit, ſat habuerit, ſi crebris allocutionibus aliquid profecerit*, quomodò Marcus iſtic, *nè ægrè ferat, ſi non confeſtim omnia ex voto proceſſerint*; & *lib. 9. § 25.* ἀρκῶ, *contentus eſto, ſi vel paululùm res proceſſerit.* Ità τὸ ἀγαπητὸν ſumitur in illo Epicuri dicto, apud Laërt. *l. 10.* Ζωσὶν δ' (φασὶν) ὥσπερ μὴ ἀπο-

πότε. ἀγαπητὸν δ', εἰ μὴ ἐβλαψεν. *Coitus, aiunt, nunquam prodeſt: ſat fuerit, ſi non obſit.* at bonus interpres Camaldunenſis, quod eſt illi ſolenne nimis, cum antegreſſis committens iſta ſic vertit, *neque item oratoriæ daturum operam, dicens illam nihil quidem unquam profuiſſe, plurimùm verò etiam obfuiſſe.* Sed nec tempero mihi, extra oleas jam evagatus, quin & his proxima illa in verſione Ambroſiana attingam; *Probos quoque amaturum ſapientem negat; neque ſepulturæ curam habiturum: neque à Deo amorem immitti Diogenes refert.* an Epicurum putamus tam exiſtimationis ſuæ prodigum fuiſſe, ut negaret *ſapientis eſſe probum quemquam diligere?* tum quorſum hîc *Diogenis* ſcita? Verùm interpunctio vitioſa forſan interpreti impoſuit. Laërtii dictio, voculas primores reſtituente Cl. Caſaubono, ſic ſe habet. τύς τε οἰκέτας κολάσειν (quod vulgò ἔτι κολ. οἰκ. legitur) ἐλεήσειν (σειν, malim) μὴν τοι, καὶ συγγνώμην τινὶ ἕξειν τῆς ἀπειθείας· ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν ὑ διὰ τῆς αὐτῆς· ἐὰν δὲ παῦσι φροντιεῖν· ἐὰν δὲ διόπεμπτον εἶ τὸν ἔρωτα, ὡς Διογένης ἐν τῷ ιϛ φησίν. *Servos ſupplicio quidem affecturum: miſerturum tamen, veniam ipſorum quibuſdam habiturum, qui probi fuerint. amaturum ſapientem non exiſtimant: nec ſepulturæ rationem habiturum: nec amorem à Deo immitti: uti Diogenes* (qui Epicuri dogmata collegit) *l. 12. refert.* Cæterùm & iſta aut loco mota & tranſpoſita liquet, aut certè nullo planè ordine habito, per Satyram tumultuariè Laërtius Epicuri ſui placita congeſſit. quis enim non videt illa, ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν ὑ διὰ τῆς αὐτῆς & ἐὰν δὲ διόπεμπτον εἶ τὸν ἔρωτα· quibus de ſepultura illud nullâ planè ratione interjectum eſt, eodem prorſus pertinere?

Οὐδὲν ὀπιδείξει τὸ ποιδαρχεῖν τῷ λόγῳ | locus, ut mihi videtur, mendi manifeſtus: emendatio haud perinde proclivis. leg. forſan, οὐδὲν ἔτι δεήσει [οἷς] τὸ π. *nihil amplius opus erit, quod inducat te ad obſequendum rationi.* vel etiam, οὐδὲν ὀπιδήσεις [ἢ] τὸ πεῖθ. *nihil amplius*, vel, *nihil aliud, deſiderabis, niſi ut rationi obſequaris*, ἢ, pro εἰ μὴ, *niſi*, ut Joan. *c. 13. v. 10.* quod & Euſtath. obſervat. in Νίκαιαν. Sic *l. 10. § 33.* μηδὲν μιδὲν ὀπιζήτει. Nec abſcedit multùm D. Salmaſ. qui legendum cenſet, vel οὐδὲν ὀπιδήσει σε ποιδαρχεῖν τῷ λόγῳ. vel οὐδὲν ὀπιδήσῃ τῷ π. τ. λ. *non opus habebis, non indigebis rationi parere.* At D. Boot. ὀπιδείξεις mavult. Sen. *epiſt. 103. Ipſum philoſophiam non debebis jactare*: & mox; *Licet ſapere ſine pompa.* atque eò etiam Caſ. abit.

Ἀλλὰ θεραπαπαύσῃ αὐτῷ | Ità *lib. 6. § 12.* καὶ θεραπαπαύσῃ ταύτῃ. de philoſophia itidem. Sed & de arte *lib. 4. § 34.*

Μόνα δίλει, ἃ ἡ φύσις σε δίλει | Hoc eſt quod Juvenal. *Sat. 14. v. 322.*

Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.

Veriſſimè, ſi conditam, non corruptam intelligas.

Vide *infr.* § 29. & *lib.* 1. § 9. & *lib.* 11. § 26.

Σὺ ἢ ἄλλο ἤθελες ἢ κατὰ φύσιν | *Tu autem aliud quippiam volebas.* Xyl. *quàm illud* scil. *quod est secundùm naturam.* M. Cas. erotematicè effert. *Tu aliud vis quàm quod est secundùm naturam?* forsan leg. ἄλλο ἤθελες ἢ κ. φ. quanquam & receptam lectionem retineri posse censet Salmas. *at tu aliud volebas, quod secundùm naturam non est.* Vide *l.* 8. § 10.

Τί γὰρ τούτων εὐσυνετώτερον | Senec. *de ira l.* 2. *c.* 13. *Non, ut quibusdam dictum est, arduum in virtutes & asperum iter est. plano adeuntur. Non vanæ vobis autor rei venio. facilis est ad beatam vitam via. multò difficilius est facere ista, quæ facitis. quid enim quiete otiosius? quid irâ laboriosius? quid clementiâ remissius? quid crudelitate negotiosius? vacat pudicitia: libido occupatissima est. omnium denique virtutum tutela facilior est; vitia magno coluntur.* Idem hoc argumentum, ὅτι δυσκολώτερον μὲν τῆς ἀρετῆς ἡ κακία· κυρίτερον ἢ κ᾽ ἥδιον τῆς κακίας ἡ ἀρετή· inculcat pluribus in locis, pluribusque docet argumentis, Joan. Chrysost. *in Matth. cap.* 11. *v.* 28, 30. *orat.* 38. *ibid. orat.* 56. *in Coloss. orat.* 8. *in Philipp. orat.* 14. *in Psal.* 124. alibi.

Ἡ γὰρ ἡδονὴ ἀγὰ διὰ τοῦ σφάλλει; | leg. cum Xyl. διὰ τοῦτο σφ. quia εὐσυνετώτερόν τι blandius quiddam esse videtur, cùm nihil minùs existat. Senec. *epist.* 8. *Et fera, & piscis spe aliquâ oblectante decipitur.* Indè Platonis dictum, *Escam malorum esse voluptatem, quâ capiantur homines, ut hamo pisces.* Cicer. *de Senect.* Sed & Plaut. *Mercat.* 5. 3. tanquam sapientum dictum, hoc idem sic extulit.

Voluptas est malorum esca; quòd eâ non minùs homines
Quàm hamo capiantur pisces.—— (*nes,*

qui tamen versus, cum aliis eisdem adjunctis, in editionibus quibusdam neutiquam comparent.

Τὸ ἀπλανὲς | quod alibi τὸ ἀδιάπτωτον aliud est enim τὸ ἀπροσπτωτον. *l.* 7. § 4. Vide *ad l.* 3. § 9.

Καὶ εὔρυθμον | Vide *l.* 2. § 5. & *lib.* 4. § 3. & *infr.* § 34. & *l.* 10. § 6.

§ 10. Παντάπασιν ἀκαταλήπτα | *imperceptibilia,* sive *imprensibilia.* Gellius *l.* 11. *c.* 5. & *l.* 14. *c.* 1. Laërtius *lib.* 9. Pyrrhonem ait primùm induxisse τὸ τῆς ἀκαταληψίας καὶ ἀποχῆς εἶδος. Eum paribus ferè passibus secutus est Arcesilaus. Siquidem & ipse asserult, δεῖ πάντων ἀπέχειν δεῖν· εἶναι γὰρ πάντα ἀκαταλήπτα. Euseb. *præpar. l.* 14. *c.* 3. de quo videndus *ibid. c.* 4. & 5. Numenius Pythag. *l.* 1. *de Academic. à Plat. dissens.* Verùm is τὸ δεῖ τῆς ἀποχῆς καὶ τῆς ἀκαταληψίας δόγματα, Socrati, Platoni, Parmenidæ & Heraclito accepta ferebat: ut Plut. *adv. Colot. c.* 8. Et sanè celebre est Socratis illud, τοῦτο μόνον οἶδα, ὅτι οὐδὲν οἶδα. *nihil scire se nisi hoc unum, quòd nihil sciret.* Laërt. *l.* 2. Plut. *adv. Colot. c.* 5. & Lactant. *institut. l.* 3. *c.* 27. qui & *ibidem* adjicit; *Hinc Academiæ disciplina manavit; si tamen disciplina dici potest, in quâ ignoratio & discitur & docetur.* Et *c.* 4. *Socrates eúmque secuti Academici scientiam sustulerunt, novámque non philosophandi constituerunt philosophiam.* Itaque Aristocles *de philos. l.* 8. apud Euseb. *præpar. l.* 14. *c.* 17. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν οἶμαι δεῖν ὀνομάζειν αὐτὸ, ἀναιρεῖσθαί γε δὴ τὰς τῆς φιλοσοφίας ἀρχάς. quanquam restrictiùs paulò de se Socrates ipse apud Platon. in *Apolog.* & Lucian. *de sect.* Ἃ μὲ οἶδα, οὐδὲ οἶμαι εἰδέναι· *quæ non novi, nec nôsse opinor me.* At de Heraclito disertè Stob. *tom.* 2. *tit.* 21. ὅτι οὐδὲν ἑαυτὸν μηδὲν εἰδότα, *ideo juvenis cùm esset sapientiorem reliquis habitum esse, quòd se nihil scire, scire se profiteretur.* Cæterùm idem, ut Laërt. *l.* 9. νέῳ δὲ ὄντι μηδὲν εἰδέναι· πλεῖστα μέντοι χρόμῳ πάντα ἐγνωκέναι. *juvenis cum esset, nihil scire se; vir factus, nihil non nôsse dicebat.* De se Isidorus Pelus. *lib.* 3. *epist.* 241. Ἐγὼ ἢ οἶδα σαφῶς, ὅτι οὐδὲν οἶδα. *Ego pro certo hoc novi, nihil me nôsse.* Nec abscedit multùm Apostolus, ubi dicit, *ad Corinth. epist.* 1. *c.* 8. *v.* 2. Εἴ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὔπω ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι. *Si quis opinatur nôsse se quicquam, nondùm is quicquam, prout nôsse debet, novit.* Anaxarchus verò istis longiùs progressus, μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι οὐδὲν οἶδε. *nec hoc quidem scire aiebat se, quòd nihil sciret.* De Homero Senec. *epist.* 88. *Modò Stoicum illum faciunt virtutem solam probantem, & voluptates refugientem; —— modò Epicureum, laudantem statum quietæ civitatis, & interconvivia cantúsque vitam exigentis; modò Peripateticum, bonorum tria genera inducentem; modò Academicum, incerta omnia dicentem.* At certè Pyrrhonii, sive Sceptici, Academiæ novæ fundatores aut fautores, Homerum ipsum, nec Homerum solùm, sed Hesiodum, Archilochum, Euripidem, & antiquissimos fere quosq; vel poeseos, vel sapientiæ nomine celebratos, in patres suas attrahere satagebant: ut docet Laërt. in *Pyrrh.* De Homero videatur, qui Plutarchi nomine de eodem exrat libellus. Exagitans istos Seneca idem *epist.* 88. *Audi quantum mali faciat nimia subtilitas, & quàm infesta veritati sit. Protagoras ait, de omni re in utramq; partem disputari posse ex æquo; & de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit. Nausiphanes ait, ex his quæ videntur esse, nihil magis esse, quàm non esse. Parmenides ait, ex his quæ videntur, nihil esse in universum.* [*unum esse universum.* Lipsius.] *Zeno Eleates omnia negotia de negotio dejecit; ait nihil esse. Circa eadem ferè Pyrrhonii versantur, & Megarici, & Eretrici, & Academici, qui novam induxerunt scientiam, nihil scire. Hæc omnia in illum supervacuum studiorum liberalium gregem conjice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt: hi spem omnem scientiæ eripiunt. Satiùs est supervacua scire, quàm nihil. Illi non præferunt lumen per quod acies dirigatur ad verum: hi oculos mihi effodiunt. Si Protagoræ credo, nihil in*

verum

rerum natura est, nisi dubium. Si Naufiphani, hoc unum certum est, nihil esse certi. Si Parmenidæ, nihil est præter unum: si Zenoni, nè unum quidem. Quid ergò nos sumus? quid ista quæ nos circumstant, aiunt, Justiment? Tota rerum natura umbra est aut inanis aut fallax. Non facilè dixerim, utrum magis irascar illis, qui nos nihil scire voluerunt; an illis, qui nè hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire. Eosdem traducens & Epictetus *differt. l.* 1. *c.* 5. inter alia: Καταλαμβάνεις ὅτι ἐγκήροφας; Ἔ, φησίν. Ἀλλὰ γὰρ, ὅταν ἐν τοῖς ὕπνοις φαντάζωμαι ὅτι ἐγκήροφα. Ἆρ' οὖν διαφέρει αὕτη ἡ φαντασία ἐκείνης; Ἀλλ' οὐδὲν διαλέγομαι καὶ ποῖον αὐτῇ πῦρ, ἢ ποῖον αὐτῇ σιδηρον προσάγω, ἵν' εἰδῇ ται, ὅτι νεκρά ται; εἰδωλόμυρμα εἶ, φαντασιεῖται; ἔτι χείρων δεῖ τοῦ νεκροῦ. Vult ferro & igne cum istiusmodi, non rationibus aut disceptationibus agi. Et *l.* 2. *c.* 20. istorum professionem derisui habens, ità sua proponentes & venditantes inducit; Ὦ ἄνθρωποι, συγκατέθεθε, ὅτι οὐδεὶς συγκατέθετο· πεπίστατε ἡμῖν, ὅτι οὐδεὶς πεπίστευκεν. — γίνωσκε, ὅτι οὐδὲν ὂν γινώσκω· — μάθε παρ' ἐμοῦ, ὅτι οὐδὲν ἐνδέχεται μαθεῖν. ἐγώ σοι λέγω τοῦτο, καὶ διδάξω, ἐὰν θέλῃς. Et *ibid.* posteà indignabundus: Οἱ παλαίπαιδες Ἀκαδημαϊκοὶ τὰς αἰσθήσεις τὰς αὐτῆς ἀποβαλεῖν ἢ ἀποτυφλῶσαι οὐ δύνανται, καί τοι τοῦτο μάλιστα ἐπιθυμοῦντες. πῖς ἡ ἀτυχία; λαβών τις παρὰ τῆς φύσεως μέτρον καὶ χαλκᾶς εἰς ὀθόνιον τῆς ἀληθείας, ἐ περιφιλοτεχνεῖ τύπως περιθεῖναι καὶ περισχίσαι τὰ λοίπιμα· ἀλλὰ πᾶν τἐναντίον, εἴτι καὶ ἐκεῖ γνωστικὸν τῆς ἀληθείας, ἐξαιρεῖν πειρᾶται καὶ ἀπολλύειν; Et denuo, non sine stomacho: Ὦ μεγάλης ἀναισχυντίας καὶ τοπτείας, ἄνθρωπε, τί ποιεῖς; αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξελέγχεις καὶ ἡμέρας, καὶ ὁ θέλεις ἀφεῖναι τὰ ψυχρὰ ταῦτα ὀθνεῖ ματα; ἰδίων, σὲ φύσεως τιὼ χεῖρας; εἰς τὸ στόμα, ἢ εἰς τὸν ὀφθαλμόν; λεόμυρμε, πῦ ἐμελάνεις; πότε τιὼ χύτραν ἔπιες λοπάδα, ἢ τιὼ τορνίλιν ὠφέλιμον; Et festivius rursum: Εἶ τῷ αὐτῷ δίλῳ ἤμιν, οἱ καὶ ἴδει μὲ καθ' ἡμέραν ὅτι αὐτῷ ἐμέλησε, ἐγὼ ἂν ἐστράλην αὐτόν. βάλε ἐλλέβορον, παιδάριον, εἰς τὸ βαλανεῖον. ἔκαλον ἂν γένεσθαι, καὶ ἀπελθὼν κτᾶσθαι τῆς κεφαλῆς αὐτῷ κατέχον. τί τοῦτο; φαντασία μοι ἐγένετο ἐναίσιμος ἀδιακείτως ὁμοιοτάτη, νὴ τιὼ σιὼ τύχιν. δὸς ὦδε τιὼ πλοιαρίῳ· ἤνεγκα ἂν αὐτῷ γιμίσας παρ' ὑδατα ὀξυγάρου. οὐκ ἤτησα τιὼ πλοιάριον; ναὶ, κύριε. τοῦτο πλοιάριον δεῖ. τοῦτο οὐκ ἔξεστιν ὀξύγαρον; τί μᾶλλον ἢ πλοιάριον; λάβε καὶ ὀσφράνθητι· λάβε καὶ γεῦσαι. πόθεν ἴσμεν, εἰ αἱ αἰσθήσεις ἡμᾶς ψεύδονται; τρεῖς, τέσσαρες ἡμῶν συνέλθωσιν οἱ ἔχοντες ὁμοιοπάθειαν, ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ῥηξήμιον, ἢ μεταπεῖσαι. νῦν δ' ἐπιτρέφομεν ἡμῖν, τοῖς μὲ παρὰ τῆς φύσεως διδομένοις πᾶσι χρῶμαι, λόγῳ δ' αὐτὰ ἀναιρεῖσθαι. Deinde, ubi demonstrârit, quomodo isti deliramentis hisce suis omnem boni, mali, honesti, turpis, decori, indecori distinctionem tollant, & ad flagitia ac facinora quævis non semitam, sed viam amplissimam muniant; concludit tamen cinædis ipsis, quibuscum & *l.* 1. *c.* 5. commiserat, esse minùs sanabiles: Πολὺ, νὴ Δία, μᾶλλον τοῦ κυναίδους ἐλπίσειέ τις ἂν μεταπείσειν, ἢ τοῦ δὴ τοῦτον ἀπεκκεκωμῳδηκότος καὶ ἀποτετυφλωμένους ἤδη ἐκεῖ αὐτοῦ κακῶν. Quòd autem denunciat Epictetus se, si Scepticorum istorum alicui in servitutem daretur, olei loco garum, ptissanæ oxygarum exhibiturum; ità Colotes, ubi Socratem quasi ἀγχιλαπψίας patronum reum egerit, ἀντὶ σιτίων καὶ ἄρτου χόρτου παρέθηκε, *panum esculentorumque loco fœnum apponit*; quæritq; ab eodem, πῶς εἰς τὸ στόμα τὸ σπίον, ἢ εἰς τὸ ὦς, ἐμπίπτειν, *quare in os potius quàm in aurem cibum ingerat.* Plut. *adv. Colot.* Quòd rursus, se tribus quatuórve conservis conspirantibus adjutum, ità miserum hominem ludificaturum, ut vel ad suspendium vel dogma novum se conferat; id in Lacyde contrà planè contigerat; is enim à servulis sæpe delusus, (longior est fabula, quàm ut integram describere animus ferat: ex Numenio apud Eusebium qui volet petat, *præpar. l.* 14. *c.* 6.) dum, anulum sive clavem, quo omnia obsignabat, quà immittere solebat, observato, quæ volebant è cellula surripiebant; cùm fraudem nullâ ratione deprehendere valeret, ad ἀγχιλαπψίαν tandem miserus adactus est. Servulorum astum, non effectum narrat Laërtius *l.* 4. ex Eusebio, quod obiter monitum velim, emendandus: quod enim apud illum in editis habetur, Lacydem ἐπὶ οἰκονομίαν γλυκυτάτην ἐγκλῖναι legendum est, non γλυκυτάτην, sed γλιχερώτατα ἐγκλῖναι. docent, quæ ibidem statim annectuntur. Firmant & Numenii illa apud Euseb. Ἦν ἡ ἀκαδημία γλιχερώτερος, καὶ πνα τερπνὸν ὁ λεγόμενος οἰκονομικὸς, ὅτε ὁ ἐνδοκιμῶν ἐπὶ τοῖς πολλοῖς. Cæterùm de Scepticis istis eorúmque placitis qui plura volet, adeat Laërt. *l.* 9. in *Pyrrhon.* Sext. Empir. *adv. disciplin. & hypothes. Pyrrhon.* Plut. *adv. Colot.* Ciceron. *Academ.* Tertull. *de anim. c.* 17. Lactant. *institut. l.* 3. Augustin. *contra Academic.* Petr. Valent. *Academic.* Lipsi. *Stoic. philosoph. l.* 2. *c.* 4. De Deo interim Greg. Naz. *in Christi natal.* & rursus *in Pasch.* Ἄπιθι τὸ θεῖον καὶ διαδίωκτον καὶ τοῦτο πάλιν κεφαλαιῶδες αὐτὸ μόνον ἡ ἀπόφασις. quasi dixisset, κεφαλαιῶδον μόνον, τὸ ἀκεφάλαιον εἴ).

Αὐτοῖς γε τοῖς Στωικοῖς | qui cum primis se Academicis hac in parte opponebant: ideo τῆς ἐναργείας σφόδρα, *evidentiæ*, quæ est τῷ ἀκεφαλίῳ adversa, *patroni ac propugnatores*, à Plutarcho dicti, *de commun. notit. c.* 39. (ubi malè codices excusi ἐνεργείας habent) & Chrysippus ab Aristocreonte in *epigrammate* (utì idem *de Stoic. contradict. c.* 1.) τῶν Ἀκαδημαϊκῶν σφαγγαλίδων κοπὶς. *laqueorum* sive *nexuum Academicorum secessita.* allusit ad Demosthenis dictum illud, quo Phocionem orationum suarum κοπίδα appellare solebat. Plut. in *Phoc.* & in *polit. præcept.*

Δυσκαταληψία | Et Stoici ergò magna in incertitudine ac difficultate, an obscuritate, pleraq; censent versari: unde & de Chrysippo jactare solebant, τοὺ πάντων ὁμῶ τὴν Ἀκαδημαϊκῶν λόγους εἰς ταὐτὸ συμφερομένους, ὡς ἀξίους εἶη θαυμάζειν, οἷς Χρύσιππος ἔγκειται εἰς διαβολὴν τῆς αἰσθήσεως. quod Plut. tamen ἢ ἀπειρίας, ἢ φιλαυτίας εἶη pronunciat, *de contradict. Stoic. c.* 6. fatetur tamen fuisse Chrysippum, τὴν ὡσπερ δόξαντον κατάληψιν διαστῆσαι ἢ σαθρὴν ποιῆσαι. Verùm non hoc Stoicis solis visum, sed & aliis. Audiamus Lactantium *instit. l.* 3. *c.* 27. *Anaxagoras pronunciat circumfusa esse tenebris omnia. Empedocles augustas esse sensuum semitas queritur; tanquam illi ad cogitandum rhedâ & quadrigis opus esset. Democritus quasi in puteo quodam sic alto, ut fundas sit nullus veritatem jacere demersam. nimirum stultè, ut cætera. non enim tanquam in puteo demersa est veritas; quò vel descendere vel etiam audere illi licebat: sed tanquam in summo montis excelsi vertice, vel potiùs in cælo, quod est verissimum. quid enim est, cur eam potiùs in imum depressam diceret, quàm in summum levatam? nisi fortè mentem quoque in pedibus, aut in imis calcibus constituere malebat potiùs quàm in pectore aut in capite.* Democriti dictum de veritate in fundo, sive in profundo demersâ, refert Cicer. in *Lucul.* Sen. *quæst. nat. l.* 7. *c.* 32. sed & Laërt. *in Pyrrhon. l.* 9. his verbis: Ἐτέρῳ δ' οὐδὲν ἔφασκεν εἶναι βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. ità enim legendum ex Sexto Empir. *adv. Logic. l.* 1. *c.* 2. qui τὸν ἀλήθειαν interpretatur id quod est à Democrito dictum: cùm utrobiq; tamen αὐτὸν corruptè habeatur. Dissertissimè verò ex eodem *de Pyrrhon. hypothes. l.* 1. *c.* 30. ubi etiam in excusis ἔτερῳ legitur, & αὐτὴ τῇ ἀλήθεια à Democrito positum à Sexto dicitur. Optimè Aristoteles τὴν μὲν τὰ φυσικὰ *l.* 1. *min. c.* 1. Ἡ μὲν τῆς ἀληθείας ἀκοὴ, τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δ' ῥᾳδία. σημεῖον δ', τὸ μήτε ἀξίως ἁμάρτῃ τυχεῖν αὐτῆς, μήτε πάντως ἀποτυγχάνειν. Et mox debilitatem humani caussatus ingenii: Ὥσπερ γὰρ αἱ τὰ τὴν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν· οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἡ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων. Cicero apud Lactant. *l.* 3. *c.* 14. *Mihi autem, non modo ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes & obtusi.* Et *Academic. l.* 4. *Omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus, atque inest, & in ipsis rebus obscuritas, & in judiciis nostris infirmitas, ut non sine caussa & doctissimi & antiquissimi invenire se posse quod cuperent diffisi sint.* Certè in veritate quod magnus ille Scaliger *de subtil. exerc.* 307. § 21. *Sicut à ciconia vulpes delusa, vitreum cum lambimus, pultem haud attingimus*; rerum corticem potiùs quàm res ipsas apprehendimus. Vide Basilium Cæsar. *epist.* 168.

Βάσιν δὲ ἡμετέρας συγκατάθεσις ἀκαταπτωτὴ | A Scepticorum dogmate ista haud longè abeunt. Sed nec quod Sen. *epist.* 65. *Fer ergò judex sententiam, & pronuncia, quis tibi verissimillimum videatur dicere, non quis verum dicat. id enim tam supra nos est, quàm ipsa veritas.*

Πῶς δὲ ὁ ἀμεταπτωτος; | Quod Cicer. *ad famil. l.* 9. *ep.* 2. *Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?* Verùm nusquam ergò terrarum sapiens vester, nusquam quisquam verâ aut scientiâ aut virtute imbutus. Siquidem Stoici, ut Stob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 4. διαστήμασι, sive *scientiam*, definiunt, κατάληψιν ἀσφαλῆ καὶ ἀμεταπτωτον ὑπὸ λόγου. *Comprehensionem firmam & immutabilem ratione innixam.* Vel, ἕξιν φαντασιῶν δεκτικὴν ἀμεταπτώτων ὑπὸ λόγου. *Habitum sive dispositionem phantasiarum receptivam, à ratione firmitatem eam habentem, ut non possit convelli*, sive *quam convellere ratio nulla possit.* Eámque sapienti tribuunt suo, quem habere asserunt (Plutarchi sunt verba *de Stoic. paradox.*) νῦν τέλειον, ἄκραν φρόνησιν, ἀδόξαστον ἐπιστήμην, καὶ ἀμεταπτωτον ἕξιν. *Mentem perfectam, prudentiam summam, scientiam opinatione immunem, habitum mutationis expertem.* Quos tamen exagitat autor idem *de commun. notit. c.* 41. quod τὰς ἐννοίας ὑποκειμένας τινὰς ἀεζόμενοι νοήσεις, μνήμας καὶ μνήμας καὶ χαρακτὴρ τυπώσεις, τὰς δ' ἐπιστήμας καὶ παντάπασι παγιώτητας, ὡς τὸ ἀμεταπτωτον καὶ βέβαιον ἔχούσας, εἶτα τούτοις ὑποτιθέντα βίον καὶ ἕξεων ὁλιθρεῖς καὶ σκιδαστὴς καὶ φερομένης ἀεὶ καὶ ῥέουσης· qualem esse animam humanam asserunt. Vide *l.* 2. § 2. Interim potest hoc consistere, ut nemo sit prorsus ἀμεταπτωτος, nec tamen πᾶσα ἡμετέρα συγκατάθεσις μεταπτωτὴ· cùm possint ab eo certò comprehendi non pauca, qui de multò pluribus tamen incertus existat.

Ὡς ὀλιγόχρονα | *l.* 7. § 1. ὀλιγοχρόνια. sed & ὀλιγόχρονα. ut πολυχρόνα, Theophr. *de caus. plant. l.* 5. *c.* 25.

Εὐτελῆ | Ὡς πολὺ παντὸς εὐτελέστερα. Jo. Chrysost. *ad Olymp. epist.* 13, & 17.

Ἐν κτήσει κινδύνου | Vide *l.* 2. § 11. &. *l.* 4. § 39. Sen. *epist.* 81. *Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est. opes autem, & lenoni & lanistæ contingunt. ergò non sunt bona.* Euripides Æolo, laudatus à Plut. *de leg. poet. c.* 16. Athen. *dipnos. l.* 4. Sext. Empiric. *adv. Gramm. l.* 1. *c.* 13. Stob. *tom.* 2. *tit.* 5. & *tit.* 93.

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς· οἶδ' ἐγὼ θαυμάζω θεόν,
Ὃν οὐ δικαίως ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

Laudare Plutum parce: non veneror Deum,
Qui pessimorum sæpe fit possessio. Grot.

Hinc Plato *de legib. l.* 5. Πλούσιος δ' αὖ σφόδρα καὶ ἀγαθὸς, ἀδύνατον. Et Cicer. in *orat. Corneliana* 2. à seipso adductus in *Orat. perfect.* & à Fabio *institut. l.* 9. *c.* 4. *Nam neque me divitiæ movent: quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitiarii mercatoresque*

eatoresque superârunt: neque vestis aut cælatum aurum & argentum; quo nostros veteres Marcellos Maximósque multi Eunuchi è Syria Ægyptóque vicerunt: neque verò movent me ornamenta istâ villarum; quibus L. Paulum & Mummium, qui rebus his urbem Italiámque omnem reserârunt, ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari.

Τὰ μὲν συμβεβίνλοιν ἤδη | Hinc illud *lib.* 4. § 52. μεθ' εἶων. Vide & *l.* 9. § 3. & *l.* 10. § 36.

Ὧν μάλιτ' ἄν τις χ τῶ χαεισάντα ἀναχθείη | Χαεισάντα illud, vel ad eum referri potest cujus mores ferantur. *vix est etiam gratissimi & urbanissimi istorum mores ferre.* vel ad eum etiam, qui viventium unà mores ferat. quod *vix fecerit etiam qui gratissimè ac maximè cum comitate se gesserit.* Sed illud potiùs. Vide *l.* 10. § 35.

Ἑαυτὸν τῆς μάχης ἀναμιμνήσει | Vide *l.* 3. § 4. & *l.* 8. § 53. Senec. *epist.* 53. *Incredibilia sunt quæ tulerim, cùm me ferre non possem.*

Ῥήσει τῆς τε ἀσίας χ τῶ χρήνω | leg ῥάσει, vel ῥύσει, ut *infra* § 24. ἢ τε ἀσία; οἵ ποταμὸς, ἐν διηνεκεῖ ῥύσει.

Περιμβρεῖν τὴν φυσικὴν λύσιν | Vide *supr. l.* 3. § 1. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 9. Ἄνθρωποι, ἀλλέξανδε τὸν Θεόν· ὅταν ἐκεῖνος σημήνη χ ἀπολύσῃ ὑμᾶς ταύτης τῆς ὑπηρεσίας, τότε ἀπολύεσθε πρὸς αὐτόν· ἕως δ' ἂν τῶ παρόντος ἀνάγκη ἐνοικεῖν ταύτην τὴν χώραν, εἰς ἐμὲ ἐκεῖνος ὑμᾶς ἔταξεν· ὀλίγος ἔτι ὁ χρόνος ἔτος τῆς ἐνοικήσεως, χ ῥᾴδιος τοῖς ἔτι διαχειμβρίοις. Apud Ciceron. *de repub. l.* 6. P. Scipioni dicenti, *Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero?* respondet Paulus pater; *Non est ita. nisi enim, cùm Deus hic, cujus templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberavit, huc tibi aditus patere non potest.*

Μὴ ἀφέλλειν τῆ διατειξῆ· | Quod Eliæ forsan obrepsit. *Histor. Reg. lib.* 3. *c.* 19. *v.* 4, 14. Jonæ certò, *c.* 4. *v.* 3, 9. Contrà Paulus, qui etiamsi ad Christum transmigrare quàm primùm cum primis cuperet, *ad Philip. c.* 1. *v.* 23. tamen ut Aug. *in Joan. epist.* 1. *Serm.* 9. *patienter vivit; libenter moritur.* atque ut Clem. *Strom. l.* 3. ἐπιθείξατο σαφῶς, τῆς μὲν ἐξόδε τῶ σώματος, τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπης παλείωσιν εἶ· τῆς δ' ἐν σαρκὶ παρουσίας, τὴν ἐνχάειτον διὰ τοὺ σωθῆναι δεομένης ὑπομονήν. ita enim locus ille restituendus videtur.

Οὐχὶ χ' τὴν ἧν ὅλων εὐσιν | vid. *l.* 2. § 3. & *sup.* § 8.

Ἐξεστί μοι μηδὲν περισσεῖν | Plut. *de tranquill.* ubi Menandri illud attulerat,

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' ἀ πείσομαι,

Subjungit statim; Ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτο ἃ ποιήσω, ἃ φάσομαι, ἃ ῥᾳθυμήσω, ἃ ἀποτερήσω, ἃ ἐπιθυμήσω. τοῦτο χ ἐφ' ἡμῖν κείμενον, ἃ μικρὸν, ἀλλὰ μέγα πρὸς εὐδαιμίαν πάρεστιν.

Θεὸν χ δαίμονα | Τὸ ἡγεμονικὸν, sive *mentem* vult, quæ nunc *Deum* sive *numen*, nunc *Dæmonem* sive *Genium* appellare consuevit. Vide *ad lib.* 2. § 13. & *l.* 3. § 5. & *infr.* § 27. & *l.* 12. § 26. Clemens *Strom. lib.* 2. Ταύτη τοι χ Πλάτων ἐν Φελήβῳ, ἀδῦς κάκλικα μυστικῶς, τοὺς τὸν Θεὸν τὸν ἔνοικον αὐτοῖς, τὸν λόγον, διαφθείροντας χ μαίνοντας, τὸ ὄσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐν τῇ ἧν παθῶν οἰκειώσει.

Οὐδεὶς χ ὁ ἀναπείσων τῶτον παραλαίειν | Vide *lib.* 2. § 9. & *lib.* 10. § 32, 33. Pelagius *ad Demetriad.* quod sub Hieronymi nomine prostat: (illius enim esse constat ex Orosii *apologet.* & August. *de grat. Christi l.* 1. *c.* 37.) *Neque verò apertâ contra nos pugnat acie spiritus nequam; nec publicâ nobiscum fronte congreditur; sed dolo vincit ac fraude, nostrâque contra nos utitur voluntate. de consensu adversariorum vires accipit, nostróque nos; ut diti solet, jugulat gladio. infirmus hostis est, qui non potest vincere nisi volentem. dat ille quidem consilium; sed nostrum est vel eligere vel respuere, quod suggerit. non enim cogendo, sed suadendo nocet: non extorquet à nobis consensum, sed expetit.* Hieron. ipse *in Matth. c.* 4. *v.* 6. *Diabolus qui semper omnes cadere deorsum desiderat, persuadere potest, præcipitare non potest.* & *ibid ad c.* 15. *v.* 19. *Diabolus adjutor & incensor malarum cogitationum esse potest; autor esse non potest.* Et *in Ephes. c.* 4. *v.* 27. *Potestas diaboli non in illius temeritate, sed in tua est voluntate. paratus irrumpere, ostium pulsat: sed tu nisi aperueris, ingredi non potest.* Aug. *hom.* 12. *Suadere diabolus & solicitare potest, cogere omnino non potest. dat ille consilium; sed nostrum est vel eligere vel repudiare quod suggerit.* Et *de diverf. Serm.* 20. *Etsi diabolus aliquando aliquid suggerit, consentientem tenet, invitum non cogit.* & *in Psal.* 91. *Habet ille astutiam suadendi, non potestatem cogendi.* & *in Joan. tract.* 12. *Non habet cogendi potentiam, sed persuadendi versutiam.* Si autem nec Spiritus nequam cogere potest, quis poterit? Hinc Herculis magnanimæ voces illæ in Euripidis *Syleo*, quas *ad l.* 8. § 38. exhibebimus. ibi plura vide sis.

§ 11. Περὶ τί ποτε ἄρα νῦν χῶμαι | Geminabis *lib.* 8. § 2. & *lib.* 10. § 24, 37. & *l.* 12. § 19. ista autem, quæ periocham hanc ordiuntur, hinc avulsa, superiori attexuerat Lugd. ille operis, non tam editor, quàm mutilator.

Τίν' ἄρα νῦν ἔχω ψυχώ; | Vide *l.* 4. § 28. & *l.* 9. § 39.

Παιδὸς | cui scil. ἤθος παιδειῶδες. *l.* 4. § 28.

Γυναικείᾳ | cui ζῆλω ἤθος. *ibid.*

Κτλνὸς, θηρὸς | utpote cui ἤθος βοσκηματῶδες, ἢ θηριῶδες. *l.* 4. § 28. Sive cujus τὸ ἡγεμονικὸν βόσκεται, ἢ τιθηνεῖται. *l.* 9. § 39. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 3. Ἀλλ' ἔχεις τι κρεῖττον ἧς σαρκίδιον· τί ἂν ἀφεὶς ἐκεῖνο, τούτοις προσπέσοις; διὰ ταῦτην τὴν συγγένειαν (quam cum animantibus corporis respectu habemus, ab ea quam mentis ratione cum

cum Deo obtinemus) οἱ μὲν ἀποκλινάντες, λύκοις ὅμοιοι γινόμεθα, ἄπιστοι καὶ ὄφεσιν καὶ βλασφήμοις· οἱ δὲ λέγειν, ἄγγελοι καὶ θεοειδεῖς καὶ ἀνύμνητοι. οἱ πολλοὶ δὲ ἠμῶν, ἀλώπεκες, καὶ ὡς ἐν ζώοις, ἀπυχήματα. τί γὰρ ὄζειν ἄλλο λοίδορος καὶ κακοήθης ἄνθρωπος, ἢ ἀλώπηξ, ἢ τι ἄλλο ἀπυχέστερον καὶ ταπεινότερον; ὁρᾷτε ἄν, καὶ φοβεῖσθε, μήτι τούτων ἀποδῆτε δι' ἀπυχημάτων. Idem *lib.* 4. *c.* 5. Ἐπίσκεψαί σε τὸ ταμιεῖον· ἴδε πόσας δωδάμοιρας ἔχων ἐλήλυθας, μήτι πλὴν θεοειδῆ, μήτι πλὴν μισογελωτικήν. Et mox: δυσχερὴς ὄζειν, ὁ ἀπολωλεκὼς τὸ εὔχρωμον, τὸ σφόν· πάντα γὰρ τὰ ἀνθρωπικὰ. τοῦ χαρακτῆρος ἐν τῇ διανοίᾳ, οἵους δὲ ὅτι δεῖ νομισμάτων, ἂν μὲν εὕρωμεν, δοκιμάζομεν· ἂν δὲ μὴ εὕρωμεν, βιπτοῦμεν. τί οὖν λέγεις, ὅτι ἄνθρωπός ὄζει ὁ ὀργίλος, ὁ μανιώμενος; μὴ γὰρ ὁπλῆς μορφῆς κεῖνται δεῖ ὄντων ἔκφοβοι. ἐπεὶ ὅτου λέγω καὶ τὸ κέρινον, μᾶλλον εἶδ. ὑκ ἀρκεῖ δὲ ἡ ὀπὸς θεσπεσία· ἀκὴν ὑδὲ φοβερὸς τὸν ἄνθρωπον ἡ ῥὶς ὀζαρκεῖ, καὶ οἱ ὀφθαλμοί. ἀλλ' ἂν τὰ δόγματα ἔχῃ ἀνθρωπικά· ὅτος ὑκ ἀκύει λόγου, ὑ παρακολουθεῖ ἀλεξόμενος, ὄνος δεῖ. τοῦτο τὸ αἰδήμων ἀπονενόηται, ἄχρηστός δεῖ, πάντα μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος. ὅτος ζητεῖ, τίνα ἀπατήσας λακτίσῃ, ἢ δίκην. ὥστε ὑδὲ φοβερόν, ἢ ὄνος, ἀλλὰ τί ποτε ἄχρηστον θεῖον, Iamblich. *de temperant.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 5. Ὅλως γὰρ ἡ τῶν παθῶν ἀμυδρὸς ὀπικράτεια, ὑδὲ ἀνθρώπου ἐφίησιν εἶδ τοῦ ἀνθρώπου. φοβερὸς ὃ πῶς ἀλόγιστον αὐτοῦ ἕλκει φύσιν, καὶ θεοειδὴ καὶ ἄτακτον. Origen. *in Ezech. orat.* 3. argutatus super illud Hebræorum אדם ואין quod tamen nihil aliud est illis, quàm est *Quisquis* Latinis. *Omnes homines nati sumus homines: sed non omnes homines, homines sumus. est homo homo; & est homo non homo. est homo jumentum,* Psal. 49. *v.* 20. *est homo serpens,* Matt. *c.* 3. *v.* 7. *est homo equus,* Jer. *c.* 5. *v.* 8. *homo exteriùs; jumentum, serpens, equus interiùs. is tantummodo est homo homo, & duplicat nomen hominis, qui tam secundum interiorem hominem, quàm secundùm exteriorem homo est.* Clemens item *Strom. lib.* 4. Τὰς φιλανδρους καὶ φιλοσωμάτους, καὶ θεῖα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους, τοῦ παρομοιωθέντας τοῖς κλήθροις, θηλυμανεῖς ἵππους. ὅτος ὑζεικὴς ὁ ἀκόλαστος· λύκος ἄγριος, ὁ πλεονέκτης καὶ ὄφις ὁ ἀπατεών. Et Jo. Chrysost. *in Gen. orat.* 12. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεία γραφὴ φησὶ τὰ πλήθη τὰ ἐνοχλοῦντα, ὅτου καὶ τὰς τῶν ἀλόγων φωνασκίας, πολλαχοῦ μὲν καὶ τῶν θείων, τοῖς λόγῳ τετιμωμένοις ἐπιθεῖναι. ποτὲ μὲν κωφὰς καλοῦσα διὰ τὸ ἀναίσθητον καὶ ἀτιμον (Esaiæ *c.* 56. *v.* 10.) ποτὲ δὲ ἵππους διὰ τὸ λάγνον· (Jerem. *c.* 5. *v.* 8.) ποτὲ δὲ ὄνους, διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν ἄνοιαν· (Psal. 49. *v.* 12.) ποτὲ δὲ λέοντας καὶ παρδάλεις, διὰ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ πλεονεκτικόν· ποτὲ δὲ ἀσπίδας, διὰ τὸ δολερόν· (Psal. 140. *v.* 3.) ποτὲ δὲ ὄφεις καὶ ἔχεις, διὰ τὸν ἰὸν καὶ τὴν πονηρίαν· (Matth. *c.* 3. *v.* 7.) &c. Senec. *epist.* 60. *Hos, ut ait Salustius, ventri obedientes, animalium loco numeremus, non hominum.* Et *epist.* 103. *Erras, si istorum tibi qui occurrunt, vultibus credis: hominum effigies habent, animas ferarum.* Τέρατα τῆς φύσεως, βυκῶν ἀνθρώπων· ut, ex Empedocle Theophylact. Bulgar. *epist.* 44. Faciunt huc Diogenis illa, nulli non memorata; quod in medio foro, mero meridie, inter turbas confertissimas, accensâ face, quid quæreret requisitus, respondit, Ἀνθρώπων ζητῶ. *hominem quæro.* quòd cùm homines ad se invitâssent, confluentes multos baculo abegit, simul dictitans, Ἀνθρώπους ἐκάλεσα, ὑ κεφάλαια. *Homines vocabam, non quisquilias.* quòd è balneo prodiens, ut Hecato in *chriis*, vel ab Olympia reversus, ut alii perhibent, quærenti an plurimi homines ibi essent, respondit, Πολὺς μὲν ὄχλος, ὀλίγοι δὲ ἄνθρωποι. *turba quidem multa; verùm homines pauci.* Laert. *l.* 6. Quibus finitima habet & Joan. Chrysost. *tom.* 8. *orat.* 11. de Jeremia ex *c.* 6. *v.* 10. Ἐν μέσῳ πλήθει, ὥστε ὑδενὸς παρόντος, ὅτου ἐδύα. Πρὸς τίνα λαλήσω; τί λέγεις; τοσοῦτον πλῆθος ὁρῶν, ἐρωτᾷς, πρὸς τίνα λαλήσεις; ναί, φησὶ· τὸ πλῆθος γὰρ σωμάτων ὄζει, ἀλλ' ὁ πλῆθος ἀνθρώπων. ἀνθρώπου γὰρ τοῦ ὀπὶ τῆς ἀγορᾶς ὁ δεῖ κλύειν· ὁ γὰρ εἴ τις σῶμα ἀνθρώπου καὶ φωνὴν ἔχει, ὅτος ἄνθρωπος. ἀλλ' εἴ τις ψυχὴν ἀνθρώπου καὶ διάνοιαν ἔχει ψυχῆς. Et de Esaia, ex *c.* 50. *v.* 2. Εἰς τὴν πόλιν τὴν Ἰουδαίων τὴν μητρόπολιν εἰσελθὼν τὴν πολυάνθρωπον, ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς ὢν, τῶν ὄχλων πάντων αὐτὸν περιεχόντων, ἦλθον, φησὶ, εἶδα, καὶ ὑκ ἦν ἄνθρωπος. Siquidem erant illi, ut idem *tom.* 5. *orat.* 19. Ἄνθρωποι μὲν τὸ ὄνομα, ὑκ ἄνθρωποι δὲ τὸ φρόνημα. Philemon. *Agyrtâ*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 2.

Ὦ πῶς πονηρόν ὄζειν ἀνθρώπου φύσει
Τὸ σωίλον; ὁ γὰρ ἂν ποτ' ἐδήδειν νόμῳ.
Οἶσθ' ὅ τι δεῖ ἄλλων διαφέρειν θείαν;
Διαφέρει ὑδὲ μικρόν, ἀλλὰ χρώματι.
Πλάττ' ὄζει ταῦλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θεῖον.
Quàm prava tota est indoles mortalium,
Quæ cæteroqui non egeret legibus?
Tun' credis hominem relliquis animantibus
Differre? nihilum distat; hoc dempto tamen,
Quod alia cùm sint prona, rectum animans homo est.

Grot. Eleganter Chrysost. in illud Psaltæ *Psal.* 49. *v.* 20. *Homo jumento compar factus est.* Serm. *de ascens. Dom. Deterius est comparari jumento, quàm nasci jumentum.* Nempe quia, ut Aug. *in Psal.* 103. *conc.* 4. *Quod illi natura est, homini crimen.* Vel, ut Bern. *de bon. deser. quod illis natura est, homini culpa.* Ideò Bern. idem *ibid.* & *in Cant. serm.* 34. *Ipsis etiam bestiis bestialior est homo, ratione vigens, & ratione non vivens.* Vide *l.* 10. § 8.

§ 12. Οὐκ ἂν ταῦτα προσποιήσας, ἔτι ἀκοῦσαι δωνοῦσιν τι. τοῦ τῷ ἀγαθῷ γὰρ ἐφαμίσει | Periocha toto ferè ista miserè disturbata, depravata, mutilata est. Itaque Xylandrum nihil istic assecutum,

tum, haud mirum est. legendum forsan, ὑπ' ἂν τοῦτο προσποιήσοις, ἔτι ἀκούσας ἀνασχέσθαί τι, ὅσῳ τῷ ἀγαθῷ ἂν ἁρμόσοι. *Siquis*, inquit, *eorum aliquod quæ verè bona sunt*, puta justitiam, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, *animo ac cogitatione præceperit, his semel mente præceptis nihil vel ipse subjungere, vel adjectum ab alio quopiam audire justinebit, quod non aptissimè cum boni natura consistat.* Membrum proximum, huic ἀντιφώνον, lectionem hanc firmare videtur.

Τὸ ὑπὸ τῆς κωμικῆς | *à Comico dictum*: illud utique quod in periochæ hujus clausulâ extremâ ponitur.

Οὐ γὰρ ἂν τοῦτο μόνον ὁ προσποιήσαιτο καὶ ἀποδέξαιτο τὸ ἢ δεῖ τῇ πλήτυ | Lego, ὁ γὰρ ἂν τοῦτο μόνον [ὑπ' ἐκείνου] ὁ προσποιήσαιτο καὶ ἀποδέξαιτο ἐπὶ ᾗ τῇ πλήτυ, &c. Sive ad Scripturam vulgatam propiùs accedendo, quod D. Salmasio visum magis, ὁ γὰρ ἂν δεῖ τούτων μόνον ὁ προσποιήσαιτο, &c. forsan & sequentia tunc ità concepta fuerint. ὁ προσποιήσαιτο καὶ ἀποδέξαιτο τόδ' ἂν δεῖ ᾗ τῇ πλ. &c. *Aliosqui*, inquit, *Comici istud non offenderet & ut indignum repudiaretur, si de bonis illis verè bonis enunciatum fuisset; contrà admitteretur & plausu excipieretur, tanquam commodè admodum ac urbanè dictum, ubi de divitiis eisque bonis usurpatur, quæ bonorum loco vulgus hominum habet.*

Τὸν κυλικωνίον αὐτὸν, ὑπὸ τῆς εὐπορίας ὃν ἔχειν ὄντα χρῆ | Cujusnam Comici istud sit, mihi haud liquet. Aristophanis forsan fuerit, cujus multa interciderunt. Hoc innuit, omnia apud illum nescio quem per summam opulentiam jam ità esse exornata & depicta, ut locus, in quo ventris onus deponatur, nullus supersit. Quomodo Aristippus, si Laert. *l.* 2. credimus, vel Diogenes potiùs, si Galeno *in hortat. c.* 5. (Cynicam enim proterviam redolet magis, quàm urbanitatem Aristippeam) in locupletis cujusdam faciem inspuisse legitur, quod in ædibus omni ex parte splendidissimè exornatis locum, in quem sputum demitteret, nullum deprehenderet. Cæterùm D. Salmas. ἀπορίας mavult, ut à divite aliquo infelice & luxurioso in scena pronunciatum sit, qui dixerit, Se ὑπὸ τῆς ἀπορίας οὐκ ἔχειν ὅπου χέσῃ. quod à tali viro dictum populus pronis auribus & cum plausu accepit. at de prudente, aut justo, aut forti ac temperante non ità facilè diceretur, nec dictum cum favore & attentione audiretur. Utrovis modo legeris, Aristophaneum illud in Concionatricibus resipit, ubi Praxagoræ maritus, Ἀλλ' ἐν καινῷ τῷ τοῦ τις ἂν χέσαι τύχοι, *At in vacuo alicui ubi cacare dabitur?* D. Bootius verò legendum existimat, ὅπου δόσῃ αὐτῷ. ut sit locupletis alicujus, cum illo Lucæ *c.* 12. *v.* 17. conquerentis, non suppetere ampliùs, ubi opes suas reponat. quod de externis istis commodè satis dictum censeretur, eum qui ista possideat, præ nimia copiâ non habere, quid agat. at de verè bonis, justitia, temperantia, &c. enunciatum, ineptum planè etiam vulgo hominum haberetur. Hæc ille.

§ 13. Ἐξ ἀμφοῖν τὸ ὅλικόν | hoc est, *ex forma & materia*; ex anima & corpore. Vide *l.* 2. § 2. *l.* 4. § 21. & *l.* 6. § 32.

Οὐδέτερον τούτων εἰς τὸ μὴ ὄν | Vide *lib.* 4. § 4. Jul. Scalig. *ad lib.* 1. *de Plant. Si è nihilo nihil fieri potest; igitur id quod est aliquid, in nihilum revertì nequit. Par enim ratio creationis & corruptionis.*

Πᾶν μέρος ἰμὰν | Vide *l.* 7. § 50.

Εἰς μέρος τι τοῦ κόσμου | Vide *l.* 8. § 18. & *l.* 10. § 7. Gregor. Nyssen. *orat. catechet. cap.* 8. Λύεται τὸ αἰώνιον, ὅτι ἀφαιρίζεται. ἀφορισμὸς μὲν γὰρ, ὃ εἰς τὸ μὴ ὂν μεταχώρησις· λύσις δὲ εἰς τὸ τοῦ κόσμου συγχεῖται πάλιν, ἀφ' ὧν τὸν σύσταντα ἔχει, διάλυσις. τὸ δὲ ἐν τούτοις γινόμενον οὐκ ἀπόλωλε, καὶν ἀνοφόλυγι τὸν καταλήψιν τῆς ὑμετέρας αἰσθήσεως.

Εἰς ἕτερον κόσμου μέρος μεταβαλεῖ | *mutabit*, i.e. mutatione interveniente, si mutatum, transibit. μεταβάλλειν *mutare*, pro μεταβάλλεσθαι *mutari*. Sic Plato *polit. lib.* 8. Ὅτι πᾶσα πολιτεία μεταβάλλει ἐξ αὐτῆς ἔχοντος τὰς ἀρχάς, ὅταν ἐν αὐτῇ τύτῳ ἡ στάσις ἐγγένηται. Aristot. *polit. l.* 5. *c.* 1. ἐκ τίνων ἢ αἱ πολιτεῖαι μεταβάλλουσιν,——καὶ ἐκ ποίων εἰς ποίας μάλιστα μεθίστανται. Et *ibid. c.* 3. κἂν εἰς ἄλλα ζῶα μεταβάλλοι μορφάς. & μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ αὐταὶ στάσεσι. & *c.* 4. Μεταβάλλει γὰρ ἡ πολιτεία ἐκ δύο γενῶν ποιησάντων, &c. Theophrast. *de caus. plant. l.* 6. *c.* 10. Μεταβάλλειν καὶ ἐπαναδίδασθαι πάλιν συμβαίνει μὲν αὐτῶν σπανίως καὶ ἢ μάλιστ' ὅταν ἢ θαλαττωθῇ, ὑπὸ τῆς τοῦ ἄρρενος σπάνιος παρουσίας. quo loco & τὸ θηλύνειν passivè pariter usurpatur. de vino loquitur. ità passim usurpat Marcus ipse, *l.* 2. § 17. *l.* 4. § 3. propè finem. & § 16. & *l.* 8. § 15. *Mutare* itidem Latinis passivè sumitur. Livius *l.* 5. *Annona nihil mutavit.* & *lib.* . *Animi mutaverant.* Tertull. *de pallio c.* 2. *Mutavit & totus orbis aliquando.* &, *mutavit rursus orbis, alius idem.* &, *Læta mutant.* &, *Laudans orbem mutantem, quid denotas hominem?* & *c.* 3. *Chamæleon mutare totus, nec alius, valet.* μεταβάλλειν etiam simpliciter pro *sedem mutare, de loco in locum migrare.* Vide *ad l.* 6. § 45. ἐκεῖ δὲ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ. *eodem concedere, migrare nos oportet.*

Ἤδη εἰς ἄπειρον | Vide *l.* 2. § 3. & *l.* 6. § 15.

Κατὰ ταὐτὰ μεταβολαὶ καὶ γενέσεις | Vide *l.* 4. § 5. & *l.* 7. § 18.

Κἂν κατ' ἀειδεῖς διαστάσεις | Etiamsi, inquit, mundus per finita quædam intervalla dissolveretur, nec in æternum integer persisteret, generationis tamen & corruptionis series vel sic etiam in infinitum prorogaretur. Vide *l.* 10. § 7. Apud Laert. *l.* 7.

l. 7. *Zenon.* Stoici volunt, Deum mundi conditorem, χρῆναι χρέων πειὰς ἀεὶ ὁδοὺς, ἀναλίσκειν εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτῆς γεννᾶν. Indè ἀεὶ ὁδοὺς illæ παλιγγενεσίαι quarum meminit Marcus *l.* 11. § 1. quáque Philo *de mundo* his verbis oppugnat: Ἀμήχανον παλιγγενεσίαν τὸν κόσμον λαβεῖν, μηδενὸς ἐντέλεχείᾳ σπερματικῷ λόγῳ, πάντων ἢ φθαρησομένων, ἢ μὲν ἄλλων ἐκ τῶν πυρὸς, ἄλλων ἐκ ἐνδείας. Tatian. *adv. Græc.* c. 41. Ἐκπύρωσιν ὑποδαίειν καὶ κοσμικὰς λέγει. ἐγὼ δὲ οὐδαπῶς. Et latiùs, οὐκ ὡς οἱ Στωικοὶ δοξοματίζουσι, κατὰ πᾶσι κύκλον ἀεὶόδους γινομένων καὶ διακοσμουμένων ἐξ αὐτῶν, ἵνα δεῖ τι χρήσιμον ἅπαξ ἢ δὶς καὶ ἡμᾶς αἰῶνα παρεσομένους, καὶ εἰς τὸ παντελὲς διὰ μόνον ἐξ ἀνθρώπων τὴν σύστασιν ἔσεσθαι, χρεῖαν κείσας. Cæterùm non Stoicis solis hoc placuit, sed & longè ante Stoicam disciplinam enatam, Heraclito; qui διαπυρώσιν τοῦ κόσμου κατὰ πᾶσι ἀεὶόδους ἐναλλὰξ, asserebat, autore *l.* 9. Laertio.

§ 14. Ὁ λόγος καὶ ἡ λογικὴ τέχνη | Non est assecutus Xylander, quid Marcus hîc vellet, cum opinatus est id voluisse, quod Aristot. *eth. l.* 1. *c.* 1. & Plato *in Lacheste*, non esse in rebus ad vitam humanam pertinentibus eam certitudinem atq; constantiam, quæ est in scientiis & artibus. Etenim aliud est prorsus, quod hîc Marcus monet, nec semel aut iterum tantùm alibi inculcat; rationem nimirum artémque rationalem, (de qua *l.* 11. § 5. πίστις ἡ τέχνη; ἀγαθὸν ἐστί.) esse ejusmodi facultates, quæ sibi ipsis sufficiant, nec ullius rei extra se adminiculo opus habeant, vel ad opus suum exercendum, vel ad finem suum consequendum. Vide *l.* 4. § 40.

Κατορθώσεις | *rectas effectiones.* Cic. *fin. lib.* 3. κατορθώματα Stoicis *rectè facta*; quibus opponuntur σκολιὰ καὶ σκληρὰ, sive ut Pers. *Sat.* 3. *v.* 51. *curvi mores*, qui ad rectè rationis obrussam non sunt exacti. Casaub. ad Pers.

Τὴν οἰκειότητα τῆς ὁδοῦ | de qua *l.* 4. § 51.

§ 15. Ἐπιβάλλει | *Homini, quà homo est, convenit.* Xyl. & Cas. malim, *ad hominem, quà homo est, pertinet*, sive *quod ad officium hominis spectat, quà homo est.* atque ità mox Cas. vertit, ὧν ἐπιβάλλοντα τῷ ἀνθρώπῳ. *ex eis esset, quæ ad hominem pertinerent.* Vide *ad l.* 7. § 7. Galenus *de optim. secti. cap.* 11. Ἡ δὲ τοιαύτη κρίσις φιλοσόφοις, καὶ οὐκ ἰατροῖς ἐπιβάλλει. *Judicium ejusmodi ad Philosophos, non ad Medicos pertinet.*

Οὐκ ἔστι ἀπιστήματα ἀνθρώπου | Epictet. *lib.* 4. *c.* 5. Ἐπίσκεψαί σε τὸ ταμεῖον, ἵνα τίνας δυνάμεις ἔχων ἐλήλυθας. ἵππος μὲν γὰρ τί ποτ' ἀδλίας ὄζει; ὅταν μὴ φυσικῶν δυνάμεων στέρηται· οὐχ ὅταν μὴ δύναται κεκυβίζειν, ἀλλ' ὅταν μὴ τρέχειν· ὁ δὲ κύων, οὐχ ὅταν πίτταξ μὴ δύνηται, ἀλλ' ὅταν μὴ ἰχνεύειν· μή ποτ' ἐν ὅτῳ καὶ ἄνθρωπος δυσχερὴς ἔσται, οὐχ ὁ μὴ δυνάμενος λέοντας πίνειν, ἢ ἀσθενείας περιλαμβάνειν· ἀ γὰρ φύσις τοῦτο δύναμις παρὰ ἔχειν ἐλήλυθε ἢ ἀπὸ τῆς φύσεως· ἀλλ' ἀπαλαιὸς τὸ εὐγνώμων, τὸ πρᾶον. τοῦτον σκοπεῖσθαι δεῖ μᾶλλον, εἰς ὅσα χρηστὸς ἐλήλυθεν· οὐχὶ, μὰ Δία, τὸν φωτᾶ, ἢ τὸν πεδητικόν· ἀλλ' ἢ ζῶντα συμβιῶναι ἀπαλλάσσει τὰ ἴδια, ἃ τὰ παρέρχεται, τὸ ἀγεῖδιον, καὶ τὸ οἰκίδιον, καὶ τὸ παιδικάριον, καὶ τὰ δηλαδὴ τούτων ὁ ὕδην ἴδιον τῷ ἀνθρώπῳ ὄζει. & quæ sequuntur.

Τὸ φορτικὸν | Vide *lib.* 8. § 8. Longin. *de sublim.* ὕδην ἐστὶν ἀρχὴ μέγα. ἢ τὸ κεφαλαιωδὲς ὄζει μέγα, ὃ πλοῦτος, τιμαὶ, δόξαι, τυραννίδες· καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ἔχει πολὺ τὸ ἔξωθεν ἐπαγγελόμενον, ὑπ' ἄν τις γε φρονίμῳ δόξειεν ἀγαθὰ ὑποδεδέλλεσθαι, ὧν αὐτὸ τὸ ἀπεφορτίσθαι ἀγαθὸν ὁ μύστης. θαυμάζει γὰρ δὴ ἐχόντων αὐτὰ μᾶλλον τοὺ δυναμένους ἔχειν, καὶ διὰ μεγαλοψυχίας ὑφορῶντας.

Κατεξαίρεσθαι | Vide *l.* 8. § 39. omisit Xyl.

Οὐδὲ ἐπαινετὸς ἐπὶ | At cum primis laude dignus censetur, qui externa ista vel contempserit, & pro supervacaneis habuerit, vel honesti caussâ libens etiam à se abdicaverit. Epict. *enchir. c.* 15. Ἂν ἢ καὶ παρεσθίοντων σου μὴ λάθῃς, ἀλλ' ὑπείδῃς, τότε ἀ μόνον συμπότης ἢ δεῖν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. ἔτω δὲ ποιῶν διοικήσεις, καὶ θεοῖσι, ἐξίεις θεοὶ τε ἔσσι καὶ ἐλέγχοις. Sen. *epist.* 18. (ex Maron. *Æneid.* 8.)

Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo ———

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempsit. Socrates apud Laert. *l.* 2. & Xenoph. *memorabil. l.* 3. τὸν ἐλαχίστων δεόμενον, ἔφησε ἐγγὺς εἶναι θεῶν.

Ἐλαπτικὸς | Bona ista neutiquam esse, indè probat, quia tum bonus nequaquam esset, qui se istis ulla ex parte privaret, séq; ab illis cohiberet: cùm boni ea sit ratio, ut quò majus ampliúsq;, eò etiam meliùs ac laudabilius sit. Eodem argumento adversus voluptatem depugnat Seneca *de vit. beat. c.* 14. *Voluptas nocet nimia: in virtute non est verendum, nè quid nimium sit. Non est bonum, quod magnitudine laborat suâ.* Et adversus iram, *de ira l.* 1. *c.* 13. *Quæ habenda sunt in bonis, quò majora, eò meliora & optabiliora sunt. Si justitia bonum est, nemo dicet meliorem futuram, si detractum ex ea fuerit: si fortitudo bonum est, nemo illam desiderabit ex aliqua parte deminui. Ergò & ira, quo major hoc melior. quis enim ullius boni accessionem recusaverit? atqui augeri illam inutile est: ergò & esse non est bonum, quod incremento malum fit.*

Ἢ ἀφαιρέμενά τι τούτων ἀνίησιν | Omisit clausulam hanc Latinus interpres. mendum scripturæ subesse liquet. leg. ἢ ἀφαιρέμενός τι. Tam sustinere æquanimiter damna rerum istarum, quàm ab eis se continere, virtutis est. Hoc est, vel plus hoc etiam quod Apostolus de Hebræis fidelibus. *c.* 10. *v.* 34.

Καὶ

Καὶ πῶς ἀφαιρεῖσθαι δεῖ ὑπαρχόντων ὑμῶν μὴ χαλεπῶς φερομένους. Itaque Joannes ὁ χρυσορρήμων *in epist. 1. ad Thess. orat. 3.* Εἰκότως τοῦτον μᾶλλον θαυμάζομεν τὸν ἐπιεικῆ συγχωροῦντα φέρειν τὰ μὴ ὄντα δίδοντα. Et *de statuis 1.* Τῷ δὲ ἐλεημοσύνῃ δῶναι, τὸ τοιούτοις περιπεσόντα φέρειμαν (de Jobi damnis verba facit) εὐχαριστῆσαι τῷ Θεῷ πολλῷ μεῖζόν ἐστι. ὁ γὰρ ἂν δι' ἐλεημοσύνην δώσῃ, ἀλλὰ καὶ ἄλλον ἂν πάρ' ἑτέρου ἀφαιρεθέντες ἐπέσχωσιν ἡμεῖς, καὶ ταῦτα πολλῷ ἡμῶν φέρει τὸν καρπὸν, καὶ δικαιοτέρους ἡμᾶς ποιεῖ, καὶ πλείονα προξενεῖ τὸν μισθόν. Et mox: Τῷ δὲ εἰς πλέτῳ ζῶντα ποιεῖν ἐλεημοσύνην, τὰ πάντα ἁρπαγθέντα ἡμεῖς ἐνέσχον καὶ μετ' εὐχαριστίας πολλῷ μεῖζόν ἐστι.

§ 16. Οἷα ἂν πολλάκις φαίη δῆς | Clemens *Strom. l. 4.* Ὁ ἀνδρεῖος, καὶ πίστιν ἐγγενομένην τῇ ψυχῇ, ὃν αἱρήσεται, χαριεῖται. Itaque Jeremias de Judæis *cap. 2. v. 5. Vanitatem secutus vanè evanuerunt.* Et Xyland. *in præfat. ad Marc. Apud sani judicii homines tanti unumquemque fieri, quanti sunt eæ res pretii, in quibus is operam suam industriamque ponit.*

Βάπτεται δὲ ὑπὸ τῆς φαντασίας ἡ ψυχή | Ità *l. 6. § 30.* μὴ βαφῇς. γίγνεται γάρ. Epictet. *l. 3. c. 3.* Οἷον ὅτι ἡ λακάνη τῷ ὕδατι, τοῦτον ἡ ψυχὴ ὅτι ἡ αἰσθησις ἡ φαντασίωσα τῷ ὕδατι, τοῦτον αἱ φαντασίαι.

Ἔστι δὲ καὶ εὖ ζῆν ἐν αὐλῇ | Pii 2. Papæ dictum à Platina refertur. *Ut in mare flumina omnia, sic vitia in magnas aulas influere.* De aula itaque Papali Bern. *ad Eugen. lib. 4. Plures in eâ probavimus defecisse bonos, quam profecisse malos.* Hinc Epigrammaticum cujusdam (nomen enim non succurrit) illud,

Paucos beavit aula; plures perdidit:
Sed hos quoque ipsos, quos beavit perdidit.

Licet tamen etiam in aulâ, inquit Marcus, bene vivere. licet in aula Neronis etiam piè & christianè. *Philip. c. 4. v. 22.* neque necessarium ideo prorsus, ut quod *l. 1.* Lucanus,

——*exeant aulâ,*
Qui velit esse pius.——

De se Julianus in aula agens *epist. 12.* Σωώσωμεν ἀλλήλους ἐν μὴ τῇ αὐλικῇ χαυνότητι μόνῃ, ἀλλὰ μὴ τῇ ἀλλήλοις φιλικοῖς ἐλαττείᾳ. Vide *l. 1. § 17.* & *l. 8. § 9, 45.* Senec. *epist. 28. Bene vivere omni loco positum est. nam quid tam turbidum fieri potest quàm forum? ibi quoque licet quietè vivere, si necesse sit.* & *epist. 55. Non multùm ad tranquillitatem facit locus. animus est qui commendat omnia. Vidi ego in villa hilari & amœna mœstos: vidi in mediâ solitudine occupatis similes.* & *epist. 104. Puta veniisse te Athenas, puta Rhodum: eligè arbitrio tuo civitatem: quid ad rem pertinet, quos illa mores habent? tuos afferes.* & *epist. 51. Neminem Cato-*

pus esse frugi vetas. Sic ergò componendus est animus, ut Flaccus *l. 1. epist. 11.*

Ut quocunque loco fueris, vixisse libenter
Te dicas. —

ut quocunque fueris, bene agere possis. Clemens *Strom. l. 1.* Ὡς ἐν πυλῇ βίᾳ ὀρθῶς δεῖ βιῶν· ἔστιν ἢ μὴ ἐν θεωρίᾳ ἕξιν.

Οὗ ἕνεκεν ἔκρισεν κατανοίας, φησὶν ὁ καθοσιότητος, φησὶ τοῦτο φέρεται | Deest prioris membri clausula posterior, ità supplenda οὗ ἕνεκεν ἔκρισεν κατανοίας, [φησὶ τοῦτο κατανοίας] Vide *l. 6. § 16, 20.* & *l. 7. § 55.*

Ὅτι φησὶ κοινωνίαν γεγόναμεν πάλαι δεδόσθαι | *L. 2. § 1.* & *l. 3. § 4.* & *l. 2. § 3.* Sic & *l. 11. § 18.* ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. Hierocles *de nupt.* apud Stob. *tom. 2. tit. 67.* Ἅπαν τὸ ἡμῶν ἡμῖν ἔοικε φησὶ κοινωνίαν. *Sic enim mihi perspicere videor, ità natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam, major autem, ut quisque proximè accederet: itaque cives potiores sunt quàm peregrini, & propinqui quàm alieni.* Cicer. *de amic.* Vide *l. 9. § 7.* Basil. Cæs. an Eustath. Sebast. *regul. prolixior. ad quæst. 3.* Τίς ἐκ οἶδεν, ὅτι ἥμερον καὶ κοινωνικὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐκ μοναστικὸν, οὐδὲ ἄγριον; οὐδὲν γὰρ ὅτως ἴδιον τῆς φύσεως ἡμῶν, ὡς τὸ κοινωνεῖν ἀλλήλοις, καὶ χαίρειν ἀλλήλων, καὶ ἀγαπᾶν τὸ ὁμόφυλον.

Τὰ χείρω δεῖ χρεττόνων | Vide *infr. § 30.* & *l. 6. § 23.* & *l. 7. § 55.* & *l. 11. § 18.*

Κρείττω δεῖ εἶναι ἐμψύχων τὰ ἄψυχα | Ex Chrysippo Laert. *l. 7.* Τὰ ζῶον τῶν μὴ ζώων κρεῖττον. Plutarch. item *de Isid. & Osir.* Μηδὲν ἄψυχον ἐμψύχου, μηδὲ ἀναίσθητον αἰσθανομένου κρεῖττον· ità enim legendum, contrà planè quàm ibi in vulgatis habetur, ἔμψυχον ἀψύχου. Hinc Aug. *de div. ab. anim. contr. Manich. c. 3. & 4. Muscæ animam Solis. Lunæque Luci; Muscam* ipsam hac ratione *Soli* ipsi *Lunæque* præferre videtur.

Τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ λογικὰ | Plato *Timæo.* Οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νῦν ἔχοντος ὅλου ὅλου κάλλιον. Dionys. *de divin. nomin. c. 5.* δεῖ ὄντων μὲν τὰ ζῶντα, δεῖ δὲ ὄντα ζῇ, τὰ αἰσθητικὰ, καὶ τούτων τὰ λογικὰ ὑπερέχοντα.

§ 17. Τὸ τὰ ἀδιάφορα διάφορα νομίζειν | *Lib. 6. § 50.* ἀδιαφόρων δὲ ἀφέγγε. Pindar. *Nem. od. 11.*

Ἀσωπίδαν ἐρώτων ὀξύτερα μανίαις.

Et *od. 8.*

—— κενεῶν ἐλπίδων χαλινὸν τέλος.

Gorgias *apolog. pro Palamed.* Μανία γὰρ ἔστιν ἔργοις ἐπιχειρεῖν ἀδυνάτοις. Epictet. *lib. 3. c. 24.* Τὰ μὲν δυνατὰ ἐφίεσθαι, ἀνδρεσπρεπῶς καὶ ἡλίθιον, ξένε, διαμαχόντος. Bias etiam apud Laert. *l. 1.* Νέον ψυχῆς, τὸ δεῖ ἀδυνάτων ἐρᾶν. Plut. *de tranq.* ἐκ ἦλθε σοὶ τὰ εὐθυμίας κωλύει· τὸ μὴ συμμέτροις χρῆσθαι τοῖς τῶν ἀνεκπλήκτων δυνάμεων, ὀρμᾶς ἄκρας ἴσας, ἀλλὰ μείζοσιν ἐφιεμένους παῖς ἐλπίσιν.

ἐλπίσιν, ὅτ' ἂν πυγχάνοντας, ἀπαΐδευτα δείματα καὶ πόνων, ἀλλὰ μὴ τῆς αὐτῆς ἀβελτηρίας. ἢ δὲ τὸ πρόθυμον τοῦ ἀγῶνος βουλόμενον, καὶ τοῦ βοᾶν καὶ κινηθῆναι, δυσχερὲς ὄζειν· ἢ δὲ τὰ χείροις καὶ σαγήναις ἀλάρνα μὴ λαμβάνοντι, μηδὲ ἕξις δείματι ἐναντιοῦται μαχητοῖς, ἀλλ' ἀβελτηρία καὶ μαχητοῖς τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν. Vide *l.* 7. § 4.

Ἀσύμβολον δὲ τὸ τοῦ φαυλοῦ μὴ τοιαῦτά τινα ποιεῖν | Ità *l.* 11. § 18. Τὸ ἀξιοῦν μὴ ἀμφότερον τοῦ φαύλου, μανικὸν ἀξίωμα τῶν ἐρίστων. Vide *infr.* § 28. & *l.* 9. § 42. & *l.* 12. § 16.

§ 18. Οὐδὲν ξένον συμβαίνει, ὃ ὑπὲ ἐκείνου πάσχειν φύσιν αὐτῷ | Transponendas opinor voculas duas; ὃ ὑπὲ ἐκείνου φύσιν πάσχειν αὐτῷ. Vel immutandas potiùs, ut sic legatur; ὃ ὑπὲ ἐκείνου πάσχειν οὐτὸ. *nihil homini cuiquam contingit, quod ipsum is non natus sit ferre.* id est, quod non à natura habeat, ut ferre possit. neq; enim interpretibus assentior, alteri, qui ad naturæ destinationem; alteri, qui ad ordinarios in rerum natura eventus refert: cùm ad ferendi potestatem à natura tributam respexisse Marcum subsequentia doceant, quibus alios eadem pertulisse monet, vel per ignorantiam, vel per ostentationem. Vide *l.* 8. § 46. & *l.* 10. § 3.

Ἤτοι ἀγνοῶν | Sive rei ipsius ignarus. neque enim nondum rescita quenquam movere possunt infortunia etiam gravissima. Hinc Euripidis illud *Antiopâ*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 99.

Φέρω δ' ὁ πάσχω κἀπὸ τόδ' ὀυκ ἀκμὴν κακόν.
Τὸ μὲν εἰδέναι γὰρ ἡδονήν τιν' ἔχει τινα
Νοσοῦντα· κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.
Intelligo quæ patior: haud leve hoc malum.
Quædam est voluptas abstrahi à sensu mali;
Intérque damna quæstus ignorantia est. Grot.

Sive etiam rei naturam non intelligens, aut quid indè possit ipsi mali vel molesti saltem obtingere. Ità Aristot. *ethic.* *l.* 3. *c.* 8. Ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται καὶ οἱ ἀγνοοῦντες. Et Epictet. *l.* 4. *c.* 7. Τί ποιεῖ φοβερὸν τὸν πύγμονα; οἱ δρυφόροι, φησὶ, καὶ αἱ μάχαιραι αὐτῶν, καὶ οἱ ὀπὴ κοπτῶν, καὶ οἱ ἀποκλείοντες τοὺς εἰσιόντας. διὰ τί οὖν, ἂν παιδίον αὐτῷ προσαγάγῃς μὴ ἔχον δρυφόρων ὄντι, ἃ φοβεῖται; ἢ ὅτι οὐκ αἰδάνεται τούτων τὸ παιδίον; ἂν οὖν ἔχῃ δρυφόρων τις αἰδάνηται, καὶ ὅτι μαχαίρας ἔχουσιν, ἐπ' αὐτὸ ἦ τοῦτο προσέρχηται αὐτῷ, θέλων ὑποδαρεῖν διά τινα φύσιαν, καὶ ζημιῶσ' ἀπ' ἄλλου παθεῖν αὐτὸ εὐκόλως, μὴτι φοβεῖται τοὺς δρυφόρους; θέλω γὰρ τοῦτο, φ' ὃ φοβερὸν εἶναι. ἂν δέ τις μὴτ' ὑποδαρεῖν, μήτε ζῆν θέλων ὅλῳ ἁπαντῷ, ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῆται, προσέρχηται αὐτῷ, τί κωλύει μὴ δεδικότα προσέρχεσθαι αὐτῷ; ὑβρίν. Indè Sen. *epist.* 36. ubi submonuerat, *nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem,* subjungit, *Esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad quam stultitia perducit.*

Ἐπὶ διδασκαλίῳ μεγαλοφρονοῦντι | Senec *epist.* 78. *Athletæ quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriæ cupiditate. nec tantùm quia pugnant, ista patiuntur, sed ut pugnent. exercitatio ipsa tormentum est.* Tertull. *ad Martyr. epist. c.* 4. *Timebit forsan caro gladium gravem, & crucem excelsam, & rabiem bestiarum, & summam ignium panam, & omne carnificis ingenium in tormentis. Sed Spiritus contrà ponat sibi & carni, acerba licèt ista, à multis tamen æquo animo accepta, imò & ultrò appetita, famæ & gloriæ causâ, nec à viris tantùm sed etiam à fœminis. Lucretia vim stupri passa, cultrum sibi adegit in conspectu propinquorum, ut gloriam castitati suæ pareret. Mutus manum suam dextram in ara cremavit, ut hoc factum ejus famæ haberet. Minus fecerunt Philosophi: Heraclitus, qui se bubulo stercore oblitum exussit: item Empedocles, qui in ignes Ætnæi montis desiliit; & Peregrinus, qui non olim se rogo immisit: cùm fœminæ quoque contempserint ignes. Dido cùm post virum dilectissimum nubere cogeretur: item Asdrubalis uxor, quæ jam ardente Carthagine, nè maritum suum supplicem Scipionis videret, sum filiis in incendium patriæ devolavit. Regulus dum Romanis captus à Carthaginiensibus, cùm se unum pro multis captivis Carthaginiensibus compensari nollet, maluit hostibus reddi, & in arcæ genus stipatus, undique extrinsecus clavis transfixus, tot cruces sensit. bestias fœmina libens apperiit, & utique horridiores, aspides serpentes, taurus vel ursa, quas Cleopatra immisit sibi, nè in manus inimici perveniret. Sed mortis metus non tantus est, quantus tormentorum. Itaque cessit carnifici meretrix Atheniensis, quæ conscia conjurationis, cùm propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit conjuratos, & novissimè linguam suam comestam in faciem tyranni exuit; ut nihil agere se scirent tormenta, & si ultrà perseverarent. Apud Lacedæmonios ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus, & propinquis, & uti perseverent adhortantibus. ornamentum enim & gloria deputabitur, majore quidem titulo, si anima potiùs cesserit plagis, quàm corpus. Omitto nunc gloriæ caussam. eadem omnia savitiæ & cruciatûs certamina jam apud homines affectatio quoque & morbus quidam animi conculcavit. quot otiosos affectatio errorum ad gladium locat? certe ad feras ipsas affectatione descendunt; & de morsibus & de cicatricibus formosiores sibi videntur. jam & ad ignes quidam se autoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulaverunt.* In eandem sententiam multa habet, & ex istis quædam repetita, in *apologet. c.* 50.

Εὐσταθεῖ | *Fortiter, constanter perfert.* Plut. *Lycurgo*: Οὔτε γὰρ φόβον ὅτε θυμὸν ἐγκλείσθαι πεφυκόσι τοῖς ὅπου διανοήμασιν εἰκὸς ὄζειν, ἀλλ' εὐσταθὲς φέγγημα μετ' ἰλαρότητος καὶ θράσους. Idem in *Publicol.*

Publicol. de Horatio in Capitolii dedicatione, etiam *filii morte nunciatâ, perſiſtente:* Θαυμαζὸς ὁ ἀνὴρ τῆς ἐυσεβείας. Vide *ad l.* 6. § 10.

Δεινὸν ἦν ἄγχειν καὶ ἀρίστειαν λογισμὸς ἐν ὀργήσεως | Senec. *epiſt.* 76. *Concipita vanga & formidata, inconſulto impetu plerique calcârunt. Inventus eſt qui flammis imponeret manum; cujus riſum non interrumperet tortor;* (ſervus in domini ultionem Aſdrubalis interfector, de quo Val. Max. *memor. lib.* 3. *c.* 8. Juſtin. *hiſt. lib.* 44. Liv. *hiſt. lib.* 21. & 10 ruſus Senec. *epiſt.* 78.) *qui in funere liberorum lacrymam non mitteret; qui morti intrepidus occurreret. amor, ira, cupiditas, pericula depoposcerunt. Quòd ſi hoc poteſt brevis obſtinatio animi aliqua ſtimulo excitata; quantò magis virtus, quæ non ex impetu, nec ſubitò, ſed æqualiter valet,* cui *perpetuum robur eſt?* quem & ex *epiſt.* 36. *ſuprà* adductum viſe ſis: & ex *epiſt.* 4. *ad lib.* 12. § 34. Tertull. *ad martyr. c.* 4. *Igitur ſi tantum terrenæ gloriæ licet de corporis & animi vigore, ut gladium, ignem, crucem, beſtias, tormenta contemnant ſub præmio laudis humanæ; poſſum dicere, modicæ ſunt iſtæ paſſiones ad confecutionem gloriæ cæleſtis, & divinæ mercedis. Tanti vitreum? quanti verum margaritum? quis non libentiſſimè tantum pro vero habeat erogare, quantum alii pro falſo? Hæc non ſine cauſſa Dominus in ſeculum admiſit, ſed ad nos, & nunc exhortandos, & in illo die confundendos, ſi reformidaverimus pati pro veritate in ſalutem, quæ alii affectaverunt pro vanitate in perditionem.*

§ 19. Τὰ σεσημασία | Idem *ſupr. lib.* 4. § 3. & *infr. l.* 11. § 16.

Οὐδὲ ἡδονὰς, ἐδὲ πόνους | Idem *lib.* 6. § 49. & *l.* 7. § 15. & *l.* 11. § 11, 16.

Οἷον ἐν κεφαλαίῳ | Hoc eſt quod ſuprà ſæpiùs, in opinione judicióque noſtro totum ſitum eſſe. *l.* 2. § 15. & *l.* 3. § 9. & *l.* 4. § 3, 7. & *l.* 8. § 47. & *l.* 11. § 16.

§ 20. Εὖ ποιητὸν καὶ ἀνεκτόν | *Infr.* § 33. ἀνθρώπους ὄντας εὖ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι. *Charitas vera eſt, amare quos toleras, tolerare quos amas.* Gregor. Rom. *in Job. lib.* 10. *c.* 5. & *in Evang. hom.* 35. Epict. *l.* 3. *c.* 13. Εἰκὼν πᾶσι, σωφρονεῖν, ἀνεχόμενον ἕτους αὐτοὺς ἀφέλιμον καὶ μὴ ποιοῦσα αὐτῶν τὸ σωτὸ φιλεῖν. Hocrat. *Panathen.* Τὰς φρενώσεις καὶ δικαίως ὁμιλίας τοῖς ἀεὶ πλησίοις, καὶ τὰς μὴ πρὸς ἄλλων ἀνδίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως καὶ ῥᾳδίως φέρουσας σοφὰς δ' αὐτὰς, ὡς δυνατὸν ἐλαφροτάτους καὶ μετριωτάτους τοῖς σώμασι παρέχουσας.

Καθ' ὅσον ἡ εἰσάγεται | Ità *l.* 8. § 41. ὁρμίσασθαι ἔνθεμα ἐγίνετο; & *lib.* 11. § 9. οἱ ἐνεστῶτες.

Ἓν τι τῶν ἀδιαφόρων | Vide *l.* 6. § 32. & *l.* 8. § 56.

Ἐνέρχεται μὴ τοι ἐμπόδιόν ἐστι | Vide *lib.* 8. § 32.

Ὁρμὴ καὶ διάθεσις ἐ γίνεται ἐμπόδια | Vide *l.* 8. § 41. & *l.* 11. § 33.

Διὰ τὴν ὑπόκρισιν | De qua *lib.* 4. § 1. & *l.* 6. § 50.

Καὶ τὴν ἀναίδειαν | De qua *ibidem.*

Παρεσκεύασαι γὰρ καὶ μαθεῖν | Ità Plut. *de tranquill.* Ἔξεσι γὰρ μαθεῖν παρὰ τοῦ πόνου ἐν τῇ ἀβελτερίᾳ τῶν.

Εἰς τὸ προηγούμενον | *Ad ea quæ præceſſerunt.* Xyl. haud ſatis commodè *ad illud quod intendis.* Caſ. ex mente forſan Marci, ſed non ad ſenſum vocabuli. malim, *ad id quod eſt potius.* Vide *ad l.* 3. § 1.

Περὶ ἔργου γίνεται τὸ τῆς ἔργου ἀφικτόν | Ità Paulus *ad Philipp. c.* 1. *v.* 12, 13. Τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, &c. eleganter autem Marcus, illud ait ad opus noſtrum cum primis eſſe conducibile, quod opus ipſum impedit, illud ad viam perficiendam conferre cum primis, quod in via nobis obſiſtit. hoc enim τὸ προ ἔργου & προ ὁδοῦ ſignificat: utì multis exemplis docent Budæus in *Comment.* & Dunæus noſter *ad Demoſth. de pace*, quæ ab illis petas licet. Indè Heſiod. *l.* 2.

Ἠὼς ἡ προτέρη μὲν ὁδὸν, προφέρει δ' ἐς ἔργον.
Aurora & confert ad iter, confert ad opuſque.

Gregor. Naz. *in Cyprian.* Οἶδε γὰρ ἐς διὰ τῆς ἐναντίων τὰ ἐναντία οἰκονομοῦσα, ἵνα μᾶλλον θαυμάζηται.

§ 21. Τὸ κρατιστον τίμιον | Diogenes [perperam Diotogenes in excuſis] Pythagoricus *de regno*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 48. Δεῖ γὰρ τὸ ἄρχον ὡσὸ τοῦ ἀρχομένου καὶ τὸ ἀγαθοποιὸν ὡσὸ τοῦ ἀγαθοποιουμένου.

Τὸ πᾶσι χαίρωσι, καὶ πάντα δίκην | numen ſcil. τὸ τὸν κόσμον διοικοῦν. *l.* 2. § 4. & *l.* 6. § 5. ὁ θεοῖς λόγος. & § 42. ὁ τὰ ὅλα διοικῶν. & *infr.* § 32. ὁ οἰκονομῶν τὸ πᾶν. quod Senec. *epiſt.* 71. *cuncta temperans Deus.* Manil. *l.* 2.

Infuſumque Deum cælo terriſque fretoque,
Ingentem æquali moderantem fœdere molem.

Τῶν ἐν σοὶ τὸ κρατοῦν τίμιον | quod *ſuprà lib.* 3. § 9. Τῷ ἐπολυμερικῷ δυνάμει σῶμα. & *lib.* 6. § 16. ἡ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμή. & *lib.* 12. § 1. μόνον τὸ ἡγεμονικόν σου. καὶ τὸ ἐν σοὶ θεῖον πνεῦμα. & *lib.* 7. § 55. ἡ νοερὰ ἐδόλως προκοπὴ, καὶ μὴ κρατεῖσθαι. Cicer. *de repub. l.* 6. in *ſomn.* Deum te ſcito eſſe. *Siquidem Deus eſt, qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prævidet, qui tam regit & moderatur, & movet id corpus, cui præpoſitus eſt, quàm hunc mundum princeps ille Deus: & ut ipſum mundum ex quadam parte mortalem Deus æternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus, movet.* Senec. *epiſt.* 65. *Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quod eſt illic materia, id nobis corpus eſt. Serviant ergò deteriora melioribus.*

melioribus Isocrat. *ad Demon.* c. § 33. Μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ, νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι.

Τὸ ἐμαυτῷ δυσχεραίνειν | Quod *l.* 12. § 1. Τὸ ἔν σοι θεῖον. & *l.* 6. § 3. vice versâ, τὸ τῇ ψυχῇ ἐμαυτῷ χαίρειν, *Deum.* Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Aratus in *phænom.* ab Apostolo laudatus, *Act.* c. 17. v. 28. secundum partem nimirum meliorem nostri.

Τὸ τοῖς ἄλλοις χρήσιμον | Ita *l.* 7. § 55. πάντα τὰ χρησιμεύοντα πᾶσιν ἐκείνοις. *aliis omnibus utitur*: ita etiam *l.* 3. § 1. τῷ ἑαυτοῦ χρῆσθαι. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 1. Τῶν ἄλλων δυνάμεων, ἃς μόνας εὑρήσεις αὐτὴν αὐτῆς θεωρητικὴν καὶ τούτων ἁπλῶς δοκιμαστικὴν, ἢ ἀποδοκιμαστικήν. ἡ γραμματικὴ μέχρι πόσου πέκτηται τὸ θεωρητικόν; μέχρι τοῦ διαγνῶναι τὰ γράμματα. —— αὐτὴ δὲ αὐτὴν θεωρεῖ τίς αὐτῇ; ἐδαμῶς. ἀλλ' ὅταν μὲν ἀντιγράφον τῷ ἑτέρῳ λέγῃ, τούτῳ τί γραπτέον, ἡ γραμματικὴ ἐρεῖ. πότερον δὲ γραπτέον τῷ ἑτέρῳ. ἢ οὐ γραπτέον, ἡ γραμματικὴ οὐκ ἐρεῖ· καὶ οὐδὲ ἡ μελῶν ὠιδοῦ τις ἡ μουσική. πότερον δὲ ἆρτον ἢ οἶνον ἢ τυρὸν ἐσθιητέον, οὐκ ἐροῦ. τίς δὲν ἐρεῖ; ἀλλ' ἡ καὶ αὐτὴν θεωροῦσα, καὶ τἆλλα πάντα αὕτη δ' ἐστὶ τίς; ἡ δυνάμις ἡ λογική. μόνη γὰρ αὕτη καὶ αὑτὴν καταστήσασα παρείληπται, τίς τί ἐστι καὶ τί δύναται, καὶ πόσου ἀξία ἐστὶ καὶ τἆλλα ἁπάσας. τί γὰρ ἐστιν ἄλλο τὸ λέγον, ὅτι τὰ χρυσᾶ καλὰ ἐστι; αὐτὸ γὰρ τὸ λέγον. δῆλον, ὅτι ἡ χρησικὴ δύναμις τῶν φαντασιῶν. τί ἄλλο, τὸ μουσικὴν, γραμματικὴν, τὰς ἄλλας δυνάμεις, διακρίνον, δοκιμάζον, τὰς χρήσεις αὐτῶν καὶ τοὺς καιροὺς οἷς δεῖ χρῆσθαι; ἄλλο ἄρα ἦν ἦν ἄξιον, τὸ κρῖνον ἁπάντων καὶ κανόνα σὲ θεοὶ μόνον ἐφ' ἡμῖν ἐποίησαν τὴν χρῆσιν τῶν ὀρθῶν τῶν φαντασιῶν. τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Idem *l.* 2. *c.* 22. Ἄνθρωπε, μήτε ἀχάριστος ἴσθι, μήτε πάλιν ἀμύητον τῆς προνοίας· ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν ὀρῶν καὶ ἀπίων, καὶ νὴ Δία, ὑπὲρ αὐτῆς ζώης, ἂν σωζῶν θεὸς αὐτὸ, ὑπὲρ ἐλαίας εὐχαρίστει τῷ Διΐ. μέμνησο δ' ὅτι ἄλλο τί σοι δίδωκε κρεῖττον ἁπάντων τούτων, τὸ χρησόμενον αὐτοῖς, τὸ δοκιμάζον, τὸ ἀξίαν ἑκάστου λογιζόμενον. τί γὰρ ἔστι τὸ ἀποφαινόμενον ὑπὲρ ἑκάστης τούτων τῆς δυνάμεων, ποσοῦ τινός ἐστιν αὐτῆς; μήτι αὐτὴ ἑαυτὴν ἡ δύναμις; μήτι τῆς ὀρεκτικῆς πρὸς ἅπαντας λεγούσης τὰ δεῖ ἑαυτῆς; μήτι τῆς ἀκκισητικῆς; - ἀλλ' ὡς διάκονοι καὶ δῆλαι τεταγμένοι εἰσὶν ὑπηρετῶν τῇ χρησικῇ τῶν φαντασιῶν. —— πῶς οὖν δύναταί τις ἄλλη δύναμις κρεῖσσον ἢ ταύτης, ἡ ἡ ταῖς λοιπαῖς διακόνοις χρῆται καὶ δοκιμάζει αὐτὴ ἑαυτήν; τίς δ' ἐκείνων οἶδε τίς ἐστιν οὔτε καὶ πόσου ἀξία; τίς ἐκείνων οἶδεν, ὁπότε δεῖ χρῆσθαι αὐτῇ, καὶ πότε μή; τίς ἐστιν ἡ ἀνοίγουσα καὶ κλείουσα τοῦ ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐφ' ὧν ἃ δεῖ ἀποστρέφουσα, τίς ἡ προσιοῦσα; ἡ ὀρεκτική; ὄ. ἀλλ' ἡ φευκτική. τίς τὰ ὦτα ὑπακούουσα καὶ ἀνοίγουσα; —— οὐκ ἄλλη ἡ φευκτικὴ δύναμις, —— πότερον ὑπομένον ἄμεινον, ἢ σωπῶσα, καὶ ὑπὸ ἄμεινον ἢ ὑπόνοια, καὶ τοῦτο φρόνιμον ἢ ὑ φρόνιμον, καὶ τὸν κριθὸν ἑκάστῳ, καὶ τἀλλὰ χρήσιμα, τίς ἄλλη λέγει ἢ ἡ φευκτική; καὶ δυνάμεται τὸ διακονεῖν κρεῖσσον ἢ ἐκείνης ἢ διακονεῖ; ὁ ἵππος τῷ ἱππεῖ; ἢ ὁ κύων τῷ κυνηγῷ; ἢ τὸ ὄργανον τῷ κιθαριστῇ; ἢ οἱ ὑπηρέται τῷ βασιλεῖ; τί δὲ τὸ χρώμενον; φευκτικὸν. τί ὀλιγωρεῖται πάντων; φευκτικὸν τί ὅλον ἀναιρεῖ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν λιμῷ ποτὲ ἢ ἀγχόνῃ, ποτὲ ἢ κρημνῷ; φευκτικὸν. ὅταν τί τούτων τὶ ἀμείνονα ἀνθρώπου δεῖ; καὶ πῶς οἷόν τε τὰ ἀκωλύτα κωλυόμενα;

Ὁ σὸς βίος ὑπὸ τούτου δείκνυται | Vide de his plura apud Epictetum loco superiùs allato.

§ 22. Ὁ τῇ πόλει ὢν ἔστι βλαβερός | Habes his gemina, *infrà* § 35. *lib.* 6. § 44. 54. *lib.* 8. § 55. & *l.* 10. § 6.

Εἰ ἢ ἡ πόλις βλάπτεται, οὐκ ὀργιστέον τῷ βλάπτοντι τὴν πόλιν. τί δὲ περιφέρεται | Mutila esse hæc, res ipsa clamat. olim opinabar deesse negativam, εἰ ἢ ἡ πόλις ὁ βλάπτεται, οὐκ ὀργιστέον τῷ μὴ βλάπτοντι τὴν πόλιν eo motu, quòd *infrà* dicitur § 35. τίς ἢ βλάβη τοῦ κακοῦ; tanquam communitas ipsa lædi non possit. Jam sententiam muto, & postrema sic suppleo, οὐκ ὀργιστέον τῷ β.τ.π. [δεικτέον δὲ] sive, [ἀλλὰ δεικτέον] τί τὸ περφέρεται. quomodo *l.* 7. § 26. ἐνυβρίζεται ἡ τοῦ περφέρεσθαι. & *l.* 11. § 13. καὶ τούτῳ αὐτῷ ἐπιμένει τὸ περφέρεσθαι δεῖξαι. ut dicat, etiamsi detur lædi civitatem, tamen non esse lædenti succensendum, sed citra iracundiam commonstrandum errorem. De Demonacte Lucian. Τῶν μὲν ἀμυήτων καταγέλαστα. τοῖς ἢ ἀμυήτοις συγγνωστὰ. καὶ τὸ παράδειγμα ἀφ' ἧς ἐκτῶν ἐχθρῶν ἐχθρὰ λαμβάνουσι, τὰ μὲν νοσήματα ἰατρῶν, ὀργὴ ἢ πρὸς τοὺς πολίτας καὶ χαμαίνους. Euripid. *Bellerophon.* Suidâ laudante;

—— τὸ μὲν νοσεῖν ἀνθρώπους κοινόν.

Senec. *de constant. sap.* c. 13. *Quis phrenetici medicus irascitur? quis febricitanti, & frigida prohibiti maledicta, in malam partem accipit? hunc affectum adversùs omnes habet sapiens, quem adversùs ægros suos medicus: quarum nec obscœna, si remedio egent, contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furentes sævientium excipere convicia. scit sapiens omnes eos qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratósque, malè sanos esse: quos non aliter videt, quàm ægros intemperantes. itaque nè succenset quidem, siquid in morbo petulantius ausi sunt adversùs medentem.* Idemque *de irâ l.* 1. *c.* 15. *Corrigendus est itaque qui peccat, & admonitione, & vi, & mollitèr, & asperè: meliórque sæpe sibi quàm aliis faciendus, non sine castigatione, sed sine ira. quis enim, cui medetur, irascitur?* & *ibid. l.* 2. *c.* 9. *Non est irascendum erroribus. quid enim, si quis irascatur in tenebris parum vestigia certa ponentibus? quid siquis surdis, imperia non exaudientibus? quid si pueris? quid si illis irasci velis qui ægrotant, senescunt, fatiganturve? hoc conditione nati sumus*

sumus, animalia obnoxia non paucioribus animi quàm corporis morbis. Vide *ad l.* 2. § 1.

§ 23. Τὸ τάχος τῆς ἀφθορείας | τῷ χρόνῳ, καθάπερ ῥίμματος, ἴσχει φθορᾶς τὸ. Plut. *de Orac. defect.* Gemina his habes *l.* 4. § 43. & *l.* 6. § 4, 15. & *l.* 7. § 18.

Ὅσον ποταμὸς ἐν μικρᾷ ῥύσει | Vide *ad l.* 4. § 43. Flaccus, *Carm. l.* 3. *od.* 29.

— quod adest memento
Componere æquus, cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare; nunc lapides adesos,
Stirpesque raptas, & pecus, & domos
Volventis unâ, non sine montium
Clamore, vicinaque sylvæ,
Quum fera diluvies quietos
Irritat amnes. —

Ἐν συμπτώσει μεταβολαῖς | Vide *l.* 7. § 18, 25. & *l.* 10. § 18. & *l.* 11. § 35. πάντα μεταβολαί.

Ἐν μυείαις τελεταῖς | *l.* 8. § 6. πάντα τελεταί.

Οὐδὲν ἑστὼς | ita *infr.* § 33. συμπάλλεται καὶ οὐχ ἑστῶτα. Nalo *Metamorph. l.* 15.

——nihil est toto quod perstet in orbe:
Cuncta fluunt.——

Augustinus *in Joan. tract.* 38. *In omnibus actionibus & motibus nostris, & in omni prorsus agitatione creaturæ, duo tempora, præteritum & futurum. præsens quæro, nihil stat. quod dixi jam, non est, quod dicturus sum, nondum est.* Hinc Plato Theæteto: ἔστι γὰρ ἀδύνατον ἄδειν, αἰεὶ ἡ γίγνεται. & Plut. de *E. Delph.* Ἡμῖν μὲν γὰρ ὄντως τῷ ὄντι μέτεστιν οὐδέν, ἀλλὰ πᾶσα ἀνθρωπίνη φύσις ἐν μέσῳ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἡμυδρόν φάσμα παρέχει καὶ δόκησιν ἀμυδρὰν καὶ ἀβέβαιον αὐτῆς· ἂν ἡ τὸν διάνοιαν ἐπάρειστς, λαβεῖν βουλόμενον, ὥσπερ ἡ σφαιρικὴ ἀκλινὴς ὑδατος τὴν πίεζιν εἰς ταὐτὸ καὶ συνάγειν διαῤῥέον ἀπόλλυσι τὸ ἀντιλαμβανόμενον, ὕτω τοῦ παθημάτων μεταβαλόντων ἐκάστοτε τὸν ἄγαν ἐνέργειαν ὁ λόγος ἀποσφάλλεται, τῇ μὲν εἰς τὸ γενόμενον αὖτις, τῇ δ εἰς τὸ μελλόμενον, ὑπνώδης λαβεῖν μόνον, ἀδὲ ὄντος ὄντως δυναμένου. Et mox: Μένει δ ὑδεὶς, οὐδ' ἔστιν εἷς, ἀλλὰ γιγνόμεθα πολλοὶ ἀεὶ ἐν φάντασμα καὶ κοινὸν ἐπιμαχεῖον, ὕλης ἀπελαυνομένης καὶ ὀλιγαυτούσης. Aliâ ratione Basil. Cæs. *orat.* 12. & Simeon. *Cancellar. orat.* 21. ὕτε τὸ λεξιὸ καὶ ἀπαυθάδεσι τοῖς πολλοῖς, τὸ ἑστὸς καὶ μονιμον ἔχει, ὕτε τὸ ἀπεκπεπτὸ δηλ. ἀπεγμένον καὶ κεκτημένον παλαιὸν ὑδεχεται· ἀλλὰ πάντα σάλῳ τινὶ καὶ κλόνῳ, καὶ μεταβολαῖς ἀδυκίτοις ἀνάπεπται. & quæ sequuntur.

Οὐδὲν ἑστὼς, καὶ τὸ παρεστὼς. τὸ ἡ ἀπαιρεῖν | Vitiosa interpunctio, quæ & Xylandrum in fraudem induxit. leg. ὑδὲν ἑστὼς καὶ τὸ παρεστὼς τόδε ἀπαιρεῖν, &c. Consule versionem. Vide *l.* 4. § 3, 59. & *l.* 12. § 7.

Ὦ, πάντα ἐναφανίζεται | Vide *l.* 2. § 12. & *l.* 17. § 32.

Πῶς ἡ μωρὸς, ὁ ἐν τύτοις φυσιώμενος, ἢ σοφώμενος | Vide *l.* 4. § 44. & *l.* 7. § 73. Horum autem stultitiam icone pulcherrimâ depingit nobis Dion. Chrysost. *orat.* 67. Εἶπε γὰρ τοιῦτος ἄνθρωπος, οἷος ζῆν μὲν τὸν αὐτὸν σκιὰν, ὥστε αὐξομένης μὲν αὐτῆς ἐπαίρεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖσθαι· βραχυτέρας δὲ γενομένης, λυπεῖσθαι τε καὶ ὀργίζεσθαι πικρότερον, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳπερ ἂν ἐλάττων γένηται· ἡ πολύ γε ἂν εἴη τῶν Μαρίτα σοφώτερος. τῆς γὲ αὐτῆς ἡμέρας, ὅτε μὲν λυπεῖτ' ἂν, ὅτε δὲ χαίροι· περὶ μὲν ἐπιδὴν ἴδοι τὸν σκιὰν τὸν ἑωθινὸν πάνυ μακρὸν, σφόδρα τε κατηφείτων, καὶ σφόδρα ἐν τοῖς τείχεσι πύργων ἡδὺν μείζω, φάλον ὅτι χαίροι ἄν, ὡς αὐτὸς ἐξαπίνης γηραιὸς τοῖς Ἀλωιάδαις ἴσος· καὶ εἰς τὸν ἀγορὰν βαδίζοι ἄν, καὶ εἰς τὰ διατρα, καὶ πανταχόσε τῆς πόλεως, ὅπως ἂν ὑπὸ πάντων βλέποιτο ἄν· ἀεὶ ἡ πάνθ' ὅσων ἀγορὰν ἄρχοιτ' ἂν συμφορότερος αὐτὸς γίγνεσθαι καὶ ἀναχωρεῖν. τὰς ἡ μεσημερίας, αἰσχύνοιτ ἂν ὀφθῆναι ἀνθρώπῳ τινὶ, καὶ ἔνδον μόνος ἂν ἡσυχάζοι, ἐπειδὴ ἐν ποσὶ βλέπειν τὸν σκιὰν παρῇ. ἀεὶ δὲ πάλιν ἡ ἀναλαμβάνοι αὐτὸν, καὶ γαυρότερος φαίνοιτο ἂν ἀεὶ ἀεὶ ἑστηκώς. πάνυ μοι δοκεῖς ἄτοπον διδόναι, καὶ ἄνδρα δαπάπαν ἡλίθιον. ἐκεῖν ὁ τῇ δόξῃ ἀρεσκόμενος, ὑδὲν τι βελτίων, ἀλλὰ πολὺ ἀθλιώτερος. πολλάκις γὰρ ἂν, πλείας μεταβολὰς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μεταβάλοιτο· καί τοι, ὡς ἔοικεν ἐπὶ τεταγμέναις ὥραις ποιῶν, ἀλλὰ καὶ δείλης, καὶ ἑωθινὸν, ὑδὲν αὐτὸν κωλύσει μὴ δυσχέρειον ἄνθρωπον εἶναι, νωῒ μὲν φερόμενον καὶ πεπόμενον ὑπηλότερον ἢ νεφῶν, ἂν τύχοι μαρτυρήσαντες αὐτῷ τινες καὶ ἐπαινέσαντες, νωῒ ἡ συκλόμενον καὶ πεπεισμένον· πολὺ πλείας αὐξήσεις τε καὶ φθίσεις τῆς ψυχῆς αὐτῆ λαμβανούσης, ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ τῆς σελήνης.

§ 24. Τῆς συμπάσης ὑσίας, ἧς ὁλίγον μέτεχεις | Vide *l.* 10. § 17. & *l.* 12. § 32. Senec. *epist.* 91. *Quota pars omnium sumus?*

Βραχὺ καὶ ἀκρωτήριον διάπυρα | Vide *l.* 2. § 17. & *l.* 4. § 26. 48. & *l.* 11. § 18. ἀκρωτήριον ὁ ἀνθρώπινος βίος. Diodor. Sicul. *histor. l.* 1. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν, βιῶσι μὲν ἀκρωτήριόν τι μέρος τοῦ παντὸς αἰῶνος τετελευτήκασι δ πάντα τὸν ὕστερον χρόνον. Aristid. *in Eteon.* Βίος ἡ πῶς ἀνθρώπου βραχὺς, καὶ ὁ πολλῶν ἄξιος εἰς ἀεὶ μνήμῃ λόγου. ἀλλ ἐάν τε Ἀργαθώνιον ἐάν τε Τίθωνον λάχῃ τις, ἐάν τε τὸν τῆς τρεῖς γηραιὸς διαρκέσαντα. Νέστορα τὸν Πύλιον, πάντας τότους χρόνους συνθεὶς, εὑρήσει ὀλιγον μέρος ὄντας τῷ παντὸς αἰῶνος, ἢ ὅσον εἰπεῖν.

§ 25. Ἄλλος ἁμαρτάνει τι εἰς ἐμέ | Xyl. legisse videtur, Ἄλλος ἁμαρτάνει τις εἰς ἐμέ. *Peccat alius quis adversùm me.* Verùm lectionem receptam solicitare nihil est necesse; *Peccat quidpiam alius adversùs me.* Ego, siquid esset mutandum, legerem potius;

tiùs; Ἄλλος ἁμαρτάνει. τί εἰς ἐμέ; *Peccat alius. quid hoc ad me? ipse viderit.* Verùm nihil moverim. *l.* 4. § 26. & *l.* 9. § 4. ἑαυτῷ ἁμαρτάνει *sibi peccat.* Epictet. *l.* 2. *c.* 13. Τί ἂν σοι μέλει περὶ ἄλλοτρίων; ἐκ ἐκείνου ἁμάρτημα; πῶς γὰρ ἄν; ἀλλ' ἀμάρτημα δὲ ἐκείνου μοὶ ἔστιν ἁμάρτημα, ἄλλο δὲ κακόν; ἄν. τί οὖν ἀγωνιᾷς περὶ ἀλλοτρίων;

Ὄψεται | *Viderit ipse.* αὐτῷ μελήσει. quasi dicat, Quid ad me? sive, nihil id ad me pertinet. Sic Cic. *Acad. l.* 4. *Viderit hoc Epicurus.* Naso *Art. l.* 1.

Viderit Atrides, —— q. d. nihil ad me.

causſam ipse suam tueatur. & *l.* 3.

Viderit utilitas —— q. d. utilitatem ipse nihil moror. Sic *l.* 8. § 41. & *l.* 9. § 27. & *l.* 11. § 13. & *l.* 12. § 1.

Ἰδίαν ἔχει διάνοιαν | *Supr.* § 3. ἴδιον ἡγεμονικὸν ἔχων.

Ἐγὼ τῷ ἔχω ὃ με δεῖ τῷ ἔχειν | Hoc Argumento compescit suos rex pius à viro nequam ac nefario maledictis impetitus. *Regum hist. l.* 2. *c.* 16. *v.* 12. *Sinite istum: Ipse enim maledixit, quia id Dominus edixit.* Vide *ad l.* 4. § 34.

Καὶ πεφόνω, ὃ με νῦν πεφόνευν | Ità *l.* 6. § 22. Ἐγὼ ἡ ἐμαυτῆ κακὸν ποιῶ. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 12. Ἐκεῖνοι μὲν ποιήσουσι τὰ φαινόμενα αὐτοῖς ἡμεῖς δ' οὐκ ἄλλον ἢ φύσιν ἔξομεν. Sen. *ep.* 103. *Tu ita cogita, quod ex homine periculum sit; ut cogites, quod sit hominis officium. alterum intuearis, nè lædaris; alterum, nè lædas. commodis omnium læteris, movearis incommodis: & memineris quæ præstare debeas, quæ cavere.* Verùm ista non ad Stoicam amussim exacta prorsus.

§ 26. Ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως | i. e. *à voluptate vel dolore.* eadem periphrasis *suprà l.* 4. § 3. λείως. ἢ τραχέως κυκωμένῳ. Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 1. Πόνος τί ἐστι; μορμολύκειον. σκόλον αὐτὸ καὶ καταμάθε. τραχέως κινεῖ τὸ σαρκίδιον, εἶτα πάλιν λείως. ἂν σοι μὴ λυσιτελῇ, οὐ δύνῃ ἠνοικέναι· ἂν λυσιτελῇ φέρε. Senec. *de beat. c.* 15. *Quomodo hic potest Deo parere, & quicquid evenit bono animo excipere, nec de fato queri, casuum suorum bonus interpres, si ad doloris voluptatumque punctiones nullas concutitur?* Vide *l.* 10. § 8.

Μὴ συγχεινέσθω | *Nè admittat persuasiones.* Xyl. tanquam si de principalis partis judicio agatur, quod in casibus istiusmodi inhibendum toties inculcat Marcus *l.* 4. § 39. & *l.* 8. § 28, 44. & *l.* 11. § 9, 16. & ibi etiam in mox subjunctis, πῶς ἀπόλαυσιν μὴ συγχεινέσθω. Verùm melius Cas. *nè immisceatur,* sive *ne immiscat se.* Vide *l.* 7. § 67. & *l.* 10. § 24.

Περιγεγράφθω αὐτὸ | *Circumscribat eas.* Xyl. Verùm αὐτὸ potius legendum. atque ità Cas. *circumscribat se.*

Τὰς πείσεις | *Persuasiones,* Xyl. *perpessiones,* vel *affectiones* potius; de quibus & *l.* 3. § 6. & *l.* 7. § 55.

Πρὸς τί οὖν φυσικὸν ἦσαν ἃ παρίστησιν ἐνθαλνειν | frustra enim id foret. Senec. *de ira l.* 2. *c.* 2. *Omnes enim motus, qui non voluntate nostrâ fiunt, invicti & inevitabiles sunt: ut horror frigidâ aspersis, ad quosdam ictus aspernatio, ad pejores nuncios subriguntur pili, & rubor ad improba verba suffunditur, sequiturque vertigo præruptæ cernentes. quorum, quia nihil in nostra potestate est, nulla quò minus fiant ratio persuadet.* Sensum enim hominis nulla exuit virtus. Idem *epist.* 85. & *epist.* 11. *Nullâ sapientiâ naturalia corporis aut animi vitia ponuntur. quicquid infixum & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quàm fatigatis & æstuantibus solet: quibusdam tremunt genua dicturis: quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. hæc nec disciplina, nec usus unquam excutit: sed natura vim suam exercet; & illos vitii sui etiam robustissimos admonet. inter hæc roborem esse scio, qui gravissimis quoque viris subitus offunditur. magis quidem hoc in juvenibus apparet, quibus & plus caloris est, & tenera frons: nihilominus veteranos & senes tangit. —non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed à novitate rei; quæ inexercitatos etsi non concutit, movet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis, & citò in os prodeuntis. Hæc nulla sapientia abigit. alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. quæcunque attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cum multùm sedùque animus composuerit, hærebunt. nihil horum vitari potest, non magis quàm arcessi. —nihil adversùs hæc sapientia promisit, nihil proficit: sui juris sunt; injussa veniunt, injussa discedunt.* Idem *epist.* 57. *Illius quoque in quem jus fortuna perdidit, ferietur animus, mutabitur color. quædam enim nulla virtus effugere potest: admonet illam natura mortalitatis suæ, itaque & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit, si vastam altitudinem increpidine ejus constitutus despexerit. non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi.*

Τῷ ἢ ἀπόλαυσιν μὴ παρεισδέσθω τὸ ἡγεμονικὸν | In eandem sententiam Stoicus quidem apud Gellium *l.* 19. *c.* 1. eâdem ferè affectione, quâ Senecâ *epist.* 57. in crypta Neopolitana, in procella vehementiori dum navigat, ipse correptus, ex Epicteti dissertationum ab Arriano digestarum, qui nunc non prostat, *l.* 5. *Visa animi, quæ φαντασίας Philosophi appellant, quibus mens hominis primâ statim specie accidentis animum rei pellitur, non voluntatis sunt, neque arbitraria, sed vi quadam sub inferunt sese hominibus. noscitandi probationes autem, quas συγκαταθέσεις vocant, quibus eadem visa noscuntur ac dijudicantur, voluntariæ sunt, fiuntque hominum arbitratu. propterea cùm sonus aliquis formidabilis, aut culo, aut ex ruina, aut repentinus nescius* [*ullius*] *periculi*

periculi nuncius, vel quid aliud ejusmodi factum ; sapientis quoque animum paulisper moveri, & contrahi, & pallescere necessum est. non opinione alicujus mali perceptâ, sed quibusdam motibus rapidis & inconsultis, officium mentis atque rationis prævertentibus. mox tamen ille sapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας, Visa istæc animi sui terrifica non approbat hoc est, ἐ συγκατατίθεται ὐδ' ἀποπτύει, sed abjicit respuitque : nec ei mutuendum esse in his quicquam videtur. Atque hoc inter insipientis sapientisque animum differre dicunt, quòd insipiens qualia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva & aspera, talia esse verè putat, & eadem incepta, quæ quasi jure metuenda sint ; sua quoque assensione approbat, ἀ ἀποπτύει. Sapiens autem, cùm breviter & strictim colore atque vultu motus est, ἐ συγκατατίθεται, sed statum vigoremque sententiæ suæ retinet, quàm de hujusce modi visis semper habuit, ut de minimè metuendis, sed fronte falsâ, & formidine inani territantibus. Seneca etiam *epist. 71. Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolorem ab illo, sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente, submoveo. memini ex duabus partibus illum esse compositum. altera est irrationalis : hæc mordetur, uritur, dolet. altera rationalis : hæc inconcussas opiniones habet, intrepida est & indomita.*

§ 27. Συζῆν θεοῖς | *L. 10. § 1.* θεοῖς συμπολιτεύεσθαι. In sacra pagina itidem, התהלך את האלהים *Ambulare cum Deo.* de Enocho dictum, *Genes. c. 5. v. 24.* Aliud est, quod apud Minucium Octavius, de Deo : *Non tantùm sub illo agimus ; sed cum illo, ut propè dixerim, vivimus.* Quanquam dictionem emollire aut deminuere nihil fuit necesse. ampliùs-ac fidentiùs Paulus Athenis, referente Lucâ *Act. c. 17. v. 28.* ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, ἐ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν. Sed & Minuc. ipse alibi ; *Non solum in oculis ejus, sed & in sinu vivimus.* Verùm istud, inquam, aliud est ab eo quod hîc Marcus. istud enim necessitatis, illud voluntatis est.

§ 17. Ἄσυ, κόσμε, | De aqua Demosth. *adv. Callicles.* ἢ μὲν ἐν ἐυοδίᾳ, φάσκειν δεῖν· ἢ δ' ἐν ἀνοδίᾳ τι, πιστεύειν ἀναγκαῖον. Scilicet, Ὅταν τὸ δίκαιον μὴ ᾖ, φέρεται εὐδία. Aristot. *de Cœlo l.* 4. *c.* 3. ubi autem occurrit τὸ ἐμπόδιον τῷ, ἀ via currúq; proprio declinat & deviat. Verùm non sic ἡ ἐ ἀρετῆς κίνησις. ea siquidem *rectà semper procedit. l.* 5. § 14. sive κατ' εὐθύ. ut *l.* 8. § 61. ea ubiq; εὐοδῶν. Vide *l.* 8. § 6. Etenim, ὑφ' ὑποδοχῶν ἢ σχέσεων. quod tanquam Solomonis citat Basil. Cæsar. *in princip. Proverb.* καὶ πίστις ὅταν ἐν πολλῇ, κατόρθωσιν ἐργάζεται. *Psal.* 1. *v.* 3. Καὶ γὰρ ὅσου θεοφιλοῦς ἀγωνίας ποιητικὴ, ταύτας ὁ κύριος παρεπήνεσε καὶ σώμασι τόνον, καὶ ψυχῇ ἀφθονίαν, καὶ συνεργασίαν τῶν ἐνεργούντων, καὶ τοῦ εἰς πίστιν τὸν βίον ἐνοδίαν, τοῖς τὰ πράγματα ἀφεμένοις πανταχόθεν ἀνθρώποις. Basil. idem in *hexamer. vrat.* 3. Ἰτὰ, τῇ ἀρετῇ πᾶν ἄτοπον πίπτειν.

Invia virtuti nulla est via.

εὐοδῶν ergò, est εὐοδοῦς ποιῶν, ut Marcus ipse *lib.* 1. § 17. *progressus bonos facere*, sive *feliciter, prosperè, cum successu bono progredi.* cui opponitur τὸ δυσοδεῖν, *malè, molestè, parùm secundè progredi.* Epict. *l.* 3. *c.* 19. ὅσῳ δ' ὅταν δυσοδεῖν, κἀκεῖνο αἰτιᾶται. quod vocabulum haud temerè alibi reperias, & ἡ δυσοδία. δυσοδίαν τοῦ λόγου παρέχων καὶ δυσοδίαν, αἱ βλαὶ καὶ κείσεις διαυτὰ ἐμπεδοῦσι. Plut. *de virt. moral.*

§ 18. Εὐφημεῖν δ' ἔθελον | Triplex notat in eisdem plerisque vitium; primò invidiam atque livorem, quòd cœtaneis suis laudem commeritam tribuere detrectant; dum quisque, ut Flacc. *l.* 2. *ep.* 1.

——*nisi quæ terris semota suisque*
Temporibus defunctа videt, fastidit & odit.

tum iniquitatem; quòd εὐφημίαν eam, quam aucupantur ipsi, aliis denegant: in regulam æquitatis illam peccantes, quæ præcipit, ut *aliis facimus, quæ nobis fieri velimus.* Matth. *c.* 7. *v.* 12. tertiò vanitatem; quòd à posteris, quibus invisi ignotíque fuerint, celebrari tantopere concupiscunt: cùm pari loco sit, jam defunctum quod attinet, post obitum ab eis qui superfuerint ipsis, quàm ante ortum ab eis qui multis seculis ipsos antecesserint, fileri. Cicer. in *somn. Scip.* *Quid interest ab eis, qui postea nascentur, sermonem fore de te, cùm ab iis nullus fuerit, qui ante nati sint, qui nos nouerint, & cerè meliores fuerunt viri?* Vide *l.* 3. § 10.

§ 19. Μὴ ἄν τι αὐτῷ σοι δυσχεράνειεν | Senec. *epist.* 71. *Non patent fieri, quicquid facere non possunt: ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiam. quid mireris, si uri, vulnerari, occidi, aliigari juvat? aliquando etiam libet. luxuriosa frugalitas pœna est; pigro supplicii loco labor est; delicatus miseretur industrii; desidioso studere; torqueri est. eodem modo hæc ad quæ omnes imbecilli sumus, dura atque involuta credimus, obliti quàm multis tormentum sit vino carere, aut primâ luce excitari. non ista difficilia sunt naturâ; sed nos fluidi & enervi. magno animo de rebus magnis judicandum est: alioqui videbitur illarum vitium esse quod nostrum est.* Idem *epist.* 116. *Occurret hoc loco mihi illâ publicâ contra Stoicos vox: Nimis magna præcipitis; nimis dura præcipitis.* (quomodo

lli Joan. *c.* 6. *v.* 60. σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;) *nos homunciones sumus: omnia nobis negare non possumus. Scis quare non possimus ista? quia nos posse non credimus. Imò aliud est in re. vitia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quàm excutere. Satis naturæ homini dedit roboris si illo utamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certè non contra nos, concitemus. nolle in causſa est: non posse prætenditur.* Et *epiſt.* 98. *Quare deficimus? quare desperamus? quicquid fieri potuit, poteſt.* Clemens Alex. *Strom. l.* 2. Ὅταν ὑπερέχοντον ᾖ τὸν νόμος λέγωμεν, ἵνα κἀκεῖνο, ἵνα μὴ τινες ἥττονον ᾖ ὑπόχρεων ᾖσιν, ἢ ὡς ὑπέρτατον, ἀλλὰ τοῖς μὴ βουλομένοις ἀναλαβεῖν τὸν θεῖον ζυγὸν, τύπτεις ὑπέρτατον· τοῖς δὲ ἀτόνοις καὶ ἀδυνατοῖς, τὸ μέτριον ὑπέρτατον δοκεῖ καὶ τοῖς ἀδίκοις ἀκροβολίζεσθαι, τὸ ἐπιβάλλον. ὅσοις δὲ διὰ τὴν φιλίαν πρὸς ἁμαρτίας ἔχειν ἢ συγγένειαν παρεσκεύασται, ἵνα τὴν ἀπόδειξιν, ἀτιμίαν ὑπολαμβάνουσι καὶ τὴν αἵρεσιν, ὑποτομίαν καὶ ἀπολαῦσιν, τὸν μὲ αὐτομαρτύρησα, μηδὲ συγκαταθέμενον. Et mox: Καίτοι εἰ μηδέπω πεῖσαι τὸ συγκαταβιβάσαι ὑπὸ τῶν νόμων οἷοί τε ἦσι· ἀλλά τοι σωφρονοῦντες, οἷς ὑπομνήματα ὑμῖν ἐκκείσεται πολλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦτον τρόπον καὶ αὐξον τὸν ἔρωτα τῆς ἀληθείας δυνάμενα· καὶ τὸ δ' ὀφελούμενον ἂν κτήσασθαι προθυμότερον, τὸ μὲν προκαλούμενοι, τὸ δὲ μιμούμενοι, τὸ δὲ συνωφελούμενοι. Vide & *ad l.* 2. § 2. & *ad l.* 7. § 2.

Ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν] Epictet. *l* 3. *c.* 14. Δύο ταῦτα ἔχελεῖν δεῖ ἀνθρώπου, οἷσπερ καὶ ἀπιστίαν· οἷσπερ μὲν οὖν ἔστι, τὸ δοκεῖν μανθάνειν προσδοκίας· ἀπιστία δέ, τὸ ὑπολαμβάνειν μὴ δύνασθαι εἶ τυγχάνειν, τούτων ἀδύνατον. quo loco, quod lapſu frequenti ac familiari apud ſcriptores illos contigit, pro δύνασθαι διέξειν perperam ſcribitur; docet id, quod ſequitur, τοῦτον ἀδύνατον, quæ ἀπιστία iſtam impedire poſſint; de quo vocabulo vide *ad l.* 1. § 12. Hoc eſt, quod in Q. Sextio laudat Seneca *epiſt.* 64. *Hoc egregium Sextius habet, quod & oſtendet tibi beatæ vitæ magnitudinem, & deſperationem ejus non faciet. facies illam eſſe in excelſa, ſed multi ſunt penetrabiles: ut illam admireris, & tamen ſpereris.* Certè Sextium ipſum ἀπιστίαν καὶ ἀπόνοιαν morbo iſto per initia laborâſſe autor eſt Plutarchus in *lib. de profectûs indiciis*; Ὡς δυσπαθείας καὶ χαλεπότητος τὸν ἄνθρωπον, ὀλίγου δεῖν ἐκβακχεῦσαι καὶ πρὸς ὀλίγους· *adeo ut moleſtiæ ac difficultatis rei propè devictus, parùm abfuerit quin animum deſpondens à tecto quodam præcipitem ſe ederit.* ità enim malim autoris verba reddere, quàm aut cum Xylandro, *de biremi quadam ſeſe in mare abjecerit*; vel cum Lipſio, *de nave in mare ſe præcipitaverit.* magis ſiquidem conſentaneum eſt in ædibus agentem, quàm navigantem cum moleſtia illa conflictarum. δύνασθαι Atticis idem. quod reliquis Græcis ἐνδέχεσθαι, *ſumma pars eſtimat.* Thomas Mag. *in Collect.* Δύνασθαι, ἀντὶ τοῦ ἐνδέχεται. *firmat id ex Euripidis Phœniſſ.*; ubi Antigone dicitur,

——μιᾶς δύνασθαι τοξότου,

in ſummum eſtimum partem conjecisſe, unde Argivum contueri exercitum poſſet. Accedit & Vetus Grammaticus apud Budæum: Δύνασθαι, Ἀττικῶς τὸ ἐνδέχεσθαι τὸ ἢ πρακτικὸν, ξυνωνυμία λέγεται. Eò autem magis idoneus Sextius, qui aliis animos adderet, cùm difficultates illas & expertus eſſet, & conſtanter perpendo perviciſſet. Dio Pruſ. *orat.* 16. Καί τις τῶν λυπηρῶν ἔσχεν, αὐτῷ τὸ συμβεβηκὸς, φησὶν εἶ δυσβαστον ἢ μάλιστα ἄξιον λύπης ἢ χθὲ μὲν προέγνων ἔσεσθαι, ὁ φέρει, τῦτ' εἶ δυσὶ βαρύτατον. ἔσι δὲ ἀδυνᾶς τῦτο καὶ φαύλῳ σώματι· τὸ γὰρ αὐτὸ ἕτερος λαβὼν ἂν ἰσχυρότερος, ῥᾴδιος οἶσει.

Εἶτ' ἀνθρώπῳ δυνατόν] Vide *l.* 8. § 44. Joannes ille aurei oris, multis in locis hoc inculcat, deeſſe hominibus non tam facultatem quàm voluntatem viros ſanctos imitandi; cùm illi nobis, ut de ſe Paulus & Barnabas apud Lucam *Act. c.* 14. *v.* 15. & Jacobus *ep. c.* 5. *v.* 17. ὁμοιοπαθεῖς planè, ejuſdémque naturæ conſortes fuerint. Ideo etiam infirmitates eorundem, πάντα πάθη καὶ τὰ παθήματα, eſſe ſcripto conſignata, ἵν' ὅταν ἐκείνων ἀκροατὴς μὴ νομίζοντες διὰ τὴν ἐκ προθυμιῶν ὑπερβολὴν ἑτέρας αὐτοὺς ἰδιοσυγκρίτους φύσεως, ἀπαυθένται πρὸς τὰ μιμήσεις. Et mox: Πρὸς τὸ μὴ λέγειν ἡμᾶς ὡς τῶν αὐτῶν πολιτῶν ὑπολαμβάνεσθαι, ὧν ἐκείνοι φύσεως ἑτέρας μεθέξουσι, ἢ ὡς ἄνω ἀνθρώπους, διὰ τῦτο ὁμοιοπαθεῖς λέγει, ἀπὸ τῆς ἐκ παθῶν κοινωνίας δηλῶν αὐτοὺς ἀνθρώπους ὄντας καθ' ἡμᾶς. Οὔτε γὰρ οἱ παλαιοὶ δίκαιοι καὶ νόμων βιασταὶ, ἀπὸ δυνὸς ἦσαν παλαιστῶν, ὑπ' ἀπιστίας. Clem. *Strom. l.* 2. ſed & Chryſoſt. *de compunct. ad Demetr.* ὁ τῆς αὐτῆς φύσεως ἢ ἔτι μετέχων; ὁ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδῦ παρήχθησαν εἰς τὸν βίον ἡμῶν; ὁ ταῖς αὐταῖς ἐτρέφησαν τροφαῖς; ὁ τὸν αὐτὸν ἀναπνεύσας ἀέρα; ὁ σπέρμασιν ἐχόμενος τοῖς αὐτοῖς, &c. Plin. min. in *panegyr. Melius homines exemplis docentur, quæ inprimis hoc in ſe boni habent, quòd approbant quæ præcipiunt, fieri poſſe.* Salvian. *ad Eccleſ. catholi. l.* 3. *Adjuvari ſe exemplis exoptat humana infirmitas, quò facilius ipſa etiam nunc faciat, quæ alios feciſſe antè cognoſcat. Dum admonetur audítu ætas omnis, fieri poſſe quod factum eſt.* Cypr. *ad Donat. l.* 2. *ep.* 2. Et, *Ex aliorum factis fieri poſſe credunt quod fortè dum putant fieri non poſſe, pigreſcunt.* Aug. *epiſt.* 134. Itaq; Bern. *de reſurrect. Serm.* 3. *Sermo quidam vivus & efficax, exemplum operis eſt; facilè perſuadens quod intendimus, dum factibile probat eſſe quod ſuademus.* Vide Aug. *de Civit. Dei l.* 5. *c.* 18. & Bern. *in Vigil. Petr. & Paul. de S. Clem. Rom. Pont. & in feſt. Andr. Serm.* 2. Vide & Marc. *l.* 12. § 13.

§ 20. Ὀργὴ πατέρων] Epictet. *diſſert. l.* 3.

l. 3. *c.* 15. Εἶτα ἐν ἀγῶσι παρεύκαιρα δεῖν, &c. unde & athletis ὀφθαλμοὶ ἀλειπυγμάδοι, Galen. *hortator. c.* 11. & Paulan. in *Lacon. de pube Spartana*: Μάχονται ἢ κὴ χερσὶ, κὴ ἐμπεδῶσιν λάξ. Διηνοί τε, κὴ πρὸ ὀφθαλμῶν ἀντεχόμενοι. Philostrat. tamen *imagin. l.* 2. in *Arrichion.* Καὶ σφυρῷ σφαλαίσει, κὴ τῷ χέρες ἐμβλῆτι, σφοδρῷ τε ἅμα, κὴ ἐναλλάξ· ταυτὶ γὰρ τῶν παγκρατίων ἴδια, πλὴν τῶν δήκτων κὴ ὀφθαλμῶν. aliis igitur saltem nec ista interdicta, unde κλαδησταὶ antagonistam non poterat non creberrimè contingere. quod Varro, *descebinari supercilia* dixit, apud Nonium, *ex Satyr. Ve victis. Pugilis spectatores, qui miserum putatis vinci, quæro à vobis, si adversarius supercilia mihi cœpit descobinârit, num quis vestrûm sua mihi est daturus?* Ità Apollon. *Argon. l.* 2. *v.* 109.

Δεύλε δ' ἐν βλεφάροιν, γυμνὰ δ' ὑπελείπετ' ὀπωπή. Vide *ad l.* 12. § 16.

Καὶ τῇ καρηβαρίᾳ ἐρρᾳγείς] Mendum subesse suspicatur Annot. Lugd. σεσεραγείς legit; & exponit, *caput capiti affringens.* quod minùs placet; quia à Scriptura vulgata longiùs abscedit. Ego, si quid mutandum videretur, ἐρρᾳγείς, vel ἐναερραγείς legerim. & *capite collisu*, verterim. Verùm ἐρρᾳγείς forsan pro ἐναγείς fuerit, quod apud Libanium in *vita sua historia* reperitur. Τοῖς ἐν μέσῳ δὴ κύβοις λίθοις ἐναγέσιν τὴν κεφαλὴν, διαπεύσας τὸν ἱππέα φαλον. Paulan. in Messen. Οἱ κεῖοι δὴ τὸν βωμὸν αἵτησαντες κὴ βίᾳ τὰ κέρατα ἐναφέλκουσι, ἀποδύσαντα. Quò alludum putat à Diogene Cynico Petr. Faber, *agonist. l.* 1. *c.* 11. quando Olympionicam, κεῖδε ἀρσενόθυλον, i. e. *arietem Martium* dixit; referente Laërtio *l.* 6. quia luctatores nimirum arietino quodam more capita conferebant, frontésque collidebant συντρέχοντες ὥσπερ οἱ κεῖοι. De Athletis Anacharsis apud Lucian. *de exercit.* κὴ τὰ μέτωπα συναράττοντες, ὥσπερ οἱ κεῖοι. indè *arietare* dictum, pro *adversis frontibus concurrere*, sive *collidere.* quod de præliantium congressu usurpavit Sen. *de ira l.* 2. *c.* 3. *Magno imperatori, antequam inter se acies arietarent, cor exiluit.* de nubium conflictu; *quæst. nat. l.* 5. *c.* 13. *Nubes resolvit modo ipsa arietatio, ut magnarum inter se corporum attritus.* (id quod Lucretio *l.* 6. ——*nubes*

Frontibus adversis concurrere ——)

de dentium collisu; *de ira l.* 3. *c.* 4. *dentes inter se arietati.* de oppositionibus hominum mutuis; quò & Marcus istic respexit; *ep.* 103. *Non arietant inter se, nisi in eodem ambulantes.* de fortuitis casibus, quibus corpora humana sunt obnoxia; *ad Marc. c.* 11. *Jactatu, non tempestate magnâ, ut dissideris, est opus, ubicunque arietaveris, solveris.* Apud Tertull. in *Scorpiac. c.* 6. ubi de athletis agit; *pugni quassant, calces arietant.* quo loco, *calvæ arietant*, legi vult Faber *agonist. l.* 2. *c.* 9. ego nihil mutandum existimem. de ædificiis terræ tremore commissis, Plin. *nat. hist. l.* 2. *c.* 82. *Innoxium, & cùm concurrentia tecta contrario ictu arietant; quoniam alter motus alteri renititur.* Quanquam nec arietum tantùm duntaxat est conflictatio illiusmodi, sed & taurorum. Virg. *Æn. l.* 12.

Cum duo conversis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt. ——

Martial. *l.* 4. *epigr.* 35.

Frontibus adversis molles concurrere damas
Vidimus, & fati sorte jacêre pari.
Unde leves animi tanto caluêre furore?
Sic pugnant tauri; sic cecidêre viri.

Itaque & istis pugiles conferri solent: De Amyco & Polluce decertantibus Apollon. *Argonaut. lib.* 2. *v.* 86.

Σταλὲς ἢ βαιὸν ἀποδὺν ἀπομόρξασθο μετώπω
Ἰδρῶ, ἅλες καμάτοιο δύτιβία φυσίουντε·
Ἀλλ' αἶψα συνόχοιον ἐκαπτίοι, ἠύτε ταύρω
Φοξάδος ἀμφὶ βοὸς κλονεόντε διηνεκέϊν.

De Hercule & Acheloo pariter colluctantibus Naso *Metam. l.* 9.

Digredimur paullùm, rursúsque ad bella coimus,
Inque gradu stetimus, certi non cedere: erátque
Cum pede pes junctus, totóque ego pectore pressus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidissima solo
Expetitur conjux. ——

De Hercule denique Antæóque Lucan. *bell. Pharſ. lib.* 4.

Conseruêre manus & multo brachia nexu,
Colla diu gravibus multùm tentata lacertis,
Immotúmque caput fixâ cum fronte tenetur.

Quanquam nec illud omissum velim quod Synesius commemorat *orat. de calvit.* circulatorem quendam vidisse τῆς καρηβαρίᾳ τὸν ῥόμβον ἐπιδεξιούμενον, διαμυελίζοντα δηλαδὴ μύδρῳ κεφὴ, πόρρωθεν δὲ μᾶλλον τὸν πύλον προσιόντα. de quo planè dixeris, quod alibi Synesius, τὸ κεφάλιον ἀκοντιζόμενον ἀντ' ὀϊστοῦ.

Οὔτε ὀπισθοκωμῶ] observat hîc Xylander τὸ ὀπισθοκωμεῖν in malam partem usurpatum, prout & apud Appianum ἐμφύλιον *l.* 5. de milite, qui ludis publicis in subsellia equitum ascenderat, verbis illis: ὁ δῆμος ὀπισθοκώμησε. *populus murmure indignitatem rei detestatus est*; vel *indignationem suam significavit & expressit.* cui adjici potest illud ex Polyb. *l.* 6. ὀπισθοκωμοῦντες τὸ μνήμιον κὴ δυσχεραίνοντες τοῖς παροῦσι. Vide *ad l.* 7. § 49. Epictet. itidem *enchir. c.* 24. Κἄρξ ὅταν μοὶ εἴπῃ κακόηθες, ——τύπτων ἐμοὶ ὑδὲν ὀπισθοκώμησε, ἀλλὰ ἢ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· ἐμοὶ δὲ πρόσφορα εἴπῃ σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. Cùm tamen plerumque in partem meliorem accipiatur. Sicut Polyb. *l.* 1. Τὰς παρεμβολὰς δὴ σφόδρα ὀπισθοκώμησε, *actiones illegiti-*

legitimas acclamationes approbare, sive *acclamando approbationem illarum significare*. & l. 2. τὸ κελεύειν ἢ δ' ἄχαρι ἢδ' ἄγαν ὀπωπίζειν. Et rursus; Τίς γὰρ ἂν ἐπωμόσαιτο ἢ θαυμάσαι τ' ἂν ἐπιεικῶς ὅτι τούτοις ἠγάμην; Indè ὀπωπισμὸς pro *applausu & acclamatione*. Polyb. *lib.* 6. Εἰωθὼς μὲν τὸν τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ πλήθους ὀπωπισμὸν πυρέσσειν ἐνοῦσης καὶ ἀγριότητος· τὸν δὲ παντελῆ τούτου φεύγοντα, καταγέλαστον καὶ ἀγεννῆ. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. *epist.* 13. *Miraudas ὀπωπισμοὺς sine ulla pastoritia fistula auferebamus*. h. e. sine sibilo ullo, quod displicentiæ nota est.

Οὔτε ἀγανακτοῦμεν | *neque offendimur*. Xyl. atque ità τὸ ἀγανακτεῖν aliquoties usurpatum deprehendere est apud Novi instrumenti scriptores Stephanus. Paulus ad *Rom. cap.* 14. *ver.* 21. ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου ἀγανακτεῖ ἢ σκανδαλίζεται. Et Petrus *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 8. οἱ ἀγανακτοῦσι τῷ λόγῳ sed & Polyb. *l.* 6. δυσμενεῖν καὶ ἀγανακτεῖν, & δυσμενείᾳ καὶ ἀγανακτεῖν conjungit non semel: potest tamen verti, *non irruimus, non impetum in eum facimus*. ità enim sumitur *Matth. c.* 7. *v.* 27. quo loco dicuntur procellæ turbinésque ἀγανακτῆσαι τῇ οἰκίᾳ. Sed illud potiùs opinor. In gemina ferè causâ Senec. *de ben. l.* 6. *c.* 9. *Quid est iniquius homine qui eum odit, in quo in turba calcatus, aut respersus, aut quò nollet impulsus est?* Idem, sed alia ratione, ab athletis exercentibus iram sumnotum it. *de ira l.* 2. *c.* 14. *Nec, cùm ira suadet, feriunt; sed, cùm exegit. Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici solitum aiunt his quos exercebat præcipere, ne irascerentur. ira enim perturbat artem, & quò noceat tantùm, non quâ caveas, aspicit.* At Septimius noster eâdem, quâ Marcus, ratione, nisi quòd agonothetam non antagonistam loquitur, *Scorpiac. c.* 6. *Quæ nullâ sunt prælia nonnulla vulnera.* (ità enim distinctim legendum claritatis gratiâ) *pugni quassant, calces arietant, cestos dilaniant; nemo tamen agonis præsidem fugillaverit. sed, quantum lixares illi & cruores & vibices ingestiantur, intendet. pyctes ipse non queritur dolere se; nam vult. corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat; plus victoriâ tumet, quàm injuriâ. hunc tu lassum existimabis quem vides lætum? sed nec victus ipse de agonotheta casum suum exprobrabit.* Proinde frustrà fuit Anacharsis, qui Græcos mirari se dicebat, πῶς ποτὲ ὑβριζόντων νομοθετούντες, τοὺς ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους, neque enim est ὕβρις nisi pugilatio illa mutua, sed virium ac virtutis peritiæque specimen.

Πολλὰ παραθυμούμεθα | *idem de aliis sentiamus*. Xyl. nec aliter Casaub. verùm παραθυμεῖσθαι est *negligere, neglectim habere, non animum advertere*. Vide ad *lib.* 5. § 5. verbo itaque, *neglectim habeamus, non advertamus*. Quò facit Solomonis monitum *Eccles. c.* 7. *v.* 21. *Ad omnia quæ de te dicuntur*, (vel etiam adversùs te perpetrantur) μὴ δῷς καρδίαν σου, *animum nè adhibeto, nè advertito. nec si famulum tuum tibi maledicentem audieris.* Sed Davidis Regis ad instar, *Psal.* 38. *v.* 13, 14. *Reg. l.* 2. *c.* 16. *v.* 11, 12. *Surdâ aure* præterito. *decus* enim *est homini injuriam illatam*, non ulcisci, aut advertere etiam, sed *præterire* prorsus. *Parem. c.* 19. *v.* 11. Ità Cato in balneo à quodam per imprudentiam percussus, veniam petenti, offensámque deprecanti, *At tu percussum me non memini*. Notúmq; ex Plutarcho Bionis illud, quod indicium suis dedit, quò in virtutis studio profectus feciſſe ſe dignoſceret, ſi adverſùs conviciantes ità affecti forent, tanquam ab eis audiviſſent,

Ὦ ξέν', ἐπεὶ ἔτε καχῷ ἔτ' ἀρεσκεῖ φωτὶ ἔοικας,
Οὐλέ τε, καὶ μάλα χαῖρε. Δίοι νύτοι ὄλκια δοῖεν.

h. e. *tanquam benignè ac benevolè compellati*.

Τῶν οἷον θεωρημαζομένων | Senec. *de ira l.* 2. *c.* 8. *Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum iisdem viventium pugnantiúmque.* Et *de provident. c.* 4. *Verberat nos, & lacerat nos fortuna? feramus. non est sævitia, certamen est.* Elegantiſſimè Epictet. *l.* 3. *c.* 20. Ἔστιν ἀπὸ πάντων ὠφελεῖσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν λοιδορούντος. τί δ' ὠφελεῖ τὸν ἀθλητὴν ὁ θεωρούμενος; τὰ μέγιστα. καὶ ὅτως [ὅτι Gr. leg.] ἐμοῦ θεωρουμένου γίνεται· τὸ ἀνεκτικὸν μου γυμνάζει, τὸ καρτερικὸν, τὸ ἀφελές. ἄ; ἀλλ' ὁ μὲν τῶν τραχήλων κρατῶν, καὶ τὴν ὀσφὺν μου καὶ τοὺς μηροὺς καταπίζων, ὠφελεῖ με, καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν λέγει, ἄγων ἐπὶ ἀμφοτέρας; καὶ ὅσῳ βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφέλιμος ἐγώ; οἱ δὲ μου θεοὶ ἀσχημοσύνην με γυμνάζει, οὐκ ὠφελοῦμαι; Eundem ex *l.* 2. *c.* 6. Vide *ad l.* 9. § 12. Sed & Tertull. *Scorpiac. c.* 6.

§ 21. Εἴ τι ἐλέγχει | Cicero *de fin. lib.* 2. *Certè pertinax non ero: tibique si mihi probabis ea quæ dicis, assentiar.* Hieron. *apolog. ad Pammach. Reprehensores non audio; sequor magistros.*

Χαίρειν μαθήσομαι | Vide *lib.* 1. § 16. & *lib.* 4. § 12. & *lib.* 8. § 16. De Pio *infrà* § 29. Τὸ ἀνέκαθεν ἀντεκφώνησιν παῤῥησιαστικῶς τ' γνωμῆς ἴσον, καὶ χαίρειν εἴ τε δηκάσει κεῖνον. Cicer. *Tuscul. lib.* 2. § 5. *Nos refelli redarguique patiamur. quod hi ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatis sententiis quasi addicti & consecrati sunt, eáque necessitate constricti, ut etiam quæ non probare soleant, ea cogantur constantiæ causâ defendere.* Et *Academ. l.* 4. § 9. *Plerique errare malunt, eamque sententiam quam adamaverunt, pugnacissimè defendere, quàm sine pertinacia, quid constantissimè dicatur, exquirere.* Pulcrè Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 38. *Non est levitas ab errore jam cognito discedere. hæc verò superbæ stultitiæ perseverantia est, Quod semel dixi, qualecunque est, fixum ratúmque sit.* Et Vincent. Victor. apud Aug. *de orig. anim. l.* 2. *c.* 16. *Optimi est propositi, laudandique consilii, facilè ad meliora traduci.*

traduci. Aug. ipse ep. 210. *Turpe est mutare sententiam, sed veram & rectam. nam stultam noxiamve & laudabile & salubre est.* Eadem certè ingenui cujusvis vox, parilis professio. Ambros. *epist.* 31. *Nullus mihi pudor est, ad meliora transire.* Hieron. *in Esai. cap.* 19. *Melius reor etiam proprium errorem reprehendere, quàm dum erubesco imperitiam confiteri, in errore persistere.* Aug. cum primis; *ep.* 7. *Si quid vel incautiùs vel indoctiùs à me positum est, quod non solùm ab aliis, qui videre id possunt, reprehendatur, verùm etiam à meipso; (quia & ego saltem postea videre debeo, si proficio) nec mirandum, nec dolendum est, sed potiùs ignoscendum atque gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum.* Et in *retract. præfat. Neque enim quisquam nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendet.* Idémque *de anim. orig. l.* 4. *c.* 1. *Neque enim negare debeo, sicut in ipsis moribus, ità multa esse in opusculis meis, quæ possint justo judicio, & nullâ temeritate culpari.* Ludov. Vives *præfat. ad Aug. Civit. Ego me neutiquam ægrè ferre vel admoneri, vel etiam reprehendi: (meliorem mentem det Deus:) imò debere me multùm profitebor potiora suggerenti, & docilè atque amicè suggerenti. nam & meipsum non pigebit mutare sententiam, si vel studium vel ætas alia docuerit meliora.* Erasm. *in Cor. epist.* 1. *c.* 7. *Non gravatim à meipso dissentiam, si quis adferat quod sit rectius, etiamsi sit idiota qui dicet. Non enim etiam à minore quolibet refugienda vel dubitanda correctio.* Aug. *epist.* 19. Et de se *ep. quæd.* apud *Grat. cap.* 24. *q.* 3. *c.* 1. *Ego senex à juvene, & episcopus tot annorum à collega nedum amico, paratus sum doceri.* Joan. Zinzerling. *promulsi. critic. Moneri candidè, castigari, ex errore in viam reduci, malè dicta obelo configi; ægrè nullus fero. imò in ævo me ejus futurum profiteor, quisquis candidè hoc fecerit.* Terentian. *de syll. c.* 2.

Corrigenda siqua sanè visa vobis hic erunt,
Non ero stulte repugnans, aut amans pravè mea,
Quin statim culpando delens, probatem rectis locum.

Præclarè denique Greg. Nazian. Si Maximo credimus *collect. c.* 31. nam Epiphan. *hæres.* 64. § 43. ex Methodio *de resurrect.* eadem planè adducit. Μᾶλλον γὰρ ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι τῆ ἀληθείᾳ τοῦ ἀληθοῦς ἐρᾶν, τὸ αὐτὸν ἀπολλαγῆναι τῆ κακῆ τῆ ἄλλου ἀπολλύειν. Vide ad *lib.* 10. § 37. Quod autem hoc loco Marcus de se scripto pollicetur, idem & facto præstitisse Capitolinus attestatur. *Erat*, inquit, *famæ suæ curiosissimus, requirens ad verum quid quisque de se diceret, emendans quæ bene reprehensa viderentur.* Verba sensuum prægnantia. *Requirens*, inquit, *ad verum*; non qualis Gallicus ille, de quo Martial. *l.* 8. *ep.* 76.

Dic verum mihi, Marce; dic, amabo:
Nihil est quod magis audiam libenter;
Ora, Gallice, me, regásque semper.
Durum est me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergò, quid sit audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.

& *emendanda quæ benè reprehensa.* Apellem scil. imitatus, qui, ut Plin. *hist. nat. l.* 35. *c.* 10. vitium in pictura à suscensente justè notatum emendavit, quem tamen postea suæ cautus justè civi illaturem non tulit.

Ἐπεὶ γὰρ πολὺ ἀνήνυτον] Ità modestè, ingenuè Aug. *de Trin. lib.* 2. *prooem. Nullus reprehensor formidandus est amantem errantis, errantis aut inimicus reprehensurus est, aut amicus. Si ergò inimicus insultat, ferendus est. amicus autem, si errat, docendus; si docet, audiendus.*

Τὸ δ' ἂν ἐδεὶς πώποτε ἐλαθεῖν] Monand. *Suppositi.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 11.

Ἀεὶ κεφάλαιόν ἐστ' ἀληθῆ λέγειν
Ἐν παντὶ πράγματι· τοῦτ' ἐγὼ παραινέσω.
Εἰς ἀνταπόκρισιν γὰρ οὐδὲν πλεῖον ἥκομεν.
In ore omnium versatile est quovis tempore,
Verum proloquier: idque in vitæ fundis
Securitatis esse partem maximam. Grot.

§ 22. Ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ πρόθυμον ποιῶ] *Ego id quodcunque mihi officii faciturus sum*, quicquid alii fecerint. Ità & *l.* 5. § 25.

Τὰ ἀπὸ σοῦ μὴ ἐξετάζειν] *Non cruciare, non dilanies, non mordeto.* Vocabulum Marco familiare. Vide *l.* 2. § 2. & 7.

Παραπομπάς] Vide *lib.* 9. § 2. Εἰ τίς ἀλλοδαπὸς ἐπιστάτου, ἢ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ τις ὁ ἐπιτυχὼν ἢ, ἐκβαλὼν ἢ ἐπιπλήξας τούτοις, ἐπὶ ἑαυτοῦ τὴν λύπην ἔσχε. Epictet. *l.* 4. *c.* 6. Et Senec. *de ira l.* 1. *c.* 14. *Quamdiù humanum, mitem & patientem animum præstare possumus; & illos non persequi sed revocare errantem per agros ignorantiæ vias, melius est ad rectum iter admovere, quàm expellere.* Et *ibid. Peccantes ergò quid habet cur oderis, cùm error illos in hujusmodi delicta compellat? non est autem prudentis irasci errori: alioquin ipse sibi odio erit.* Vide *l.* 11. § 18.

Τῶν ὀδὸν ἐξευρῆσθαι] quam scil. Δυσπινόητον *supra* dixerat § 17.

§ 23. Χρῶ] Vult κατ' ἀξίαν τῶν χρωμένων. *l.* 3. § 11. & *l.* 5. § 36.

Ἐφ' ἅπασι δὲ θεὸς ὅπλισται] Pium monitum, si Ethniciſmi πολυθεΐα refecetur. Gregor. Naz. *apologet.* Τάξις εἰσὶν, πάντες ἀγγέλων καὶ λόγων καὶ πνευμάτων, ὑπὸ θεῷ πεταγόμενοι, καὶ εἰς θεὸν ἀναγόμενοι. παρ' ὃ πολὺν ἄπιμεν, καὶ ἄρχομεν, καὶ εἰς τέλος ἥξομεν. Idem *de pace orat.* 1. & in *Asceticis*. Ἀρχὴ ἀπάντων καὶ τέλος πᾶσι θεός. Marcus erem. *leg. spirit.* § 45. Διὰ πάσης τῆς ἀρετῆς πορευόμενος πρὸς θεὸν ἀφικνῇ. Et *ibid.* § 3. Κύριον χρὴ σε πάσης ἀρετῆς, ὃς πάντων μετὰ θεὸν ἡγεῖται τὸ ἀγαθόν. Philo *de mundo immortal.* Ἐπὶ πάντες ἀδιάλειπτος καὶ ἀπαύστου πορείας θεὸν καλὸν ἄξιον. Joan. Chryſoſt.

Chryſoſt. *tom.* 8. *orat.* 15. Μαθὲν μητὲ παιδιᾷ, μητὲ λήρῳ, φεῦγε ἢ τὸν Θεὸν καλέσαι ἢ παρακαλέσαι σωφρόνως καὶ ἐκ χειρὸς ἡμῶν ἀπάντων. & mox: Τὸν Θεὸν ἀεὶ ἐξιλεοῦντες μείζονι ἡδονῇ καὶ ἀφθονωτέρῳ ἀπάντων. Apud Platonem Timæus: Ἀλλὰ τοῦτο δὴ γε πάντες ἴσμεν ἢ χρὴ βεβαίως εὐφρόνιμοι μετέχειν, δεῖ πάσῃ ἐρμῇ ἢ σπουδῇ ἢ μηχανᾷ τοῦτο ἀφικνεῖσθαι. Deum ipſe *epiſt.* 8. Ἀπὸ γὰρ θεῶν χρὴ πάντα ἀεὶ ἐρχόμενον εἰς λόγον τι ἢ νοῦν. Socratis præceptum apud Xenophont. *in memor.* Παντὸς σοι τοῦ θεοῦ ἄρχε ὡς πιστὸς ἄρχων. Theodectes apud Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 3.

Ἀπὸ δὴ θεῶν ἀρχὴ ἢ παιδὸς ἀρέσαι.

Epictet, *diſſert. l.* 2. *c.* 18. Μέγας ὁ ἀγὼν ὅτι, θεῶν τὸ ἔργον· τῶν θεῶν εἶμαι. ἐκεῖνον θέλεσθαι βοηθὸν ἢ σῴζεσθαι, ὡς παρὰ Διοκλείῳ ἐν χωμῳδίᾳ οἱ πλέοντες. Vide & eundem *l.* 3. *c.* 22. Demoſth. *epiſt.* 1. Παντὸς ἀεροῦμαι μᾶλλον ἢ λόγου ἢ ἔργου, ὃν παρὰ θεῶν ὑπολαμβάνων ἀφορμὴν ἀρχῆς. Cicer. *de legib. l.* 2. § 28. *A diis immortalibus nobis agendi capienda principia ducuntur.* Idémque in *Vatin. Omnium rerum a diis immortalibus principia ducuntur.* In mense habuit Aratio exordium;

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐάσω
Ἄρρητον.

Quod & Theonit. idem cœvus *Idyl.* 17.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε, Μοῖσαι.

Ex quo & Virgil. *eclog.* 3.

Ab Jove principium, Muſæ.

Plin. min. in *Panegyr. Bene ac ſapienter majores inſtituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initium a precationibus caperetur. quod nihil vitæ, nihilque providenter homines ſine Deorum immortalium ope, conſilio, bonore auſpicarentur.* L. Cuſpidius ſic orditur Teſtamentum: (extat apud Fabricium *antiquit. l.* 1.) *Numine invocato, abſque cujus nutu neque quicquam rite inchoari, neque recte perfici poteſt.* Siquidem, ut Menander;

Θεὸς συναρχὴς πάντα πρᾶξαι μόνῳ.
Οὐδὲν ἢ χρεὼς δίκαιος σθένει βέβαιον.
Rem facile quamvis peragit adjutor Deus:
Mortalis absque numinis ope nil valet.

Sive ut eleganter Gregor. Naz. in *jamb.*

Θεοῦ διδόντος ὠδὶν ἐγένετο σθένος·
Καὶ μὴ διδόντος ὠδὶν ἐγένετο πόνος.
Volente, facile nil obſtabit invidus:
Nolente, nil labor præbebit impetus.

Vide *ſupra ad* § 7.

Πῶς τὸ νόσῳ χείρων | Vide *ad l.* 3. § 7. & *l.* 9. § 33.

§ 24. Εἰς ὄνον τὸν κιθαρῳδόν | Ateas rex Scythæ, ut Plut. in *ſenec. polit.* ſive Theras, ut idem (modò idem utriuſque ſcripti pater extiterit) in *apophth. nihil ſe ab equiſone ſuo* diſtare aiebat, *ubi otium ageret.* Marcus nihil Alexandrum à mulione ſuo, ubi diem uterque ſuum obierit. *Pari*, inquit, *loco, ſtatúque mors utrumque conſtituit.* In *antholog. l.* 3. *c.* 13.

Μόνος ἔφυ ἀνὴρ ἴσος, ζῶν πότε νῦν ἢ πάντοτε
Ἴσον Δαρεῖῳ τῷ μεγάλῳ διαίτης.

ſcilicet, πάντων μία κόνις. Lucian. in *dialog. defunct.* apud quem & Charon furore poetico correptus fundit iſta:

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἄναλκις ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλαχε πύμας·
Ἐν δ' ἴῃ πυρὶ Ἴσος χρειοῦσ' Ἀγαμέμνων·
Θερσίτῃ δ' ἴσος θάνατος πάις πύκασεν.
Πάντας δ' οἰκὶν ἐμὸς νεκύων διάγνωσιν ἀρίζειν,
Τυμβεῦσι τε ξυγεῖ τε σὺν ἀσφοδέλῳ λειμῶνι.

Senec. *ad Marc. c.* 11. *Et quæ veneraris, & quæ deſpicis, unus exæquabit cinis.* &,

Πάντας ἴσον νέκυας ψυχὴν ἢ Ἀΐδης βασιλεύει.
Κοινὸς γὰρ ἅπασι πόνος τε ἢ βασιλεύς.

Phocylid. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 19.

Omnia mors æquat: ſolus Deus imperat umbris,
Et tam pauperibus ſedes quàm ditibus una eſt. Grot.

Mors æquat omnes. Sen. *ad Marc. c.* 10. & *de ira, l.* 3. *c.* 43. *Quid ſervo? quid Domino? quid regi? quid clienti tuo iraſceris? venit ecce mors, quæ nos pares faciat.* Et *epiſt.* 91. *Impares naſcimur, pares morimur: æquat omnes cinis.* Baſil. Cæſ. *orat.* 3. Ἔξωθεν ἐν τοῖς τάφοις, οἱ βωμοὶ δηλοῦσιν, τίς ὁ οἰκέτης, ἢ τίς ὁ δεσπότης, τίς ὁ πλούσιος, ἢ τίς ὁ πένης· οὐδενὸς, οἶμαι τίς σου βωμὸς, τὸν πλούσιον, ἀπὸ τοῦ βασιλέως· τὸν ἰσχυρὸν, ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου· τὸν εὐφυᾶ, ἀπὸ τῆς νωθείας. *Quis enim diſcernat ſpecies mortuorum? redoperi terram, & die ibi quis dives, quis pauper ſit. diſcerne inopes & potentes, ſi potes.* Ambroſ. *hexam. l.* 6. *c.* 8. & *de Naboth. c.* 1. *Conditor ille juxta humani, (inquit Senec. ibid.) non natalibus ea, nec nominum claritate diſtinxit, niſi dum ſumus. ubi vero ad finem mortalium ventum eſt, Diſcede, inquit, ambitio: omnium quæ terram premunt, ſæpiſſime lex eſto.* Id quod Pſaltes *Pſal.* 82. *v.* 6, 7. *Ego dixi, Dii eſtis, & filii celſiſſimi vos omnes: attamen tamquam è plebe quilibet, pariter eſtis occubituri.* Plaut. *Trinum.* 2. 4.

—— *verum nos homunculi*
Salillum animæ qui cum extemplo amiſimus,
Æque mendicus atque ille opulentiſſimus
Cenſetur cenſu ad Acherontem mortuus.

Theodoret. *therapeut. l.* 8. de Cyro, Dario, Xerxe, Alexandro, Veſpaſiano, Trajano, Hadriano, Antonino: Οὗτοι πάντες, ζῶντες μὲν ἦσαν ἀνθρωποφάγοι, ἢ τοὺς βαρβάρους ἐθήκαν, ἢ μὴν τοὺς ἑλληνας· πλατεῖαν ἢ ἐφοδίαν· ἐπειδὴ ἢ ὑπέλαβεν, ὀλίγη ἐστὶ πολλῶν διαφέρειν. De Croeſo Silius *lib.* 13.

Dives apud Superos: ſed mors æquabat egenis.

Lucian. in *Necyomant.* de defunctis. Τὸ διαγνῶναι ἔχειν, ὁ πάνυ τι ῥᾴδιον· ἄκριτος γὰρ ἀπηνῶς ἀλλήλοις γίγνεται ὄχλος, ἐπὶ ὀστῶν γεγυμνασμένων.

Ἔκνεκρο

Ἕκαστος δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀμαυροῖ καὶ ἀσημοτέρους καὶ ὑδρὸν ἐπ' αὐτῷ παρ' ἡμῖν φυλάττοντες· ἀμύλει πολλῶν ἐν πυθμὴ σκελετὸν κειμένων, καὶ πάντων ὁμοίων ὑπόγυον θεὸς ἑαυτὸν, ᾧ ποτε διακείσεται τὸν Θερσίτην ἀπὸ τοῦ καλοῦ Νιρέως, ὃ τὸν μετὰ τὸν Ἴλιον ἀπὸ τῆς Φαιάκων βασιλέως, ἢ Πυρρίαν τὸν μάγειρον ἀπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος. ἐδέδη γὰρ ἐπὶ τῶν παλαιῶν γινομένων αὐτοῖς παρέμβυσα, ἀλλ' ὅμοια τὰ ὀστᾶ λίθῳ, ἄδηλα καὶ ἀνεπιγεφα, καὶ ὑπ' ὑδρὸς ἐπ διακείσεσθαι δυνάμενα. Et mox: Οἶμαί σε καὶ τῶν ἐκλιπῶν πολλάκις ἐωρακέναι τοῦ τεχνικοῦ ὑποκριτὴν τύπτοντα, ἕως τὰς χεῖρας ἐπὶ δεκαπέντε, ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δ' Πειρίθους γινομένους ἢ Ἀγαμέμνονας. καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν. μάλα σπουδῇ τὸ τοῦ Κένταυρος ἢ Ἐρεχθέως σῶμα μιμούμενος, μεθ' ὁλίγον φιάλην ἐκπίπτει ὑπὸ τοῦ πάνυ κεκλαυσμένου. μετὰ δὲ πέπλος ἔρριπται τοῦ δεσπότου, ἀπολυόμενος ἕκας ἐν ὑπὲρ τὸν χρυσοῦν κιόνιον ἐδύτα, καὶ τὸ θεατρεῖον ἀποδέμενος, καὶ μίσθωσιν ἀπὸ τῆς ἐμβάδος, πένης καὶ ταπεινὸς ἀπέρχεται, ὅκ' ἐστ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, ὑδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος ὁ Καπιλίου Σενιδίου ὀνομαζόμενος, ἢ Σθένελος ὁ Θεσπιέων Μαρσύου. τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Vide *l.* 11. §. 6. Non incommodè igitur aut incongruè *calculis computatoriis* similes feruntur mortales, qui inter computandum obolum alter, alter talentum præfert, idémq; nunc illius, nunc illius pro computantis arbitrio vicem sustinet; putatione demum finitâ, in eundem sacculum pyxidémve immissi, eodem planè loco numerôq; habentur universi. quæ collatio pulcerrima, cùm à Polybio de vita aulica præcipuè fuerit usurpata *hist. l.* 5. his verbis: Οὕτως γὰρ, inquit, εἴωθεν ἔνιοτε τοῖς ἐπὶ τῶν αὐλικῶν λήμμασι συνιόντες

fugeres & fugares. Et *cap.* 15. *Turbaris, quia ego turbatus sum. turbatus turbatum reprehendis. ego quidem corrigor, nec amplius hoc malum faciam. tu autem quid facies de hoc tuo vitio quo non solum mihi mederi non vales, sed nec ferre salutem potes?* Et *cap.* 16. *Charitate, sapientiâ repletur frater, nec communicas. irâ, odio, furore repletur, nec evadere potes quin communices. insanus sanis indiget, qui eum vel servent vel curent. Cogita, si omnes homines irâ semper & insaniâ urgerentur, quid tibi agendum esset. numquid ideò turbari deberes? cur ergò, cùm unus aliquando turbatur, turbaris? medicinam ei debes, non turbationem. quomodo enim insaniendo curetur?* Vide *supr.* § 6. & *infr.* § 30. & *l.* 7. § 65. & *l.* 11. § 18.

Περαίνειν ὁδῷ | Vide *ad l.* 1. § 9. & *l.* 4. § 18. & *l.* 5. § 3, & 14.

§ 27. Πῶς ἐμόν ὄζει | imò Πῶς οὐκ ἐμόν ὄζει; Sive Ὠμόν πως ὄζει. alterutrum Marcum scripsisse certissimum est. illud Cas. hoc Xyl. secutus est. Adi *lib. hujus* § 57.

Ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα | Aristot. *topic. lib.* 3. *cap.* 1. Πάντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ ἐρίστικα. & latiùs *ethic. Nicom. lib.* 1. *cap.* 1. Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθόν, οὗ πάντα ἐφίεται. Sed distinctiùs clariùsque, prout Martus istic; *ib. l.* 3. *cap.* 5. Πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ, καὶ τοῦτο χρεία πάντα προσπίπτει πάντες. Hoc est quod Schola, *Nihil appetitur, nisi sub specie & ratione boni.* Epictet. *l.* 3. *c.* 7. Ὡς ἀδύνατόν ἐστι τὴν ψυχὴν φαινομένῳ συγκατατίθεσθαι, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς ἔχονεῦσαι· ὅτως ἀδύνατόν ὄζει τοῦ, τὸ φαινομένῳ ἀγαθὸν μὴ ποιῆσαι. Et. *l.* 4. *c.* 5. Φύσις αὖτη παιδός, τὸ δίδακτον τὸ ἀγαθὸν, φιλέγειν τὸ καλόν. τὸν ἀφαιρούμενον δατέρα, καὶ ἀποδιδόντα τῷ ἐναντίῳ, τῷ ἡγεῖσθαι πολέμιον, ὄλβιον, κἂν ἀδελφὸς ᾖ, κἂν υἱὸς, κἂν πατήρ. τῷ γὰρ ἀγαθῷ συγγενέστερον ἐστίν. Idémque *l.* 1. *c.* 28. Ὅσοις ἓν τοῦτο μέμπη καθαρῶς, ὅτι ἀνθρώπῳ μεῖζον πρᾶγμα φαινόμενον λοιπὸν, ἢ καλῶς φαίνεται, ἢ καλῶς· εἰ καλῶς, ἀρίστηκτός ὄζιν· εἰ καλῶς, αὐτὸς ἑζημίωται, ὁ βλαβεὶς γὰρ ἄλλος οὐδεὶς ὁ πεπλανημένος, ἄλλος δ' ὁ βλαπτόμενος· οὐδενὶ ὀργιστέον. Idem denique *enchirid. c.* 41. & apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. ex quo quædam dantur emendatiora: Ὅταν τις καλῶς τι ποιῇ, ἢ καλῶς σε λέγῃ, μέμνησο ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἴεται ποιεῖν ἢ λέγειν. οὐκ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ἀλλὰ καλῶς αὐτῷ φαίνεται· τίς οὖν ἔξωπαθής; ἐκεῖνος· τίς ἂν βλάπτοι; ὁ ἔξω πατηθείς. ὑπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πρέπει ἕξεις σοὶ τὸν λοιδοροῦντα. ἐπαφίεγγε γὰρ ἐκείνῳ, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ. Vide *l.* 11 § 18.

Καὶ συμφέροντα | Epictet. *l.* 2. *c.* 22. Πᾶν ζῷον φεύγει ὅτου ὠκείωται, ὡς τοῦ ἰδίου συμφέροντος, ὅτου δὲ ἄν σοὶ τοῦτο φαίνηται ἄμπροσθίζειν, ἂν τ' ἀδελφὸς ᾖ τοῦτο, ἄν τι πατὴρ, ἄν τι τέκνον, ἂν τ' ἐρώμενος, ἂν τ' ἐραστὴς, μισεῖ, παραλλάξει, καταρᾶται· οὐδὲν γὰρ ὅτου φιλεῖν πέφυκεν, ὡς τὸ αὐτῷ συμφέρον· τοῦτο πατὴρ, οὐκ ἀδελφὸς, οὐ συγγενὴς, οὐ πατρὶς, οὐ θεός. ὅταν ἓν οἷς τοῦτο ἐμποδίζον ἡμῖν οἱ θεοὶ δοκῶσι, κἀκείνους λοιδορῶμεν. Vide sis quæ sequuntur, pulcherrima sanè: sed & quæ in eandem sententiam differit, *ejusdem libri cap.* 26.

Δίδασκε καὶ δείκνυε | Vide *l.* 5. § 22, 28. & *l.* 10. § 4. & *l.* 11. § 12. Epictet. *differt. l.* 1. *c.* 18. δεῖξον τὸ πλάνιον, καὶ ὄλεθρος τοῦς ἀρίστους ἦν ἁμαρτημάτων.

Μὴ ἀγαπᾶν | Pulchrè Symmach. *l.* 9. *ep.* 105. *Nullius tam vehemens nequitia est, ut motu meo digna sit.* Vide *ad l.* 5. § 22.

§ 28. Θάνατος ἀνάπαυλα | Huc Charonis κήρυγμα apud Aristoph. *ranarum* 1. A.

Τίς ἐς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πρᾳγμάτων;
Quis ad requiem ex malis vult ac molestiis?

Ἀδημονῆς ἀνηκουστίας | Vide *sup.* § 16. *l.* 3. § 15.

Νάρκωσις | Vide *l.* 2. § 2. & *l.* 3. § 15.

Διανοητικῆς σκέδασις | *Mentis erroribus.* Cas. *cogitationibus.* Xyl. *discursui*, malim.

Τῆς σοῦ τῆς σαρκὸς λειτουργίας | Vide *l.* 3. § 3. σαρξ, sive *caro* pro corpore, prout Apostolo ad *Philipp. c.* 1. *v.* 22, 24.

§ 29. Τῶν ψυχῶν περιστάσεων | Vide *ad l.* 3. § 1. περιποσβίννυ. Sed & *l.* 12. § 15. Hoc est quod de gymnasta Galen. ὑγιεινῶν *lib.* 2. *cap.* Εἶναι δηλονότι χρὴ τὸν γυμναζόμενον, ὅτε θυμικὸν, ὡς ὅτι προθυμότατα γυμνάζεσθαι, κρυόσης ἤδη τῆς διαθέσεως, ὅτ' ἀθυμίαν, ὡς ἀπορρεῖσθαι, ὅτι πονεῖν διαμένον. Idémque Plut. *de sen. politic.* ὅτι περιποιήσεται τὸ φιλάνθρωπον καὶ φιλόκαλον, καὶ περιπαθὲς τῆς ἀναστρωφῆς ὄδυνμίας ὁ δὲ καλῶν ζῆλος, ὡς τὰ θερμικὰ μέρη καὶ θεῖα τῆς ψυχῆς ἐξιπλόπερος δὲ παθητικῶν καὶ σωματικῶν ἐχέσης. ὅθεν ὑδὲ λέγειν καλὸν, ὑδὲ ἀποδέχεσθαι τὰ λεγόμενα, ὡς κεφαλαίνοντες μόνον ὁ κομπῶμεν. Philo in *vit. Mos. l.* 1. Ὡς ὲν βραχεῖ τὰ σώματα αὐτοῖς ἀπορρεῖν, ἅτε καὶ τὰ ψυχῆς περιπαθοῦσας. Atqui hoc turpe nimis censet Marcus noster, animum concidere, dum corpori vires ullæ supperunt. Vulc itaque quod vulgo dici solet, *In actu moriendum.* Hoc enim præcipiunt Stoici. Senec. *epist.* 8. *Ubi præcepta illa vestra, quæ imperant in actu mori?* Et *de otio Sapient. c.* 1. *Certè Stoici vestri dicunt. Usque ad ultimum vitæ finem in actu erimus: non desinemus communi bono operam dare, adjuvare singulos, opem ferre etiam inimicis, mente, manu.* (ita Lipsi.) *nos sumus, qui nullis annis vacationem damus; & quod ait ille vir disertissimus,* (Virg. Æn. *l.* 9. *de Latinis.*

Canitiem galeâ premimus. ——

nos sumus apud quos usque eò nihil ante mortem otiosum est.

est, ut fi res patiatur, non sit ipsa mors otiosa. Vid. *l.* 7. § 73. Cicer. *de Senect. Senectus non modò languida & iners non sit, verùm etiam sit operosa, & semper pro eis, quas habet, viribus, agens aliquid & moliens.*

§ 30. Ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς | hoc est, *cave* nè postquam ad imperium adscitus fueris, institui pristini vitæque philosophicæ oblitus, quasi Cæsarianus quidam efficiaris, & *in Cæsarum mores totus transeas.* quales autem Cæsares atque Imperatores Romani plerique extiterint, & quomodo sese in imperio gesserint, notius est, quàm ut dicto opus sit: & obliquè notat Marcus ipse, *l.* 1. § 11. Certè de Marco Petrarch. *lib. de Imper. offic. Philosophicum maluit quàm Cæsareum cognomen.* Et Eutropius: *Ad nullam insolentiam elatus est imperii fastigio.* Et Capitolin. *Suos mores semper tenuit.* Sed omnium disertissimè Aristid. *orat. in Marc.* ubi Pausaniæ mores adversos planè describserat, Ὁ δὲ, inquit, ἀπέδειξεν, ὅτι καὶ ἰδιώτην ὄντα καὶ βασιλέα οἷόν τε ἦν τὸν αὐτὸν ἔν τε καὶ τέλος· τοιοῦτον μὲν οὖν τῆς βασιλείας παρεχόμην ἑαυτὸν, ἅτε δικαίως ἀξιωθεὶς ταύτης· ἐν ᾗ τῇ βασιλείᾳ οὐκ ἐκπέσας ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ λόγον χωρήσας. Ἀποκαισαρῶσθαι vocabulum Marco conflictum, prout *Charmidari* & *Recharmidari* Plauto, *Trinum. act.* 4. *Sc.* 2.

Proin tu itidem ut Charmidatus es, rursum recharmida.

sicut enim *Recharmidari* Comico, est *in Charmidem reverti*; ità ἀποκαισαρῶσθαι, pro eo quod est, in *Cæsarem converti, Cæsarem*, sive *Cæsarianum fieri, in mores Cæsarianos transire.* Marco istic novè dictum; sed eâdem analogiâ; quâ ἀποσαρκῶσθαι, *in carnem concrescere*, Aristot. *probl. l.* 1. *q.* 53. & *l.* 5. *q.* 34. quâ ἀποθηριῶσθαι, *feram bestiam fieri*, Polyb. *l.* 1. Et Epictet. *l.* 1. *c.* 5. quâ ἀποστηθῶσθαι, *in stirpis*, sive, *arboris naturam transire*; quod de eis Plotinus extulit qui facultati altrici excolendæ toti se dedunt: Suidas in Κόσμ. de Daphne in arborem conversa, Lucian. *hist. ver. l.* 1. de hedera usurpavit, Theophrastus *hist. plant. l.* 3. *c.* 18. *arborem fieri*, vertit Plinius *lib.* 16. *cap.* 34. & ἀποκιττῶσθαι, *hederascere*, sive *hederam fieri*; his eisdem *ibidem.* & ἀποπαπποῦσθαι, *in pappos converti*; eidem Theophr. *l.* 7. *c.* 11. quâ ἀποκαλαμῶσθαι, Autori *de mundo c.* 3. quod *Sinuari*, Apuleius, sive, *in sinus absumi*; quâ ἀποχοῦσθαι, *in terram redigi*, Philoni *de mund. immort.* ἀπολιθῶσθαι, *in lapidem transire*, Aristot. *problem. l.* 24. *q.* 11. quod de Academicis Epictetus *l.* 1. *c.* 5. ἀποπυρῶσθαι, *igniri*, Autori *de mundo c.* 4. & ἀποανθρακῶσθαι, *in carbones redigi*, Lucian. *dial. marin.* 10. quâ denique ἀποθεῶσθαι, *Deum fieri*; quo modo Amelius apud Theodoretum *therap. l.* 2. ἀμέλει καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεῶσθαι καὶ θεὸν εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ὕλης τὸ σῶμα καὶ τῶν σωμάτων καὶ τὸν ἄνθρωπον κατασβεσθῆναι. sive, *inter Deos referri*: qui Romanorum Imperatoribus honos haberi solitus. unde de nostro Lucianus in *Pseudomant.* Θεὸς Μάξιμος ἤδη. & Tertullianus *apolog. c.* 34. *Maledictum est ante apotheosin Deum Cæsarem nuncupare.* allusit eò Seneca cùm Claudio illudens ἀποκολοκυντωθέντα tanquam ἀποθέωσιν dixit, idque titulo Satyræ suæ in ejusd. obitum conscriptæ dedit, ut Dio Cass. testatur *l.* 60. de quo videndus V. Cl. Heinsius. Fruſtrà siquidem est hîc Xyl. cùm τῷ ἀποκαισαρῶσθαι suspicatur significari, *imperio aut rerum summâ deponi*: quem tamen secutus est Jo. Meursius in *Lexic. Græcobarb.* ubi τὸ ἀποκαισαρῶσθαι, adducto etiam Marci loco hoc ipso, *à Cæsaris dignitate dejici*, exponit. Sed & Annotator Lugd. *de Cæsaris statu dejici.* ut ἀποκαισαρῶσθαι sit *imperium amittere*, ac *Cæsareatu quasi devestiri*; quomodo ἀποπαρθενῶσθαι, sive ἀποπαρθενεύεσθαι Hippocrati *de aer. loc. & aq.* est *virginitatem deponere*, sive *devirginari*, ut Petronius loquitur. & quomodo ἀπολελουμένου Marco *l.* 10. § 21. *munere defunctum esse, & ab eodem jam cessare.* cùm eandem in istis τὸ ἀπὸ vim obtineat, quàm τὸ ἐξ huic finitimum in illis, ἐξυδατῶσθαι, *in aquam liquescere*, Dioscorid. *l.* 1. *c.* 88. ἐξελαιοῦσθαι, *in oleum verti*, Theophrast. *de caus. plant. l.* 6. *c.* 9. & 11. ἐξαερῶσθαι *in aerem abire*, cùm eidem *lib.* 1. *c.* 27. tum & Luciano *de mort. Peregr.* & Hippocrati *de nat. infant.* ἐκπυρῶσθαι, *igniri*, & *in ignem transire*: unde ἐκπύρωσις Stoica, quâ autumabant illi fore, ut ignis tandem omnia absumeret, & in substantiam suam redigeret; quod εἰς ἑαυτὸ ἀναλυθῆναι καὶ ἀπολαμβάνεσθαι Plutarchus dixit, *de esu carn.* 1. & *de communis notion. cap.* 27. ἐξανδρῶσθαι, *virum fieri, in virum evadere*; Suid. quod idem ἀνανδρῶσθαι, *in virum evadere ex puero*, Clemens *Strom. lib.* 1. *in virum ex fœmina converti*, dixit Theodorus in *Theolog. Orient.* ἐξανδραποδίζεσθαι, *ex libero in servitutem redigi*, Plutarch. *Anton.* ἐκδιῶσθαι denique, *Deum evadere*, Clem. *pædag. lib.* 1. *cap.* 12. nec aliâ ratione *animæ exaluminati*, pro *alumine tincti*, Plinio dicti *l.* 10. *c.* 35.

Μὴ βαφῇς | *Nè mergaris & obruaris.* Xyl. imò *nè tingaris, nè inficiaris*: nè mores aulici *genuinum animi candorem obfuscent*: quod *inquinamentum combibere*, Septimius dixit, *de spectac. c.* 14.

Ὡς ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίγνῃ.

ut Hom. loquitur *Il. δ. v.* 141. i. ut Maro *Æn. l.* 12.

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Siquis ebur.——

quod nos diceremus, that you be not stained. nam quod Græci μιαίνειν & βάπτειν, nos dicimus to stain. Eum autem Homeri locum respexit Plut. *de EI Delph.* ubi dixit, eâdem usus, quâ hîc metaphoricè Marcus, voce; Τὸ δὲ εἰλικρινὲς καὶ καθαρὸν, ἅτερα δὴ μίξει φησὶν ἕτερον ὁ μιαφὸς. ὃς καὶ τὸν Ὅμηρον ἐλέφαντα τινα φοινισσόμενον βαφῇ μιαίνεσθαί φησι καὶ τὸ μιγνύμενον δὴ χρώμασιν οἱ βαφεῖς φθείρειν, καὶ φθορὰν τινὰ μίξιν ἡγεμόνευον.

Unde

Unde emaculandus autor idem in *Sympos. l.* 8. c. 5. Πάντα τὰ ἀμιγῆ ἧττον ἐπιμίκτων ἐστὶ φαῦλα· ὅσῳ γὰρ ἡ μίξις μείζων, ἧττον ἡ μᾶζα μιασμοῦ καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος. Δεῖ τὰς μίξεις ἧττον χρωμάτων οἱ ζωγράφοι φθορεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τὸ βάπτειν ἑλκῶσαι κάλλιστον ὁ ποιητὴς μιλύσαι legendum. Sicut & Latinis itidem *tingere*, *inficere*, & colore aliquo *tincta* dicuntur *infecta*. Idem in *Roman. problem. c.* 26. Μᾶλλον δὲ τὸ λιτὸν, εἰλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς καὶ ἁπλοῦν ὄντι βαφῆ καὶ ἀνθρώπῳ μιασμῷ Sed & Porphyr. *de abstinent. lib.* 4. Καὶ ὁ μολυσμὸς καὶ ἡ μίασμα δηλεῖ τινὰ μίξιν τῶν ἑτερογενῶν φορᾶς ὄντων· καὶ μᾶλιστ' ὅταν ἀνάπαλιν ᾖ τὰ. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν βαμμάτων, ἃ δὴ δηλοῖ μίξεων σωίσματα, οὐδὲν ἄλλο ἄλλῳ συμπλακόμενα, μιαίνειν φασίν.

Ὡς δ' ὅτι τὶς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.
καὶ ἔμπαλιν τὰς μίξεις φθορεῖς οἱ ζωγράφοι λέγουσιν. καὶ ἡ σωφροσύνη τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν, ἀφθαρτον καὶ ἀκαιρεῖς καὶ ἀνέπαφον. Eâdem hac metaphorâ usus est Marcus *lib.* 5. § 16. ubi dixit; βεβάπται γὰρ ὑπὸ τῆς φαυλοτέρας ἡ ψυχή· & *lib.* 3. § 4. Sed in partem meliorem acceptâ, ubi de viro bono, δηλουσύνη βεβαμμένον εἰς βάθος. Vult ergò, καθαρεύειν μᾶλλον δόγματι, ut *l.* 8. § 48. aut, ut mox seſe ipſe explicat, ἁπλοῦν καὶ ἀνέμικτον. Senec. *epiſt.* 59. *Elui difficile eſt. non enim inquinati ſumus, ſed infecti*, i. e. οὐ μεμιασμένοι, ἀλλὰ βεβαμμένοι.

Γίνεται γὰρ | ſcil. Vulgari dicterio dicitur, *Honores mutant mores*. Polybius (Suidâ citante) Πάντας μὲν γὰρ οἱ βασιλεῖς καὶ φίλους ἀφανεροῦσιν καὶ συμμάχους παρὰ καιρὸν ποιοῦσι· μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἀλλάττουσι· καθάπερ ὑμεῖς ἡ μὴ ἀφανεῖς ἀφανίσαντες, ἀλλὰ συμμαχικῶς ἀλλὰ δυναστικῶς χρήσασθε τοῖς παροῦσιν (ità enim iſta legendum autumo). Ἀλλὰ ταῦτ', ἐὰν μὲν τῆς βασιλείας χρείαν τι καὶ ὑπόνοιαν ἔχητε ἑαυτῶν βασιλεῖα ἡ ὑπόνοιάν τινα, χαλεπὸν καὶ βίαιον ἔσται τὸν ἀφανισμόν. inquit Ariſtides *orat. in Marc.* Qui & virium hoc notatum Pauſania Cleombroti F. Ὅς οἶκον ὤφλεν, ἐθαύμασε σωφρονῆν· at imperator deſignatus, & cum imperio foris agens, ἐπελάνθανε μὲν ἧττον οἶκοι, ἐπελήσθη δὲ αὖ τῦ· πάντ' ἦν μᾶλλον ἐφ' ἑαυτῷ, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ, χαλεπὸν μὲν ὂν καὶ βίαιον ἄλλοις τὸν συμμάχου ἀπόλαυσιν ἢ καὶ ἐξέλεγξιν ἄλλων τινῶν δίαιταν· περαντικὸν ἦ ἄλλον τρόπον. Graphicè verò admodum idem χαρακτηρίζει Euripid. in *Iphigen. Aulidenſ.* ſub perſona Menelai Agamemnonem alloquentis:

Οἶδ', ἴσθ' ἐπιστάμενός σ' ἔρχον δικαίᾳ σοὶ Ἴλιον
Τῷ δοκεῖν μὲν ἐχθὲ χρήζον, τῷ δ' βούλεσθ' ἅλλον,
Ὡς ταπεινὸς ἦς, ἀπίστου δεξιᾶς ἐφαπτόμενον,
Καὶ δυσὶ ἔχων ἀκλοῖσιν τὴν ἅλωσιν ἡμοῖν,
Καὶ δοῦς ἀφίστην ἔξῆς πᾶσι, κ' εἰ κἀμοὶ θέλοι,
Τοῖς τέχνοις ζητῶ τελεῖσθ' σὺ φιλόπαιδον ἐν μέσῳ.
Κἄτ' ἐμοὶ κατέχεις ἔρχεις, μεταβαλὼν ἄλλως τέρπεις,
Τοῖς φίλοισιν ἐχθρ' ἦσθα τοῖς πεῖν ὡς πείσθην φίλος,
Δυσαφέστατος, ἕως τι πλείστων κακῶν ἄνδρες δ' ἐσ' ὦ χρεών
Τὸν ἀγαθὸν, ἀφέντα μεγάλα, τὸ τέχνας μὴ δακέσθαι.
Ἀλλὰ καὶ βέβαιον εἶ) τότε μάλιστα τοῖς φίλοις,
Ἡνίκ' ὠφελῶν μάλιστα δυνάτος ὦσιν εὐτυχῶν.

Scis, puto, Trojani petentis principatum Græciæ
Velle cum nolles videri, maximè velles tamen,
Ut modeſtus, & benignus, dexteras prenſaveris.
Tunc tuæ ſemper patebant civibus cunctis fores.
His dabas reſponſa blandus, hos ſalutabas prior;
Moribus tibi quò parares gloriam in medio ſitam,
Nunc ſed imperii potito vertitur vitæ modus:
Non amicos nunc priores, ut ſolebas, diligis:
Durus inprimis adiri, nec frequens inter larem.
Non decet mutare mores magna cunctantem virum,
Cujus hoc magis probanda tunc amicis eſt fides,
Quò magis florens amicis adjuvandis ſufficit. Grot.

Scilicet, quod Menander in *Gubernat.* à Priſciano *l.* 18. relatus.

Ἐπελάθετ' αὐτὸν ὅστις ἦν.
Oblitus eſt ſe ipſe, qui eſſet.

(vide *l.* 9. § 3.) quod de Largio Macedone Plinius *l.* 3. *ep.* 14. *Superbus dominus & ſævus, & qui ſerviſſe patrem ſuum parùm, imò minimum, meminiſſet.* Ità, quod Martial. *l.* 11. *ep.* 6.

Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.

Et Auguſtin. *homil.* 13. & *conc. ſolemn.* 205. Apoſtoli illa *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 17. Τοῖς πλουσίοις τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, reſpiciens: *Primus ac peculiaris divitiarum vermis eſt ſuperbia.* Idémque *conc. ſolem.* 212. *Morbus divitiarum eſt ſuperbia. grandis animus, qui inter divitias iſto morbo non tenetur. magnus dives eſt, & major divitiis ſuis, qui non ideo magnum ſe putat, quia dives eſt.* Οἱ δὲ πολλοὶ, κἂν αὐτὸ μόνον αὖ ἐκ βεβαιοῦσι τὴν εὐτυχίαν μεγάλην φύσιν καὶ πόσει μεγάλα, πεπαλαίευσι δύσκολοι ἐφ' ἑαυτοῖς, καταφρονητικοὶ καὶ περιοχλητικοὶ καὶ χαῖρε, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀπορρώγασιν, ὥσπερ τὸ ἀκλινὲς τῆς εὐσεβείας ἐν βιβλίῳ πεῖ· αὐτοῖς αὖ· μέλα σφοδρύνωμεν, μηδὲ μίχει τῆς ὑπεραίας ἴσως διαφθόνητος ἐν ὁμοίῳ. Philo *de vit. Moſis l.* 1. de talibus & Soſiphanes apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 22.

Ἂν δ' εὐτυχῇς, μηδὲν ὄντες, εὐθέως·
Ἴσ' ἐσχυρῶ φρονεῖτε. —
Si ſaveris fortuna, cùm ſitis nihil,
Cælo levatis capita. —

Pium itaque illud Placillæ Imperatricis Theodoſio conjugi datum monitum, Ἀεί σε, ὦ ἄνερ, σεσωκέναι λογίζεσθαι, τί μὴ ἔδει πάλαι, τί ἢ γέγονας νῦν. Theodoret. *hiſt. Eccleſ. l.* 5. *c.* 18. Vide *ad lib.* 10. § 19.

Τήρησον σεαυτὸν ἁγνὸν, ἀναμάρτητον | Vide *lib.* 2. § 17. Paulus Timotheo, *epiſt.* 1. *c.* 5. *v.* 22. Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει. & Jacob. *c.* 1. *v.* 27. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν. & Joan. *epiſt.* 1. *cap.* 5. *v.* 18. τηρεῖ ἑαυτὸν.

ἑαυτόν. Epictet. *l.* 2. *c.* 8. Τί δ' ὅτι ὁ μόνον σε κρίσεσθαι, ἀλλὰ καὶ σοι μόνῳ δώσει καὶ παρεκελεύσατο, ἵνα τοῦτο ὁ μεμνήσῃ; ἀλλὰ καὶ καταχώσεις πολὺ ὀπισθοφυλί; οἱ δέ σοι ὀρφανόν τινα ὁ θεὸς παρέδωκε. ὥσπερ ἂν αὐτῷ ἐμέλεις; οὕτω δεῖ καὶ σοὶ σεαυτόν, καὶ λέγει, Τοῦτόν μοι φύλαξον τοιοῦτον, οἷον πέφυκεν, αἰδήμονα, πρὸν, ἄφοβον, ἀκαταπλήκτον, ἀπαθῆ, ἀταράχον· εἶτα σὺ ὁ φυλάττεις;

Ἀκόμψον | Vide *l.* 3. § 5.

Ἀγώνισαι, ἵνα τοῦτῳ συμμείνῃς | Est hîc revera, si dextrè accipias, ὁ καλὸς ἀγὼν ille, quem decertare Timotheum hortatur Apostolus; decertâsse jam se testatur ipse. ἀγωνίζω, inquit, τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως. *epist.* 1. *c.* 6. *v.* 12. &, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι. *ep.* 2. *v.* 4. *c.* 7. neque enim sine certamine jugi sedulóque ad salutem pertingitur. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν. inquit Dominus; Luc. *c.* 13. *v.* 24.

——labor ad nitendum intrare volenti.

Silius *bell. Punic. l.* 15.

Ἵνα τοῦτῳ συμμείνῃς | Ità *l.* 10. § 8. μέσον τε μετανοεῖν καὶ ἀπολλύειν. Plin. min. *l.* 1. *ep.* 23. *Tuam personam tibi imponas: quæ sapienti viro ità aptanda est, ut perferatur.*

Αἰδοῦ θεούς. | Numinis reverentia jure meritò primas hîc obtinet, utpote quæ sit *sapientiæ*, non רֵאשִׁית *principium* duntaxat, *Prov. c.* 9. *v.* 10. sed & רֹאשׁ *caput, principale*, ac *præcipuum*; *Prov. c.* 1. *v.* 7. imò *sapientia ipsa*; Job *c.* 28. *v.* 28. & *summa totius. Eccles. c.* 12. *v.* 13. Itaque exigenda vita cuique μετ' αἰδοῦς θεοῦ καὶ εὐλαβείας. Apostolus *ad Hebr. c.* 12. *v.* 32. atque ut Silius *bell. Punic. l.* 15.

Idem justitiæ cultor, quæcunque capesses,
Testes factorum stare arbitrabere divos.

Nam mihi pro certo constat, omnium mortalium vitam divino numine inviſi. neque bonum neque malum facinus cujusque pro nihilo haberi, sed ex natura diversa præmia bonos malósque sequi. Salust. *ad Cæsar. &* Juvenc. *hist. Evang.*

Nil absente Deo loquimur: nil abdita clausum
Pectoris antra tegunt. cernit Deus omnia præsens.

Prudent. *cathemer. hymn.* 2.

Speculator adstat desuper:
Qui nos diebus omnibus,
Actúsque nostros prospicit,
A luce prima in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, quicquid est,
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit judicem.

Aug. *de verb. Dom. orat.* 10. *Oculum in te non intendit suum, qui fecit tuum?* Plaut. *captiv.* 2. 2.

Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus, audítque & videt.
Is utì tu me hîc habueris, proinde tuum illic curaverit.

Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit. Boeth. *consol. l.* 5. *extremo: Manet etiam spectator desuper cunctorum præscius Deus, visionísque ejus præsens semper æternitas cum nostrorum actuum futura qualitate concurrit, bonis præmia, malis supplicia dispensans. aversamini igitur vitia, colite virtutes. magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis judicis cuncta cernentis.* Autor *Oculi moralis*, sive is Robertus Capito Lincoln. sive quis alius; *c.* 15. § 2. ubi Bernardi illud adduxerat; *Quovis loco, quovis angulo reverentiam habe angelo, qui te custodit, ne illo præsente facere audeas, quod me præsente non auderes. Hic est*, inquit, *magni consilii Angelus, cui patens est omnis angulus. Unde quidam;*

Cùm quid turpe paras, quod me spectante ruberes,
Cur, spectante Deo, non magis inde rubes?

Vide *l.* 1. § 4. & *l.* 2. § 11. & *l.* 11. § 26. & *l.* 12. § 2.

Σῶζε ἀνθρώπους | Ovid. *Ponti l.* 2. *el.* 9.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis:
Convenit & tanto, quantus es ipse, viro.
Conveniens homini est, hominem servare, voluptas:
Et meliùs nullâ quæritur arte favor.

Hac enim ratione fit, ut juxta parœmiam à Suida in literas relatam, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον efficiatur. Marcus noster, prout à Juliano in *Cæsaribus* inducitur, à Sileno interrogatus, Τί μᾶλλον ἐδόκει τῷ βίῳ τέλος ἔχειν. respondit, Τὸ μιμεῖσθαι τοὺς θεούς. Et secundò quærenti, Τί ποτε ἐνόμιζεν εἶναι τέλος τῷ θεῷ μίμησιν. Ille rursus, Δεῖσθαι μὲν ἐλαχίστων, εὖ ποιεῖν δ' ὡς ὅτι μάλιστα πλείστους. Pythagoras verò, Æliano referente *l.* 12. *c.* 59. δύο ταῦτα ἐν ἅπασι θεοῖς τοῖς ἀνθρώποις δεδόσθαι κάλλιστα, τό, τε ἀληθεύειν, καὶ τὸ εὐεργατεῖν ἐοικέναι δὲ τοῖς θεοῖς ἔργοις ἐκάτερον. At Strabo *l.* 10. Εὖ μὲν λέγεται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεούς, ὅταν εὐεργατῶσιν. μιμητὸν δ' ἂν λέγοι τις, ὅταν εὐδαιμονῶσιν. quo loco Xylander εὐδαιμονεῖν *numina rectè colere*, cur sit interpretatus, ego nullus assequor. Cicer. *de natur. deor. l.* 1. *Quoniam plurima homini ab homine vel commoda vel incommoda solent oriri; & Dei proprium est vel servare vel benefacere; idcirco qui in gravi periculo succurrit, quive ingenti quopiam afficit beneficio, quoniam Dei quasi vice fungitur, ei cui prodest, Deus dicitur extitisse.* Et Plin. *hist. nat. lib.* 2. *cap.* 1. *Deus est mortali juvare mortalem: & hæc ad æternam gloriam via. hic est vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus ascribant.* Verùm novissima ista minùs pia. Piè Gregor. Naz. *orat. pro pauperib.* Γένου τῶν πλησίον πτωχείας, ἐν τῷ φανῆναι χρηστέρῳ. γίνου τοῦ ἀτυχοῦντι θεὸς, τὸν ἔλεον θεῷ μιμούμενος. οὐδὲν γὰρ ὕστερος, ὡς τὸ εὖ ποιεῖν, ἄνθρωπος ἔχει θεοῦ. Et *ad cives suos in angustiis constitutos:* dum præfectum ad clementiam & condonationem

tionem cohortatur. Μίμνου δὲ τῶν τοῦ φιλοσόφου. τοῦτο ἔχει μάλιστα θεῖον ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν· ἔξεστί σοι θεὸν ἡδέως μᾶλλον ποιοῦντι. μὴ σεῖε τὸν κραδὸν τῆς θεότητος. Quod ἐντευκτικώτερον paulò, liberiúsque Claudian. *de Honor. Coss.* 4.

Sis pius imprimis. nam cùm vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Vide *l.* 5. § 33.

Βραχὺς ὁ βίος | Vide *l.* 2. *c.* 17. & *l.* 4. § 17, 26.

Ἐκ καρποῦ τῆς ὀπώρας ζωῆς | *fructum vitæ appellat*, inquit Casaub. quem Philosophi dicunt *finem*. itaque quod de Heliogabalo Lamprid. *Eum fructum vitæ præcipuum existimans, si dignus atque aptus plurimorum libidini videretur.* Diodorus in simili sententia, *l.* 1. ἀπολαμβάνων βασιλείας εὐδαίμονος τὸ τέλος, τὸ πάσας χρῆσθαι ταῖς ὑδονταῖς ἀπεκωλύτως. *causas vitæ* Juvenalis dixit, *Sat.* 6.

Et propter vitam vivendi perdere causas.

Et Plin. *lib.* 5. *epist.* 5. *Qui voluptatibus dediti quasi in diem vivunt, vivendi causas quotidie finiunt.* Et *l.* 1. *ep.* 12. de Corellio Rufo, *quanquam plurimas vivendi causas haberent, optimam conscientiam, optimam famam, maximam auctoritatem; præterea filiam, uxorem, nepotes, sorores; intérq; tot pignora veros amicos.* Hæc *ad Lamprid.* Casaub. quanquam, *causas vivendi* in novissimo hoc de Corellio aliud planè quàm finem qui Philosophis dicitur, designare videtur. Notat Lucret. *l.* 3. hominibus ἀπολαυστικοῖς solenne esse,

——ubi discubuere, tenéntque
Pocula plena manu,——
——& inumbrant ora coronis,
Ex animo ut dicant, brevis hic est fructus homullis.

Ità illi *vitæ fructum*, ἢ ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, ut Petrus loquitur, *ep.* 2. *c.* 2. *v.* 13. existimant: at Marcus istic, διάθεσιν ὁσίαν καὶ πράξεις κοινωνικάς· hoc est, linguâ nostrâ (*Christianam volo*) συνείδησιν καὶ ἀγάπην, *pietatem & charitatem*: sive ut Apostolus *ad Gal. c.* 5. *v.* 6. Πίστιν δι' ἀγάπης ἐνεργουμένην ità Paulo illi nostro τοῦτο καρπὸς, τοῦτο κύριος, Christo Domino suo, Christianissq; fratribus suis, inservire; *ad Philipp. c.* 1. *v.* 21, 22. de quo loco videndus venerandus Airayus, qui solus interpretum videtur Apostoli mentem assecutus. Vide *l.* 4. § 24. & *l.* 12. § 29.

Πάντα ὡς Ἀντωνῖνος μαθητής | De Marco nostro itidem Capitol. *Pro instituto Patris volens agere, dicere, cogitare.* Pium vult uterque, cui in adoptionem ab Adriano datus est Marcus. Vide *l.* 1. § 16. ubi pleraque eadem, quæ istic, deprehendas. De Tiberio pariter Strabo, Καὶ τοῦ ὁμοζήλου τοῦ ἑαυτοῦ, (Augustum scilicet) κρατῆσαι τῆς διοικήσεως, καὶ πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν ἑαυτὸν παιδεῦσαι. Et ipse de se Tiberius apud Tacitum *annal. lib.* 4. *Qui omnia facta dictáque ejus vitæ legis observem.* Verùm hoc eum ad speciem tantùm veteratoriè, quo hominum animos sibi conciliaret, & ad tempus breve nimis, non constanter observâsse, ex Dione discas licet.

Τὸ ἀπὸ τῆς χθὲς λόγου παραπεμπόμενον αὐτόνους | Ità *lib.* 1. § 16. τὸ μνημονικὸν ἀσυλλήπτως ὅλη πρὸς ἑξῆς παραπεμπόμενος ἀεὶ δίνησιν. ibi vide.

Τὸ ὁμαλὲς παραχώ | Ità *l.* 1. § 16. πάντα συμφώνως ἑαυτοῖς. Senec. *epist.* 74. *Virtus convenientiâ constat. omnia opera ejus cum ipsa concordant & congruunt.* Et *epist.* 20. *Maximum hoc est & officium Sapientiæ & indicium, ut verbis opera concordent, ut & ipse utique par sibi idémque sit. observa itaque, numquid vestis tua domúsque dissentiant: numquid in te liberalis sis, in tuos sordidus: numquid cænes frugaliter, ædifices luxuriosè. unam semel ad quam vivas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. Vitium est hæc diversitas, & signum vacillantis animi, & nondum habentis tenorem suum. quid est Sapientia? semper idem velle, atque idem nolle: non potest cuiquam semper idem placere, nisi rectum.* Et *de vit. beat. c.* 8. *Hoc modo una efficietur vis ac potestas concors sibi: & ratio illa certa nascetur, nec dissidens, nec hæsitans. quæ cùm se disposuit, & partibus suis consensit, &, ut ità dicam, concinuit, summum bonum tetigit. nihil enim pravi, nihil lubriei supereſt; nihil in quo arietet aut labet. quare audaciter licet profiteáris, summum bonum esse animi concordiam. virtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atque unitas erit: dissident vitia.*

Τὸ ἴδιον | Hoc Antonino (si Pausaniæ *in Arcad.* credimus) καὶ ἐξ οὗ τὸ θεῖον τιμᾷ, τοῦτ' ἐστιν· id est, Pii appellationem acquisivit. quanquam Capitolinus ex aliis alias appellationis hujusce causas adducit. Eandem & Marco Suidas cum aliis tribuit. Vide ad *l.* 1. § 16. ἥμερον.

Τὸ εὔθυμον τῆς ὀφρύος | εὔθυμον Xyl. rectè. *Vultu sereno.* Flacc. *carm. l.* 1. *Od.* 37. & *Fronte serenâ.* Martial. *l.* 7. *epig.* 11. huic opponi videtur τὸ σκυθρωπὸν τῆς ὀφρύος. *l.* 7. § 23.

Μὴ ἀντιμεμφόμενος | Vide suprà § 26. μὴ ἀντιδυσχεραίνοντα.

Ὡς ἐν' εἶδεν ἕστιδδεν | *nihil enixè aut festinè moliebatur.* utrumque enim designat τὸ σπεύδειν, sicut & τὸ ἐπισχεῖν (unde de Maximo Marcus *l.* 1. § 15. καὶ μαθεῖν ἀνεπιτόμως.) & *festinè ad rem aliquam ferri.* Homer. *Il.* Δ. *v.* 293.

—— τό μ' ἔσπευδε καὶ αὐτὸν Ὀτρυνέες.

Et Theognis; *v.* 401.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· κρατέει δ' ὅδε πᾶσιν ἄεθλος. *& enixè in rem aliquam incumbere* Hesiod. *clyp. v.* 364.

Παντὶ μάλ' ἔσπευδεν.——

Et Theogn. idem *v.* 335.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· πάντων μέτα ἄριστα.——

ut sit istic, ὡς ἐπ' ἐλπὶν ἔσεσθαι, quod *l.* 1. § 16. ἐλπὶς ἐν τινα αὐτῶν ποτε, ἵνα ἰδῇτε. Aristot. *ethic. lib.* 4. *cap.* 3. in charactere τῷ μεγαλοψύχῳ, utrumque his verbis expressit: ὁ γὰρ ἀσφαλὴς, ὁ ἐκεῖ ὀλίγα σπουδάζων· ὅτι σώφρων, ὁ μανὴν μέγα οὐδαμῶς. De Constantio Liban. *orat.* 3. τῆς μὲν κεφαλῆς ὑπερεκείνων ὀξέως· ὁ μέντοι γε ὀξύτητα ζωῆ παρεσχῆ πενέσθω.

Μὴ φεύγειν εὖ μάλα κηδέα] Vide *l.* 1. § 16. Agapet. *parænes. ad Justinian.* § 42. Νυνεχῶς ἀκριβάζεσθαι δεῖ τοὺ περὶ πραγμάτων κρατεῖς. Διαδέχεσθαι γάρ ἔστιν ἐν τῇ δικαίᾳ εὐθύνῃ, ῥᾳδίως ἐπιφθόνους τοὺ λίαν περισκοποντας.

Διαζολὰς ἐκ ἐδέχατο] Vide *l.* 1. § 5.

Οὐ δοφοδεὴς] δοφοδεὴς, δειλὸς, τοὺ φόβους φοβούμενος. Suid. *pavidus, qui strepitus metuit.* sive ut Maro *Æn. l.* 2.

Omnes quem terrent auræ, sonus excitat omnis.

Et hunc imitatus Silius *l.* 6.

—— *quem sonus omnis & aura*
Exterret. ——

imò cui strepitus, ubi nullus est, videtur esse. ut Ἀπειλὰ γὰρ τὴν φοβουμένην δοφεῖ.

Facilè anima metuens audit aut fingit sonos.

quod de malè sibi conscio Eliphaz Jobi *c.* 15. *v.* 21. *Sonus pavoris auribus ejus jugiter insonat.* ut Sophocles *Acrisio*, à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 8. laudatus. indè pro *superstitioso*, & *suspicioso*, sive *meticuloso nimisque cauto* usurpatur. De Judæis *ad Diognetum* Justinus: Τὸ γε περὶ τὰς βρώσεις αὐτοὺς δοφοδεῖς, καὶ περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν.

Οἷος μὲ ἐν τῇ μάχῃ ἐκαίνεις] leg. οἷος ὑφέα ἐν τῇ [αὐτῷ] μ. s. tantâ victûs tenuitate usum, ut à mane ad vesperam loco eodem posset durare, sine ulla alvum levandi, aut vesicam, nisi statis horis, necessitate. Casaub. *ad Capitol. Pium.* Apud Etymologum *in* σμεδαλέος mendum geminum, (quod & Sylburgium video observâsse) ubi terribilia visa dicit μᾶλλον δὲ ψυχὴ περὶ ἐφάνησαν τῷ φόβῳ, καὶ ὡς ἐξὸν αὐτὴν ἐν τῷ μέσῳ. reponendum ἐν τῷ αὐτῷ μέσῳ. Quod autem hîc Marcus de Pio, Dionem de Marco narrare refert, sed memoriâ, puto, lapsus V. C. Salmasius *ad Capitolini Pium.*

Χαίρειν, εἴ τις δεισιδαίμων κρείττων] Vide Marcum in hoc Pii æmulum; *supr.* § 21. Laudat hoc & in Constantio Themistius *orat. quinquen.* qui ubi Nestoris consilium Agamemnoni datum retulerat ex *Iliad. i. v.* 74.

Πολλῶν δ' ἀγορεύοντα, τῷ πείσεται, ὅς κεν ἄριστα
Βουλὴν βουλεύσῃ. ——

Sed & reprehensionem ejusdem, *ibid. v.* 108.

—— μάλα γάρ τοι ἔπεται
Πολλ' ἀκαμαντόβουλος. ——

Subjungit ad Imperatorem verso orationis filo; σοὶ δ' οὐκ ἔστι μάχῃ γε τινῶν, ὅστις ἂν ἔχοι φρονεῖν κατὰ, ὅτι χρηστὰ αὐτῷ [αὐτῷ f.] συμβαλλῶ φρονήσεις· ἀλλ' εἰ [ἢ] χρὴ ζητεῖν φρονιμώτερον τὸ λεγόμενον ἐξευρεῖν, ἢ τὸ ἔργον ἐπάγοις τῷ παρ' ἄλλῳ καλῶς εὑρημένῳ. Et de eodem Liban. *orat.* 3. ὧν μὲν αὐτὸς εὑρίσκει, τούτων τῷ βιβλίῳ σὺς μέσον ἄγων· τὰς δὲ τῶν πόλεις συμβαλλὰς, οὐκ αὐδαδείᾳ φαυλίζων, ἀλλ' ἔργῳ τὸν παλαιὸν λόγον βεβαιῶν, ὡς ἄρα καὶ τοῦτό γε φρονήσεως, τὸ τοῖς βελτίοσι εἰδέναι τῷ ἥττον πείθεσθαι. Rectè. siquidem, quod Isocrat. *de Pace.* Πῶς ἂν ἄνθρωποι καλῶς φρονοῖεν ἢ κεῖναι περὶ τῶν γεγενημένων, ἢ βουλεύσαιντο περὶ τῶν μελλόντων, οἱ μὴ τοὺ μὲν λόγους τῶν ἐπιτιμώντων παραλλήλους ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ δ' αὐτοὺ κοινὰς ἀμφοτέροις ἀπόδοσις παρέχοιεν. Et apud Herodotum *lib.* 7. Artabanus: Ὦ βασιλεῦ, μὴ λεχθεισίων μὲν χρησίων ἀτιμίην ἀλλάλοισι, ὑπ ἔστι τῷ ἀμείνω ἐλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ σιγιμύνῃ χρῆσθαι. λεχθεισίων δ', ἔστι ἄσσον, τὸν χρυσὸν τὸν ἀπόκρυφον, αὐτὸν μὲ ἐπ' ἑαυτῷ ἐ διαγνώσεσθαι· ἐπιὰν δὲ παρεπέλωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγνώσεσθαι τὸν ἀμείνω.

Θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας] *religiosus citrà superstitionem.* nisi si religiosum eo sensu accipi velimus, quo Nigidius apud Gellium *l.* 4. *c.* 9. in antiquo carmine,

Religentem esse oportet; religiosum nefas.

ut *religiosus* sit is, qui nimiâ & superstitiosâ religione sese alligaverat; quæ res vitio assignabatur. Quanquam vitio isto laborâsse cumprimis Romanos autor est Polybius *l.* 6. ubi statum Romanum cum Carthaginiensi componens, Μείζω δ' μοι δοκεῖ, inquit, διαφορὰν ἔχειν τὸ Ῥωμαίων ἔθος πρὸς τὸ βέλτιον, ἐν τῇ περὶ θεῶν διαλήψει· καί μοι δοκεῖ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὀνειδιζόμενον, τοῦτο συμβάλλειν τὰ Ῥωμαίων πράγματα· λέγω δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ὑπερεσχήκασι καὶ παρεισῆκται τοῦτο τὸ μέρος παρ' αὐτοῖς ὥστε τὰ τοῦ κατ' ἰδίαν βίου, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως, ὅσα μὲ καταλιπεῖν ἀδύνατον ἦν. Quin nec Marcum nostrum hoc morbo immunem prorsus fuisse, cùm ex Capitolino in *Marco*, tum & ex Luciano in *Alexandro*, colligi posse videtur: nisi siquis gentis potiùs quàm regis vitium illud fuisse dixerit.

Ἵν' ἅπαξ εὐσωματήσῃ σοι] par huic Aristippi votum, qui cum ab eo quæreretur, quomodo Socrates diem obiisset, respondit, Ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην, *prout ipse optaverim.* Laërt. *l.* 2. nec dispar Balaami arioli illud apud Mosem *l.* 4. *c.* 23. *v.* 10. *Moriatur anima mea morte justorum; sitque finis meus, qualis illius est.* Interest, quòd Marcus Pio vita compar esse desiderat, nè morte sit dispar, sed cùm vitæ retrò salubriter actæ conscientiâ placidus defungi queat: Balaam contrà morte compar esse piis ambit, cùm vitam eorundem æmulari ac sectari recuset: hoc est, ut poëtaster ille apud Capitol. de Macrino,

Impius & Felix sic simul esse cupit;
Ut nolit pius esse, velit tamen esse beatus:

Quod

Quod natura negat, nec ratio patitur.

Siquidem, ut Isidor. Pelus. *l.* 1. *epist.* 468. Οὐδὲν οὕτω ἄτιμον ὄντως, ὃ θέλειν μὴ σπουδῆς τυχεῖν, μὰ θέλειν ἢ ποιεῖν τὰ δέοντα αὐτῷ συμβαλλόμενα. Qualem autem quemque à morte deprehendi oporteat, optimè docet Epictet. *l.* 3. *c.* 5. Τί ποιοῦντας κρατεῖσθαι ὀφείλει θανάτῳ; τὸν γεωργὸν γεωργοῦντα κρατεῖσθαι δεῖ, τὸν ναυτικὸν πλέοντα. σὺ τί θέλεις ποιῶν κρατηθῆναι; τί ποτε γὰρ ποιοῦντί σε δεῖ κρατηθῆναι; ἃ τι ἔχεις τούτου κρεῖσσον ποιῶν κρατηθῆναι, πίσει ὁποιῳοῦν ἐμοὶ μὴ γὰρ κρατηθῆναι μηδενὸς ἄλλου ἀσμενιεῖμαι, ἢ τῆς σεαυτοῦ πίστεως τῆς ἐμοῖς, ἵν' ἀπαθὴς, ἵν' ἀκώλυτος, ἵν' ἀναναγκαστος, ἵν' ἐλεύθερος. ταῦτα ἐπιτήδειον θέλω ἐνεργῆσαι, ἵν' εἰπεῖν δυνώμεθα τῷ θεῷ, Μήτι παρέβη σου τὰς ἐντολάς; μήτι σοῦ ἄλλα ἐζητησάμην ταῖς ὁρμαῖς, ἃς ἔδωκας; μήτι τῆς αἰδήσεως ἄλλως; μήτι τῆς προλήψεως; μήτι σοί ποτ' ἐνεκάλεσα; μήτι ἐμεμψάμην σῇ τάξει διοικήσει; ἔτοιμος, εἰ τι ἐπιτάσσεις, εἰ τι σημαίνεις· νῦν με θέλεις ἀπαλλᾶξαι ἐκ τῆς παιδεύσεως; ἄπειμι. χάριν σοι ἔχω πᾶσαν, ὅτι ἠξίωσάς με συμπαιδεύεσθαι σοι, ᾗ ἔδειν ἔργα τὰ σὰ, ᾗ τῇ διοικήσει σου συμπεριπολῆσαί σοι. Ταῦτά με ἐνθυμήμιον, ταῦτα γράφοντα, ταῦτα ἀναγινώσκοντα κρατεῖ ὁ θάνατος. His gemina habet & *l.* 4. *c.* 10.

§ 31. Ἀνάπνοαι | *Respirare*, ad mentis sanitatem revertere: ab eis translatum, qui ubi crapulam edormierint, æternúmque quem vini hausêre copiosiore contraxerant, excusserint, ad pristinum mentis statum jam redeunt. Ità πρὸ ἀναπνοῆς usus est Apostolus *ad Timoth. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 26.

Ἀναπνεῦσαι σαυτὸν | Metaphora, ab eis, qui animæ deliquium passi, vel inclamatione, vel aliâ aliquâ ratione revocantur.

Ἐξυπνισθεὶς | *Lib.* 4. § 46. ὃ δὴ ὥσπερ καθεύδοντας ποιῶν ἡμᾶς λέγειν. *Excitandus è somno & vellicandus est animus.* Sen. *ep.* 20.

Ὄνειρε σοι ἡδύχλαν | Pari imagine usus est Plut. de *profect. indic.* dum Stoicos ridet, qui hominem subitò ἐκ τῆς ἀκρατοῦς κακίας è pravitatis ac stultitiæ altissimo gurgite, ad bonitatis sapientiæque apicem celsissimum emergere aiebant: Ἂν ἡ ὕπνος τις, inquit, σωτηρίαν τε τῆς μεταβολῆς, καθάπερ θάνατον φαῦλον, ἀνέχεσθαι σοφὸν, καὶ προσιστέον, ὅτι τῆς ψυχῆς παθητικὸν τὰς χαλεπὰς ἀβουλησίας καὶ ἀπάτας.

Ἥδιόν ὄνειρε χαίρειν" ἦδιον ἢ" ἔρρε.

πῶς ἀγνώσεται αὐτὸς διαφορὰν ἐν αὐτῷ ποιούμενος, καὶ φρόνησιν ἀβέβαιον ἐπιδείξασθαι; Vide *l.* 2. § 17. Τὰ ἢ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος.

§ 32. Τῇ ἢ διανοίᾳ ἀδιαφορεῖ | Corrupit hîc Xylandri versionem editor Lugd. & mentem Marci pervertit planè, dum reddit, *rationi autem inter ea discrimen habetur.* cùm Xyl. Marci verba rectè explicans, *discrimen nullum* dixisset.

Πάσχα ἐπ' αὐτῇ | Vide *suprà* § 8. & *l.* 5. § 13. & *l.* 11. § 1.

Περὶ μόνον τὸ παρὸν | Vide *suprà* § 2. & *l.* 3. § 12.

Τὰ γὰρ μέλλοντα | Senec. *epist.* 117. *Quis nescit hoc ipso non esse bonum id quod futurum est, quia futurum est? nam quod bonum est, utique prodest: nisi præsentia prodesse non possunt. Si non prodest, bonum utique non est: si prodest, jam est.* Vide *l.* 7. § 8. & *l.* 8. § 26.

§ 33. Οὐκ ἔστιν ὁ πύργος | Senec. *epist.* 121. *Nemo ægrè molitur artus suos; nemo in usu sui hæsit: ad hoc edita protinus faciunt.* Vide *l.* 5. § 1. & *l.* 8. § 26.

Τὸ τῆς πυθῆς | τὸ Lugd.

Οὐ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν | Lugd. οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν. forsan, οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν ἔστιν. ut οὐκ posterius in locum ὃ, quod est vitiosum, succedat.

§ 34. Ἡλίκης ἡδυπάθειας ἥδησεαι λήσῃ | Senec. *de vit. beat. cap.* 7. *Voluptas etiam ad vitam turpissimam venit. & infelices quidam, non sine voluptate, imò ob ipsam voluptatem sunt.* & *c.* 8. *Quid quòd tam malis quàm bonis voluptas inest? nec minùs turpes dedecus suum, quàm honestos egregia delectant?* & rursus *c.* 10. *Quis ignorat plenissimos esse voluptatibus vestris stultissimos quoque, & nequitiam abundare jucundis?* & *c.* 11. *Multos ostendam voluptatibus obsessos, quos fatearis necesse est malos. hos esse in voluptatibus dices: nec tamen illis bene erit, quia non bono gaudent.* Ergò voluptas in adiaphoris Marco habetur. *l.* 2. § 11. & *l.* 9. § 1. Vide & *l.* 10. § 10. & *l.* 8. § 40. Cæterùm Plato in *Timæo* ità Ἡδονὴν καὶ ἐνφροσύνην distinguit, ut ἡδονὴν μὲν τοῖς ἄφροσιν, ἐνφροσύνην ἢ τοῖς ἔμφροσιν attribuat. Idem in *Philebo.* Ἐν ὕδασι μείζους ἡδονὰς, ἢ πλοίοις εἶναι. & mox: Δῆλον, ὡς ἔν τισι πονηρᾷ ψυχῇ καὶ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀρίστῃ, μεγίστη μὲν ἡδονὴ, μεγίστη ἢ καὶ λύπη γίγνεται.

§ 35. Ἀφιλόζωπος μὲν ἄχρι τινὸς σοφὸς τοῦ ἰδιώτου | *Respectu aliquo imperitis parùm distant.* Cas. meliùs Xyl. *Usque ad certum fincm privatis hominibus se accommodant.* i. e. quadantenus illis concedunt, eísque se attemperant.

Ἀντίχρισις τοῦ λίγυος τῆς πίτυος | Vide *ad l.* 4. § 31. quæ de Stratonico & Apelle. Psaltes quidam ignobilis cùm apud Antigonum regem specimen artis ederet, rexque nunc hanc, nunc illam chordam adstringere moneret, indignatus ille, Μὴ βούλοιτό σοι ὅτω κακῶς, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐμοὶ ταῦτα ἀκούειν μᾶλλον. Sive, ut Plut. (qui Philippo dictum constanter asserit, in *apoph. de adulat. de Alex. orat.* 2. *Sympos. probl. lib.* 2. *cap.* 1.) Ἵνα ἐμοὶ ταῦτα βέλτιον σοὶ ᾖ. *Absit*, inquit, *ô rex, tam malè tecum agatur, ut in istis me peritior existas.* Ælian.

l. 9. *c.* 36. Ità regibus etiam in artis ſuæ ratione concedere nefas habent artifices etiam infimi quiq;. Apollodorus itidem architectus, cùm de operibus ſuis apud Trajanum verba habenti, Hadrianus obſtreperet, Ἄπιθι, inquit, καὶ τὰς πολυκοιλίδας γράφε· τύπον γὰρ ἔδιν ἐπίσασαι. *Abi & cucurbitas pinge tibi: iſtarum enim rerum nihil nôſti.* Dio Caſ. *l.* 69. Οὔτως ἐφ' ἑκάστης ὕλης, τὸν ἁρμόττοντα τῇ ἀπάτῃ κεφαλῆν πᾶσι ἀνάγκη. Epictet. *lib.* 3. *cap.* 26. Idemque *l.* 4. *c.* 12. Ἐπεὶ τοι πᾶσι ἐπίσαμαι κεφαλὴν φορητικὴν δεῖ τῆς ἀγχόνης καὶ ἕξιν ἀγχόνιον, καὶ ἃ μόνον αἱ ἐπιθυμίαι, ἀλλὰ καὶ αἱ τέχναι. φέρε γὰρ δίλυσις, σκυτίκη, ἐν δίλυσι τέθεμαι· καὶ ἐπὶ πολλῶν κατακλῆ· ἀεὶ τὸ αὐτὸ ἔχουν. Vide *l.* 5. § 32.

Τὸν ἑαυτοῦ | Quænam ars eſt iſta propria hominis, quâ hominis? ſed quam cum Diis communem habet, Marcus ipſe docet *l.* 11. § 5. ἀγαθὸν εἶ· *bonum eſſe.*

§ 36. Γαῖαν | Ità *l.* 3. § 10. Μικρὸν τὸ τῆς γῆς χωρίδιον. & *l.* 4. § 3. Πόσον γωρίδιον ἡ περιπάτησις. & *l.* 8. § 21. ἐν γωλιᾷ τύτῳ τῇ κλίμακι.

Στοχαζομένῳ τοῦ κοσμοῦ | Apollonio quærenti *utra major* eſſet, *terra an mare*; reſpondit Iarchas Indus, *terram mari majorem*: τῷ γὰρ θάλασσαν αὐτὴ ἔχει. *quia terra mare continet.* ſcil. τῷ θάλασσαν λίμνην, *mare lacum eſſe* cenſuit; non autem τῷ οἰκουμένην πᾶσαν, *terram* potiùs *inſulam*, ut Strab. *l.* 1. quocum conſentiens & Plin. *l.* 2. *c.* 66. *tellurem præcinctam circumfluo mari.* & Ariſtot. *de mundo c.* 3. ἡ σύμπασα μία νῆσός ἐστι, ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἀπειρεχομένη. quod Mela *c.* 1. *ambitur omni Oceano.* at verò ὑγρᾷ οὐσίᾳ, ſive *aquæ elementum*, terrâ longè majorem: καὶ γὰρ ἐπίνιψεν τὸ ὕδωρ φέρει· *terram ſiquidem ab aqua ſuſtinèri.* Ità ille aquei elementi mare partem minimam opinatus videtur, utpote qui ſubtus terram aquarum neſcio quas ſomniabat abyſſos, quibus ea quaſi ſuſpernataret, cùm *aquas* contrà *terra ſuſtineat*, ut rectè Plin. *l.* 2. *c.* 65. Verùm Marcus *guttulæ* inſtar obtinere vult ad mundi hujus univerſi ambitum; cui eleganter, ut γὴ στιγμὴ, *l.* 4. § 3. ità πλάγιον στιγμὴν, hoc loco dicitur. Apud Eſaiam itidem *c.* 40. *v.* 15. Numini divino collati populi univerſi, dicuntur eſſe, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου. *ut gutta ſitulæ*, hoc eſt, inſtar guttulæ, quæ ſive inter effundendum deciderit, ſive poſt effuſum liquorem in fundo ſubſtiterit, de menſura juſta nihil minuitur: & *ut pulvis lancium*, (nam Græci ῥοπὴν ζυγῷ perperam reddunt) hoc eſt, inſtar pulviſculi, qui poſt aromata effuſa lanci adhæret, nec de juſto pondere tamen quicquam deperiſſe deprehenditur.

Ἄθως βαλαιότερον | *Lib.* 12. § 32. ἐν πόᾳ βαλαιῷ τῆς γῆς ἔφυσε; τῷ πατρίδα βέλτιον. i. e. *gleba patriam*, pro agro ſive fundo dixit Syneſ. *epiſt.* 38. & Apul. *Miles. l.* 1. *Hymettos Attica, & Iſthmos Ephyræa, & Tænaros Spartiaca, glebæ fertiles, æternùm libris felicioribus conditæ, meæ vetus proſapia eſt.* Ità enim habet editio Colviana. *Tenaros*, inquam, non *Tenedos*: ut nihil opus ſit, quod Cl. Salmaſius voluit *prolegom. in Solin.* pro *Spartiaco Sporadicum* ſubſtituere, cùm Tænaron in tractu Laconico agnoſcant Pauſanias & Stephan. *de urbibus.* *Athon* autem ideò forſan nominat Marcus iſtìc, quia tanquam magnum & ſtupendum quoddam commemorant Athon montem à Xerxe perfoſſum, cùm in Græciam trajiceret. quid enim magni perfoſſus Athos, ſi βαλάνειον fuerit, ſi glebulæ duntaxat rationem obtineat.

Στηγμὴ τῷ αἰῶνι | Vide *l.* 2. § 14, 17.

Ἐναφανιζόμενα | Vide *l.* 2. § 12. & *l.* 4. § 14. & *l.* 7. § 10. & *l.* 12. § 32.

Πάθεα ἐαυτῶν ἔχειλεν | Vide *lib.* 2. § 3. & *l.* 4. § 23. Autor *de Mund. ad Alex. cap.* 6. Ἀρχαῖός τις λόγος καὶ πίστεις ἔχει πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ Διὸς τὰ πάντα, καὶ διὰ Διὸς ἡμῖν συνέστηκε· ὕλην μὲν φύσις, αἰτίαν δὲ δημιουργὸς ἔταξε· ἐφημοσθῆναι τῆς ἐν τύτῳ συνοικείας. Quod Apoſtolus *ad Coloſſ. c.* 1. *v.* 16, 17. ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. & mox: τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. Et *ad Roman. cap.* 11. *v.* 36. Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.

Τὸ κοινὸν ἡγεμονικὸν | Quod *lib.* 7. § 75. τὸ τῆς ὅλης ἡγεμονικόν. *anima univerſi.* Vide *l.* 4. § 40.

Ὁρμήσασα, ἢ κατ' ἐπακολύθησιν | Forſan ὁρμήσασα. Vide *l.* 7. § 75. & *l.* 9. § 28. Vide & Briſonem *infrà ad* § 38.

Ἐπιφυήματα | Vide ad *lib.* 3. § 2. Ocellus Lucan. *de univerſ. c.* 1. § 8. Πάντα ἔχει τὸ πᾶν, τὰ μὲν εἰς μέρη, τὰ δ' εἰς ἐπιφυήματα. eadem & ἐπακολυθήματα Philo dixit libro *de providens.* cujus fragmentum, imò ὑπόμνημα bene magnum exhibuit Euſeb. *præpar. l.* 8. *c. ult.* ubi inter alia: Καὶ μὴν δὴ τὸ πάσης φύσεως ἀναγκαιότατον ἔργον ἐπακολύθημα δ' τύτῳ κακὸς· ἀλλ' ὅμως παρέχεταί τινα ὠφέλειαν ἔστιν ὅτε καὶ αὐτός.

Καὶ τὸ θηλυμένον | Virgil. *Georgic. l.* 1.

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.

quaſi veneni expertes antè fuiſſent: quod & è noſtris nonnullis, ſed fruſtrà, placuiſſe videtur.

Πάθεα ψυχρία | Vide *ad l.* 3. § 11. τύτο πρὸς Διό.

Ἀκρόδρυα | Vide *lib.* 8. § 30. Joan. Chryſoſt. *in Geneſ. cap.* 3. *v.* 18. ἀκρόδρυα vocat πρωτόγονα ἐπιφυήματα non tamen quaſi ab initio iſta non fuerint, ut Auguſtinus cenſuit, *de Gen. contra Manich. l.* 1. *c.* 13. Sanius idem ipſe *de Gen. ad liter. l.* 3. *c.* 18. *Ab initio creata, in ſuo genere utilia, & ad univerſi ornatum perfectionémque conducentia, pœne loco haberi, quòd in locis ab homine cultis frequentiora exiſterent.* neque aliud Joan. voluit.

§ 37. Ὁ τὸ νῦν ἰδὼν | Idem argumentum tractat, *l.* 2. § 14. & *l.* 4. § 32. & *l.* 9. § 32. & *l.* 11. § 1. & *l.* 12. § 24, 35.

§ 38. Τὸ

§ 38. Τῶν ὀπισωίδιον | Ità *l.* 4. § 34. σωίνιας καὶ συμπήξεις. & *ibid.* § 45. σωιφόρια ἔυλογος. & *l.* 7. § 9. σωίδιος ἱερεύς. Vide & Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 7. *ad l.* 5. § 8.

Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται | Ità *l.* 7. § 9. πάντα ἀλλήλοις ὀπιπλέκεται. Hoc eſt quod Briſo in Oeconomico à Stobæo adductus *tom.* 2. *tit.* 82. ὅτως ἔχει πρὸς ἄλληλα πάντα πράγματα, καθάπερ καὶ τῆς ἁλύσεως τὰ κρίκοι. τῶν γὰρ ἐξ ἀλλάλων ἀρτίως, ἀλλήλοις τ' ἀκολουθοῦντι, καὶ ἑνὸς ἐξ αὐτῆς ἁλυσίδιντος ὁποίου δήποτε, τὸ τε ὅλον, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀκολουθεῖ. καὶ ἐκ τῆς βίας ἡ πρεσβείων ὁποίαν ἂν βύλῃ ἑλκύσῃς, ἐυρήσεις καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ἀνάγκης, κατὰ τὸ ἐξῆς ἀλλήλοις ἑπόμενα.

Πάντα φίλα ἀλλήλοις | Ità *l.* 7. § 9. ὑδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ.

Διὰ τὴν τοπικὴν κόγησιν | *per motum localem.* κίνησιν. Xyl. & Caſ. forſan, *συίνησιν, connexionem. l.* 4. § 34.

Καὶ σύμπνοιαν | Vide *ad l.* 4. § 27. συμπαθῆ. Stoici apud Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Ἕνα τὸν κόσμον εἶδ, καὶ τοῦτον πεφασμένον· ἐν ᾗ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶδ κενὸν, ἀλλ' ἡνῶδς αὐτὸν· τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν ἡρετὴν σοφὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συντονίαν.

§ 39. Οἷς συσκιλήσουσι | Ità *l.* 4. § 26. συσκιλθήσεται πᾶν τὸ συμβαῖνον.

Σωφρόνιζε ἑαυτόν | *τί γὰρ ἀφροδισιάσεις*; *l.* 7. § 57. Vide & *l* 3. § 16. & *l.* 4. § 34.

Φίλει, ἀλλ' ἀνυπόκριτος | quod Petrus *epiſt.* 1. *c.* 1. *v.* 22. φιλαδελφίᾳ ἀνυπόκριτῳ.

§ 40. Πρὸς ὃ κατασκάψαι | Vide *l.* 5. § 16. Senec. *ep.* 76. *Quæ conditio rerum, eadem & hominum eſt. navis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cujus tutela ebore cælata eſt, nec quæ piſcis & opibus regiis preſſa eſt; ſed ſtabilis & firma, & juncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad incurſum ferendum maris ſolida, gubernaculo parens, velox, & conſentiens vento. gladium bonum dices, non cui deauratus eſt balteus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur; ſed cui & ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro mmimentum omne rupturus. regula, non quàm formoſa, ſed quàm recta ſit, quæritur.* Apul. *de Deo Socratis. Æquè divites ſpectari debere, ut equos mercamur. neque enim in emendis equis phaleras conſideramus, & baltei polimina inſpicimus, & ornatiſſimæ cervicis divitias contemplamur, ſi ex argento & auro & gemmis monilia variæ gazæ dependent, ſi plena artis ornamenta capiti & collo circumjacent; ſi fræna cælata, ſi ephippia fucata, ſingula aurata ſint. Sed iſtis omnibus exuviis amotis, equum ipſum nudum, & ſolum corpus ejus & animum contemplamur, ut ſit ad ſpeciem honeſtus, & ad curſum vegetus, & ad vecturam validus. jam primùm in corpore ſi ſit*

Argutum caput, & brevis alvus, obeſáque terga,

Luxurietque toris animoſum pectus honeſtis.

præterea, ſi duplex agitur per lumbos ſpina. volo enim non modò perniciter, verumetiam permolliter pervehat. Vide & Joan. Chryſoſt. *edit. Savil. tom.* 7. *orat.* 2. Vide & Galen. *ad lib.* 4. § 19. ſed & *l.* 9. § 31.

Ἔχει δ' ὅτως καὶ τοῦ τυχόντος | de *homine quovis*, perperam cepit Xyl. de *univerſo*, ſive *univerſi rectore*, Caſ. rectè.

§ 41. Μίμνεσθαί σε θεοῖς | Idem *ſupr.* § 16. & *l.* 9. § 1. Epictet. *l.* 1. *c.* 27. Πέφυκεν ὁ ἄνθρωπος, μὴ ἀκουσίων ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἀγαθὸν, μὴ ἀκουσίων περιπίπτειν τοῦ κακοῦ. εἶτα τὸ τελευταῖον, ὅταν μήτε σώματα μεταθέναι δυνηθῇ, μήτε τὸν ὁρμοδίζοντα ἐπιτρέψειν, (quo modo Ulyſſes Cyclopem) κόπτεται, καὶ γένει, καὶ ὁ δυνάμενος, λοιδορεῖ τὸν Δία, καὶ τοὺς θεοὺς τοὺς ἄλλους. prout impii illi, Eſaiæ *c.* 8. *v.* 21. Idem *l.* 4. *c.* 7. Ἐάν τις ἐν τούτοις μόνοις ἡγήσηται τὸ ἀγαθὸν τὸ αὐτοῦ καὶ συμφέρον τοῖς ἀκωλύτοις καὶ ἐφ' ἑαυτῷ, εὐλαβήσεται ἴσως, ἔυρυς, εὐσαίμων, ἀλλαζὴς, μεγαλόφρων, εὐστοχὴς, χάσκων ἔχων ὑπὲρ πάντων τῶν θεῶν, μηδαμοῦ μεμφόμενος μηδενὶ τῶν ἐφ' ἑαυτῷ ἡμιμόνων, μηδὲν ἐγκαλῶν. ἐν δ' ἐν τοῖς ἐκτὸς καὶ ἀπροαιρέτοις, ἀνάγκη κωλύεσθαι αὐτὸν, ἐμποδίζεσθαι, δουλεύειν τοῖς ἐκείνων ἔχουσιν ἐξουσίαν, καὶ τεθαύμακε καὶ φοβεῖται· ἀνάγκη δ' ἀπεῖναι εἶδ, ἅτε βαλπίδος οἰόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἄνισον, ὡς αἰεὶ αὐτῷ τὸ πλείονος ἀφελοποιητικόν. Eadem prorſus dicit, quæ Marcus, ſed inverſo ordine, hoc loco.

Τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κανῶμεν | *bona & mala tractaremus.* Xyl. *ad ea inclinaverimus.* Meric. verùm leg. *κεινῶμεν. judicaverimus.* quo ſenſu ἀκροσίσης priùs dixerat. atque ità Athen. *dipnoſoph. l.* 15. Οἱ δ' ἀρχαῖοι καὶ τοὺς θεοὺς ἀνθρωποειδεῖς ἀκροσιάμενοι. *At priſci homines humanâ formâ præditos Deos exiſtimantes*, ſive, ut vulgò loquimur, *ſupponentes.* Tollemus obiter par mendum ex Ariſtotelis codicibus. *ethic. Eudem. l.* 7. *c.* 6. Ubi vulgò legitur; Καὶ τοῦτο κεκώμυσι κανόνι, κακῶς τῶν περὶ τοῦ ἄλλως φιλίαν. leg. *κεινωσι.* quod & Aretinus advertit, qui, *judicant*, vertit.

Διὰ τὴν πρὸς ταῦτα διαφορὰν | *propter hanc rerum differentiam.* Xyl. *Si cum opinione differentiæ ad res iſtas inclinaverimus.* Caſ. Quaſi διαφορὰ τοῦ διαφορεῖν opponatur. Verùm Marco τὸ διαφέρεσθαι πρός τι, eſt *ad rem aliquam adipiſcendam*, vel ſimpliciter *ferri*, ut idem uſurpat *l.* 5. § 1. vel *cum ſolicitudine & animi anxietate ferri.* Vide *lib.* 9. § 27, & 38. Verò itaque, *dum ad iſta contendunt.* non in eo ſenſu *contendendi* vocabulo ſumpto, quo διαφέρεσθαι τινί πρός τι, *de re aliqua contendere*, ſed quo πρός τι, *ad rem aliquam*, quam ſtudiosè proſequitur, *contendere* quis dicitur.

§ 42. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συμβαλοῦμεν | imò, non πάντες tantùm, ſed & πάντα, συμβαλοῦν-

τις ἢν· Apostolus *ad Cor. epist. 2. c. 6. v. 1.* Et, *adjuvat omnes. ad Rom. c. 8. v. 28.*

Οἱ μὲν εἰδότως καὶ ἀδιακωλυτικῶς, οἱ δὲ ἀνεπισκέπτως | Xyland. *pars scientes & certo ordine, pars insciì.* Videtur εἰδότες legisse. quanquam eódem recidit, utrumlibet admiseris. Verùm ἀδιακωλυτικῶς, *intelligenter* potiùs, vel *intelligentes* etiam reddidisset. ἀνεπισκέπτως, *citrò considerationem.* ἀνεπιστάτως, *citrò cognitionem.* hoc an illud legeris, circum haud interest: nisi quòd istud τῷ εἰδότως, illud τῷ ἀδιακωλυτικῶς, potiùs respondere videatur. Bernard. *de grat. & lib. arb. Operatur Deus salutem suorum, aliquando per creaturam sine ipsa, aliquando per creaturam contra ipsam, aliquando per creaturam cum ipsa. multa enim fiunt hominibus salubria per insensibilem, & item per irrationabilem creaturam: quæ idcirco dixi fieri sine ipsa, quòd non queat, intellectu carens esse vel conscia. Multa quoque multorum saluti utilia facit Deus per malos, sive homines, sive angelos, sed quoniam invitos, ideo contra ipsos. nam dum nocere cupientes, juvant, quantum [quantumvis] aliis valeat utilis actio, tantum [tamen] ipsis perversa nocet intentio. Porrò per quos & cum quibus operatur Deus, boni sunt, vel angeli, vel homines: quia quod vult Deus & agunt pariter & volunt. nec sunt operis tantùm ministri per effectum, sed & operantis quodammodo socii per consensum.* Et mox: *Utitur ergò Deus in salutem suorum irrationabili item & insensibili creaturâ, tanquam jumento vel instrumento, quæ jam expleto opere, nusquam erunt. utitur creaturâ rationali, sed malevolâ, quasi disciplinæ virgâ, quam correcto filio in ignem projiciet, tanquam sarmentum inutile. utitur & angelis & hominibus bonæ voluntatis, tanquam commilitonibus & coadjutoribus suis, quos peractâ victoriâ amplissimè muneirabit.* Synes. *epist.* 57. Αἱ καπνοειδεῖ δυνάμεις ἐν κόσμῳ σωτηλοῦσι μὲν τῇ χρείᾳ τῆς φρονήσεως· κωλύουσι γὰρ τὸν ἀξίως κωλύοντα. εἰσὶ δ' ὅμως ἀφορμαὶ τοῦ ἀκριβοῦς. ὁ γὰρ διάκειται πρὸς γνωμὴν ὁ πρωῒς ἢ δαίμων ἢ ἄνθρωπος οὐ λειτουργίαν ταύτην εἰσφέρων ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς φύσεως χαλιζόμενος, ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς ἐπεξέρχεται. Exemplum habes in Assyrio rege apud Esaiam *c. 10. v. 5, 7.*

Καὶ τοὺ καθεύδοντας | Etiam dormientes cooperari ad ea quæ in mundo geruntur, Heraclitum dixisse asserit. cum tamen Heraclitus idem dixerit, referente Plut. *lib. de superstit.* Τοῖς ἐγρηγορόσιν ἕνα καὶ κοινὸν κόσμον εἶναι, τῶν δὲ κοιμωμένων ἕκαστον εἰς ἴδιον ἀποστρέφεσθαι. *Vigilantes in mundo uno eodemque omnium communi versari; dormientes in suum cujusque proprium nescio quem concedere.*

Ἐξ ἀφθονίας δὲ | *Supervacaneâ operâ.* Xyl. *quantum in se est.* Cas. *abundè*, sive *ex abundanti*, malim. Galen. *de opt. sect. c. 18.* ἐν ἀφθονίᾳ γάρ ἐστι καὶ τοῦτο καταδεῖξαι, ὅτι ἀχρηστος ἡ κατάληψις τῶν παθῶν. *ex abundanti est, istud ostendere.* ἐν ἀφθονίᾳ, sive *ex abundanti* agere dicitur, qui liberaliter, ultra id quod exigi poterat aut necesse fuerat, aliquid vel concedit, vel largitur, vel quocunq; modo facit. indè apud Rhetores, τὰ ἐν ἀφθονίᾳ καλούμενα ἐγκώμια, de quibus Hermogen. *de invent. l. 1. c. 3.* & ἐν ἀφθονίᾳ ἐγκωμιάζειν, & ἐν ἀφθονίᾳ λόγοις, *ibidem*; ubi alia ac graviora, quàm ea quæ objiciant, objicere posse se crimina alicui prætendunt. eodem sensu, ἐν τῷ ἀφθόνῳ Marcus dixit *l. 7. § 56. Ex abundanti*, inquit, & istiusmodi homines ad mundi opus operam conferunt suam, quia fati effectum, dum eidem renituntur, illustrant.

Ὁ μεμφόμενος | *qui objurgat naturam; & Deos mavult emendare, quàm se.* Senec. *epist.* 107.

Καὶ ὁ ἀντιβαίνων ἐκφεύγει | *Dum in bonum usum malè facta vertuntur, ejus consiliis militant, etiam qui ejus consiliis repugnant.* Greg. Rom. *in Job. l. 6. c. 14.* ità Assyrius Esai. *c. 10. v. 6, 11. Deusque de eis qui faciunt quæ non vult, facit ipse quæ vult.* Aug. *de correpț. & grat. c. 14.* Et *enchir. c. 100. Per eam creaturæ voluntatem quâ factum est quod creator noluit, implevit ipse quod voluit. hoc enim ipso, quòd contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsis facta est voluntas ejus.* Vide *l. 8. § 35.*

Τῷ τοιούτῳ ἔλεγεν ὁ κόσμος | Vide *l. 9. § 42.* Chrysipp. *de natur. lib. 2.* à Plutarcho relatus *de contradict. Stoic. c. 31.* & *de Commun. notit. c. 13.* Ἡ καινὰ πρὸς τὰ λοιπὰ συμπτώματα ἔχει ὅρον· λέγεται γὰρ αὖθις πως κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον· καὶ ἐν ἔτεσι εἶπον, ἐν ἀκρήτῳ γένεται πρὸς τὰ ὅλα· ἐκεῖ δ' ἂν τελευτὴν ἦν. Vide *infr. ad illa*, εὐπειθὴς καὶ μαλθακῷ εἶκος. Sed & Plato in *Theætet.* à Theodoreto etiam adductus *therap. lib. 12.* Ἀλλ' ὅτι ἀπόλλυσι τὰ κακὰ δυνατόν· ἐναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη. Non necessarium prorsus, at conducibile tamen, nec nostri negant. Lactant. *l. 5. c. 7. Virtutem aut cerni non posse, nisi habeat vitia contraria; aut non esse perfectam, nisi exerceatur adversis. hanc enim Deus bonorum ac malorum voluit esse distantiam; ut qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex bono: nec alterius ratio intelligi sublato altero potest.* Deus ergò *non excluſit malum, ut ratio virtutis constare posset.* Aug. *enchir. c. 10. Ab hac summè & immutabiliter bonâ Trinitate creata sunt omnia, & nec summè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul verò universa valde bona; quia ex omnibus constitit admirabilis pulcritudo. in qua etiam illud quod malum dicitur, benè ordinatum & suo loco positum, eminentiùs commendat bona, ut magis placeant & laudabiliora sint. neque enim Deus omnipotens, rerum cui summa potestas, cum summè bonus*

bonus sit, ullo modo sineret mali esse aliquid in operibus suis, nisi usque adeò esset omnipotens & bonus, ut bene faceret etiam de malo. Et *c.* 96. *Quamvis enim ea quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona, tamen ut non solùm bona, sed etiam sint & mala, bonum est. nam nisi esset & hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo sinceretur ab omnipotente bono; cui proculdubio quàm facilè est quod vult, facere; tam facilè est quod non vult, esse non sinere. Melius ergò judicavit de malis bene facere, quàm mala nulla esse permittere.* Ibid. *c.* 27. Vide Petr. Lomb. *l.* 1. *dist.* 46.

Ἐκεῖν☉ πάνυ καλῶς χρῆται | Disertè ac eleganter hoc disserit Clemens *Strom l.* 1. Αἱ μὲν ἀποτασσόμεναι βυλαί τε καὶ ἐπίτηδειαι, μεικταὶ ἔσαι, γίνονται μὴν ἐκ φαύλης διαθέσεως, καθάπερ καὶ αἱ γόσοι αἱ σωματικαί. κυβερνῶνται δὲ ὑπὸ τῆς καθόλυ προνοίας ὅτι τὸ τέλ☉ ὑγιεινὸν, κἂν νοσοποιὸς ᾖ ἡ αἰτία. μᾶλλον γὰρ τῆς θείας προνοίας, τὸ μὴ ἐάσαι τιὼ ἐξ ἀποτάσεως ἐκνεύσαι κακίαν, ἀλλ᾽ ἐγεῖραι καὶ ἀνωφελῆ μῦσαι, μηδὲ μιὼ κτίσμα βλαβερὸν αὐτῶ γλυφῆναι. τῆς γὰρ θείας σοφίας καὶ ἀρετῆς καὶ δυνάμεως ἔργον ἐστὶν, ἃ μόνον τὸ ἀγαθοποιεῖν. φύσις γὰρ ὡς εἰπεῖν, αὕτη τῶ θεῶ, ὡς τῶ πυρὶ τὸ θερμαίνειν, καὶ τῶ φωτὶ τὸ φωτίζειν· ἀλλὰ κἀκεῖνο, μᾶλλον, τὸ διὰ κακῶν ὑπογενήσεσθαι ποιεῖ τινα, ἀγαθὸν ἢ καὶ χρηστὸν τέλ☉ ἀποτελεῖν, καὶ ἀφελίμως τοῖς δοκοῦσι φαύλοις χρῆσθαι. Inculcat idem passim & Augustinus. *adv. Faust. l.* 16. *c.* 21. *Deus bene utitur etiam malis. epist.* 141. *Sicut mali, Dei bonis male utuntur, dum non corriguntur; sic contrà Deus, etiam malis eorum bene utitur, ad justitiam suam & exercitationem suorum.* Et *epist.* 59. *Sicut illorum nequitiæ est, mala uti bonis operibus ejus; sic illius sapientiæ est, bene uti malis operibus eorum.* Idem *in Psalm.* 54. *Nè putetis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur; aut ideo vivit, ut bonus per illum exerceatur.* Et *in Psal.* 36. *Habet aliquem hic usum peccator? habet. utitur illo Deus ad probandum justum. est quod de peccatore agatur. locus hic ejus est ut paleæ in fornace artificis. ardet palea, ut aurum purgetur: Sævit impius, ut justus probetur.* Et *in Psal.* 77. *Utitur eis, qui bonus est, bene. i. e. convenienter & justè: sicut è contrà iniqui creaturis ejus bonis utuntur malè.* Et *in Psal.* 104. *Deus bene utitur malis operibus hominum: sicut illi contrà malè utuntur bonis operibus Dei.* Et *est ipsa illa mirabilis Dei bonitas, quia bene utitur etiam malis, vel angelis vel hominibus. cùm enim ipsi vitio sue mali sint, ille de malo eorum bene facit.* Idem *enchir. c.* 101. *Summè bonus non sineret fieri malè, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene.* Et *de continent. c.* 6. *Tanta est omnipotens ejus bonitas, ut etiam de malis possit facere bona, sive ignoscendo, sive sanando, sive ad utilitates piorum coaptando atque vertendo, sive etiam justissimè vindicando. omnia namque ista bona sunt, & Deo bono atque omnipotenti dignissima, nec tamen fiunt nisi de malis. quid igitur melius, quid omnipotentius eo, qui cùm mali nihil faciat, bene etiam de malis facit?* Possent & alia plura coacervari. Verùm ista forsan quibusdam nimia videbuntur. Chrysippus certè ipse gemina ferè his habet, *de Deis l.* 1. referente Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 33. Ὅτι ταῦτα (τὰ κακὰ) ἐπιτάττεται καὶ τὸν Διὸς λόγον, ἤτοι ἐπὶ καλάσει, ἢ κατ᾽ ἄλλω ἔχεται θεὸς τὰ ὅλα οἰκονομῶν.

Ὁ τὰ ὅλα διοικῶν | Vide *l.* 5. § 21. & *supra* § 5.

Τῶν σωμάτων | ità *l.* 7. § 19. τῶ ὅλω σωμάτι. & *infrà* § 43. σωμάτια εἰς ταυτόν.

Οἷον ὁ εὐτελὴς καὶ γλοιῶ☉ σίκυος | Locum hunc illustrat nobis Plut. *de commun. notit. adv. Stoicos c.* 13. adductus ipsis Chrysippi verbis, quæ in animo proculdubio Marcus habuit, cùm hæc scriberet. Ea ex *l.* 2. *de natura* sic habent: Ὥσ᾽ ἂν γὰρ εἰ κωμῳδίαι ἐπεγράμματα γελοῖα φέροιεν, ἃ καθ᾽ ἑαυτὰ μὲν ὄζει φαῦλα, τῶ δ᾽ ὅλω ποιήματι χάριν πρὸς τοιοῦτόν ἐστιν ὕψους ἂν αὐτῶν ἑφ᾽ ἑαυτῆς τιὼ καλὰν· τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἐκ ἀχρηστός ἐστιν. Interest tantum, quod Marcus σίκυον εὐτελῆ, Chrysippus ἐπίγραμμα φαῦλον, sed uterque γλοιῶν, dixerit: ille ad hominem pravum, hic ad pravitatem hominis ipsam retulerit. Audi tamen ex parte Plutarchi, quam subjunxit, censuram: Πρῶτον μὲν ἔν, inquit, τιὼ κακίαν γενόμενα καὶ τιὼ τῆ θεῆ φεύγειν, ὥσ᾽ ἂν τὸ φαῦλον ἐπίγραμμα γένοτ᾽ ἂν καὶ τιὼ τῆ ποιητῆ βύλησιν, πᾶσαν ἐπίνοιαν τῆς ἀτοπίας ὑπερβάλλον. ἔπειτα δὲ τὸ μὲν φαῦλον ἐπίγραμμα τιὼ κωμῳδίαν κοσμεῖ, καὶ σωρῷ πρὸς τὸ τέλ☉ ὠφελῆς· ἐφεσιμῶνται τῆ γλοιῶ ἢ καχεκτιάσι τοῖς θεαταῖς· ὁ δ᾽ παρῶ☉ καὶ ὕσα☉ καὶ Σεμίσι☉ Ζεὺς, καὶ ἐκστοίχειος, καὶ Πίνδαρος, ὁ δόγμα δὴ τι μέγα καὶ ποικίλον καὶ πολυμαθὲς δημιουργῶν τὸν κόσμον, ἀλλὰ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἄχυ κοινὸν σωτηριωμένων ὑφ᾽ δίκης καὶ ἀρετῆς ὁμολογικίας καὶ μακρείως, τί πρὸς τὸ κάλλιστον τῶτο καὶ σεμνότατον τέλ☉ ἐδόξεν λητῶν καὶ ἀνδροφόνων καὶ πατροκτόνων καὶ τυράννων; (quod Marcus supr. τῶ τοιούτω ἔχρηζον ὁ κόσμος) ὃ γὰρ πᾶν τῶ θείω καὶ κοινῶν ἡ κακία γέγονε ἐπεισόδιον. ἔτι τὸ μὲν φαῦλον ἐπίγραμμα τῆ ποιήματ☉ πολλοσημείου ὄζει, καὶ αἰκεὲς ὑπέχει παντάπασιν ἐν τῆ κωμῳδίᾳ χωρίον· καὶ ὅτε πλεονάζει τὰ τοιαῦτα, ὅτε δὴ εὖ τι ποιεῖς δοκοῦντα ἀπόλλυσι καὶ λυμαίνεται τιὼ χάριν τῆς ὑπ᾽ αὐτῶν ἀναπλάσεως· πάντα φεύγομεν, καὶ πᾶς ὁ βί☉ ἐνδὺς ἐν παρῳδὲ καὶ αἰσχρῆς ἄχει κωμῳδίας ἀφιμονᾶν καὶ ἐκπίπτων, καὶ παρεμβάλλ☉, καὶ μηδὲν ἔχων μέρος καθαρὸν μηδὲ ἀνεπίληπτον (ὡς ἔστι λέγειν) αἴσχιστον ὄζει δραμάτων ἁπάντων καὶ ἀτερπέστατον. Quanquam pro Chrysippo Marcóque multa forsan dici possent, si candidem saltem ac benignam interpretationem verborum utriusque admiserimus: verùm

ulteriùs de his impræsentiarum non lubet disserere. Illud tantùm adjiciam; in Plutarchi animadversione verba illa, παγχρ. καὶ ὕσαλ. καὶ ἀτιμήτ. Ζεὺς viriata videri. quid enim habet commune παγχρ. καὶ ὕσαλ.; Et primâ quidem facie videri possit, leviculâ inflectione σεμν. καὶ ὕσαλ. legendum. certè ὁ σεμν. καὶ ὁ ἅγαλ. Deus pater nostris dicitur. Esaiæ *c.* 44. *v.* 6. & Joan. *Apocal. c.* 1. *v.* 17. & *c.* 2. *v.* 8. & *c.* 22. *v.* 13. Verùm locum istic τὸ σεμν. καὶ ὕσαλ. quem habeat, non video. Itaque malim Plutarcho ipso facem præferente legere, παγχρ. καὶ σωτικὸς καὶ ἀτιμήτ. Sic enim Plut. *de Stoic. contradict. c.* 29. Ὅσῳ δεῖ τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι, καὶ ἐλευθερ. καὶ πατρὶ δίκης καὶ εὐνομίας.

§ 43. Μὴ ὁ ἥλ. | Lucian. itidem *de astrolog.* Τὰ ἔργα ἐμέσε αὐτῶν δυσείσω, τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν εἰπών, *Iliad. ε. v.* 429.

Ἀλλά σ' ἐγὼ ἐναργέντα μετέρχομαι ἔργα γάμοιο.
τὰ δ' ἦν τῷ πολέμῳ,

Ταῦτα δ' Ἀριδαῖος καὶ Ἀδώνιν πάντα μελήσει. Gemino utitur argumento Plutarchus *in lib. de tranq.* dum quorundam omnia ambientium vanitatem retundit. Ἀλλ' ἴσως, inquit, τοῦ μὲν Στωικοὺς αἰσχυν. πάλαι, ὅταν ἀκούσωσι τὸν σοφὸν παρ' αὐτοῖς μὲν μόνον φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ ῥήτορα καὶ στρατηγὸν καὶ ποιητὴν καὶ πλούσιον καὶ βασιλέα συγκεχωρηδήμενον· αὐτοὺς δ' πάντων ἀξιοῦσι τούτων. Καίτοι καὶ ἄλλοι ἄλλων ἔχειν φασίαμεν, ὁ μὲν Ἐπιμελὴς, ὁ δὲ μαντικῶν, ὁ δὲ κυβευτικὸς ἐπιστήμην· καὶ τὸν Ἀφροδίτην ὁ Ζεὺς, ὡς ἔοικεν αὐτὴ πολεμικῶν ἔργων, ὅτι γάμους ἀποστέλλει καὶ διαλύσεις. Et mox: Οὐ πάντα πάντων ἔδει· ἀλλὰ δεῖ τῷ Πυθικῷ χρήσιμα πεπαιδεῦσθαι, αὐτὸν πολυμαθεῖν· ὅτι χρὴ ὅσος ἦν ὁ πόνος, καὶ μὴ σὸς ἄλλον ἄλλοτε βίᾳ ζῆλον ἔλκειν καὶ παραδιάζεσθαι τοῦ φύσιν. Vide *ad l.* 4. § 27. sed & Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 22.

Διάφορα μὲν | Vide *ad l.* 9. § 9. Senec. *quæst. nat. præfat. l.* 1. *Occasus siderum atque ortus, & tam diversæ concordantium vias.*

§ 44. Εἰ ὖν | ὖν illud παρέλκειν videtur. est enim novi argumenti exordium. Vide *l.* 8. § 3.

Καλῶς ἐδιδάσκουσι | Ità *l.* 3. § 4. Ταῦτα δ' ἀγαθὰ δῆ πίστεις. & *l.* 9. § 28. Εὖ ἔχει πάντα. Vide & *l.* 7. § 41. Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 24. Τῷ ὄντι κακῶς διοικεῖται τὰ ὅλα, εἰ μὴ ὀπιμελεῖται ὁ Ζεὺς πρὸς ἑαυτὸν πάντων, ἵν' ὅσον ὅμοιοι αὐτῷ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν, δεῖ ὅσα ἐνδυμηδῶσι· Et *c.* 26. Καὶ σεσηπότι δὲ ἀγαθῷ μὲν λιμὸς ὁ μιδοδήπω, δεῖ ἰσχάτη, δεῖ σκύλῃ τῷ δ' ἀγαθῷ λείψει; ὅπως ὁ Διὸς ἐμελεῖ πρὸ αὐτῷ ἐπιτάγμάτων, πρὸ διακόσμων, πρὸ μαρτύρων; οἷς μόνοις χρῆται παραδόντας σοὺς τοὺς ἀπαιδεύτους, ὅτι καὶ δεῖ, καὶ κακῶς διοικεῖ τὰ ὅλα, καὶ ὅτι ἀνδρὶ ἀγαθῷ δεῖ κακόν, ὅτε ζῶντι, ὅτε ἀποθνήσκοντι. quæ novissima Socratis sunt ex Platon. *apolog.* mutuata. Vide *ad l.* 10. § 31.

Ἄκλιτον χὸ Διὸς | Vide *l.* 2. § 21.

Ἀσπάζεσθαι καὶ στέργειν | *amplecti & acquiescere.* hoc est enim τὸ στέργειν, φιλεῖν καὶ ἀγαπᾶσθαι, ut Marc. *l.* 4. § 31. Demosthen. *de coron.* Εἰ δέ φασιν ἐμέ, δεξάτω τὰ γέγραμμένα, καὶ στερνισάτω. *acquiescam, & conticescam.* Isocrat. *ad Demonic.* Στέργε τὰ παρόντα. *præsentibus acquiesce, contentus esto.* Plut. *Antonio*; Νυνὶ δ' τὰ παρόντα στέργωμεν. *nunc rebus præsentibus contenti simus.* Polybius à Suida laudatus: Νῦν δὲ, ἃ ἀρεσκ ὑμῖν χὸ ὀλιγωρεῖν, τὰ παρόντα στέργωμεν. Incertus autor apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 108.

Πάντων ἄμεινον μὴ βιάζεσθαι θεούς·
Στέργειν δὲ μοῖραν. ——

In rebus vim non parare est optimum;
Sed amare fatum. Grot.

Et apud eundem *tit.* 109. Sophocles:

Στέργειν ἢ πάμπονόν σε, καὶ δεῖ φρόνει,
Σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ γένειν τύχην.
Amare oportet casus, ac disponere,
Non gemere sortem, ut aleatorem bonum.

Ità enim accipio illa, Σοφὸν κυβευτὴν, quomodo Flaccus dixit in *art.* ——*fidus Interpres*—— pro, *ficut fidus interpres.* & *l.* 1. *ep.* 2.

Rusticus expectans, dum defluat amnis —— pro, *Rustici instar est expectantis.* Vide *l.* 3. § 16. & *l.* 5. § 8. & *l.* 7. § 38. & *l.* 10. § 6, 11. Theodoret. denique *therap. l.* 1. Ἕκαστος δὲ ἀνθρώπων, πλὴν μαθεῖν ἐθέλων παρ' ἑτέρου μὲν τὸν διδάσκειν ὑπισχνούμενον, στέργει καὶ τὰ συστησόμενα παρ' ἐκείνου μαθήματα. Et mox: καὶ ὁ μὲν ἔχει δὴ γεγυμνασμένον τὸν γνῶσιν· ὁ δὲ στέργει τῇ πίστει. ubi malè vertit Aceiaolus, *disciplinas colit, & fidei initiatur*: cùm vertendum potiùs fuerit, *documentis acquiescit, & fide contentus est.* hoc est enim quod priùs dixerat, πεπαίδευται τοῖς λεγομένοις, καὶ οὐκ ἀπιστεῖ τοῖς διδάσκουσι. Et in syntaxi diversa, apud Isocrat. *in Panathen.* Ἀνάπαυσιν στέργειν τοῖς ἤδη συμβεβηκόσιν. *eis quæ jam obtigerunt acquiescere nefas est.* Idémque *de pace.* ὀρθῶς γὰρ ἡμᾶς ἂν στέργοντας οἷς ἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ἀεὶ τῶν πλείονος ὀρεγομένους. *non contentos, sive acquiescentes eis, quæ possidemus.* de Scopa Polybius Suidâ referente: οὐκ ἔστεργε τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' ἀεὶ ἐφίετο τῶν μὴ ὄντων. quod mox quasi interpretatus ipse, οὐκ ἀρκεῖσθαι τούτοις, inquit. Lucianus item à Budæo adductus: εἰ δέ τις αὐτοῖς ἄλλο, στέργειν δεῖ δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις. *acquiescere eis quæ decreta & statuta sunt.* Et apud Suidam autor innominatus: Ἐκεῖνος εἶναι δυνάμενος στέργειν ἠναγκάζετο τούτοις· *illis contentus esse cogebatur.* Liban. *orat.* 3. *de Alexandro*; ὑδὲν κωλυόν, ὦ στέργειν ἄξιον, ἐπιχειρεῖ τοῦ πλείονος. Greg. Naz. *in Julian. exacti.* Ἀλλ' ἕκαστος ἐν ᾗ ἐνέπλη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, κἂν ᾖ τῶν κρείττονος ἄξιος· ἐν ᾧ στέργει τῷ παρῶσιν, πλέον εὐδαιμονῶν, ἢ ἐν τῷ ζητεῖν, ἵν' ὑκ ἔλαθες Eodem sensu & τὸ

ἀγαπᾶν

ἀγαπᾷν usurpatur. Liban. *in vit. sua.* ὁμωροῦντι ἤδη τοῖς παροῦσιν ἀγαπῶσι. *præsentibus contentum fore.*

Ἢ μηδὲ θεοῖς, μηδὲ ἐνυέπω δε | Apul. *de Deo Socrat. Nullus,* inquis, *Deus rebus humanis intervenit. cui igitur preces allegabo? cui votum nuncupabo? cui victimam cædam? quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem, quem adversatorem malis in omni vita ciebo? quem denique, quod frequentissimum est, jurejurando arbitrum adhibebo?*

Ἕξεις αἰεὶ ἐμοὶ βουλευτὴν | Καὶ συμπαρόντα τῷ ἀποστατοῦντι, ut Tatianus *contr. Græc.* Ità *l.* 9. § 28. μὴ ἢ σὺ σὺν ἐμοί.

Κατὰ τὸν ἑαυτοῦ χαρακτῆρα | Vide *supr.* § 16, 40. & *l.* 5. § 16. & *l.* 9. § 28.

Πόλις ἢ πατρὶς, ὡς μοὶ Ἀντιόχῳ μὲν ἡ Ῥώμη | Ità Cicer. *contr. Rullum* 2. *Roma communis patria omnium nostrûm.* & Modestin. in *Pandect. l.* 50. *tit.* 1. *leg.* 33. *Roma communis patria nostra est.* Seneca verò *ad Helv. c.* 6. de eadem, sensu haud paulò latiore, ratione hominum ex omnibus locis terrisque eò confluentium, ibique sedes figentium suas; *Quæ velut communis patria putest dici.* quomodo de Italia Plinius *hist. nat. lib.* 3. *c.* 5. *Una cunctarum gentium in toto orbe patria.* Et Aristides *orat. in Romam,* ratione civitatis gentibus aliis communicatæ: Τὸ Ῥωμαῖον, ἂ πόλεως, ἀλλὰ ἤθους ὄνομα κοινὸν πᾶσι· καὶ τοῦτο οὐκ ἴσον ἦν πάλαι, ἀλλ' ἐντεῦθεν πᾶσι τοῖς λοιποῖς. πολλοὶ γὰρ, inquit, ἐν ἑκάστῃ πόλει πολῖται γεγόνασι, οὐκ ἄπιον ἢ ἐφ' ὁμοφύλων, οὐδ' ἐδόκουν που πόδες αὐτοῖς εἶναι πόλιν. τοιοῦτον ἔζηλώκατε τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. Cicero *de legib. lib.* 2. *Ego mehercule municipibus omnibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. ut ille Cato, cum esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est. itaque cum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.* Tum, ubi in Atticis idem ostendisset, unde & Euripides *Ione,*

——— πατρὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις.

subjungit, *Sic nos & eam patriam dicimus, ubi nati; & illam, quâ excepti sumus. Sed necesse est caritate eam præstare, in qua reipub. nomen & universæ civitatis est. dulcis autem non multò secus est ea quæ genuit, quàm ea quæ excepit. itaque ego esse hanc meam patriam prorsus nunquam negabo, dum illa sit major, & hæc in ea contineatur.* Duplici ergo nomine *patria* Marco *Roma,* & ortûs ratione, & civitatis. nam & *Roma natus est.* Capitol.

Ὧι ἢ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος | Ità Theodorus Atheus, εἰ πατρὶς τὸν κόσμον. Laert. *l.* 2. in *Aristip.* quod idem & alii. Vide *ad l.* 2. § 16. & *l.* 3. § 11. Herculis est apud Tragicum vox, à Plut. *de exil.* & Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. laudata:

Ἀργῖος, ἢ Θηβαῖος· ἢ γὰρ εὐγενὴς
Μιᾶς ἄπας μοι πύργος Ἑλλήνων πατρίς.

Argivus an Thebanus: haud unam mihi
Adscribo; patria urbs est Græcia quælibet.

Verùm latiùs patriam suam porrigit Crates Theban. apud Laërt. *l.* 6. in *Hipparchia:*

Οὐκ οἶς πάτρις μοι πύργος, ἢ μία γέγη·
Πᾶσης γὰρ χθονὸς, ἢ πόλισμα ἢ δόμος
Ἕτοιμος ἡμῖν ἐνδιαιτᾶσθαι πέλει.

Mihi patria non urbs una, non una est domus:
Verùm quot urbes, quot domos tellus habet,
Totidem mihi sunt æqua ad hanc vitam loca. Grot.

Sed & Socrates, de quo Plur. *ibid.* Ὁ γὰρ Σωκράτης βέλτιον, ἢν Ἀθηναῖος, ἢ Ἕλλην, ἀλλὰ κόσμου φησὶν εἶναι πολίτης, οἷς ἂν τις Ῥόδιος ἢ Κορίνθιος ἢ μηδὲ Συρίᾳ, μηδὲ Ταυρέᾳ, μηδὲ Κρησὶν ἐπίκλησιν ἑαυτὸν. Subjungit Plut. ex Euripid.

Ὀρᾷς τὸν αἰθέρ' τὸν θ' ὑπερκεῖν' ἀθρεῖ,
Καὶ γῆν περιέχουσ' ὑγρὰς ἐν ἀγκάλαις·
Ἐντεῦθεν ἐστὶ πατρίδος, ἡμῖν δ' ἔφυ εἶναι. Senec. *epist.* 102. *Primum humilem non accipit patriam; Ephesum, aut Alexandriam, aut siquod est etiamnum frequentius incolis, latius tectis solum. illi patria est, quodcunque suprema & universi circuitu suo cingit. hoc omne convexum, intra quod jacent maria cum terris, intra quod aer humana divinis secernens etiam conjungit, intra quod disposita tot numina in actus suos excubant.* Democritus item apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατὴ· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ σύμπας κόσμος. Quod Euripides *ibidem* laudatus ex Musonii *de exil.*

Ἅπας μὲν αἰθὴρ αἰετοῦ φρούριος
Ἅπασα δ' ἀνδρὶ χθὼν ἀνδρεῖ ξυναίμῳ πατρίς.

Patet omne cælum præpeti Jovis altrici:
Ità terra quævis patria est forti viro. Grot.

Et in eundem sensum Naso *Fast. l.* 1.

Omne solum forti patria est; ut piscibus æquor,
Et volucri vacuo quicquid in orbe patet.

In Homeri epitaphio è veteri marmore à Falkenburgio *ad Nonni Dionysiaca repræsentato* ☞

Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα. ——

Patria mi terra est omnis. ——

De Christicolis Justin. *ep. ad Diognet.* Πᾶσα ξένη, πατρὶς ἐστιν αὐτῶν· καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη. Distinctiùs, & ad Marci mentem proximè, Epictet. *l.* 2. *c.* 5. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; μέρος πόλεως. ποίας μὴν τῆς ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων· ἧς πάντα ὑπὸ τῆς αἰτίας ἀγόμενα λογισθήσεται, ἥ τί ἐστι μεγέθη τῆς ὅλης μίμημα. Et *c.* 15. Τῆς αὐτῆς πόλεως πολίτευμα, καὶ τῆς μεγάλης καὶ τῆς μιᾶς. Sed & Senec. *de otio sap. c.* 31. *Duas respublicas animo complectamur; alteram magnam & verè publicam, quâ Dii atque homines continentur; in qua non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos civitatis nostræ cum sole metimur; alteram cui nos adscripsit conditio nascendi. hanc aut Athenienſium erit, aut Carthaginienſium, aut alterius alicujus urbis, quæ non ad omnes pertinet homines. quidem eadem tempore utriusque*

utrique reipublicæ dant operam, majori minorique, quidam tantum minori ; quidam tantum majori. E primo genere est Marcus noster.

Τὸ τῆς πόλεως | Vide *l.* 5. § 22. & *infr.* § 45, 54.

§ 45. Τῷ ὅλῳ συμφέρει | Vide *l.* 2. § 3. & *l.* 5. § 8.

Ὅσα ἀνθρώπῳ ἢ ἐπιτήδεια ἀνθρώποις | Leg. forsan, καὶ ἐπιτήδεια. hoc est, *ea quæ hominum alioui eveniunt, non universo tantum, sed hominibus etiam aliis aliquo modo conducere.*

Κοινότερον | *Sed nunc vocabulum utilis accipiomus latius ; ut etiam rebus mediis pateat.* Xyl. imò, τὸ συμφέρον, sive *conducibile, nunc vulgari modo accipiatur, quatenus de rebus mediis enunciatur.* ità *l.* 2. § 9. ὡς ἂν τις κοινότερον συλλείνοι. τὸ συμφέρον enim sive *conducibile* de rebus mediis dici Stoici vix concesserint. quæ illi χρήσιμα & εὔχρηστα esse aiebant, ἀλλ' οὐκ ὠφέλιμα, id est, *utilia*, sed non *conducibilia*. Vide ad *l.* 3. §6, 11. & *l.* 8. § 7. Ità Porphyr. *de abstinent.* ubi Carneadis illa retulerat ; Ἕκαστον γὰρ φύσει γιγνόμενον, ὅταν τῇ αὐτοῦ ὁ πέφυκε καὶ γένηται, τυγχάνῃ τέλους, ὠφελεῖται· subjungit, κοινότερον δὲ τῆς ὠφελείας, ὡς εὐχρηστίαν ἔστιν λέγωσιν, ἀκυρέον.

§ 46. Ὅσαπερ παροίσεται | Ὅσῳπερ Xyl. legisse videtur. Lugd. ὥσπερ exhibet. παροίσεται, *aliquando offendere, molestum esse, tædio afficere.* Ità Dionys. Halic. *de dictione Isocratica.* πᾶς ὁ μὴ χαιδτων κόσμος πολὺς ὢν παρ' αὐτῷ, καὶ λυπῇ πολλάκις τὴν ἀκοὴν ἄλλως κεκοσμημένῳ τοῖς ἀκοαῖς id est, *obsidens aures & offendens.* quod alibi dixit idem, κόπῳ τῆς ἀκοῆς. confirmat autem hoc disertè id quod à Marco hîc dicitur, tenorem unum eundémq; visorum dictorúmve continuum, fastidium afferre. quanquam contrà Jo. Chrysost. *in ad Cor. ep.* 2. *orat.* 8. αὐτὴ ἡ καινοτομία πᾶσι παροίσετο. *innovatio ipsa quosque offendebat.* Idem itidem. *in ad Hebr. orat.* 8. de rudimentis pietatis Christianæ primis, quæ *lactis* nomine apud Apostolum designantur ; Ὅρα γὰρ πῶς ἡμῖν ταῦτα παροίσεται (τοῖς τελείοις, utique) ἀλλ' ἐκείνοις ἕτερον, ἡμᾶς παροισάμενα αὐτοῖς. *Vide quomodo nos adultiores ista nunc offendant ; cùm illos tamen rudiores tunc alerent, ipsos neutiquam offendentes.* atque isto quidem sensu τὸ παροίσεσθαι hîc sumi oportebat, si ὥσπερ legeremus. Verùm ὅσῳπερ malim ; quia τῆτο sequitur ; ut significet, hîc potiùs παροίσεσθαι, *contingere, usu venire*, quomodo Plato in *Theætet.* ταῦτα δὴ ὅταν παροφθεὶν παροίσεται αὐτοῖς. *Hæc eis nè in summis quidem facere usu venit.* Et Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Platonicum illud explicans, οἷς δ' ἄτοπα καὶ δόξειεν ἂν ἴσως, φησὶ, παροίσεται.

Ἀεὶ τὰ αὐτὰ | Quærit Aristot. *problem. l.* 21. *q.* 14. Διὰ τί τὰ αὐτὰ συνεθιζόμενοί τε ἥδεα φαίνεται, καὶ λίαν συνεχῶς παροφερόμενοι οὐχ ἥδεα. Summa solutionis est. ὅτι τὸ μὲν ἕδος ἕξιν ἀκίνητον ποιεῖ, ὁ πλῆσιον. τὸ δὲ συνεχῶς παροφέρεσθαι τὴν, πλησῖ τῷ ἐπιθυμίαν, καὶ καθάπερ αὐτὸν. leg. καὶ expuncto, καθάπερ ἀγγεῖον. & in proximis, pro ἔστι γὰρ τὴ καὶ ἡ ἐπιθυμία. ἔστι γὰρ [καθάπερ ἀγγεῖον] τὴ ἡ ἐπιθυμία. adfirmant sequentia : αἱ μὲν ἕξεις γυμναζόμεναι αὔξονται καὶ ἐπιδίδασι· τὰ δὲ εἰσῆεα σωμάτια ὑδὲν μείζω γίνεται· διόπερ τὸ μὲν ἕδος, ὃν γυμνάσιον, αὔξει τὴν ἀκίνητον ἕξιν· τὸ δὲ συνεχῶς παροφερόμενον, σάπιον μὲν καὶ πλησῖ τῷ ἐπιθυμίαν ἧς πληρώσεως, ἀκίνη παρεσκεύασε. Plutarch. in *pædagog.* Μουσικὴ, καθάπερ καὶ ἄλλοις ἅπασιν, ἐν ἀκούσμασι καὶ διδάγμασι, πλήσμιόν τε καὶ παροιστὸς ἔδει· ἡ δὲ ποικιλία τερπνόν. Isocrat. *ad Demon.* § 12. Τὰς ἐσθῆτας μὴ πυκνὰς ποιοῦ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς ἵνα μὴ αὐτῇ πλησμονὴ καὶ ἀπιστίαν. Contrà ;

— μιλαδολὴ πάντων γλυκύ.

Euripid. *Orest.* Idémque *Antiop.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 63.

Κόρος δ' πάντων καὶ καὶ ἐν κακοῖσιν
Λύπλεστις ἐν αἰσχροῖς ἔδον ὀκπεπλησμένοις·
Δαιτὸς δ' πλεωθεὶς τις, ἀσιδῷ πάλιν
Φαύλη διαίτη παροδόντι ἡδὺ σῶμα.
Rerum satietas omnium est. turpes mores
Vidi sequentem, pulcra cui conjunx domi :
Et plenus epulis aliquis è vili cibo,
Novitate commendante, cepit gaudia. Grot.

Gregor. Naz. *de pace orat.* 3. Τερφθεὶς καὶ ὕπνε καὶ ᾠδῆς κόρος ἔζι, καὶ δ' αἰσχρῶν, ὡς λέγεσι καὶ πλησμονὴ πάντων, ὁ δ' ἀληθινῶν μόνον, ἀλλ' ἥδη καὶ δ' ἡδέων· καὶ πάντα εἰς ἄλληλα παροχωρεῖ τε καὶ παρέπεται. In animo forsan habebat Pindari illud *Nem. od.* 7.

Κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἄνδε' ἀφροδίσια.

Vel Homeri illud *Il. v. v.* 636.

Παύεσθον μὲν κόρος ἔζι, καὶ ὕπνε, καὶ φιλότητος.
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

vel etiam Moschi illud *idyll.* 4. *v.* 71.

——καὶ ἐυφροσύνης κόρος ἔζι.

Idémque *de Theolog. orat.* 1. Οὐ τὸ μεμνῆσθαι δυσκολῶ κωλύω, τὸ θεολογεῖν δ' ὑδὲ τῷ θεολογίαν, ὥσπερ (ὅσῳπερ f.) ἐυσεβές, ἀλλὰ τῷ ἀκριβείαν· ὑδὲ τῷ διδασκαλίαν, ἀλλὰ τῷ ἀμετρίαν· ἡ γὰρ μέλιτος πλησμονὴ καὶ κόρος ἐμετὸν ἐργάζεται, καθάπερ ὄνος μέλιτος. Alludit ad Regis sapientissimi dictum, *Proverb. c.* 25. *v.* 16. *Mel si offenderis, quod satis est comedas, nè saturatus illo, evomas rursus : Ità pedem tuum studiosè contineas ab ædibus vicini tui, nè satur tui cùm fuerit, odio te habeat.* scil. *Saturatus stomachus, non oblata solùm renuit, sed ingesta etiam rejicit.* Eucher. *in Gen. q.* 1. Itaque Salvian. *ep.* 1. *Gratiâ meorum rogatus utor interdum, sed tamen parcè, & apud paucos, nè gratiâ ipsâ ingratè utar.* In Petron. *fragm.*

Non uno contenta valet natura tenere,
Sed permutatas gaudet habere vices.

Taurus

Taurus amat gramen mutatâ carpere valle :
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo grato nos prolusit hausto,
Quòd permutatis hora recurrit equis.

Cassiodor. *l.* 7. *ep.* 36. *Nemo dubitat, homines suâ varietate recreari : quia in continuatione rerum magnum mentibus esse constat fastidium. dulcedo mellis, si assiduè sumatur horrescit. Serena ipsa, quamvis magnopere desiderentur, jugiter adepta sordescunt.* & *l.* 2. *ep.* 3. *Ipse quoque annus temporum pater, quadrisariâ se diversitate componit : nec desiderium caperet, si novitatis gratiam non haberet.*

Τὰ ἀμφὶ τῷ διάγῳ | De Circensibus Plin. min. *l.* 9. *ep.* 6. *Nil novum, nihil varium, nihil quod non semel spectâsse sufficiat. quò magis miror tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere, currentes equos, insistentes curribus homines, videre.* Qui & ideo miratur, *non vulgus tantùm, sed quosdam quoque graves homines, in re inani, frigidâ, assiduâ, tam insatiabiliter desidere.* Vide *ad l.* 7. § 3.

Καὶ τὸ ὁμοειδὲς | Cicer. *de invent. l.* 1. *Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater.* Et Fabius *l.* 9. *c.*4. *Virtutes etiam ipsæ tædium pariunt, nisi gratiâ varietatis adjutæ.* & mox: *Ex similitudine tædium & satietas creatur.*

Πάντα ἄνω κάτω | Allusit ad Heraclitidogma illud apud Laërt. *l.* 9. Τῷ μεταβολῇ, ὁδὸν ἄνω κάτω. Vide *l.* 2. § 14. & *l.* 4. § 32. & *supra* § 37.

Μέχει τίνος ἔν; | Apud Senecam *epistol.* 77. Stoicus quidam : *Cogita, quamdiu jam idem facias. cibus, somnus, libido : per hunc circulum curritur.* ipse *epist.* 24. *Quosdam subit eadem faciendi videndique satietas, & vitæ non odium, sed fastidium : in quod prolabimur, ipsâ impellente philosophiâ, dum dicimus ; Quousque eadem? nempe expergiscar, dormiam, satiabor, esuriam, algebo ; æstuabo : nullius rei finis est : sed in orbem nexa sunt omnia : fugiunt ac sequuntur. diem nox premit, dies noctem : æstas in autumnum desinit ; autumno hyems instat, quæ vere compescitur. omnia transeunt, ut revertantur. nihil novi video ; nihil novi facio. sit aliquando & hujus rei nausea. multi sunt, qui non acerbum judicent vivere, sed superfluum.* Idem *de tranquill. c.* 2. *Hoc quosdam egit ad mortem, quòd proposita sæpe mutando, in eadem revolvebantur, & non reliquerant novitati locum. fastidio illis esse cepit vita, & ipse mundus : & subit illud* * *rabidarum* [* *tabidarum* Lipsius] *deliciarum, Quousque eadem?* Lucret. *l.* 3. hoc argumento sub Naturæ persona mortis subeundæ æquanimitatem suadet, subituri quiritationem objurgat :

Quid tibi tantopere est, mortalis, quòd nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, ac fles?
Nam si grata fuit tibi vita anteacta priorque,
Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere, atque ingrata interiere ;
Cur non, ut plenus vitæ conviva, recedis?
Sin ea, quæ fructus cunque es, periere profusa,
Vitaque in offensa est, cur amplius addere quæris ;
Rursum quod pereat malè, & ingratum occidat omne ;
Nec potiùs finem vitæ facis atque laboris?
Nam tibi præterea quid machiner inveniámque
Quod placeat, nihil est. eadem sunt omnia semper.
Si tibi non annis corpus jam marcet, & artus
Confecti languent, eadem tamen omnia restant ;
Omnia si peragas vivendo vincere sæcla.

Et paulò pòst :

Præterea versamur ibidem atque insumus usque :
Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas.

Quod idem Sen. *epist.* superiùs memoratâ. *Ecquid habes propter quod expectes? voluptates quæ te morantur ac retinent, consumpsisti : nulla tibi nova est : nulla non jam odiosa ipsâ satietate. nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum reservabit.* Iste autem jugis rerum tenor Chironem etiam immortalitatis tædio affecit, si Luciano *in* Νεκυομαντείᾳ credimus. Τὸ γὰρ ἀεὶ, inquit, ἴσως ποτέ μοι καὶ αὐτὸν ἐπῆλθε· ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, ἠλιθιωθείς, τρυφῶν. αἱ ὧραι δὲ καὶ αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ γιγνόμενα ἄπαντα, ἑξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθίαν, διέτρεχον διατρέχω· ἐπεκλάθου γὰρ αὐτῶν· ὁ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μεταβάλλειν ὅλως, τὸ τερπνὸν ἦν. Vid *l.* 12. § 35.

§ 47. Τεθριππίας | Vide *lib.* 3. § 3. & *l.* 4. § 48, 50.

Φιλισθίωνος | *Philistionis* Nicæi Comici Socrati coætanei meminit Suidas. *Philistionis* Locri, quem & antiquum appellat, Plut. *sympos. l.* 7. *c.*1. & ex Plut. Gell. *l.* 17. *c.* 11. Et is forsan est, cui libros *de diæta*, qui Hippocratis nomen præferunt, à nonnullis adscribi autor est Galenus *in Comment. ad lib. de diæt. in morb. acut.* quique à Plinio inter eos, è quibus sua delibavit, recensetur.

Ἐκεῖ δὲ μεταβολὴν ἡμᾶς δεῖ | Eò nos commigrare & concedere oportet, quò tot ante nos heroës, principes, tyranni, oratores diserti, artifices periti, philosophi tum graves, tum & rerum humanarum irrisores, concesserunt. *ad domum* scil. *viventi cuique destinatam.* ut Job *c.* 30. *v.* 23. Vide *l.* 3. § 3. & *l.* 4. § 48, 50. Senec. *epist.* 77. *Eò ibis, quò omnia eunt. quid tibi novum est? ad hanc legem natus es. hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta, & nullâ mutabilis ope, illigat & trahit cuncta. quantus te populus morituorum sequetur, quantus comitabitur? fortior, opinor, esses, si multa millia tibi commorerentur. atqui multa millia hominum & animalium hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam variis generibus emittunt. tu autem non putabas te aliquando perventurum ad id, ad quod semper ibas? nullum sine exitu iter est.* Τὸν θάνατον autem μεταβολὴν Marcus dixit; quomodo μετοίκησιν Plato *Phædone*: Εὐχόμενοι τοῖς

τοῖς θεοῖς ἔχεσι τε ἢ χρὴ τὴν μεταίκησιν τὴν ὁπόθεν ἐκεῖσε οὐτυχῆ γενέσθαι. μεταβαλεῖν, *mutare*, sed & *sedem mutare*, *de loco in locum migrare*. Ita Aristoteles *hist. anim. l.* 8. *c.* 12. de grubus, μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς Σκυθικῆς εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Λιβύης. & de piscibus, οἱ μὲν ἐκ τῆς Πόντου, ἢ εἰς τὸν Πόντον μεταβάλλουσι. indè μεταβολὴ pro *migratione*. Aristot. *ibid.* τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγὺς τόπων παιδόμορα τὰς μεταβολὰς, τὰ δ' ἢ ὀλίγα τῶν ἐξ ἀρχῆς. Thucyd. *l.* 1. Μάλιστα δ' τῆς γῆς ἡ ἀεὶ ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῆς οἰκητόρων εἴχεν. Vid. *ad l.* 5. § 13.

Φιλόσοφοι | Vide *l.* 3. § 3. & *l.* 7. § 19.

Στεγανοὶ, τύφανοι | Vide *l.* 3. § 3. & *l.* 4. § 32, 48. Tragicus à Plutarch. *ad Apoll.* laudatus:

Πῦ δ' τὰ σαμερὰ κεῖνα; πῦ δ' Λυδίης
Μέγας δυνάστης Κροῖσος, ἢ Ξέρξης βαρὺ
Ζεύξας θαλάσσης αὐχένα· Ἑλλησπόντιος;
Ἅπαντες εἶδον ἤλθον εἰς λήθης δόμους.
Ubi ille quondam fastus? ubi nunc Lydiæ
Dominator ingens Crœsus? & Xerxes grave
Qui ratibus æquor junxit Hellespontium?
Abripuit omnes orcus ad Lethes domum? Grot.

Εὔδοξος | Εὔδοξος Αἰσχίνε Κνίδιος, ἀστρολόγος, γεωμέτρης, ἰατρὸς, νομοθέτης. τοῦτον ἀντὶ τοῦ Ἐυδόξου ἔνδοξον ἐκάλουν, διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς φήμης. Laert. *l.* 8. qui & vitam ejus breviter descripsit. de eodem & Suidas. Strabo operis initio. Diodor. Sic. *l.* 1. Aristot. *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 12. & *l.* 10. *c.* 2. (quos libros ideo Nicomacho filio, non Aristoteli patri tribuere videtur Laertius) Plut. *de Isid. & Osir.* in *Marcell.* & *adv. Colot.* & *adv. Epicur.* quo loco memorabile istius votum commemorat: ἤυχετο, φθέγξασθαι τῷ ἡλίῳ, καὶ καταμαθεῖν τὸ χρῆμα τῆς ἄρτι, καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ Φαέθων, καταφλεγῆναι. Senec. *quæst. nat. l.* 7. *c.* 3. Gell. *l.* 17. *c.* 21. Philostrat. *in Sophist.* Vitruv. *l.* 9. *c.* 7, 9. Petron. in *Satyr.*

Ἵππαρχος | *Hipparchus* Nicæus, insignis item Mathematicus; quem *consiliorum naturæ participem*, Plinius vocat, *hist. nat. l.* 2. *c.* 12. & *ibid. c.* 26. *nunquam satis laudatum*; *& quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine siderum, animásque nostras partem esse cæli.* Et mox: *eundem ausum, rem etiam Deo improbam,* (hominem loqui memineris potentiæ divinæ minùs gnarum, quàm vates sacer prædicat, *Psal.* 147. *v.* 4.) *annumerare posteris stellas, ac sidera ad nomen expungere,* (ità malim, quàm, *ad normam expangere*;) —*cælo in hæreditate cunctis relicto, si quisquam, qui cretionem eam caperet, inventus est.* De eodem Strabo *l.* 1. & 2. & Ptolom. in *astronomic.*

Ἀρχιμήδης | *Archimedes celeberrimus geometricâ & machinali scientiâ.* Plin. *l.* 7. *c.* 37. de quo vide cùm aliis, tum Plut. ex *Marcell. vit. ad l.* 5. § 1. sed & quæ ille *ibidem* de eodem plura: quo loco inter alia refertur istius ad Hieronem arrogantissima vox illa. δός μοι πού στῶ, καὶ κινῶ τὴν γῆν. *Des ubi consistam, & dimoturus sum terram.* sive ut Lud. Vives *de aro. corrupt. l.* 5. *Si alter foret terræ globus, se illum ad hunc tracturum, vel hunc ad illum impulsurum.* Cicer. *Tusculan. l.* 1. *Astrorum conversiones motúsque omnes qui animo vidit, is decuit similem animum suum ejus esse, qui ea fabricatus in cælo esset. nam cùm Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantium motus in sphæram illigavit, effecit idem, quod ille, qui in Timæo mundum ædificavit, Platonis Deus, ut tarditate, celeritate dissimillimos motus una regeret conversio, quod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest, nè in sphæra quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari.* de quo artificio vide Claudiani *epigram.* 21. De eodem autem Archimede videri possunt etiam Polyb. *hist. l.* 8. Diodor. *l.* 5. *c.* 9. Vitruv. *l.* 9. *c.* 3. Cicer. *Verrin.* 4. *pro Cluent.* & *Tusc. l.* 5. Athen. *l.* 5. *c.* 7. Synes. *de insomn.* Procl. *in Euclid. l.* 2. *c.* 3. Eustath. *ad Il. α'.* ubi ἐγκατάγχειρον. & *ad Il. ι.* ubi μεγαυχοῦλον dictum refert. Rhemn. Fann. *de ponder.* & Pisid. apud Suid. in Δυνάμεις.

Αὐθάδεις | *Contumaces.* Xyl. *peremptorii, fidentes.* Cas. *arrogantes*, malim. quanquam nec hoc satis arridet, neque enim in partem sequiorem usurpasse videtur Marcus istic. vixque est ut uno verbo exprimam, quod voluisse sentiam. *qui de inventis suis summopere placebat sibi.* Vide *ad l.* 10. § 9.

Χλιάσας, ὃν Μένιππον | De *Menippo* Cynico Laërt. *l.* 6. Φέρει μὲν ἐν σπουδῇ ἐλέγχειν. τὰ δ' βιβλία αὐτῷ πολὺ καταγέλαστος γίνει. καί τι ἴσον τοῖς Μενιππείοις τὰ κατ' αὐτὸν γεγραμμένα. Mitiùs tamen de Menippo Strabo *l.* 16. Ἐκ δὲ Γαδείρων ἦν Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος. Hinc autem de Menippo Diogenes Polluci ab inferis reversuro in Luciani *mortualibus* mandata dans: Ἤν που ἴδῃς Μένιππον τὸν κυνᾶ, (σύροις δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κοιλάδι καὶ τὸ Κεραμεικὸν, ἢ ἐν τῷ Λυκείῳ, ἔνθα ἐκλέγοντας ἀεὶς ἀλλήλους φιλοσόφους καταγελῶντα)· εἰπεῖν· ἀρὲς σεαυτὸν, ὅτι σοι, ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης, εἰ σοι ἐκεῖθεν τὰ ὑπὲρ γῆς καταγελάσας, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω σκώμματα φέρων. & in ἐς καταγραμμένῳ, eundem appellat Dialogus, Φοβερόν τινα κυνᾶ καὶ τὸ δῆγμα λαβραῖον, ὅσον καὶ γελᾶν ἅμα ἔδακνε. Porro à Menippo isto, scripta χλιαστικὰ καὶ σπουδογελοῖα Menippea dici solenne habent; ut Varronis *Satyræ*, & Luciani *dialogi*. Quin & libellos illos ipsos, qui illius nomine vulgò circumferebantur, ab aliis, Dionysio nempe Zopyro; Colophoniis, sub Menippi persona fuisse compositos, non deesse qui tradant, Laertius testatur.

Ἐν δὲ πολλῷ ἄξιον | Vide *l.* 4. § 32. & *supr.* § 16. Dio Prus. *orat.* 16. Ἂν δ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθῇς

δῆς ὅτι μηδὲν ἔχει ὅλως τῆς βίου χρήσεως, ἀλλὰ πάντες οἱ μακάριοι καὶ ὅλως εὐδαίμονες ἀξιοῦντες, εἰ, πεθνήκασι· καὶ σοὶ πρόκειται ἤδη τοῦτο τὸ πρᾶγμα, κἂν ἐπὶ πλεῖον ἔλθῃς τῆς βίου· πλὴν λῆρον ὑγιαίνοντος καὶ μεγάλων ἐνύπνιον, τὸ νομίζειν ὅλως τι δυνατὸν εἶναι μακρόβιον, ἢ μάκρα, ἢ διαμονήν, ἢ ζωὴν ἐν ὕδατι, ἢ γῆς λύπης καὶ φόβου καὶ τῶν τοιούτων παθῶν ἀπαλλαγήν. Aristid. *in Eteon.* Οὐ δεῖ δὲ φιλοψυχεῖν, οὐδὲ τῆς εὐδαιμονίας τούτῳ μετρεῖν, εἴ τις ὡς πλεῖστα ἴσχει πρόσφατα, ἵνα δ' ἃ τις τῆς μακρᾶς γήρας ἀπόλαυσιν, εἶτα δὲ ἀπολαύσειν ἀνέχεται· ἀλλ' ἠγεῖσθαι τοῦτον κρίνειν ἄξιον τῆς διθῆναι αὐτῷ τῆς βίου μῆκος ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐξέπλωσι, καὶ ὅσις, ὥσπερ ποιητὴς, πεθύσθων ἄνδρων ἦν καὶ ἀρχῆν, κατέλυσε τὸ δρᾶμα.

Εὐμοιρῆ | Ita *l.* 3. § 11. εὐπαῖς. & *l.* 9. § 11. μὴ εὐμοιρίας. & *l.* 11. § 9, 18. μὴ εὐμοίρας καὶ ἀφύστατος. & *l.* 7. § 22. φιλεῖν καὶ πεῦ πάσχοντας. Vide & *l.* 9. § 27.

§ 48. Τὰ ἐμαυτοῦ ἦθη ἀρετῆς. | Nihil tam candoris ingenui proprium quàm virtutes, quas ipse habeas, in aliis etiam adamare: quum *in alio sua quemque naturæ delectet*: ut Plin. minor *in Paneg.* & multò adhuc magis, in aliis etiam suspicere, quibus ipse careas. Plin. idem *l.* 1. *ep.* . *Neque enim ego, ut malui, invideo aliis bonum, quo ipse careo: sed contrà, sensum quendam voluptatemque percipio, si ea quæ mihi denegantur, amicis video superesse.* & *epist.* 17. *Scias eum plurimis virtutibus abundare, qui alienas sic amat.* Hieron. *apolog. ad Pammach. Virginitatem in cælum fero; non quia habeam, sed quia magis miror quod non habeo, ingenua & verecunda confessio est, quo ipse careas in aliis prædicare.*

Τὰ ἐμαυτοῦ ἤθη. | Paul. *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 19. ἐμαυτοῦ τοῦ.

Πεῖσαι | Vide *l.* 3. § 13.

§ 49. Ὅτι τοῦτο τῶν λειτῶν ἐστι. | Quod de corporis pondere Marcus, de robore Tullius in *Caton. Nè nunc quidem vires desidero adolescentis; non plus quàm adolescens etiam vires tauri aut elephantis desiderabam.* Objurgátque eos Senec. *de benef. l.* 2. *c.* 29. qui eis corporis dotibus non contenti, quas natura ipsis assignavit, *queruntur quòd magnitudine corporum non æquemus elephantes, velocitate cervos, levitate aves, impetu tauros; quòd sagacitate nos narium canes vincant; quòd acie luminum aquila, spatio ætatis cervi, multa animalia nandi facilitate.* Et de ætatis spatio rursus *lib. de brev. vit. c.* 1. *Major pars mortalium de naturæ malignitate conqueritur, quòd in exiguum ævi gignimur; quòd hæc tam velociter, tam rapidè dati nobis temporis spatia decurrant: adeò ut, exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita deserat.* Et mox vitium hoc non vulgi solius esse peculiare ostendens: *Inde Aristoteli cum rerum naturæ exigenti, minimè conveniens sapienti viro lis est: illam animantibus tantum indulsisse, ut quina aut dena sæcula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tantò citeriorem terminum stare.* Verùm Theophrasto, non Aristoteli querelam hanc attribuit Cicero *Tuscul. lib.* 3. *Theophrastus merito accusásse naturam dicitur, quòd cervis & cornicibus vitam diuturnam, hominibus tam exiguam dedisset.* Cùm Aristoteles contrarium potiùs statuat, *de gener. animal. lib.* 4. *cap.* 10. Πάσων γὰρ ὁ ἄνθρωπος πλεῖστα ζῇ χρόνον, πλὴν ὀλίγοις ἔστιν ἐξιθμῆσαι ζῶα ἔλαττα τοῦ ἀνθρώπου τὸν βίον. fuerit itaque forsan Senecæ σφάλμα μνημονικόν. Pedonis gemina in *Mæcen. obit.* querimonia:

Vivacesne magis cervos decet esse paventes,
Si quorum in torva cernua fronte rigent?
Vivere cornices multos dicuntur in annos;
Cur nos angustâ conditione sumus?

De utriusque & molis & ætatis mensura decreto numinis acquiescere quemque Marcus hîc monet: certè de utraque solicitum anxiúmve esse nec expedit, nec proficit. Τίς γὰρ ἡμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; Domini Christi verba sunt, *Matth. c.* 6. *v.* 27. quæ verba etiamsi de *statura* accipiant plerique; at de *ætate* intelligenda Andr. Dunæus noster contendit; eúmque sensum verba facilè admittunt.

Τοσῶν ἢ ἐπὶ ἔτη. | Ità Bas. τοσῶνδε ἐπὶ, Lugd. ἐπὶ expuncto. Ego, transpositio malim τοσῶνδε ἔτη, aut etiam τινῶν, ut in membro priore.

Ὅσον ἀφείσεως | Vide *ad l.* 8. § 17. & *l.* 12. § 23.

Στέργεις | *Acquiescis eò contentus.* hoc est enim στέργειν τι, vel τινί. Vide *supr. ad* § 44. quo sensu & τὸ ἀγαπᾶν haud infrequens deprehenditur. Plato *Timæo.* Ἀλλ' ἐὰν ἐγὼ μηδενὸς, πλέον παρεχόμενα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή. i. e. *contenti esse debetis, si probabilia dicentur.* Cicer. *de universf.* Lucian. in *Necyomant.* Ἐπειδὴν ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον (δίδωσι δὲ τὸ μέγεθος ὁ πλέθρου πουδὸς) ἀνάγκη ἀγαπᾶσθαι καὶ ἐκεῖνα τὸ μέτρον ζωμετρηθέν· *necesse est, ut eâ, quæ assignata est, mensurâ contentus jaceat.* Idem *in Toxari.* Ἀλλ' οὐ δυνατοί γε ἀγαπᾶσθαι, ὥστε ἀφεθῆναι: *non contenti fuerunt*, vel, *non sat habuerunt sic dimitti.* Phocion. apud Plut. *in vit.* & *in apophth.* Εἶτα οὐκ ἀγαπᾷς, ὅτι μετὰ Φωκίωνος ἀποθνήσκεις; *An non sat habes, quòd cum Phocione moriturus sis?* Isocrat. *in panegyr.* Ὥστε καὶ τοὺς ἀφεστῶτας μηκέτι τῆς ἐλευθερίας ἀγαπᾶν. *non contentos esse libertate; non sat habere quòd liberi existerent.* Demosth. *Philip. l.* 2. τὰ παρόντα ἀγαπᾶσθαι· *rebus præsentibus contentum fore.* quod aliâ syntaxi Lysias ἀγαπᾶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς. nec dispari significatu Hæbræorum אחב adhibetur. *Psalm.* 116. *vers.* 1. אָהַבְתִּי, *sat habeo.* Jun. indè ἀγαπητὸν εἶναι· *satis habendum.*

§ 50. Πειρᾶσθαι πείθειν αὐτούς | Xyl. superiori periochæ

periochæ ista attexuit, vertítque, *ità & de tempore annitendum est nobis, ut persuadeamur*; ac si αὐτὸν scriberetur. meliùs Lugd. *annitendum est nobis, ut persuadeamus iis cum quibus agimus.* Hoc, inquit, conemur: ulteriùs enim nil datur. Epictet. *l.* 4. *c.* 6. Μὴ χὸ λίθοις σοι τοῦτο; (ἄλλως πῶσι, ἵνα ὄζιν ἀγαθὸ καὶ καλ.) ὀνείρου μόνον σοι λίθοις, σωτὸν πεῖσον καὶ ὕπνα πέπεικας;

Περίπτ. ἢ καὶ ἐπὶ ἀέκοῦσιν | *Etiam invitis hominibus id agendum non est, quod justitiæ ratio jubet.* Xyl. quasi Marcus velit, quod ex Platone Cicero *ad Lentul. lib.* 1. *epist.* 9. *Tantùm contendere in repub. quantùm probare tuis civibus possis: vim neque parenti neque patriæ afferri oportere.* Cùm Marcus contrà planè moneat, ubi ad consensum in recto suasionibus alios adigere minùs valemus, etiam invitis ipsis & renitentibus id faciendum, quod justitiæ ratio exigere videbitur. Vide Josh. *c.* 24. *v.* 14, 15. Optimè ad Marci mentem Clemens *strom. l.* 4. Καὶ ἀκόντων τῶν καὶ τὰ φίλτρα ἐπιφέρονται πρὸς τὸ ἀνδρός, ἢ πρὸς τὸ δικάστου, φιλονεικήσου ὅ τι οἰκέτης, ἢ τι γυνὴ καὶ μὴν καὶ ἀλλότριος, κἂν τυγχάνῃ δικαίως ἀπειλῆται τούτῳ, κἂν δεῖ δικαίως ἄγηται, καὶ οἷς κινδύνοις ἑκάστης ἀπειλήπται, ἀεὶ τι τῆς πίστεως ἀπόντος κινδυνεύσῃ, ἵνα ἀφίξεται τῆς ἀποστολῆς· ἀλλ' ὅπως τι τὸν ἀεὶ ἀποκτήσου ποτέ, ἢ ἀφῇ γυνὴ φαύλῳ συνοικοῦσα ἀνδρὶ, ὁ ἢ ὑβρίς, ἐὰν φαῦλον ἔχῃ πατέρα, ἢ πονηρὸν δικαστὴν ὁ οἰκέτης· τῆς αἱρετῆς ἐχόμενος γνώμης. Vide *l.* 3. § 7. & paulò post *ibidem*: Ἴσμεν γὰρ καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ οἰκέτας, πολλάκις, ἀκόντων πατέρων καὶ δικαστῶν καὶ ἀνδρῶν, βιαίους γεγενῆσθαι.

Περίπτ. ἢ | Cùm antè παραβῶμεν dixisset. transitio non à numero ad numerum tantùm, sed & à persona ad personam. qualis & *l.* 2. § 9. & *l.* 8. § 12, & § 31. & *l.* 10. § 35. ejusmodi in sacra pagina occurrunt crebró. *Deut. cap.* 12. *v.* 8. *Psalm.* 16. *v.* 12. & *Psal.* 18. *v.* 32, 35. & *Psal.* 77. *v.* 1, 2. Luc. *Act. c.* 1. *v.* 3, 4. & *cap.* 17. *v.* 2, 3. Paul. *ad Rom. c.* 8. *v.* 1, 2, 4. & *v.* 15. & *ad Cor. ep.* 1. *c.* 10. *v.* 6, 7. & 9, 10. Ità enim sumendum videtur illud Joannis *epist.* 2. *v.* 8. Βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν. itaque vetus interpres vertit, *ne perdatis, sed ut accipiatis.*

Συσχεῖν εἰς ἄλλο ἀφετὸν τῇ καλῶσι | Vide *lib.* 4. § 1. & *l.* 5. § 20. & *l.* 8. § 32, 35. & *l.* 9. § 11.

Μετ' ἀναξαιρέσεως | Vide *l.* 4. § 1. & *l.* 5. § 20. & 11. § 37.

Ὅτι καὶ ἐπὶ ἀδυνάτων ἐκ ὀρέγει | Leg. καὶ ὅτι, & ὀρέγει· etiamsi ὀρέγῃ Xyl. maluisse videatur. Vide *l.* 5. § 17.

Τύτῳ ἢ συγχώρησε, ἐφ' οἷς προέχθημεν, ταῦτα γίνεται | Deesse videtur aliquid. supplenda forsan conditionalis particula, ut sensus sit integer; [εἰ] ἐφ' οἷς προέχθημεν. Ità sensisse videntur interpretes. *Si id cujus causâ citatus es, consequaris.* Xyl. *Si id, cujus causâ satus, inque mundum sum editus, factum fuerit.* Meric. *hoc est,* inquit ille, *ut desideria mea omnia rationis imperio subjiciam.* Neutrum satisfacit. Malim, adjectâ etiam negativâ [εἰ μὴ] ἐφ' οἷς προέχθημεν, ταῦτ' [ἐ] γίνεται· *nos quod nostrum est,* hoc est, conatos esse *consequimur, etiamsi ea ad quæ impulsi sumus, neutiquam fiant,* neq; exitum sortiantur conatus nostri. ὀρμὴ siquidem, i.e. *actum* nostrum, non & *effectum,* quod in aliena potestate situm, nobismet ipsi proponebamus. Vel etiam personâ eâdem continuatâ, κἂν ἐφ' οἷς προέχθας, ταῦτα μὴ γίνεται. *etiamsi ea quæ conatus sis, non fiant.* Vide *l.* 5. § 14. Ità Epictet. *l.* 2. *c.* 6. ἀλλ' ὃν ἐπέτυχε. μὴ χὸ σὺν τοῦτο ἔρχῃ ἐμέ.

§ 51. Ὁ δὲ φιλόδοξος, ἀλλοτρίαν ὑπόθεσιν | Ambitiosus bonum suum extra se in alieno actu, favore, laude, existimatione, positum habet. Vide *ad l.* 2. § 6.

Ὁ ἢ φιλήδονος, ἴδιον πάθος | Voluptuarius in sensu sive corporis affectione. ità πάθος noster semper usurpat. ut *l.* 3. *c.* 6. & *l.* 9. § 16. ὡς καλόν τὸ παθεῖν πᾶν ἀγαθὸν κεῖνον, utì Epicur. *ad Menec.*

Ὁ ἢ σὺν ἔχων, ἴδιον πρᾶξιν | Studiosus verò sive sapiens in actione sua, non & in actionis eventu, ut monitum *supr.* § 48. vel in hominum etiam quorumvis approbatione. Vide *l.* 5. § 34. & *l.* 9. § 16. De populo Athenienſi in *Panathen.* Aristides: Εὖ χὸ ποιῶν, ὅτι εὖ πάσχειν πεφυκέναι ἡδέως. Præclarissimè, & ad Marci mentem accommodatissimè, Clemens *strom. l.* 4. de verè pio: Ὁ ἢ φιλῆ καλῶς, καὶ κέκληται, ἀσφαλῶς, ὅτι διὰ φόβου, ὅτι διὰ ἡδονὰς ὀδὲ τὸν γοῦν ἔστιν. ὁ χὸ ἀδικούμενος, εἴ τι λυπηρὸς ἔξωθεν ἔπεται κέρδος ἢ ἀπώλειαν αὐτῷ ἀγαθὸν ἢ τῷ ὅλῳ ὅλῳ ἐφικτῷ ἐλπόμενος, καὶ ὡς τὸ δίκαιον ἐκδέχεται. ὅθεν ἐπ' ἐκ κακῶν ἐξουσίας λαβὼν ἀδικεῖν τῷ θεῷ προσέσχεν τὸν ἀπηρεσμένα, ἀπιμελητὴς τε ὤν· ἐπ' ἐκ καὶ μισθὸν τὰ μακάρων ἀγαθὰ λήψεσθαι ὀδὲ τοῖς ἢ ἐπαγγελίαν ὠφελήσει. ἀλλ' εἰ καὶ λήψεσθαι τὸν θεὸν ἐφ' οἷς πράττει πιστεύει ὅσῳ ἐδικαίωσεν πολὺ ἂν, τὸ ὅλως κλῆρον καὶ αἱρετὸν ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ ταῦτα ἀγαπητὸν ἔχ. ἀπαξ ἐλόμενος. Nihil sanctius dici poterat, nihil sublimius.

§ 52. Ἔξεστι δὲ τύτῳ μηδὲν ἀναλαμβάνειν | Vide *l.* 5. § 2. & *l.* 7. § 2. unde videtur aliquid, quod hìc deest, supplendum, nimirum, μηδὲν [ὃ μὴ δεῖ] vel μηδὲν [κακὸν] *nihil secùs quàm oportet,* vel *nihil mali opinari.* hoc enim satis est ad animum in tranquillo statu continendum.

Αὐτὸ γὰρ τὸ προέσθαι | Vide *l.* 5. § 19.

§ 53. Πρὸς τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγόμενον γίνεσθαι | vel

vel τῷ leg. λεγομένῳ. Sed illud potiùs. ἀεὶς τῷ λεγομένῳ γίνεσθαι. ſicut ἀεὶς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἔῃ. Plato *in Phædone.*

Ἀπαρεσθυμήτως | *Non negligendo*, ſive *animum minùs advertendo & intendendo eis quæ dicuntur.* Sic *l.* 10. § 8. ἀπαρεσθύμητον. Vide *ad l.* 5. § 5. Socrates apud Plat. in *Hipp.* Ἀεὶ ἄνδρα, ἐπαινέσαι τε λόγῳ τι, ἀφεσίκων τὸν νοῦν, ἄλλος τε, καὶ ἐπαινέσαι μοι δοκῇ σοφὸς εἶῃ ὁ λέγων.

Ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τῷ λόγῳ | Hoc eſt, quod Plut. *de audiend.* τῇ ἀφοσυχῇ καταδύεσθαι εἰς τὸν νοῦν τοῦ λόγου. Et Origen. *ad Celſ. l.* 1. εἰσελθεῖν εἰς τὸν ἔσω λόγων νοῦν. Vide *Lib.* 7. § 4, 30.

§ 54. Τὸ τοῦ αὐλοῦ | Vide *l.* 5. § 22.

§ 55. Εἰ κυβερνῶντα οἱ ναῦται, ἢ ἰατρεύοντα οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον | Rectè monet Guil. Canter. *var. lect. lib.* 7. *c.* 1. leg. κυβερνῶντα, & ἰατρεύοντα. quod interpretes tum Lat. tum Angl. non advertentes, Marci mentem neutiquam ſunt aſſecuti. *Si gubernatori*, inquit, *nautæ, medico ægroti, contradicere, maledicere, adverſari voluerint, unde aut à quo alio ſalutem illi, ſanitatem iſti ſperaverint?* Hos itaque lubentes promptiq; auſcultant, eiſq; obſequuntur, quibus cor ineſt, & quibus ſalus ſuamet cordi eſt. Plato in *Critone.* Γυμναζόμενον ἀνὴρ, καὶ τῶτο ἀφέλιμον, πότερον πάντως ἀνάγκη ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν καὶ ἀξιοῦν τὸν νοῦν ἀφοσέχειν, ἢ ἐνὸς μόνου ἐκείνου, ὃς ἂν τυγχάνει ἰατρὸς ἢ παιδοτρίβης ὤν; ἐνὸς μόνου. ὑμῖν φοβεῖσθαι χρὴ τοὺς λόγους, καὶ ἀσπάζεσθαι τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν ἐνὸς ἑκάστου, ἀλλὰ μὴ τοὺς ψέγοντας πολλοὺς. Δηλαδή. ταύτην ἄρα αὐτῷ ἀφελητέον καὶ γυμναστέον καὶ ἀλιπτέον γε καὶ ποτέον. ἃ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ ἰατρῷ καὶ ἐπιτάττοντι μᾶλλον, ἢ ἅ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις. Καλῶς λέγεις. ὑμῖν καὶ τ' ἄλλα ἔστω, ἵνα μὴ πάντα διέλθωμεν. καὶ δὴ περὶ ψόγου δικαίου καὶ ἀδίκου, καὶ αἰσχρῶν καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, πότερον τῇ ψόγῃ πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἕπεσθαι, ἢ τῇ τοῦ ἑνὸς, εἴ τίς ἔστιν ἐπαΐων, ὃν δεῖ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπασαν τὴν ἄλλην. Τοῦ ἑνὸς ἐκείνου δηλαδή. ὦκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάντα ἡμῖν ἔστω φαρμακτέον, ὅ, τι ἐρῶσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ὃ,τι ὁ ἐπαΐων ὁ εἷς, καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. Galen. *hortator. c.* 7. ἔστ νοσῶν, εὖ οἶδ' ὅτι, τοῖς πολλοῖς ἂν ὑπηρέτας σαυτὸν, ἀλλ' ὀλίγοις δή τισιν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τούτων τοῖς ἰατρικωτάτοις· ὥστ' ἂν πλέον ἄπασι τοῖς συμπλέουσιν, ἀλλ' ἐνὶ τῷ κυβερνήτῃ· εἰ δὴ κἀκεῖ ἓν συμπεσόντων, τέλους μὲν τελαυτήσομεν, ὑποδημάτων δὲ χρήζων, τῷ σκυτοτόμῳ, πῶς ἂν ἔχ, ἵνα δεῖ ἀφοτέρων ὁ ἀνὴρ δέῃ, σαυτῷ δίδως τῆς πείσεως τῷ ἐξεσίας, ἀφελιμωτέρῳ αὐτῷ ἓν σοφωτέρῳ ἢ κατ' σαυτόν; In animo videtur habuiſſe Socratis illa apud Xenophont. *memorial. l.* 3. Ἐκεῖνο μὲν δὴ τοῦτο οἶδα, ὅτι ἐν παντὶ ἀφέγματι οἱ ἄνθρωποι τούτοις μάλιστα ἐθέλουσι πείθεσθαι, ὧς ἂν ἡγῶνται βελτίστους εἶῃ. καὶ ἐν νόσῳ, ὃν ἂν ἡγῶνται ἰατρικώτατον εἶῃ, τούτῳ μάλιστα πείθονται καὶ ἐν πλῷ οἱ πλέοντες, ὃν ἂν κυβερνικώτατον· καὶ ἐν γεωργίᾳ, ὃν ἂν γεωργικώτατον. vel etiam, quod ex Aſtyagis perſona Xenophon ipſe, *Cyri inſtit. lib.* 1. Ὃν ἂν ἡγήσωνται σοφὸν τὰ συμφέροντα ἑαυτοῖς φρονιμώτερον ἑαυτῶν εἶῃ, τούτῳ ἄνθρωποι ὑπηκόους ἐθέλουσι γνώμης δι' ἂν ὅτι τοῦτ' ὄντως ἔχει, ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν, ὡς ἀφεσθύμως τοῦ διατάξοντος ὅ, τι χρὴ ποιεῖν καὶ ἐν ὑγιαίνῃ ἦ, ὡς ἀφεσθύμως τοῖς κυβερνήταις οἱ συμπλέοντες πείθονται. Ariſtonymus in *tomariis*, referente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 3. Ἐν μὲν τῷ πλεῖν πείθεσθαι δεῖ τῷ κυβερνήτῃ· ἐν ᾗ τῷ ζῆν τῷ λαμπρῷ ὑμαμβῷ βέλτιον. Epictetus itidem *lib.* 3. *c.* 24. Ὅστις ἓν καθόλου τῷ σῷ βίον ὑπεκτίμῳ κέκτηται, τί ἄλλο ἢ τοῦτον εἶῃ δεῖ τὸν διατάττω; τίς γὰρ ὄζιν ἐν νηῒ κυβερνᾷ; ὁ κυβερνήτης. διὰ τί; ὅτι ὁ ἀπειθῶν αὐτῷ ζημιῶται. Piè Ambroſ. *in Pſal.* 37. De Deo medico cœleſti ſummo, *Ipſi nos committamus, parati quo velit curari medicamento. nemo dicit medico corporis ſui quomodò curandus ſit. novit medicus quæ ſingulis vulneribus medicamenta conveniant. Si dixerit medicus medicinæ genus, quo curari æger debeat, & ille faſtidit, diſcedit medicus, ægrúmque relinquit. vides eum qui curari velit, omni modo medico acquieſcentem.*

§ 56. Πόσοι μοῦ ἔν εἰσῆλθον | *Quot antè me è vita exierunt, quibuſcum ego una intraveram?* Ità *l.* 4. § 3. ὅσων ἤδη κατοκολαῖς αὐτὸς ἐξεστιν πύκνας; Cur ergò exire me moleſtè feram, cùm tot mecum nati unà, jam exierint? Xyl. εἰσῆλθον, dum *venerunt*, vertit, ſenſum pervertit.

§ 57. Ἰκτεριῶσι τὸ μέλι πικρόν | Sext. Empir. *Pyrrhon hypoteſ. l.* 1. *c.* 29. Οὐδεὶς τολμήσει ἂν εἰπεῖν, ὅτι τὸ μέλι ὑ γλυκάζει τοῦ ὑμαίνοντος· ἢ ὅτι τοῦ ἰκτερικοῦς ὑ πικράζει. Cauſſam reddit apud Suidam neſcio quis non de melle ſolùm: Τοῖς ἰκτεριῶσι πᾶς χυμὸς πικρὸς δοκεῖ, διὰ τὸ πλὴ ὑγρότητα πλὴ περὶ πλὴ γλῶτταν τοῦτον ἔχειν τὸν χυμόν. & diſertiùs de melle Alex. Aphrodiſſ. *problem. l.* 1. *q.* 101. Τὸ μέλι τὸ πᾶσι γλυκύτατον, τοῖς ἰκτερικοῖς πικρὸν φαίνεται· διότι χολὴν πικρὸν ἔχοντι πλεονάζουσαν ἐν σαρκὶ τῷ σώματι, καὶ ἐν τῇ γλώσσῃ. τὸ δὲ μέλι ἐναντίως τὸν ἡσυχάζοντα πικρὸν χυμὸν ἀνακινεῖ· καὶ ἡ γεῦσις λοιπὸν ἀνπλαμβανομένη τῆς πικρότητος τῆς χολῆς, φαντασίαν ποιεῖ τοῦ νομίζειν τὸ μέλι πικρὸν ὑπάρχειν. Gregor. Naz. *de cathedr. Conſtantinopolit.* Οὐχ ὅτω δοκεῖς, φησὶ, τοῖς πολλοῖς, ἄνδρασι. ἡ γῆ ᾗ δοκεῖ τοῖς ἐλαφροῖσιν ἰσόπεδα εἶναι, τοῖς ᾗ μεθύουσι νήφουσι οἱ νήφοντες; ἀλλ' ὑκ ἐπὶ κεφαλῆς βαδίζειν ἢ ἀνεστράφθαι; τὸ μέλι ὑ πικρὸν ὄζειν ὅτε καὶ οἷς νομίζεται νοσοῦσί τε καὶ κακῶς διακειμένοις; ἀλλ' ὑ δοκεῖ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ὅτως ἔχει, ὡς δοκεῖ τοῖς πάσχουσιν. Idémque *de pace* 3. Ἡ αὐτὴ γῆ, ἔσικα μὲν τοῖς ἐρρωμένοις, καὶ ὑ πιποιθόσι κιρνᾶσι ᾗ τοῖς ἀσθε-

ὅση γὰ ἀκαιρεπιμέλεια, τῶ μὴ ἐφίεσθαι πλέον ἢ τὸ ἐφικτὸν βαίνοντος.

Λυσσοδήκτοις τὸ ὕδωρ φοβερὸν | *A cane rabioso morsis, ubi parum occurſum eſt, ſolet aquæ timor naſci.* ὑδροφοβίαν *Græci appellant.* Celſus *l.* 5. *c.* 27. & Plin. *l.* 25. *c.* 2. *Inſanabilis ad boſce annos rabidi canis morſus, pavorem aquæ, potúſque omnis afferens odium.* quo tamen loco remedium è cynorrhodo mulieri in ſomnis indicatum narrat; quo deinceps complures ſervati ſint. Idémque è cane ipſo petitum remedium commemorat, *l.* 29. *c.* 5. *Eſt limus*, inquit, *ſalivæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur. multò tamen utiliſſimè jecur ejus, qui in rabie momorderit, datur mandendum.* Mali rationem hanc, (ut omittam quæ longiuſculè petita Caſius habet in *problemat. q.* 23.) probabiliorem forſan veróque propiorem aſſignet Aëtius *tetrab. l.* 2. *ſerm.* 2. *c.* 24. ideo aquam refugere ità affectos, quia in ea tanquam in ſpeculo, contuentur, vel vultum proprium deformiorem jam factum, vel canis ipſius, cujus imago menti obverſatur, ſpeciem. qui & eodem loci refert, philoſophum quendam hoc malo correptum generoſo animo obſtitiſſe, atque aquam admiſiſſe, proverbiale illud ſibi accinentem, Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ; *quid cani cum balneo?*

Καὶ πιθήκοις τὸ σφαιρίον κακόν | Sext. *Pyrrhon. hypoth.* 1. *c.* 14. § 4. Πιθήκῳ μὲν γὰρ σφαῖρα καὶ τραγῳδὸς διὰ σαυτῆς εἶσιν. de *ſimia* pariter Pindar. *Pyth. od.* 2.

——κακὸς τις
Πίθηκος πανὸς πανὶ δοκεῖ.

Itaque Attici κατ' εὐφημισμόν τινα *ſimias* καλλίας vocant: ut docet Suidas ex Dinarcho *orat. contra Pytheam.* Ὥσπερ οἱ τοὺς καλλίας ἐν τοῖς οἴκοις τρέφοντες. & Helladius apud Photium *cod.* 279. Ariſtot. *ethic. l.* 4. *c.* 2. Σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ λήκυθος ἢ καλλίᾳ, ἔχει μεγαλοφρόνειαν παιδιᾶ δόξης. ὃ δ' τύπτει πυὶ, μικρὸν καὶ ἀνελεύθερον.

Ἡ δικαίᾳ σοι ἔλαττον ἰσχύει τὸ δικαζόμενον | Vide *ſupra* § 27. & *l.* 8. § 14. & *l.* 9. § 40.

§ 58. Οὐδεὶς κωλύσει | Eadem hæc ferè, *l.* 5. § 10. Epictet. *l.* 4. *c.* 10. Ἔξεσί σοι παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην χρῆσιν καὶ φύσιν. μὴ τις σε κωλύσει δύνασθαι; ὐδείς. Vide *l.* 2. § 9. & *l.* 3. § 12.

Παρὰ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως | Vide *l.* 2. § 21. ſed & Dominum Chriſtum Matth. *cap.* 10. *v.* 29, 30.

§ 59. Οἷοί εἰσιν, οἷς θέλουσιν ἐξεῖναι | Idem monitum *l.* 4. § 3. & *l.* 7. § 62.

Δι' οἷα ἐπιγίνεται | *Quænam ſint, quæ obſequio ſuo aucupantur, & ut ſibi contingant atque obveniant, hac ratione enituntur.* ἐπιγίνεσθαι enim iſtic *obvenire, contingere*; non autem *ſupereſſe*, quod Xylandrum fugerat. Dio Pruſ. *orat.* 4. poſt ea quæ *ad l.* 5. § 36. dedimus: αὐτομάτως αὐτῷ καὶ δίχα πόνου ἐπιγινόμενα. *ultro citra laborem ei obvenientia.* Arrianus verò an Epictetus *l.* 4. *c.* 5. in eadem ſententia verbo ſimplici uſus eſt. Ὅσα δ' ἂν ἕκαστα ἐπιτυγχάνῃ *conſidera quibus rationibus fiant*, i. e. *obtineantur, obveniant iſta.* Vide *l.* 10. § 19.

Καὶ δι' οἷων ὑπηρεσιῶν | quàm ſervilibus, fœdis, turpibus miniſteriis iſta ambiant, illos demereantur. Epictet. *diſſert. l.* 3. *c.* 17. Ἀγαπᾷς τινι, ὅτι φιλόσοφος ὑπολήψει, ἱκανὸς ἂν σὺ χρῆσθαι πρὸς μαθητάς; μὴ γένοιτο, φησίν, ἐκεῖνον ἢ ἡμᾶς. τί δὲ ἀγαπητόν, εἰ λαμβάνοι τι ἀνὴρ ἢ πολεῖ; τί μανθάνειν τὸν διὰ τύπων, ἢ σὺ ἀνδρὶ, κλύσμον ἐκεῖνα; Idémque *ibid. c.* 26. Τίς δ' ἀνέχεται ἐπὶ γεφῦν ἐρῶντος, ἢ ἐπὶ μηρὸν, ἢ ἐπὶ κοιλίαν ἀποβλώσκοντος, ἢ ὑποπλώοντος, ἢ διαρροΐσκοντος, ἢ ἅμα μὲν νοσοῦσαν θεραπεύοντος ὡς δύναι. ἅμα δ' ἀποθανεῖν ἐυχομένου, ἢ ἰατρὸς διακείροντος, εἰ ἤδη διαισιμος ἔχοιεν ἢ πλεῖν, ὅταν ἀνὴρ ἐπὶ μεγάλων τόπων ἢ σιμῶν ἀρχῶν ἢ πλῆθ, τὰς χεῖρας ἐπὶ ἀλλοτρίων δύναι κάθαιρε, ἵνα μᾶλλον ἐλεύθερον ᾖ. Ammian. *hiſt. l.* 14. *Dici non poteſt quâ obſequiorum diverſitate colantur homines ſine liberis Romæ.* Cicer. *Paradox.* 5. *An eorum ſervitus dubia eſt, qui cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duræ ſervitutis? hæreditatis ſpes quid iniquitatis in ſerviendo non ſuſcepit? quem rustum locupletis ſenis non obſervat? loquitur ad voluntatem; quicquid denunciatum eſt facit: aſſentatur, aſſidet, munerat, miratur. quid horum eſt liberi? quid denique non ſervi inertis?* ego malim repetitâ negativâ, *quid non denique ſervi, non inertis?* Horat. *Serm. l.* 2. *Sat.* 5.

—— *turdus*
Sive aliud primum dabitur tibi, devolet illuc
Res ubi magna nitet, domino ſene; dulcia poma,
Et quoſcunque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem guſtet, venerabilior Lare, dives.
Si quamvis perjurus erit, ſine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus, nè tamen illi
Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.
Magna minervæ foro ſi res certabitur olim,
Vivat uter locuples ſine gnatis, illius eſto
Defenſor: famâ civem cauſſâque priorem
Sperne, domi ſi gnatus erit, ſecundæve conjux.
Quinte puta aut Publi, (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum.
Jus anceps novi, cauſſas defendere poſſum.
Eripiet quivis oculos citiùs mihi, quàm te
Contemptum caſſâ nuce pauperet. hæc mea cura eſt,
Nè quid tu perdas, neve ſis jocus. ire domum atque
Pelliculam curare jube: ſis cognitor ipſe.
Perſta atque obdura; ſeu rubra canicula findet
Infantes ſtatuas, ſeu pingui tentus omaſo
Furius hibernas canâ nive conſpuet Alpes.

Senex orbus ille Plautinus in *Milite* 3. 1.

Quando habeo multos cognatos, quid opus ſit mihi liberis?
Nunc bene vivo & fortunatè, atque ut volo, atque animo ut lubet;

Mea

Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos partiam.
Illi apud me educti, me curant; vident quid agam, ecquid velim:
Priusquam lucet, adsunt: regitant, noctu ut somnum ceperim.
Eos pro liberis habeo, quin mihi mittunt munera.
Sacrificanti dant indè partem mihi majorem, quàm sibi:
Abducunt ad exta: me ad se ad prandium, ad cenam vocant.
Ille miserrimum se retur, minimum qui misit mihi.
Illi inter se certant donis. ego hæc mecum mussito:
Bona mea inhiant: certatim dona mittunt & munera.

Fœdiora sunt, quæ Hieron. *ad Nepot.* etiam de Clericis quibusdam. *Audio præterea in sexes & omni obsequio liberis quorundam turpe servitium: ipsi apponunt matulam, obsident lectum, purulentiam stomachi & phlegmata pulmonis manu propriâ suscipiunt. pavent ad introitum medici: tremente búsque labiis, an commodiùs habeat, sciscitantur. & si paululum senex vegetior fuerit, perclitantur; simulatâque lætitiâ, mens intrinseus avara torquetur. timent enim nè perdant ministerium. ô quanto apud Deum merces, si in præsenti pretium non sperarent? quantis sudoribus hæreditas cassa expetitur? minori labore margaritum Christi emi poterat.*

Ὁ αἰὼν πάντα πρασσόμενος. | Ità *l.* 9. § 27. πάντας ἡμᾶς γῆ καλύπτει.

Ad Librum VII.

§ 1.

Γίγνεται ἡ ἡμέρα ἐκ τοῦ ἐνὸς ὁ πολλαπλοῦς ἥδε | Et mox: ὧν ἴσως καὶ ἰσοδιαί, αἱ πλατεῖαι, αἱ αὐλαί, αἱ ἀνάγκαι. Senec. *epist.* 97. *Erras, mi Lucili, si existimas nostri sæculi esse vitium, luxuriam & negligentiam boni moris, & alia quæ objicit suis quisque temporibus. hominum sunt ista, non temporum. nulla ætas vacavit à culpa. & fient, & facta sunt ista.* Et *de benefic. l.* 1. *c.* 10. ubi sæculi sui mores contaminatissimos acerbiùs paulò prosciderat; *Itaque sic solemus,* inquit, *nè in nostro sæculo culpa subsidat. hoc majores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur; everses esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas & in omne nefas labi.* Ea est Flacci querimonia, *carm. l.* 3. *ode.* 6.

Ætas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

At ista, inquit ille, *stant loco eodem, stabúntque paululum duntaxat ultro aut citro mota; ut fluctus, quos æstus accedens longiùs extulit, recedens interiore literarum vestigia tenuit. non expectant uno loco vitia; sed mobilia, & inter dissentientia tumultuantur, pellunt invicem fugantúrque. Caterùm idem semper de nobis pronunciare debebimus, malos esse nos, malos fuisse; invitus adjiciam, & futuros esse. Erunt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores.* Et, *epist.* 97. *Omne tempus Clodios, non omne Catones fert.* Vide *ad l.* 8. § 15. ἂν φορὰς ὁ χρόνος.

Ἄγαν κάτω, τὰ αὐτά | Vide *l.* 4. § 32. & *l.* 5. § 46.

Οὐδὲν καινόν | Solomon, *Eccles. c.* 1. *v.* 9. *Id quod fuit, idem est cum eo quod futurum est: & id quod factum est, idem cum eo quod fiet: neque est novi quidquam sub sole. Estne aliquid de quo dici possit, Ecce hoc novum est? imò jam fuit per sæcula, quæ ante nos fuerant.* Tertull. *de resurr. c.* 12. *Quodcunque ex eo veneris, fuit: quodcunque amiseris, nihil non iterum est.* Arnob. *l.* 1. *Novi sit nihil: vetera sunt omnia, & nullis antiquitatibus inaudita.* Vide ad *l.* 2. § 3. vide & Senec. *epist.* 24. *ad l.* 6. § 44. Terent. *Eun. proleg.*

Nullum est jam dictum, quod non sit dictum prius,

Hoc argumento fabulas poeticas everſum it Palæphat. *de incredibil.* Ὅσα μὲν οὖν καὶ μυθικὰ εἶναι λεγόμενα, καὶ νῦν ἐκ οἰκοῦ, τὰ τοιαῦτα ἐκ ἐγένετο· οὐ καὶ νῦν, καὶ ἄλλοτε ἐγένετο, καὶ νῦν γίνεται, καὶ αὖθις ἔσται. Laudátque illud Melissi & Lamisci Samii, Ἔστιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔστι· quanquam illi forsan scripserint: ἔστιν, ἃ ἐγένετο, νῦν καὶ ἔσται. De vitiis morbisque pariter Diogenianus apud Plut. *symposs. l.* 8. *c.* 9. Ἐκ τούτων νοσεῖται, οἷς καὶ ζῶμεν· ἴδια δὲ ἀνθρώπου νόσου ἐκ ἔστιν, ἀλλ' αἱ τούτων μοχθηρίαι σχεδὸν ἅπασαν ἐπλήρωσαν· καὶ τὰ τῆς ψυχῆς νοσήματα καὶ πάθη ποιηθέντα καὶ πλεῖστον ἤδη βαθέως καὶ χρονίως ἐδίδυ ἐδὲ τοῖς παλαιοῖς ἀνιάτοις ἐξισῶται κακίαι ἥδη. Eódem accommodat & Sophoclis illa ex *Antigone*:

Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

unde emendandus idem *de communn. notit. adv. Stoic. c.* 7.

Non ista nunc diorum vel super vigent,
Sed ante ab omni: initia in occulto latent.

Πᾶσα καὶ νυνὶ ὀλιγοχρόνια | leg. transpositis vocabulis

vocabulis, *v. c. ἀ ἀ.* Vide *l.* 6. § 37. & *l.* 9. § 14. Item *l.* 5. § 10. & *infr.* § 23.

§ 2. Τὰ δόγματα | *Dogmata*, inquit, *aboleri non possunt, nisi phantasiæ, unde ortum habent, fuerint extinctæ.* φαντασίας autem νοήσεις, id est, cogitationes intelligit; (sic enim Chrysipp. apud Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* φαντασίαν λογικὴν, ἣ ἐστὶ λογικῶν ζώων, νοήσεις οἷον) live ὑπολήψεις, uti ipse se in sequentibus explicat.

Νεκροὺς ἐγεῖραι | ità νεκροῦσθαι τὰς ἐπιθυμίας dixit Apost. *ad Colossi. c.* 3. *v.* 5. & νέκρωσιν μεσῶν, ut δεσμῶν Marcus, in ἀναγεννητοῖς Altrampycus,

Νεκροὺς ὁρῶν, νέκρωσιν ἔχεις μεσῶν.

Ὡς δυνατὸν ἀναζωπυρεῖν | leg. ἃς, φαντασίας nimirum. in potestate, inquit, tua situm est phantasias sive opiniones veras rectásque, quas priùs animo conceperas, verùm, tanquam sub cineribus igniculi, sopitæ quodammodò & sepultæ jacent, resuscitare ubi volueris. Ità Paulus Timotheum monet, *epist.* 2. *c.* 1. *v.* 6. ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ.

Δυνάμει θεοῦ τούτῳ ὃ δεῖ ἀναλαμβάνειν | Ità *l.* 6. § 52. Ἔξεστι θεοῦ τούτῳ μὲν ἀναλαμβάνειν· est autem ὃ δεῖ ἀναλαμβάνειν, idem ferè hîc, quod ὀφεῖ ἀναλαμβάνειν. *l.* 5. § 34.

Τὰ ἔξω | Ità *l.* 4. § 3. τὰ περιγινόμενα οὐκ ἀπίστου ἢ ψυχῆς ἀλλ' ἔξω ὄντων. idem & *l.* 5. § 19.

Τοῦτο πόθεν, καὶ ὀφθὲς ἦν | Vide *ad l.* 3. § 5. & *infr.* § 12. Senec. *epist.* 71. *Da mihi adolescentem incorruptum & ingenio vegetum: dicet fortunatorem sibi videri, qui omnia rerum adversarum mera rigidâ cervice sustollit, qui supra fortunam exstat. non mirum est in tranquillitate non concuti: illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur; ibi stare, ubi omnes jacent. quid est in tormentis, quid est in aliis quæ adversa appellamus, mali? hoc, ut opinor; succidere mentem, & incurvari, & succumbere: quorum nihil sapienti viro potest evenire. stat rectus sub quolibet pondere. nulla illum res minorem facit: nihil illi eorum quæ ferenda sunt, displicet. nam quicquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur: vires suas novit: scit se esse oneri ferendo.* Vide *ad lib.* 6. § 19. & *lib.* 7. § 67. & *l.* 8. § 46.

Ὡς ἐώρας | *quas antè vidisti.* ἃς Xyl. non accedo. res, inquit, cùm eædem ipsæ maneant, tu eòdem modo intuere nunc, ubi vacillare te sensèris, quomodo antè speculabaris, cùm de eis ritè judicabas. Sic *l.* 6. § 3. πάλιν ἐγκυψεῖς βλέπε.

Ἀναζῆσαι | *revivíscere* quodammodo tibi licet, τῷ ἀναζωπυρεῖν τὰς φαντασίας, cogitationes illas, prout dixeram, resuscitando. Ità Apost. *ad Eph. c.* 5. *v.* 14. Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν. atque hoc est, μέσος ἴσχειν ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ. Joan. *Apocal. c.* 20. *v.* 6. *partem habere suam in resurrectione priore*: illâ nimirum, quâ οἱ νεκροὶ τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἀκούσαντες, ζήσουσιν. Joan. *c.* 5. *v.* 25. Vide *l.* 6. § 31.

§ 3. Ματαίας κατασκευὰς | Vana viliáque yaria coacervat; quibus paria geminâque fermè vult ea esse pleraque, quibus hominum vita conteri solet. consimilia istis habuimus supr. *l.* 5. § 33. nec absimilia prorsus *infrà* § 48. Plinius min. *lib.* 9. *epist.* 7. ubi vanitatem eorum exagitaverat, qui Circensibus tantopere capiebantur, *Capio*, inquit, *aliquam voluptatem, quòd hac voluptate non capiar.* Vide *ad lib.* 6. § 44. Gregor. Naz. *adv. Arian.* Αἱ ἡδοναὶ παιδιᾶς αὗται, καὶ τὰ γέλοια ταῦτα τῆς σπουδαίας ζωῆς ἡμῖν τῆς σωφρονικῆς χαρὰ πολλαχοῦ. Et *in Cæsar. fr.* Παίζω ὁμοῦ παιδιὰ τις ἐκείνη καὶ λύπης ἄν, σοφὸς ἐν τούτῳ κεκριμένος, τὸ χειρίστου καὶ ἥδιστον ἡγεῖσθαι. τὰ μὲν ἄλλα ὡς ἐπὶ σπουδῆς καὶ ἀλλοις παίζειν τάχα σπουδήν τι καὶ καταγνωσίν, τάχα δ' ὀφθείσης ἄξιον ἢ σωφρονισθείσης· ὡς δεῖ ἰδεῖν ἐν ἅπασι πολλῶν τὸ βίου ματαιολογίαν, καὶ τῆς ἀνω καὶ κάτω μεταπιπτούσης εὐπραξίας μόνον δ' ἴδιον ἀγαθὸν καὶ παραμύθιον ἀσφαλῶς, τὸ εὐσεβεῖν. & mox: τοιοῦτος ὁ βίος ἡμῖν τῶν ζώντων σοφοῖς, τοιοῦτο τὸ δεῖν γῆς παίγνιον, ὡς ὄντας ἡμᾶς, καὶ ἡγουμένους ἀναλυθῆναι. Vide *ad l.* 11. § 6. & *l.* 12. § 36.

Διαθρησκεύματα | *velitationes, hastiludia.* Xyl. rectè. nec cur vocabuli significationem minùs intelligere se profiteretur, quicquam erat. διαγυμνάσματα, ἄθλημα μαχίμων. Hesych. & indè διαθρησκευτὰ pro *velitationibus*, quia velites hastis levioribus, sive jaculis utebantur, uti videre est apud Liv. *hist. l.* 8. & *l.* 26. & *l.* 36. & Veg. *de re milit. l.* 3. *c.* 16. Erant autem *velitationes*, vel *feriæ*, ut hostiles, præliorum quasi præludia quædam, vel *ludicræ* ac exercitatoriæ, quibus tirones ad munia bellica idonei magis redderentur, indè ad *concertationes* quasvis translatum est vocabulum, *l.* 4. *c.* 3. διαθρησκευόμενος. *se mutuò impetentes.*

Κυνιδίοις ὀφείλειν ἐρρίμμενον | Ità Apostolus *ad Philip. c.* 3. *v.* 8. præ fide justitiáque Christiana, veráque ac solida Christi notitia, σκύβαλα ἡγεῖται τὰ πάντα. quo loco σκύβαλα, quasi κυνίσκια dicta, si Grammaticos audimus, vel sunt *stercora*, peculiariter *canina.* Σκύβαλον, κόπρος. Hesych. τὸ δὲ ἐντέρων ἀπόβλημα. Etymolog. atque ità accipiunt interpretes plerique. eodémq; facit quod Apul. *florid.* 2. qui Cratetem ait *rem familiarem abjecisse, velut onus stercoris, magis labori quàm usui.* vel etiam ea quæ *canibus projici* solent. Σκύβαλον, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον, κυνίσκιον τι ὄν. Suid. atque ità usurpavit Aristo in *epigram. anthol. l.* 1. *c.* 33. ubi poëta aut literator aliquis, mures Opicos, nè codices suos corroderent, abigens, ad felicioris ac lautioris alicujus ædes commigrare illos jubet, apud quem inventuri sint, δείπνου συχνὸν ἀπὸ σκύβαλον, *cœnam frequentem largámque satis ab eis quæ canibus projiciuntur, reliquiis.* Verùm de vocabulo isto, quòd latè patet, & nos latiùs alibi. Ossium autem canibus

bus projectorum meminit eò magis Marcus, quia ea rixam inter illos creare assolent. unde versus proverbialis,

Dum canis os rodit, jecinum, quem diligit, edit.

quod & Gregor. Naz. *epist.* 22. *ad Basil.* κυνὶ βρῶμα ῥιφὴν ἐν μέσῳ κατ' ἀλλήλων ἁπλίζει. Indè Platonis illud, κυνὶ ὀστέον μαγίσαι, esse objecto canes inter se committere, in epigrammate quod in Alexin amasium suum composuisse à Laërtio Apuleióque perhibetur. de quo alibi diximus.

§ 24. Τὸ ὀπικὸν τῆς θεσπέσιε λίαν παρὰ φύσιν, ὅταν πολλάκις ἐναποθήσειν ἡ θέσμια, ἢ πολιτῶν ἀποβάλῃ | Periochen hanc miſerè mutilatam ac vitiatam eſſe, ſatis indicant tam diſcrepantes à ſe invicem interpretum verſiones; quæ ejuſmodi ſunt etiam, ut è verbis ſenſus illi, quos ipſi præferunt, nullâ artis grammaticæ ope elici poſſint. In textu Xyl. nihil mutat. Meric. duntaxat disjunctivæ loco conditionalem ſubſtituit: ſed nec ſic quidem citra vim inſignem, exprimitur ea, quam ipſe Marco affingit, ſententia. D. Bootius (cui ego aſſentiri maluerim) ſic effert: Τὸ ὀπικὸν τῆς θεσπεσίου λίαν παρὰ φύσιν, ὅταν πολλάκις [γίγνηται,] vel etiam transpoſitione tantùm factâ, ἢ, ἐναποθήσειν ἢ τὸ θέσμια τὸ πολιτῶν ἀποβάλῃ, ὅτε ὅλως ἐξαφθῶσι μὴ δυνάσθαι. *Torvitas vultûs eſt valdè præter naturam. ubi ſæpius contigerit, immori ſolet; vultûſque decor ità indè extinguitur, ut denuo omnino reaccendi nequeat.*

Τὸ ὀπικὸν τῆς θεσπέσιε | *Torvitas vultûs:* quo κάτος ſive latens intus animus infeſtus atque infenſus ſe prodit. huic opponi videtur, τὸ εὔθυμον τῆς θεσπέσιε. l. 6. *c.* 30. Heſych. Ἐπικοτα, ὀργυρμένα, ἃ πᾶς ἄν τις μέμψαιτο. Σοφοκλῆς, Ναυπλίῳ καταπλέοντι. leg. Ναυπλίῳ καταπλέοντι. ad diſtinctionem alterius ejuſdem fabulæ eidem cognominis, quæ Ναύπλιος πυρκαὺς dicebatur. Ἐπίκοτον eſſe vult, *quod iratum & infenſum jure faciat*; at Marcus pro offenſione ſive *infenſione animi, quæ in vultu indicium facere ſolet.* Æſchyl. *Prometh. vinct.*

Ὁ δ' ὀπίκοτος δοὶ θυμὸς ἄγναμπτος νόον.
At ille mentem infenſam pervicax gerens.

Πρόσωπον | Ἡ ἐναρμόνιος τῆ θεσπέσιε, ut Jacob. Apoſt. *c. c.* 1. *v.* 11. *decor vultûs*, qui triſtitiâ, iracundiâ, acerbitate animi, offenſione, indignatione non immutari tantùm & deturpari, ſed & tollí prorſus ſæpenumero ſolet. Seneca *de ira* l. 2. *c.* 35. *Non eſt ullius affectûs facies turbatior. pulcerrima ora fœdavit; torvos vultus ex tranquilliſſimis reddidit. liquit decor omnis iratos. qualem intrà putas eſſe animum, cujus extrà imago tam fœda eſt?* & l. 3. *c.* 4. *Nulli certè affectui pejor eſt vultus. ferarum minus tetra facies eſt, etiam cùm venatorem ſuum ſœvissimæ morſu ultimo petunt, quàm hominis irâ flagrantis.* Hinc illud Naſonis de Niobe *Metam.* l. 6.

Et quantum ira ſinit, formoſa.——

& de Procride l. 7.

Triſtis erat, ſed nulla tamen formoſior illâ
Eſſe poteſt triſti. tu collige cuncta in illa,
Phoce, decor fuerit, quem ſic dolor ipſe decebat.

Imò, quod Marcus iſtic, dum affectus iſtiuſmodi exprimere atq; induere vultus frequentiùs cogitur, uſu in naturam vertente, ità tandem decor ille extinguitur, ut nullâ reſtitui ratione poſſit. De Phariſæis ad ſuos Chriſtus, Matth. *c.* 6. *v.* 16. Μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποὶ· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. qui locus iſtum mirificè illuſtrat. plus enim eſſe videtur τὸ ἀφανίζειν τὸ πρόσωπον, quàm τὸ αἰσχύνειν καὶ ἀκαλλὲς ποιεῖν, uti ex Homero atque Euſtathio Beza. Baſil. Cæſ. *ep.* 1. Ἔστιν ἃ τοῖς ταπεινοῖς καὶ πολιτευομένοις φρονήματος, ὄμμα συνεσταλμένον καὶ εἰς γῆν συνηνυσμένον. ——ἃ δὲ ποιοῦσιν οἱ πανδοῦκλοι κατ' ἐπιθυμίαν, ταῦτα ὁρᾶν τῶν αὐτομάτων ἡμῖν ἐπφαίνεσθαι. Nicoſtr. *de ſuper.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 70. Αἱ γὰρ δὴ ὄψεις αἱ πρώτως ἔχουσαι ἄν τι πλεῖστον τῆς κρίσεως τῆς ψυχῆς καὶ ἐκ ἔνι, ὅτε συμμίγνυται, ὅτε ὀργιζόμενον, ὅτε χολῶντα, τὸ θέσπεσιον φαιδρὸν

παιδεῦον ἔχον τι ἢ κολαστικὸν. οἱ Νῆες πανοῦργοι ἢ κρυπτῖναι, ἐκδὺς μὲν ἢ τὸ ὀφθαλμῷ πεφυκὸς πτερὸν, ἢ δυσὶν δάκτυλον. ὅτις ὃ μικρὰ ὀκνεῖ, πῶς τὰς μεγάλας ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀναπέμψαιτο. ἴσον ἀφοσιοῦσθαι ἢ μεγάλων πυῤῥᾶ. ὁ δ' συνέχων τὰς ἀφορὰς, σκαιὸς δέ· ἢ ὅταν ἐκκοπῇ ὁ ἀριθμὸς, ἀλλὰ σώζῃς τι ἢ νέφος. τοῦτο τι ἢ ψυχὴ ὑπομὴ ὑδαμοῦ ἐκφεύγεται. quibus verbis extremis graphicè depinxisse videtur τὸ ἐπίσειον illud τῶν ἀγρίων. nos dicimus, a louring look. Vide *infr. ad* § 59. Sed nec minùs *Suetan. l. 4. c. 50.* in *Caio.* cui *frontem torvam* ubi tribuerat, *Vultum*, inquit, *naturâ horridum ac torvum, etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem.* Cæterùm D. Salmaſ. iſta & luxata & perturbata ſuſpicatur: jungi ſic debere, Τὸ ἐπίσειον τῶν ἀγρίων λίαν ἐφ' ἑαυτῷ, διὰ τοῦτο ἐπιλυπεῖσθαι περιῶν, ὅτι ἐκδὺς τὸν λόγον. atque hæc ſubiequi poſt illa quæ *ſupra* § 10. habebamus. Τῷ λογικῷ ζῴῳ ἢ αὐτῷ ἀκολουθεῖ κατ' φύσιν δεῖν ἢ κατὰ λόγον. *Si in animali rationali eadem actio ſecundum naturam & ſecundum rationem; ita in nullis eſſe veſcens, quæ præter naturam eſt, etiam præter rationem.* Illud, ἢ τὸ τελευταῖον ἀπορῶ δὲ, ὅτι ἄλλως ἐξαφθείσας μὴ δυνατὸς. ad præcedentia § 22. cenſet idem pertinere, & de *lucerna* dici, quæ aliquando ſic extinguitur, ut poſſit iterum accendi, aliquando verò, ubi in totum oleo defecta eſt, ità extinguitur, ut denuo accendi nequeat. Suſpicatur ergò poſt exemplum *arcula*, cui grave non eſſe dixit ſolvi, ut nec compingi, addidiſſe & ſimile de *lucerna*, (prout *l. 8. § 17.* poſt exemplum *bullæ* idem fecit) cui non eſt grave extingui, ut nec accendi, etiamſi eò modò extinguatur, ut non poſſit lumen ſuum recuperare. reliqua aliunde irrepſiſſe autumat; quibus de medio ſublatis, periochen hanc antegreſſam cum proximè ſequenti commodè cohæſuram. & ſunt revera ſectio 22ª. & 24ª. prout nos eas diſtinximus, ejuſdem planè argumenti.

Εἰ δὲ ἢ ἡ συναίσθησις τῆς ἁμαρτάνειν οἰήσεται | Mer. interierit negativam, ut ſit τῆς [μὴ] ἁμαρτάνειν, & de innocentiæ confidentia intelligatur. Meliùs opinor, Xyl. *Nam ſi etiam ſenſus peccati nullus erit.* hoc eſt, nam ſi eò uſque in vitiis obfirmatione proceſſeris, ut jam peccati ſenſum omnem animas, quid amplius tibi vivere proderit? Galen. *de differ. puſſ. lib. 4.* πρωτίων, inquit, appellant veteres, ἡνίκα τὸ τῶν φλεγμονῶν γενόμενον αὐτὸ τὸ κάμνοντι συναίσθημα. Idémque *therapeut. l. 13. c. 1.* Ἡ τῆς ἕλκους τε φλεγμονὴ ἢ πόνον ἔχει τὸν μέγιστον, ἡμῖν δ' ἀπόδειξιν, αὐτῷ τε κάμνοντι διὰ τῆς ἴσης ὀνομαζομένης συναισθήσεως. Ita mediocris familiaris an peculiaris vox iſta videtur, affectionem illam denotans, quâ ægri eorum quæ in corpore ſuo fiunt ſe habent, ipſe ſenſum obtinet. A corpore ad animum tranſtulit, ut Martus hîc, ità & Epictet. *l. 2. c. 11.* Ἀρχὴ φιλοσοφίας συναίσθησις τῆς αὑτοῦ ἀσθενείας ἢ ἄγνοια αὐτῆς. Clemens generaliùs de utroque pariter uſurpavit, *ſtrom. l. 1.* Εὑρετικὸν δὲ ἢ ἐπιτηδεῖον ἡ συναίσθησις, ἐκβιβάζον πάντως ἀναγκαίως· συναίρεσι δ' τῷ ἐπιζητοῦντι, ἢ εἰς ἐπιστήμην συνάγουσα. Idem vult, ſed ſignificantiùs paulò dictum, quod Gregor. Naz. *epitaph. in Patr.* Εὑρεπὴν δὲ τὸ πάσχειν. & *ad cives ſuos in anguſt.* Τολμηρὸν γνοῦ τὸ μὴ λαθεῖν. Tunc ergò ἢ τῷ ἀνδρὶ ἔπεσεν συναίσθησις οἵα περ, cùm crebro peccandi uſu, κακίᾳ τινὶ λειτὸν ἡ ψυχὴ, *callum quaſi quendam contraxit animus*, ὅτε μηδ' ἐρυθριᾶν ὑπολοιπὸν ἔτι κακοῦργος, *ut deinceps ne peccare quidem ſe animad vertat.* Epictet. *l. 2. c. 18.*

Τίς ἐστι τῆς ζωῆς ἀσκός | Vide *l. 9. § 2.*

§ 25. Πολλὰ ἔστιν ὁρᾶν | De Catone Senec. *epiſt. 71. Quid ni ille mutationem reipub. ſorti & æquo patcretur animo? quid enim mutationis periculo exemptum? non terra, non cælum, non totus hic rerum omnium contextus: quamvis Deo agente ducatur, non ſemper tenebit hunc ordinem; ſed illum ex hoc curſu aliquis dies dejiciet. certis enim cuncta temporibus; naſci debent, creſcere, extingui. quæcunque vides ſupra nos currere, & hæc quibus innixi atque impoſiti ſumus velut ſolidiſſimis, carpentur ac deſinent. nulli non ſenectus ſua eſt. inæqualibus iſta ſpatiis eodem natura demittit. quicquid eſt, non erit: nec peribit, ſed reſolvetur. vobis ſolvi perire eſt. proxima enim intuemur: ad ulteriora non proſpicit mens hebes, & quæ ſe corpori addixerit. aliequi fortiter ſuum ſuorumque putaretur, ſi ſperaret omnia illa ſic in vitam mortémque per vices ire, & compoſita diſſolvi, diſſoluta componi; in hoc agere æternam artem cuncta temperantis Dei verti.* Vide *ſupr.* § 23. & *lib. 9.* § 33.

Καὶ πάλιν ἄλλα | Naſo *Metamorph. l. 15.*

Nil equidem durare diu ſub imagine eadem
Crediderim. ———
Nec ſpecies ſua cuique manet: rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.

Senec. *epiſt. 30. Quis queri poteſt, in ea conditione ſe eſſe, in qua nemo non eſt? prima enim pars æquitatis eſt æqualitas. Sed nunc ſupervacuum eſt naturæ tenuem agere, quæ non aliam voluit legem noſtram eſſe, quàm ſuam. quicquid compoſuit, reſolvit: & quicquid reſolvit, componit iterum.*

Ἵνα ἀεὶ παρῇς | Hoc eſt quod Maxim. Tyr. *ſerm. 25. ad l. 4. § 40.* διὰ τίνα τῶν ὄντων χαιρητέον. Vide *l. 2. § 3.* & *l. 6. § 14.* Ariſtot. *de gener. & corrupt. l. 1. c. 3.* Εἰ δὲ ἀεὶ τὸ πᾶν ὂν οὐκ ἐνδέχεται, διὰ τί πᾶσι τοῖς ἐνοῦσι πάθεσι καὶ ἕξεσιν ἐστὶ τὸ πᾶν; διὰ τὸ τοῦτο τοῦτο φθείρεσθαι ἄλλο δὲ γίγνεσθαι, καὶ τοῦτο τοῦτο γίγνεσθαι ἄλλο δὲ φθείρεσθαι, ἀναγκαῖον ἀεὶ τὴν μεταβολὴν. Γίγνεσθαι δὲ ἡδέως διὰ τὸ ἀγαθοῦ, καὶ σωτηρίαν ἀπαθανατίζειν βίλτιον. Clem. *ſtrom. l. 4.* & Philo *de mund. immort.*

Μάτιον

Μένει γὰρ εἰσαεὶ φθειρομένῳ τῷ ἐν ὕδατι, περίττιον ὡς ἀληθῶς καὶ θεῖον ὕφος.

§ 26. Τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἀπολαῦσαι | Vide *l.* 6. § 27. & *l.* 8. § 14. & *l.* 10. § 30. Epictet. *enchir. c.* 41. Ὅταν τις κακῶς ποιῇ, ἢ κακῶς τι λέγῃ, αἰσθοῦ ὅτι κἀκείνου αὐτῷ οἰόμενος ποιεῖ ἢ λέγει· οὐκ οἷόν τε οὖν ἐν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὅστε εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐαυτὸν βλάπτεται, ὃν κακῶς ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπαραληφθὲν ἂν τῇ ἀπολήψει οὐδαμῶς, τὸ τὸ συμπαραληφθὲν βλαπτει, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων ἐν ὁρμῇ ἁπλῶς ἔχειν πρὸς τὸν λοιδορεῖσθαι ὀπτέον καὶ ἐκεῖνον, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ

Ἐλλείπουσι | At hoc dogma Stoicum non admittit. Vide *ad l.* 2. § 13. Epictetus tamen etiam *l.* 1. *c.* 18. Χαλεπαίνειν δεῖ αὐτοῖς, ἢ ἐλεεῖν αὐτούς; & mox: ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον.

Δεῖ ἂν συγγνώσεως | Tu, inquit, aut eôdem, aut pari morbo laboras: igitur ignoscere debes germina peccanti. Flaccus *l.* 2. *sat.* 3.

O major, tandem parcas, insane, minori.

Et Senec. *Agam.*

Det ille veniam facilè, cui venid est opus.

Siquidem ut Flaccus *l.* 1. *sat.* 3.

——— *æquum est*
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.

Itaque quod Guigo *meditat. c.* 15. *Non fit exactor vindictæ, qui petitor est veniæ.* Verùm ignoscere istud Stoæ adversatur. Vide *ad l.* 1. § 15. Vide & *lib.* 11. § 18. & *ad hb.* 5. § 22. Demonactem.

Εἰ δὲ μηδέν | Dilemmate probat non irascendum peccanti. aut in eodem, inquit, errore versaris, & erranti ignoscas æquum est, nisi te ipse prædamnare volueris: aut saniori uteris judicio, & propitius esse debes illi, qui falsi specie, recti ignarus abripitur. Vide *ad l.* 2. § 1.

§ 27. Μὴ τὰ ἀπόντα ἐννοεῖν, ὡς ἤδη ὄντα | τὰ ἀπόντα, M. Casaub. *futura*; ut eôdem referatur, quò illud *suprà* § 7. Τὰ μέλλοντα μὴ παρωνεῖτο. Melius Xyl. *ea quæ absunt*, sive *quæ desunt tibi.* Hoc est enim quod vult Marcus, ut non tam quæ nobis desunt, animis nostris obversentur, quò illorum cogitatione ad sortis præsentis displicentiam aliquam impellamur, quam de eis quæ adsunt, seriò cogiremus, quò in statu præsenti nostro acquiescamus libentius. Hinc reprehensio illa Euripidea in *Hippolyt.*

Οὐ σ' ἐξέσχεν τὸ παρὸν
Τὸ δ' ἀπὸν φίλτερον ἡγῇ.

Et Auson. *idyll.* 15.

Spernimus in commune omnes præsentia. ——

Manil. *l.* 4.

Nec quod habet, numerat; tantum quod non habet, optat.

Liban. *orat.* 31. de avaris. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τὰ παρόντα εἶναι. τὸ δ' ἀπὸν, ὅτι μὴ πλέονος, ὀδυνᾷ. Democritus itidem apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 4. Ἀνθρώπους τὰ ἀπιθανότατα ὀρέγεσθαι· τὸ γὰρ παρὸν τῆς ἀκριβεστέρης ἐπιθυμίης ἀμαλδύνειν. qui & contrà *ib. c.* 17. Εὐφραίνων, ὃ μὴ λυπεῖ μᾶλλον· ἐφ' οἷσιν ἂν ἔχῃ, ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷσιν ἔχει. quod Epicteto tribuit Maxim. *collection. c.* 28. Senec. *epist.* 74. *Quæris quare virtus nullo egeat? præsentibus gaudet; non concupiscit absentia.* Optimè Philemon apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 16. & Maxim. *c.* 22.

Ἐὰν οἷς ἔχομεν, τούτοις μηδὲ χαίρωμεν,
Ἃ δ' οὐκ ἔχομεν, ζητῶμεν, ἂν ὦμεν δικαίως,
Ὧν ἡμῖν δ' ἑαυτοὺς ἐσόμεθ' ἐστερημένοι.

Si quæ bonorum habemus, his non utimur,
Quæ non habemus, quærimus; his carebimus,
Nobismet ipsi dum non, eis, dum fors negat.

Plut. *de tranquill.* Μανικὸν γὰρ ὄντι τοῖς ἀπολωλυῖαις ἀγαθοῖς, μὴ χαίρειν ἢ τοῖς παρ' ἐλπίδας· ἀλλ' ὅσπερ τὰ μικρὰ παιδάρια, ὑπὸ πολλῶν παιζόντων ἐν τῇ ἀγορᾷ τι, ἢ τὰ λοιπὰ πάντα σφόδρα κλαίει καὶ βοᾷ· τὸν αὐτὸν τρόπον δεῖ ἐν ὀχλοδίαις ὑπὸ τῆς τύχης, καὶ πάλαι πάντα ποιεῖν ἀνέσπα ἑαυτῆς, ἀθυμοῦντας καὶ δυσφορεῖν τας. καὶ τί φήσομεν τὸν [ὃν] ἔχομεν; τί δ' οὐκ ἔχομεν; delenda enim negativa prior. Subjungit idem Arcesilai dictum. Οἱ πολλοὶ, inquit, ποιήματα μὲν ἀληθείας καὶ γεγραφὰς καὶ ἀνδριάντας οἴονται δεῖν ἀκεκόσθαι καὶ κεῖσθαι ἔργον ἀθανατοῦντα τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ὕλῃ διαφέρειν τὸν δ' αὐτῆς βίον ἔχοντα πολλὰς ἐκ ἀτυχίας ἀναπεφυκυίας ἐᾶσαν, ἔξω βλέποντες ἀεὶ, καὶ θαυμάζοντες ἀλλοτρίας δόξας καὶ πλάτας, ἅσπερ μοιχοὶ τὰς ἑτέρων γυναῖκας, αὐτῆς δ' καὶ ἰδίων κεκαφυκότες.

Πῶς ἂν ἐπιζητοῖτο, εἰ μὴ παρῇ | Plut. ibid. Καὶ τοι καὶ τοῦτο μέγα πρὸς εὐθυμίαν δεῖ, τὸ μάλιστα μὲν αὐτὸν ὁπόσοις πάθεσιν, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν εὐθυμήσωμεν· εἰ δὲ τύπτοις μᾶλλον παρῇσαν, ἂν μὴ παρόντων αὐτῶν φαίλαιμεν καμεθυμοῦμεν· ἀναμιμνήσκοντες αὐτοὺ πολλάκις, ὡς πρόσκαιρον ἔδει ὑγείαν νοσοῦσι, καὶ πολεμικοῖς ἀγῶσι· &c. καὶ τὸ σίγαλος γενομένων, ὡς ἀνιαρόν. ἃ δὲ τότε χάριεν μέγα καὶ τίμιον ἦμιν ὄντα ἀπόλωλεν, σωζομένων ἡμῶν, τὸ μηδὲν ὄφελος· ἀλλὰ δὲ ἄξιον τὸ μὴ ἔχειν ἀποσίδηρον· ἃ δὲ δεῖ κλάειν μὴ ὡς μεγάλα, καὶ χρήσιμα δεῖ λαβόντας, ὡς ἀφ' μεγάλων, μὴ στερηθῶμεν ἔχοντες ἢ παρόντ' καὶ κεκαφυκέναι, ὡς μαλιστ' ἄξιον ἀλλὰ χρῆσθαι μάλιστα δεῖ τῷ χαίρειν καὶ ἀπολαύειν αὐτοῖς, ἵνα καὶ τὰς ἀποβολὰς, ἂν συμπέσωσιν, ἧσσον φέρωμεν. Idem *ad uxor. consol.* Καὶ δοκοῦν ὄφελος ἑτέρως μὴ ἥδιον ἂν ἐλθεῖν τῶν σῶν τέκνων, καὶ τότε φερόντων, ἐφ' οἷς νῦν ἀγανακτοῦμεν· οὐ γὰρ ἐξαλεῖν καὶ δυσφορεῖν παρέσται, καὶ μηδ' ἂν αὖτις τὸ δάκνον αἰδάπερθαι πάλιν ἔχει τὰ σωζόμενα χάριτας ἡμῖν· ἀλλ' ὅσπερ οἱ τοῦ ἀκηράτους καὶ μυρίους Ὁμήρου στίχους ἐκλέγοντες, τὰ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα τῆς ποιήσεως ὑπερβαίνοντες, ὕπου ἔξαπενεῦον

κειῶν ἢ συνοφαλῶν τὸ βίω τὸ φαῦλα, τοῖς ἢ χρησοῖς ἀνδράσι ἢ συγκεχυμένως διαλλάττειν, δυσεύρετον τοῖς ἀναλλάκτοις ἢ φιλαργύροις πάσχειν, οἱ πολλὰ συμφέροντα ὑ χρῶνται παρῶσι, ἀλλὰ δρυπῶσι ἢ δυσφορῶσιν ἀπολαμβάνων. Et mox: Οὐ γὰρ δὴ ταῦτα μεγάλα μὲν τοῖς σφοδρῶς ἀγαπᾶ, μικρὰ ἢ τοῖς ἔχουσι.

Μὴ διὰ τὸ ἔπος ἀσμενίζειν | Διὰ τὸ, Annot. Lugd. sed utrumvis consistet probé. ut διὰ, vel *per*, vel *propter* hîc significet; *dum istis libenter acquiescis*, sive, *istis delectando, & acquiescendo*; vel *eò quòd istis delectaris & acquiescis*. ego illud malim, ob ἡδονήν. Hesych. Ἀσμενίζει, χαίρει, ἀγαλλᾶται. Ἀσμενῶς, μὲ χαρᾶς, ἡδέως, εὐκλείως, εὐθύμως, ἐκουσίως. Vide *ad l.* 5. § 9.

Ἐκπεμᾶν αὐτὰ | Flaccus *lib.* 1. *epist.* 10.

Quem res plùs nimio delectavere secundæ,
Mutatæ quatient. Si quid mirabere, pones
Invitus—Marci mentem expressit optimè.

Ὥστε ἐάν ποτε μὴ παρῇ, παρεσκευάσθαι | Ità consideranda nobis commoda ea, quæ ex præsentibus rebus decerpimus, nè tamen ergà has eo animo afficiamur, ut ex amissione earum perturbemur. Plut. *de tranquill.* Ὦ, ἢ δίδωσι θεὸς τινὶ πλοῦτον ἀδιαφθόρως ἢ ἀβλαβῶς ἐκφῦναι ὁ λογισμός,

Ἡδὺ μὲν, ἂν τι φέρῃς, ὀλίγον δ' ἄχος· ἢν δὲ ἀπολέσῃς, τῶνδ' ἄνδρα ποιεῖ χρῆσθ' τοῖς παροῦσι τὸ δυσκόλαινον, ἢ μὴ λυπὸς αὐτῷ τινὰ ἀποκολοῦ, ὡς ἀφόρητον. Sen. *de vit. beat. c.* 20. *Ego divitias & præsentes & absentes æquè contemnam: nec si alicubi jacent, tristior; nec si circa me fulgebunt, animosior, fortunam nec venientem sentiam, nec recedentem.* Flaccus *carm. l.* 3. *ode* 29. de Fortunâ;

Laudo manentem; si celeres quatit
Pennas, resigno quæ dedit: & meâ
Virtute me involvo; probámque
Pauperiem sine dote quæro.

§ 28. Εἰς αὐτὸν συμπᾶ | Ità *lib.* 8. § 41. & 48. & *l.* 11. § 12. & *l.* 12. § 3. Τὸ ἡγεμονικὸν εἰς ἑαυτὸ συσταλῆν, σφαῖρος κυκλοτερὴς ἢ αὐτοστᾶς γένεται. Quod Plato *in Phædon.* Τὸν ψυχὸν αὐτὸν εἰς αὐτὸν ξυλλέγεσθαι ἢ ἀθροίζεσθαι. & rursus, συναθροίσασθαι αὐτὴ εἰς αὐτόν. & de Sarapione Damascius (opinor) apud Suidam: Συνάγων ἑαυτὸν ἀεὶ ἢ συναιρῶν, ὡς εἶδόν τι περὶ τὸ ἄνω ἢ τὸ ἀμφίεσμον. Verùm Marcus cùm συμπᾶν dixit, *Erinacei* sive *Echini* imaginem in animo habuisse videtur,

Ὃς εἶτ' ἐν ἄλλων θηρίων ἀγελῇ μάθῃ,
Στερῖφιον ἀμφ' ἑαυτὸν εἰλίξαι λίμας,
Κέντρα δακεῖν τε ἢ θηγεῖν ἀμήχανον.
Qui simul ab aliis imperii se scit feris,
Denso sub orbe sentium corpus tegens,
Morsúque ab omni tutus ac telis jacet.

hoc est quod Marcus, *l.* 8. § 45. ἀκεντρόμαχητον γένεται. neque enim Grotio accedere possum, qui postrema illa vertit,

Mordere & ultro tangere ignavus, jacet.

meliùs Campens. si metri rationem habuisset;

Sic jacet ut nec attingi nec morderi queat. Et Erasm.

Tutus jacet morsúque tactúque omnium.

Versus Ionis sunt Tragici in *Phœnice*; quos exhibent Plut. *in collat. terrestr. & aquat.* Athen. *dipnos. l.* 3. Schol. *ad Aristoph. equit.* & Zenobius in *proverb.* Ælian. *hist. animal. l.* 6. *c.* 54. Μέλλων ἀλίσκεσθαι ἑαυτὸν συμπλέκει, ἀκανθῶν ἐφάπτεται. Oppian. item ἁλιευτ. *l.* 1. *v.* 363.

Φρικώδεϊ πυκνῶσιν ὑπὸ σκολόπεσσιν ἀκωκῆς
Εἱλεῖται σοφίῃσιν, ὑφ' ἱρικὶ γῦια φυλάσσων.
Ἔνδοθεν ἐρύζων. —

Ità Plin. *l.* 8. *c.* 37. *Ubi sensere venantem, contracto ore, pedibus, ac parte omni inferiore, quâ rarum & innocuam habent lanuginem, convolvuntur in formam pilæ, nè quid comprehendi possit præter aculeos.* Et Ambros. *hexamer. l.* 6. *c.* 4. *Echinus iste terrenus, quem vulgò hericium vocant, si quid insidiarum præsenserit, spinis suis clauditur, atque in sua se arma colligit, ut quicunque eum contingendum putaverit, vulneretur.* Indè natum proverbium,

Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

Ars varia vulpi est, una echino maxima. Erasm. Facere huc videtur & Horatii illud *suprà* laudatum,

Meâ virtute me involvo.

Ἑαυτὸ ἀρκεῖδαι δυσωπεχρῆσι | Vide *lib.* 5. § 14. & *l.* 8. § 7. Sen. *ep.* 74. *Una hæc via est ad tuta vadenti, & externa despicere, & honesto contentum esse.* Idem *ep.* 76. *Illud est quod imperites in vexatione corporis malè habet; non assueverunt animo esse contenti.*

§ 29. Ἐξάλειφον τὸ φαντασίαν | *Expunge, dele phantasiam*, sive *imaginationem*: non omnem tamen, sed falsam & fallacem. Vide *l.* 6. § 13. & *suprà* § 2. & 17. & *l.* 8. § 29. & *l.* 9. § 7.

Σπῶν τὸ ὑπερφυσίαν | Vide *l.* 2. § 2.

Περίγραφον τὸ ἐνιστὸς | Vide *l.* 6. § 2. & *l.* 8. § 31.

Δίαιτα | Vide *l.* 4. § 21.

Ἐνθύμιον τὸ ἐφ' ἑαυτῷ θέμενον | Vide *ad lib.* 2. § 5. & *l.* 3. § 12. Basil. Cæsar. *orat.* 13. *de bapt.* Παρεσκευασμένος ἢ τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ θάνατον τῷ βίῳ, ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων τὸ τελευτῶν. Senec. *ep.* 12. *Mors tam juveni ante oculos debet esse, quàm seni.* Epictetus *enchirid. cap.* 22. Θάνατος ἢ φυγὴ, ἢ πόνος τὰ δεινὰ φαινόμενα μὴ ὀφθαλμοῦ ἔχου σοι κρεῖττονα· μᾶλλον ἢ πάντων ὁ θάνατος ἢ ὐδὲν ὑπόπτου φαινόμενον ἐνθυμοῦ, ὅτι ἀεὶ ὀπτῶν τοῦτο. Musonius apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. Οὐκ ἔστι τὸν ὀνησιφόρον ἡμέρων κρῖναι βιῶναι, μὴ μεμνημένον αὐτὸν ὡς ἐφάπτου βιῶναι. Lactant. *institut. l.* 6. *c.* 24. ex Ciceronis *Verrin.* 4. *Semper ità vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur; putemúsque nos mementis omnibus, non in aliquo orbis terræ theatro ab hominibus, sed desuper spectari ab eo, qui-*

qui & judex & testis idem futurus est. Idem autem, ut Joan. Chrysost. *tom. 2. orat. 67.* Διὰ τοῦτο ἄδηλον ἐποίησε τὴν τελευτὴν, ἵνα εὐάλυπτον ποιησώμεθα τὴν καθ' ἡμέραν τῆς τοῦ σώματος. hoc est; ut Aug. *homil. 13. Ultimum diem latere voluit, ut omnes observarentur.* Et quod Gregor. Rom. *in Job. l. 12. c. . Dies ultimus salubriter ignoratur, ut semper proximus esse credatur. Quomodo enim de die in diem differendo pecces, cùm extremum diem, an iste sit, nescias?* Aug. *epist. 145.* Senec. *ep. 61. Id ago, ut mihi instar totius vitæ sit dies. non tanquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tanquam esse vel ultimus possit.* Idémque *epist. 114. Quicquid facies, respice ad mortem. Nulla res magis proderit, quàm cogitatio mortalitatis.* Idem *de ira l. 3. c. 42. & ep. 12. Sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, & consummet atque expleat vitam. Qui omnes dies, tanquam ultimum ordinat; nec optat crastinum, nec timet.* Idem *de brev. vit. c. 7.* Horat. *l. 1. epist. 4.*

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Martin. Dunienſ. in ethic. *Dies omnis pro ultimo habeatur.* Et Hieron. *in Matth. c. 24. Sic quotidie vivamus, quasi die illâ judicandi simus.*

Τὸ ἁμάρτημα ἀφρᾶσθαι | Quod ab altero peccatum est, illi dimitte, cujus est, & ad quem pertinet. Idem *l. 9. § 20, 38. Sua vitia quisque fugiat: nam aliena non nocebunt.* Guigo *meditat. c. 2. § 7.*

§ 30. Συμπαρεκτείνειν | Vide *suprà* § 4. & *l. 6.* § 3, 53.

§ 31. Φαίδρυνον | Vide *lib. 3. § 5.* & *lib. 4.* § 26.

Φίλωνον | Vide *suprà* § 22. & *l. 3. § 9.*

Ἀκολούθησον Διῒ | Senec. *de vit. beat. c. 15. Sapiens semper habebit in animo illud vetus præceptum, Deum sequere.* Vetustissimum sanè. Etenim Mosi tribuit Philo *de migrat. Abr.* Τέλος ἦν δὲ καὶ τὸν ἱεροφάντην Μωσῆν, τὸ ἕπεσθαι θεῷ. Cæterùm alii aliis tribuunt. Pythagoræ Boëthius *consol. l. 1. c. 4. Instilla hæc auribus cogitationibusque meis Pythagoricum illud,* Ἕπου θεῷ. Homero etiam Stobæus *eclog. tom. 1. l. 2. tit. 3.* Ὅσσ' ἀνίζεσθαι μὴ ἐπόμενον ἐπόντα,

——— πρὶν ἴχνια βαῖνε θεοῖο.

ab eo Pythagoram sumpsisse. Alicui è septem sapientibus Cicero *de fin. l. 4. Quæque sunt vetera præcepta sapientum, Deum sequi; se nôsse,* &c. & Sosiades apud Stob. *tom. 2. tit. 3.* Zenoni Epictetus apud Arrian. *dissert. l. 1. c. 20.* Τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι θεοῖς. Vide *l. 10. § 11.* & *l. 12. § 27, 31.*

Πάντα νομίζει | Hoc est, quod Manil. *l. 4.*

——— *certâ fluunt omnia lege.*

Naſo *Metam. l. 3.* ——— *fatali lege geruntur.*

Hemiſtichium videtur poetæ cujuſpiam: ideo præmiſit, ἑαυτῷ μὲν φησι. autor nimirum ille, quiſquis fuerit. ut *l. 4. § 18.* quanquam Xyl. de Deo accipit, quaſi is hoc dicat. illud malim cum M. Caſ. Manil. idem *l. 1.*

Sed nihil in toto magis est mirabile mole,
Quàm ratio, & certis quòd legibus omnia parent.

Pindar. *Nem. od. 5.*

——— πάντας ἁ κείνου
Συνέσις ἔργων πρέπει Πάντων. ———

Senec. *de provid. c. 5. Scito omnia certâ & in æternum dictâ lege decurrere. non, ut putamus, incidunt cuncta, sed veniunt.* (quod in *Herc. fur. 2.*

Certo veniunt ordine Parcæ)

olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas. & *epist. 96. Determinatur ista, non accidunt.* Idem *epist. 76. Virum bonum concedas necesse est, summæ pietatis ergà deos esse. itaque quicquid illi acciderit; æquo animo sustinebit. sciet enim id accidisse lege divinâ, quâ universa procedunt.* Et in *quæst. nat. l. 3. præfat. Quid est præcipuum? posse lato animo adversa tolerare; quicquid acciderit, sic ferre, quasi tibi volueris accidere. debuisses enim velle, si scisses omnia ex decreto Dei fieri.* Et *epist. 71. Magnus animus Deo paretur, & quicquid lex universi jubet, sine cunctatione patiatur.* Vide *ad l. 10. § 5.*

Εἰ οὖν δίδυμα τὰ στοιχεῖα | Locus corruptus; nec qui certò absque codicum ope restitui possit. Xyl. Εἰ οὖν δεδώκασι τὰ στοιχεῖα. *quid si divina sunt etiam elementa.* Caſ. Τί δὲ εἰ μόνα τὰ στοιχεῖα; *quid verò si elementa sola feruntur lege?* Boot. Εἰ [μᾶλλον] οἱ δίδυμα τὰ ς. *multò etiam magis, si permanent elementa.* Lectoris esto arbitrium, vel eligendi si quod ex istis libuerit, vel proferendi, si quid potuerit istis probabilius certiúsve eruere.

Ἡ ὀλίγα ὀλίγα | Xyl. ἢ δὴ λίαν, sed ſupplet ſimul quod deeſſe videbatur, aut admodum pauca [ſecus] D. Boot. εἰ μὴ λίαν ὀλίγα. atque ea proculdubio Marci mens; *pauca admodum fortunæ relinqui.* De viro certè ſapiente Epicurus ipſe in *ſelect. ſentent.* apud Laert. *l. 10.* & Stob. *tom. 1. l. 2. tit. 7.* Βεβαίως σοφῷ πάνυ παρεμπίπτει. τὰ μὲν μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διοικεῖ, καὶ καθ' ὅλον τὸν σωτῆρος χρόνον διοικεῖ καὶ διοικήσει. hoc eſt, ut Senec. *de conſtant. c. 15. Raro ſapienti intervenit fortuna. Vis tu,* inquit, *fortius loqui, & illam ex toto submovere?* ut Cicer. *de fin. l. 2. Exiguam fortunam intervenire ſapienti: maximáſque ab eo & gravisſimas res conſilio ipſius & ratione adminiſtrari.* ut Vitruv. *præfat. l. 6. Pauca ſapientibus fortunam tributre. quæ autem maxima & neceſſaria ſunt, animi mentiſque cogitationibus gubernari.* Itaque Ariſtot. in *ethic. magn. l. 2. c. 8.* Οὐ πλοῦτος τοῦ ἠθικοῦ, οὐδὲ ταῦτα ἐλαχίστη πόλις ἢ ἡ ἐλαχίστη πόλις, οὐδὲ ταῦτα πλήθους τοῦ. De Deo ac providentia divina multò magis hoc ſentire pium eſt, nihil eſſe quod ſit lege divinâ exemptum. Eximunt tamen, ut paucula, ſed dubitanter, hîc Marcus, ità parvula & exigua non pauci. Balbus ex Stoicorum ſententia apud Cicer. *de nat. Deor. lib. 2. Magna dii curant, parva negligunt.* Euripid. apud Plut. *de leg. poet. c. 7.*

Ζεὺς

Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φροντίζει βραχύ·
Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.
Námque id genus res Jupiter mortalium
Curat, minora cæteris linquit Deis. Grot.

Idémque ;——πᾶν ἄγαν μὲν ἄπιστον
Θεὸς· τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀνεὶς ἐᾷ.
——*res enim ſummas Deus*
Tractat : minores ire, quà fors fert, ſinit. Grot.

Laudat idem Plut. in *præcept. polit.* & in *lib. de iracund. coerc.* ſubjungens tamen, Ἐγὼ δ' ἐν τῇ τύχῃ μέν ἐστιν ὅσα δεῖν διηρέθην, οὐδὲ παροράω τὸν γνώμονα· πιστεύειν δ' ἐγὼ χρῆσθαι, τὰ μὲν γυναικί, τὰ δ' οἰκέταις, τὰ δ' φίλοις, &c. ut Jupiter ſcil. Euripideus minora quædam diis minorum gentium. Stoicos interim notat in *ſenec polit.* quòd Jovem depingant, Εἰς πάντα παρεγγέγραπται καὶ πᾶσι κέκραμται καὶ ἑαυτόν. & *de commun. notit. c.* 17. quòd eidem tribuant, ἀνόητόν τινα περίνοιαν καὶ κενόπονον ὀπτικάλμην. quod non intelligere ſe profitetur, quî poſſit cùm Dei vel majeſtate vel beatitate conſiſtere : ignarus interim ipſe immenſæ vel potentiæ vel prudentiæ divinæ. Chryſippus certè providentiæ numinis nihil prorſus quicquam ſubtrahit. Apud Plut. *ibid. c.* 30. ex *de natur. l.* 1. Οὐδὲ τελάχιστον ὅτι τοῦ μεταξὺ ἔχειν ἄλλως, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸν Διὸς βούλησιν· ἀλλὰ πᾶν μὲν ἔμψυχον ὅπως ἔχοιεν καὶ ὅπως κινοῖντο πρὸς ἀνθρώπου ἄγει, καὶ ἕνεκα τούτου διηρέθη, καὶ ἔχει, καὶ διαπλάσσει. Et apud eund. *de contradict. Stoic. c.* 30. Οὐδὲν γὰρ ὅτι ἄλλως τοῦ κατὰ μέρος γιγνέσθαι, ἢ κατὰ τὸν κοινὸν φύσιν, καὶ κατὰ τὸν ἐκείνης λόγον. Ὅπερ δὲ, inquit Plut. ἡ κοινὴ φύσις καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, εἱμαρμένη καὶ πρόνοια καὶ Ζεὺς ὅτιν, ἃ δὲ τοὺς Ἀντιπόδας λέληθε. παλαχῇ δὲ ταῦτα ῥηθῆναι ὑπ' αὐτῶν· καὶ τό,

——Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

ex *Iliad. δ. v.* 5. Faciunt huc quæ Dominus ipſe Chriſtus, de *paſſerculo*, de *pilo. Matth. c.* 10. *v.* 29, 30. quæ Petrus etiam Apoſtolus de Chriſti Domini ipſius cæde : apud Luc. *Act. c.* 2. *v.* 23. & *c.* 4 *v.* 28. Verùm non eſt animus iſta ulteriùs proſequi. Marcus pauca forſan excipi poſſe autumat, Chryſippus omnino nihil. Huic accedit & Epictet. *l.* 3. *c.* 24. ὅς γε δὴ καὶ τῶν μικροτάτων πηδῶν ἀμελεῖ. Addubitare tamen videtur Chryſippus *de eſſentia l.* 3. ubi de malorum origine quæſtione inſtitutâ, Πότερον, inquit, ἀμελεῖν τινῶν, καθάπερ ἐν οἰκίᾳ μείζοσι παραπίπτει τινὰ πίνακα, καὶ ποσὶ πυκνοῖς πίνει, τῶν ὅλων ἓν διηνορθωμένων ; & ſic Marcus iſtic. Vide *ad l.* 2. § 11. & *ad l.* 8. § 20.

§ 32. Εἰ σκέδασμός, ἢ ἄτομοι, ἢ κένωσις] Xyl. & Caſ. pro εἰ legunt ἢ. ut quinque membra conſtituantur ; Elementorum diſſipatio, in atomos reſolutio, annihilatio, extinctio, tranſmigratio. poteſt tamen retineri conditionalis, ut dicatur, *ſive diſſipatio, ſive reſolutio, ſive annihilatio detur, omnino unum è duobus iſtis conſequatur neceſſe eſt, ut vel extinguatur anima, vel transferatur.* ſicut *l.* 5. § 33. εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν. Conjunguntur autem σκεδασμὸς & ἄτομοι *l.* 6. § 24. diſtinguuntur *infrà* § 49. διάλυσις ἀντιμπεκτῶν ἀτόμων, & σκορπισμὸς στοιχείων. & *l.* 8. § 25. σκεδασμὸς, σβέσεις, μετάστασις. & *l.* 11. § 3. σβεσθῆναι, ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι. quod diſtributioni tamen priori favet. Quàm ambiguus autem in iſtis Marcus ; ſed & exteri plerique. vide *ad l.* 4. § 21.

Ἦτοι σβέσις, ἢ μέταστασις] Sen. *ep.* 65. *Mors quid eſt ? aut finis eſt, aut tranſitus. nec deſinere timeo ; idem eſt enim quod non cœpiſſe : nec tranſire ; quia nuſquam tam anguſtè ero.* & *epiſt.* 24. *Mors nos aut conſumit aut emittit. emiſſis meliora reſtant, onere detracto conſumptis nihil reſtat : bona pariter, malaq; ſublmota ſunt.* & *epiſt.* 72. *aut in meliorem emittitur vitam, lucidius tranquilliúſque in divina manſurus : aut certè ſine ullo futurus incommodo naturæ ſuæ reſmiſcebitur, & revertetur in notum.* & *de provid. c.* 6. *Contemnite mortem, quæ vos aut finit, aut transfert.* Apud Plut. *conſol. ad Apollon.* ex Platonis *apolog.* Socrates, παρασκευάζειν δεῖ τὸν ἀνδρα ἥτις τῷ βιοτεύσοντι ἔσται, ἢ ἀποδημία μακρᾷ καὶ πολυχρονίῳ, ἢ πρίτον φθορά τινι καὶ ἀφανισμῷ τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς· κατ' ἐξὸν δὲ τούτων κακὸν εἶ.

§ 33. Τὸ μὲν ἀφόρητον ἐξάγει· τὸ δὲ χρονίζον φορητόν] Æſchylus :

Θάρσει· πόνου γὰρ ἄκρον οὐκ ἔχει χρόνον.
Confide : tempus haud habet ſummus dolor.

Et Sophocl. *Philoct.*

Ὀξεῖα φοιτᾷ, κοὐ ταχεῖ' ἀπέρχεται,
Acerrima accedit, fugit celerrima.

Æſchyli autem illud ubi laudaverat Plut. *de leg. poet. c.* 17. ſubjungit, Τοῦτό ὅτι τὸ παρ' Ἐπικύρῳ θρυλλούμενον ἀεὶ καὶ θαυμαζόμενον, ὡς οἱ μεγάλοι πόνοι σωτόμως ἐξάγουσιν, οἱ δὲ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. ὧν τὸ μὲν εἴρηκεν Αἰσχύλος ἐναργῶς, τὸ δὲ τῷ εἰρημένῳ παρακολουθόν ὅτιν. εἰ γὰρ ὁ μέγας καὶ σωτήριον ὁ παραμένει πόνος, οὐκ ἔστι μέγας ὁ παραμένων, ἀλλὰ δυσκαρτέρητος. Epicurus in κυρίαις δόξαις, apud Laërt. *l.* 10. ὁ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν σωματικῶς ἐν τῇ σαρκὶ· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τὴν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστιν· αἱ δὲ πολυχρόνιοι τῆς ἀρρωστίας παρουσίαι ἐν τῇ σαρκὶ, πολὺ ὑπερβάλλον τὸ ἡδόμενον ἐν τῇ σαρκὶ. Et rurſus : Οἱ μεγάλοι πόνοι σωτόμως ἐξάγουσιν· οἱ δὲ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. quod idem & ex Epicuro Plut. *de leg. poet. c.* 17. Cicer. *de fin. l.* 1. § 40. *Dolor in longinquitate levis, ingravitate brevis ſolet eſſe ; ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleviatio conſoletur.* Et *l.* 2. § 22. *Jam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam è narthecio promant ; ſi gravis, brevis ; ſi longus, levis.* & rurſus, § 93. *Maximus dolor brevis eſt. ſummus dolor plures dies manere non poteſt.* Verùm

is cùm Epicuri ratiocinationem illam ridet exagitatque *ibidem*, tum & Epicurum nos eâ derisui habere contendit, *Tuscul. l.* 2. § 44, 45. Tertullian. *apolog. c.* 45. *Sic & Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat, modicum quidem contemptibilem pronunciando, magnum vero non diuturnum.* Sext. Empir. *adv. ethic. c.* 5. Πόν⊖ ὁ μὴ ἀκρότατ⊖, ἢ εἰ τὰ μάλιστα παρηλικιώτ⊖, ἀλλά τί γε τοῖς ἀκρωτῆσι, ἀσφαῖς τερπνὸν, δεινοπαθὲς, ἢ ἀναιρῆ πᾶν. ὁ δ' μὴ⊖ ἢ παρ⟨ένων, ἔτι παρ' ὅλον ὃν τὸν βίον, ἢ σωτηρίᾳ τῷ φύσιν, ἀλλὰ πολλὰς διαπαύσεις ἔχον ἢ ῥᾳστώνας. διηνεκὴς γὰρ ὤν, οὐκ ἂν παρέτεινε. μέτρι⊖ ἔν ὅτι. Senec. *ep.* 22. *Dolor levis est, si ferre possum; brevis est, si ferre non possum.* & *ep.* 78. *Summi doloris intensio invenit finem. nemo potest valde dolere, & diu. Sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem aut brevem faceret.* Et mox: *Utrum vis? longum esse morbum, an concitatum & brevem? Si longus est, habet intercapedinem, dat refectioni locum: multum temporis donat: necesse est ut exurgat & desinat. brevis morbus ac præceps alterutrum faciet; aut extinguetur, aut extinguet. quid autem interest, non sit, an non sim? in utroque finis dolendi est. hoc itaque solatium vasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris.* & *ep.* 30. *nullum dolorem longum esse, qui magnus est.* & *ep.* 94. *Optimam esse doloris naturam, quod non potest, nisi qui extenditur, magnus esse; nec qui est magnus, extendi.* Idem *de provident. c.* 6. *Contemnite dolorem: aut solvetur, aut solvet.* At festivè Morus noster dilemma tam Marci quàm Epicuri eludit; qui cùm ex Epicuri mente ceciniſſet;

Dejiciat miseram tibi nulla molestia mentem;
Si longa est, levis est: si gravis est, brevis est.

subjungit ſtatim tanquam ex ſua;

Dejicit heu miseram, prosternit & utraque mentem:
Longa nec ulla, levis: nec gravis ulla, brevis.

Vide *ad l.* 8. § 58.

Καὶ ἀπάλειψιν διατηρῆ] leg. ὑπόλειψιν. mens, inquit, nihil mali ſubeſſe opinetur, & tranquillitas inter cruciatus etiam acerbiſſimos conſtabit; cùm mens interim nihilo deteriùs ſe habeat. Vide *l.* 5. § 2. & *l.* 6. § 52. & *ſuprà* § 2. & 14. & *l.* 4. § 7. & *infrà* § 64.

§ 34. Ὡς αἱ ψῆφοι] Elegans ſimilitudo, ab arenis, vel Libycis, vel maritimis, mutuata, quarum acervi cumulique, ſive ventorum ſive fluctuum vehementiâ ac violentiâ adacti, alii aliis ſuperveniendo, illos iſti adoperiunt, obruúntque. non abſimilis tranſlatio, *l.* 9. § 28. in voce ἐπικυματώσεις. nam & hanc de arenis illis uſurpavit Plutarch. in Alex. οἱ λέοντες ἐν ἄμμῳ βαθείᾳ καὶ ἀχανεῖ περιδινώμενοι ἐπιπόσει νότ⊖· ὥς τε καὶ πάλαι λέγεται περὶ τὸν Κυμβύσου τρόπον, ἀναστήσας ἵνα μεγάλων, καὶ κυματώσας τὸ πέδιον, μυειάδας ἀνθρώπων πέντε καταχῶσαι καὶ διαφθεῖραι. historiam habes Herodot. *l.* 3.

§ 35. Πολιτικόν] ex *Politic. l.* 6. codicum diſcrepantiam habes ad marginem adnotatum.

§ 36. Ἀντισθενικόν] Ex Epicteti *diſſert.* apud Arrianum *l.* 4. *c.* 6. qui ut Cyro dictum ab Antiſthene perhibet. Verùm utri Cyro dictum? majori? at hunc omnino non attigit. minori? nec hunc forſan unquam vidit. neutri, credo. ſumptum exiſtimo ex altero *librorum* an *orationum* Antiſthenis, quibus *Cyri* nomen præfixit, in quo Cyro dicentem hoc aliquem induxerat. utriuſque & Laërt. *l.* 6. *c.* 1. Et Athen. *l.* 5. meminêre. Refert & Laërt. ut Antiſthenis dictum, Βασιλικὸν, καλῶς ποιῆσαι, κακῶς ἀκοῦσαι. Verùm Alexandro Maced. tribuit Plut. in *apophth.* Βασιλικόν ὅτιν, ἓν ποιῆσαι, κακῶς ἀκοῦσαι. Uſurpavit & Dio Pruſ. *orat.* 47.

§ 37. Αἰσχὸν] turpe menti, cùm vultum componat, ſeſe ipſam non componere.

§ 38. Τοῖς πρήγμασιν] Euripidis ſunt ex *Bellerophonte*; ut docet Stob. *tom.* 2. *tit.* 108. integros exhibent cùm Stobæus ipſe, tum & Plut. *de tranq.* & *de Homer.*

Τοῖς πρήγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθ χρεών·
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' ὁ τυγχάνων,
Τὰ πρήγματ' ὀρθοῖ ἂν πόλῃ, πράσσει καλῶς.

Subjungit idem *de tranq.* ex Plat. *politic. l.* 10. Κυβείᾳ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπείκασεν, ἐν ᾧ δεῖ τὰ σφαλερὰ καὶ βαλόντα, χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι. τούτων δὲ τὸ μὲν βαλεῖν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ σφαλερῶς χρῆσθαι τὰ γινόμενα περὶ τὴν τύχην, καὶ νέμειν ἑκάστῳ τόπον, ἐν ᾧ καὶ τὸ οἰκεῖον ὠφελήσει μάλιστα, καὶ τὸ ἀβλαπτον ἥκιστα. λυπήσει τοῦ ὀπτυχόντος, ἡμέτερον ἔργον ὄντιν, ἂν ἓν φρονῶμεν. Idémque *ad Apollon.* Πάνυ καλῶς ὁ Πλάτων ἔοικε παραινεῖν, ἐν ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ ὅπως ὀφ πλώσει κύβων πρὸς τὰ παρόντα τίθεσθαι τὰ ἑαυτῶ πράγματα, ὅπῃ ὁ λόγος ἐρεῖ βέλτιστ' ἔχειν. Socrates apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 103. Πιστεύειν δὲ ἔοικεν ὁ βί⊖ καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφον πᾶσι πᾶσθαι τὸ συμβαῖνον. ὁ γὰρ ὄντιν ἀναθὲν βαλεῖν, οὐδὲ ἀναθεῖσθαι τῶ ψῆφον. Epictet. *diſſert. l.* 2. *c.* 5. Αἱ ὕλαι ἀδιάφοροί· ἡ δὲ χρῆσις αὐτῶν οὐκ ἀδιάφορος. πῶς οὖν πάρεστι μοι ἄμα τὸ εὐσταθὲς καὶ ἀτάραχον, ἅμα δὲ τὸ ἐπιμελὲς καὶ μὴ οἰκεῖον, μηδ' ὑποστυρίζον; αἱ ψῆφοι ἀδιάφοροι, ὁ κύβος ἀδιάφορος. πόθεν οἶδα τί μέλλει πίπτειν; τῷ πρόσεισι δ' ἐπιμελῶς καὶ τεχνικῶς χρῆσθαι, τοῦτο ἤδη ἐμὸν ἔργον ὄντιν· ὅταν καὶ ὅπῃ τὸ βίω. Terent. *Adelph. act.* 4. *ſc.* 7.

Ita vita est hominum, quasi cùm ludas tesseris:
Si illud quod est maximè opus, jactu non cadit,
Illud quod cecidit fortè, id arte ut corrigas.

Atque hoc eſt, σοφὸν κυβευτικὸν imitari ſaltem; ut Sophocles apud Stobæum, *ad l.* 6. § 44. laudatus.

Πρήγμα-

Περίμασιν γὰρ ἀεὶ θυμοῦς] Dio Pruſ. *orat.* 74. Οἱ περιπλαίοντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἢ νὴ Δία ἐμπεσόντες εἰς πλοῖον ἢ ὄχημα τελέως γὰρ ἂν ἦσαν ἀπόπληκτοι. Δῖον αὐτοὺς αἰπάλως διὰ τὸ μὴ περισχεῖν. Verùm iram nonnullorum nihil quicquam ſubterfugit. Itaque Plut. *de iraſc.* Θυμῷ δ' ἄδικον ἔδην, ἢ δ' ἀνεπιχείρητον· ἀλλ' ὀργιζόμεθα γὰρ πολεμίοις καὶ φίλοις, καὶ τέκνοις, καὶ γονεῦσι, καὶ θεοῖς, νὴ Δία, καὶ θείοις, καὶ ἀψύχοις σκεύεσιν. Unde Galen. *de affect. cur. c.* 5. ὅτι ὁ θυμὸς ἔδην ἀποδεῖ μανίας, ἐξ αὐτῆς ἤδη ὧν ποιοῦσιν οἱ θυμούμενοι, μαθεῖν ὅζιν. παίοντες γὰρ, καὶ λακπίζοντες, καὶ κατανίζοντες ἱμάτια, καὶ θορυβώδες ἐμβλέποντες, ἅπαντα περίστασιν, ἄχει καὶ τοῦ καὶ θύραις καὶ λίθοις καὶ κλεισὶν ὀργίζοντες, καὶ τὰ μὲν κατερείπειν, τὰ δὲ δάκνειν, τὰ δὲ λακπίζειν. Hoc autem nobis ab ipſa pueritia & infantia quodammodo inoleviſſe à nutricibus ipſis malè inſtitutis, conqueritur Epictet. *lib.* 3. *c.* 19. Νῦν δ' ἄλλως ὁδὸν ἐξ ἀρχῆς ἐλαύνομεν. ἐνοῦς ἔτι παίδων ἡμῖν ὄντων ἢ πάτδιν, ἐπότε περιπλαίσομεν χαίρουσες, ὡς ἡμῖν ἐπέπλησεν, ἀλλὰ τὸν λίθον ἔτυπε. τί γὰρ ἐποίησεν ὁ λίθος; διὰ τῶν τοῦ παιδίου σε μοῖραν ἔδει μεταδῆναι αὐτόν;

§ 39. Ἀθανάτοις τε] Cujus epici iſta ſint, nondum comperi. Videntur parentis alicujus verba, filium ad rem probè ſtrenuéque gerendam adhortantis. quibus gemina Solomonis illa *Proverb. c.* 23. *v.* 15, 16. & *c.* 27. *v.* 11.

Θεοῖς καὶ ἡμῖν] malim, Θεοῖσι καὶ ἡμῖν, metri cauſſâ.

Χέρματα δοίης] Siquidem, *Filius ſapiens parentem exhilarat.* Solom. *Proverb. c.* 10. *v.* 1. & *c.* 15. *v.* 20. Menander apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 75.

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης πατρί,
Ἢ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντ' ἰδεῖν τινα
Τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.——
Major voluptas nulla genitori datur,
Virtute quàm ſi videat ac prudentiâ
Florere quenquam de ſuo exortum ſatu. Grot.

utì contrà rex idem ſapientiſſimus; *Prov. c.* 17. *v.* 21. *Qui ſtolidum gignit, gignit merum mœrorem ſibi*: (ità malim, quàm cum Jun. *ad mœrorem.* quod exilius & jejunè magis dictum videri poſſit) *patérque ſtulti non gaudebit.* quo loco non graviſurum eô modo vult accipi Druſ. *obſerv. l.* 1. *c.* 22. *quô illaudatum Buſirin* apud Virgilium Gellius *noct. Attic. l.* 2. *c.* 6. quem ibi viſe ſis. cæterùm interpres Anglicanus iſta prioribus ità connectit, ut eum qui rebus ipſis, ubi ex animi ſententia non ſucceſſerint, ſuccenſuerit, Diis hominibuſque ludibrio fore dicatur. viderint alii.

§ 40. Βίον θρείζειν] Euripidis eſſe ex *Hypſipyle* autor eſt Stob. *tom.* 2. *tit* 108. integros habemus apud Stob. *ibid.* Plut. *ad Apollon.* (ex quo, quia emendatiſſimos exhibere videtur, plurimùm tranſcripſimus) Clem. *ſtrom. lib.* 4. & à Ciceron. verſos *Tuſc. l.* 3.

Ἔφυ μὲν, οἶδεις, ὅστις· ἡ πονεῖ βροτῶν, — *St.* ἐκ ἀεὶ π.
† Θάπτει τε τέκνα, χ' ἕτερ' αὖ κλᾶται τέκνα, — † Θάπτειν. *St.*
Αὐτός τε † θήσκει. κἄτα δ' ἄχθονται βροτοὶ — *St.* κλαίουσι πάλιν. *St.*
Εἰς γλῶ φέρουσ]ες † γλῶ. ἀναγκαίως δ' ἔχει — † θήκειν. *St.*
Βίον θρείζειν, ὥστε κάρπιμον σάκχυν, — *St.*
Καὶ τὸν μὲν εἶδ), τὸν δ' μή. τί ταῦτα δεῖ — καὶ ταδί'. *Pl.*
Στένειν, ἄκρῳ δεῖ κακὰ φύσιν διαῤῥᾷν; — † πλεῖσ' ἄν. Pl.
Δεινὸν γὰρ ἔδεδ' τ' ἀναγκαίων βροτοῖς ἐχ' — δεινὸν ἔδ'. *Cl.*
Mortalis nemo eſt quem non attingit labor, — δεινὸν ἔδ'. *Heinſ.*
Morbúſque: multi ſunt humandi liberi,
Rurſus creandi: mórſque eſt finis omnibus,
Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt.
Reddenda eſt terræ terra. tum vita omnibus
Metenda, ut fruges: ſic jubet neceſſitas.

ità Cicero. Vide *ad l.* 6. § 9. Epictet. differt. *l.* 2. *c.* 6. Τίνος ἕνεκα γίνονται σάκχυες; ὄχ ἵνα καὶ ξηραν θῶσιν; ἀλλὰ ξηραίνονται μέν· ὄχ ἵνα δὲ καὶ θρειθῶσιν; ἡ γὰρ ἀπόλυπι γίνονται. εἰ δὲν αἴθησιν ἔχον, εὐχαῖς αὐτοὺ ἔδει, ἵνα μὴ θρειθῶσι μηδέποτε; τοῦτο δὲ κατέρχ ὄζιν ὑπὸ σακχύων, τὸ μηδέποτε θρειθῆσαι. ὅπως ἰσέον, ὅτι καὶ ἐπ' ἀνθρώπων κατέρχ ὄζι τὸ μὴ ἀπεθανεῖν· ὅμοιον καὶ τοῦ μὴ ξηρανθῆναι, μηδὲ θρειθῆναι. ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ ὀι αὐτοὶ ἐσμὲν, ἅμα μὲν ὡς δεῖ θρειθῆναι, ἅμα δὲ καὶ αὐτῷ τούτῳ παρακολουθοῦντες, ὅτι θρειζόμεθα, διὰ τοῦτο ἀγανακτοῦμεν· ὅτε γὰρ ἴσμεν τίνες ἐσμὲν, ὅτε μεμελετήκαμεν τὰ ἀνθρώπινα, ὡς ἱππικὸς τὰ ἱππικά.

Θρείζειν] eâdem uſus eſt tranſlatione Tragicus idem in *Oeneo*, ſive ut Grot. mavult, *Ino*; referente Stob. *tit.* 105. & Plut. itidem *ad Apollon.* ex parte:

Ἄνασσα, πολλοῖς ὄζιν ἀνθρώποις κακὸ
Τοῖς δ' ἄρτι λήγ], τοῖς δ' κίνδυνος — μόλις. — *St.* μόλις *St.*
† Κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς, — † Κύκλος γὰρ ἕρπει κ. τ.
Θνητοῦ τε γλυκὺ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος, — θ. τ. γ.
Τοῖς δ' φθίνει τε κἀπολείζ] πάλιν. νεά. *St.*
Regina, multos opprimunt homines mala:
Ab his recedunt, rurſus illis imminent.
Eunt in orbem, terra quæ fruges parit,
Hominúmque ſoboles, quippe pars ſurgens viret,
Pars jam metenda expectat exitium. Grot.

De Maxentio Nicephorus *l.* 7. *c.* 19. Ἐπὶ σμικρᾷ γὰρ σφάσει, τοῦ ὑπ' αὐτὸν δορυφόρους τῆς ἡμέρας ἀνὴς, μυείων πᾶσθ' ἐθέλειν. *Levi de causſis, immiſſo ſatellitio, innumerabilem populi multitudinem demetebat.* Vide & noſtrum *l.* 11. § 34.

Καὶ τὸ μὲν ἓν, τὸ δ' μέ.] leg. τὸν μὲν, τὸν δ' cum Plut. Srob. Clem. Sic ſupr. τῆς μὲν, τῆς δ', ἀνθρώπους ſcil.

§ 41. Εἰ δ' ἠμελήθη] Ex incerto Tragico, ſed pietatis prægnans profeſſio. Gemina planè Epicteti illa, *diſſert. l.* 2. *c.* 16. his verbis Deum compellantis: Χρῆ μοι λοιπὸν, εἰς ὃ ἐὰν θέλῃς. ὁμογνωμονῶ σοι. ἴσον εἰμί. οὐδὲν παραιτοῦμαι τῶν σοι δοκούντων. ὅπου θέλεις, ἄγε. ἢν θέλῃς, ἐθέλω τὰ κρείττω. ἄρχειν με θέλεις, ἄρχω πανταχοῦ. μὴ θέλεις, φεύγειν, πένεσθαι, πλεῖν; ἐγώ σοι σὺν ἁπάντων τούτων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀπολογήσομαι. Vide *l.* 11. § 6. & *l.* 12. § 5.

Καὶ πῶς ἐμοὶ] Lugd. edit. καὶ πῶς ἐμοῦ. quod eódem recidit. quanquam illud malim. nam quòd Annotator, qui corrumpit ſæpius quàm corrigit, vult πῶς ἐμοῦ reſcribi, metri ratio reclamat.

§ 42. Τὸ γὰρ ἓν μετ' ἐμοῦ] Eſt Ariſtophanis ex *Acharn. act.* 2. quod in proverbialem loquendi formulam ceſſit. Ità uſurpârunt Cicer. *ad Attic. lib.* 6. *ep.* 1. & *l.* 8. *ep.* 8. & Clem. Alex. *ſtrom l.* 6. Vide Paul. Leopard. *emend. l.* 5. *c.* 25.

§ 43. Μὴ σωσπερηνῶν] Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Τὸ ἄλλως παρὰ φύσιν σὺ χαλὸν μὴ ἡγεῖσθαι· ἐὰ γὰρ σωστρατηγεῖσθαι πέφυκας, οὐδὲ σωματυχεῖν, ἀλλὰ σωδατυχεῖν. De amico Plutarch. *lib. de diſcrim. amic. & adulat.*

Συνωφελεῖν γὰρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔχει. Idémque *de exil.* Δεῖ τὸν παρὰ τῶν φίλων καὶ τῶν βοηθούντων λόγον, παρηγορίαν εἶναι, καὶ μὴ συμπάθειαν τῆς λυπούσης· ἐ γὰρ συνδακρύοντας καὶ συνεπθεσύντας, ὥσπερ χρῶν τραγικῶν, ἐν τοῖς ἀβελήτοις, χρείαν ἔχομεν, ἀλλὰ παρρησιαζόντων καὶ διδασκόντων, ὅτι τὸ λυπεῖσθαι καὶ τὸ ταπεινοῦν ἑαυτὸν, δεῖ παυτὶ μὲν ἄχθεσθαι ὅτι καὶ γινόμενον κακῶς καὶ ἀνοήτως. ὅπου δ' αὐτὰ τὰ πράγματα δίδωσιν ὑπὸ τοῦ λόγου ψηλαφᾶσθαι καὶ ἀνακαλύπτεσθαι πρὸς ἑαυτὸν εἰπόντα,

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσοιῇ, κομιδῇ γελοῖόν ὅτι, μὴ τῆς σαρκὸς πεπονθέναι τὸ πεπονθὸς, μηδὲ τῆς ψυχῆς, οἱ δὲ τὸ σύμπτωμα τοῦτο χείρων χίρνει, ἀλλὰ τοῖς ἔξωθεν σωαχθομένοις καὶ σωαγανακτοῦσι διδασκάλοις χρῆσθαι τῆς λύπης, καὶ τὰ μὴ νοσοῦντα σωνοσεῖν ἀναγκάσαι. utì ex Achæo idem *ad Apollon.* quo loco ſubjungit optimè. Οὐ δεῖν προσποιήσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τῆς πληγῆς βοᾶν, ἀλλ' ἐθίζειν τὸν ψυχὸν, ὅτι πάντα γίνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πρᾶον τε καὶ νοσοῦντα, ἰατικὴ θεωρήσαν ἀφανίζοντας. Gregor. Naz. *epiſt.* 28. *ad Ecebol,* οὐκ ἀρκεῖ τὰ ἀποδύεσθαι μόνον ἃ πάσχομεν· ἀλλὰ δεῖ πρὸς τὰ φαρμάκια πρὸς τὸν πληγὸν. Ariſtot. *ethic. l.* 9. *c.* 11. Οἱ μὲν ἀνθρώπους τὸν φύσιν, συλλυπεῖσθαι τοῦ φίλους αὐτοῖς· κἂν μὴ ὑφεστήκῃ τῇ ἀλυπίᾳ τὸν ἐκείνοις γενομένων λύπην, οὐχ ὑπομένει. ὅλως τε σωλθρήνης ὁ πρόσκοπος, διὰ τὸ μηδ' αὐτὸς εἶ θρηνητικός. χωλαὶ δ' ἢ οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες, τοῖς συσκευάζουσι χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους καὶ σωλγοῦντας. μιμητὰς δ' ἐν ἅπασι δεῖ ἁπλοῦν τὸν βελτίω. Ariſtippus itidem ſuis quibuſdam triſtitiâ mœſtitiâque ſeſe macerantibus; Ἀλλ' ἔγωγε ἦκω παρ' ὑμᾶς, οὐχ ὡς συλλυπούμενος, ἀλλ' ἵνα παύσω ὑμᾶς λυπουμένους. Ælian. *var. hiſt. l.* 7. *c.* 3. Quanquam permittit Epictet. *enchir. c.* 16. μέχρι μέν τοι λόγου συμπεριφερεσθαι καὶ συνεπνεύσαι, ſi uſus fuerit. Vide *ad l.* 11. § 18. κατ' οἰκονομίαν. Vide *ad l.* 5. § 36.

Μηδὲ σφύζειν] σφύζειν, *trepidare, concuti, palpitare,* inſigniter commoveri, ut indicio externo animi affectus ſe prodat. σφύζειν καὶ σφυγμὸς de ſpirituum in arteriis motu pulſúque naturali jam communiter uſurpantur, nec aliud quicquam intellexit Ariſtoteles *hiſt. animal. l.* 3. *c.* 19. ubi dixit; Σφύζει δὲ τὸ αἷμα ἐν τοῖς φλεψὶν, ἐν ἅπασι πάντα αἷμα τοῖς ζώοις. *venas* enim promiſcuè pro *arteriis* etiam dixere. Verùm monet Galen. *de dogmat. Hipp. ac. Plat. l.* 6. *c.* . . & *in progmſt. Comment. l.* 1. & 3. à veteribus plerumque aliud quiddam eis vocabulis deſignatum; nempe τὸν σφοδρὸν καὶ τοσοῦτον τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν, ὡς καὶ πεῖν ὀλαβεῖν τὸν ἀφλὸν, αἰσθητὸν ἓν τὸν θρόμβῳ τὸν κίνησιν. id eſt, *motum arteriarum adeò vehementem,* qualis in inflammationibus contingere ſolet, *ut ipſo affectu etiam, antequam manu attingas, facilè poſſit deprehendi.* idq; ſe alibi demonſtraſſe dicit, & oſtendit revera *de puſſ. differ. l.* 4. *c.* . . & *de loc. affect. lib.* 2. & alibi. Vide Anut. Fœſ. *œconom. Hippocr.* indè tranſlatum eſt τὸ σφύζειν ad motum quemlibet ab affectûs vehementia animíque impotentia in corpore ſeſe exerentem. Heſych. Σφύζει, πηδᾷ, φαντάζεται. Apud Suidam Piſides;

Σφύζεις, Ἀχιλλεῦ, καὶ μαθύμῳ τὰς φρένας.
Turges, Achilles, mentis haud compos tuæ.

Marcus, *infr.* § 69. μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν. Hoc itaq; vult, quod *l.* 5. § 36. dixerat, μὴ ὀλοχερῶς τῇ φαντασίᾳ σωαρπάζεσθαι. Motum autem iſtiuſmodi γεφυρικῶς expreſſit in Agamemnonis perſona Homerus *Iliad. χ'. v.* 91. ab Epictet. *diſſert. l.* 3. *c.* 24. Ciceron. *ad Attic. l.* 9. *c.* 4. & Chryſip. apud Galen. *de dogm. Hip. & Plat. l.* 4. *c.* 10. laudatus verbis hiſce:

Αἰνῶς γὰρ Δαναῶν θρὶ θέλει· ἐκ μοι ἧτορ
Ἔμπεδον, ἀλλ' ἁλαλύκτημαι· κραδίη δέ μοι ἔξω
Στηθέων ὑπερώκεε, τρομέῃ δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.

§ 44. Ἐγὼ δ'] Ex Platonis *apolog.* Vide autem his gemina *l.* 3. § 6, 7. & *l.* 6. § 2.

§ 45. Οὐ ἄν τις αὐτὸν πάξῃ] Sumptum hinc

hinc divinum illud planè, ingentem invictúmque prorsus ſpirans animum, Epicteti votum, quô ſic numen affatur, *diſſert. l.* 3. *c.* 24. Ἦν ἂν χώραν ᾖ τάξιν ἐγχωρείσῃς, μυειάκις ἀποθανεῖσθαι σοὶ πρόκειται ἢ ταύτην ἐγκαταλείψω. *Quemcunque mihi locum ſtationémve aſſignaveris, decies millies mortem oppetam ego, quàm ut eam deſeram.* Idémque ex perſona Socratis *l.* 1. *c.* 9. Γελοῖοί ἐστε, οἱ πρὸς ἀξιοῦτε, εἰ μὴ με ὁ στρατηγὸς ὁ ὑμέτερος ἔταξεν οὗ ποτε τάξιν, ὅπου ἔδει με παρεῖν αὐτὸν, καὶ φυλάττειν, καὶ μυειάκις ἀποθνήσκειν, ἢ ἐγκαταλιπεῖν αὐτόν. εἰ δ' ὁ θεὸς ἔν τινι χώρᾳ καὶ ἀναστροφῇ καταστήσας, ταύτην ἐγκαλιπεῖν δεῖ ἡμᾶς. quo loco aut δεῖ illud inducendum videtur, ut τὸ ἐγκαλιπεῖν ad ἀξιοῦτε referatur: vel poſterius membrum ἐρωτηματικῶς enunciandum: quanquam etiam ſic ſuſpenſa manebit ſententia.

§ 46. Ἀλλ' ὅ μακάριε] Ex Platon. *Georg.*

Καὶ ὁ φιλοψυχήσειν] Ità Paulus Apoſt. *Act. c.* 20. *v.* 24. Ἀλλ' οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν, ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ κυρίου. Et pii illi martyres, de quibus Joannes *Apoc. c.* 12. *v.* 11. οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου. hoc eſt, οὐκ ἐφιλοψύχησαν.

Ἐπιτέλεσα σοὶ τόπον τῷ θεῷ] Vide *ad l.* 4. § 31.

Πεισάτωσαν τὰς γυναῖκες] lectionem hanc ſollicitat Xyl. quia ſcil. minimè muliebris hæc ſententia videatur. Annot. Lugd. etiam τὰς γυναῖκες audacter deleri jubet. Verum nihil movendum ex Platone liquet. ſúntque etiam mulierculis decantata iſta, *Fatum eſſe inevitabile; neminémque ſibi deſtinatum unquam effugere valuiſſe.*

Οὐδεὶς ἂν ἐκφύγοι] ἐμφατικώτερον paulo Platonis codices, ἀλλ' ἄν τις ἐκφύγοι. Homer. *Il. ζ. v.* 488. à Clem. Alex. adductus, *ſtrom. l.* 6. & à Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 9. & *l.* 2. *tit.* 7.

Μοῖραν δ' ὅ τινα φημὶ πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
Οὐ κακὸν, οὐδ' ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

Nemo nocens, nemo bonus has in luminis oras
Editus, evadet fati quod lege paratur. Grot.

Apud Clem. eundem Phanocles in *Amore*, ſive *Pulcris*; Ἀλλά τοι μοῖραν γε μὲν ἀλυτον οὐδέποτε ὄψῃ
Ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γε νῦν ὀπιπεύομεν.

Effugere at ſtamen fati irreſolubile nulli,
Quotquot terræ alimur munere, poſſe datur.

Simonides apud Plut. *ad Apollon.* Ἀνθρώπων ὀλίγον μὲν πάρα θεὸς ἀπεργάσαι ἢ μελανδύτες αἰῶνι δὲ παίγμα, πόνῳ ἀμφὶ πόνῳ· ὁ δ' ἄφυκτος ὁμῶς ὀπιπεύματα θανάτου· κεῖνο γὰρ ἴσον λάχον μέσσῳ, ὅτ' ἀγαθοὶ, ὅστις τε κακός. Vide quæ congeſſerunt de argumento hoc Clem. & Stob. locis ſuperiùs memoratis, & Henr. Stephanus *l.* 5. *ſched.* 13. ſed & *ad l.* 6. § 10. Epictet. *l.* 2. *c.* 6. ἀποθνήσκειν μέλλω. ἄνθρωποι δ' ἄλλοι ἀθάνατοι ἔσεσθαι;

§ 47. Πεισιστράτῳ ἄρχοντι δήμου] Hæc etiam fortaſſis Platonis fuerit. Pythagoræ par monitum, *l.* 11. § 26. de quo & Syneſius, *de provid. l.* 2. Ὁ τοι Ζάμολξις Πυθαγόρεος τὸν σοφὸν, ἀλλ' οὐκ ἂν ἡ δημοκρατία φησὶν εἶναι τῶν τε ὄντων καὶ γενομένων. ità enim rectè reſtituit Petavius, quod in diverſam, vel adverſam potiùs, mentem, ἀλλ' οὐκ ἂν- antè legebatur. Anaxagoras ſciſcitanti, διὰ ἥντινα αἰτίαν τοῦ πολλοὶ πτερῶται διανυκτερεύουσιν, cur noctem toties ſub dio ageret, reſpondit, τὸν τοῦ κόσμου διάκοσμον. *ut mundum ſpecularetur.* τὰς χρείας καὶ τὰς φορὰς τῶν ἀστέρων αἰνιττόμενος, inquit Philo *de mund. immortal.* Idem interroganti, Τίνος ἕνεκ' ἄν τις ἕλοιτο ψυχὴν μᾶλλον ἢ μὴ ψυχὴν, *cujuſnam rei gratiâ quiſquam natum ſe potius quàm non natum fuiſſe elegerit*, reſpondit, τὸ θεωρῆσαι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν τοῦ κόσμου τάξιν. *ut cælum contemplaretur, ordinémq; elegantem univerſi.* Ariſtot. *ethic. Eudem. l.* 1. *c.* 5. ſive ut Laërtius autem *l.* 2. quærenti quem in finem natus eſſet, reſpondit, Εἰς θεωρίαν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ. *Ad Solem, Lunámque, ac cælum contemplandum.* Sive ut Lactant. *inſtit. l.* 3. *c.* 9. qui & *Cæli ac Solis videndi cauſſâ tam magnum*, inquit, *eſſe credidit, videre cælum & ſolem: ibid.* & *c.* 12. *Tanti viſa eſt contemplatio cæli ac lucis ipſius, ut quaſcunque miſerias libeat ſuſtinere.* Sed & Clem. Alex. *ſtrom. l.* 4. Τῷ καθαρῷ τῆς ἀνθρώπου ὀρθῷ πρὸς τὸν οὐρανὸν διανοίᾳ. Quod Naſo *Metam. l.* 1.

Pronáque cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælúmque videre
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Quod tamen aliorſum trahit Galen. *de uſu part. l.* 3. *c.* . quo loco & Platonis illud laudat; Ὡς ὅ τοῦτ' ἔστι τὸ ἄνω βλέπειν, ὅταν τις ὕπτιον αὖ τὸν ἀνακλίνει κεφαλὴν, ἀλλ' ὅταν πρὸς τὸν θεὸν τὸν ὅλων φύσιν ὀρθὸν ἀνατείνῃ. Itaque Apoſtol. *ad Rom. c.* 1. *v.* 20. Τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Sub Auguſtini nomine autor *ſermon. ad frater. in eon.* poſt Naſonis illud; neſcio cujus meminit, à quo dum tyrannus quæreret & diceret, *Quare te Deus fecit?* reſpondit, *Ut contempler cælum & cælorum numina.* (*lumina* forſan) ſubjungítque, *Quis fidelium plus dixiſſet, aut probabiliore argumento, neſcio. factus enim homo eſt in terra, non ad terram, ſed ad cælum: & factus eſt de terra, non propter terram, ſed propter cælum.* Reſpexit forſan autor ignobilis iſte, ad Anaxagoræ illud ſuperiùs memoratum; quod Lactantio tamen minùs ſatisfacit: Primùm, quòd *omne hominis officium in ſolis oculis poſuit; nihil ad mentem referens, ſed ad corpus omnia.* tum, quòd *rem maximam redigit ad minimam, duo ſola deligendo, quæ ſibi diceret in-*

tuenda. denique quòd *non autoris virtutem, providentiam, potentiam animo metitur, cujus opera miratur. quòd si*, inquit, *natum se esse dixisset, ut mundum intueretur ; quanquam omnia comprehenderet, ac majori uteretur sono ; tamen non impleſſet hominis officium ; quia quanto pluris est anima quam corpus, tanto pluris est Deus quàm mundus ; quia mundum Deus fecit & regit. Non ergò mundus oculis, quia utrumque est corpus ; sed Deus animâ contemplandus est.* Vide *ad l.* 8. § 26.

Ὥσπερ συμπεριθέοντα] quod *συμπεριπολοῦντα*, Philo *de monarch. ad l.* 11. § 1. exhibuit. tanquam mente suâ & cogitatione sidera in motu curſúq; ſuo rapidiſſimo illo comitatus & conſecutus. neque eſt enim hoc arduum menti humanæ. Senec. *de benef. l.* 3. *c.* 20. *Corpora obnoxia ſunt & aſſcripta dominis : mens quidem ſui juris est. quæ adeò libera & vaga est, ut nec ab hoc quidem carcere, cui incluſa est, teneri queat, quò minùs impetu ſuo utatur, & in infinitum comes cœleſtibus exeat.* Et *ibid. l.* 6. *c.* 23. *Vide animi quantum audeant, quemadmodum ſoli aut noverint deos, aut quærant, & mente in altum datâ divina conitentur.* Et *l.* 2. *c.* 29. *Animo nihil non eôdem, quò intendit, momento pervium est. ſideribus velocior, quorum poſt multa ſecula futuros curſus antecedit.* Auguſtin. *in Joan. tract.* 20. *Celeritatem animi ipſius vide. Vide ſi non vehementior est ſcintilla animi cogitantis, quàm ſplendor ſolis lucentis. Solem orientem tu vides animo, ab oriente ad occidentem venturus est ; jam ex alia parte cras oritur, ubi hoc fecit cogitatio tua, adhuc ille tardus est, & tu omnia peragraſti.* Vel vitæ ſuæ momenta tanquam unà cum cœleſtibus illis corporibus tranſvolantia conſiderans, quorum curſu dimenſa ſortimur mortales ejuſdem intervalla. Senec. *epiſt.* 12. *Tota ætas partibus conſtat, & orbes habet circumductos majores minoribus. est aliquis qui omnes complectatur & cingat. hic pertinet à natali ad diem extremum. est alter qui annos adoleſcentiæ excludit. est qui totam pueritiam ambitu ſuo adſtringit. est denique ipſe annus, in ſe omnia continens tempora, quorum multiplicatione vita conſumitur. menſis arctiore præcingitur circulo : angustiſſimum habet dies gyrum : ſed & hic ab initio ad exitum venit, ab ortu in occaſum.* Hinc Columellæ monitum. *de reruſtic. l.* 10.

Invigilate viri : tacito nam tempora greſſu
Diffugiunt, nulloque ſono convertitur annus.

Nec ſubtricendum, quòd Plato etiam in *Timæo*, τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον καὶ τὰς παντὸς κινήσεις καὶ περιφορὰς eaſdem ſtatuit. Vide *ad l.* 2. § 13.

Τὰς τῶν στοιχείων] Vide *ad l.* 4. § 46.

Ἀπεκαθάρσιον τὸν ῥύπον τῆς χαμαὶ ζίνης.] Sen. *epiſt.* 95. de philoſophia. *Erras, ſi illam putas tantum terreſtres operas promittere : altiùs ſpirat. Totum, inquit, mundum ſcrutor, nec me intra contubernium mortale contineo, ſuadere vobis ac diſſuadere contenta. magna me vocant, ſupraque vos poſita.*

Nam tibi de ſumma cæli ratione Deumque
Diſſerere incipiam ; rerum primordia pandam.

ut ait Lucretius *l.* 1.—*Iſta jam à formatione morum receſſerunt ; ſed levant animum, & ad ipſarum quas tractant rerum magnitudinem attollunt.* Idem *epiſt.* 117. & *ep.* 79. *Tunc animus noſter habebit quod gratuletur ſibi, cùm emiſſus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui viſu clara proſpexerit, ſed totum diem admiſerit ; & redditus cælo ſuo ſu.rit. cùm receperit locum, quem occupavit ſorte naſcendi. Sarſum vocant illum initia ſua. erit autem illic etiam antequam hâc cuſtodiâ exolvatur, cùm vitia diſjecerit, puruſque ac levis in cogitationes divinas emicuerit.* Vide eundem, & *epiſt.* 65. vel Apoſtolum potiùs *ad Philip. c.* 3. *v.* 19, 20. & *ad Coloſ. c.* 3. *v.* 1, 2.

§ 48. Τὸ τοῦ Πλάτωνος] ubi Plato hæc habeat, mihi nondum ſuccurrit.

Ἐπισκοπεῖν δεῖ καὶ τὰ ὑπήνεια] Non cœleſtia tantùm ſuſpici vult, ſed inferiora etiam iſta omnia, tanquam de ſpecula, deſpici. quod eſt argumentum τῆς ὑπερσκοπήσεως Luciani. Vide Senec. *ad Marc. c.* 18. & Cyprian. *epiſt. ad Donat.*

Τὸ παμμιγὲς] Vide *ad l.* 4. § 27. ſed & *l.* 12. § 24. τὸ παμμιγὲς autem, ſive cinnum hunc non in Mundo tantùm, Menippus apud Lucianum in *Icaro-Menippo*, rerum in terris geſtarum, qualem in Luna divertens conſpicabatur, faciem depingens : Οὐ μὴν ἴσον εἰλαπίναι καὶ γάμοι· ἐπιῤῥωσὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἐκκλησίαι· καθ' ἕτερον δὲ μέρος ἔξυλά τις ἐκ γειτόνων ἢ πανδῶν ἀλλοῖα ἐφαίνετο. καὶ πολεμοῦντας μὲν ἑώρων τοὺς Γέτας· πλανωμένους ἢ δὴ τοὺς ἀμαξοβίους τοὺς Σκύθας· γεωργοῦντας δὲ τοὺς Αἰγυπτίους. καὶ ὁ Φοίνιξ δὴ ἐνεπρήθετο· καὶ ὁ Κίλιξ ἐλῃσᾶτο· καὶ ὁ Λέκων ἐμαστιγοῦτο· καὶ ὁ Ἀθλιαῦλος ἐδημόζετο. ἀπώμνυον τούτων ἐπὶ τὸν αὐτὸν γινωσκόντων χρόνον, ὅσα σοι ἤδη ὀπυιῶν, ὁπόσος τις ὁ κυκεὼν ἕτοιμος ἐφαίνετο. Et Heraclitus apud eundem in βίων πράσει, ſive *vitarum licitatione* : Ἐμπόδων ἐδίν· ἀλλά κως οἱ κυκεῶνα πάντα συμπλέονται. Sed & in homine, mundo hoc minore, deprehendi idem monet Syneſius *de regn.* Εὖ γὰρ ἴσθι τοῦτο, ὡς ἐκ ἀπλοῦν τι χρῆμα, ἐδὲ μονοειδὲς ἄνθρωπος· ἀλλὰ συμφύσεσιν ὁ Θεὸς εἰς ἑνὸς ζῴου σύστασιν, ὅλον δυνάμεων παμμιγῆ καὶ πάμφορον. In mundo itaque quantò magis ?

Τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συγκοσμούμενον] Ita *ſuprà* § 9. συγκαταπέπαικε γὰρ καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον. Clemens *ſtrom. l.* 1. Ἥδη γάρ τινές φασι, ἐναντία τῇ φύσει ἕστα. ἀλλ' ἁρμονία μία. ἓν τε ἀσεβοῦσι καὶ ἁρπάζουσι τὸ θεοσεβοῦν διαφέρεται· ὁμολογοῦσι γὰρ ἁρμονίᾳ τῇ ἀσεβοῦσῃ. ὡς τῷ χάους ὁ κύκλος, καὶ τὸ τεῖχος, καὶ τὸ τετράγωνον, καὶ ὅλα τῶν χρωμάτων ἀλλήλων διεγλωχαντηρῶν καὶ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα τὰ μέρη σύμπαντα, καὶ

κῆν διαφίρηται πρὸς ἄλληλα, πλὴν πρὸς τὸ ὅλον οἰκειότητα διαφυλάτ|ει. Senec. *quæst. nat. l. 7. c. 27. Non vides quam contraria inter se elementa sint? gravia & levia sunt, frigida & calida, humida & sicca. tota hujus mundi concordia discordibus constat. non ad unam naturæ formam opus suum præstat, sed ipsâ varietate se jactat. alia majora, alia velociora aliis fecit: alia validiora, alia temperatiora: quædam autem eduxit è turba, ut singula & conspicua procederent; quædam in gregem misit.* Apul. *de mund. Mirum quibusdam videri solet, quòd, cùm ex diversis atque in se pugnantibus elementis mundi natura conflata sit, aridis atque fluxis, glacialibus & ignitis, tanto rerum divortio nondum sit ejus mortalitas dissoluta. quibus illud simile satisfaciet, cùm in urbe ex diversis & contrariis corporata rerum inæqualium multitudo concordat. sunt enim pariter dites & egentes, adolescentum ætas permixta senioribus, ignavi cum fortioribus, pessimi cum optimis congregati. aut profectò, quod res est, fateantur, hanc esse civilis rationis admirandam temperantiam, cùm quidem de pluribus una sit facta, & similis sui tota, cùm dissimilia membra sint, receptrixque sit naturarum ad diversa tendentium, & fortunarum per varios fines exitusq; pergentium, sic mare & fœmineum secum jungunturᵃ, ac diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit: artesque ipsæ naturam imitantes ex imparibus paria faciunt. Picturæ, ex discordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis & puniceis confusione modicâ temperatis, imagines his quæ imitatur similes facit. ipsa etiam Musica, quæ de longis & brevibus, acutis & gravioribus sonis constat, tam diversis & dissonis vocibus harmoniam consonam reddit.* &c. Et mox: *Æqualis quippe omnium diversitas, gravissimorum, levissimorum, ferventium, frigidorum, docente ratione naturæ, diversis licèt rebus, æqualitatem deferre concordiam, omnia parentis mundi amœnitatem æternitatémque reperit.* Quæ omnia sunt translata ex Aristotelis nomine *de mundo* inscripti libelli *cap.* 5. Vide *ad l.* 4. § 27.

§ 49. Τὰ συγγενόμενα] Vide *l.* 6. § 46, 47.

Ἔξεστι καὶ τὰ ἑσόμενα προφέρειν] Vide *ad l.* 6. § 37. & *supr.* § 1. & *l.* 2. § 14. Plutarch. *de E I Delphic.* Μαντικὴ τέχνη ἔστι περὶ τὸ μέλλον ἐν τοῖς παροῦσιν ἢ παρωχημένοις. ὕλινος γὰρ ὁ ἀνάπτων ἢ γένεσις, ὅτ' ἄλογος ἢ φύγγωσις· ἀλλ' ἐπεὶ πάντα τοῖς γεγονόσι τὰ γιγνόμενα, τά τε γλυκούμενα τοῖς γινομένοις ἔπεται καὶ συμπίπτει, χρῆται διέξοδον ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος παραλυσαν, ὁ τὰς αἰτίας εἰς ταυτὸ συνιδεῖν τε πρὸς ἄλληλα καὶ συμπλέκειν φυσικῶς δυνάμενος, ὅθεν καὶ προλέγει τά τε ὄντα, τά τ' ἐσόμενα, φησὶν ἑόντα. utì Homer. *Il.* α'. *v.* 70. Vide *l.* 10. § 5. Verùm de solertia ac sagacitate non fatidica, sed politica, Plin. min *l.* 1. *ep.* 5. Mauricum prædicans: *Vir est gravis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura possit ex præteritis providere.* Inter alias historiæ laudes, hanc non ultimam ponit Niceph. Gregoras *hist. Rom. lib.* 1. ὅπ προφήτης τρόπον πρὸ τοῦ μηδὲν ποιεῖν, ἐκ τῶν φαινομένων σοφιζόμενος τὰ μέλλοντα. Polyb. *hist. l.* 6. Τὸ γὰρ γένος τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέρον τῶν ἄλλων ζώων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ, φανερὸν, ὡς ἂν εἰκὸς παραγένεσθαι αὐτοῦ τὰ προειρημένα διαφθορέα, καθάπερ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλ' ὑπομιμνήσκειν τὸ γινόμενον, καὶ δυσαρεστεῖν τοῖς παροῦσι, προορωμένους τὸ μέλλον, καὶ συλλογιζομένους, ὅτι τὸ παραπλήσιον ἐκβήσεται αὐτοῖς συμφορήσει. Cicer. *offic. l.* 1. § 11. *Inter hominem & belluam hoc maximè interest, quòd hæc tantùm, quantùm sensu movetur, ad id solùm quod adest, quodque præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum. Homo autem, quia rationis particeps, consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earúmque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, & rebus præsentibus adjungit atque annectit futura; facilè totius vitæ cursum videt, ad eámque degendam præparat res necessarias.*

§ 50. Καὶ τὰ ἐκ γῆς] Euripidis ista sunt ex *Chrysippo.* quod ex Clemente Alex. *strom. l.* 6. didicimus. refert & Philo *de mund. immortal.* ex quo sic restituenda & disponenda sunt; accessione non contemnendâ insuper adaucta.

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φυὼτ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
[1] Βλαστόντα γονῆς εἰς ὑράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν· δηίσκει δ' ὃ δέκν
Τῶν γινομένων· διακρινόμενον
Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
Μορφὰν ἑτέραν ἐπέδειξε.
Retróque meant, quæ terra dedit
Iterum in terram: quod ab æthereo
Venerat ortu, cæleste poli
Repetit templum. quæ sunt, horum
Nihil emoritur, sed secretum
Illud ab isto
Alia sub imagine paret.

[1] *ità Grot.*

Βλαστάνοντα γῆς *Phil.*

Ità Grotius legit vertítque: nisi quòd pro ἑτέραν, quod Philo Cleménsque habent, ἰδίαν substituit, & *propriâ* reddit. mihi, illud retinere potius antiquiúsque visum est: etiamsi Philonis codices uno loco istud exhibeant, quum uno ampliùs cum Clementis conveniant. Euripides idem in *supplic.* quod Voschionis nomen frustrà præfert, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 124.

Ὅθεν δ' ἔκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκατο
Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.
Et unde nostræ quodque naturæ est datum
Eò reverti. magnus æther spiritum,
Corpus recipiat terra.——Grot.

Epicharmus apud Plut. *ad Apollon.* Ζωπυρίδη καὶ Διονυσία· καὶ ἀπῆν δὲν ἦν δὲ πάλιν· γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. τί ἦν δὲ χαλεπόν; ἔλλ' ἦν. ita enim concipi debent, quæ vitiata in vulgatis habentur. *Concretum est, & discretum est, eódemque revenit, unde venit: ad terram terra, sursum spiritus. ecquid horum grave est? nihil quicquam.* Lucret. *l.* 2.

Cedit enim retro, de terra quod fuit antè,
In terras: & quod missum est ex æthere oris,
Id rursum cæli relatum templa receptant.

Solomon ipse *Eccles. c.* 12. *v.* 7. *Reditque pulvis ad terram, quod prius fuerat: spiritus autem ad Deum, qui primo dederat.* Heraclit. *epist. ad Amphidamant.* Ἐὰν ὦ φθάσαν ὑπερφυλον γένηται τὸ σῶμα, δύσεται εἰς τὸ εἱμαρμένον. ἀλλὰ ὁ ψυχὴ δύσεται· ἀλλὰ ἀθάνατον ὂν χῶμα εἰς ἑαυτὸν ἀναπήσεται μετάρσιον. Λέγοντος δέ με αἰθέριοι δόμοι. Hinc de Sibylla prima fabulosum illud ex Sarapionis *Epicis* apud Clem. *Strom. l.* 1. μηδ' ἀποθανοῦσαν λῆξαι μαντικῆς· ἀλλὰ τὸ μὲν εἰς ἀέρα χωρῆσαι αὐτῆς μὴ πλάτος, τῆτ' εἶ τὸ ἐν φήμαις καὶ κλῆσι μαντεύμωνον· τῆς δ' εἰς γλῶ μεταβαλόντος σώματος, πόας, ὡς εἰκὸς, ἀναφυείσης, ὅσα ἂν αὐτῷ ὄπνευμοθῇ θρέμματα, ἀκριδῶν διὰ τὴν αἰσχρὸν φαγεῖν τὰ μέλλοντος ἀλῶσιν· τῷ ὑ ψυχῷ αὐτῆς εἶ, τὸ ἐν τῇ σελήνῃ φαινόμενον πρόσωπον. quod eò potiùs refero, quia lucem dat loco Plutarchi *de sera num. vindict.* ubi de Sibylla dicitur, ᾄδειν αὐτῷ περὶ τὴν μελλόντων ὀρμὴ τῇ προσώπῳ τῆς σελήνης περιφερομένῳ. Vide *l.* 5. § 4. & *l.* 4. § 5, 14, 21, 23.

Ἡ τῶτο διάλυσις καὶ πιστὶς τῆς συμπτισμοῦ] leg. ἢ τοιῶτος. vel, [ἢ] καὶ τ. Vide *supr.* § 32.

§ 51. Καὶ σίπισι] Καὶ ἰστὶc superfluum videtur. versus sunt ex Euripid. *Supplic.* à Plutarcho etiam in *Consul. ad Apollon.* laudati; quo loco versiculus proximè hos prægressus iste præfigitur;

Μισῶ δ' ὅστις χρύζουσιν ἀλγύνειν βίον, &c.

sunt autem variè admodum in Eurip. cod. apud Marc. apúdque Plut. concepti, quod est vitiatorum indicium satis clarum.

Σίπισι καὶ πότοις καὶ μαγγανάμασι] At Plut. Βρωτῆσι καὶ ποτῆσι καὶ μαγάμασι. Eurip. cod. Νωτῆσι καὶ τρωμαῖσι καὶ μαλάμασι. ubi Brod. τοῖσι, *quietè, laboris fugâ.* quod meritò rejicit Canter. & Plutarcho adhæret. quem ità probat Grot. ut opinetur tamen esse potuisse, νόσοισι καὶ τρωμαῖσι. quod mihi omnium minimè videtur verisimile; *morbis* enim vitam protelari, saltem horum ope uti homines ad mortem remorandam, quis dixerit? at Camer. ὄχεσι, vehiculis, legendum suspicatur. Ego vel Marcum sequar lubens, vel Plutarchum, qui ut verbulo differant, sensu conveniunt.

Καὶ μαγγανάμασι] Euripid. cod. μαντάμασι, *oraculis*, quibus moniti casus futuros declinent. Brod. Plut. μαγάμασι, *carmine.* Grot. ut ad curationes magicas referatur. ego nec Marci nostri μαγγανάμασι spreverim. cum & φίλτρα καὶ φάρμακα magica eô quoque vocabulo usitatissimè designentur. Quanquam alio forsan sensu istic accipi queat, pro *scitamentis* nempe, sive *cupediis.* quomodo usus est Greg. Naz. *de amor. pauper. orat.* 16. ubi λιπαρὰς τραπέζας καὶ τὰ μαγείρων καὶ ὀψοποιῶν μαγγανάμαλα καὶ κομψεύματα, conjunxit. Et Plin. *l.* 10. *c.* 50. *Dedêre & Parthi coquis suos mores. nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet.* Vel latiori etiam sensu, pro artificio omni, quô corpus humanum accurari solet. Unde *Mangonum ars*: & *venalitiorum mangonia*, Plin. *l.* 21. *c.* 26. & *puerorum mangonissatio, ibid. l.* 32. *c.* 10. quâ pubem eorum retardari procurabant mangones, sicut artificiis & accurationibus his, οἱ φιλόψυχοι senectutem & mortem etiam, quantùm poterant, ipsam. cæterùm & de magicis ac feralibus illis Plinius *l.* 28. *c.* 1. *Quis ista invenit ostenta? quis venefica innocentiora effecit, quàm remedia? procul à nobis nostrisque literis absint ista. nos auxilia dicemus, non piacula.* Tum subjungit, quod Tragici mentem accedit prope; *Vitam quidem non adeò expetendam censemus, ut quoquo modo trahenda sit.*

Παρεκτρέποντες ὀχεῖον] *avertentes currum.* Xyl. quasi ὄχον legerit. nisi typothetarum mendum fuerit. *canalem, aut fluvii cursum.* Annot. Lugd. *cursum divertentes, metaphora ab his qui fluvios derivant & deflectunt.* Brod. ὄλεθρον mavult Grot. ego nihil mutem.

Θεόθεν ὑ πνέον' ἔχον] Hæc aliunde sunt.

Καμάτοις ἀνοδύρτοις] *Laboribus luctu lachrymisque calentibus.* Xyl. *etiamsi miseriam nostram lugeamus* Cas. at quid si ἀνοδύρτοις, *minimè flendis aut lugendis*, verterimus? possit enim etiam oboriri suspicio, scripsisse Xyl. *carentibus* non *calentibus.* aut sit κάματοι ἀνόδυρτοι, *labores*, si cum Flacco loquamur, *illachrymabiles*; vel eô sensu quo *Plutonem* ille *illachrymabilem* dixit, *carm. l.* 2. *Od.* 14. *quos lugere fleréque fruſtrà fuerit*: (τί γὰρ ἀλαφρὸν ἔστ' ἰσ' ἀκαιρατ' ὀδυρόμενον δονεῖν καρδίαν; *Nam quid levat tandem mala,*
Quassare corda luctibus?

Bacchylides apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 109.) vel quô fortes illos priscos Agamemnone priores *illacrymabiles* ignotósque *l.* 4. *od.* 9. *qui minimè lugeantur*; sive *qui lugendi non sint*, sed strenuè alacritérque perferendi. Senec. *ep.* 107. *Malus miles est qui imperatorem gemens sequitur.* Et *quæst. nat. l.* 3 *præfat. Flere, queri, ingemere*; *desciscere est.* quanquam & ἀνοδύρεσθαι est θρηνεῖν, κλαίειν, Suidæ. atque indè poterit τὸ ἀνόδυρτον deduci.

§ 52. Καθηγεμόνες] *profusior.* D. Boot. ut sit

sit ἀπὸ τῦ καταβάλλειν *dependere, impendere, insumere.* quomodo Suidas ex Amipsiæ *mœchis*;

Καὶ σὺ μὲν ἦλθες, καββάλων τειόβολον.

id est, καταβαλών. indè καταβολή. Suidas idem, καθάπερ οἱ ἐφεσιοὶ τὰς καταβολὰς ποιῦνται τῶν χρημάτων. Et Gregor. Naz. *de pace* 3. *ad l.* 4. § 20. πολλὰ ἂν κατέβαλον χρήματα. & sit sensus. *fieri potest, ut professior sis; ut tamen nihilo liberalior eâ ratione existas. Falluntur enim,* quibus *luxuria specie liberalitatis imponit.* ut Tacit. *hist. l.* 1. & ut Plin. in *paneg. Ambitio, & jactantia, & effusio, & quidvis potius quam liberalitatis existimanda est, cui ratio non constat.* Itaque Senec. *epist.* 121. *Non voco ego liberalem, pecuniæ suæ iratum. multum interest, utrùm quis dare sciat, an servare nesciat. multi sunt, qui non donant, sed projiciunt.* id est, καταβάλλουσι. sive καββάλλουσι, prout Hesiod. in *Theogon.*

Καββὰς ἐνὶ πόντῳ.

In mare projecit.

de talibus Tacit. libro superiùs indicato. *Perdere iste sciet, donare nesciet.* Et Epicharmus apud Plut. in *Pelopid.* & *de garrul.*

Οὐ φιλάνθρωπος σύγ' ἐὰν ἔχῃς νόσον, χαίρεις δίδὰς.

ità enim est concipiendum, ut versus consistat. *Liberalis haud es ipse: morbum habes, lubet dare.* Ego malim καββαλικώτερος. quomodo mox κοινωνικώτερος. (ità enim scribendum, non κοινωνικότερος) & cum Xyl. *luctæ peritiorem* intelligi. nam καββάλιον pro *luctatore,* quod Xyl. autumat dici, exemplo carere existimo. καββάλλειν *dejicere, prosternere,* colluctantibus est frequentissimum: quos ait Galen. *in Hippocr. aphor.* 3. αὐτὸ τῦτο ἔργον ποιῶσι καὶ τὸν βίον ἅπαντα, τῷ διατείνειν ἐν γυμνασίοις τῦ καταβάλλειν ἑτέρους ἕνεκα. Eustath. *ad Hom. Il. ι. v.* 206. Τὸ καββάλλειν, ἢ ἁπλῶς ἀντὶ τῦ βάλλειν, ὅ ὅτι, ἔθετο· ἢ βασάξας ἄνω, εἶτα κατεπάτησε· ὅτω καὶ ὁ πάλαισὴς καταβάλλει τὸν ἀντίπαλον. itaque artem istorum Galenus idem *lib. ad Thrasybul.* non tam γυμναστικὴν dici postulat, quàm καλλιπαλικὴν· sive, ut Lacones efferebant, καββαλικὴν. qui &, inquit is, καββαλικώτερον ἑαυτῶν γε φασὶν εἶ τὸν ἐν ταύτῃ τεθραμμένον, ἢ ἰσχυρότερον. *in hoc studio enutritos, non validiores sese dicunt esse, sed prosternendi peritiores.* Atque ità revera Spartanus quidam autore Plutarcho in *apopth.* de antagonistâ suo, à quo in certamine superatus & prostratus fuerat, dixisse fertur; ἐ μὲν ἦν κρείσσων, ἀλλὰ καββαλικώτερος. *non est melior me aut fortior, sed deficiendi sive prosternendi peritior.* Quò & respexisse Marcum istic, mihi probabile admodum videtur: quasi dixerit, Καββαλικώτερός σε ὄζι τις; vel, ἀλλ' τις ὄζι; est *aliquis te luctæ peritior,* sive corporis robore viribúsq; validior? at te benignior, aut modestior, &c. nè existat. hoc enim in te positum est: illud non item. vel, hoc si minùs extiterit, nihil est quòd ea in re, aut ille superiorem te esse sese glorietur, aut ipse ab ullo superari te dedecus ullum existimes. Quod Agesilaus aliquandò Persarum regem magnum prædicanti, Τί δ' ἐμῦ γε μείζων ὀκεῖν, εἰ μὴ ᾖ δικαιότερος; Plut. de se laudand. quòd contractiùs & λακωνικώτερον dici poterat, Τί μείζων, εἰ μὴ ἀμείνων; Plato *ep.* 4. Ἀνδρεία μὲν δὴ, καὶ τάχει, καὶ ῥώμῃ πλεονεκτεῖν, δόξειεν ἂν καὶ ἑτέρων τις· φρονήσεως δ' καὶ δικαιοσύνης, καὶ μεγαλοπρεπείας, καὶ τῇ περὶ πάντα ταῦτα ξυμμετρίᾳ, ξυμφαίη τις ἂν τοῦ ἀνθρωπίνου μάλιστα τὰ τοιαῦτα τιμᾶν, εἰκότως τῶν ἄλλων διαφέρων. τοῦτο δ' ὁ μέγιστος ὄζιν ἀγών. Nihil, opinor, ad Marci mentem aperiendam accommodatius dici potuit. Vide ad *lib.* 3. § 4. Epictet. *enchir. c.* 42. Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύμπτωτοι, ἐγώ σε πλουσιώτερός εἰμι. ἐγώ σε ἄρχω κρείσσων· ἐγώ σε λογικώτερος· ἐγώ σε ἄρχω κρείσσων. ὀκεῖνοι μᾶλλον σωπατί· ἐγώ σε πλουσιώτερος· ἢ ἐμὲ ἄρχε κλῆσις τῆς σῆς κρείσσων. ἐγώ σε λογικώτερος· ἢ ἐμὲ ἄρχε λέξις τῆς σῆς κρείσσων. σὺ δ' γε ὅτι κλῆσις εἶ, ὅτι λέξις. Gemina habes *l.* 5. § 5. & *infr.* § 66. Adnotaverat nescio quis ad periochæ hujus caput verba hæc. ἐκ ἔστιν ἀρχὴ τῦτο, ἀλλὰ τῦ ἀνωτέρω τῦ περὶ τῦ Πλατωνικῶν σωμάτων. quod in contextum postea cùm irrepsisset, nos denuo furcillavimus: eò magìs, quia etiam frivolum, fallùm est, non alienum duntaxat.

Εὐτακτότερος ὅτι τοῖς συμβαίνουσιν] Translatum à re militari, in qua de eis usurpatur, qui, quicquid obvenerit, ordinem non turbant, quicquid fuerit injunctum, citra tergiversationem aut querimoniam exequuntur. Xenophon. *Cyri instit. lib.* 1. Εὐτακτοτέρους καὶ εὐπειθεστέρους ποιεῖ. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Ὁ κηδὼν καὶ ἀγαθὸς, μεμνημένος, πῶς τ' ὄζι, καὶ πόθεν ἐλήλυθε, καὶ ὑπὸ τίνος γέγονε, θεοῖς μόνῳ τούτῳ ὄζι, πῶς τιμὸ αὐτῦ χάρεσιν ἐκπληρώσῃ εὐτάκτως καὶ εὐπειθῶς τῷ θεῷ.

§ 53. Ὅσα ἔργον] Vide *l.* 5. § 3, 14.

Κοινὸν θεοῖς καὶ ἀνθρώποις λόγον] Vide *ad l.* 3. § 4. συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν.

Ὠφελείας τυχεῖν] ità *infr.* § 74. ὠφέλησε, φύσεως καὶ φύσιν. Et *l.* 11. § 4. πεποίηκέ τι κοινωνικῶς; ἐκεῖν ὠφέλησε;

§ 54. Παλαιᾷ καὶ δικαίᾳ] Vide *l.* 8. § 45. Senec. *Medea,* 2. 1.

Nusquam potest non esse virtuti locus.

Ἐπί σοί ὄζι] Vide *ad l.* 2. § 11. ἐφ' αὐτῷ τὸ πᾶν· & *l.* 10. § 32.

Τῇ παρούσῃ συμβάσει] ità deinceps leg. καὶ τῇ παρούσῃ φαντασίᾳ.

Θεοπρεπῶς ἐναφιεῖσιν] Vide *ad l.* 6. § 2, 32. & *l.* 10. § 21. Epictet. *dissert. lib.* 3. *c.* 26. ὅτω ἐφίσηπ καὶ ἐννοεῖ, ὅτι ἐὰν τῷ θεῷ φρονίσατα τάξῃ ἑαυτὸν, διελθόντα σοφῶς· πῶς λέγεις φρονίσατα τάξαι; ἵν' ἐὰν ἐκεῖνος διλῃ καὶ αὐτὸς διλῃ· καὶ

κὰ ὁ ἀν ἐμοῦ & μὴ θέλῃ, τοῦτο μηδ' αὐτὸς θέλῃ. Vide *infrà* § 56. Sen. *ep.* 74. *Placeat homini, quicquid Deo placuit.*

Ἐμπλοκοτεχνῶν] compositio duriuscula, sed gemina illi Epicteti *dissert. l.* 2. *c.* 20. ὁ περιπλοκοτεχνῶν &c. Sunt autem compositiones istiusmodi apud Stoicos nimiò quàm familiares. Vide Epictet. *l.* 2. *c.* 5. *ad l.* 4. § 1.

§ 55. Τὸ ἐξῆς τῇ κατασκδῇ] Vide *l.* 5. § 16. & *infrà* § 53. ità *l.* 12. § 12. Τὸ ἐξῆς τῇ φύσει. Clem. Alex. *strom. l.* 1. Φύσει δ' αὖ κοινωνικὸς ὢν δικαίως ὁ θεὸς πάντας ἐδημιούργησεν.

Τὰ σωματικὰ πάθη] Vide *ad l.* 3. § 6.

Ἡ περὶ ἐθέλειν προαίρεσις] Vide *ad l.* 2. § 2. Ψυχῆς τάξις ἡγεμονικωτέρα. Plut. *adv. Epicur.* & in ista principatum obtinet τὸ ἡγεμονικὸν κατ' ἐξοχὴν sic dictum. Ἅπαν δὲ τὸ κρατοῦν καὶ βεβαιότατον ἦν ἐν ἡμῖν ἡτιῶσθαι κατὰ τὸν Ἀριστοτ. *ethic. magn. l.* 2. *c.* 6. Et *Eudem. l.* 5. *c.* 12. Ἅπαν ἂν εἴη, οὗ τὸ κρεῖττον ταύτης ὄν, κυρίαν αὐτῆς ἔχει. Idemque *polit. l.* 1. *c.* 4. Τὸ ζῶον πρῶτον συνέστηκεν ψυχῆς καὶ σώματος· ὧν τὸ μὲν ἄρχον ἐστὶ φύσει, τὸ δ' ἀρχόμενον. δεῖ δ' σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μάλιστα τὸ φύσει, καὶ μὴ ἐν τοῖς διαφθαρμένοις. ——— ἔστι δ' ἓν μὲν πρῶτον ἐν ζῴῳ θεωρῆσαι καὶ δεσποτικῷ ἀρχῷ καὶ πολιτικῷ. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τῷ σώματι ἄρχει, δεσποτικῷ ἀρχῇ· ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως, πολιτικῷ καὶ βασιλικῷ. Salust. *bell. Catilin. Nostra omnis vis in animo & corpore sita est. animi imperio, corporis servitio magis utimur.* Tertull. *de bapt. c.* 4 *Spiritus dominatur; caro famulatur.* Et Aug. *homil.* 37. *Anima dominatur; caro servit: anima superior est; caro subjecta est.* Rectè itaque Hesych. in *ascetic. c.* 1. § 33. Μὴ ἀγνοήσωμεν τὴν κυρίαν καὶ ἄφθαρτον ἢ φθαρτὴ πηλὸς καὶ δάλη. Vide *infr. l.* 10. § 38.

Τὰ μὲν λοιπὰ ἦν λογικῶν ἕνεκεν] Vide *l.* 5. § 16. & Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 8

Χρηστικὴ πᾶσιν ἐκείνοις] Probat hinc mentis principatum Epictet. *l.* 2. *c.* 23. Vide *ad l.* 5. § 21. & *l.* 10. § 39. Clemens *strom. l.* 1. Ἐν μὲν γε θεοῖς, καὶ τοῖς μακαρίοις ζῴοις, δὴ ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, ψυχὴ τὸ κάλλιστον ἐστὶ καὶ νοῦς· ἐν δὲ τοῖς τῆς ψυχῆς παθέσιν, ὧν ὁπλισάμεθα τῇ ἀρετῇ, λογισμός ἐστι τὸ τακτικόν.

Τὸ ἀνεμπόδιστον] Vide *ad l.* 3. § 9.

Εὐδία προαιρέσεως] Vide *ad l.* 10. § 11, 12.

Ἔχει τὰ ἑαυτῆς ἀπέρ: forsan. quod est significantius, & Marco familiare, Vide *ad lib.* 4. § 49.

§. 56. Ὡς ἀποτεθνηκότα καὶ μέχει νῦν βεβιωκότα] Periochæ istius Senecâ meliorem interpretem frustrà quæliveris. Sic ille *epist.* 12. *Sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, & consummet atque expleat vitam. Pacuvius qui Syriam usu suam fecit, cùm vino & illis funeris epulis sibi parentaverat, sic in cubiculum ferebatur à cœna, ut inter pianctus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωκε, βεβίωκα. nullo non funere extulit. hoc quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus, & in somnum ituri, læti hilaresque dicamus, Vixi, & quem ederat cursum fortuna peregi. crastinum si adjecerit Deus, læti recipiamus. ille beatissimus est & securus sui post sor, qui crast. num sine sollicitudine expectat. quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit.* Quod Flacc. *l.* 1. *epist.* 4.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superveniet, quæ non sperabitur hora.

Idem Senec. *epist* 101. *Sic formemus animum, tanquam ad extremum ventum sit. nihil differamus: quotidie cum vita paria faciamus.* Martial. *l.* 4. *ep.* 54.

Si sapis, ut sarta tecta, Coline, diebus:
Extremumque tibi semper adesse putes.

Eumolpus apud Petronium: *Ego sic semper & ubique vixi, ut ultimam quamque lucem, tanquam non reditura mihi sumerem.* Vide *ad l.* 3. § 8.

Ἐκ τοῦ περισσοῦ] idem quod *lib.* 6. § 41. ἐκ περισσείας. *ex abundanti.*

§ 57. Μόνον φιλῶν] hoc est, quod Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 1. ἀρκοῦσας τοῦ διδόντος. Vide *ad l.* 3. § 4. & *l.* 10. § 12. Vide & Democritum *suprà ad* § 27.

Τί δὲ ἀριστότερον] Vide *ad l.* 4. § 18. & *l.* 10. § 20. Epictet. *l.* 2. *c.* 7. Ἄλλο γάρ τι θέλεις, ἢ τὸ ἄμεινον; ἄλλο δὲ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν; & *l.* 4. *c.* 7. κρεῖττον ὃ ὁ θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγώ. malè ista cum sequentibus commisit Xyl.

§ 58. Οἷς τὰ αὐτὰ συμβαίνει] Ità solatur se Merope in Euripidis *Cresphonte*: (Plut. exhibet in *Consol. ad Apollon.*)

Τάδ' ἆρα πᾶσι δεινὰ κἀμοὶ μόνῃ βροτῶν,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἐστέρημαι· ἄλλαι μύριαι
Τὸν αὐτὸν ἐζήλωσαν, ὡς ἐγώ, βίον.

Orbata natis mortuis, spolior viro,
Non sola ego hominum: mille sunt aliæ, quibus
Toleranda fuit hæc vita, quæ nunc est mihi. Grot.

Juvenal. *Sat.* 13.

——nec rara videmus
Quæ pateris: casus multis hic cognitus, ac jam
Tritus, & è medio fortunæ ductus acervo.

Itaque ut Menander:

Παρηγόρει τὰ κακὰ δ' ἑτέρων κακῶν.

Solari alienis ex damnis velis tua.

Siquidem ut Senec. *Troad.* 4.

Ferre quam sortem patiuntur omnes,
Nemo recusat.

Quem & vide ulteriùs id argumenti *ib.* protelantem. Vide & *ad l.* 11. § 12. de Tragœdiarum usu. Facit huc Democriti techna illa, quâ Dario uxoris obitum impotentiùs simul ac obstinatiùs lugenti illusit. Spem faciebat regi posse se illam vitæ restituere, si res ad id perficiendũ necessariæ suppeditarentur.

rege

ge nihil non libentissimè suppeditaturum se pollicente; reliqua quidem omnia sibi suppetere arebat, unicum tantùm deesse. id quidnam esset percontanti, respondit, Εἰ γενῶν ἀπινδήτων ὀνόματα τῷ πάππῳ τῆς γυναικὸς ὀνομάσειεν, εὐθὺς αὐτὴν ἀναβιώσασθαι. h. e. *Si uxoris tumulo tria tantùm nomina inscriberet hominum, qui sine luctu vitam exegissent, fore statim ut reviviscceret illa.* Narrat Julian. Imperat. *epist.* 38. ἀπινδήτων autem nomine intelligo potiùs, *qui neminem luxissent*, quàm cum Gallo interprete, *quos nemo luxisset.* Subjungit enim Julianus Democritum, cùm rex μηδένα ἄνδρα, *virum ne unum* quidem istiusmodi reperisse posse se profiteretur, more suo ridentem subjecisse, Ἐπ, ὦ πάντων ἀτοπώτατε, θρηνεῖς ἀναίδην, ὡς μόνῳ σοὶ τοιούτῳ συμπλακείς, ὁ μηδὲ ἕνα πώποτε γεγονότων ἄμεινον δικαίοις πάθεσι σχὼν εὑρεῖν; *Et te, omnium ineptissime, non pudet lugere, quasi solus malis istiusmodi conflictaris, cùm nè unum quidem ex omnibus qui unquam fuerint, reperire possis, cui ejusmodi nihil quicquam obtigerit?* Interpretationem vocabuli confirmat & Lucianus in *vita Demonactis Cynici*, quem ille Herodi Attico filii mortem immoderatiùs lugenti, pari technâ illusisse refert, τῷ παιδὶ τὸ ὄφλημα ἀναγαγεῖν pollicitum, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. quod ille cùm præstare nequiret, subjecisse Cynicum, Εἶτ', ὦ γελοῖε, μόνῳ σοὶ ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον; Irà Juliano qui ἀπίνδητος dicitur, idem Luciano πένθους ἄμοιρος nuncupatur. Nec inficetum Socratis illud, quod Plut. *de Apollon.* sic refert. Εἰ συνεύχομαι οἷς τὸ κοινὸν τοῖς ἀπύροις, ὥστε διελεῖν τὸ ἴσον ἕκαστον, ἀμήνους ἂν τοὺς πλείους τὰς αὑτῶν λαβόντας ἀπολθεῖν. Herodot. *l.* 7. his verbis expressit: Εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ εἰς μέσον συνείκαιεν, ἀλλάξασθαι ἂν ἐκ τῶν πλησίον ἐπιστάμενοι ἕκαστοι αὐτέων ἀποφερέσαντο ὀπίσω, τὰ ἐπενείκαντο,

Περὶ τοῦ πως χρῆσθαι αὐτοῖς ὅλῳ γίνεσθαι] Utile admodum documentum, ut non tam animo obturbemur de eis quæ nobis secius obtigerint, quàm cogitationem in hoc totam defixam habeamus, quomodo eventus illos adversos probè utendo, in rem nostram convertamus. Facit huc cumprimis totus ille Plutarchi tractatus *de utilitate ex inimicis capienda.* Sed & Maximi Tyrii *dissert.* 35. Ὅτι δεῖ ἡ ὀκ τοῦ δεινοτάτου ὠφελεῖσθαι. Et Epicteti *l.* 3. *c.* 20. Ὅτι ἀπὸ πάντων τοῦ εὖ πεφυκέναι δεῖ ὠφελεῖσθαι.

Ἄλλα σοι ἔστω] σοι, malim. Vide *ad l.* 4. § 1, 49. & *l.* 10. § 33. & *infra* § 68. Epictet. *l.* 4. *c.* 10. Ἔξεστί σοι παρὰ τὴν ἀποβάσαν χρῆσθαι καὶ φύσιν· ἐὰν δύνῃ σε κωλύσαι δοκίμασον. ναὶ ἀλλ' ἔν μοι λέγε, Πῶς γένηται, τοῦτο ἀποβῆναι; ὅπως δ' ἂν γένηται σὺ αὐτὸ θέσεως καλῶς, καὶ ἔστω σοι τὸ ἀποβὰν εὐτύχημα.

Μόνον σκέπτε, εἰ θέλεις σαυτὸν καλὸν εἶναι] Ni vitiosa sit Scriptura; σαυτὸν καλὸν, i. e. *tibi bonas*, dicit, non eò sensu quò Jason Siracid. *c.* 14. *v.* 5. Ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ, τίνι ἀγαθὸς ἔσται; *Qui sibi nequam, cui bonus?* quò Psaltes *Psal.* 49. *v.* 18. *Cùm tibi benefeceris, collaudabunt te homines.* aut quò Euripides versu illo celebratissimo, apud Platon. *Hipp. maj.* Cicer. *ad famil. l.* 13. *ep.* 15. Plut. *de laud.* in *Alex.* & *Caton. maj.* Lucian. *apolog.* Stob. *tom.* 2. *tit.* 3. alios.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Odi professum sapere, sibi qui non sapit.

Sed quò Apostolus dixit, *ad Rom. c.* 14. *v.* 22. Πίστιν ἔχεις; κατ' αὐτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. *Fidem habes? habe apud te in conspectu Dei.* i. e. sis temeripso Deóque teste contentus. μὴ πάμφαγε, μηδ' ἀλαζονεύου. Epictet. *l.* 3. *c.* 23. quò Socrates in *Platonis sympos.* tibicinam jubet, αὐλεῖν ἑαυτῇ, *sibi canere.* Unde Ismenias, eundémque imitatus Julian. in *misopog.* Ταῖς μέτριαι ἆσον, καὶ ἐμαυτῷ. ex Antigenidis præceptoris monito, *qui populo minùs placentem jussit, sibi canere & Musis.* Cicer. Bruto. quò Epictet. *l.* 4. *c.* 8. Σαυτῷ φιλοσόφησον. qui & *ibid.* de Euphrate, Καλῶς Εὐφράτης ἔλεγεν, ὅτι ὀπὸ πολὺ ἐπειρώμην λανθάνειν φιλοσοφῶν, καὶ ἦν μοὶ, φησὶ, τοῦτο ὠφέλιμον. σκέπτου μὴ γὰρ ἤδειν, ὅσα καλῶς ἐποίουν, ὅτι ἃ διὰ τοῦ θεατοῦ ἐποίουν, ἀλλὰ δι' ἐμαυτόν. ἤθουν ἐμαυτῷ καλῶς, κατεσκεύαζον ἔχειν τὸ βλέμμα, τὸν τρόπον· πάντα ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ. Greg. Naz. *ep.* 60. Τὰς μὲν πολλὰς ἕα χαίρειν, καὶ δὴ καὶ τοῖς πᾶσιν ἀεὶ δοκιμάζοντας· αὐτὸς δὲ σαυτῷ κεῖσο συμβάλου καὶ τῷ θεῷ. Vide *infra* § 67. & *l.* 9. § 26. & *l.* 10. § 9. Xyl. *Studè, ut tibi ipsi in omnibus actionibus benè placatum conjectaris videaris.* quem & Casaub. sequitur. Cæterùm, ut quod revera subesse sentiam, liberè eloquar; hæc omnia præter Marci mentem prorsus existere autumo; locúmque, qui trajectione laborat, ità operâ leviculâ restituendum. μόνον σκέπτε σαυτῷ. καὶ δὴ καὶ θέλεις καλὸς εἶναι ἐπὶ πᾶσὶ ὃ σκέπτεται. formula familiaris in eis, quibus cautio præcipitur monitis. σκέπτε σαυτῷ· & προσέχετε ἑαυτοῖς· Siracid, *c.* 29. *v.* 23. Luc. *Evang. c.* 17. *v.* 3. & *c.* 21. *v.* 34. & *Act. c.* 5. *v.* 35. & *c.* 20. *v.* 28. pro quo & Paulus, ἔπεχε σαυτῷ, dixit, *ad Tim. ep.* 1. *c.* 4. *v.* 16.

Καὶ μέμνησο ἀμφοτέρων, ὅτι καὶ διάφορον ἐφ' ἕ ἡ σκέψις.] leg. forsan, καὶ μέμνησο ἐπ' ἀμφοτέρων. ὅτι διάφορον, ἐφ' ἕ ἡ σκέψις. in utrisq; autem illis, hoc est, tum in illis sibi dimittendis, qui secius se gerunt, tum in rerum istarum, quæ contingunt, usu, medium quiddam esse, nec bonum sc. nec malum, illud circa quod actio tua versatur. Hæc ex conjectura non improbabili. nam interpretes quæ repræsentant, quomodo ex lectione, quam admittunt, elici possint, nullus video. Epictet. *l.* 2. *c.* 5. Ἄλλα

ὕλαι ἀδιάφορα. ἡ δὲ χρῆσις αὐτῶν οὐκ ἀδιάφορος.

§ 59. Ἐνδον βλέπε] Vide *ad lib.* 6. § 3.

Ἐνδον ἡ πηγὴ τῶν ἀγαθῶν] In mente scil. Plut. *de adulat.* Σπέρμα γὰρ φρονήσεως ἡ μάθησις· ἀρχὴ καὶ πηγὴ τοῦ βίου τὸ νοεῖν. Idemque *de tranquil.* Διὸ τῷ πηλῷ τῆς εὐθυμίας ἐν αὐτοῖς ἅπαν ἡμῶν ἐκταράττομεν, ἵνα καὶ τὰ ἐκτὸς, ὡς οἰκεῖα καὶ φίλια, μὴ χαλεπῶς χωρίσεις συμφέρηται. Solomon *Prov. c.* 4. *v.* 23. *Præ omni custodia custodi cor tuum: indè enim prodit vita.* Vide *infrà* § 61. & *l.* 8. § 45. Epict. *enchir. c.* 46. Ἰδιότης πάσης καὶ χαρακτὴρ. ὑπόπτε ἐξ ἑαυτῆς φαντασίαν ὠφέλειαν ἢ βλάβην. φιλοσόφου πάσαν καὶ βλάβην ἀφ' ἑαυτῆς φαντασίαν. Senec. *ep.* 74. *Omnium bonorum vis & origo in ipsa est virtute. quid refert, an aqua decurrens intercipiatur atq; abeat, si fontes ex quo fluxerat, salvus est?*

Ἀεὶ ἀναβλύειν δυνάμενον, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς] Alludit ad naturam fontium, qui quò altiùs fodias, crebriùs haurias, eò magìs ebulliunt & scaturiunt uberiùs. Clem. Alex. *pædag. l.* 3. *c.* 7. Τῶν φρεάτων ὅσα πίφυκε βρύειν, ἀπαυλύσωμεν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀναπηδῆσαι μέτρον. quod ille ad liberalitatem transfert.

§ 60. Δεῖ καὶ τὸ σῶμα πεπηγέναι] Huc Chilonis illud monitum, Laërtii *l.* 1. Ἐν ὀλίγῳ μὴ σπεύδειν. &, λέγοντα μὴ κινεῖν τὴν χεῖρα· μανικὸν γάρ. Plutarchi nom. autor *de fort. Rom.* Τῆς μὲν ἀρετῆς φρόνημά τε τὸ βάδισμα, καὶ τὸ βλέμμα καθεκτικός· quod βλέμμα πεπηγὸς, cum nostro, Epictetus dixit *l.* 2. *c.* 8. ὀφθαλμὸν πεπηγότα, in Marco Sophistà Philostratus. Basil. Cæsar. *epist.* 1. Τὸ βάδισμα μήτε νωθρὸν, ὡς ἔκλυσιν τῆς ψυχῆς καταγορεῦν· μήτε αὖ σφριγῶν καὶ σεσεισμένον, ὡς ἐμπαθείας αὐτῆς τὰς ὁρμὰς ὑποφαίνειν. Galenus in *hortator. c.* 2. Fortunæ afflictas depingit, θεὸν τῇ δεξιᾷ μόνῃ σωθέοντας. at de Mercurii spectatoribus, πάντες μὲν, κόσμιοι· inquit: ὁ θέων δ', οὐ βοῶσιν, οὐδ' ἀλλήλοις μάχονται. Anacharsidem describens Maxim. Tyr. *dissert.* 15. Ἀνὴρ σοφὸς σοφίαν ὑπὲρ πολυρρήμονα, οὐδὲ λαλὸν. ἀλλ' ἦν αὐτῆς τὸ κεφάλιον, βίᾳ ἀκειρόμενον, καὶ γνώμη ὑγιὴς, καὶ λόγος βεβαίως, εὐτυχῶς, ἐοικὼς ὑπλοτέρῃ μὲν δόξῃ ἀπερισκέπτως θέοντι, ἀλλ' ὀπίτῃ βάδην ἴοντι, καὶ κινεμένῳ ἀσφαλῶς, Alexis apud Athen. *l.* 1.

Ἐν γὰρ νομίζω τοῦτο τοῖς ἀνελευθέροις
Εἶναι. τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς,
Ἔξὸν καλῶς.——

Quod Plaut. *Pœnul.* 3. 1.

Liberos homines per urbem modico magis par est gradu
Ire: servile esse duco festinatim currere.

Alex. Severus apud Lamprid. *Ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere.* Clem. Alex. *pædag. l.* 3. *c.* 11. Ἀνδρὸς γυναῖκα σημεῖον οὐδὲν οὕτω δεῖ φαίνεσθαι ἐν τῷ σχήματι μαλακίας· ἀλλ' οὐδ' ἐν ἑτέρῳ μέρει τοῦ σώματος· μὴ τοίνυν μηδὲ ἐν κινήσεσιν, μηδὲ ἐν στάσεσιν εὑρεθείη ποτὲ ὁ ἀκρωμοσύνης τῆς ἀνδρείας. Vide Siracid. *cap.* 19. *v.* 26. 27.

Ἐπὶ τῷ σχήματι] Ὥστε σωφρονοῦσῃ τῷ τῆς ψυχῆς ἀρετῷ δι' αὐτοῦ. ut Galen. *hortat. c.* 2. Achil. Tat. *l.* 6. Ὁ νοῦς ἔμοι δοκεῖ λαλεῖσθαι καλῶς ἀδεῶς δὲ παράπαν. φαίνεται γὰρ ἀκειρόμενος, ὡς ἐν κατόπτρῳ, τῷ σχήματι. Plutarches apud Philostrat. in *vit. Apollon. l.* 2. *c.* 12. Πολλὰ μὲν ὀρθοῦμεν τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἐμπαιδεύσαντες· πολλὰ δ' ἐν ὀργῇ καὶ παροινίᾳ κεῖται, γνωσθῆναί τε καὶ διωρθῶσθαι· ἀφ' ὧν σοφοί τε καὶ φυσικοὶ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ εἰδώλα, τοὺς νοῦς τῶν ἀνθρώπων διαθεῶνται. Cicer. *in Pison.* Vultus sermo quidam tacitus mentis est. & *de Orator. l.* 2. *sensus animi plerumque indicant vultus.* Tertull. *de resurr. c.* 15. *Volutet aliquid animus, vultus operatur indicium: facies intentionum omnium speculum est.* Vide *suprà* § 23. Apud Clem. Alex. *pædag. l.* 3. *c.* 11. Zeno adolescentis modesti imaginem sic delineat: Ἔστω καθαρὸν τὸ πρόσωπον· ὀφρὺς μὴ καθειμένη· μηδὲ ὄμμα ἀναπεπταμένον, μηδὲ ἀνακεκλασμένον· μὴ ὑπτίου ὁ τράχηλος· μηδὲ ἀριθμὸν τὰ τοῦ σώματος μέλη· ἀλλὰ τὰ μετέωρα ὀπτάνοις ὅμοια * ὀρθόντι. [*ὀρθοῦντι. Arcer.] πρὸς τὸν λόγον ὀξύτης, καὶ κατοχὴ τοῦ ὀρθῶς ἐρημένου· καὶ χαμαιπετοὶ καὶ κινήσεις μηδὲν ἐοικυῖαι τοῖς ἀκολάστοις ἐκπλήξεσι. αἰδὼς μὲν ἐπαινέτου, καὶ ἀρρενωπία. Ità Isidor. Pel. *l.* 3. *ep.* 287. Ὥσπερ σώφρων γυνὴ ἐπὶ τῷ σχήματι τῆς ἀγνείας τὰ σύμβολα φέρουσα, τὰς τοῦ ἀκολάστως ὁρώντων κολάζει σκοτοδινίας· ὕτω καὶ σώφρων ψυχὴ δεῖ τοῦ αἰδίστου φέρουσα τῆς ἀρετῆς τὰ σωθήματα, τὰς τοῦ διαφθείρειν αὐτῆς τὸν ὄγκον βουλομένους διεκκόπτει ἐλπίδας. Et *ep.* 288. Ὄμμα γὰρ ἀναιδὲς, καὶ αὐχὴν μετέωρος, καὶ ὀφρύων σωματικὴ κίνησις, καὶ βάδισμα σεσεισμένον, &c. τεκμήριον ψυχῆς ὄχλησις, τοῦ ἀφανεῖς τοῦ εἰκόνος παθῶν χαρακτῆρας ἐκτυπώσεις τῷ σώματι. Vide *l.* 11. § 15. De Bruto Fabius *institut. l.* 10. *c.* 1. *Scias eum sentire quæ dicit.*

Σὺν τῷ ἀνεπιπλήκτῳ] Huic opponitur τὸ καταγματίζειν αὐτὸν πρὸς τὸ σκυθρωπόν, ut Basil. Cæs. *orat.* 1. *de jejun.* quod in Pharisæis notat D. Christus Matth. *c.* 6. *v.* 16. verbis illis: Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. Est autem elegans παρήχησις in vocibus illis, ἀφανίζουσιν, ὅπως φανῶσιν. unà cum latente itidem oxymoro; quale illud quod apud Lucam obsérvavit Casaub. *Act. c.* 5. *v.* 41. Ὅτι καταξιωθησαν ἀτιμασθῆναι. sunt enim, ut καταξιοῦσθαι & ἀτιμάζεσθαι, ità φαίνεσθαι & ἀφανίζεσθαι, sensu planè contraria. non accedo tamen Basilio, quòd τὸ ἀφανίζεσθαι sic explicat, ἀφανίζε-

ἀφαιζῆ τὸ πρόσωπον, ὅταν ἡ ὕνδον διάθεσις ὀπισθέν τῳ ἥμαρ τῷ ἔξωθεν ὑπείκοτῆ, ὥσπερ ὑπὸ παρατασμαι τῷ ψυδεῖ καλυπθοῦκη. vid. *sup. ad* § 23.

§ 61. Ἡ βιωτικὴ τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα] *Artem vivendi luctatoriæ* magis quàm *saltatoriæ* similem esse dicit, primò, quia hoc est in utraq; illa principale, cavere nè dejiciaris, sed consistas jugiter: cùm in saltando, non tam de consistendo, quàm de gesticulando laboretur. Apost. ad *Ephes. c. 6. v. 11.* πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι ὅπ ὄξιν ἡμῖν ἡ πάλη, &c. Et mox: *v. 12.* ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. Vide *supr. ad* § 51. & Petr. Fabr. *agonist. l. 1. c. 11.* deinde etiam, quia in saltando staticulos & gesticulationes omnes præmeditatas apud se saltator habet, suóque in illis exprimendis exhibendísque artificio simul & arbitrio utitur. cùm in lucta ad adversarii technas conatúsque attendere atq; accommodare se is qui luctatur, necesse habeat. quâ ratione & τῇ κυβιστικῇ ἡ βιωτικὴ confertur. be Vide *infr. ad* § 38. alià autem ratione *saltatoriæ* dissimilem fecit artem vivendi, *lib. 11. § 1. & l. 12. § 9.* ibi vide sis.

Οὐ προεγνωσμένα] quæ ideo graviora videri solent, quia minùs prævisa sunt. siquidem *præmoniti præmuniti*; quòd vulgò dicitur. Bern. *in concion. solemn. 33.* & *de diversi. argum. 37.* &, *prævisa jacula minùs feriunt.* Gregor. Rom. *in Evang. hom. 35.* Et contrà, Ταράττει τὸ παρὰ γνώμην μεγεθος, καὶ πολλῶ παρέχει ἀθυμίαν. Demosth. Olynth. 1. & Thucydid. apud Theophylact. *ep. 30.* Διελοῖ τὸ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ πλέον παρὰ λόγον ξυμβαῖνον. Itaque Senec. *ad Marc. c. 9. Necesse est magis corruamus, qui quasi ex inopinato ferimur. quæ multò antè prævisa sunt, languidiùs incurrunt. hic nos error decipit, hic effœminat, dum patimur, quæ nunquam pati nos posse prævidimus. aufert vim præsentibus malis, qui futura prospexit.* & *ep. 76. Præcogitati mali mollis ictus venit.* Et *de tranq. cap. 11. Si non quicquid fieri potest, pro futuro habes, das in te vires rebus adversis, quas infregit, quisquis prior vidit.* Et *ad Helv. c. 5. Illis gravis est fortuna, quibus est repentina. facilè eam sustinere potest, qui semper expectat. nam & hostium adventus eos prosternit, quos inopinatò occupavit: at qui futuro se bello ante bellum paraverunt, compositi & adaptati, primum, qui tumultuosissimus est, ictum facilè excipiunt.* Gregor. idem *in Job. l. 13. c. 8. Improvidi dum mala quæ venturas sunt, prævidere nesciunt, tantò eis graviora fiunt, quantò ab eis inopinata tolerantur. firmis autem mentibus repentè adversa non veniunt, qui priusquam veniant, prævidentur.* Vide *ad* § 68. & *l. 4. § 46.*

§ 62. Ἀκουσίως πταίσει] *Etiam leges veniam concedunt, ex involuntate & necessitate delinquenti,* utì Tertullian. *apolog. c. 45.* Συγγνωμον γὰρ ὄξι τὸ ἀκούσιον. Cleon. apud Thucydid. *l. 3.* Et Athenienses *in purgatione sui* apud eundem *l. 4.* Πᾶν δ' εἰκὸς τῷ πολέμῳ καὶ δεινῷ πνι καταπροσθέν σύγγνωσθν τ γίγνεδαι καὶ θεὸς τὸ δεῦ. καὶ γὰ ὅδε ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυζὼ ἐξ τοὺ βωμοὺς, παραιτεῖδαι τε ἐπὶ τοῖς μὴ ἀνάγκη κακοῖς ὀνομαδῆναι, καὶ ὃν ἐπὶ τοῖς ὄδε ξυμφορῶν τ τολμήσαν. Demosth. *pro coron.* Ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ πμωρία κατ' αὐτοῦ. ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς πμωρίας τούτῳ. Maxim. Tyr. *dissert. 41.* Ἐλεεῖται τὰ ἀκούσια· μισεῖται τὰ ἑκούσια. Aristoteles ipse *ethic. Nicom. lib. 3. c. 1.* ἐν μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίνονται· ἐν δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμη, ἐνίοτε δὲ καὶ ἔλεος. & *lib. 5. c. 8.* Ἀδικεῖ μὲν οὖ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκὼν τις πράττῃ· ὅταν δ' ἄκων, οὔτε ἀδικεῖ, οὔτε δικαιοπραγεῖ. ἀδίκημα μὲν οὖ καὶ δικαιοπράγημα ὅσοις τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ· ὅταν μὲν ἑκούσιον ᾖ, ψέγεται ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότε ὄξιν· ὥστε ἀδικόν τι ἔσται μὲν, ἀδίκημα δὲ οὔπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ. eadem habet & *ethic. Eudem. l. 4. c. 6.* Verùm cùm in istis ἀκουσίοις vel ignorantia semper vel vis aliqua intercedat: ignorantiam quam facti vocant, intelligit Aristoteles: juris sive officii, vel veritatis saltem dogmatúmque in quibus illud fundatur, Marcus noster. paríque modo ille vim eam intelligit, quæ à principio externo infertur, ὥσπερ εἰ. ἕτερός τις λαβὼν τὴν χεῖρα τὴν δεῖνα τύπτει ἕτερον. iste eam, quæ ab interno proficiscitur ac profluit. Vide *l. 8. § 14.* & *l. 10. § 30.* & *l. 11. § 18.* Clemens autem *strom. l. 1.* ὅτε μὲν οἱ ἔπαινοι, ὅτε δὲ ψόγοι, ὅτε δ' αἱ πμαὶ, ὅτε δ' αἱ κολάσεις, δίκαια, μὴ τῆς ψυχῆς ἐχόντος τὸ ἑξούσιον τῆς ὁρμῆς καὶ ἀφορμῆς, ἀλλ' ἀκουσίου τῆς κακίας ὔσης. ἐπεὶ δὲ τὰ ἁμαρτημάτων περαίρεις καὶ ὁρμὴ κατάρχει δημαρτημδῶν ἡ ὑπόληψις ἐσ' ὅτε κρατεῖ, ἧς ἀγνοίας καὶ ἁμαδίας ὔσης ὀλιγωρεῖσθω ἀποσῆναι, εἰκότως αἱ κολάσεις. καὶ γὰ τὸ πυρέττειν ἀκούσιον· ἀλλ' ὅταν δ' ἑαυτόν τις καὶ δι' ἀκρασίαν πυρέτῃ, αἰσχύνεδαι δεῖ τοῦτο. ὡς δὲ καὶ τῆς κακίας ἀκουσίου ὔσης. ὃ γὰ αἱρεῖται τις κακὸν, τῇ δ' ἀπ' αὐτῷ ἡδονῇ σωπαγόμενον, ἀγαδὸν ὑπολαβὼν λιπτὴν ἠγεῖται. ὧν ὄντως ἐχόντων, τὸ ἀπαλλάττεδαι τῆς τε ἀγνοίας, τῆς τε αἱρέσεως τῆς φαύλης καὶ ὀπτερτῆς, καὶ περὶ τούτων τὸ μὴ συγκατατίδεδαι τὰς ἀπατηλὰς ἐκείνας φαντασίας, ἀπόκειται ἐφ' ἡμῖν. Ità & peccatum aliquo modo neutiquam voluntarium facit, nec peccantem tamen ideo pœnæ merito liberat: quia nimirum non est ἁπλῶς ἀκούσιον, sed κατά τι tantùm, quatenus corrumpitur judicium ὑπὸ τοῦ παθῶν καὶ τῆς ὀπτερτῆς, ut Marcus loquitur *l. 12. § 3.*

Οὔτε ἐπιμαρτυρήσεως δέησῃ] *neq; testimonio egebis, opus habebis*, interpres uterque. malim, *neq; testimonium*, id est, approbationem *ab illis petes.* ratio annexa, ab eorum dispositione interiore, huc trahit.

Εἰ βλέπων] suspensa relinquitur, prout exhibetur, oratio, cùm desit verbum ad quod conditionalis se recipiat. leg. ergò (opinor) εἰσβλέπων. nam οἰκὶ βλέπων, minùs placet. quod tamen lectione receptâ tolerabilius esset. vel εἰσβλέψεις, participium in verbum transmutando. sed prius illud arridet magis.

§ 63. Πᾶσα ψυχὴ] Platonis esse Epictetus monet, à quo etiam laudatur, *dissert. l.* 1. *c.* 28. & *l.* 2. *c.* 22. Ex ejusdem *Protagorâ* sumptum annotat Xyl. ubi tamen non comparet. Quæ ibi Plato, *ad l.* 11. § 18. dabimus. Cæterùm in *Sophist.* statuit πᾶσαν ἀκούσιον ἁμαρτίαν εἶναι. Astipulari videtur pervulgatum illud, *Nemo vult falli.* Epictet. *dissert. lib.* 4. *c.* 1. τίς θέλει ζῆν ἐξαπατώμενος, πεπλανημένος; Aug. *de verb. Ap. serm.* 30. *Quis est, qui velit decipi? da mihi hominem religiosum; non vult fallere: da impium, sacrilegum: fallere vult, falli non vult. nolunt fallere boni; falli autem nec boni volunt, nec mali.* Idémque *Enchir. c.* 17. *Usque adeò rationalis natura refugit falsitatem, & quantùm potest devitat errorem, ut falli nolint etiam quicunque amant fallere.* Verùm quæri potest, quomodo verum hoc sit, nullam animam veri notitiâ sponte destitui: cùm Petrus Apostol. de impiis ac flagitiosis quibusdam dicat, Λανθάνει δὲ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας. *Ista illos veritas volentes fugit.* scilicet, quod Bernard. *de gradib. humil.* 2. *ut liberiùs peccent, libenter ignorant,* Et, quod Tertull. *apolog. c.* 1. *Non libet rectiùs suspicari; non libet propiùs experiri. malunt nescire, quia jam oderunt. nolunt scire pro certo, quod se nescire pro certo sciunt. ideo & credunt quæ non probantur; & nolunt inquiri, nè probentur non esse, quæ malunt credidisse.* Verùm quod in schola dicitur, *neminem bonum quià bonum odisse,* ità *verum quià verum nemo aversatur*; etiamsi aliâ ratione, quatenus nimirum sibi minùs illud expedire arbitratur, aut affectibus ipsius adversari videtur, haud lubenter eidem assentiatur. Vide Thom. *sum. part.* 1a. 2æ. *q.* 29. *art.* 6. Cæterùm in Platonis sententiam defendere videtur Clemens Alex. loco superiùs ad § 62. indicato. Τὸ μὲν ἐψεῦδος τῆς ἀληθείας, κακὸν ὄν· τὸ δὲ ἀληθεύειν καὶ τὰ ὄντα δοξάζειν, ἀγαθόν· τῷ δὲ ἀγαθῷ ἀκούσιον μὲν οὐδὲν ἀνθρώπῳ γίνεσθαι δύναται· ἑκούσιοι γίνονται ἢ ὅμως, ἢ κλαπέντες, ἢ χρησθέντες, ἢ βιασθέντες, καὶ μὰ πεισθέντες. ὁ μὲν δὴ πεισθεὶς ἑκὼν ἡδονῇ πειθανολογίᾳ τινὶ κλέπτεται· κλέπτεται δὲ ὁ μεταπεισθεὶς ἐκλογισμῷ ὅτι τὸ μὲν ὁ χείρων, τὸ δὲ ὁ λόγῳ ἐξωμάλισται καὶ δοκεῖ βιάζεσθαι τε πολλάκις ἐθνῶν τε καὶ ἀλγηδόνι, φιλοτεχνίᾳ τε αὖ καὶ δυμῷ. ᾧ τὸ δοξασθῆναι καὶ ὅτι πᾶσι χαρίζονται, εἰ μὴ ὑφ' ἡδονῆς καλουμένης, ἢ ὑπὸ τέχνης βιασθεῖεν. Sed rem ipsam quod attinet nihil à nostris alienum habet.

Οὔτως ἂν μὴ δικαιοσύνης] nemo, inquit, sponte privatur, aut veritate aut virtute. quod idem habet & *l.* 11. § 17. In hunc sensum conceptus est senarius ille, quem adducit, & simul etiam in hac parte refellit Aristoteles *ethic. l.* 3. *c.* 5.

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός, οὐδ' ἄκων μακάριος.
Nolens beatus nemo, nec sponte est malus.

nec aliter intellexisse philosophum docent, quæ subjungit statim: Ἔοικε τὲ μὲν ψεῦδος, τὸ δ' ἀληθὲς μακάριος μὲν οὐδεὶς ἄκων· ἡ δὲ μοχθηρία ἑκούσιον. Proinde accentum retrahere, quò τὸ πονηρὸς illud τῷ ὀπιπόνῳ μὴ αἰτίᾳ significationem obtineat, utì vir doctissimus in *excerptis* postulat, præter mentem prorsus autoris forsan, præter sensum proculdubio citantis exstitit. ut nè adjiciam, non deesse, qui pro mero Grammaticorum nugamento habeant illud de significatione ab accentu retracto immutata, cùm translationem accentûs eandem in aliis itidem vocabulis ab Atticis usurpari animadvertant, citra ullam significatûs immutationem. Vide Eustath. *ad Iliad.* β. & H. Steph. *de dialect.* c. 16. Nec alio sensu Hercules apud Epicharmum ab Eustratio citatum per furorem à se gesta excusans inducitur, his verbis,

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼν ἀναγκαίως τάδε πάντα ποιέω·
Οἶμαι δ' ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός, οὐδ' ἅτας ἔχων.
Hæc ego ex necessitate facio quæ facio omnia:
Quippe, ut credo, sponte pravus nemo, aut calamitosus est.

Vide *supr. ad* § 16. & *ad l.* 4. § 6. Sed & in eandem sententiam citra ambiguitatem omnem disertissimè Plato ipse in Timæo; ubi cùm statuisset, primò τὰ περὶ ψυχὴν νοσήματα διὰ σῶμα τὸ ἕξιν γίνεσθαι· deinde νόσον ψυχῆς, ἀνοίαν εἶναι· tum ἀνοίας δύο γένη, μανίαν καὶ ἀμαθίαν· subjungit: ὁ νοσῶν καὶ ἄφρων ἰατρὸν ἰατὸν τοῦ σώματος τὸν ψυχὴν, οὐχ ὡς νοσῶν, ἀλλ' ὡς ἑκὼν κακὸς, κακῶς δοξάζεται. Et mox: Καὶ σχεδὸν δὴ πάντα ὁπόσα ἡδονῶν ἀκρασίαι καὶ ὀνειδίζεται κακὸς μὲν λέγεται δι' κακῶν, οὐκ ὀρθῶς διαδίζεται κακὸς μὲν δὲ ἑκὼν οὐδείς. διὰ δὴ πονηρὰν ἕξιν πρὸς τὸ σῶμα καὶ ἀπαίδευτον τροφὴν ὁ κακὸς γίνεται κακὸς πλὴν ἢ ταῦτα ἐχθρὰ, καὶ ἄκοντι προσγίνεται. ità restituit H. Stephan. quod perperam κακὸν τὶ antè legebatur. cui βεβαιωτέον do ego Galenum in *dissertatione*, quâ probare contendit, *animam sequi temperaturam corporis c.* 6. lectionem eandem exhibentem. huic autem lectionis genuinæ assertæ gratiam mutuam rependent Platonis codices; ex quibus pro ἐχόντων, ἑκόντων apud Galenum reponendum. Verùm Aristoteli contra Stoicos & Platonem ipsum suffragatur, Platonicus licèt ipse, Maximus Tyr. *dissert.* 41. νόσος ψυχῆς μοχθηρία. νόσος σώματος δυσκρασία. ἑκούσιον ἡ μοχθηρία· ἀκούσιον ἡ δυσκρασία.

§ 64. Οὐκ αἰσχρὸν] Vide *ad l.* 2. § 1, & 11. & *l.* 4. § 8. Hesiodi *oper. l.* 2. *v.* 309. à Socrate laudatus apud Xenoph. *memorab. l.* 1.

Ἔργου δ' ὑπ' ἐν ὄνει δ' ——

Marcus autem istic de labore an de dolore agat, (πόνος siquidem vocabulum utrumque designat) ambiguum faciunt ea quæ sequuntur : & forsan utrumq; voluit.

Οὔτε ἀφόρητον, ὅτε αἰώνιον] Vide *suprà* § 33.

Καὶ μὴ προσδοξάζῃς] *opinionem nè adjeceris.* nihil amplius ex opinione tua adjeceris, quàm quod sensus ipse renunciaverit. προσδοξάζειν enim Marcus dixit, quod προσεπιδοξάζειν Epictetus, referente Gellio *l.* 19. *c.* 1. Vide *ad l.* 8. § 49. ubi Marcus ipse explicat, quid istic velit.

Πολλὰ πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει δυσχεραίνοντα] *occulto modo,* sive *clam & citra sensum nostrum, molesta sunt.* ità interpres uterque. at quo modo nec sentientibus molesta esse possunt ? itaque interpunctione mutatâ, & post λανθάνῃ adhibitâ, verto, *multa quæ tædio nos afficiunt, non animadvertimus ejusdem esse cum dolore naturæ.* Sensum hunc confirmant verba illa novissima. Ὅταν ἓν τόπον τινὲ δυσαρεστῇς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐναντιοῦσαι. quòd antè forsan non adverteris.

Ὅτι πόνῳ ἐναντιοῦσαι] hoc vult. molestiam nobis facessere multa, quæ laboris in se vim atque naturam habeant, etiamsi in eis minimè laborare videamur. hujus generis esse gravedinem, æstum, malaciam, nauseam, & similia. itaque in istis etiam cùm animi tenorem remittimus, à labore non superari. Ejusmodi quiddam est, quod habet Tertull. *de patient. c.* 5. *impatientia sola matrix est omne delictum. atque ut compendio dictum sit ; omne peccatum impatientiæ ascribendum. malum est impatientia boni. nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis.* Ità etiam quietem ipsam, non minùs quàm laborem, sæpenumero molestam esse, & quietis quoque impatientiâ laborare contingit. Plutarch. *de tranquil. ad l.* 4. § 24. laudatus : Ἐνίοις δὲ καὶ τὸ μὴ πρᾶττειν αὐτὸ πολλάκις εἰς ἀθυμίαν καθίστησιν. Ennius *Iphigen. apud* Gellium *l.* 19. *c.* 11.

Otio qui nescit uti, plus habet negotii,
Quàm negotioso cùm quis fuerit in negotio.

Nec dissimile quod Aug. *in Psal.* 84. *Pugnat contra nos quotidie fames & sitis ; pugnat contra nos lassitudo carnis, pugnat somni delectatio, pugnat oppressio. vigilare volumus ? dormitamus. jejunare volumus ? esurimus & sitimus. stare volumus ? defatigamur. quærimus sedere ? si & hoc diu facimus, deficimus. quicquid nobis providerimus ad refectionem, illic rursus inveniemus defectionem. Esuriens cibo te reficere volebas : hoc age semper ; hoc agendo, in eo quod adhibueras ad refectionem, ibi invenies lassitudinem. multum sedendo fatigatus eras ; surgis, deambulando reficeris : perseverа in eo quo reficeris ; multum deambulando lassaris : sedere iterum quæris. inveni mihi aliquid unde te reficias, ubi non, si perseveraveris, iterum deficias.* Et mox : *Si perseveraveris in eo quo te reficis, etiam morieris. Perseverа in multùm manducando : ipsa res te interficiet. perseverа in multum jejunando ; indè morieris. sede semper, ut nolis surgere, morieris indè. ambula semper, ut nolis quiescere, morieris indè. vigila semper, ut nolis dormire, morieris indè. dormi semper, ut nolis vigilare, morieris inde.*

§ 65. Οἷον οἱ ἄνθρωποι] imò *dion oi anthropoi.* q. d. *Ne sis tu inimici animo etiam adversus immites ipsos :* nè id ipsum in te admittas, quod in illis damnare videri vis. Vide *ad l.* 6. § 6, 26. & *supra* § 15. Affine monitum Senecæ illud *epist.* 103. *Tu ità cogita, quod ex homine periculum sit, ut cogites quid sit hominis officium. alterum intuere, nè lædaris ; alterum, nè lædas.* Sed videndus omnino Epictetus, *dissertat. l.* 4. *c.* 5.

§ 66. Εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν] Senec. *ep.* 13. *Cicuta Socratem magnum fecit.*

Ἐνηχέστερον πῶς σοφισαῖς διελέχθη] Quod ex Platonis *dialogis* passim apparet. De eodem Aristides *orat.* Περὶ τῶν παρόντων] Ὡς μὲν τοὺς σοφιστὰς ἤλεγχε φρενῶν ὡς μάτην θρασυνομένους. Et Theodoret. *therap. l.* 2. κωμῳδῶν αὐτοὺς διατέλει. Itaque quod de Ulysse Homerus *Iliad.* β'.

Οὐ γὰρ πω βασιλῆα κὴ ἔξοχον ἄνδρα ἐφώρα,
Τὸν ῥ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύοισκε παρῄας·
Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοόωντά τ' ἐφεύροι,
Τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν. —— [*esi*,

id ad Socratis morem se cum istis gerendi Maximus Tyr. transtulit ; *dissert.* 16. Ἀρέσει σοί τι δοκεῖν, inquit, αὐτὸ τοῦτο, εἰ μὲν ὁ Σωκράτης τοὺς μὲν βασιλικοὺς καὶ ἐξόχους ἀνδρας ἀγανοῖς λόγοις χαίρειν καὶ ἀποδέχεσθαι, Τιμαίους τινας, ἢ Παρμενίδους, ἢ ἄλλον βασιλικὸν ξένον· ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοῶντά τ' ἐφέροι, τοῦτον ἐλαύνειν τῷ λόγῳ, Θρασυμαχόν τινα, ἢ Κωμικέα, ἢ ἄλλον λωβητῆρα καὶ ἐπισκόλον ; Ità enim supplevit Cosm. Paccius, quod codices Græci mutilum exhibent.

Καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν] ad verbum, *in glacie pernoctabat.* hoc est, cùm gelu constricta esset terra, in frigore extremo. Πάγος, ψύχος. Hesych. πάγος, *gelu, glacies* ; ut πάχνη *pruina.* ejusdem originis vox utraque. Plut. *de prim. frigid.* πάντα ταῦτα παντάπασιν ἐστὶ τῆς ψυχρότητος καὶ παγετώδη. διὸ καὶ πάγοι καλοῦνται. Cæterùm aliud constantiæ tolerantiæque in hoc ferè genere Socraticæ specimen à Scriptoribus celebratur : quod in bello ad Potidæam gesto factum commemorat Laërt. *l.* 2. Μεῖναι, inquit, νυκτὸς ὅλης ἐφ' ἑνὸς σχήματος αὐτὸν φασι. Autor est inter cæteros Plato *in Sympos.* qui non tantùm νυκτὸς ὅλης, sed ἐξ ἑσπέρας μέχρις ἑσπέρας, καὶ πάλιν νύκτα, μέχρις ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν. Id ipsum autem Socratem non semel, sed sæpiùs egisse refert Favorinus : Πολλάκις ἐξ ἡλίου εἷς ἥλιον ἑστὼς ἀσκεῖ σοφίστερος τῶν παρόντων. Gell. *l.* 2. *c.* 1. *Stare solitus dicitur, pertinaci*

tinaci ſtatu perdius atque pernox, à ſummo lucis ortu adſolem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iiſdem in veſtigiis, & ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore. Verùm de bello ad Potidæam quod narratur, Athenæus *l.* 5. in dubium revocat. Cæterùm quod Marcus hîc attingit, de *excubiis in Pago* (*Martio* forſan) frequentiùs habitis Caſ. intelligit.

Τὸν Σαλαμίνιον κελεύσεις ἄγειν] *Salaminius* iſte *Leo* dicebatur (neque enim, quod interpretes ſenſiſſe videntur, *Salaminius* illi nomen fuerat) homo locupletiſſimus, ad quem comprehendendum, quò morte afficeretur, nulla juſta de cauſſa, Socrati unà cum quatuor aliis in mandatis dederant triginta tyranni, penes quos ſumma tunc Athenis reſidebat. Verùm is illorum juſſis obtemperare recuſabat. Meminêre Plato in *apolog.* & *epiſt.* 7. Æſchines *Axioch.* Laërt *l.* 2. Epictet. *l.* 3. *c.* 26. & *l.* 4. *c.* 7.

Ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύετο] Alluſit ad Ariſtophaneum illud de Socrate in *Nubib.*

Ὅπ βρενθύεται ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, κἀ τὼ ὀφθαλμὼ παρεβάλλῃ.

Faſtuoſus per vias vadit, oculos circumferens.

quò & Plato in *Symposio* reſpexit, ubi Socratis inceſſum, fugientibus ſociis poſt pugnam Potidææ commiſſam, deſcribens, Ἐμοί γε, inquit, ἐδόκει, ἃ Ἀλκιβιάδες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο κἀ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι, ὥστε κἀ ἐνταῦθα, βρενθυόμενος κἀ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων, ἱκανὰ παρασκοπῶν κἀ τοὺς φίλους κἀ τοὺς πολεμίους. &c. quod ridet etiam exagitátque Maſſurius apud Athen. *l.* 5. Βρενθύεται, ὑπερφαντάζεται, μέγα φρονεῖ. ἐπαίρεται. Heſych. & Βρενθυόμενοι, ἐναβρυνόμενοι. Zonaras *annal. tom.* 3. in *Michaele*; Ὁ μὲν ὢν πιθήκοις, ἃς μέγα τι καταρδῶν ἐβρενθύετο. τοῖς δ' ἄλλοις ἀνοηταίνειν ὀκείνετο.

Περὶ ἓ κἀ μάλις' ἂν τις ὀπιήσοιτο] leg. ἀπιήσοιτο. quod & interpretes viderunt. neque enim hoc ab adverſariis objectum Socrati, etiamſi animi magni excelſíque ſpecimen dare quibuſdam videatur, Marcus tanquam verum admittere, ac non confictum potiùs, credi voluit. inceſſum ſcil. gravem & τὸ πομπῶδες illud, de quo noſter *ſupr.* § 60. faſtum neſcio quem interpretabantur illi,

Ἀρκεῖδς τῇ δίκῃ ἦ] Hoc enim profitebatur Socrates in Platon. *apolog.* Ἐμοὶ μὲν θανάτου φαίνει ὢν ὅπιν. τῶδε μηδὲν ἄδικον μηδ' ἀνόσιον ἐργαζέδς. τοῦτο δὲ τὸν πᾶν μέλει. Vide *ſuprà* § 20.

Μὴτε ἦν ἀπορεμωλῶν] & hoc idem de ſe *ibid.* Τιμῶν ὄπτερόπω κἀ τὸ θεῖον κρῖναι περὶ ἐμοῦ, ὅπ μέλλει ἐμοί τε ἄριστα ἦ κἀ ὑμῖν. Et mox: Κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο, ἀγαθόν γεγονέναι. Et rurſus: Οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονεν ἀλλά μοι δῆλόν ὅτι τοῦτο, ὅπ ἤδη τεθνάναι κἀ ἀπηλλάχθαι πρεσμάλλον, βέλπιον ἦν μοι. denique *Criton.* Ἐι ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γενέδω. quod laudat Epictet. *enchir.* . *c.* ult. & *diſſert l.* 1. *c.* 4.

§ 67. Ἡ φύσις ὐχ ἕπως σωπλέξασι τῷ συγκείμενῳ] deeſſe aliquid in quod tranſeat illud τὸ σωπλέξασι, clarius eſt quàm ut monitu opus ſit. Xyl. videtur legiſſe, ὐχ ἕπως σωπλέξασι τὸ σύγκειμα, vel τὸ σύγκρμα. quum vertit *non ità confudit omnia.* Ego ſuſpicor pronomen σι intercidiſſe, cùm σὺ ſyllaba σι continenter iteratum occurreret, ut ſcriptum fuerit, ὐχ ἕπως σωπλέξασί σι τῷ συγκείμενῳ. *non ità te*, id eſt, mentem tuam, *natura corporis tui compagini commiſcuit.* Ariſtophanes *Pluto*, 4.3.

Οὕτω πολυφόρῳ συγκικέρασμαι δαίμονι.

Mali tam fœto ſum commiſtus dæmoni.

Hoc ſi cui minùs arriſerit, alteram habeat conjecturam; cohæſiſſe cum priore periocham iſtam, & ſic fuiſſe conceptam; [ὃν] ἡ φύσις ὐχ ἕπως σωπλέξασι. quam (mentem ſcil. νῦν, quò ſuperiora clauſerat) *natura*, &c. Cæterùm D. Salmaſii (qui nec prius illud improbat) ſi conjecturam alteram adjecerim, ut τὸ συγκριμάπον, vel τό σι συγκριμάπον, legatur, ea reliquis illis, opinor, præferenda videbitur. pro ſaliva ſua quiſque cenſeat. Tertull. *de reſurrect. carn. c.* 7. *Animam Deus inſeruit & immiſcuit carni; tantâ quidem concretioni, ut incertum haberi poſſit, utrúmne caro animam, an carnem anima circumferat; utrúmne animæ caro, an anima appareat carni. Sed & magis animam invehi atque dominari credendum eſt, ut magis Deo proximam.* Vide *l.* 10. § 24, & 36. σωπῆς κἀ σωπέκρινεν.

Καὶ τὸν μηδενὸς γνωεδλῶσαι] De Democrito Laërt. *l.* 9. ex Demetrii *equivocis*: Δοκεῖ ἦ κἀ Ἀθλώσζε ἐλδεῖν, κἀ μὰ σωεδέναι γνωεδλῶσαι, δόξης καλαφρονῶν. κἀ εὐδέναι μὲν Σωκράτην, ἐγνοπκὼς δὲ ὑπ' αὐτοῦ. ἦλδον γὸ (φησὶν) εἰς Ἀθλώσας, κἀ ὔτις με ἔγνωκεν. de Socrate Epictet. *l.* 4. *c.* 8. & *l.* 3. *c.* 23. Οὕτως ἐλάνθανε παρὰ τοῖς πολίοις Σωκράτης· κἀ ἦρχοντο πρὸς αὐτὸν ἐξιέναι φιλοσόφοις συγκλῶσαι. Et Senec. *ep.* 79. *Quamdiu videbatur furere Democritus? vix recepit Socratem fama. quamdiu Catonem civitas ignoravit? reſpuit: nec intellexit, niſi cùm perdidit.* De Epicuro idem; *Vides Epicurum quantos viros non tantùm eruditiores, ſed hæc quoque imperitorum turba miretur? hic ignotus ipſis Athenis fuit, circa quas delituerat. multis itaque jam annis Metrodoro ſuo ſuperſtes, in quadam epiſtola ait, nihil ſibi & Metrodoro inter bona tanta nocuiſſe, quòd ipſos illa nobilis Græcia non ignotos ſolum habuiſſet, ſed pæne inauditos.* De Sarapione incertus autor, (Damaſcius, opinor, qui Iſidori vitam conſcripſit) apud Suidam: Τοῦτον ἐποιήσατο φίλον ὁ Ἰσίδωρος· τὸν λαθόντα πάντας ἀνθρώπους ὅτι εὐτυχία τε κἀ ὅλως βίᾳ φιλοσοφία, πλὴν αὐτῷ τῷ Ἰσιδώρῳ. τοσοῦτον δὲ τῷ ἀνδρὶ πλεῖν τῆς ἀληθοῦς τερπνότητος λόγου, τοῦτο ἐν παροιμίᾳ λέγεδς ὠνοῦτ@,

Δήτος, ἔργῳ ἢ βεβαιωθέντος ἐν ἐκείνῳ, τῷ Λάθρᾳ βιώσας, ὥστε μηδένα ἧττον τότε ζωὴν τῶν ἀνθρώπων, ὅτε ἦν νεωτέρων, ὅτε ἦν πρεσβυτέρων. ἐλπὶς μὲν ἀν εἰδέναι οὗ λέγω. οὐκ ἔγνω τις ἄλλος διὸ ἦν ὁ Σαραπίων ἐκεῖνος· οὐδ' ἂν ἔγωγε νῦν διηγοίμην, εἰ μή σοι ὁ αὐτὸς φιλόσοφος ἐπέδειξε τὸν Σαραπίωνα τῷ λόγῳ. ὃ γὰρ ἔργῳ ποτὲ ἔφη πείσειν αὐτὸν ἐπιχειρῶν ἑτέρῳ ἀνδρί. Ità iſte (autori ſi fidem habemus) ζῶν ὅ τινα ἀνθρωπίνων ζωὴν, ἀλλ' ἀτεχνῶς θείαν εἰκῆν. ὅτου μὲν τιμῆς τῆς παρ' ἀνθρώποις, ὥστε οὐκ ὄνομα αὐτῷ ἦν τῇ πόλει, & quòd Flacc. *l.* 1. *epiſt.* 17.

——*natus morienſque fefellit.*

Ἐν ὀλιγίστοις κεῖται] Vide *ad l.* 2. § 5. & *l.* 5. § 34.

Ὅτι ἀπέλιπεν διαλεκτικὸς] Vide *ad l.* 5. § 5. & *ſupr.* § 52. & *l.* 8. § 7.

Ἐλευθερίως] *liber.* Xyl. *libcralis.* Caſ. ἐλευθέριος. ſic *l.* 8. § 1.

§ 68. Ἀδιάφως διαζῆσαι] Et hæc forſan erant ſuperioribus connexa, copulativâ intercedente. [καὶ] ἀδιάφως διαζῆσαι. quaſi dicat, *nè deſperes, quin poſſis, etiamſi nec dialecticus nec phyſicus fueris, & liber exiſtere, & modeſtus, & liberalis, & pius evadere, & à coactione omni immunis vitam tranſigere.*

Κἂν πάντες καταγελῶσιν] Eſt qui καταγιέλωσιν legi malit, quòd τῷ ἀδιάφως reſpondeat. alii viderint. ego nihil mutem.

Τὰ μελύδρια τῆς ὀρχιτεκτονικῆς] *corporeæ hujus molis membra.* Xyl. Vide *ad l.* 12. § 1. Idem *l.* 4. § 39. τὸ σκεύος. & *l.* 12. § 2, 3. τὸ σκευάσμενον dicitur. & μελύδρια iſta, ὄργανα σκευασμένα. *l.* 10. § 38.

Φυράματος] φύραμα *maſſa lutea*, ſive γῆ ὑγρῷ φυρᾶσθεῖσα, ut Suidas; ex qua figulus vaſa fictilia conficit. Apoſtol. *ad Rom. c.* 9. *v.* 21. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι σκεῦος &c. Et Plut. in *collat. terreſt. & aquat.* de Alcedone, ὑ φυρῶσα πηλόν. Idémque in *ſympoſ.* Ἔτι δὲ μᾶλλον ἀρχιτέκτονα μέμψαιτ' ἂν ὑμᾶς, ἔργον αὐτῷ μὴ ναῦν, μηδὲ οἰκίαν ἀποφαίνοντας, ἀλλὰ πρυτανεῖα ξύλα, καὶ φυράσαι πηλόν. Alluſit autem hîc Marcus ad corporis humani quaſi ex maſſa ejuſmodi coagmentationem. Eâdem uſus metaphorâ Moſes *Geneſ. c.* 2, *v.* 7. de creatione Adæ: *Finxit Deus hominem è limo terræ.* Et Job. *c.* 10. *v.* 9. *Tanquam argillam effinxiſti me.* ſed & apud Heſiodum Vulcanus Jovis juſſu ad Pandoram concinnandam, dicitur

Γαῖαν ὕδει φύρειν.

Elegantiſſimè verò Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 1. corpus humanum dixit eſſe πηλὸν κομψῶς πεφυραμένον. *lutum affabrè maceratum.* Et Tiberium, pòſt Imperatorem, puerum adhuc, Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor, præſagio ſanè plùs nimiò felici ac veraci, πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, *lutum ſanguine maceratum.* Sueton. *l.* 3. *c.* 57. quod tamen Suidas, ab Alexandro Ægæo philoſopho Peripatetico, de Nerone, cui præceptor fuerat, dictum refert. Nota eſt & de Prometheo fabula, quem è luto corpus homini effinxiſſe fabulantur. unde ὁ Προμηθέως πηλὸς humanum genus Archilocho dictum verſibus his;

Ἦν κεῖνος ἀνιαυτὸς, ᾧ ποτε πλῶτο,
Καὶ τὸν θαλάσσης, καὶ τὸ τεταράχατο, ὕτως
Ἐρρέγχετ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθήιος.

quos Clemens nobis exhibet, *ſtrom. lib.* 5. & ex Clem. Euſeb. *præpar. l.* 13. *c.* 13. componítque cum Homeri illis;

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

de quibus vide *ad l.* 6. § 10. ut autem ille genus humanum *lutum Prometheum*, ità Columella *l.* 10, primos homines, *cretam Prometheam* dixit. Liban. *orat.* 31. Τὰ σώματα ὑμῖν, ὅσοις μὲν ἔπλασεν, ἐκ ὀλίγης ἔσω ἦν, εἰ δοκεῖ, Προμηθεύς. ὅσα μέντοι, ὡς τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ πάντα. Gregor. Naz. *orat. pro pauper.* Εἰκών τε εἰμὶ τοῦ θεοῦ, καὶ τῷ πηλῷ συμφύρομαι. Epiphan. *tom.* 1. *l.* 3. *hær.* 37. de Deo hominis lapſi miſerto; ἵδε τὸν ὄντως ὄντα τεχνίτην, κεραμέως δίκην, ὀλιγόλιθον τοῦ ἰδίου πλάσματος τε καὶ ἄγγους, ἐπὶ πηλοῦ ὄντος, καὶ ὡς ἀπὸ βαλάνου ἀπόρρυμα γεγονότος, μὴ ἐάσαι ὅπως, ἀλλὰ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀρχαῖον φύραμα. Eſaias *c.* 64. *v.* 8. ex *verſione Græca*, quæ LXX. dicitur, Κύριος πατὴρ ἡμῶν σύ· ἡμεῖς δὲ πηλός· ἔργα χειρῶν σου πάντες. omiſerunt, quod præcipuè haud omiſſum oportebat, σὺ κεραμεύς· *tu pater noſter: nos lutum: tu figulus: nos manuum tuarum opus univerſ.* Nec inficetum Heſychii Hieroſol. ænigmaticum illud (apud Photium extat in *excerptis God.* 275.) in Davidem Θεοπάτορα· (Matth. *c.* 22. *v.* 45.) Τῷ κεραμεῖ πατὴρ ὁ πηλός. *lutum figuli pater.* Eódem ſpectat, & quòd Apoſtolus *ad Cor. ep.* 2. *c.* 4. *v.* 7. corpora noſtra nuncupat σκεύη ὀστράκινα, *Vaſa teſtacea.* de quo videndus Gregor. Nyſſ. *orat. catechet. c.* 8. Quin & noſtris φύραμα dicitur corpus humanum. Joan. Damaſcen. *de fide orthod. lib.* 3. *c.* 49. Chriſtum Deum aſſumpſiſſe ait, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἁπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος. Et Joannes Chryſoſt. *in Matth. Orat.* 1. eos refellens, qui Chriſtum aiebant, ὥσπερ διά τινος σωλῆνος, per virginem duntaxat, *tanquam per fiſtulam aquam*, tranſiiſſe, εἰ τοῦτο ἦν, inquit, ἄλλη τίς ἐστιν ὑμετέρα ἡ σὰρξ ἢ τὸ φύραμα τὸ ἡμέτερον.

Ἐν χαλκῇ] Vide *l.* 4. § 39. & *l.* 8. § 28. Epictet. *l.* 2. *c.* 18. Ἄφες τὸν φόβον τοῦ θανάτου, καὶ φέρε ὅσας θέλεις βέγγας καὶ ἀσπαστὰς, καὶ γνάσῃ ὅσῃ χαλκῆ ἐστιν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ καὶ εὐδία.

Τοῦτο ἀπέρχεις κατ' ἰσίαν] Sen. *ep.* 9. *Quicquid inciderit, ſciamus non eſſe tam magnum, quàm rumore jactetur.* Et *ep.* 110. *Vana ſunt iſta quæ nos*

movent, quæ attonitos habent. nemo noſtrûm quid veri eſſet, excuſſit, ſed metum alter alteri tradidit. nemo auſus eſt ad id quo perturbatur accedere, & naturam ac bonum timoris ſui nôſſe. itaque res falſa & inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur. Et *ep.* 104.

Terribiles viſu formæ, letúmque labóſque :
egregiè Virgilius noſter, non re dixit terribiles eſſe, ſed viſu. id eſt, *videri, non eſſe. quid in iſtis eſt tam formidabile, quàm fama vulgavit? quid eſt, cur timeat laborem vir, mortem homo?* Vide *ad l.* 2. § 12. & *lib.* 4. § 3.

Σέξτιωνα] Senec. *epiſt.* 64. de Sextio : *In quacunque poſitione mentis ſum, cùm lego hunc, libet omnes caſus provocare, libet exclamare : Quid ceſſas fortuna? congredere. paratum vides. illius animum indue, qui quærit ubi ſe experiatur, ubi virtutem ſuam oſtendat :*

Spumantémque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

libet aliquid habere quod vincam, cujus patientiâ exerceár. Idem *de provid. c.* 3. *Ignominiam judicat gladiator cum inferiore componi, & ſcit eum ſine gloria vinci, qui ſine periculo vincitur. pudet congredi cum homine vinci parato. alium circumſpicit, cum quo conferre poſſit manum.* Et *c.* 4. *Opus eſt ad notitiam ſui experimento. quid quiſque poſſet, niſi tentando non didicit. itaque quidam ultrò ſe ceſſantibus malis obtulerunt, & virtuti ituræ in obſcurum occaſionem, per quam eniteſceret, quæſiérunt. gaudent aliquando magni viri rebus adverſis, non aliter quàm fortes milites bellis. ego Mirmillonem ſub C. Cæſare de varitate munerum audivi querentem ; Quàm bella, inquit, ætas perit! avida eſt periculi virtus ; & quò tendat, non quid paſſura ſit, cogitat.* Epictet. *l.* 1. *c.* 29. Καλῶς ἔφη τινὰ τοιούτῳ πρόσωπον εἶναι δεῖ, ὅτι ἐλήλυθεν ὁ καιρὸς τῆς ἀληθείας, οἱ πεπαιδάμεθα. νῦν, γὰρ ἀπὸ σχολῆς ἀπιὼν εἰς πάλαισιν, ὅμοιόν ἐστι τῷ μελετητικὸν συλλογισμὸν ἀναλύειν· κἂν τις ὕλοιον αὐτῷ προτείνῃ, λέγει, μᾶλλόν μοι πεπαλαίσθον κομψῶς προτείναντε, ἵνα γυμνασθῶ. καὶ οἱ ἀθληταὶ τοὺς κύφους τεχνίτας λυσαρεῖσθαι, ἢ βαρύζει με, φησίν· ἔτός ἐστιν ὑφυὴς νέος, ὁ ὠδίνων αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ λέγων, Ἐμοὶ γὰρ πρόσεισαν μὴ ἤρξαντο τοιαῦτα, ὁποῖα τότῳ ἐλήλυθεν ; ἐμὲ γὰρ καταπεσεῖναι καθήμενον ἐν γωνίᾳ, δυνάμενον στεφανωθῆναι Ὀλύμπια ; πότε τις ἐμοὶ καταμελεῖ τοιοῦτον ἀγῶνα ; ὅτως ἔχειν δεῖ πάντας ὑμᾶς. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς Καίσαρος μονομάχοις, οἵσι πλεῖς, οἱ ἀναγκαῖοντες, ὅτι δεῖς αὐτὸν προσάγει, δεῖ ζῆν θέλει, καὶ ἔυχονται τῷ θεῷ, καὶ προσέρχονται τοῖς ὁπλοποιοῖς, δεδιότες μονομαχῆσαι· ἐξ ὑμῶν δ' ἐδεὶς φανήσεται τοιοῦτος ; Atqui Diogenes, cùm in caſus quoſdam adverſos incidiſſet, Εὖγε, inquit, ἢ τύχη, ὅτι μου ὀρρέτους προσέσχες. Stob. *tom.* 2. *tit.* 106.

Τὴν ἀρετῆς] Vide *l.* 4. § 1. & *ſupr.* § 58. Ità Gregor. Naz. *epiſt.* 57. ὕλην ἀρετῆς ποιεῖσθαι τὴν ἀδύναμιαν. Idémque *orat.* 28. Τὴν ἀρετῆς ποιεῖται τὸ λυπεῖ.

Scilicet adverſis probitas exercita rebus,
Triſti materiam tempore laudis habet.

Naſo *triſt. l.* 5. *el.* 5. *laudis* ; quia virtutis, cui laus debita.

Θεῷ ἢ ἀνθρώπῳ ἐξετάζεσθαι] Quin & ad utroſque hoſce ſpectat, aut ſpectare debet, quicquid molimur, Marco ipſo aſſertore. *l.* 3. § 13.

Οὔτε κενὸν] Senec. *epiſt.* 77. de viro ſapiente. *Vanas humanarum mentium formidines ſecurus audit, & dicit,*

——non ulla laborum,
O virgo, novæ mi facies inopináve ſurgit.
Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi.
(Æneas apud Virgil. *Æn. l.* 6.)

tu hodie iſta denuncias : ego ſemper denunciavi mihi, & hominem paravi ad humana. at ſtultis & fortunæ credentibus omnis videtur nova rerum & inopinata facies. magna autem pars eſt apud imperitos mali, novitas. Idem *ep.* 91. *Tota ante oculos ſortis humanæ conditio ponatur. nec quantum frequenter evenit, ſed quantum plurimùm poteſt evenire, præſumamus animo, ſi nolumus opprimi, nec ullis inuſitatis, velut novis obſtupefieri.* Vide *ſupr.* § 61.

Οὔτε λυσιτελείσου] Senec. *ep.* 105. *Nihil illi videtur grave, nihil aſperum, quod virum incurvet.* Vide *ſupr. ad* § 2.

§ 69. Ἡ πλεονότης] Vide *lib.* 3. § 7. & *l.* 5. § 31.

Πᾶσαν ἡμέραν ὡς πολεμίαν] Muſon. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. Οὐκ ἔστι τὸν ἐπιεικῆ ἡμέραν κλῆσαι βιῶναι, μὴ προσδιώσαντα αὐτὸν, ὡς ἐχθρὸν βιῶναι. Vide *ad lib.* 2. § 11. & *ſupra* § 29, 56.

Μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν] antitheſis obſervanda. Vide *ſupr.* § 43. ambigi tamen poteſt, an eôdem iſtîc, quô illîc, ſenſu uſurpetur τὸ σφύζειν. Suid. σφύζειν, ἐπείγειν. poteſt autem *torpori*, ſive *ſtupori* opponi cùm *trepidatio*, (nam & iſtam ille tollit) tum & *motus concitatior*, ſive *incitatior* quivis, conſtabit ſatis alterutra ſignificatio ; nec utram ſumpſeris, multùm refert. Vide *l.* 1. § 15. Gregor. Naz. σφεῖ ἐυταξίας. Μήτε ναθεὶς ὥσπω πρὸς τὸ κλῆθρ, μήποτε ὑπνώσωσιν· νωθεία γὰρ ὑπνῳ σύζυγος· μήτε διάπυρος σὺ ἀλογία, ἵνα μὴ ἐκφερώμεθα· ἂν γέ τι πάσχοντες πάντως, ἢ κέντρων λόγοι διὰ τὴν νωθείαν, ἢ κρημνιζόμενοι διὰ τὴν θερμότητα. ἀμφοτέρων γὰρ, ὅσον χρήσιμόν ὅτι λαζόντες, τῆς μὲν τὸ φρόνιμον, τῆς δὲ τὸν ζῆλον· ἀμφοτέρων, ὅσον δεῖ βλαβερὸν διαφυγόντες, τῆς μὲν τὸν ὄκνον, τῆς δὲ θράσος· ἵνα μήτε τῷ ἐλλείποντι ἡμῶν ἄκαιροι, μήτε τῷ περισσεύοντι κινδυνεύωμεν. ὁμοίως γὰρ ἄχρηστα καὶ νωθρότης ἄκαιρος, καὶ θερμότης ἀναλόγου.

ἀδίκως· ἢ μὴν ἐκ ἐγκλίζεται τῷ καλῷ, ἢ ὑπερπίπτει. quod autem iſtic πανδοσίαν, idem cum Marco ῥᾳθυμίαν paulò ſuperiùs dixerat. Αἱ γὰρ ἀνδρεῖαι, ἢ σοφὲ ἀρετὴ ἢ σοὶ κακίαν ὁμοίως γνῶσις ἢ ἀνοησίαι, ἐπ' ἐτέρων μέγα νέμουσι, διὰ τὴν παρακόπτων κινήματα, εἰ ἡμεῖαι ἢ ἢ ἑρμαὶ φύσεις, λόγῳ μὲν αὐτὰς παιδαγωγοῦσι ἢ διδάσκουσι μέγα τι χρῆμα περὶ ἀρετὴν· ὅπλειπόσης ἢ ὀλιγώμης ἢ λόγε, τὸ ἴσον εἰς κακίαν ἐυεἰσφοντας.

§ 70. Οἱ θεοὶ ὑ λυσιτελοῦσιν] Efficaciſſimum ſanè & Chriſtiano quovis dignum ad pravorum hominum tolerantiam ſuadendam, à numinis divini exemplo deſumptum argumentum. Vide ad *l.* 9. § 27. & *l.* 8. § 8. & *l.* 9. § 11. Sed & Joan. Chryſoſt. *in Matth. c.* 6. *v.* 45. *orat.* 18. Tertull. *de patient. c.* 2. *Diſciplina cæleſtis Deum ipſum oſtendit patientiæ exemplum; jamprimum, qui florem* [* *rorem*, al.] *lucis hujus ſuper juſtos & injuſtos æqualiter ſpargit; qui temporum officia, elementorum ſervitia, totius genituræ tributa digniſimul & indignis patitur ſimul occurrere; ſuſtinens ingratiſſimas nationes, ludibria artium, & opera manuum ſuarum adorantes, nomen, familiam ipſius perſequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie inſoleſcentem, ut ſuâ ſibi patientiâ detrahat: plures enim dominum idcirco non credunt, quia ſeculo iratum tam diu neſciunt.* Cyprian. *de bon. patient. Patientiam magiſteriis cæleſtibus diſcimus. eſt enim nobis cum Deo virtus iſta communis. indè patientia incipit: indè claritas ejus & dignitas caput jumit. origo & magnitudo patientiæ Deo autore procedit. diligenda res homini, quæ Deo chara eſt: bonum, quod amat divina majeſtas, commendat. Qualis verò in Deo & quanta patientia, quòd in contumeliam ſuæ majeſtatis & honoris inſtituta ab hominibus profana templa, & terrena figmenta, & ſacra ſacrilega patientiſſimè ſuſtinens, ſuper bonos & malos æqualiter facit diem naſci, & lumen ſolis oboriri; & cùm imbribus terram rigat, nemo à beneficiis ejus excluditur, quò minùs juſtis ſimiliter & injuſtis indiſcretas pluvias largiatur. Videmus inſeparabili æqualitate patientiæ nocentibus & innoxiis, religioſis & impiis, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obſequi, elementa famulari, ſpirare ventos, fontes fluere, grandeſcere copias meſſium, fructus miteſcere vinearum, exuberare pomis arbuſta, nemora frondeſcere, prata florere. & cùm crebris imò continuis exacerbetur offenſis Deus, indignationem ſuam temperat, & præſtitutum ſemel retributionis diem patienter expectat. cúmque habeat in poteſtate vindictam, mavult diu tenere patientiam, ſuſtinens ſcil, clementer & differens, ut, ſi fieri poteſt, multùm malitia protracta aliquando mutetur, & homo in errorum & ſcelerum contagione volutatus, vel ſerò ad dominum convertatur.*

Τοσοῦτον φαῦλον ἐύρηκας] Juſtiniano Imper. Praſini ſupplices, referente Theophane apud Alemannum in *notis ad Procop. l.* 9. Εἰπὲ πῶμεν θλίβωμεν, μὴ ἀναγκάσωμεν τὸ κράτος σε· τὸ γὰρ θεῖον πάντων ἀνέχεται. Theodoſio Liban. *orat.* 12. Τίνα γὰρ δὴ τὰ τῶν θεῶν; συγχώρημα τοῖς τὰ καθ' ἡμέραν ῥήματα εἰς αὐτοὺς ἀφιεῖσιν, ὅταν τι πρὸς τῶν ἐπαγμάτων λυπῶσι· καὶ τοι πολλάκις αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀπολλύουσιν. ἀλλ' οἱ μὲν συκοφαντῶσιν· οἱ δ' ἀνέχονται· καὶ διὰ τοῦτο πολὺ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. εἰ δ' ἅπαντα πᾶσιν ἁμαρτήμασι δίκην σφόδρα ἂν ὀλίγον ἦν τὸ σωζόμενον. ὅσις ἂν ἐοικέναι βούλεται θεοῖς, ἐοικὼς πρωτείᾳ χαρίτου μᾶλλον, ἢ κεραυνῶν. Et clariùs adhuc *orat.* 13. Τί γὰρ δὴ τὰ τῶν θεῶν; ἄνωθεν μὲν ἅπαντα καθορῶσι καὶ ἀκούσι. ἐν ᾗ τοῖς δὴ γῆς καὶ λεγομένοις καὶ πραττομένοις, ἀδικήματα πολλάχ' ἅλλα, καὶ δὴ καὶ ὅταν δ' αὐτοῦ ἄνθρωποι πρός τῶν κακῶς, ἀδικεῖσθαί τι λέγωσι παρ' ἑκάστων, ἐμβλέποντες εἰς τὸν ἐραυνῶν, ἀληθὲς ἀπέχουσι ῥήματος· εἶδον ἐγὼ τινας καὶ λίθους ἐπ' αὐτὸν ἀφιέντας. οἱ δ' ἐν τοιαύτῃ συνάμει τῆ λαοῖν ἥκω, οἱ βουλησόμενοι, ὄντες, ἐ βάλωσι. οἱ δ' ἅπασιν ἅπαντο τοῖς τοιούτοις αἱ δίκαι, πάντα ἂν ἦν καθ' ἡμέραν τῶν ἀπολλυμένων πλέα· καὶ δὴ ἂν ἐξέφυγον οἱ ζῶντες πρὸς τὰς ταφάς. γνῶ δ' καὶ αὐτῷ τούτῳ τὸ κρείττους εἶ) δικαίους, τῷ μὴδὲ δικαίῳ χρῆσθαι συμφ πολλάκις. vide *ad l.* 8. § 51.

Καὶ κλέπτοντας αὐτῷ] Quod Chriſtus Dominus, Matth. *c.* 5. *v.* 45. Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. & Luc. *c.* 6. *v.* 35. Χρηστός ἐστι ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς. Et Paulus *Act. Apoſt. c.* 14. *v.* 15, 16. Εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν· καίτοι ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης καρδίας αὐτῶν. Senec. *de benef. l.* 1. *c.* 1. *Non eſt quòd tardiores faciat ad bene merendum, turba ingratorum: nè Deos quidem immortales ab hac tam effuſa liberalitate ſacrilegi negligentéſque eorum deterrent. utuntur naturâ ſuâ, incuſſantéſque illos ipſos munerum ſuorum malos interpretes juvant. hos ſequamur duces, quantùm humana imbecillitas patitur.* Et *l.* 3. *c.* 25. *Propoſitum eſt nobis ſecundum rerum naturam vivere & deorum exemplum ſequi. ſi deos imitaris, da & ingratis beneficia. nam & ſceleratis ſol oritur; & piratis patent maria.* vide tamen & eundem *ibid. c.* 28. Idem *l.* 7. *c.* 31. *Non eſt mihi relata gratia: quid faciam? quod Dii omnium rerum optimi autores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeverant.* Vide *l.* 9, § 11, 27.

Ὅσον οὐδὲν λέγειν μέλλων ἀπαυδᾷς] Eodem utitur argumento, *l.* 8. § 5. Senec. *de ira l.* 3. *c.* 43. *Magno animo brevia feramus incommoda.*

Εἰς ὢν τῶν φαύλων] quod latro ad crucem ſocio ſuo, Luc. *c.* 22. *v.* 40. ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι

ἄν. Vide *l.* 11. § 18. Senec. *de benef. l.* 1. *c.* 1. *Non est quod tardiores faciat ad bene merendum turba ingratorum. nam primum, nos illam augemus, deinde, nè deos quidem immortales ab hac tam effusa benignitate sacrilegi negligentesque eorum deterrent.*

§ 71. Τὴν μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ φεύγειν] vide Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 5. *v.* 7,--10. Epictet. *l.* 2. *c.* 16. Ἀλλ' ὦν εἶ Ἡρακλῆς, ἢ ἃ ἐκεῖνος ἐθεράπευσε καθαίρειν τὰ ἀλλότρια κακά; ἀλλ' ὦν Θησεύς, ἵνα τὰ τῆς Ἀττικῆς καθάρῃς; τὰ σαυτοῦ κάθαιρε· ἐντεῦθεν ἐκβαλε ἀνθ' ὧν Περιφύτου καὶ Σκίρωνος, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν, φιλαργυρίαν, μαλακίαν, ἀκρασίαν.

Ὁ καὶ ἐκεῖνος] vide *l.* 8. § 55.

§ 72. Ὃ ἂν ἡ λογικὴ] vide *l.* 3. § 8. & *l.* 4. § 2.

Καταλείπεσθαι ἑαυτῆς] utpote quæ ad ampliora & præstantiora sit nata. Vide *l.* 3. § 6.

§ 73. Τί ἔτι ζητεῖς] Vide *ad l.* 5. § 6. Senec. *ep.* 79. *Oppone, quæ dehortentur; dic, Factum tuum natura sequetur oblivio, & parùm grata existimatio civium. respondebit tibi; Ista omnia extra opus meum sunt. ego ipsum contemplor; facere rectè pieque contentus.*

Ὥσπερ οἱ μωροί] *quibus famæ major sitis est quàm virtutis.* Juvenal. *sat.* 10. Vide *l.* 4. § 44. & *ad l.* 5. § 23. Sed quare stultos censet, qui laudem expetunt? quia id volunt, quod in ipsis non est. Epictet. *l.* 2. *c.* 13. Ὅταν ἀγανακτῶντα ἴδω ἄνθρωπον, λέγω, σοὶ πότε ἔδοξε; εἰ μὴ σοὶ ὦν ἐφ' αὑτῷ ποτὲ ἔδοξε, πῶς ἂν ἔτι ἠγνόει; διὰ τοῦτο καὶ ὁ κιθαρῳδὸς, μόνον μὴ ᾄδων, ἀγανακτεῖ εἰς θέατρον δ' εἰσερχόμενος, κἂν λίαν ὑψοῦν ᾖ, καλῶς κιθαρίζει. ἃ γὰρ ἔστω μόνον θέλει καλῶς, ἀλλὰ καὶ ἐν δοκιμῇσι· τοῦτο δ' ἐκεῖ ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. Flacc. *l.* 1. *ep.* 16.

Vir bonus ac prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras si volet, auferet idem.
Pone, meum est, inquit: pono, tristisque recedo.

§ 74. Οὐδεὶς κάμνει ὠφελούμενος] At Themistocles Athenienſibus ipſum proſcindentibus; Τί κατάγετε, ὦ μαθηταί, πολλάκις ἐμὲ πάσχοντες; Plut. *de laude ſui c.* 3. & *in præcept. polit.* & *in apophth.*

Ὠφέλεια δέ] Vide *ſuprà* § 13, & 53.

Μὴ ἐν κάμνε] Apoſt. *ad Galat. c.* 6 *v.* 9. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. & *ad Theſſ. ep.* 2. *c.* 3. *v.* 11, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. Vide *ad l.* 5. § 6. & *l.* 6. § 29.

Ὠφελώμεθα, ἐν ᾧ ὠφελεῖς] Senec. *de clem. l.* 1. *c.* 4. *Animus reipub. tuæ es; illa corpus tuum. vides, ut puto quàm neceſſaria ei mentia ſit. tibi enim parcis, cùm videris alteri parcere.* Aurel. *grat. act. Quartum hunc gradum novus princeps tu, Auguſte, conſtitutis deferre tibi licet, quo alter ornetur.* Cathodor. *var. l.* 4. *c.* 24. *In lucrum cedunt, quæ bene meritis conferuntur. & de ipſo munere magis acquiritur, cùm optimis digna præſtantur.* Ità P. Syrus;

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Sidonius *l.* 6. *ep.* 12. *Aliquis aliquem, ego illum præcipuè puto ſuo bono vivere, qui vivit alieno.* & Pacat. *paneg. Nullam major. m crediderim eſſe principum felicitatem, quàm feciſſe felicem, & interceſſiſſe ingeniæ, & fortunam viciſſe, & dediſſe homini novum fatum. itaque imperatori propriam majeſtatem æſtimanti, non tam id ſuum videri debet, quod abſtulit, quàm quod dedit.* Greg. Naz. *de bapt.* Εὐεργετῆται, πῶς εὐεργεσίαν αἰτύμενος. Et Jo. Chryſoſt. apud Anton. *meliſſ. l.* 1. *c.* 29. Οὐκ ἔν ποιεῖ ὁ ἓν ποιῶν, ἀλλ' ἓν πάσχει αὐτὸς, καὶ εὐεργετεῖται μᾶλλον, ἢ εὐεργετεῖ. Noſtro planè conſentiens Clemens Alex. *ſtrom. l.* 2. Τῷ γὰρ ὄντι εἰκὼν θεοῦ ἄνθρωπος εὐεργετῶν. ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς εὐεργετεῖται· ὃ ἐφ' ᾧ γὰρ ὁ κυβερνήτης, ἅμα σώζει καὶ σώζεται. διὰ τοῦτο ὅταν τις αἰτῇ τύχῃ, ὃ φησὶ τῷ διδόντι, Καλῶς ἔδωκας, ἀλλὰ, Καλῶς εἴληφας. ὅτου λαμβάνει μὲν ὁ δεδὼς, δέδωκε δὲ ὁ λαμβάνων.

§ 75. Ἡ ἀλόγοις καὶ τὰ κυριώτατα ὄντα] M. Caſ. legendum contendit, ἢ τὰ λογικὰ καὶ κυριώτατα ὄντα, vel etiam, ἢ ἃ λογικὰ, τὰ κυριώτατα ὄντα. ut ſit ſenſus, *rationales creaturas eſſe objecta principalia, circa quæ peculiaris cura illa & providentia verſatur.* atque ità revera intelligendum Apoſtoli illud, *ad Cor. ep.* 1. *c.* 9. *v.* 20. Μὴ οὐ βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει, Ego tamen nihil mutandum cenſeo. hoc enim velle videtur Marcus, Ad mundi hujus fabricam producendam ac conſtituendam, peculiari quodam motu, univerſi natura acceſſit. deinceps autem, vel quæcunque in eo contingunt, vi nexûs cujuſdam & conſequentiæ neceſſariæ lege certâ tunc conſtitutæ eveniunt, vel principalia illa, ad quæ univerſi mens præcipuè & quaſi peculiariter ſeſe intenderit, nullâ ratione, ſed temerè diſpoſita fuerint. at hoc eſſet abſurdiſſimum, mentem univerſi, cùm ad iſta producenda ac conſtituenda peculiari motu proceſſiſſet, de futura diſpoſitione atque ordinatione legem nullam tuliſſe, ſed temerè ferenda caſui fortuito permiſiſſe diſpoſuit. ergo hæc genuina Marci mens nec aliud quicquam evincunt loca ad lectionis mutatæ firmamentum adducta ex *l.* 6. § 39. & *l.* 9. § 26. *edit. Caſ. l.* 6. § 44. & *l.* 9. § 28. diſtinctionis noſtræ. ſiquidem priore loco τὰ κοινὰ, non τὰ λογικὰ, ea eſſe dicuntur, ὧν ἡ θεὸς μάλιστα προνοεῖται atque iſtis κατ' ἐπακολούθησιν συμβαίνειν cætera. poſteriore verò loco ſolum pro ſua parte diſtributio illa, Ἕκαστον ἑρμᾶ ἢ τῷ ὅλῳ διάνοια. ἢ ἄπαξ ἅρμοσε, τὰ δὲ λοιπὰ κατ' ἐπακολούθησιν. Sicut & *l.* 6. § 35. de ratione prædit is nè quidem. Ità Marcus pro conceſſo ſumit mentem univerſi, ſi ad primam rerum conſtitutionem ratione ac conſilio quodam

deſtina-

destinato accesserat, ità cuncta disposuisse ut à primis illis causis succedentia quæque necessariâ quadam consecutione profluerunt. quod & istic monitum voluit. Vide & *lib.* 10. § 6. Senec. *de beneficiis lib. 6. cap.* 23. *In prima illa constitutione, cùm universa disponerent, etiam nostra viderunt, rationémque hominis habuerunt.* ——— *etiamsi potiora illis sunt, in quæ crimur, nos tamen in majora ituri juvant.* de syderibus loquitur.

Ad Librum VIII.

§ 1. Ὄρρω φιλοσοφίας ὤν] Epictet. *lib.* 2. *c.* 9. ὅτως δὲ πρὸ τῶ ἀντρύπα ἐπαγγελίαν ποιῆσαι συμμύωσι, προσλαμβάνουσι τὸ φιλόσοφος, πλεῖστο φορτίον, οὗ εἴ τις δέκα λίτρας ἆραι μὴ συμμύω, τῶ Αἴαντι λίθον βαστάζειν ἤθελεν. Quem eundem vide & *l.* 3. *c.* 21.

Ἀνταγωνίζεται ἡ κ᾽ ὑπόθεσις] Repugnat res ipsa: ipsum vitæ tuæ institutum opinioni isti, quam de te habes tanquam qui philosophus sis, adversatur, falsíq; te redarguit. vel quia aliis negotiis districtus totus teneris, nec huic studio totum te sedulò jugitérq; dedisti, vel etiam quia affectibus etiamnum indulgere deprehenderis, eóq; à vero mentis animíq; cultu abesse te quàm longissimè prodis. Senec. *epist.* 59. *Exiguum temporis impendisse philosophiæ, satis abundéq; occupatis fuit. leviter tam magnæ rei insistimus, quemadmodum autem potest aliquis, quantum satis sit, adversus vitia discere, qui quantum à vitiis vacat, discit? Atqui, non cùm vacaveris, philosophandum est: omnia alia negligenda, ut huic assideamus; cui nullum tempus satis magnum est, etiamsi à pueritia usq; ad longissimos humani ævi terminos vita protenditur.* Idem *epist.* 72. Galenus *de affect. dignosc. & cur. c.* 3. cuidam ἀναμάρτητον sese opinanti. Ἀλλὰ σύ γε διῶ παρασκήσῃ ἐξαίφνης οὐκ ἄν ποτε γένοιο· ὅπου γὰρ οἱ δι᾽ ὅλου τῦ βίου ἀσκήσαντες, ἡ πεδοῦνται τελέως αὐτῷ ἐμπλέκειν, πολὺ δή που μᾶλλον ὁ μηδέποτ᾽ ἀσκήσας σύ. Et *c.* 4. Δεῖται γὰρ ἀσκήσεως ἕκαστος ἡμῶν πολλῆς καὶ ὅλου τῦ βίου, ἵνα τὸ γνῶθι σεαυτὸν τελειῶ ἀνήρ. Vide Epictetum *enchir. c.* 35, & 36. (ubi perperam divulsis quæ arctissimè cohærebant, ex Epiro Rhegium fecerunt editores) & *dissert. l.* 3. *c.* 15. unde mendosa quædam in *enchir.* possunt emendari feliciùs, quàm est à Volsio aliisq; id non advertentibus tentatum. Inter alia quæ cùm utrobiq; vitiata videantur, intacta prorsus, tanquam integra, præterierunt illi, hæc habet. Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, δύνασαι φιλοσοφεῖν· δοκεῖς ὅτι δύνασαι ὡσαύτως ἐδίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως ὀργίζεσθαι, ὁμοίως συναγεσταῖν. ità in *dissertationibus* exhibentur: nam in *enchiridio* & mutilata & inquinatiora lego, Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, δύνασαι φιλοσοφεῖν; δοκεῖς ὅτι δύνασαι, (φιλοσοφεῖν scil. quod ἐκ τῦ κοινῦ subaudiendum) ὡσαύτως ἐδίων, ὡσαύτως πίνων, ὁμοίως ὀργιζόμενος, ὁμοίως συναγεσταῖς; neq; enim aut irasci aut tædio habere permittebant Stoici. ità *c.* 22. προσῆκον, ἐν τοῖς κ᾽ σαυτὸν, ἐκεῖσε δεῖ σε ὁμοίον ἐν ἑκάστοις φαίνεσθαι, οἷς νῦν ποιεῖς. sequitur: ἀγωνιῆσαι δεῖ, πονῆσαι, νικῆσαι πᾶσαν ὀδυνίαν, ἀπολαθεῖν ἀπὸ τῶν οἰκείων, ὑπὸ παιδείας καταφρονηθῆναι, ὑπὸ τῶν ἀπαιτούντων καταγελασθῆναι, ἐν παντὶ ἔλασσον ἔχειν, ἐν ἀρχῇ, ἐν τιμῇ, ἐν δίκῃ, &c. Huc applicat dictum vulgare, quod inter adagia locum meritò sibi vindicet, idem *l.* 4. *c.* 6. Νῦν ἢ πρὸς ἄλλοις γίνεσθαι λέγεις, ἄλλων ὀπωρεῖσθαι. κ᾽ πολλοὶ ἢ τῦτο καλῶς λέγουσιν, ὅτι ἕτερον ἕτερῳ ἡ κοινωνεῖ. Et rursus *c.* 10. Ἀλλὰ πρῶτα θέλεις τὰ τυχόντα λαβεῖν; κ᾽ πῶς δύνασαι; ἕτερον ἕτερῳ ἡ κοινωνεῖ. εἰ δ᾽ ὀπώνια θέλεις, τῦτο φρες· εἰ ἢ μή, ὅτε τῦτο ἔξεις, ὅτ᾽ ὀπώνια, θεατὴς ἐσῃ ἀμφότερα. Quod fusiùs pauciùs enchir. *c.* 1. § 4. Τυχικὸν τῶν ἐριέων, μέμνησο ὅτι ὁ δεῖ ὁδὲ μηρεῖος κεκινημένον ἀπεδύσατο αὐτῷ· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀριέναι παντελῶς, τὰ δ᾽ ὑποπιέζειν πρὸς τὸ παρόν· ἐὰν ἢ κ᾽ τῶτ᾽ ἐθέλῃς, κ᾽ ἄρχειν, κ᾽ πλυτεῖν, τυχὸν μὲν, ὑσ᾽ αὐτῷ τῶτων τάξῃ, ἀλλ᾽ τὸ κ᾽ τῷ πρωτέρων ἐφίεσθαι· πάντως γε μὲν ἀπόντων ἀποτάξῃ, δι᾽ ὧν μόνον εὐδαιμονία κ᾽ ἐλευθερία περιγίνεται. Et *ibid. c.* 12. Ἴσθι γὰρ ὅτι ὁ ῥᾴδιον, κ᾽ τὸ προαιρεσιν τὸ σαυτῦ κ᾽ φύσιν ἔχοντα φυλάξαι, κ᾽ τὰ ἐκτὸς· ἀλλὰ τῷ ἑτέρου ὀπωσῦν κρατεῖσθαι, τῦτο ἑτέρου ἀμελῆται, πᾶσα ἀνάγκη. Quod Siracid. *c.* 38. *v.* 25. Ὁ ἐλαττούμενος σοφίᾳ, αὐτὸς σοφισάσθω. Et Epictet. *c.* 36. edit. vulg. Ταῦτα ὁ μὴ συμφωνεῖ. ἵνα σε δεῖ ἄνθρωπον ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν εἶναι. ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτῦ, ἢ τὰ ἐκτός. ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω· τυτέστιν ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτα. In eam mentem Pythagor. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. χαλεπὸν πολλὰς ὁδὸς ἅμα τῷ βίῳ βαδίζειν. Et observat Cl. Casaubon. apud Athen. *l.* 12. πῶ opponi τῇ φιλοσοφίᾳ. id est, *vitam occupatam & solicitam philosophiæ.*

Τί δόξεις, ἄφες] hoc quippe stultorum esse dixerat. *l.* 7. § 73. & *l.* 4. § 44. sed & videri esse, quod non es, quid tibi proderit? *l.* 10. § 8. Socrates, teste

teſte Xenophonte *memorab. l.* 1. dicere ſolitus eſt, ὡς ὐκ ἔστι καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίαν, ἢ δι' ἧς ἄν τις ἀγαθός τε γένοιτο καὶ μὴ δοκεῖν βούλοιτο. At Marcus hic quid aliis videaris, miſſum prorſus vult facias, Æſchyli illud pervulgatum in Theb. imitatus;

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Eſſe, haud videri, enim elaborat optimus.

Quod è tragico de Amphiarao prolatum, ad Ariſtidem corona tranſtulit. Plut in *Ariſtid. vit. & Apoph.* qui & laudat *de poet. leg. c.* 13. De Iſidoro & de Marino etiam extulit Damaſcius in *vit. Iſid.* apud Phot. *bibl. cod.* 242. Catoni par elogium tribuit Saluſt. in *Catilin.* *Eſſe, quàm videri, bonus malebat.* qui ſubjungit tamen: *Ità, quò minùs gloriam petebat, eò magis adſequebatur.* quod ſuprà Socrates. De ſe Gregor. Naz. *adv. eos, qui ſedem Conſtantinopolitanam ambire ipſum inſimulabant.* Ἀλλ' ἵνα, φησὶ, δοκῇ τοῖς πολλοῖς. τί δέ μοι διαφέρει, ᾧ τὸ εἶναι πλέον ὁ λόγος, μᾶλλον ἢ πᾶς; τοῦτο γὰρ ἦν κατεκρίνετο, ἢ ἐδικαίουτο, ἢ ἄθλιον ἐποίουν, ἢ μακάριον. τὸ δὲ δοκεῖν ἀεὶ πρὸς ἡμᾶς, ἄστερ ἀεὶ ὄναρ ἀλλότριον. Et mox: Τὸ δοκεῖν ἓν, ἀν μὲν ᾖ ἀφέλιμον, ἀξιώμεθα. ἵν' εἴ που τι καὶ ἀνθρώπινον ἀν ᾖ ἀντιπαθῇ, χαίρειν ἐάσωμεν, καὶ ὄντι τῷ εἶναι μᾶλλον τὸ δοκεῖν ἀφαιρήσωμεν. De Socrate Epictetus *diſſertat. lib.* 4. *c.* 8. Ἀπῆλθε, ἐνὶ ἐρεύμενος τῷ εἶναι φιλόσοφος· χαίρων ἦ, καὶ ὅτι μὴ δοκῶν, ἐκ ἐδέκνυτο. Quin & idem apud Platonem, in *Gorgia*; Παντὶ μᾶλλον ἀνδρὶ μελετέον, ὁ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ εἶναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Epictet. *enchir. c.* 24. Ἐάν ποτέ σοι γένηται ἔξω φαφῆναι, πρὸς τὸ βουληθῆναί σε ἐλθεῖν τινί, ἴσθι ὅτι ἀπόλεσας τὸν λόγον. (ità malim pro ἔχασιν, quàm cum Volfio ἔγνωσιν) ἀρκεῖ ἓν ἐν παντὶ, τὸ εἶναι φιλόσοφος. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βάλει, τῷ ἑαυτῷ σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ. ubi tamen τῷ εἶναι ſuperflua eſſe ſuſpicatur meritò Volfius. Eratoſthenem verò vitii illius, quod à Marco hic tangitur, inſimulat Strabo *geograph. l.* 1. Μίσος ἦν, inquit, τῶν τὰ βουλόμενα φιλοσοφεῖν, καὶ τῶν μὴ θαῤῥοῦντος ἐγχειρεῖν ἑαυτὸν εἰς τὴν τοιαύτην ταύτην, ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν σεσιόσθαι.

Εἰ κἀν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, ὅσον δήποτε ἡ σὴ φύσις θέλει, βιώσειν] D. Boot. ὅσον δήποτε ἡ σὴ φύσις θέλει, βιώσεις. *Si reliquum vitæ, quantumcunque natura tibi conceſſerit, tranſegeris.* emendationi aſſentior. Verùm mihi aliquid inſuper, quod deſit, ſupplendum eſſe videtur. Sequitur enim, κατανόησον ὧν τι θέλῃ. *conſidera ergò quid ea velit.* non quamdiu, ſed quomodo vivere te velit, unde liquet, de ea re monitum aliquod antecеſſiſſe. forſan ergò legendum fuerit, εἰ κἀν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, ὅσον δήποτε, [ὡς] ἡ σὴ φύσις θέλει, βιώσεις. *Si reliquum vitæ, quantumcunque id futurum ſit, prout natura tua vult, & à te exigit, tranſegeris.*

Οὐδαμοῦ ἔγνως τὸ εὖ ζῆν] Contendit non immeritò Mer. Caſaub. Antonini iſta, cum Solomonis illis, *Eccleſ. c.* 1. *v.* 13. & *c.* 2. *v.* 1. —— 11. quibus permulta, imò univerſa ferè, quæ ſub ſole geruntur, pervagatus Rex, nuſpiam vitam beatam veréq; tranquillam deprehendiſſe ſe profitetur. qui tamen illud, οὐδαμοῦ, apud Marcum, quod & denuò repetitur, malim, *nuſpiam*, ſimpliciter, quàm, *in iſtorum nullo*, vertiſſet. Adjici poteſt Severi Imper. illud; *Omnia fui, & nihil expedit.* Spartian. potiùs tamen, prout ab Aurelio refertur: *Ortus Lepti, humili patre, primò literis, deinde imbutus foro: quo parùm commodante, utì rebus arctis ſolet, dum tentat aut exquirit varia meliorâq;, conſcendit imperium. ibi graviora expertus, laborem, curas, metum, & incerta prorſus omnia; quaſi teſtis vitæ mortalium, Cuncta, inquit, fui, conducit nihil.* Quod de Marco filius, de Severo pater ὁ μακαρίτης, *ad Spart. Quatuor verbis complexus eſt integri libelli ejus (finem ſolùm excipimus) qui à ſapientiſſimo rege Solomone, ſuper humanarum rerum vanitate, divinitus planè & θεοπνεύστως eſt compoſitus.* Finem meritò excepit; quem fruſtrà ſtatuit hîc Marcus, ἐν τῷ ποιεῖν ἃ ὀνίνησι τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. quanquam haud ineptè prorſus, ſi *naturam* diceret, qualis eſt ab initio condita ac creata. jam enim corrupta & defecta, non valet ſuis viribus eò etiam adſpirare, in quo *uno bonum* ipſius verum ac ſyncerum conſiſtit. Meliùs itaq; Solomon, utpote θεοδίδακτος, ἐν τῷ θεὸν φοβεῖσθαι, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάσσειν. *Vis*, inquit, *poſt hæc omnia ſummam rei? Deum reverere; & præcepta ejus obſerva: hoc eſt enim totum hominis. Eccl. c.* 12. *v.* 13. Epict. *l.* 3. *c.* 24. Τὰ ἀγαθὰ ἔξω μὴ ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ἑαυτοῦ ζητεῖν τι· εἰ δὲ μὴ, οὐχ εὑρήσετε. at quomodo apud ſe bonum iſtud offendet quis? ſubjungit; ἐν ἑαυτῷ καὶ θεὸν τὸν πατέρα, καὶ τὰς ἐκείνου ἐντολὰς καὶ τὰ παραγγέλματα. ecquid aliud Rex ſapientiſſimus?

Ἐπὰν δόγματα ἔχῃ] Vide Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 11.

Ὃ οὐκ ἐστὶ ποιεῖ δίκαιον] *Bonum nihil eſt*, inquit, *niſi quod habentem bonum facit.* At de bonis, quæ dicimus, externis, verè Aug. *concion. ſolenn.* 236. *Omnia iſta bona ſunt; ſed unde facias bene, non quæ te faciant bonum. habeto bona, quæ te faciant bonum. bona ſunt quæ habes. eſto & tu bonus inter bona tua. eſto bonus manſurus inter bona peritura. erubeſce bonis tuis. noli eſſe malus in eis, nè pereas cum eis.* Vide *l.* 2. § 11. & Senec. *ep.* 76.

Ἐλεύθερον] *liberum.* at interpretes, *liberalem.* ſic *l.* 7. § 67.

Ὃ οὐκ ἐστὶ ποιεῖ πανοῦργα] Contrà, nihil malum eſt, niſi quod habentem malum atq; improbum facit: quod externa iſta non poſſunt. Vide *l.* 2. § 1.

§ 2. Μὴ μετανόησον ἐπ' αὐτῇ] Epicharm. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1.

Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν.

Cimaſt

Cuncta ſapiens prævidebit ; pœnitebit ſic nihil.
Plaut. *ſtich.* 1. 2. ——*quotidie*
Pridie caveat, nè faciat, quod pigeat poſtridie.
& *Bacchid.* 4. 9.
Priùs te caviſſe ergò, quàm pudere æquum fuit.
Pindar. *Pyth. od.* 5. Προφανῆ εἶναι ait, Ἐπιμηθέως ὀψίνοον θυγατέρα. Vult itaq; nos Marcus eſſe Promethei non Epimethei liberos, nè Prophaſin, i.e. *excuſationem*, ſive *prætextum*, ſororem nobis adſciſcere neceſſe habeamus. Vide *infrà* § 10.

Μικρὸν, καὶ τέθνηκα, καὶ πάντ' ὀλιγίστου] Quod nos vulgari diverbio dicere ſolemus, *Ego cùm interii, totus mundus mihi intercidit.* Proſper, *ad uxorem* :

Etſi concluſo ſupercſſent tempora ſec'lo,
Ut poſſet longos mundus habere dies :
Nos tamen occaſum noſtrum obſervare deceret,
Et finem vitæ quemq; videre ſuæ.
Nam mihi quid prodeſt, quòd longo flumina curſu
Semper inexhauſtis prona ferantur aquis ?
Multa quòd annoſæ vicerunt ſecula ſylvæ ?
Quódque ſuis durant florea rura locis ?
Iſta manent : noſtri ſed non manſere parentes :
Exigui vitam temporis hoſpes ago.

Aug. *de verb. Dom. ſerm.* 26. & *de* 10. *chord. c.* 2. & *homil.* 28. *Longè eſt quidem dies judicii : ſed uniuſcujuſque hominis dies ultimus longè eſſe non poteſt ; quia brevis eſt vita, & vitæ brevitas incerta.* Vide *ad l.* 4. § 26.

Τί πλέον ὀπίζηλῶ] Ità Gregor. Naz. *ad Epiſc.* 150. ὃ χὴ ἄλλο τι ὀπίζηλῶμεν. Vide *ad l.* 5. § 6. & *l.* 6. § 2. & *l.* 7. § 13. & *l.* 9. § 40. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. σὺ δὲ ζηλοῖς ἔπαθλον ἀνδρὶ ἀγαθῷ μεῖζον τοῦ καλοῦ καὶ δίκαια πεφάνθαι ; Plaut. *Amph.* 2. 2. *Virtus præmium eſt optimum.*

Ἰσονόμως θεῷ] quia nimirum φυσικὸς νόμος ille cujus meminit *l.* 3. § 11. ſive θεσμὸς, uti nuncupat *l.* 2. § 16. hominibus communis cum diis ipſis à Stoicis ſtatuitur. unde & hominem ſapientem, qui ad legis iſtius normam vitam exigit, ſuam, nihilo faciunt minorem Deo ipſo. Epictet. *l.* 1. *c.* 16. Ὡς καθ' ἓν μὲ ἢ λόγον, ὃν νῦν χείρων οὐδὲ θεῶν, οὐδὲ μικρότερος· λόγῳ δὲ μείζονος ὢ μήκει, οὐ δ' ὕψει κεῖνται, ἀλλὰ δόγμασιν. Vide *ad l.* 3. § 7.

§ 3. Ἀλέξανδρος ἢ] Alexander verò. quaſi à prioribus penderet. ſed τὸ ἢ παρέλκειν videtur. ſicut τὸ ἤτ. *l.* 6. § 44.

Τί σοὶ Διογένης] Juvenal. *ſat.* 8.
Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni ?

Καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ἦν αὐτῷ ταὐτὸ] lectionem hanc ſi admittimus, ſenſus erit, *Eadem erant mentes illorum* : ſive *per omnia ſibi invicem conſentiebant.* id quod ſapientum eſt, & rationis rectæ, quæ una eadémq; apud omnes eſt, auſpicium ductúmq; affectantium. quum inſipientes & animi affectu & vitæ inſtituto, tum ſecum invicem, tum & à ſeipſis etiam diſſentiant. Cæterùm M. Caſ. ταῦτα legiſſe videtur : & G. Xyl. τοιαῦτα, cùm vertit, *ità erant eorum mentes inſtructæ.* ejuſmodi nimirum mentes habebant, quæ in rerum naturas acutiùs introſpicere, & ſagaciùs intromittere ſe poterant. hunc ſequor. inde ergò factum, ut cùm rerum naturam perſpectam haberent, & cui uſui inſervirent, nec multis opus eſſe ſibi ad bene ac feliciter agendum intelligerent, nec avidiùs quicquam, quam par erat, appeterent.

Ἐκεῖ δ' ὅσων πρόνοια ; καὶ δ' ἀλεία πόσων ;] Xyl. *ibi verò, quibus in rebus eſſet prudentia & ſervitus.* ut ad philoſophos illos, illorúmq; perſpicaciam referatur. M. Caſ. ad reges ac imperatores potiùs, quos priùs dixerat, retulit. in quo calculum ei lubens contribuo meum. Verùm quòd vertit, *quouſq;* ; *ſe extendebat error eorum, eouſq; eorundem & ſervitus*, non video quî poſſit cum autoris verbis conſiſtere, niſi πόσων aut τοσούτων pro πόσων ſubſtituere libuerit. Mihi nihil movendum videtur. erotematicè tantùm concipiendum exiſtimo. Apud illos, cùm rerum naturam, ac per conſequens uſum, non ritè aſſequerentur, de quot rebus alioqui minùs neceſſariis, ſed quæ ipſis neceſſariæ viſæ ſunt, ſatagere illos neceſſe fuit, quótq; rerum ſeſe ſervituti addicere ? Ἅμα γὰρ τῇ ἀρχῇ πολλὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀναπεπάκασιν. Teles *collat. divit. & paupert.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 94. Notum eſt illud Philippi Macedonis, qui cùm quo loco deſtinaverat, caſtra ſtatuere, commodè non poſſet, quòd pabulum jumentis defore diceretur : Οἷος ἡμῖν ὁ βίος ὄζει, inquit, εἰ καὶ πρὸς τὰ τῶν ὄνων χαμεύειν ὀφείλομεν ζῆν ; *qualis vita noſtra eſt, quibus ad aſinorum opportunitatem ea eſt exigenda ?* Refert Plut. in *apophth.* & in *præcept. polit.* ità aſinis etiam ac jumentis inſervire rex magnus neceſſe habebat ; non paſtores tantùm aut bubulci : quos ità conquerentes induxit Sophocles, referente eodem in *Agide* ;

Τύποις γὰρ, ὅστις δεσπόταις δουλεύομεν,
Καὶ τῶν δ' ἀνάγκη κἀσιωπώντων κλύειν.
Famulamur iſtis, qui tamen domini ſumus,
Quamviſque taceant, nos ea audire eſt opus.

Contrà non eſt vulgatum minùs Socratis illud, qui ut Laërt. *l.* 2. cùm rerum venalium forum ac tabernas pertranſiret, dixiſſe fertur, Πόσων ἐγὼ χρείαν οὐκ ἔχω ; *Quàm multis ego nihil opus habeo ?* vel, ut Cicer. *Tuſc. l.* 5. *cùm in pompa magna vis auri argentíq; ferretur, Quàm multa non deſidero ? inquit.* Itaq; illa neſcio cujus in ore crebrò habebat, quæ & à Clemente Alex. *pædag. l.* 2. *c.* 10. laudantur, ſed ità ut metri rationem non habuerit ;

Τὰ δ' ἀργυρώματ' ὄζει, ἢ τε πορφύρα,
Εἰς πού τραγῳδὸς χρήσιμ', οὐκ εἰς ἢ βίον.
Argentea iſta vaſa & ipſa purpura,
Tragicam ad pompam faciunt, ad vitam nihil.

In quam ſententiam Plut. *de avar.* ubi Scopæ Theſſali dictum commemoraverat, qui à vicino è domo ſua rogatus quidpiam, quod is qui petebat, ſuperfluum ipſi ac ſupervacuum eſſe dictitabat, reſpondit, Ἀλλὰ μὴν τύτοις ἐσμὲν ἡμεῖς ἐυδαίμονες ἢ μακάριοι τοῖς ἀεὶ τελῶσιν, ἀλλ' ὐκ ἐκείνοις τοῖς ἀναγκαίοις. *At verò iſta ſuperflua & ſupervacanea ſunt quæ nos divites ac beatos faciunt, non autem neceſſaria illa.* ſubjungit, iſtud videri σομπλὼ ἢ πανήγυριν μᾶλλον ἢ βίον ἐπαινῶν τις, *pompam aut panegyrin potiùs, quàm vitam laudantis.* additq; felicitatem iſtiuſmodi διαφὴν ἢ μόρφωμα, ἢ μηδὲν εἶ, *aut nullam eſſe omnino, aut ſpectatorum, non dominorum eſſe*; certè abſq; illis nullam revera exiſtere. Itaq; περίοικα iſta, quam hîc Marcus tangit, eadem ferè eſt cum ea quam Apoſtolus notat, *ad Rom. c.13. v.14.* ubi vetat, τὴ σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖσθαι εἰς ἐπιθυμίας. nec abludit ab hac multùm ſolicitudo illa, cujus Martham illam ſedulam nimìs Chriſtus inſimulat, cùm ait, ὀλίγων ἢ ἑνὸς ἐστὶ χρεία. Vide *l.7.* § 20. & *l.9.* § 40.

Δυλεία πόσων] De regibus Solomon, & ipſe rex, *Eccleſ. c.5. v.9.* מלך לשרה נעבר *etiam rex agro ſervus eſt.* dum eum ſcil. colendum neceſſariò curat. ut Chald. paraphr. & Rohobamo Solomonis filio atque in regno ſucceſſori conſiliarii ſeniores, *hiſtor. Reg. lib. 3. cap. 12. ver. 9.* תהיה עבד לעם הזה *ſervus ſis oportet populo iſti.* Siquidem, ut Auguſtin. *de Civ. Dei l.19. c.15. Etiam qui imperant, ſerviunt eis, quibus videntur imperare.* Itaq; non immeritò pronunciavit Antigonus, τὸ βασιλεύειν, ἔνδοξον εἶ δυλεία. *regnum eſſe nobilem ſervitutem,* Ælian. *l.2. c.20.* &, *magnam ſervitutem magnam eſſe fortunam*; Seneca *ad Polyb. c. 26.* cùm, *in maximâ fortunâ minima ſit licentia,* ut Cæſar apud Salluſtium in *Catilin.* Eódem facit & Senarius Græcus ille;

Εἷς ὅτι δοῦλος οἰκίας, ὁ δεσπότης.
Unus familiæ ſervus, ipſe adeò eſt herus.

Et Hebræorum doctorum illud; המלכות היא עבדות. *Servitus eſt & regnum.* Ἀλλ' ἐκείνους μὲν μακροδούλους λέγε, τύτους δ', ὡς εἰσὶν ἄξιοι, μικροδούλους. Epictet. *l.3. c.26.* Ità, quod idem *l. 4. c.1.* ἢ ὁ δισύπατος ἢν τοῖς πεπαιδευμένοις ὐδὲν διαφέρει. Vide *l.10.* § 19. Sed &, quod multò gravius eſt, iiſdem ſæpenumero

——*intus & in jecore ægro*
Naſcuntur domini.

quos *alterni ſubeant oportet Obſequio excipiti.* Perſ. *ſat. 3. & 5.* & Ambroſ. *ep. 7. Intra ſe dominos habent: intra ſe ſervitium intolerabile patiuntur; tot dominorum, quot vitiorum ſervi.* Aug. *de civit. Dei l.4. c.3.* Unde Dio. [illegible] ἀνθρώπους; Τὸς μὲν οἰκέτας δεσπότας δυλεύειν· τὸν δὲ φαύλως ὀπθυμίας. Laërt. *l.9.* & ſicut de Roma Aug. *de civit. Dei l.15. c.4. Urbs victrix gentium, captiva vitiorum.* Ità de Romanis Cic. *Verrin.3. Judiciorum domini, cupiditatum ſervi.* ut nè illud adjiciam, quod Plin. *in paneg. Principes multi, civium domini, libertorum ſervi.* & quod Amb. *ep.7. Emunt ſibi dominos, captivarum ſuarum captivi. Dabo* (inquit Sen. *ep. 47.*) *conſularem aniculæ ſervientem: dabo ancillulæ divitem.* Itaq; Democritus apud Stob. *tom.2. tit.6.* & 7. Ἔνιοι πόλεως μὲν δεσπόζυσι· γυναιξὶ δὲ δυλεύυσι. Honeſtius tamen paulò, quod de Perſa Plut. *ad præfect. indoct.* Ὁ Περσῶν βασιλεὺς πάντας ἡγεῖται δύλους, πλὴν τῆς ἑαυτῦ γυναικός, ἧς μάλιστα δεσπότης ὤφειλεν εἶ. Et quod Cato major, de ingenuis legitimiſq; conjugiis ſi accipias; Πάντες ἄνθρωποι τῆς γυναικῶν ἀρχυσιν· ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων· ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες. Plut. *apoph.* vide *l. 2.* § 2. & *l. 9.* § 38.

§ 4. Ὅπ] principium ἀκέφαλον, ſive abruptè exorſum. Hoc, inquit, animo tuo obverſetur, vel præſto tibi ad manum & ad mentem ſit, ubi hominum aut injuriis, aut flagitiis commoveri te ſenſeris, eadem facturos, etiamſi tu te indignatione confeceris.

Κἂν σὺ διαῤῥαγῇς] *etiamſi tu rumparis.* Ità Demoſthenes τοῖς τεφάνυς, Οὐδὲ ἂν σὺ διαῤῥαγῇς. Lucian. *Timon.* ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσι τῷ φθόνῳ. Et Eunap. Ædeſio. Οἱ δὲ περιδωσόμενοι ῥηγνύμενοι τῷ φθόνῳ. Maro *bucol. 7.*

——*invidiâ rumpantur ut ilia Codro.*

& Martial. *l. 9. epigr. 99.*

Rumpatur, quiſquis rumpitur invidiâ.

& *l. 8. epigr. 61.*

Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et quærit altos unde pendeat ramos.

Non abs re ipſa itaq; aberravit prorſus M. Caſ. cùm pro more noſtri idiomatis reddidit, *etiamſi tu te ſuſpenderis.* quomodo & Epictet. *l. 2. c. 20.* ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ῥηγνύμενον. Malim tamen Marci phraſin retentam. Siquidem, ut *invidiâ*, ſic & *irâ*, *rumpi* dicuntur, qui excandeſcentiæ ſuæ indulgent nimìs. Epictet. *differt. l.1. c.13.* Ὅταν δὲ θερμὸν αἰσθάνῃς σε καὶ ζακέσαντα πῦς, ἢ ὄξυκράσας γλυκύτερον ἐνέγκῃ, τὸ μὴ χαλεπαίνειν, μηδὲ ῥήγνυσθαι. de ebrio Baſil. Cæſ. *homil. 1.* λοιδορεῖται, τύπτει, ἀπειλεῖ, διώρυσε, βοᾷ, διαῤῥήγνυται. Liban. *vit. ſua:* Οἱ τῇ δόξῃ τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ῥηγνύμενοι. Morell. *qui ex ſententia magiſtratuum angebantur.* imò, *qui eorum qui in magiſtratu conſtituti gloriâ, dum invident, rumpuntur.* [illegible] *Bacchid. 4. 2.*

PA. *Suffiatus ille huc veniet* PL. *dirumpatur* [illegible] Flacc. *l. 1. ſat. 3.* *Rumperis* [illegible] De dolore pariter Cicer. *ad A* [illegible] *deterreor periculo, ſed dirumpor* [illegible] 16. *Unum omnia poſſ.* [illegible]

posse doluerunt. Eodem sensu τὸ διαπεπλῆχθαι usurpatum Lucæ *Act. c. 7. v. 54.* de quo alibi diximus. sed & *findi* Persio *sat. 3.*

——*turgescit vitrea bilis:*
Findor.——i. e. ῥήγνυμαι τῷ χόλῳ, ἢ λακῶ. Is. Casaub.

§ 5. Ὀλίγου χρόνου ὄντες ὅλου τοῦ βίου ἴσου] quod usitatiùs ac plenius ἐντὸς ὀλίγου χρόνου dicitur. quasi dicat, annon ad breviculum temporis spatium perpeti potes? sicut Psaltes *Psal. 37. v. 10. adhuc paulum, & improbus non erit.* ità Marcus hîc; *Adhuc paulum, & ipse non eris.* quid autem interest. tu an ille, tollaris? vide *l. 7. § 79.* At M. Cas. legisse videtur, ὄντες ὅλου τοῦ βίου ἴσου. cùm vertit, *intra tempus brevissimum cuncta finem habitura sunt; nec cujusquam ultrà memoria erit.* qui & *Africanum* pro *Adriano* cur substituerit nescio, cùm & Basil. & Lugd. Ἀδριανός, exhibeant.

Παῦσον τοῦτο ἀμέλει ποιοῦντα] *ità ut te neutiquam à faciendo dimoveri aut revocari patiaris.* ità *lib. 10. § 12.* ἀμέλει ταύτην χαρίσῃ. Clemens *Strom. l. 5.* Μαθόντες ὃ ἐσμὲν τῆς ἀληθείας τὸν ὁδὸν, εὐθεῖαν βαδίζωμεν ἀμεταστρεπτί. Plato *de legib. l. 9.* Τὰς δὲ τῶν κακῶν ξυνουσίας φεῦγε ἀμεταστρεπτί.

§ 6. Μεταπλάττει] Naso *met. l. 15.*

——*cùm sint huc forsitan illa,*
Hæc transfer illuc; summâ tamen omnia constant.

Μεταβάλλειν] Vide *l. 7. § 18, 23. & l. 9. § 33.*

Πάντα τρόπον] omisit clausulam hanc interpres Angl. Naso *Met. l. 15.*

——*omnia verti* *Cernimus.*——

Sic. *l. 9. § 19.* πάντα ἐν μεταβολῇ. Sed & ἐμφατικώτερον etiam in abstracto, ut istîc, sic *lib. 11. § 35.* πάντα μεταβολαί. & *lib. 4. § 3.* ὁ κόσμος ἀλλοίωσις.

Οὐκ ὤφελε φοβηθῆναι, μὴ πικρὸν· πάντα συνήθη] transpositâ videntur ista, quibus rerum transpositionem alternatim fieri solitam describit Marcus: mihi sic collocanda videntur; πάντα τρόπον· πάντα συνήθη. ὥστε οὐκ ἐφοβήθην, μὴ πικρόν. receptam lectionem Xylandum sequitur, Marci textum convellit & distrahit. vide *lib. 7. § 1, 58. & l. 9. § 35.*

Ἴσαι αἱ ἀπονεμήσεις] i. e. τὰ ἀπονεμόμενα, ut *l. 2. § 17. & infr. § 6.* quæ ex lege quasi quadam divina assignantur cuiq;, paria eadémq; sunt. Siquidem, ut Rex sapientissimus, *Eccles. c. 9. v. 2. Eadem omnibus eveniunt; justis, injustis; mundis, immundis; piis, impiis; summis, infimis.* &c. Et Senec. *ep. 107. ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. ecquem autem jus est, non quò omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est.* vide *infr. § 43.* vel etiam ità sunt æqualiter proportione, non Arithmeticâ, sed Geometricâ distributa, ut unicuique id quod est ipsi congruum maximè & consentaneum attribuatur. ut *l. 5. § 30. & infr. § 7.*

§ 7. Ἀρκεῖται πᾶσα φύσις ἑαυτῇ ἐὰν εὐοδῶσα] Sufficit hoc naturæ sive creaturæ cuique, si munus sibi proprium ac peculiare exequatur, bonum sibi congruum & consentaneum assequatur. Siquidem, ut philosophus, *ethic. Eudem. l. 1. c. 8.* Τὰ φύσει πάντα τὰ ὄντα ἐφιέται ἑνὸς τινος ἀγαθοῦ, ἂν ἀληθὲς ἔπαινον ᾖ ἴδιον ἀγαθὸν ὀρέγεται. & in hoc igitur acquiescit.

Φύσις ἢ λογικὴ εὐοδοῦσα] Ità natura rationalis tunc prosperè agit, cùm munia sibi propria & peculiaria obit, qualia sunt quæ istîc Marcus recenset. Nam εὐοδία, εὐπραξία. Hesych. vide *l. 5. § 14, 34.* pro eo autem quod εὐοδοῦσα Marcus istîc, εὐοδοῦσας dixit Joannes Apost. *epist. ad Gaium v. 2.* περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή.

Τὰς ὀρέξεις καὶ ἐγκλίσεις πᾶσι ἐφ' ἡμῖν μόνον] Hoc est quod passim inculcat Epictet. *enchir. c. 1, & 2. dissert. l. 1. c. 1. & 27. & l. 2. c. 13. & l. 3. c. 24. & l. 4. c. 1, 4, 10.* alibi. huc autem plurimùm facit, quòd inter alia *l. 4. c. 1.* ἐλεύθερον sive liberum hominem eum definit, ὃ αἱ ὁρμαὶ ἀνεμπόδιστοι αἱ ὀρέξεις ἐπιτυγχάνουσαι· αἱ ἐκκλίσεις ἀπρόπτωτοι.

Εἴτε] ἤγε M. Cas. rectè. ut de natura universali, sive anima universi, cujus portio quædam anima hominis cujusvis est, intelligatur.

Ἴσους καὶ κατ' ἀξίαν τοὺς μεγέσμους] ità *supr. § 5.* ἴσαι αἱ ἀπονεμήσεις. Verùm est æqualitas ista, ut Aristoteles loquitur, *Ethic. l. 5. c. 3.* ἡ κατὰ τὸν ἀναλογίαν. in qua τὸ καθ' ἀξίαν cum primis ratio habetur, τὸ γὰρ δίκαιον ἐν τοῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες κατ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι. Plato *leg. lib. 6.* Δικὴ γὰρ δὴ κεῖται δεῖ· τῷ μὲν μείζονι πλείω, τῷ δ' ἐλάττονι σμικρότερα νέμει, μίαν ἑκάστοις τοῖς αὐτοῖς φύσιν ἑκατέρῳ.

Μὴ εἰ τὸ μὲν ἓν ἴσον ἑνὶ μηδενὸς ὄντι παρῇς, ἀλλὰ εἰ συλλήβδην τὰ πάντα. τὸ δὲ πρὸς ἀξίαν] divulsa vitiatâque ista M. Cas. feliciter, mutatione levissimâ, restituit, legendo, τὰ πάντα τοῖς πρὸς ἀξίαν τὸ ἑτέρῳ. Proportionis istius, inquit, æqualitatem deprehendas licet, non si unum aliquod in unoquoque consideres; sed si istius quæque, cum alterius cujusquam affectibus ac dotibus à natura eidem collatis universis simul sumptis contuleris. quod esse proportionis geometricæ monet philosophus *ethic. Nicom. l. 5. c.* & Eudem. *l. 4. c. 2.* ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνῃ καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὃ ἐστὶ τὸ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. Itaque Aug. *de ver. relig. c. 40. Tota simul consideranda sunt, si volumus recte judicare.* Plinius. *l. 4. ep. 14. Sapiens & subtilis* (rerum æstimator) *debet non diversis conferre diversa, sed singula expendere, nec deterius aliquid putare, quod est in suo genere perfectum.* Ità siquidem unumquodque in suo genere perfectum existere patietur, nec muscæ aut culici magis quicquam deesse, quod ad muscæ culicisve naturam ac constitutionem pertineat, quàm elephanti.

elephanti aut leoni: verúmque deprehendetur Plinianum illud, *l.* 11. *c.* 2. *Rerum naturam nusquam magis, quàm in minimis, totam esse.* Siquidem de cunctis naturæ operibus dici potest quod de partibus humani corporis Hippocrat. *de loc. in hom.* Τὸ σῶμα] & τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει, ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον. & rursus: ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντ' ἔνι τὰ μέρεα. In hanc mentem Galenus, *de usu part. l.* 17. extremo, ubi insignissimum illud summéque mirandum prædicaverat artificium, quod in humani corporis fabrica deprehenditur, Ἐναργῶς, inquit, τε τῆς φύσεώς ὅτι καὶ πάντα τὰ ζῶα. μὴ γὰρ δὴ καθ' ἄνθρωπον ὑπολάβῃς μόνον εἶναι τοσαύτην ἔχοντα, ὅσην ὁ παρόντα λόγος, ἀλλ' ὅτι ἂν ἐθέλοις ἕτερον ζῶον, ἴσως ἐνδείξεται σοφίαν τε ἅμα καὶ τέχνην τοῦ δημιουργοῦ· καὶ ὅσῳ γ' ἂν ᾖ μικρότερον, τοσούτῳ μεῖζον τὸ θαῦμα, καθάπερ ὅσα διασημαίνοντες ἐν μικραῖς οὐσίαις οἱ δημιουργοί. Cui concinit & Plinius loco suprà memorato: *Restant*, inquit, *immensæ subtilitatis animalcula, nusquam alibi spectatiore naturæ rerum artificio.* In culice hic instat, in pulice ille; videri dignissimus uterque: quibus & ex Plutarcho *de solert. animal.* formicam licet adjungas. οὐδὲν ὕστερον ἡ φύσις ἔχει μεῖζόν τι καὶ καλλίονα κατόπτρου, ἀλλ' ὥσπερ ἐν σταγόνι καθαρᾷ πάσης ἔνεστιν ἀρετῆς ἔμφασις. Quin & Tertull. *de anima c.* 10. *Hoc magis credas, si Deum recogites tantum artificem in modicis, quantum & in maximis.* Eundem vide sis *adv. Marcion. lib.* 1. *c.* 13, & 14. Ambr. *hexam. l.* 6. *c.* 6. *Mirabilis igitur natura in maximis: mirabilis etiam in nimimis. Sicut enim non minùs plana camporum, quàm montium alta miramur; nec plùs altitudinem cedri stupemus, quam vitis aut oleæ brevis fœcunditatem: ità non amplius miror elephantum, quia procerus est, quàm murem, quia terribilis elephanto est. est enim donata prærogativa quædam singulis creaturis, ut quibusdam privilegiis propriis fulciantur.* Autor denique *quæstionum Vet. ac Nov. Test.* quæ Augustini nomine prostant, *quæst.* 123. *An quia præstantior est homo cæteris animalibus, idcirco illis imperfecta dicenda sunt? aut quia sancti angeli non sunt quod est Deus, imperfecti sunt? absit. omnia enim pro locis & gradibus suis firma & perfecta sunt, ut implent id ad quod facta sunt.*

§ 8. Ἀναγνώσεων ἢ ἔξεστιν] Rectè ista Mer. Casaub. à superioribus, quibus vitiosè cohæserant, separavit; novæq; hinc periochæ initium dedit. vide *lib.* 3. § 14. & *l.* 5. § 5. & *l.* 7. § 67.

Οὐκ ἔξεστ] *non est otium.* Cas. per negotia non licet. vel etiam, *non potes*, non datur. adeò forsan es rudis & illiteratus, ut nec legere quidem queas. quanquam de vita aulica quod sequitur, si ad hanc periochen pertinet, à qua tamen Xyl. Lugd. Cas. ipse sejungunt, illi potiùs interpretationi favere videtur. forsan enim vitam aulicam caussantem inducit, quasi per eam Scriptorum evolvendi facultas aut opportunitas negetur. Verùm aliò illud quod sequitur, pertinere videtur.

§ 9. Τὸν ἐν αὐλῇ βίον] vide *l.* 5. §. 16. Flaccus *l.* 1. *epist.* 17.

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:
Stultus uterq; locum immeritum caussatur inique.
In culpa est animus, qui se non effugit unquam.

Senec. *ep.* 50. *Dicimus, Non ego ambitiosus sum; sed nemo aliter Romæ potest vivere. non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. quid nos decipimus? non est extrinsecùs malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet.* Et *ep.* 55. *Non multùm ad tranquillitatem locus confert. animus est qui commendat omnia. vidi ego in villa hilari & amœna mœstos; vidi in media solitudine occupatis similes.* vide *l.* 4. § 3.

Μηδὲ τὸν σαυτοῦ] quasi dicat, forte tuâ contentus agas. quod Apost. *ad Philipp. c.* 4. *v.* 11. Ἐμαθον ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. nam quod Lugd. exhibet, ἀλλὰ σὺ ἑαυτῷ, nec nauci est.

§ 10. Ἐπίληψις ἑαυτῆς] *pœnitentia*, inquit, *est sui ipsius reprehensio.* vide *l.* 12. § 16. ubi non reprehensio sui tantùm, sed condemnatio etiam dicitur. Ex Gallo Asinio, & Largio Licinio, Gellius *noct. Attic. lib.* 17. *cap.* 1. *Pœnitere tum dicere solemus, cùm quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate nostróque consilio facta, ea nobis pòst incipiunt displicere, sententiámque in eis nostram demutamus.* Plut. *de tranq.* ex Euripid. *Oreſt.* & Stob. *tom.* 2. *tit.* 24.

Ἡ σύνεσις ὅτι σύνοισθα δεινὸν ἁμαρτάνοντι,
οἵ ἔλαθ' ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ πλὴν μεταμέλειαν, αἱμάσσουσα δὲ καὶ νύσσουσα ἀναπολέπει· τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος· πλὴν ἡ κατάνυξις αὐτὸς ἐργάζεται δακνομένου σὺν αἰσχύνῃ τῆς ψυχῆς, καὶ κολαζομένου ὑφ' αὑτῆς· αἷς γὰρ οἱ ῥιγοῦντες, ἢ ἡπάλοις ἢ πυρετοῖς * δακνόμενοι [δακνομένοις Gesner. sed ità Galen *de affect. dign. & cur. c.* 6. πυρετοῖς δακνομένοις.] ἦν ταῦτα παρόντων ἔξωθεν ὑπὸ καύματος ἢ χρύος μᾶλλον ἐνοχλοῦντα, καὶ κάκιον ἔχουσιν· ὅτῳ ἐλαφρότερος ἔχει τὸ πυρετὸ τὰς λύπας, ὥσπερ ἔξωθεν ὀπτερομένας τὸ ἦ, * Οὐκ ἐμοὶ γ' * ἄλλῳ ἐπαίνῳ, ἀλλ' ἐγὼ αὐτὸς, [* ἄλλων vulg. perperam] ὀπτερομένου· τοῖς ἁμαρτανομένοις ἔνδοθεν ἐξ αὐτοῦ, βαρύτερον ποιεῖ τῷ αἰσχρῷ τὸ ἀλγεινόν.

Ὡς χρήσιμόν τι παρηκόν] Est tamen pœnitentia reprehensio sui, tam de malo admisso, quàm de bono omisso. Verùm ad Marci propositum, membrum alterum suffecerat.

Ἀγαθὸν χρήσιμόν τι] Stoicum hoc dogma, nihil utile nisi quod bonum & honestum. Laërt. *l.* 7. *Zenon.* & Stob. *tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 4. § 8. Πᾶν ἀγαθὸν συμφέρον εἶναι, καὶ λυσιτελὲς καὶ χρήσιμον. χρήσιμον, ὅτι χρείαν ὠφελείας παρέχεται. sive, ὅτι ἐν τῇ χρείᾳ ὠφέλιμον. Socrates apud Platon. *polit.*

lit. l. 5. Καλλισα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον κλητὸν· τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Idémque in *Alcib. 1.* Τὰ μὲν δίκαια, καλὰ· τὰ δὲ καλὰ ἀγαθά· τὰ δὲ ἀγαθὰ συμφέροντα· τὰ δίκαια ἄρα συμφέροντά ἐστιν. Cicer. *Offic. l. 2. § 9, 10. Summâ quidem auctoritate philosophi, quicquid justum sit, id etiam utile esse censent: itemque quod honestum, idem esse justum. ex quo efficitur, ut, quicquid honestum sit, idem sit utile. in quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via; sensimque eò deducta est, ut honestatem ab utilitate secerneret, & constitueret honestum aliquod, quod utile non esset: quâ nulla pernicies major hominum vitæ potuit afferri.* vide tamen hac de re porticûs argutiolas, *ad l. 3. § 11. & l. 6. § 45.*

Μεταφέρουσιν ἐπὶ τῶν ἡδονῶν πνα παρεκτάσεις] indè probare vult voluptatem nec bonum esse, nec utile; quòd probus nemo de voluptate ulla neglecta omissáve, pœnitentiâ tangatur: sicut *l. 5. § 15.* idem indè concludit, quòd eandem despexisse ac spreviſſe laudi sæpe atque decori habeatur.

§ 11. Τοῦτο τί ἐστιν] vide *ad l. 3. § 11.*

§ 12. Ὅταν ἐξ ὕπνου] vide *ad l. 5. § 1.*

Κατὰ τὴν ἀνθρωπικὴν φύσιν] Cicer. *de fin. lib. 5. Apparet nos ad agendum esse natos. Itaque appetit animus semper aliquid agere. Ibid.*

Καὶ ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἔν. Aristot. *ethic. lib. 1. c. 7.* vide *l. 9. § 16.*

Τὸ δὲ καθόλου κοινὸν καὶ περὶ ἁπάντων ζώων] Aristot. *ethic. lib. 1. c. 13.* tanquam dictum vulgò jactatum refert, ὅλην διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου πρὸς εὐδαίμονας καὶ ἀθλίους. *nihil per vitam dimidiam distare felices infelicibus. quia nimirum vitæ pars dimidia edormitur.* Ὕπνος γὰρ, ὥσπερ παλάντης, τὸ ἥμισυ ἀφαιρεῖ τοῦ βίου. Aristo apud Plut. *de ign. & aq.* καὶ τὸν ἥμισυ ἡμῖν τοῦ βίου σωθέντα χρόνον. Clem. Alex. *pædag. lib. 2. c. 9. Vitam nobiscum dividit somnus.* Senec. *epist. 117.* & ità, *dimidium ex hoc* (quod videmur vivere) *edormitur.* Idem *ep. 99.* (vide *ad lib. 4. § 50.*) Per somnum ergò nihil felices ab infelicibus distare dicit ex vulgi sententia Aristoteles: at Marcus istîc, nihil homines à jumentis. Siquidem, ἀρχὴ δέ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς, ἃ λέγεται ἀσυδόλια καὶ φαῦλα. Aristot. *ibid.* & *c. 8.* ὅλην ἀγαθὸν ἀποτελεῖ ὁ καθεύδων. Itaque Plato *leg. l. 7.* Κοιμώμενος ὑβρεις ὑβρινὸς ἄξιος, ὅλην μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. καὶ γὰρ ἀναδυτικὸν ὁ ὕπνος, ὥσπερ καὶ ὁ θανάτος. Eustath. *ad Il. Ψ'.* & Plin. *præfat. hist. nat. Vita profectò vigilia est. Et revera plus vigilare, plus vivere est. Quid enim tam mortis simile quàm dormientis aspectus? quid tam vitæ plenum quàm forma vigilantis?* Petr. Chrysolog. *serm. 24.*

Ὁ κατὰ φύσιν ἐκβασις] vide *lib. 5 § 9.* Aristot. *hist. animal. l. 8. c. 1.* Τὸ κατὰ φύσιν, ἡδύ. & *c. 2.* Περσοφιλὴς ἐκβασις τὸ κατὰ φύσιν.

§ 13. Φυσιολογεῖν. παιδολογεῖν, διαλεκτικὰς] Senec. *epist. 89. Philosophiæ tres partes esse dixerunt & maximi & plurimi autores: moralem, naturalem, & rationalem. prima componit animum; secunda rerum naturam scrutatur: tertia proprietates verborum exigit, & structuram, & argumentationes, nè pro vero falsa surrepant.* His ergò tribus monet uti Marcus, quatenus id commodè potest, ad unumquodque, quod imaginatio suggesserit. At Xyl. ista cum sequentibus conjungit, quasi dixerit Marcus; *Ubi de natura, affectibus, aut aliis rebus differre cum quopiam contigerit,* &c. quam contextûs seriem verba ipsa neutiquam admittunt. Lugd. autem hoc loco periochas ità dispositi, ut Medeæ Absyrtum nobis repræsentare voluisse videatur.

§ 14. Ἡ γὰρ περὶ ἡδονῆς] Lugd. ἡ γάρ. forsan ἢ καὶ. nam τὸ γὰρ ex proximo membro irrepsisse huc videtur.

Τοιαῦτα πνὰ δόγματα ἔχειν] leg. τοιαῦτ' [γάρ] πνα δόγματα ἔχων. Sedi suæ caussali restitutâ & pro verbo substituto participio, orationis serie id poscente. potest & priore loco ὁ γὰρ legi, ut sententia continuetur sic, ὁ γὰρ περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης &c. ——τοιαῦτ' πνὰ δόγματα ἔχων. *qui enim de voluptate ac dolore, &c. dogmata habet istiusmodi,* esse nimirum ista bona vel mala, non autem adiaphora. Hæc Xyland. cùm non animadverteret à Marci mente istîc plurimum aberravit. De hoc autem subjecto. vide *lib. 6. § 27.* & *l. 7. § 26, 61.* & *supr. § 1.*

Ἀναγκάζεται ἅπαν ποιεῖν.] Ità *l. 10. § 30.* βιάζεται. *cogitur facere quod facit.* non à vi aliqua externa, sed à principio interno, falso nimirum dogmate, pravo perversóq; judicio. nec dissimili modo Lucil. apud Varron *orig. Lat. l. 4.*

Vis est vita, vides, quæ nos facere omnia cogit.

quò tamen neutiquam spectare cum Dousa censeo versiculum apud Gnomologum illum,

Βίος καλεῖται δ', ὃς βίᾳ πείζεται.

Sive ut Grot. legit,

Βίος κέκλῆται δ', ὅτι βίᾳ πείζεται.

Vi quia paratur vita, vita dicitur.

vel potiùs,

Vi quia paratur victus, vita dicitur.

Cæterùm dilutè nimis, & præter Marci mentem Xyl. *cogitabo, ità opus esse fieri.* Vide *l. 4. § 6.* & *l. 6. § 27, 57.* & *l. 7. § 62, 63.* Certè Tertull. *de anim. c. 16. Id quod accidit ex serpentis instinctu, exinde inoleviſſe & condoleviſſe in anima, ad instar jam naturalitatis, qui statim in naturæ primordio acciderit.* Et Bernard. *de grat. & lib. arb. Corruit homo de posse non peccare in non posse non peccare, amissâ ex toto consilii libertate. itémque de posse non turbari, in non posse non turbari, amissâ ex toto complaciti libertate.* De populo suo Jeremias *cap. 13. v. 23. An mutare potest Æthiops cutem suam?*

quam? an pardus poteſt maculas ſuas? ei ſi hoc potuerint, etiam vos poſſitis benè facere, qui malè facere cœpiſti eſſe. Et de Maſſilienſibus ſuis Salvian. *de provid. lib. 6. c. 14. Inveteravit in nobis malorum omnium labe, aliter jam non vitioſi eſſe non poſſumus, ni ſi ut omnino non ſimus.*

§ 15. Μέμνησο] Μεμνήσεμαι. Lugd. edit. *cogitabo*, Xyl. qui antegreſſis annectit. Sed illud malo. ſicut *lib.* 2. § 4. & *mox* § 16. in priore autem μεμνήσομαι, nì vitioſum fuerit, tranſitus eſt à perſona ad perſonam. de quo *ad lib.* 6. § 50. diximus.

Ἀιχρὸν ξενίζεις] Petr. *epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 12. Μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν συμβαίνουσα. Iſocaſius ſub Leone Magno Quæſtor, in judicio cùm ſiſteretur, monenti præfecto, videret quo in ſtatu conſtitutus eſſet, Ὁρῶ, inquit, καὶ ξενίζομαι, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, ἀνθρωπίνοις ἐπιπέπτωκα συμφοραῖς. Zonaras *Annal. tom.* 3. vide *l.* 4. § 29. & *l.* 12. § 1.

Ἐὰν ἡ συκῆ σῦκα φέρει] Jacob. *epiſt. c.* 3. *v.* 12. Μὴ δύναται συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; Et Dominus Chriſtus, Matth. *c.* 7. *v.* 26. Μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα; ὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν, καρποὺς καλοὺς ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ. οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται. Luc. *c.* 6. *v.* 44. quia nimirum, ἕκαστον καρπὸν ἴδιον φέρει. Moſes *Geneſ. c.* 1. *v.* 11. vide *l.* 4. § 6. & *l.* 12. § 16.

Ὧν δὲ φορεῖς] Quid enim malis moribus in mundo provenit uberius? aut cujuſnam rei, quàm impietatis, improbitatis, impuritatis, pravitatis, feracior eſt orbis univerſus? Plaut *Trinum.* 1. 1.

——*mores mali*
Quaſi herba irrigua, ſuccrevere uberrimè.
Neque quicquam vile nunc eſt, niſi mores mali:
Eorum liceat meſſem metere maximam.

Flaccus *l.* 1. *epiſt.* 2.

Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine, & irâ
Iliacos intra muros peccatur & extra.

Juven. *ſat* 13.

Quæ tam feſta dies, ut ceſſet prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quæſitum, & partos gladio vel pyxide nummos?

Vide in ſacra pagina ſanctorum querelas, *Pſal.* 12. & 14. Jer. *c.* 9. Mich. *c.* 7. &c. Itaque Syneſ. *de provident.* 1. Ἔν γε τῷ τόπῳ τῶν κακῶν, ὃ θαυμαστὸν ἐστὶ καὶ θαυμαστὸν, οὐ τὸ κακὸν ἀλλὰ θαυμαστὸν, οὐ τὸ μὴ πιστὸν ἐνταῦθα· τὸ δὲ μίσητον καὶ ἀλλόκοτον. quomodo Diodor. Sic. *l.* 18. παράδοξόν ἐστιν, οὐκ εἰ γέγονέ τι παράλογον, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ὅτι τὸ γινόμενον ἀνέλπιστον. Et Juvenal. *ſat.* præmotatâ:

Egregium ſanctumque virum ſi cerno, bimembri
Hoc monſtrum pueto, & miranti jam ſub aratro
Piſcibus inventis, & fœtæ comparo mulæ.
Rari quippe boni vix ſunt numero totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Ubi pro *miranti*, quidam *mirandis* legi volunt; ego (ſi quid mutandum fuerit) mutatione leviori *liranti* malim. Varro *de re ruſtic. lib.* 1. *c.* 29. *Tertiò cum arant jugo ſemine, boves lirare dicuntur*; id eſt, *cùm tabellis additis ad vomerem, ſimul & ſatum ſtrumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, quò pluvia aqua delabatur.* vide & Plin. *hiſt. nat. l.* 18. *c.* 20.

§ 16. Τὸ μεταπίθεσθαι] *animi ſententiam mutare.* Ità Epictetus *diſſert. l.* 2. *c.* 15. homini ad ſe inedià tollendum mente obſirmato, Εἰ μὲν ὀρθῶς ἔκεινας, ἰδοὺ συνεργοῦμεν· εἰ δ' ἀλόγως ἔκειναι, μεταθοῦ. Et Gregor. Naz. *ad Epiſcop.* 150. Οὐχ ἡ μετάθεσις τὸ αἰσχρὸν ἔχει· ἀλλ' ἡ τῆ κακῆ τύρησις, πλὴν ἀπώλειαν. indè Dionyſius Heracleota ὁ μεταθέμενος dictus, ut Laërt. *l.* 5. in Heraclid. & in Zenon. ὁ μεταθέμενος εἰς ἡδονήν. quia nimirum ἄνηκυς ἀποδὺς ἃ τῆς ἀρετῆς χλαῖνα καὶ ἀνταμφιάσας, exuta virtutis *pallâ, adverſámq; planè indutus*, à Stoica ſecta jam ſenex ad Epicuream tranſilivit. de quo itaq; feſtivè Timon in *Sillis*;

Ἥνίκ' ἔχων δώσειν, νῦν ἄρχεται ἀδίνειν.

Athen. *dipnoſoph. l.* 7. apud quem malè *tranſpoſitorem* vertit Dalechamp. cùm, *immutatum* potiùs reddere debuerit. quod & Caſaub. monuit. *ad Athen. l.* 10. *c.* 10. vide *ad l.* 4. § 12. & *l.* 6. § 21, 29. Cæterùm de vocabulo iſto à ſcrupis calculiſve luſoriis traducto fuſiùs alibi egimus.

Ἐπεὶ τοῦ διορθοῦν ὁμοίως ἀλλάττεσθαι ὅτι] æquè liberum eſt, inquit, quódque animum ingenuum nihilò magìs dedeceat, verum docenti, ubi erraverit quis, obſequi, atque rectæ viæ, ubi eam certo judicio elegerit, conſtanter liberéque inſiſtere. Corrigere nimirum vult abſurdum quorundam errorem, qui *quod ſemel imbiberint, nolunt deponere*, (ut Cypr. *l.* 2. *ep.* 1.) *& pervicaciam conſtantiæ loco habentes, rectiora monenti parere ſervile ducunt ac illiberale.* Adverſus cujuſmodi homines ſeſe accingit & Epictetus loco ſuperiùs memorata: Ὅταν ἀκούσωσί τινες τούτων τῶν λόγων, ὅτι βέλτιον ἦν δεῖ, καὶ ἡ μὴ προαίρεσις ἀλλάττεσθαι φύσει καὶ ἀναπάστατον· τὰ δ' ἄλλα κωλυτὰ, ἄνευ σφαλῆς, ἄθλα, ἀλλότρια, φαντάζονται, ὅτι δεῖ πάντη τοῦ κειμένου ὥσπερ αὐτοῦ ἀπαρέβατους ἐμμόνειν. ἀλλὰ πρῶτον ὑμᾶς ἦν δεῖ τὸ κεκεμῶσθαι. θέλω γὰρ ἦν τύχῃς ἐν σώματι, ἀλλ' ὡς ὑμαίνοντα. ἐν δὲ μοι φρενητικὸς τόνος ἔχων ἐνδεικνύῃς. καὶ ἀλαζονεύῃ ἐπ' αὐτοῖς, ἐρῶ σοι, ἄνθρωπε, ζήτει τὸν διδάσκαλον. τοῦτο οὐκ εἰσὶ πένοι, ἀλλ' ἀπειρία. *Non enim, quia rigidum aliquid, ideo rectum; nec quia ſtupidum eſt, ideo ſanum*; Aug. *de civit. Dei l.* 14. *c.* 10. Verùm pergit Epictetus, & ubi pervicacium quorundam exempla propoſuerat, ὡς οὐκ ἔστι μεταθέσθαι, qui à

re

re semel proposita nullâ ratione adduci sese patiantur, ex eis ait tandem se intellexisse, quidnam velit pervulgatum illud, Μωρὸν ὅτι ποσσὶ, ὅτι βῆξαι ἔχει· quod Volph. cur mutandum censeat, nihil video. Mox: Κένεικα, inquit, ἢ γὰρ οἱ μανιώδεις. ἀλλ' ὅσῳ βεβαιότερον κεῖνοι τὰ ἐκ ὄντα, τοσούτῳ πλέον & ἐλεεῖσθαι δίκαιοι.—ἐκ ἀρκεῖ τὸ κενεικέναι, ἢ τὸ μὴ μετανοῆσαι. ὅτοι οἱ μανικοὶ τόνοι, ἐχ ὑγιεινοί. ἀποδανεῖν θέλω, ἂν με τῦτο ἀναγκάσῃς. διὰ τί ἄνθρωπος; τί ἐγένετο; κένεικα. ἐπαθῶν ὅτι ἐκ κένεικας ἐμὲ ἀποκτεῖναι. Claudit tandem dissertationem his verbis. Ὥσπερ ἐν νοσοῦντι ἢ ῥᾳδιουργουμένῳ σώματι, ποτὲ μὲν ὅτι ταῦτα ποτὲ δ' ἐπ' ἐκεῖνα ῥέπει τὸ ῥεῦμα· ἕτω καὶ ἀδεκὴς ψυχὴ, ὅσα μὴ κλίνῃ, ἄδηλον ἔχει. ὅταν ἢ καὶ τὸν θεσμὸν τῦ κλίματος τύτῳ καὶ τῇ φορᾷ, τότε γίνεται τὸ καλὸν ἀδοήθητον καὶ ἀναφαίρετον. Itaque Synesius *de regno*: Ὁ δὲ ὅτι πᾶς ἀνθρωπίνοις ἰωμορφόμενος, αἰσχυνόμενος ὁμολογῶν ἀγνοίας, ὃ καρδίνει γνῶσιν ἐκ μετανοίας, ὑδὲ δίκαιος λόγων ἰατρῶν, ἀλλ' ἀνὴρ ἂν φαίη σοφὸς, ἐπικολάσεως. vide ad *l.* 1. § 16.

Σὺ γὰρ ἐνέργεια κατὰ τὸν σὸν ὁρμὸν] Lugd. melius σὸν, & σὴν. deesse tamen forsan videatur, ἀρκεῖ σοὶ, aut tale aliquid. *Sufficit tibi operatio tua juxta animi tui impetum judiciúmque & mentem ipsam peracta.* verùm distinctio interjecta integram faciet sententiam. lego igitur, σὺ γὰρ ἐνέργεια. κατὰ τὸν σὸν ὁρμὸν &c. *tua enim est operatio & ipsa, utpote intentionis tuæ consentanea.* &c.

§ 17. Εἰ μὴ ὅτι σοι, τί αὐτὸ ποιεῖς;] Novam hinc periocham orditur & Anglus interpres & editor Lugdunensis. posúntq; revera aliò, quàm quò priora illa, referri. *Siquidem tui,* inquit, *est arbitrii aliquid facere vel omittere, cur facis quod non probas, sive in quo non acquiescis? sin alieni,* non tui, est, *de aliis, sive Deis, sive atomis,* hoc est, rerum principiis, juxta Democritum & Epicurum, *frustrà quereris*: frustrà autem facere aliquid, insipientis, cum illis litigare, etiam insanientis. vide *l.* 4. § 3. & *l.* 12. § 12, 24.

§ 18. Ἔξω τῦ κόσμυ τὸ αὐτοθανὸν ἐπιπέσει] Lucret. *l.* 3.

Cedit enim rerum novitate extrusa vetustas
Semper: & ex aliis aliud reparare necesse est:
Nec quidquam in barathrum, nec tartara decidit atra.

Pythagoras apud Nasonem *Metam. l.* 15.

Non perit in tanto quidquam, mihi credite, mundo,
Sed variat mutátque vices: nascique vocatur,
Incipere esse aliud, quàm quod fuit antè; morique
Desinere illud idem.——

Ennius Epicharmo de Terra apud Varron. *de ling. Lat. l.* 4, & 8.

Quæ dedit, illa capit, neque dispendi facit hilum.

Pacuvius *Chryse*, de Æthere;

——*omnia is animat, format, auget, alit, creat,*
Sepelit, recipitque in se omnia.

Maro itidem *Georg. l.* 4.

Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum: sed viva volare
Sideris in numerum, atq; alto succedere cœlo.

Ubi Servius: *Dissolvi cuncta & redire rursus in originem suam. nec morti, i. e. perditioni locum esse. nihil est enim, quod perire funditus possit, cùm sit* τὸ πᾶν, *i. e. omne, in quod redeunt universa resoluta. res autem hæc quæ mors vocatur, non est mors; quippe quæ nihil perire faciat; sed resolutio.* Et Macrob. *in somn. l.* 2. *c.* 12. *Constat secundum veræ rationis assertionem, quam nec Virgilius ignoravit, nihil intra vivum mundum perire, sed eorum quæ interire videntur, solam mutari speciem: & illud in originem suam, atque in ipsa elementa remeare, quod tale, quale fuit, esse desierit.* Senec. *ep.* 36. *Cogita nihil eorum, quæ ab oculis abeunt, & in rerum naturam, ex qua prodierunt ac mox processura sunt, reconduntur, consumi. desinunt ista, non pereunt.* & mox: *Observa orbem rerum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere. æstas abit, sed alter annus illam adduxit: hyems cecidit; referent illam sui menses: solem nox obruit, sed ipsam statim dies abigit. stellarum iste decursus, quicquid præterierit, repetit. pars cœli levatur assiduè, pars mergitur.* Et *quæst. nat. l.* 3. *c.* 9. *Nihil deficit, quod in se redit.* Et *de benef. l.* 5. *c.* 8. *Rerum natura nihil dicitur perdere, quia quicquid illi avellitur, ad illam redit: nec perire quicquam potest, quòd quò excidat non habet, sed eòdem revolvitur, unde discedit.* Tarian. denique *adv. Græc.* Ὥσπερ γὰρ ἓν ὢν, πεῖν ἢ ῥιφῆς, τὶς ἤμελλεν ἐκ ἐγένετο ἂν, μόνον ἢ ἐν ὑποστάσει τῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον γενητὸς ἢ, ὁ μὴ πάλαι. διὰ τῆς ῥύσεως, τὸ εἰς πηγὴν δικαίως τὸν αὐτὸν τρόπον, ὁ ῥύσιν ἔχων, καὶ διὰ θανάτυ μικρὸν ὢν, αὖθις τε μικρὸν ὁρώμενον, ἔσομαι πάλιν, ὥσπερ μὴ πάλαι γενητὸς, εἶτα ῥυπωθεὶς καὶ πῦρ ἐξαφανίσῃ πᾶν τὸ σαρκικὸν, ἐξαλμιωθῆσαν τῇ ὕλῃ, ὁ κόσμος καὶ κεχώρηκεν ἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν θαλάσσαις ἐνδαπανηθῇ, κἂν ὑπὸ θείων διαπεσῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλοῦτος διαυτῦ. quæ verba perperam distincta interpres pessimè accepit. vide *l.* 4 § 4, 5, 23, 46. & *l.* 5. § 4. & *infr.* § 50.

Διαλύεται εἰς τὰ ἴδια] Lucret. *l.* 1.

Huc accedit, utì quæque insua corpora rursum
Dissolvat natura, neque ad nihilum interimat res.

Senec *ep.* 71. *Quicquid est, non erit: nec periit, sed dissolvetur. nobis solvi, perire est. proxima enim cuntuemur; ad ulteriora non prospicit mens hebes.* vide *l.* 9. § 33.

Καὶ αὐτὰ ἢ μεταβάλλει Naso *Met. l.* 15.

——*omnia fiunt*
Ex ipsis, & in ipsa cadunt. resolutáque tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras,
Aeráque humor habet: dempto quoque pondere rursus

in

In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Indè retro redeunt : idémque retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aëra transit :
Hinc in aquas : tellus glomeratâ cogitur undâ.
Vide *l.* 4. § 40.

§ 19. Καὶ ὁ ἥλιος ἱερεῖ, θεὸς τί ἔργον γέγονε] ità Bas. at Lugd. ἱερεῖ θεὸς τί ἔργον γέγονε. *potest dicere cujus rei causâ factus est.* Xyl. *de se dicet, a cujus gratiâ factus sum* Cæs. quid si legas, ᾧ ὁ ἥλιος ἀεὶ θεὸς τι γέγονε. *etiam sol utique alicujus res gratiâ exstitit.*

Καὶ ἐι λοιποὶ θεοί] Sidera nimirum, quæ animata esse putabant, & Deorum loco habebant. vide *l.* 9. § 35. & *l.* 12. § 28. Ità & sapientes Ægyptii, θεὸς εἶ ἥλιον καὶ σελήνην. Laërt. *proœm.* & Pythagoras, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας, εἶ θεός. Idem *l.* 8. De sole Heraclit. *ad Hermodor. ep.* 1. Λίθοι, θεῶν μάρτυρες ; ἔγωγε δεῖ μάρτυρεῖν, οἷα ἥλιος· ἢν γὰρ αὐτοῦ καὶ ἡμέρας μάρτυρας ὧδε αὐτοῦ μέτρους· γῆ ὅλη καρποφορέσα μάρτυς· σελήνης ὁ κύκλος, ἑκάστου ἔργου ἐφόρου μάρτυρα. Imò testimonium perhibent ista omnia solis conditori, non soli. vide *Psal.* 8. *v.* 1, 3. & *Psal.* 19. *v.* 1, 2, 6. & *Psal.* 74. *v.* 16, 17. & *Psal.* 104. *v.* 19. & *Act. c.* 14. *v.* 14. Vide tamen, si operæ pretium id videbitur, *de sole* Apostatæ impii Juliani Imperat. *orationem* autore dignam. Plato in *Cratylo*, à Theodoreto adductus *therapeut. l.* 3. Φαίνονταί μοι οἱ αὐτοὶ οὗτοι ἀνθρώπων οἱ ἐνθάδε τῶν Ἑλλήνων, τύτυς μόνυς ἡγεῖσθαι θεὺς, ὅσπερ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν. ἅπερ ἂν αὐτὸ ὁρῶντες ἰόντα ἀεὶ φαίνεται καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως, τῆς τῶν θεῶν, θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι. Clemens item in *protrept.* Οἱ μὲν γὰρ εὐθέως ἀμφὶ τὸν ὑπερκόσμιον θεὸν ἀπατώμενοι, καὶ ὅλῃ μόνῃ πιστεύοντες, τῶν ἀστέρων τὰς κινήσεις ὑπεθαύμασαν τε, καὶ ἐξεθείασαν, θεὺς ἐν τῷ θεῖν ὀνομάσαντες τὸν ἀστέρα· καὶ προσκυνήσαντες ἥλιον, ὡς Ἰνδοὶ καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες. &c.

Σὺ ἂν θεὸς τί ; τὸ ἥδιστος ;] vide *ad l.* 5. § 1. & *l.* 9. § 9.

§ 20. Ἡ φύσις ἐσχάτην ἐκδύσει] *natura finem suum habet in rei uniuscujusque fine.* Cæs. ut σχάζεσθαι hîc sit collimare. at Xyl. *consilium iniit.* ad Marci mentem propiùs, *rationem habet.* hoc est enim σχάζεσθαι Marco istîc : ut *l.* 1. § 9. τὸ σχασικὸν τῶν φίλων. vide ibi adnotata. Tertull. *adv. Marc. l.* 2. *c.* 5. *Universa Deus disponendo præscivit, & præsciendo disposuit.* Cyprian. *epist.* 3. ubi Domini Servatoris illud ex Matth. *c.* 10. *v.* 29. laudàsset. nec passerculum quidem, qui assario dimidio veneat, citra Dei nutum ad terram decidere. *Cùm Christus nec minima fieri sine voluntate Dei dicat ; existimat aliquis & summa & magna, aut non sciente, aut non permittente, in Ecclesia Dei fieri?* Trithem. *ad Cæsar. quæst.* 8. *Magna divinæ providentiæ commendatio, quæ non solùm hominum curam habet, sed avium quoque minutarum.* Hieron. quidem *in Abac. c.* 1. *v.* 14. *Sicut in hominibus etiam per singulos Dei currit providentia ; sic in cæteris animalibus generalem quidem dispositionem & ordinem cursúmque rerum intelligere possumus.* v. g. *quomodo nascatur piscium multitudo & vivat in aquis, quomodo reptilia & quadrupedia oriantur in terra, & quibus alantur cibis? Cæterùm absurdum est ad hoc Dei deducere majestatem, ut sciat per momenta singula quot nascantur culices, quótve moriantur ; quæ cimicum & pulicum, & muscarum sit in terra multitudo ; quanti pisces in aqua natent ; & qui de minoribus majorum prædæ cedere debeant. Non simus tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos injurioſi simus, eandem rationabilium quàm irrationabilium providentiam esse dicentes.* Ar. Bernard. *de grat. & lib. arb. Attingit illa* (sapientia divina) *à fine ad finem : hoc est, à maximo angelo usque ad minimum vermiculum : ab ortu creaturæ usque ad finem destinatum à creatore, sive in quem urget natura, sive quem accelerat causa, sive quem concedit gratia ; dum nihil horum evenit, quod non prout vult, potenti præordinet providentiâ. Attingit autem, non quidem mobili discursione, vel subjectæ creaturæ quasi officiali administratione, sed substantiali quadam & ubique præsenti fortitudine, quâ utique universa potentissimè movet, ordinat, administrat.* Adjici poterat quod de *capillis* numeratis, Christus, Matth. *c.* 10. *v.* 30. de *folio ab arbore cadente.* Bern. *conc. solen.* 8, & 99. Trithem. *ubi suprà.* vide *ad l.* 7. § 31. Senec. *quæst. natur. l.* 3. *c.* 29. *Sive anima est mundus, sive corpus ; naturâ gubernante, ut arbores, ut sata, ab initio ejus usque ad exitum, quiquid facere, quiquid pati debeat, inclusum est ; ut in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est ; totius enim corporis & sequentis ætatis in parvo occultóque lineamenta sunt. Sic origo mundi, non minùs solem & lunam & vices siderum, & animalium ortus, quàm quibus mutarentur terrena, continuit.*

Τῆς ἀπολύξεως] Fuscus apud M. Senecam, *Suas. or.* 2. *statuta nascentibus in finem vitæ dies est. Habebit quisque quantum illi dies primus ascripsit.* L. Senec. *ad Marc. c.* 20. sic *lib.* 6. § 49. ἀφέσεως. & *l.* 12. § 23. ὅρον δέδωκεν. vide *l.* 2. § 4.

Ὡς ὁ ἀναβάλλων τὸν σφαῖραν] Sejungunt ista à superioribus G. Xyl. & M. Cæs. mihi continuanda prorsùs videntur. quemadmodum, inquit, qui pilam mittit rationem apud se habet, non tantùm quomodo motus ille ineatur, sed quà feratur, & quo loco terminetur ; sive quà permeet pila, quò pertingat, ubi cadat ; ad eundem modum natura consilium iniit, non de ortu tantùm, sed de obitu etiam, ac progressu cujusq. rei. Plautus alio, nec ab hoc

tamen prorsùs abhorrenti, ſenſu, *Captiv. prolog.* *Enimverò Dii nos quaſi pilas homines habent.*

Τί ἔν ἀγαθὸν τῇ σφαίρᾳ] vide *l.* 4. § 42. & *l.* 7. § 23.

Τῇ πομφόλυγι] Notum eſt proverbium, *Homo bulla.* quod Varro retulit, *præfat. in libr. de re ruſt.* Apud Lucianum Charon Mercurio; ἐθέλω γάρ σοι εἰπεῖν ἅπερ ἐνενόουν μοι ἔδοξεν ὅτι ἄνθρωποι, ἢ ὁ βίος ἄπας αὐτῶν· ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐνιδόσι, ἢ κρηνῶν τινι καταρρέοντι ἀνίσταμένας; τὰς φυσαλίδας λέγω, ἃς ἂν συναγείρατε ὁ ἀφρός; ἐκείναις τοίνυν αἱ μὲν πλείους μικραὶ εἰσι, καὶ αὐτίκα ἐκραγεῖσαι ἀπόλλυνται, αἱ δ' ἐπὶ πλέον διαρκοῦσι, καὶ θεωρεῖσθαι αὐτὰς ἤδη ἄλλων αὖ τινων ὑπερφυσᾶσθαι, οἷς μέγιστον ὄγκον λέγονται, ὅταν μόνοι κρατῶσι πάντως ἐξεβράγησάν τε· ὁ δὲ δοῦλον τι ἄλλως φυσᾷ. τοῦτό ἐστιν ὁ ἄνθρωπος βίος· ἄπνους ὑπὸ πνεύματος ἐμπεφυσημένος, ὃ μὲν μείζους, ὃ δ' ἐλάττους· καὶ οὐ μὴν ὁλιγοχρόνιον ἔχουσι καὶ ὠκύμορον τὸ φύσημα, ὃ δ' ἅμα τῷ ξυρίσασθαι ἐπαύσατο· πᾶσι δ' ὑπερράγλωσσα ἀνάγκαιον.

Ἐπὶ λύχνου] Senec. *epiſt.* 41. *Rogo, non ſtultiſſimum dicas, ſi quis exiſtimet lucernæ poſſe cum extincta eſt, quàm antequam accenderetur? Nos quoque accendimur & extinguimur: medio illo tempore aliquid patimur. utrimque verò alta ſecuritas eſt. quid refert utrùm non incipias, an deſinas? utriuſque rei hic eſt effectus, non eſſe.*

§ 21. Ἔκφρυον] Ἔκφρυον Lugd. edit. unde *annot.* Στρέψον. *convertito te.* Omnino præter Marci mentem. Qui vult non ut ipſe convertat quis; ſed ut illud potiùs, in quo cogitationes defixas habet, non tam *convertat*, aut *circum vertat*, ut Caſ. quàm *invertat*, quô naturam ejus penitùs introſpiciat & perſpectam habeat. Ariſtophan.

Ἔκφρυον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτῆς τρόπους
Inverte quàm celerrimè mores tuos.

Ubi *Schol.* ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ῥυπαινόντων ἱματίων καὶ ἐκστρεφομένων. ἐκφέρειν ἦ ἱμάτιον, τὸ ἀλλάξαι τὸ ἔσω τὸ ἴσω μέρος, ἔξω. Eadem & Suidas. vide *l.* 3. § 11. Verùm ibi de re quavis, iſtic de corpore humano, ipſóque cumprimis cujuſque proprio agere videtur. Boëth. *conſol. lib.* 3. *c.* 8. *Quòd ſi, ut Ariſtoteles ait, Lynceis oculis homines uterentur, ut eorum viſus obſtantia penetraret, nonne introſpectis viſceribus, illud Alcibiadis ſuperficie tenus pulcerrimum corpus, turpiſſimum videretur? igitur te pulcrum videri non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas. qui nimirum, ſi interiora intueri valerent, aliter planè conſerent.* Alluſit ad vulpis maximè morem de qua Plut. in *Collat. aquat. & terreſtr.* Ἡ δ' ἀλώπηξ ἀλοῦσα, ἐνδὺς ὑπερέπτατ' πλοκὴν δ' ἐστρέψατο καὶ ὑγρότητα μεταβάλλειν τὸ σῶμα καὶ τρίφειν, ὥστε, τῶν ἐντὸς, ὑπὸ τῆς γλοιώνης, ἀποπίπτειν τὸ ἄγκιστρον. quanquam de ſcolopendra idem refert autor idem *de ſera vindicta.*

Τύπτεις ἠνάγκασεν ἐκπηδᾶν τὰ ἐντὸς ἔξω τῆς ψυχῆς, ἐλυττώμενος παρὰ φύσιν, καὶ ἅμα κραμβόμενος, ὥσπερ αἱ δαλατταῖαι σκολόπενδραι, καταπῆσαι τὸ ἄγκιστρον. ἐκπήδησιν ἑαυτῆς. idem vult nos mente ac cogitatione facere, cùm ad corpus animum adjecerimus.

Πορτιῶσαι] vitioſum videtur. forſan ἀποπτιῶσαι fuerat. ut *l.* 9. *c.* 2. ἀποπτιῶσα. corpus, inquit, conſidera, quale fiat, vel morbo languidum, vel ſenectute emarcidum, vel ab anima jam derelictum.

Βεραχύσιον ἢ κἀ ὁ ἐπαινῶν] Annotator Lugd. quo codice uſus, neſcio. βεραχὺς ὁ βίος καὶ ὁ ἐπαινῶν &c. ſed fortè, inquit, βεραχύσιον· quæ Marci vox eſt. Certè ſiqua exemplaria eam lectionem affirmarent, legerem libens, βεραχὺς ὁ βίος. βεραχύσιον ἢ κἀ ὁ ἐπαινῶν, &c. vide *lib.* 4. § 16, & 33. & *l.* 7. § 5.

Ἐν γονῇ] vide *l.* 3. § 10. & *l.* 4. § 3.

Ἡ γῆ σιγᾷ] vide *l.* 4. § 3.

§ 22. Περίοχα] Poteſt hæc perioche non uno modo intelligi. Poteſt enim ſumi quaſi moneat Marcus, quodnam debeat eſſe τῆς διανοήσεως ſive ὑπολήψεως, ut *lib.* 4. § 26. loquitur, i. e. conſiderationis ſubjectum; idq; quotuplex eſſe velit: Nimirum vel ſubjectæ rei cujuſq; materiam, nè pluris eam quis quàm par eſt faciat: (vide *l.* 5. § 10.) vel dogma ac decretum ſuum, ut ſit rationi rectæ conſentaneum. (vide *lib.* 7. § 2. & *ſupr.* § 1.) vel actionem ſuam, ut utriq; illi reſpondeat. (vide *l.* 6. § 22.) vel vocabuli ſignificationem: ubi dicentem attendere oportebit. (vide *l.* 7. § 4. & *l.* 10. § 8.) atq; huc inclinare videtur Xyl. nec abſcedit Caſ. Verùm poteſt & in aliam, quam mox dabimus, mentem ſumi. Lugd. Editor ad tria membra reſtringit, dum τῷ ὑποκειμένῳ δόγματι conjungit, vertitque *ſubjectæ opinioni.* de diſtinctione accedo, quia disjunctivam Marcus τῷ ὑποκειμένῳ non præfixit. Verùm ecquid ſibi vult *opinio ſubjecta?* Verto itaque, *adverte*, vel *attende, præſenti, aut decreto, aut actioni, aut ſignificato.* Τὸ ὑποκείμενον, *præſens, quod adeſt.* Polyb. *l.* 3. Πῶς δ' ἂν εὐδοκιμοῖμεν τοῖς ὑποκειμένοις, τοὺς βεβαιοπαντας τῷ αὐτῷ προαιρεῖσθαι, καὶ διαφυλάξοντας τὸν καιρὸν, παρέξοιμεν δηλονότι, οἱ μηδὲν οἰκεῖον τοῖς παροῦσι προσιδόντες, ἐκ τῶν ὑπομνήσεων; qui præſentibus acquieſcit. τὰ ὑποκείμενα τοῖς παροῦσιν· opponuntur. Plutarch. *Publicol. collat. cum Solon.* Δεῖ δὲ πρὸς τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς τὰς πράξεις διορᾶν. *Sunt res ex temporibus præſentibus perpendendæ.* ſic *l.* 6. § 4. πάντα τὰ ὑποκείμενα. *præſentia cuncta.* & *l.* 10. § 18. ὅτι ἔστιν τῶν ὑποκειμένων. Monet ut ad id quod præ manibus eſt, ſive decretum illud, ſive factum, ſive dictum ſit, animum ſedulò advertamus. ut & *l.* 2. § 5. & *l.* 3. § 12. & *l.* 6. § 32. & *l.* 9. § 6.

ἀπλοίως ταῦτα πάσχεις] ſeparat iſta à præcedentibus.

dentibus M. Casaub. possunt tamen ad idem argumentum pertinere. Meritò multa pateris, quia ad id quod præ manibus est non attendis, sed de rebus futuris anxius, animóque suspensus es, & quod præcipuè te spectat differs. Vide *lib.* 9. § 25. & *lib.* 12. § 1.

Μᾶλλον ἢ θέλεις;] Haud integra satìs videntur ista; forsan scribendum fuerit [ἢ] μᾶλλον δὲ &c. ut ratio reddatur, quare tot molestiis conflictetur; quia nimirum sui emendationem de die in diem infrunitus differt. Legi possunt tamen & ἐρωτηματικῶς, [ἢ] μᾶλλον ἢ &c. quasi dicat. *Cur crastino die malis bonus fieri, quàm hodie esse?* vide *l.* 2. § 4. Pers. *sat.* 5.

Cras hoc fiet. idem cras fiet. Quid? quasi magnum
Nempe diem donas. Sed cùm lux altera venit;
Jam cras hesternum consumpsimus, ecce, aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulùm erit ultrà.

Naso *remed. l.* 1.

Sed propera, nec te venturas differ in horas:
Qui non est hodie, cras minùs aptus erit.

Nam quod sequitur,

Dicimus assiduè, cras quoque fiet idem;

non de instituti mutatione in melius; quod Casaub. *in Persium*, sensisse videtur, dum memoriâ fisus codicem non consulit; sed de perseverantia in cœpta vitæ mollioris ac dulcioris usura dictum est. Petron. Arb. *satyr. Quod hodie non est, cras erit: sic vita trud'tur.* Quod tamen eruditissimus ille vir, etiam cum duplici negatione exhibet; *Quod hodie non est, cras non erit.* Certè quod Naso suprà verbo monuerat, idem fusiùs Epictet. *dissert. l.* 4. 12. ὅτι παρὰ τὸ σήμερον ἀμαρτηθὲν, εἰς πᾶλλα χεῖρον ἀνάγκη σοι τὸ ἁμάρτημα ἔχειν. πρῶτον μέν, τὸ χαλεπώτατον, ἔθος τῆ μὴ προσέχειν ἐγγίνεται. εἶτα ἔθος τῆ ἀναβάλλεσθαι πλὴ προσοχλῶ, ἀεὶ δ' εἰς ἄλλον καὶ ἄλλον χρόνον ἀποδιῶν, (ità Casaub. restituit quod ἀιῶδει legebatur) ὥστε διαλῦον τὸ εὐρεθῆν, τὸ συζημιωθῆν. οἱ μὲν δὴ λυσιτελῆς ἡ ἀρέτη σοῖς δοκεῖ, ἡ δὲ κακία ἀπόσασις αὐτῆς δοκεῖ λυσιτελεῖν· οἱ δὲ λυσιτελῆ, οὐκ ἀδιωκτὶ πλὴ προσοχλῶ φυλάσεις; Verùm Marci verbis gemina prorsus sunt, & ad ea fortean respexit etiam, quæ in fine dissertationis illius Epictetus disceptat. πῶς δ' ὅταν εἴπῃς, ἀπ' αὔριον προσέξω, ἴσθι ὅτι τὸ λέγεις, σήμερον ἔσομαι ἀναίσχυντος, ἄκαιρος, ταπεινός, ἐπ' ἄλλοις ἔσῃ τὸ λυπεῖν με· ὀργισθήσομαι σήμερον, φθονήσω· βλέπε ὅσα κακὰ σεαυτῷ ὑπομένεις. ἀλλ' εἰς αὔριον καλῶς ἔχει· πόση χρεία τοῦ σήμερον; οἱ αὔριον συμφέρει, πολὺ μᾶλλον σήμερον, ἵνα καὶ αὔριον δυνηθῶ, καὶ μὴ πάλιν ἀναβάλωμαι εἰς πλὴ τρίτον. Joan. Chrysostom. *de statuis orat.* 19. Μή μοι λέγε, ὅτι χρὴ μικρὸν, μηδὲ εἰς πλὴ αὔριον ἀναβάλλου. ἡ γὰρ αὔριον ἐδένωτε λαμβάνει τέλος. vide ad *l.* 3. § 4, 6.

§ 23. Ἐπ' ἀνθρώπων εὐποιΐαν] Hoc est, τὸ κοινωνικὸν καὶ ἐναρμοστικόν· quod passim inculcat. καὶ γὰρ ἐδὲν κερδαλεώτερον ἔστω μᾶλλον ἢ δυνατὸν ἂν, ὅταν μὴ τὸ κατ' ἐκείνους διασῴζηται. Joan. Chrysost. *in ep.* 1. *ad Cor. c.* 10. *v.* 33. *orat.* 25.

Δείκνυμι, ὅτι τοῦ θεὸς ἀναφέρων] Ità pii passim, Deo adscribunt, quæcunq; ipsis obtigerint, universa. Job. *c.* 1. 21. *Psal.* 18. *v.* 39, 40. & *Psal.* 44. *v.* 1, 8. vide *l.* 12. § 36.

τῶ ὃς πάντα] Ità *ad Cor. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 18. *Omnia à Deo sunt.* vide & *Thren. c.* 3. *v.* 37, 38. & Marc. *l.* 2. § 3. & *l.* 4. § 23, 33. & *infr.* § 27.

§ 24. Ὁποῖόν σοι φαίνεται] vilitatem rerum humanarum externarúmq; omnium, de materiæ, ex qua constitit, ignobilitate perspiciendam proponit. (quod idem agit & *l.* 5. § 10. & *l.* 6. § 13. & *l.* 9. § 14.) Illa siquidem, τοῦτον πᾶν μέρος τῆ βίε, καὶ πᾶν ὑποκείμενον, malim ad priora de *lotione*, cum J. Xyland. & M. Casaub. referre, quàm periochæ sequenti cum Cl. Salmas. connectere. Sed alìs ille respexit, quàm Marcus istic. vide *ad* § 43.

§ 25. Λύκιλλα Οὐῆρος· εἶτα Λύκιλλα] Rectè distinxit ista, priùs confusa, explicavitq;, à Xylandro parùm intellecta, Cl. Salmasius *ad Capitol. Marc. Lucilla*, inquit, *Verum extulit. post & ipsa fatis concessit.* Itaq; in singulis subaudienda verba illa ἔζησεν & ἔζησεν. *Lucilla* Marci filia L. Vero imperii consorti nuptui data, eidémque superstes. Capitol. *Ver.*

Σέκουνδα Μάξιμον] de quo *l.* 1. § 15.

Ἐπιτύγχανον Διότιμον] *Epitynchani* nomen ex inscriptionibus sepulcralibus Salmas. *ibidem* exhibet. Verùm quis iste *Epitynchanus*, vel *Diotimus*, cui is supervixerit, & successerit, nescire me fateor. *Diotimi* tamen ut Adriano superstitis mentio fit rursus, *infr.* § 37.

Φαυστῖναν Ἀντωνίνου] Ἀντωνῖνον Φαυστῖναν. Salm. *Annia Faustina Antonini Pii uxor.* Capitol. *Pio.*

Κέλερ Ἀδειανόν] *Caninius Celer* orator sive Rhetor quem & Marcus & Lucius audiêrant. Capitol. *Mar.* & *Ver.* ab Adriano forsan eidem in disciplinam traditi. Nam quòd Maussac. in *dissert. critic.* quam Harpocrationi à se edito attexuit, *Caninium* & *Celerem*, quasi duos, recenset, quorum Marcus Caninius alter sit dictus, neminem (puto) σύμφωνον habet. post illa verò, εἶτα Κέλερ, subjungi postulat idem Salmas. πεταῦτα πάντα quod suo loco morum fuerat.

Δειμῆς] *austeri.* Xyl. sed & Casaub. qui tamen de ingenii acumine expostuerat, aptiùs *lib.* 5. § 5. vide *ibi adnotata.* & *ad l.* 6. § 44.

Χιλέρξ] depravatum opinor forsan Ἰλέρξ fuit. *Hilarus* certè apud Stobæum reperiuntur fragmenta ex *lib. de justitia.* vel χλέρξ etiam, siquidem

Charax

Charax Philosophus Pergamenus Suidæ memoratur. & Lugd. edit. Χάραξ habet.

Δημήτριος ὁ Πλατωνικὸς] *Phalereum*, puto, vult è familia Platonica, Theophrasti auditorem; de quo Laërt. *l.* 5. Suidas, Marc. ipse *l.* 9. § 29. quanquam potest etiam *Demetrius* Byzantinus Peripateticus, cujus & Laërtius *ibidem* meminit, Marco dictus intelligi. Verùm illum potiùs existimem designatum, quia inter homines acuminis & subtilitatis laude insignes hic à Marco proferatur. De eodem autem Cicero *offic. l.* 1. *Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parùm vehemens, sed dulcis; ut Theophrasti discipulum possis agnoscere.* Itaque de eodem idem in *Bruto* §. 37. *delectabat magis Athenienses quàm inflammabat, & suavis maluit videri quàm gravis; sed suavitate eâ quâ perfunderet animos, non quâ perfringeret.* Eandémque illi suavitatis laudem tribuit in *oratore*. § 92.

Εὐδαίμων] *Eudæmon* inter Astrologos celebriores recensetur à Vitruvio. *l.* 9. *c.* 7. quo tamen loco Æmar. Ranconetus *Euchemon* legendum credebat. Turneb. *adverss. l.* 11. *c.* 3.

Πάντα ἐφήμερα] vide *ad lib.* 4. § 35, 48. & *l.* 9. § 14.

Οὐσ' ἐφ' ὀλίγον μνημονεύθητις] vide *lib.* 4. § 33. & *l.* 5. § 33. & *l.* 12. § 27.

Ἤτοι σκεδασθῆναι] vide *ad l.* 4. § 21. & *l.* 5. § 33.

§ 26. Εὐφροσύνη ἀνθρώπῳ] ἀνθρώπῳ, malim. vide *ad l.* 5. § 1. & *l.* 6. § 7, 33. *Lætitia est homini facere quæ sunt hominis:* verùm lætitia est homini Christiano, facere quæ sunt Dei. Joan. *ep.* 1. *c.* 5. *v.* 3. *Psal.* 112. *v.* 1. Esai *c.* 58. *v.* 13. Joan. *Evang. c.* 4. *v.* 34. Job *c.* 23. *v.* 12, 13. Cæterùm, quæ sunt hominis, quà hominis, ad creatoris imaginem conditi, ejusdémque legi conformis, eadem sunt itidem & Dei. vide Marc. *l.* 3. § 13.

Ἴδιον δ' ἀνθρώπου ἔννοια] Lætitia, inquit, homini & voluptas esse debet, facere quæ officii sunt sui. Nihil autem magis humani est officii, quàm erga genus humanum humanitatem exercere. Hoc itaque læto animo lubentique faciendum est. Naso *Pont. l.* 2. & 9.

Conveniens homini est, hominem servare, voluptas. & vera benefaciendi cupido utilitates relinquit, ipso benefaciendi opere lætissima. Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 14. vide *ad l.* 3. § 6.

Ἐπιθεώρησις τῆς ὅλων φύσεως] Ex Stoicorum sententia Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Γενέσθαι ἀπὸ τῆς φύσεως ζητητὴς τοῦ λογικοῦ ζῴου πρὸς τελείαν καὶ πρᾶξιν τὸν γὰρ ἀκάρπως, διαφυγεῖν ἔοικεν, καὶ φαύλικὸν τὸν ποιητήν. ira enim ex Suida legendum *ibid.* Unde & illud apud Plutarchum *de placit. Philosoph. l.* 1. *præfat.* Peripateticorum quorundam esse, Ἄνθρωπον τέλειον, τὸν ὑδὸ ὄντων θεωρητικὸν, καὶ τὸ δέοντος πρακτικόν. vide *ad l.* 7. § 48. Epictet. *l.* 1. *c.* 6. Τὸν ἄνθρωπον θεατὴν ἐποίησεν (ὁ Θεὸς) αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτῶν· διὰ τοῦτο ἐν μὲν ἀθέατον τούτων ἀποδείκνυται. visesis & quæ sequuntur lectu dignissima.

§ 27. Τρεῖς σχέσεις] vide *ad l.* 1. § 12.

Ἄτιμον περικείμενον] corpus *ambiens* te, sive amictus instar circumjectum tibi, cingénsque te. vide *l.* 10. § 1. sed & *ibid.* § 38. quo loco, τὸ περικείμενον ἀγγειῶδες; dicit, quatenus *organi* sive *vasis* instar animæ est usui; quod hic τὸ ἄτιμον περικείμενον, quatenus ea ab isto afficitur. de eodem, περικείμενα κρεάδια. *l.* 12. § 2. & περικείμενον σωμάτιον. *ibid.* § 3. qui locus hunc illustrat plané.

Ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσιν πάλιν] vide *supr.* § 23. & *l.* 2. § 3.

§ 28. Ἀιθρίαν καὶ γαλήνην] Translatio duplex; altera à cœli facie, unde ἀποδιοδεύειν dixit. *l.* 2. *c.* 4. altera à maris statu, unde ἐγγαληνίζειν τῷ βίῳ; Epicuro dictum, *epist. ad Herodot.* apud Laërt *l.* 10. quod γαληνισμὸν ποιεῖν postea exponit. Ità γαλήνη καὶ εὐδία Epictet. *l.* 2. *c.* 18. vide ad *l.* 7. § 68. Sed & de argumento isto *infrà.* § 40. 47. & *supr. l.* 7. § 14, 16, 33. & *l.* 12. § 22.

Πᾶσα γὰρ κίνησις, καὶ ὁρμὴ, καὶ ὄρεξις, καὶ ἔκκλισις ἔνδον.] Epictet. *enchir. c.* 1. ἐφ' ἡμῖν ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις.

Οὐδὲν κακὸν ᾧ δὲ ἀναβαίνει] vide *infr.* § 48.

§ 29. Ἐξάλειφε] vide *l.* 7. § 29.

Χρῶμαι ἐκάστῳ κατ' ἀξίαν] vide *ad l.* 3. § 11. & *infr.* § 43.

§ 30. Μὴ περιτράνως ὑμνεῖ λόγῳ χρῆσθαι.] *Sanâ oratione non est apertè semper utendum.* Xyl. quem & Casaub. sequitur. atqui sanam orationem nusquam non adhibendam, Marcus censuerit, qui τὸ ἁπλῶς simpliciter apud omnes passim exigit. vide *l.* 3. § 12, & 16. & *l.* 6. § 43. Alia ergò lectio istic quærenda; Marci mens alia eruenda. ego malim κομψῶς, μὴ περιτράνως· ὑμνεῖ [ᾗ] λόγῳ χρῆσθαι. *Et publicè in Senatu & apud unumquemque privatim, eam sermonis rationem habeas, ut non tumidè & eleganter, quàm modestè & decenter loquaris. Oratione verò sanâ & salubri semper utaris.* vide *ad l.* 1. § 7. ἀστειολογία. & *l.* 3. § 5. κομψεία. Siquidem κομψὸν περίτρανον, φίλαλήθη Suid. Antigonus *narrat. mirab.* 52. de Callimacho Ægyptio, περίτρανος ἦν βαλβῖδι. cùm disertus videri vellet. & Etymolog. Στωμύλλεσθαι, τὸ περιτράνως λέγειν. Alioqui τρανὲς, σαφὲς, i. e. *clarum & perspicuum* denotare, docet Suidas adductis hisce inter alia testimoniis, ex autoribus, quorum nomina subticet.

Ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανὲς, ἀλλ' ἀλώμεθα.

Incerti erramus, nec certi quid novimus.

(Est ex Sophoclis *Ajace*) &, τρανέστερα ἢ ὄψις τῆς ἀκοῆς. *visus auditu clarior* sive *certior est.*

quod Joan. Chryſoſt. *in Evang. Joan. orat.* 75. ἀεὶ πίστιν τραυστέρα δεῖν ἢ ὄψις. at Philo *de confuſ. ling.* πρὸς τὴν παρὰ τῆς ἀληθείας κατάληψιν μακρὸν ὅσον ἄνεσιν ὑστερίζει ἀκοή. Et, poſt Herodotum, Julian. *epiſt.* 22. ὅτι ὀρθῶν ἀκηκόατε. & τραυὸς, φαυὸς, Etymolog. Tum ex conſequenti, quia veritate nihil clarius certiúſque; hinc fit ut τραυὸς ἢ τετρὸν etiam ἀληθὲς *verum* ſignificet, Heſychio monente; & Sophoclis etiam Scholiaſte. ἀδιάτρεπτον etiam eodem ſenſu Syneſius *de regno.* τούτων τὰ κολοβὰ δ' ἀνοήματα ἢ ῥήματα τοῖς ἀκοαῖς ὑμῶν ἁρμόζοντα μᾶλλον, ἢ νοῦς ὃν φιλοσοφίας ὑγιὲς ἀδιάτρεπτόν τι ἢ φρυγύλη. verùm pro *diſerto* plerumque ſumitur, eâque ſignificatione apud Helleniſtas, qui dici ſolent ſaltem, etiam ſimplex τετρὸς reperitur, Autor *ſap. Solom. c.* 10. *v.* 21. ἤνοιξε στόμα κωφῶν, ἢ γλώσσας νηπίων ἔθηκε τετρός. *linguas infantium diſertas reddit.* Jun. Interpretes Græci, Eſai. *c.* 35. *v.* 6. ἢ τετρὰ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. *diſertus erit.* Philo item *de vit. Moſ. l.* 1. τὰ μέλλοντα ἡδέως διηγήσασθαι τετρωτέρᾳ φωνῇ ἀσυχίᾳ. *ſilentio quàvis voce diſertiore.* Turneb. Quanquam nec illud inficias iverim, videri Epicterum conſilium dare, nè ſanâ apud inſanos, quales illi pleroſque reputabant, oratione ſemper utamur: & diſſimulationem quandam hac in parte, cum vulgo hominum agentibus, non concedere tantùm, ſed præcipere & probare. Etenim ſic *l.* 1. *c.* 29. πῶς; λέγειν δεῖ ταῦτα πρὸς τοὺς πολλούς; ἵνα τί; ἀ γὰ δέμεθ, τὰ αὐτὰν ποιεῖσθαι; τοῖς γὰ παιδίοις, ὅταν σφόδρα λυπῆται κεῖται, ἢ λίγῃ, Σήμερον Σατορδαλία ἄγα δε, λέγομεν, ὐκ ἔστιν ἄγα δε ταῦτα; ὐδαμῶς. ἀλλὰ ἢ αὐτοῖ δίδασκε τύμμ. ἢ σὺ τοίνυν, ὅταν μέλαπαῖδά τινα ἀ λύπῃ, γίνωσκε, ὅτι παιδίον ἐστὶ, ἢ ὀδυνᾶται αὐτῷ. ἐὰν ἢ μὴ τῶτο δίλῃς, σιώπα λοιπόν. quibus addas licet quæ ad finem capitis ejuſdem habet idem. Verùm Marci mens hoc in loco videtur, ſani potiùs, moribúſque congrui ſermonis, quàm nitidæ elegantíſque dictionis, rationem jugiter habendam. Cæterùm D. Boot. quamvis ſenſum uſumque iſtum τῆ ἀδιατρέπτως vocabuli iſtîc probet, proxima tamen illa, ὑγιεῖ λόγῳ χρῆσθαι ad periocham ſequentem pertinere cenſet; quam ab illis ordiri opinatur. quaſi dicat, *ut quod verum ſanumque eſt dicatur; aulam Auguſti totam*, &c. *mors occupavit.*

Τῳ λόγῳ] *Sermone ſano*, i. e. *vero.* ὑγιὴς λόγος, *verus, ſincerus, ſimplex ſermo.* cui opponitur proverbiale illud ex Euripidis *Andromach.*

——ἐλπὶς πόλλα, κ' ὐδὲν ὑγιές. i. e. ut Lucil. *Pergula pictoris; veri nihil, omnia ficta.* & νοσῶν λόγος apud eundem in *Phœniſſ.* vide *ad l.* 12. § 1. Sed & apud Sophoclem in *Trachin.* (ſic reſtituente H. Stephano) τὰ γὰ νοσοῦν τι λημεῖν ἀνδρὸς ὐχὶ σώφρονος. νοσῶν τι. i. e. νοσοῦντά πᾳ λόγῳ, ut Euripides.

§ 31. Αὐλὴ Αὐγούστα] obſerves nominativa iſta abſolutè poſita.

Περίοντες] *poſteri* Xyl. ἀπόγονοι forſan, *prosigni.* ità enim in jure quandoque dicuntur.

Ἄρειος] *Arei* Philoſophi, cujus contubernio uſus eſt Auguſtus; meminit Sueton. *l.* 2. *c.* 29. ad quem locum Caſaub. Auguſti & Arei amicitiam & συμβίωσιν celebrant plurimi ſcriptores. Strabo, *lib.* 14. Senec. *ad Marc. c.* 4. Plutarch. in *Anton.* & *apoph.* Dion. Caſſ. *l.* 51. Themiſt. *orat. ad Jovian.* 12. & *quinquen.* 17. Julian. in *Cæſarib.* & in *epiſt. ad Alexandrin.* autores ille nominat, ipſe loca indicavi. Cæterùm quòd Themiſtius in *quinquenn.* ait, Antoninos duos, Pium ſcil. noſtrúmque, Epictetum, pari modo exeviſſe, quô Arium Auguſtus, Thraſylum Tiberius, Dionem Trajanus; unde conſtare, aut quî eſſe poſſit, nullus aſſequor: etiamſi Suidas etiam ad Marci principatum pertigiſſe ſcribat: quum à Neronis imperio (ſub quo Epictetum non vixiſſe tantùm, ſed in exiſtimatione magna extitiſſe, ex ipſius diſceptationibus ab Arriano editis clariſſimè liquet) ad Marci regnum anni ferè centum intercedant. Accedit quòd nec apud Marcum ipſum, nec apud eorum quenquam, qui Marci res geſtas ſcripto conſignârunt, Epicteti ulla mentio comparet inter eos, quos is in honore habuerit, Philoſophos: cùm ſedulò tamen hos recenſeant. Denique cur Junio Ruſtico tantam gratiam agnoſcat, quòd Epicteti commentariorum copiam ſibi fecerit, qui ab Epicteto ipſo, quem familiariter habebat, nullo negotio comparare ſibi poterat? vide *l.* 1. § 7. & *l.* 7. § 19.

Μαικήνα] Mæcenatis cum Auguſto familiaritas, præterquam quòd Scriptores iidem commemorant, ex Maronis & Flacci ſcriptis etiam pueris nota eſt.

Θύται] *ſacerdotes.* Xyl. *aruſpices.* Caſ. *victimarii, popæ.* Θύτης Æolicè φύτης *popa*; ut θύλλις, φύλλις *follis.* Salmaſ ad Solin.

Πομπήϊον] gentem ſive familiam dicit; cujus dignitatem ſi ſpectemus, princeps & primarius Pompejus ille magnus; de quo *l.* 3. § 3. non urbem, de qua *l.* 4. § 48.

Πόσα ἐσπούδασας] vide Abramum; quàm ſolicitus ageret, quòd prolem ſucceſſuram non haberet. *Geneſ. c.* 15. *v.* 2. Jephthem, quàm anxius cùm habiturus non eſſet. *Judic. c.* 11. *v.* 35. 37. Menander apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 75.

Ὀδυνηρὸν ὄντως εὑρεῖν τῷ βίῳ,
Ἔχειν ἔρημον δαιμόνων τὸν οἶκον.
Inſtructa inopiâ miſeráque eſt felicitas,
Divitiæ hæredem cùm non inveniunt ſuum. Grot.

Et Pindar. *olymp.* 10. Παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ πολυετεῖ ἄκοιτος νεώτατα πάλιν ἥδη. μάλα δέ τοι διαμένειν φιλότατι νόον· ἐπεὶ πλοῦτῳ ὁ λαχὼν δέσποτον ἐπιπτεῖ ἀλλοτρίοις δυάπτοντι συγκεράσαι. Clemens denique Alex. *ſtrom. l.* 2. Ὁ ἄτεκνος, φασὶ, τῆς κατὰ φύσιν πλειότητος ἀπολείπεται, ἅτε μὴ ἀπτε-

ἀφαιρῶνται τῷ χάρᾳ τὸν ὀπαδὸν διάδοχον· τέλειος, ὁ ποιητικὸς ἐξ αὐτῆς τὸν ὅμοιον· καὶ μᾶλλον ἐπιτηδεῖον κρίνουσι τὸ αὐτὸ ποιοῦντα ὁρᾶσθαι. vide Euripidis *Ionem*.

Ἵνα διάδοχόν τινα] scil. hac ratione homines immortalitatem quandam moliuntur, spondéntque sibi. Justinian. *novel. constit.* 22. Ὁ γὰρ ὅτως ἔχει σπουδὴν, ὡς τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει δυνατὸν ἀθανασίαν ἐπιτυγχανέιν αἰσηγῆσαι. καὶ ἐκ τῆς παιδοποιίας ἀναπέμπεται τὸ γένος ἡμῶν ἀπαυξῆσαι, τῇ θεῷ φιλανθρωπίας, καθ' ὅσον δέ ἐστι δυνατὸν, τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ ἀθάνατον χαριζομένης φύσει. Augustus apud Dionem *l.* 56. τὸ ἡγεμονικὸν δίδυμον τέρπεται τινὰ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἔργων καὶ τὸ ἀπὸ τῆς φύσεως ἡμῖν ἐπιθυμεῖν διάδοχα ἑαυτῶν καταλιπεῖν. Idem *ibid. l.* 3. Ὡς ἔστιν ἢ τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει πρὸ μετριώτατον ἀθανασίας· ἢ ἐν πόθου ἐπιθυμίαν ἔχειν πᾶς πᾶσιν. τὸ γὰρ γενέσθαι κλεινὸν καὶ μὴ ἀνώνυμον κεῖσθαι τετελευτηκότα. τοῦτο τοίνυν ἔστιν ἐπιθυμία. γίνεται ἐν ἀνθρώπου δέ τι ξυμφυὲς τῷ παντὶ χρόνῳ. ὁ δὲ τέλος αὐτοῦ συνίστασθαι καὶ συνέχεσθαι, τοῦτο τῷ τρόπῳ ἀδύνατον ὄν, τῷ παῖδας παίδων καταλειπόμενον, ταυτὸν καὶ ὃν δεῖ γενέσθαι τῆς ἀθανασίας μετειληφέναι. τούτου δὲ ἀποτυχεῖν ἑκόντα ἑαυτὸν, οὐδένα δοκεῖν. & in *sympos.* Τούτῳ τῷ τρόπῳ πᾶν τὸ θνητὸν σώζεται, καὶ ἀθανασίας πρὸς τυγχάνει. ἐκ τοῦ παντὸς τὸ αὐτὸ ἀεὶ εἶδος ὥσπερ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ παλαιούμενον ἕτερον νέον ἐγκαταλείπουσιν, ὅπερ αὐτὸ ἐστί. Aristot. *oeconom. l.* 1. *c.* 3. ταύτῃ τῇ φιλίᾳ ἡ φύσις ἀναπληροῖ τὸ ἀεὶ εἶναι, ἐπεὶ κατ' ἀριθμὸν ἓν δύνασθαι, ἀλλά γε κατὰ τὸ εἶδος. Aristides *hymn. in Jov.* Θνητὸν δὲ γένος ἡμῖν, καὶ μέρος ἀθάνατον τῇ διαδοχῇ γίνεται. & *in Asclep.* ἀθάνατον ποιήσας τὸ γένος ἡμῶν διαδοχῇ.

Ἔχατος τῆς ἰδίου γίνος] Annot. Lugd. vult ἔσχατον legi, ut ad ἀπολείπεσθαι referatur. quod membrum superius non claudit, sed orditur proximum.

Ἀνάγκη ἔχειν τινὰ ἡμᾶς] Moliuntur quidem immortalitatem quandam hac ratione mortales: verùm frustrà sæpenumero, inquit Marcus noster, & Marco σύμψυχος Psaltes διάπυρος. *Psal.* 49. *v.* 11, 14.

Πάλιν δὲ ἀπολείπεσθαι θνητὸν] θνητὸν hîc deleri postulat Annot. Lugd. ut illa, πάλιν δὲ ἀπολείπεσθαι cum prioribus illis continuentur. *Necesse est aliquem ultimum exister rursus istic totius gentis.* Editor. Lugd. cum sequentibus nullo sensu commisit. Xyl. tanquam mutilum aut alienum prorsus omisit. M. Casaub. clausulam perioches hujus totius facit. *Hîc rursus considera, gentis totius mortem.* ut ἀπολογίζεσθαι superius hîc denuo suppleatur. Atque hæc genuina, puto, Marci mens.

§ 32. Κατὰ μίαν πρόξιν] vide *l.* 2. § 5. & *l.* 4. § 26. & *supr.* § 2.

Ἀρκεῖσθαι] vide *l.* 6. § 2. & *l.* 9. § 6.

Ἐρεσχηπικὸν καὶ ὑπόστασιν] vide *l.* 5. § 20. & *l.* 4. § 1. & *l.* 6. § 50. & *infr.* § 47.

§ 33. Ἀπόφασις ἢ λαβεῖν] Ità accipere externa ista, sive opes, sive honores, & consimilia à rerum omnium autore tributa, nè acceptis, quod plerique solent, insolescas. μισεῖς γάρ, ὃ ἐν τούτοις φυσιοῦσθαι. *l.* 5. § 23. Apostol. *ad Timoth. epist.* 1. *c.* 6. *v.* 17. τοῖς πλουσίοις παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν. *Primus vermis, & peculiaris morbus divitiarum est superbia. Difficile est, ut superbus non sit, qui dives est.* Aug. *serm solenn.* 205, & 212. & *de verb. Dom.* 5. & *homil.* 13. Itaque Isidor. Peluf. *l.* 3. *ep.* 322. τὸν πλοῦτον indigitat, τὸν τῆς ὑπερηφανίας πατέρα, τὸν τῆς ὑπερψυχίας ἡγήτορα. Atqui, ut Clemens *pædag. l.* 2. *c.* 3. Πλοῦτος ἀέρος, ἢ ἡδυπαθείας πηγὴ, καὶ ἡ μεγαλοφροσύνη ἢ ἀλαζὼν, ἢ τὸ δὴ πλούτῳ μεγαλοφρονεῖν, τοῦτο δὲ καταφρονεῖν. Argumentum sumit ad fastum hunc supprimendum ab illo ipso τῷ λαβεῖν vocabulo Apostolus *ad Cor. ep.* 1. *c.* 4. *v.* 7. τί δ' ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι, ὡς μὴ λαβών; Sed & Senec. *ad Marc. c.* 10. *Non est quòd nos suspicianmus, tanquam inter nostra positi: mutuò accepimus. usufructus noster est; cujus tempora ille arbiter muneris sui temperat.* Optimè August. *epist.* 205. *Animum virilem & Christianum nec debent hæc, si accedunt extollere, nec debent frangere, si recedunt.*

Εὐλύτως ἢ ἀφεῖναι] vide Senec. *ad lib.* 7. § 26. vide & *ad l.* 3. § 5. Gregor. Rom. *in Job. l.* 2. *c.* 42. *Tunc verè ostendimus, quia accepta rectè tenemus, cùm æquanimiter ad momentum sublata toleramus.* Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 26. Μὴ τι φοβήσῃ σοι τῶν ὄντων, μὴ τι φθονήσῃ, μὴ τι ἐπιθυμήσῃς ἀπρεπῶς ἔχον. Ità Basil. Cæsar. *orat.* 7. Περιαιρούμενος τὰ χρήματα πλέον ἢ τὰ μέλη τοῦ σώματος· καὶ λυπεῖ αὐτὸν ὁ χωρισμὸς, ὡς ἀκρωτηριασμὸς τῆς ψυχῆς. Hesiod. *oper.*

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
Sunt miseris anima ipsius mortalibus instar
Divitiæ——

Et Antiphanes:

Ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Anima est & sanguis argentum mortalibus.

Itaque quod Antipho apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 10. Ἐργαζόμενοι μὲν καὶ φειδόμενοι καὶ παλαιπωροῦντες καὶ

σφαλέντες ἥδονται, διὰ δὴ τί ποτε ἂν οἰηθείημεν ἥδεσθαι; ἀφαιρεῦντες ὅ τι χρώμενοι ἀλγοῦσιν, ὥσπερ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἀφαιρούμενοι. sed & ἀφαιρούμενοι multò magis. Senec. *de beat. c.* 22. *Mihi divitiæ si effluxerint, nihil auferent nisi semetipsas: tu stupebis, & videberis tibi sine te relictus, si illæ à te recesserint. utpote cui pecunia sua obhæsit, nec sine sensu avelli potest.* Idem. *de tranq. c.* 8. Bonum igitur ejusdem monitum *epist.* 74. *Omnia ista nobis accedant, non hæreant; ut si abducantur, sine nulla nostri laceratione discedant.*

§ 34. Ὁ ἀποχίζων ἑαυτόν] vide *l.* 2. § 16. & *l.* 4. § 23. Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 12. *v.* 25. ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι.

Ἐξεσί σοι πάλιν ἐνῶσαι σαυτόν] Ità Apost. *ad Rom. c.* 11. *v.* 20, 23. Τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν ἐκεῖνοι· σὺ δὲ τῇ πίστει ἑστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ· εἰ γὰρ ὁ θεὸς κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται. Senec. *epist.* 98. *licet reverti in viam: licet in integrum restitui.*

Ἄλλῳ μέρει ἠδονή] Plutarch. *de amor. frat.* Λῦσις μὲν τὰ φίλοι καὶ συμπόται, κλῆσις δὲ κηδεσταὶ καὶ σωμήθεις, τῆς φρενῶν, ὥσπερ ὅπλων ἢ ὀργάνων, διαφθορέων. ἀδελφὸς δὲ ἀνάπτωσις οὐκ ἔστιν, ὥσπερ ὑδὲ χειρὸς ἀφαιρεθείσης, οὐδὲ ὄψεως ἐκκοπείσης. Itaque Hegesistratus πόδα ξύλινον coactus est sibi comparare, τὸν οἰκεῖον στερηθείς. Herodot. *l.* 9.

Ἐπ' αὐτῷ ἐποίησε] Et erat hoc revera in hominis potestate à primordio positum, nè à sui ac universi totius hujus conditore, cui inhærebat tunc, sese ni vellet ipse, divelleret. vide *l.* 2. § 11.

Συμφῶσαι] quod Apost. *ad Rom. cap.* 6. *v.* 5. σύμφυτον γεγόναμεν.

§ 35. Ἡ τῶν λογικῶν φύσις] Xyl. τῆς τῶν λογικῶν φύσεως legisse videtur, cùm vertit, *quemadmodum singulæ ferè rationis compotes naturæ ab ea cæteras facultates acceperunt.* Ego malim τῆς τῶν ὅλων φύσεως. & verterim, *sicut cæteras facultates ratione præditorum unusquisque ab universi natura accepit.* enim τὸ λογικῶν illud ex priore parte sententiæ huc translatum videtur.

Πᾶν τὸ ἐνιστάμενον καὶ ἀντιβαῖνον ὑπεξειρέτει] Natura, inquit, universi, i. e. numen ipsum, sive potentia ac providentia divina, obstantia & renitentia, ac opponentia sese quæque *circumàcuit* quodammodo & *in suum usum convertit.* Hoc est enim τὸ ὑπεξειρεῖν, sensuum prægnans vocabulum, cujusque vim circumlocutione etiam proixiore vix satis exprimas. vide *ad l.* 6. § 42. sed & Ellajam Prophet. *c.* 10. *v.* 5, 19. & Michæam *c.* 4. *v.* 11, 12, 13. Petrum Apost. apud Lucam. *Act. c.* 2. *v.* 23. & *c.* 3. *v.* 14, 15, 17, 18. & Paulum *ad Rom. c.* 9. *v.* 17, 22. & *ad Phil. c.* 1. *v.* 12, 13, 14.

Πᾶν κώλυμα ὕλαι] vide *supr.* § 32. & *l.* 4. § 1. & *l.* 7. § 68.

§ 36. Μὴ σε συσχῇ ἡ ἐν ὑπνοις δόξα ταραττομένη] vide *ad lib.* 7. § 8, 27, & *l.* 9. § 6. Flacc. *carm. lib.* 3. *od.* 29.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus,
Ridetque, si mortalis ultra
Fas trepidat. ——

Μὴ συμφορήσει δὲ ταῦτα διὰ τῆς ὅσα πιθανὸν ὀδυνῆσαι] *Neque animum adverte eis, quæ multa dolorem videntur posse afferre.* Xyl. dilutè & restrictè nimis. sed nec minùs laxè nimis Cas. *neque animus huc illuc divagetur & in cogitationibus suis coacervet unà molestias multas eas gravesque calamitates; quibus tu æquè ac alius quivis obnoxius es.* Neque enim tam communis ex æquo cum reliquis omnibus conditionis consideratio mentes mortalium conturbare solet, quàm eorum malorum, quæ nobis ipsis obventura esse suspicamur, cogitatio, & per præmeditationem quædam quasi præsensio. Itaque verto. *Noli animo complecti, quales quantasque molestias superventuras tibi fore,* πιθανὸν ὄζει, scil. *probabile aut verisimile est.* Monitum idem est cum eo quod *l.* 7. § 8. dederat φεῦ τῶν μελλόντων. itaque in futuro ὀδυνήσεις malim quàm in præterito ὀδυνηθήσῃ. Neque enim præterita jam ampliùs perturbare solent mala etiam molestissima: imò ejusmodi jam elapsorum dulcis est memoria & recogitatio; eóque dulcior recordatio, quò sensus & perpessio molestior graviórque fuerit.

——*Olim hæc meminisse juvabit,*

inquit, ad tolerantiam suos hortando, Heros ille Maronianus. *Æn. l.* 1. Libanius quidem *tom.* 2. *orat.* 21. *in Ellebich.* hoc negare videtur. Ἀνδρὶ μὲν ἓν, inquit, παρελθόντων μεμνῆσθαι κακῶν. ἃ γὰρ μνήμη συμβιῶναι τῷ ἀχθηδόνι ἔδει, σιγᾶσθαι φασὶ τοὺς ἄνδρας. Attestatur tamen ipsa populi vox, & senarius ille proverbialis, quem inter incerti Tragici an Comici in excerptis suis posuit Cl. Grotius; sed Euripidis esse docet Cicero *de fin. l.* 2. *Quid fieri, inquit, jucunda memoria est præteritorum malorum? ut proverbia nonnulla verissima sint, quàm vestra dogmata. vulgo enim dicitur,*

Jucundi acti labores. ——*Nec malè Euripides,*
Suavis est laborum præteritorum memoria.

Et ex ejusdem *Andromeda* Stobæus. *tom.* 2. *tit.* 29.

Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Aristoteles item *rhetor. l.* 1. *c.* 11. Τὰ μὲν μνημονευτὰ ἡδέα ἐστὶν, ὅ μόνον ὅσα ἐν τῷ παρόντι, ὅτε παρῆν, ἡδέα ἦν, ἀλλὰ ἔνια καὶ ὄντα ἡδέα· ὅθεν καὶ τόδε εἴρηται, Ἀλλ' ἡδύ τοι καὶ πόνους μεμνῆσθαι ἀνὴρ, ——εἰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,

Μνήμων, ὅστις πολλὰ παθὼν, καὶ πολλὰ ἐρέξας.

Est ex *Odyss. ε.* *v.* 400. quod tamen in Homeri codicibus paulò sectius legitur,

Ὅστις δὴ μάλα πολλὰ παθὼν, καὶ πολλ' ἐπαλήθη.

Plutarch. *sympos. l.* 2. *c.* 1. Καὶ μὴν φησί γε τὸν χρόνον ὁ Σοφοκλῆς (in Sophoclis *Oedip. Colon.*)

Δαιμόν

Δοκοῦν ἀεὶ τὸ παλαι κοίμιστον ἡδὺ καὶ χαῦν,
Ὦ ξεῖν', ἀποχείρων. ὁ δ' Εὐριπίδης τύραννον,
Ὡς ἡδύ τι τὸν σοφίαν μεμνῆσθαι πόνων.

Ex quo Macrob. *Saturn. l.* 7. *c.* 2. Ὡς ἡδύτι. Nam quòd Gnomologus vetus exhibet Ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι, librariorum culpâ contigisse autumo, qui σοφοῖσι pro σοφῶσι scripserant. Antonius autem *Melissæ l.* 1. *c.* 54. Epicteto dictum geminum tribuit, qui ex poeta forsan mutuatus fuerit. Ὡς ἡδὺ τὸ διάλεσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν; ἔπος ἡδὺ τῷ σοφῷ μεμνῆσθαι τῶν πόνων. quæ poetæ esse alicujus liquet satis, possintque levi opera numeris suis restitui, si τοῦ γῆς articulum addideris, τῷ πόνων substuleris, & pro ἔπος, ὡς, quod idem valet, substitueris. Claret ex his justam causam subesse, cur futurum istic in præteritum defingamus.

Ὅτι βαρῶ σε ἀεὶ τὸ παρὸν] Senec. *ep.* 66. *Non potest ferre sententiam sensus nisi in rem præsentem adductus est: Nec futuri providus est, nec præteriti memor; quid sit consequens nescit.* Et *ep.* 74. *Et quæ præterierunt, & quæ futura sunt, absunt: neutra sentimus. non est autem nisi ex eo quod sentias dolor.* Cic. *de finib. l.* 1. § 35. *Corpore nihil nisi quod præsens est, & adest, sentire possumus.* Et § 107. *Corpore præsentia sola sentiuntur.* Aristot. *de memor. & remin. c.* 1. Ἔστι γὰρ τῷ μὲν παρόν τῷ δ' αἴσθησις τῷ δὲ μέλλον τῷ δ' ἐλπίς τῷ δὲ γενομένῳ μνήμη. & *rhetor. l.* 1. *c.* 11. Διαφέρουσι μὲν τὰ παρόντα μεμνῆσθαι καὶ τὰ γεγενημένα· ἐλπίζειν δὲ τὰ μέλλοντα. Porphyr. *de abstinent. l.* 1. φύσει γὰρ ἀνεπίγνωμον τοῦ ἀπόντος τὸ ἄλογον. Quòd autem βαρῶ istic Marcus dixit, Grammaticorum ferulam vix evasit. Sic enim Thomas Magister: βαρύνειν χρόνον· βυρσῶν ἢ ἄλγησον παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν παλαιῶν, πλὴν ὅτι τὸ παρακειμένῳ εἰς πεθηπτικὴν σημασίαν. negat τὸ βαρῶν apud antiquorum probatissimos usurpari, nisi in præterito tantùm, patiendi sensu; prout Aristidæ *orat. sacr.* 4. Οἱ δ' ὕπνον οἴνῳ βεβαρημένοι οἱ ναῦται. *Accessere vino gravati nautæ.* vide tamen *infr. ad* § 44.

§ 37. Τῇ τοῦ κυρίου σορῷ Πάνθεια ἢ Πέργαμος] *Domini tumulo.* Xyl. *Domini sui.* Cas. ego mendum cùm subolfacere viderer, pro κυρίου Κύρου rescribendum opinabar. quod & annotatorem Lugd. monuisse postea deprehendi. Memineram nimirum *Pantheam* Abradatæ uxorem à Xenophonte prædicari. *pæd. l.* 5. quæ cùm Cyro majori in prædam cessisset, marito postea in prælio, dum Cyro militat, cæso, sese insuper extracto acinace interfecerat. Memineram & Parisam Eunuchum narrare Plut. in *Artaxerx.* Cyri minoris in pugna occisi corpori assidentem ab Artaxyra deprehensum. Marcum itaque suspicabar memoriâ lapsum historias hasce confudisse, & Pantheam pro Parisca posuisse: Sed & Pergamum de quo Marcus istic, ex Eunuchis forsitan eis fuisse, qui occumbenti Cyro aderant. Plures enim perhibentur extitisse. Verùm suspicionem, simul ac errorem hunc, exemit mihi V. D. Cl. Salmasius, qui Οὐῆρα legi postulat, cujus Panthea liberta, Pergamus libertus fuerit; cui ego calculum eò proniùs contribuo, quia Veri scortillum à Luciano in *imaginibus* depingi, D. Bootio facem præferente, deprehendo; cui cum Abradatæ illius conjuge celebri, nomen commune fuerit. ὁμώνυμος γάρ ὅτι (Lucianum audis) τῇ Ἀβραδάτου ἐκείνῃ τῇ καλῇ.

Παρεκάθηται] ritum alludit sepulcris eorum, quos de tumulis conditósque lugebant, assidendi. Indè illud Hermogenis *de invent. l.* 3. *c.* 8. εἰ ἐδάκρυες, ἂν ἂν ἐφεζόμενος· εἰ παρεκάθιζε τῷ τάφῳ, ἂν ἂν ἐνίκησεν. Ex Ctesiæ *Persic.* Photius *cod.* 72. Ὁ Βαγαπάτης τὸ σῶμα Δαρείου παρακαθήμενος ἐπ' ἔτη ζ', ἐτελεύτησε. De Niobe Æschylus ab Hesychio laudatus,—ἐφημένη

Τάφῳ, τέκνοις ἔπουσι πῆμα πημόσυν.
——*tumulo insidens,*
Natis, ut ovis, incubabat mortuis.

idque donec lapidis instar, cui insidebat, obrigescens cum illis pariter defungeretur. Respexit eòdem Tacitus *ad l.* 4. § 48. adhibitus, ubi *urbis sepulcræ ruinis assidere*, dixit. De canibus etiam, qui dominorum suorum, vel sepulcris, vel cadaveribus insepultis pertinaciter; sive astando, sive assidendo, perstiterint, videantur, Ælian. *hist. animal. l.* 6. *c.* 35. & *l.* 7. *c.* 10. Plut. in. *collat. aquat. & terrestr.* & Plin. *hist. nat. l.* 8. *c.* 40.

Χαυείας] nomen dubio procul depravatum Χαβείας Xyl. & Cas. reponunt.

Διόπομπος] *suprà* § 23.

Γεράνων] vide *ad l.* 5. § 28. quanquàm γεράνους hìc malim. ut *l.* 9. § 3.

Λύδαρον] vide *ad l.* 2. § 2.

Ἐν Σύλακι] Epictetus à Stobæo laudatus; Νάτ' ἐπὶ τύραννον τὸν Σύλακον. vide *ad l.* 3. § 3. Isocrates *ad Dionys.* ἐκ ἡμείας μὴ τῆς τύχης τὴν φύσιν· ἐπὶ τὸν Σύλακον ἔχεις διαμάττουσαν. Anaxarchus cùm Nicocreontis Tyranni Cyprii jussu pistillis ferreis in mortario ad necem usque cæderetur, Πίσσα τὸν Ἀναξάρχου Σύλακον· Ἀνάξαρχον ἢ κόπτεις. *Tunde*, inquit, *Anaxarchi sæculum, Anaxarchum etenim non tundis.* Tangunt strictim, Cicer. *Tusc. l.* 2. Ovid. *in Ibin. v.* 57. Gregor. Naz. *in Julian* 1. Plutarch. *de virt. moral.* Narrant pleniùs, Clem. *strom. l.* 4. Gregor. Naz. *orat.* 17. *ad Eudox.* Origen. *adv. Cels. l.* 7. qui tamen pro Nicocreonte Aristocreontem exhibet. Tertullian. *apolog. c.* 50. qui *Anaxarchi follem* reddidit. (vide *ad l.* 9. § 3.) Philo *de viri boni libert.* quì ἀμφὸν, i. e. *utrem* pro Σύλακον posuit. Laërt. *l.* 9. adjecto epigrammate suo.

Πίσσετε μᾶλλον ἔτι, ἢ μᾶλλον· Σύλακός ἐστι
Πίσσε· Ἀνάξαρχος δ' ἐν Διὸς ἔστι πάλαι.

Dio Prus. *orat.* 37. qui & subjungit; αὐτὸς ἐκ ἔφη πίσσεσθαι,

πλουσίας, ἀλλὰ τὴν αὐτῆς ἕκαστος ψυχὴν τρισκόλοπα. ἔλεγε φασὶ Περσῶν τοὺς ὁμοτίμους λαμβάνειν πλυμὰς ἀντὶ τῆς σώματος τὴν κάνδυν. Πέρσαι μὲν οὖν, ὅτι τοῦτο τὸ ἄνδρειον· Ἕλλην δ' ἀνὴρ παρεῖχε πᾶσιν τὸ σῶμα, ὡς κάνδυν, ὡς ἱμάτιον. quo loco rescribendum videtur pro τὴν αὐτῆς, τὸ αὐτῆς, pro ὅτι τοῦτο, ὅτι τοῦτο. quo modo Simocat. *ep.* 25. ὅτι τὸ πάθος ἀνδρεῖον. pro κάνδυν, κάνδυ. κάνδυς enim non κάνδυς dicitur. Sed & in versione mutari postulat, quòd Σύλακον *arculam* vertit Naogeorgus; cùm *saccum* aut *sacculum* debuerit. Nisi cum Erasmo *Apoph. l.* 7. *manticam* quis maluerit. Synes. *epist.* 133. Δεῖπνα δ' ἀποδύσεων, ἐνταῦθα τὸ φιλοσοφίας ὄφελος, τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν, ἀναχωρῆσαι τῆς Συλακίου ἧδη κρεωλίου. Augustini Nom. *manual. c.* 24. & Bern. *medit. c.* 3. *Nihil aliud est homo, quàm sperma fœtidum, saccus stercorum, cibus vermium.* Aliàs ratione de homine bibace, & qui in hoc tantùm vivit ut bibat, Senec. *epist.* 77. *Nihil interest centum per vesicam tuam, an mille amphoræ transeant; Saccus es.* Indè datum proverbium, cujus meminit in *Hesione* Alexis referente Athenæo *l.* 11. ubi Herculis bibacitatem simul ac edacitatem notat.

——καὶ τὸ τοῦ παροιμίας,
Ἀεί ποτ' αὖ μᾶλλόν τις, αὖ δ' Σύλαξ,
Ἄνθρωπός ἐστιν. ——vulgò quòd dici solet,
Homo semper aliàs saccus est, aliàs uter. Grot.

Saccum opinor, edacitatis nomine dixit, bibacitatis *utrem*. Nam quod *saccum* Seneca dixit, *sacces vinarios* (ità Plin. vocat, *l.* 24. *c.* 1.) respexit, quibus *vina* (cum eodem *l.* 19. *c.* 4. *loquor*) *castrabantur*, i. e. colabantur, quò leniora mitioráque, sed & defæcatiora ac puriora, fierent. indè Lucil. apud Cic. *de fin. l.* 2. *vinum cui sacculus abfuerit nil.* & Mart. *l.* 12. *epig.* 61.——*Ut liquidum potet Alauda merum,*
Turbida sollicito transmittere cæcuba sacco.

Verùm eâdem planè, quâ Marcus hîc Σύλακον Lucilius, quod eódem redit, *folliculum*. Nonius: *Folliculum Lucilius posuit pro corpore, l.* 26. *Ego quis sim, & quo folliculo nunc sim indutus, non quæro.* Arnobius item *adv. Gentes, l.* 2. *Nihil enim est nobis permissum ad hanc vitam; nec in carunculæ huius folliculo constitutis, opis aliquid sponsum est auxilii que decretum.* Idémque *ibidem, corpora* nuncupat, *stercoris utres*, & *saccati obscœnissimas sarcinas*.

§ 38. Βλέπε κεῖνον, φησὶ, σοφώτατος] Locus valde depravatus mihique absque codicum ope, conclamatus planè. Xyl. σοφίστατα legisse videtur, cùm vertit, *quàm sapientissimè judica, inquit ille.* Cas. [ἐν] σοφωτάτοις, *in rebus judicii, discretionisque maximæ.* D. Boot. φησὶν ὁ σοφώτατος. *sit vir sapientissimus.* Mihi aliquid ejusmodi dixisse videtur, quale *l.* 10. § 12. reperitur. Si acutè intueri potes, rerúmque naturam penitiùs introspicere; id faci.s sedulò, oculis ad id usus tuis: sin minùs hoc vales, sapientissimos quosque ad eam rem in consilium adhibeas tibi. D. Salmasius locum vitiatum potiùs quàm mutilum censet. Lego, inquit, εἰ δύνασαι ὀξὺ βλέπειν, βλέπε· Κείνων φησὶ σοφώτατος. Athenienſis ille philosophus, Socratis discipulus, qui & *apologiam* pro Socrate scripsit, cujus verba hîc usurpat Marcus. sed fortasse aliter distinguendum. εἰ δύνασαι ὀξὺ βλέπειν, βλέπε, Κείνων φησὶ σοφώτατος, δικαιοσύνης κατιδεῖν ἀρετὴν ἐν ὄχλῳ. &c. vt ista potiùs sint Critonis. Possit & legi, Ζήνων φησὶ σοφώτατος, Si nobis constaret esse Zenonis. Hæc ille. vir autem tantus ubi δικάζει, mihi certius aliquid decernere temerarium nimis foret.

§ 39. Ἡδονῆς δ' ὁρᾷ] Vide *lib.* 5. § 15. & *lib.* 6. § 34. & *supr.* § 8. voluptatem non esse bonum probat, quia bonum bono non adversatur; quum adversus voluptatem tamen continentia, quæ virtus est, ac per consequens bonum, se accingat. Senec. pariter *de vit. beat. c.* 10. *Hæc omnia virtus discutit, & aurem pervellit, & voluptates æstimat, antequam admittat; nec quas probavit, magni pendit; nec usu earum, sed temperantiâ læta est. temperantia autem cùm voluptates minuat, summi boni injuria est. Tu voluptatem complecteris, ego compesco.* Cic. *Academ. l.* 4. *Tu, cùm honestas in voluptate contemnenda consistat, honestatem cum voluptate tanquam hominem cum bellua copulabis?*

Τῶν ἐγκρατῶν] sed & τῶν σωφρόνων. siquidem ὁ σώφρων φεύγει τὰς ἡδονάς. Aristot. *ethic. l.* 7. *c.* 11. ὅτι γὰρ ἥδεται, δῆς μᾶλλον ὁ ἀκόλαστος, ἀλλὰ μᾶλλον συχρᾶται. *ibid. l.* 3. *c.* 11

§ 40. Ἐὰν ἀφέλῃς τῶν ὑπολήψιν] vide *l.* 7. § 14, 16. & *sup.* § 28. & *infrà* 41, 47.

§ 41. Ἐμπόδισμὸς αἰσθήσεως;] *cùm impeditur somnus, aut appetitus.* Lugd. *Somnus.* illud unde sit nescio. nam Xyl. Basil. *Sensus,* rectè.

Ἐμπόδισμὸς ὁρμῆς ἁμαρτίας κακὸν ζωϊκῆς φύσεως] Repugnare sibi primâ facie potest Marcus videri. Siquidem *l.* 5. § 20. concedit quidem τὸν ἐνέργειαν ἐμποδίζεσθαι, *actum* sive *effectum impediri posse*; negat verò dari ab externis ulla τῆς ὁρμῆς, τῆς διαθέσεως ἐμπόδια, *appetitûs sive impetûs ac dispositionis impedimenta*: cùm hoc loco etiam ὁρμῆς ἐμποδισμὸν admittat, eúmque parti non λογικῇ, sed ζωϊκῇ adscribat. verùm facilè conciliari poterunt ista, si ὁρμὴν distinguamus in internam externámque, quarum illa ab externis impediri nequeat, hæc possit. vel etiam in ὁρμὴν ἄλογον, sive *appetitionem à ratione alienam*, quæ cùm sit, ut Marcus hîc loquitur, ἀνυπεξαίρετος, *citra exceptionem ullam concepta*, est idcirco impedimento obnoxia; & eandem *rationem consentaneam*, quæ est μεθ' ὑπεξαιρέσεως, *cum exceptione. l.* 4. § 1. & *l.* 6. § 50. atque ideo neutiquam aut frustratur, aut à re ulla externa impeditur, quò minùs, quod sibi proposuerit, assequatur. *l.* 5. § 20.

Ὅμοιον

Ὄψεται ἢ οὐδὲν] *Viderit sensus.* Ità Cicer. *ad Attic. l. 6. ep. 4. Sed hoc fortuna viderit: quemiam consilio non multùm uti licet.* Florens *apologet. c. 16. Viderit habitus, dum materiæ qualitas eadem sit; viderit forma, dum idipsum Dei corpus sit.* Et *c. 42. Viderint, qui per capillum oderantur.* q. d. illis istud curæ esto: nos ex illis non sumus. *Act. Apost. c. 18. v. 15.* Judæis Gallio, Εἰ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί. κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Vide *l. 5. § 25. & l. 11. § 13.*

Ἀνυπεξαιρέτως] vide *l. 4. § 1. & l. 5. § 20. & l. 6. § 50.*

Εἰ δὲ τὸ κοινὸν λαμβάνεις] *Si id quod communiter fieri solet, tibi proposueris.* nempe posse aliquid intervenire, quod rei propositæ tibi prosecutionem impediat. Senec. *ad Marc. c. 9. Quicquam tu putas non futurum, quod multis scis posse fieri, quod multis evenisse? Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.* Vide eund. *de tranquil. c. 11. ad l. 7. § 58. & ep. 91. ibid. ad § 68.* vide & *infrà § 46.*

Τὰ μόρια τῆς νῦν ὕλης ὑπὸς ἄλλῳ οὐδὲν ἐμποδίζειν] Epictet. *dissert. l. 2. c. 23.* Τὴν ὀρεκτικήν δυνάμει τινα πόρρωθεν ἐμποδίζειν; ἢ τὴν προαίρεσιν, ἢ τὴν προαιρετά. τὴν ἀκωλύτως ταῦτα τὴν φαντασικὴν οὐσίωσιν. προαίρεσιν ἢ π' ἐμποδίζειν πόρρωθεν; ἀνεμπόδιστον ἄλλην· αὐτὴ ἢ ἑαυτὴν διαφθείρει. ἢ γὰρ ἐνέχεται τὸ φύσει ἐλεύθερον ἀπ' ἄλλου τινὸς παρεμποδίζεσθαι ἢ κωλυθῆναι, πλὴν ὑφ' ἑαυτοῦ. Idem. *l. 1. c. 19.* vide *l. 2. § 9. & l. 5. § 20. & l. 7. § 55. & l. 12. § 8.*

Οὐ πῦρ ἢ σίδηρος] vide *l. 4. § 39. & l. 7. § 68. & supr. § 28.* Epict. *l. 1. c. 29.* Τῷ προαίρεσιν ἄλλην ἄλλο νικῆσαι δύναται, πλὴν αὐτὴ αὑτῇ. Hercules in Euripidis *Syleo.* apud Philon. *de allegor. de Joseph. & de boni viri libert.* & apud Euseb. *præpar. Evang. l. 6. c. 6.* & apud Grotium in *excerptis*, ubi versus primus deest, ex illis restituendus, qui etiam in *Phœniss.* ejusdem reperitur *v. 524.*

Πρὸς ταῦτ', ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανον.
* τέμνον, Euseb. * Πίμπρη, τάμνε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
Πίνων κελαινὸν αἷμα· πρὸς δὲ κάτω
Γῆς εἶσιν ἀσφαγὴς δ' ἀνὴρ ὁ σὸς φίλος,
Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι δῶπ' ἀπαρθῆναι λόγον.

Ad hæc, adesto ferrum & ignis insuper;
Ure, (sive, seca) hæc cremaque membra, & impletor mei
Potans rubentem sanguinem: in terram priùs
Descendet æther, terra se in cælum feret,
Quàm blanda demeveniet ad te oratio. Grot.

Indi Philosophi Alexandro; Σάμμα μὲν μετέξεις ἐκ τόπου εἰς τόπον· ψυχὰς δ' ἡμετέρας, οὐκ ἀναγκάσεις ποιεῖν ἃ μὴ βουλόμεθα· πῦρ ἀνθρώποις μήκιστον κολαστήριον· τοῦτο ἡμεῖς καταφρονοῦμεν. Clem. *strom. l. 4.* & Philo pleniùs ex Calani *ad Alexandrum epist. lib. de libert.* ex Clemente tamen supplendus. Φίλοι πίθεσθαι χρὴ καὶ ἀναγκαίως φέρειν Ἰνδῶν φιλοσόφοις, οἳ ἐν ὕπνῳ ἐωρακότες ἡμέτερα ἔργα· σώματα μὲν μετοίσεις ἐκ τόπου εἰς τόπον· ψυχὰς δ' ἃ δώσασι [ἀναγκάζειν] ποιεῖν ἃ μὴ βούλονται, ἢ μᾶλλον πλήθους καὶ ὕλας φυλὴ ἀφεῖναι. πῦρ μέγιστος τοῖς ζῶσι σώμασι πόνους καὶ φθορὰν ἐργάζεται· τοῦτο ὑφάπτω ἡμεῖς μονόμενα, ζῶντες καιόμεθα· ἐκ ἔστι βασιλεὺς, ὃς ἀναγκάσει ἡμᾶς ποιεῖν ἃ μὴ θεμιτόν ἐστι ἡμᾶς ποιεῖν. vide *ad l. 5. § 10.*

Οὐ πύεται] ἃ λυπεῖ *l. 11. § 36.*

Ὅταν γένηται σφαῖρος, κυκλοτερὴς μόρσι] Alludit ad dictum quoddam Empedoclis, an Parmenidis, quod apud Stob. in *eclog. physic. l. 1. tit. 11.* sed corruptè, sic legitur.

Σφαῖρος κυκλοτερὴς μεμάκυῖα, &c. unde subit animum, locum istum mendo non vacare prorsus, & μόρσι illud aut irreptitium esse, aut vitio neutiquam immune. Verùm de dicto ipso ampliùs videbitur *ad l. 12. § 3.* quòd autem à superioribus ista divellunt Lugd. editor. & interpres Anglic. mihi minùs commodè factum videtur. idem enim planè argumentum spectare, etiamsi eo modo sumatur, quo ipsi & legunt & vertunt, quivis facilè perspexerit. Quanquam ego malim dictionis seriem continuatà legere; τότε γὰρ δὴ ὅπως ἔσται, ὅταν γένηται σφαῖρος κυκλοτερὴς, &c. vide *infr. § 48.*

§ 42. Ἐμαυτὸν λυπεῖν] vide *l. 7. § 16. & infrà § 47.*

Οὐδὲ γὰρ ἄλλην πώποτε ἐκὼν ἐλύπησα] Vide de Marco *l. 1. § 15.* ad illud, *συγγνωμονικόν.* Cæterùm de Platone Diogenes, cùm is à quodam laudaretur; Τί γὰρ ἐκεῖνος ἔχει σεμνὸν, ὃς πολὺν χρόνον φιλοσοφῶν οὐδένα ἐλύπησεν; sed & Charilaum eo nomine notatum deprehendes *ad l. 9. § 5.* Οὐ δὴ τοῖς πονηροῖς πικρὸς, οὐδὲ τοῖς κακοῖς χαλεπὸς ἦν. Epictetus ipse *dissert. l. 3. c. 23.* Ἰατρεῖόν ἐστι τὸ φιλοσόφου σχολεῖον· οὐ δεῖ ἡδέως ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἀλγοῦντας. quomodo à Petri concione illi, *Act. c. 2. v. 37.* κατανυγέντες τῇ καρδίᾳ. à Christo etiam adolescens ille, Matth. *c. 19. v. 22.* ἀπῆλθε λυπούμενος, Verbis nimirum Domini contristatus. Addas licèt his, nec Elium sacerdotem, nec Davidem regem, notâ aliquâ immunes habitos, quòd suos perperam etiam agentes, contristare detrectarint. *Histor. Reg. Israel. l. 1. c. 2. v. 29. & c. 3. v. 13. & l. 3. c. 1. v. 6.* Quomodo ergò Marcum, vel quà σκηπτοῦχος βασιλεὺς, vel quà ἐν βασιλείοις φιλόσοφος, culpâ liberabimus, si is neminem unquam quenquam contristavit? Forsan τὸ ἑκὼν, sive *sponte*, illud adjectum satisfecerit ad Marcum à censura omni hac in parte vindicandum. Neque enim ultrò sive sponte tristitiâ pœnisve illos

afficit, qui lege mandante, moribus ipsorum exigentibus, id facit, sed coactus quodammodo δέ-ουσί γε θυμῷ, ad supplicia etiam justissima ac meritissima descendere. Talem nobis Deum depingit Jeremias vates, *Thren. c. 3. v. 33. Qui non affligit ex animo suo, mœstitiaque afficit mortales.* De *suo optimum; de nostro justum: optimum ex naturæ proprietate; justum ex caussæ necessitate.* Tertull. *de resurr. carn. c.* 14. Unde Salvian. *de provid. l. 5. c. 8. Nos vim Deo facimus iniquitatibus nostris. Nos nolentem ulcisci cogimus. Nos parcere volentem non permittimus.* & *l. 8. c. 2. Nos calamitatum nostrarum autores sumus. Deus enim pius & misericors est, & qui neminem velit perire vel lædere. Nos verò nos Deo nolente cruciamus. A Deo quidem punimur, sed ipsi facimus ut puniamur. Cùm autem punire nos ipse facimus; cui dubium est, quin ipsi nos nostris criminibus puniamus? quia quicunque dat causssam quâ puniatur, ipse se punit.* Talem principem suum Naso *Pont. l. 1. eleg. 3.*

Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox;
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox:
Multa metu pœnæ, pœnâ qui pauca coërcet,
Et jacit invitâ fulmina rara manu.

Et *l. 2. eleg. 2.*

Qui cùm triste aliquid statuit, fit tristis & ipse:
Cuique ferè pœnam sumere, pœna sua est.
Victa tamen vitio est hujus clementia nostro:
Venit & ad vires ira coacta suas.

Et *Trist. el. 4. l. 8.*

Ergò illum demens in me sævire coëgi,
Mitius immensus quo nihil orbis habet.

Talem & Marcus ipse se profiteri videtur.

§ 43. Ἐυφραίνει ἄλλον ἄλλο] Hoc est quod Flaccus *epist. 1.*——*aliis alia rebus studiisque teneri.* & *l. 2. epist. 2.*

Denique non omnes eadem mirantur amantque.

Pindar. *Pyth. 10.*

Καὶ γὰ ἑτέροισιν ἕτερον ἔρως ἔκαυξε φρένας

Namque aliis aliarum rerum cupido pungit pectora.

& Petron. *—non omnibus unum est, quod placet.*——Hom. *odyss. ξ. v. 228.*

Ἄλλος γὰ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Namque homines aliis alii rebus capiuntur.

Et Archilochus apud Sextum Empir. *adverss. ethic. c. 3.*

Ἄλλῳ ἄλλο ποῖ ἔργον κραδίλη ἰάίνεται.

quod σωτηριώτερον Clemens Alex. qui & ex Homero mutuatum vult, sic extulit, *Strom. l. 6.*

Ἀλλ' ἄλλῳ ἄλλο καρδίλη ἰαίνεται.

Ast alia res aliùs cor juvat magis.

Euripid. *Hippolyt.*

Ἄλλοισιν ἄλλα διὰ νόσε κ' ἀνθρώποις μέλει.

Cordi alia hominibus aliis studia, & Deis.

Iilémque Oeneo apud Clement.

Ἀλλ' ἄλλῳ ἄλλοις μᾶλλον ἥδονται τρόποις.

At aliis aliis moribus capitur magis.

Indè illa Tragici incerti apud Sext. Empir. *Pyrrhon. l. 1. c. 14. § 2.*

Δεινὸν γὰ ταὐτὸν τοῖς μὲν ἀνδάνειν βεβῶς,
Τοῖς δ' ἔχθος εἶναι.——

Miserum, quòd eadem sæpe res, hominum his placet,
Illis in odio est.——

Prout de se Lucilius; *Quod tibi magnopere condi est, mihi vehementer displicet.* Cicer. *Tuscul. l. 5. § 63. Sic se res habet, te tua, me delectant mea.* Siquidem, quòd ex Euripidis *Phœniss.* Sextus *ibid.*

Ἐι πᾶσι τ' αὐτὸν καλὸν ἦεν σοφὸν θ' ἅμα,
Οὐκ ἦν ἂν ἀμοίλεκ]ον ἀνθρώποις ἔρις.

Si idem probarent omnes, si saperent idem,
Dissidia generi nulla mortali forent.
Νῦν δ' οὐθ' ὅμοιον ἐστὶν, οὔτ' ἴσον βεβῶς.
Dissimillima nunc sunt ingenia mortalibus.

Pers. *sat. 5. v. 52.*

Mille hominum species, & rerum discolor usus.
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

Scil. quòd Terent. *Phorm. 2.* ——*ità est:*

Quot homines, tot sententiæ; suus cuique mos.

Vide Flaccum *carm. l. 1. od. 1.* & Marc. *l. 10. § 10.* sed &, Athanasii qui nomen præfert, autorem *in definitione.* inter hominum ἴδιωμα φυσικὸν, quod in omnibus idem sit; & γνωμικὸν, quod in aliis aliud, distinguentem, apud Casaub. *in Pers. sat. 5.*

Ἐμὲ δ', ἐὰν ὑγιὲς ἔχω τὸ ἡγεμονικὸν] Consimilis huic locus apud Epictetum *dissert. l. 3. c. 5.* ubi ex persona Socratis; Ὥσπερ ἄλλος τις χαίρει ἀ-ακλεῖ τὸν αὐτῷ ποδῶν κρούοντα, ἄλλος τὸν ὑπτον. ὕπω; ἐγὼ δ' ἡμέραν χαίρω παρακολουθῶν ἐμαυτῷ βελτίονι ὄντι. vide *supr. § 26. & l. 10. § 35.*

Μήτε τ ἀνθρώποις συμβαίνουσιν] Annot. Lugd. μήτε τῷ ἀνθρώπ. σ. vide *infr. § 46.*

Ἀλλὰ πᾶν ἐναντίον ὀφθαλμοῖς ὁρῶντα] Syntaxis poscit ὁρῶν quia præcesserat τὸ ἡγεμονικὸν.

Χρῶ δὲ αὐτὸν ἐκάστῳ κατ' ἀξίαν] vide *l. 3. § 11.* & *supr. § 29.*

§ 44. Τὸ τὸν ἰδιᾶ τὸν χρόνον] ità Bas. & Lugd. ego τὸν malim. quòd, *l. 4. § 26. καθυστέρων τὸ παρόν.* Τῶν ὑστεροπμίων] vide *l. 2. § 17. & l. 4. § 19.* Οὓς βαρέως τιν] *quos ægrè ferunt.* Schol. ad illud Thucydidis *l. 2.* ἐβαρύνοντο δὲ καὶ χαλεπῶς ἔχειν ἐ δεῖ. inquit, λέγειν, ὅτι ἐβαρύνετο, ἢ βαρέως, ἀλλὰ βαρύνομαι, &c. hoc nimirum sensu, opinor, negat τὸ βαρέως usurpari. Alioqui Plato etiam in *Sympos.* dixit, Ὁ δὲ Πῶρος μεθυσθεὶς τῇ νέκταρος, εἰς τὸν τοῦ Δ.ὸς κῆπον εἰσελθὼν, βεβαρυμένῳ ἐπῆν. Vino, an somno, *gravatus, dormiebat.* Marcus *supra § 36.* βαρεῖ τὸ καὶ τὸ παρόν. Cæterùm τὸ βαρέως μεταλαπικῶς, prout Marco illic, usurpatum, haud temerè alibi deprehendes. Herodianus tamen ἐβαρύνετό τε αὐτῷ τιμὴ ἐνεῖναι *Eorumque nobilitatem ægrè, sive gravatim, ferebant.*

Τί ὅλως πρὸς σέ] ità *l. 4. § 19. τί ὧν σοι τοῦτο πρὸς σέ;*

Ἀσυχῶσιν] ità *l. 4. § 3. τὴν καθ' ἡσυχίαν.*

§ 45

§ 45. Ἄφες με, ἐξ βάλλω ὅπου θέλεις] vide Calani *ad Alex. epist. supr. ad* § 41. In Senec. *excerpt. Exulabis. Non patria mihi interdicitur, sed locus. in quamcunque terram venio, in meam venio. Nulla terra exilium est. Altera patria est. Patria est, ubicunque bene est. illud autem per quod bene est, in homine, non in loco est. In ipsius potestate est, quæ sit illi fortuna. Si sapiens est, peregrinatur; si stultus, exulat.* vide *l.* 5. § 16.

Ἐκεῖ γὰρ ἔξω τὸν ἐμὸν διάνοιαν ἴλεων] Locus non faciet, quin mentem in statu recto & erecto custodiam. Philemon exul, interrogantibus, ὡς ἐνεμίφατο, *quàm prosperè ageret*, respondit, ὑμεῖς μὲν οὐκ οἴεσθε ὕπαρχειν θαμβύοι. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀεὶ ἀγαθὸς ὢν διατελῶ. *Vos minùs opinamini, qui in hoc statu me videtis. Ego enim semper bonus esse persisto.* pro ὤν, ὢ vel οὐκ lego, ut sensus constet. Refert ex Telete *de exilio* Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. Epictet. *lib.* 4. *c.* 7. Ἀλλ' ἐξοπείζω σε. ὅπου ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ μοι κεῖται ἴσως· ἐγὼ γὰρ ἐνθάδε, ὡ διὰ τὸν τόπον ὧδε μοι κεῖται, ἀλλὰ διὰ τὰ δόγματα, ἃ μέλλω μεθ' ἑαυτοῦ ἀποφέρειν. οὐδὲ γὰρ διώκεται τὰ ἀφαιρέτα αὐτά· ἀλλὰ ταῦτα μόνα ἐμά ἐστι καὶ ἀναφαίρετα, καὶ ἀρκεῖ μοι παρόντα, ὅπου ἂν ὦ, καὶ ὅ, τι ἂν ποιῶ. Senec. *ad Helv. c.* 5. *Adversus ipsam mutationem locorum, satis hoc remedii putat Varro, quòd quocunque venimus, eâdem rerum naturâ utendum est. M. Brutus, quòd licet in exilium euntibus virtutes suas ferre secum. utraq; in unum collata plurimùm possunt. quantulum enim est, quod perdidimus? duo, quæ pulcerrima sunt, quocunque nos moverimus, sequentur; Natura communis, & propria virtus.* vide *l.* 7. § 53.

Συνδυασθῆναι] *anxia.* Xyl. *confusa* Cas. ut συγχεομένῃ, vel συγχυσθῆναι legisse videatur. quid si συνδεθῆναι legatur? *unà cum corpore constrictæ*, & vinculis quodammodo obnoxiæ, Apostol. *ad Tim. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 9. ὃς ὃ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ δέδεται. Epictet *lib.* 1. *c.* 18. Ἀλλ' ὁ τύραννος λέγει· τί; τὸ σκέλος· ἀλλ' ἀφελεῖ· τί; τὸν τράχηλον. τί δέν οὐ λέγει, ὅσ' ἀφελεῖ; πλὴν προαίρεσιν. Vel *tenuis anxiatéque constricta, ac vincta.* ut Boëth. *consol. l. c. Nubila mens est, vinctáque frænis, hæc ubi regnant.* Verùm illud, opinor, potiùs fuerit, quod Cassiecutus videtur ità Epictet. *enchir. c.* 28. Ἐὰν δὲ τὸ σῶμά σου τις ἐπιδῷ τῷ ἀποτυχόντι. ἠγανάκτεις ἄν· ἐπὶ σὺ πλὴ γνωμίου πλὴ σαυτὸν δεδιηγίσεις τῷ τυχόντι, ἵνα ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη καὶ συγχυθῇ, οὐκ ἐμοί; Marc. ipse *lib.* 5. § 32. Διὰ τί συγχέεσιν ἑαυτὸν καὶ ἀμαθεῖς ψυχαὶ ἐγκειμένου καὶ ἐπισκοποῦντος.

Ἆρα τῶν ἀξίων] Symmach. *l.* 9. *ep.* 105. *Nullius tam vehemens negligentia est, ut notitiæ digna sit. quid enim indignius, quàm sapientis animum ex alienæ pendere nequitiæ?* Senec. *de ira l.* 2. *c.* 6. Epictet. *enchir. c.* 11. Ὅταν κολάζῃς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ μεταλαβεῖν, καὶ μεταλαβὼν, μισεῖν ποιεῖ ὡς θέλεις. ἀλλ' ἔχ ὅπως ὄζῃν ἀπ' αὐτῷ κολῶς, ἵνα ἐκ' ἐκείνῳ ἢ τὸ μὴ ταραχθῆναι. Vitium subesse Volphio suboluit. itaque pro τὸ μὴ, τό σε substituit, & pro ὄζῃν, ἔχω vel εἶναι mavult. at rectiùs Stob. *tom.* 2. *tit.* 19. ἵνα ἐκ' ἐκείνῳ ἢ τὸ ἐμὲ ταραχθῆναι· quanquam perperam apud Stob. ὅπως pro ὅπως legitur. Meliùs pro ἐνθυμοῦ σοι ἐκείνου· Nam quare pro ἀλλ', καὶ Volf. pro αὐτῷ, αὐτὸς Gesner. nihil erat. *Hoc*, inquit, *tecum cogita, non tam feliciter agitur cum servulo meo, ut me perturbari in illo sit situm.* Vide *supr.* § 42.

§ 46. Ἀνθρώπῳ οὐδενὶ συμβαίνειν τι δύναται ὃ μὴ ἔστιν ἀνθρωπικόν] Senec. *ep.* 71. *Nihil eorum quæ ferenda sunt displicet. Non quicquid cadere in hominem potest, in se incidisse non queritur, vires suas novit; scit se esse ausuri ferendo.* vide & *lib.* 5. § 11. & *l.* 6. § 19. & *lib.* 7. § 2. Euripid. *Orest.*

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ὦ σθ' αἱματῶν ἔπῳ
Οὐδὲ πίθῳ, οὐδὲ ξυμφορᾶ θέλαι θ',
Ἥς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἀνθρώπου φύσις.

Nulla adeò fando terribilis oratio est,
Vel fors, vel iratâ cœlitum invectum malum,
Natura quin humana patiendo id ferat. Grot.

Epictet. *l.* 1. *c.* 2. τῷ λογικῷ ζῴῳ μόνῳ ἀφορητὸν ὄζῃ τὸ ἄλογον. vide *ad* § 15. Ilocasti dictum.

Καὶ ἐώθειν, ἐξ πάντων] vide *supra* § 41. τὸ κοινόν. & *l.* 4. § 33, 46. & *l.* 7. § 58. Senec. *epist.* 107. *Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est. ecquis rebus istis tam ridiculum est, quàm queri, quòd spargaris in publico, aut inquineris in luto. eadem vitæ conditio est, quæ balnei, turbæ, itineris. quædam immittantur, quædam incident. Non est delicata res vivere. Longam viam ingressis es. & lavaris oportet, & aristes, & cadas, & lassaris, & exclames, O mores, id est, mentiaris. Alio loco comitem relinques, alio efferes, alio timebis: per ejusmodi offendas emetiendum est conjugem hoc iter.* Et mox: *—Quicquid dixeris, malis accidit.——Nihil mirum eorum, ad quæ nati sumus: quæ ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. ità dico, paria sunt. Nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. æquum autem jus est, non quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. imperetur æquitas animo, & sine querela mortalitatis tributa pendamus.*

§ 47. Οὐκ ἐκεῖνό σε ἐνοχλεῖ, ἀλλὰ τὸ σὸν περὶ ἀυτῶ κεῖμα] vide *sup.* § 40. Epictet. *enchir. c.* 5. τεράστιε τοὺ ἀνθρώπους, ἃ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. & *dissert. l.* 3. *c.* 19. Οὐδὲν ἄλλο ταράσσει, ἢ ἀναταστάσεις ἐμέτου τινός ἐστιν ἡ φαντασία. Οὐδὲν γάρ ἐστιν αὐτῷ δεινὸν, ἀλλὰ ἐκεῖ τῆς δόξης καὶ τῆς ἀδυνείας τῆς ἐμετούσης γίνεται τοιοῦτον. Dio. Prus. *orat.* 16. Senec. *de tranq. animi. c.* 4. *Ad tantas ineptias perventum est, ut non dolore tantùm, sed doloris opinione vexemur, more puerorum quibus me-

tus

tus incutit umbra, & personarum deformitas, & depravata facies; lacrymas verò evocant nomina parùm grata auribus, & digitorum motus, & alia quæ impetu quodam erroris improvidi refugiunt.

Ἐξαλοῖφαι σοί ἐστιν] Ità Clem. in *hortator.* ἐξὸν ἀπομάξασθαι τὸ ἁμπεδὸν τῇ σωτείᾳ. vide *l.* 5. § 2. & *Jupr.* § 29.

Οὐ γὰρ παρὰ σοὶ ἡ αἰτία τοῦ μὴ ἐπιτυγχάνειν] Nè contristeris, inquit, si honesta molienti objectum fuerit, quod effectum & successum impediat; cùm eo quod in te est, quodque tui est officii feceris; nec à te sit quod effectu successúque caruerit. Hoc ipso argumento pii homines, Dei ministri cumprimis, solari sese solent, ubi conatus suos advertunt, fructu, oprato etiam magìs quàm sperato forsan, destitui. Esajas *c.* 49. *v.* 4. *Etiamsi frustrà laboraverim, & inaniter, atque incassùm vires meas consumpserim; officium tamen meum penes Jovam est, opus meum penes Deum meum.* Joan Chrysost. *in Joan. Evang. orat* 13. Οὐ γὰρ διὰ τὴν γυναῖκα, τοιαῦτα καὶ τὰ τοῦ διδασκάλου ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ γεωργὸς μὴ τοῦ ἐπιτυχεῖν πολλάκις μόχθει, καὶ πολὺν παραπορεύεται ἀπόνως, καὶ τοῦ ἰδρῶτας, ἂν μηδὲν ἐξενέγκῃ τῶν πόνων ἄξιον ἡ γῆ, παρ' ὑπνὸς ἕτερα δώσατο τῶν πόνων τινὰ παραμυθίαν εὑρών, ἀλλ' ἐπιφέρει μετ' αὐχμὸν καὶ καταφορὰς ἀπὸ τῆς ἄλω ἐκείνης τὴν οἰκίαν, καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία, ἵνα ἔχων ἀπαιτῇ τῆς φιλοπονίας τῆς μακρᾶς τὴν ἀντίδοσιν. ἐπὶ δὲ ἡμῶν οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστι. κἂν γὰρ ἡ γεωργικὴ γῆ μηδὲν ἐξενέγκῃ καρπὸν, ἡμῖν πάντα ὁπόσα δεῖ δείκνυσι πόνον, ὃ καὶ ταύτης καὶ ἡμῶν κύριόν ἐστι. θεὸς ἵνα τοίνυν μὴ ἀφροδίσιος ἐλπίσῃ, ἀλλὰ δώσει τὰς ἀμοιβάς. Ἔσται γὰρ, φησὶ, τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. (Apostoli sunt *ad Cor. ep.* 1. *c.* 3. *v.* 8.) κατὰ τὸν κόπον, ὃ κατὰ τὸ τῶν πεπραγμένων τέλος. Et Bern. *ad Eugen. de consider. l.* 4. *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum, non secundum proventum. Fac quod tuum est: Deus quod suum est, absque tua solicitudine atque anxietate curabit. Planta, riga, fer curam, & tuæ explicuisti partes: incrementum, ubi voluerit, dabit Deus, non tu. ubi fortè noluerit, tibi deperit nihil. Securus labor, quem nullus valet evacuare defectus.* Quod & *ibidem* aliâ imagine non minùs idoneâ illustrat. *En plagam. tibi incumbit curatio. rides me forsan, fore incurabilem persuasus. Noli diffidere: curam exegeris non curationem. Audisti, Curam illius habe.* (Luc. *c.* 10. *v.* 35.) *Et non curavit vel sana illum.*

Non est in medico semper relevetur ut æger.

Cui adjicì poterit, & illud Hieronymi in *epist. ad Pammach. & Ocean. Qui Æthiopem invitat ad balneas; etsi nigredinem non auferat illi, certè vel pecuniam accipit sibi: & licèt illius candore non gaudeat, certè vel suo in lucro lætatur. Ità sine dubio inobedientem qui divinis sermonibus monet, quamvis refragantis peccata non tollat, mercedem tamen de ministerio veræ caritatis sibi acquirit.* Itaque istìc non Æthiops frustrà lavatur, nec operam ludit perditve, qui in eo etiam laborem impenderit. Siquidem ut Apostol. *ad Cor. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 15. Εὐωδία ἐσμὲν τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς σῳζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Καὶ ὁ κόπος ἡμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. Idem *ad eosdem ep.* 1. *c.* 15. *v.* 58. Neque tamen consideratio hæc, è piorum animis omnem prorsus anxietatem, ac tristitiam eximit. Sicut enim χαρὰν καὶ στέφανον καυχήσεως suum ducunt suorum profectus, *ad Thes. ep.* 1. *c.* 2. *v.* 19. ità contrà, etiamsi non inutile planè, triste tamen & cordolium gravissimum est ipsis, ubi conatus hac in parte suos frustratos adspiciunt. *ad Hebr. c.* 13. *v.* 17. & Jerem. *c.* 13. *v.* 17. Ideo Bern. *in Cant.* 42. *Animam meam liberavi. non capio consolationem, dum mortem filii intueor. Quæ enim mater, etiamsi omnem quam potuit curam & diligentiam ægrotanti adhibuisse se sciat, si demum frustratam se viderit, & omnes labores suos esse penitus inefficaces, illo nihilominus moriente, propterea unquam à fletibus temperavit?* Verùm hæc rigidior justo Stoica disciplina non admittit.

Οὐκ ἄξιον ζῆν μὴ ἐπιτυγχάνοντα τούτου] Hoc est quod Clem. *strom. l.* 4. de Philosophis quibusdam: Αὐτίκα τινὲς ἐξαγωγὴν τοῦ σωματείου συγχωροῦσιν, εἴ τις τῶν περιόντων αὐτὸν, ὡς μηκέτι ὀφελεῖσθαι αὐτῷ μηδὲ ἐλπίδα τῆς αὐξήσεως.

Ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ζῆν] Ità *l.* 5. § 29. τοῦ ζῆν ἐξιόντι. de Constantio Ammian. *l.* 22. *Abiit è vita.* & de Theodosio Ambros. *epitaph. Abiit non obiit.* Cicer. *Tuscul. l.* 5. *Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat* (ἢ πίνῃ, ἢ ἀπιέτω) *aut enim fruatur aliquis cum aliis voluptate potandi, aut nè sobrius in vinolentiam vinolentorum incidat, antè discedat. Sic injurias fortunæ, quas ferre nequeas, diffugiendo relinquas.* Et subjungit: *hæc eadem, quæ Epicurus, totidem verbis dicit Hieronymus.* Non soli ergò Stoici istiusmodi dictabant. Senec. *epist.* 91. *In eum mundum intravimus, in quo his legibus vivitur. Placet? pare. Non placet? quacunque vis, exi.* & *epist.* 70. *Hoc est unum, cur de vita non possimus queri. bono loco res humanæ sunt, quòd nemo nisi vitio suo miser est. Placet? vive. Non placet? licet eò reverti, unde venisti.* Epictet. *l.* 1. *c.* 24. τὸ δὲ κυβέλειον, μέμνησο, ὅτι ἡ θύρα ἤνοικται· μὴ γίνου τῶν πουλίων δειλότερος· ἀλλ' ὡς ἐκεῖνα, ὅταν αὐτοῖς μὴ ἀρέσκῃ τὸ πεφυκὸς, λέγει, ὅτι οὐκ ἔτι πτίσσω. καὶ σὺ, ὅταν σοι φαίνηται πνιγηρὰ ἡ τειαῦτα, οἰκτρὸν, οὐκ ἔτι πτίσσω, ἀπαλλάσσου· μέγου δὲ, μὴ θρήνει. sed vide *ad l.* 3. § 1.

Ἡ καὶ ὁ ἐπιτυχὼν] Xyl. aut Cas. quid hìc legerint,

rint, haud est facile conjectu. Neque enim verba, prout habentur, exhibere possunt, quod aut iste aut ille reddidit. Ego opinor legendum, ἢ χὠ ἐνεργῶν. *discedas è vita εὐωρῶς.* i. e. *placido animo, quomodo & is solet discedere, qui id quod volebat assecutus est; simúlque propitio etiam adversus illud quodcunque id fuerit, quod obstiterat tibi, quò minùs id quod volebas efficeres.*

§ 58. Ἀκρ]αιέμενον γίνεται τὸ ἡγεμονικόν] vide *supr.* § 41. Flaccus, *carm. l. 2. od. 1.*

Et cuncta terrarum subacta,
Præter atrocem animum Catonis.

de quo viro verè viro Senec. amplius *de constant. sap. c. 1. & 2.* qui & *ibidem c. 6. Bona viri sapientis solidis & inexpugnabilibus munimentis præcincta sunt. Non Babylonis illi muros contuleris, quos Alexander intravit. Non Carthaginis aut Numantiæ mœniâ, non unâ manu capta; non Capitolium arcémve. Habent illa hostile vestigium: illa quæ sapientem tuentur, à flamma & ab incursu, tuta sunt: nullum introitum præbent, excelsa, inexpugnabilia, Diis æqua.* Philo *de viri boni libert.* ex Xenonis sententia, ὅτι δοῦλον ἀσκὸν βαστάσει τις πλέον ψυσήματος. ἢ βιάσεται τὸν σπουδαῖον ὑπηκόον ἄκοντα δέξασθαι τι τῶν ἀβουλήτων. ἀνίσχυτος γὰρ ἡ ἀπτωτος ψυχὴ, ὡς ὀρθὸς λόγος δόγματα παγίοις ὁρίσασι. Senec. *de sap. constant. cap. 4. Quid igitur? non erit aliquis qui sapienti facere tentet injuriam? tentabit, sed non perventuram ad eum. Majóre enim intervallo à contactu inferiorum abductus est, quàm ut ulla vis noxia usque ad illum vires suas perferat. Etiam cùm potentes, & imperio editi, & consensu servientium validi, nocere ei tentent; tam citra sapientem omnes eorum impetus deficient, quàm quæ nervo, tormentisve in altum exprimuntur, cùm extra visum exiluerunt, citra cœlum tamen flectuntur. Quid tu putas, cùm stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurâsset, ullam sagittam in solem incidisse? aut demissis in profundum catenis Neptunum potuisse contingi? Ut cœlestia humanas manus effugiunt, & ab his qui templa diruunt, aut simulacra conflant, nihil divinitati nocetur: ità quicquid fit in sapientem protervè, petulanter, superbe, frustrà tentatur.* quia, scil. mens inconcussa manet, nec animum istorum quicquam attingit; ut Philo suprà, & Marcus istic. Ità Epictet. *l. 4. c. 5.* Δύναταί τις τὴν προαίρεσιν τὴν αὐτοῦ βιάσαι; ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀνθρώποις, τί ἂν ὑπὲρ ταύτης; ὡς δὲ πρὸς τὰ ἄλογα ζῷα, καὶ πράγματα, καὶ τὰς ἐκπλήξεις, ὅσοι σε βλάπτειν δύνανται, κατάσχες; Ἀνδράποδα ταῦτα καὶ οἰκέται, ἀπὸ τίς οἶμαι, ἀπὸ πόσου τὸ ἀγόρασον, καὶ τὸν γεωργὸν ὅτι ἐστὶ τοῖς περὶ τὰ ἴδια. ὅταν δὲ ἐρημίαν πόλιν οἰκήσαντες καταγελῶσι τῶν πολεοικούντων. Νῦν ἔτι τί προῆγμα ἔχουσιν ὅσοι τοῦ μὴ λυπεῖσθαι ἀπολελύσθαι τὸ τῆς τύχης τρόπος ἔχουσιν ἐπὶ πάντων χέρνιβον. τὴν ἄλλην ἅπασαν παρασκευὴν, ταῦτα δεῖ τὰ πάλιν ἀχρεῖον καὶ ἀνάλωτον ποιοῦντα. ἀνθρώπου ψυχὴ ὑδὸς ἄλλο ἢ δόγματα· ποῖον γὰρ τῆς ὕλης ἔστιν ἰσχυρόν; ἢ ποῖον σῶμα ἔστιν ἀδαμάντινον; ἢ ποία κτῆσις ἀναφαίρετος; ἢ ποῖον ἀξίωμα ἔστιν ἀνεπιβούλευτον; πάντα πανταχῆ ὑπὸτὰ, εὐάλωτα, ὄντα τὸν ὑπισχνούμενον θεραπεύσειν, πᾶσαν ἀνάγκη παρεῖσθαι, καταλιπεῖν, φοβεῖσθαι, περιδεῖν, ἀτελεῖς ἔχειν τὰς ὀρέξεις, ἀπεπτώτους ἔχειν τὰς ἐκκλίσεις. ἔστα ἐγὼ δέλομαι τοῦ μάγου ἀσφάλειαν διδόναι ἡμῖν ὀχυρὰν ποιεῖν; ἢ ἀποχάντας τῆς ὑπῆς καὶ δόλων, τὰ ἀδύνατα καὶ φύσει ἐλεύθερα ἐκπιπτεῖν; divina planè hæc.

Εἰς ἑαυτὸ συσταλῆν] vide *l. 7. § 28.*

Ἀρκεῖσθαι ἑαυτῷ] Senec. *ep. 87. Nunquam major est animus, quàm ubi aliena sepositi; & fecit sibi pacem nihil timendo; fecit sibi divitias nihil concupiscendo.* vide *suprà § 6. & l. 5. § 14.*

Κἂν ἀλόγως παρεκτείνηται] vide *l. 5. § 18. & l. 11. § 3.* Epictet. *l. 4. c. 7.* ἔστα ὑπὸ μανίας μηδὲ δύναταί τις ὕστω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα, καθὼς ἔφασαν οἱ Γαλιλαῖοι· ὑπὸ λόγου ἢ ἀποδείξεως ἐδύνατο; quod autem παρεκτείνεσθαι Marcus hîc, idem Epictet. *l. 2. c. 1.* ἀνατείνεσθαι dixit. ἐν ᾗ καταχθεὶς, ὅτι δείξεις, τίνα δύναται λογικὸν ἡγεμονικὸν, πρὸς τὰς ἀπροαιρέτους φαντασίας ἀνατεταμένον.

Ἀκρόπολίς ἐστιν] Mens, inquit, cujusq; ratione munita est *arx tutissima*, ad quam ubi se quis receperit, in securo jam consistit, verùm tutior nobis & inexpugnabilis revera, ad quam in omni discrimine confugere liceat, *arx* est, de qua Solomon *Proverb. c. 18. v. 10. Turris robustissima est nomen Jovæ; eò recipit se justus, & in tuto collocatur.* Et Marcus eremit. *de leg. spirit. § 2.* Ἡ βεβαία πίστις, πυργός ἐστιν ἰσχυρός. Epictet. *l. 3. c. 26.* Πῶς ἂν ἀκρόπολις κρατύνεται; ὑ σιδήρῳ, ὑδὲ πυρὶ, ἀλλὰ δόγμασιν.

§ 49. Μηδὲν αὐτὸς ἐνδοθεν ἐπίλεγε] Vide *l. 4. § 7. & l. 5. § 36. & infrà § 40. & l. 11. § 37.* Epictet. *dissert. l. 3. c. 8.* Ὁ υἱὸς ἀπόθανεν· ἄλλο ὑδέν ἐστιν; ὑδέν. τὸ πλοῖον ἀπόλετο. εἰς φυλακὴν ἀπῆχθη. Τί γέγονε; [τὸ πλοῖον ἀπόλετο.] εἰς φυλακὴν ἀπῆχθη. τὸ δ, ὅτι κακῶς πέπρακται, ἔξωθεν ἕκαστος προσέθεσαν. & *c. 17.* Ἀλλ' ἡ γυνή μου κακῶς χρῆται. κακῶς. ἂν τις συνδήσηται. τί ὅτι τοῦτο; λέγε, ἡ γυνή μου κακῶς χρῆται. ἄλλο ἔν ὑδέν ἐστιν; ὑδέν· ὁ πατήρ μου ὑδέν δίδωσιν. [τί ὅτι τοῦτο, ὁ πατὴρ ὑδέν δίδωσιν. ἄλλο ὑδέν ἐστιν; ὑδέν·] ὅπ δ κακόν ὅτι τοῦτο, [τί] ἔξωθεν αὐτῷ δεῖ προσθῆναι καὶ προσκαλεῖσθαι; Ità enim restaurandus locus ille videtur. Atque hoc est quod προσαθροίζειν Marcus dixit, *l. 7. § 64.* προσπαθροίζειν Epictetus. Hoc enim ex Epicteti ejusdem διαλέξεων ab Arriano digestarum *l. 5.* qui jam intercidisse videtur, tanquam Stoicis familiare, & peculia-

re-

re vocabulum adducit Gellius *l.* 19. *c.* 1. ubi sapientem dicit objectis vitis terrificis ὑ συσσαπῆναι, ὑδὲ πεσπιθόξάζειν, *nec adsentiri, nec ulteriùs aliquid adjicere, & opinari*, quàm quod visum ipsum renunciat. Neq; enim duo illa, quod Gellius feciſſe videtur, confundenda prorſus & pro eodem habenda exiſtimem. In hanc eandem ſententiam Philemon Com. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 108.

Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοί, δέσποτα,
Αὐτοὶ δι' αὑτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
Οἷον, τέθηκεν ὑός, ἢ κύπτρᾳ πυΐ,
Ἢ, νὴ Δί', ἄλλων τὴν ἀναγκαίων γέ τι.
Εἰ μὴ λάβῃ τοῦτ', Ἀπέδαν', ἀνθρωπόν γ' ὄν τινα,
Τοσοῦτοι χρόνοι τὸ κακὸν, ἡλίκον ὢν ἦν.
Ἐὰν δ' ἀφίωσ' ὁ βίος, καὶ ἔτ' ὀφλῶμεν,
Ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτὸ ἐὰν τὸ σῶμα σηπᾷ,
Πρὸς τῆς κακοῦς ὅτι ἕτερα συλλέγει κακά.
Ὁ δ' ἐπὶ λογισμῷ πύλας παρ' ἑαυτὸ σκοπῶν,
Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ὀφλὼν δ' ἀμύεται.

Here, perſæpe homines graviora efficiunt mala
Ipſi ſibi ipſis, quàm ea ſunt naturâ ſuâ.
Exceſſit vitâ natus, aut mater puta,
Aut proxima aliquis ex neceſſitudine.
Id ſi quis ſic accipiat; Non plus obiit diem
Homo natus; quantum fuerat, tantundem eſt malum.
Quod ſi ſic; Periit; non tuebor amplius;
Hoc vita invita: qui iſta ſecum deputat,
Is ad malum alia ſibi conſarcinat mala.
At qui rationis cuncta ad arbitrium vocat,
Is quod dolet deducit, retinet quod juvat. Grot.

Senec. *ep.* 78. *Levis dolor eſt, ſi nihil illi opinio adjecerit.*

Γνωείζων] vide *l.* 4. § 6. & *l.* 6. § 3. & *l.* 7. § 29.

§ 50. Τί δὴ καὶ ἐγένετο ταῦτα;] Vide *l.* 6. § 36. Epictet. *diſſert.* l. 1. *c.* 6. Ἀλλὰ μύξαι μοι ῥῖνα. πῦ δ' ἔν ἔνεγκε χεῖρας ἔχεις, ἀνθρώπουδον; οὐχ ἵνα καὶ ἀπομύσῃς σαυτόν? τοῦτο ἐν ὑλοτόμον μύξαι γινεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ; καὶ πόσῳ κρεῖττον ἀπομύξασθαί σε, ἢ ἐγκαλεῖν; vide quæ ſequuntur. Chryſoſtom. *orat. de ſtat.* 1. Μὴ λέγωμεν, τίνος ἕνεκεν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς τὰ κωλύματα; διὰ τοῦτο γὰρ συνεχώρησεν, ἵνα σε πλεῖω ποιήσῃ πᾶσι πολλοῖς δείξῃ κρείττονα.

Ἔξω ὑδὲν ἔχει] Hoc eſt quod Seneca *ep.* 93. *Omnia quæ ſiquam erant, cluſit; & ſeipſam ſui finem fecit.* de natura principali. Et Empedocles pariter à Plutarcho laudatus, *de placit. Philoſoph. l.* 1. *c.* 18. à Theodoreto *therapeut. l.* 4. & à Stobæo *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 2. de mundo ſive univerſo,

Οὐδὲ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, ὐδὲ περισσόν,

Nihil eſt in toto vacuumve ſupervacuumve Grot.

Εἰς ἑαυτὸν μεταβάλλει] vide *l.* 7. § 25, 25.

§ 51. Μὴτε ἐν ταῖς πράξεσιν ὀκνοῦειν] *Hucinari, Xyl. tardum & remiſſum eſſe.* Caſ. haud malè. ὀκνοῦειν, languidè agere: tractum ab equis, qui apud Medicos veterinarios ὀκνοῦειν dicuntur, cùm ilia *trahentes languidè incedunt*, τὰ ὀπίσθια ἑφέλκοντες ἐπὶ τὰ ἐμπροσθια, ᾗ ὑποφέροντες, ὅτε ἀλλήλοις συγκρούουσι. vid Ariſtot. *hiſtor. animal. l.* 8. *cap.* 24.

Κτείνων, κρεανομῶν.] Τὸ κρεανομεῖν propriè de viſceribus dicitur, in qua κρέα νέμουσι, *carnes diſtribuuntur.* Homer. *Il.* 1. *v.* 216.

Ἠὲ μεγαλ[illegible] ἀμφὶ πῖον ἔλων ἐπένειμε τραπέζῃ
Κεῖθι δὲ κατακτάμενον ἀτὰρ κρέα νεῖφα δάσσω Ἀχιλλεύς.

i. e. κρεανομῶ. inde enim κρεανόμος. Euſtath. *ibid.* Verum Marius noſter iſthic aliter accipit, de mutuis mactationibus carnificatorum hominum truculentiorum gentium ad illam, carnes *in fruſta ſecant, quasi ad lanienam*: ut Micheas loquitur, *c.* 3. *v.* 3. quod Cleoni minatur ille in Ariſtoph. *equit.*

Περικύμαται ἐν σῇ ἀκάθῳ. i. e. κατὰ μέρος κατακόψω τὸ σῶμα. *Schol.* Ità vocabulum uſurpavit Conſtant. Manaſſes in *breviario hiſtorico de Domitiano*, (ποιν

Διῳῶν αἷμα καὶ σφαγῶν, καὶ μάχης ἀνθρώ-
Κρεανομοῦντ' ἀσυμπαθῶς. —— Sed & Clemens Alex. in *hortat.* ubi Penthei diſcerptionem δυσαγῆ κρεανομίαν appellat: Idémq; de Bacchicis orgiis *ibid.* & ex eodem Euſebium *præpar. l.* 2. *c.* 5. ex Clementis codicibus emendandus. Διόνυσον μυστικῶς ὀργιάζοντα Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τῶν ἱερουργίαν ἄγοντες, καὶ πιλίσαντες τὰς κρεανομίας τῶν φόνων. Eodem ſenſu τὸ κατακερεαγῶν ab Herodoto uſurpatur, *l.* 7. ubi de Pytheo Iſchenoi filio. ὃς ἐς τοῦτο ἀντῆλθε μανίης, ἐς ὃ κατακερεαγὴς ἐπάθε. *donec velut in laniena, fruſtatim conciſus eſt*: κατακερματίσθη.

Οἷον εἴ τις παρασὰς πηγῆ δαυλεῖ, καὶ γλυκεῖα, βλασφημοίη αὐτῶ] Senec. *de benefic. l.* 7. *c.* 31. *Non eſt mihi relata gratia. quid faciam? quod dii omnium rerum optimi autores: qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeverant. Alius illis objicit negligentiam noſtri, alius iniquitatem, alius illos extra mundum ſuum prejicit & ignavos, hebeteſque, ſine luce, ſine ullo opere, deſtituit: Alius ſolum, cui debemus, quòd inter laborem quietémq; tempus diviſimus, quòd non tenebris immerſi, confuſionem æternæ noctis effugimus, quòd annum curſu ſuo temperat, & corpora alit, ſata evocat, percoquit fructus, ſaxum aliquod, aut fortuitorum ignium globum, & quidvis potius quàm deum, appellat. Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui* maledictis ſuorum *infantium arridenti, non ceſſant dii beneficia congerere de beneficiorum autore dubitantibus: ſed æquali tenore bona ſua per gentes populoſque diſtribuunt, unam potentiam ſortiti, prodeſſe. Spargunt opportunis imbribus terras, maria ſtatu movent, ſiderum curſu notant tempora, hyemes æſtatéſque interventu lenioris ſpiritûs nelliunt; errorem labentium animorum placidi, atque*

propitii

propitii ferunt. Intremiscunt illos. Meliúsque multò Dominus Christus. Mat. *c.* 5. *v.* 44, 45. Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων ὑμᾶς. ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Sive ut Luc. *c.* 6. *v.* 35. καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστι ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς. vide *l.* 7. § 14, 69. Minus est quod de lapide Epictet. *l.* 1. *c.* 25. quàm quod Marcus hîc de fonte; Πηγὴ ἀένναον] fontem perennem; qui non fallat, ut torrentes Temæ, Job. *c.* 6. *v.* 14, 20. Naso *remed. l.* 2.

Flumine perpetuo torrens solet altiùs ire:
Sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua.

Cotys, apud Anton. *Meliff. l.* 2. *c.* 12. ἐθέρμανε χειμάρρους ποταμὸς μείζους τοῦ ἀενάου, ἀλλ' ὀλίγον χρόνον. Senec. *ep.* 99. *Non promittere talem in perpetuum, qui casu bonus est:* facit huc quod de gratiâ divina, qua suos is imbuit, Christus. Joan. *c.* 4. *v.* 14. γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Φύσασθαι] *compone te*, Xyl. *gigne te*, Cas. Iren. phrasis duriuscula, & syntaxis insolens. itaq; suspecta mihi lectio. quam tamen si retinere libuerit, quia alia commoda non occurrit, malim vertere, *congenitam & quasi nativam fac tibi usu atque industriâ jugi libertatem.* In hoc te assiduò exerce, ut virtus quasi in naturam transeat tibi. quod Clemens *strom. l.* 7. τῷ ἄρα ἀναπόβλητον τὸν ἀρετικὸν ἀσκητὴν γινώσκει ποιοῦσιν, φύσιν ἡ ἕξις καὶ καθάπερ τῷ λίθῳ τὸ βάρος, ὅτως τὸν δὲ ἡ ὁμοίωσις ἀναπόβλητον.

§ 52. Τίς ἂν φαίνεταί τι ὁ τὸν τοῦ κρατοῦντος ἔπαινον φεύγων ἡδίων ἢ ὁ τοῦ] Ità Basil. quod Xyl. & Lugd. in ἡδίων verterunt, Xyl. sic reddidit, *uter vero tibi elegantior videtur, is qui plaudentium fugit laudem, an illi, qui neque ubi sint, neque qui sint, cognoscunt?* ergò juxta Xylandrum etium transponenda fuerint verba; legendumque τίς ἂν ἡδίων φ. σ. vel τίς ἂν φ. σ. ἡδίων &c. Casaubonus quid legerit, haud est conjectu proclive. cæterùm, ἢ illud in clausula novissima excudit. Sic enim vertit: *qualem ergo censes illum esse, qui tanquam rem momenti alicujus proponit sibi strepitum plaudentium; bonum, qui nec ubi sint, nec qui sint, norint.* Portian. φεύγων ἢ διώκων fuerit. ut *l.* 11. § 19. ἅτε φεύγων ἢ διώκων ὁρᾶσθαι. ità legendo vel sic potest concipi; *Qualis ergò tibi is videtur, qui vanos hominum plausus vel aversatur, vel aucupatur;* (siquidem is ad quid natus sit non videtur attendere.) *vel ii etiam, qui nec ubi sint, nec qui ipsi sint, norunt?* vel etiam Casaubonum sequendo, qui v. h. p. v. au. v. auc. qui nec ubi sint, &c. Liceat bona cum lectoris venia, aliam insuper de loco isto suspicionem meam proponere. Fieri potest, ut Marcus scripserit, ὁ τὸν τοῦ κρατοῦντος ἔπαινον ἢ εὐφημίαν διώκων, ut ex ἢ εὐφημίαν, illud φεύγων ἢ, enatum sit: vel etiam ὁ τὸν τοῦ κρατοῦντος ἢ [ψόγον] φεύγων, ἢ ἔπαινον διώκων, ut ψόγον interciderit, ἢ alterum in proximam clausulam transierit, per excriptoris oscitantiam. Siquidem ἔπαινον φεύγειν, sive laudem vanorum hominum fugere, res est laudis potiùs quàm vituperii. vide *l.* 10. § 13. Cæterùm alii viderint. τίς autem, ἀντὶ τοῦ ποῖός τις frequentiùs est, quàm ut multis moneri opus sit.

§ 53. Ὅς γε ἀρέσκει ἑαυτῷ] vide *ad l.* 3. § 4. Senec. *de tranquill. c.* 2. *Innumerabiles proprietates sunt, sed unus effectus vitii, displicere sibi.* Διαφέρουται γὰρ ἑαυτοῖς (οἱ φαῦλοι) καὶ ἑτέρων μᾶλλον ὀπτυμένων, ἀλλὰ ἢ βλάπτονται. Aristot. *eth. l.* 9. *c.* 4. Senec. idem *ep.* 102. *Putas tu posse sententiam virum omittere? Non est unus una.* Flaccus *epist.* 1.

Idem eadem possit horum durare probantes?

quasi dicat, non possunt.

§ 54. Συμπνεῖν] Arnob. *l.* 2. *Auras accipiant narium & per umbilicum reciprocatas reddant; & nos spiritum consimiliter, & respiramus communibus crebris.* vid. *l.* 9. § 8.

Συμφρονεῖν τῷ σωζόντι πάντα καὶ διοικοῦντι] i. e. Deo sive numini divino, consentire; quod ὁμονγάμονα εἶναι dixit, *l.* 9. § 1. συνεφῆν. *l.* 10. § 21.

Πάντη κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε] animam mundi, sive mentem, vult in omnia diffusam & permeantem universa; de qua *ad l.* 4. § 40. eam Deum esse agnoscunt Stoici ipsi; quem & Jeremias *c.* 23. *v.* 24. ait, *cælum & terram implere; intra* nimirum *omnia, nec inclusum; extra omnia, nec exclusum;* ut Haldebertus *in symbol.* Unde dictum Empedocli, *Deum esse sphæram intelligibilem, cujus centrum ubique, circumferentia nusquam.* Trithem. *ad Cæsar. q.* 1. quanquam Jo. Gerson *super Magnificat. conc.* 3. supplendum monet; *nisi in seipso.* Cæterùm Jul. Scaliger *de subtil. exercit.* 363. *Trismegistum, sed pessimè, dixisse, Deum esse, cujus medium sit centro, circumferentia ubique.* Optimè Hieron. *ad Marcell. q.* 5. *Ut omnibus infusus, & circumfusus, ut cuncta penetret interiora, & contineat exterior.*

§ 55. Οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον] ità *l.* 5 § 35. τίς γὰρ ἄδη τὸ κοινόν;

Οὐδὲν βλάπτει τὸν ἕτερον] vide *ad l.* 2. § 1.

Μόνη ἢ βλάπτει ἐστὶ] Malitia sive vitium, habentâ

habenti ſolummodo malum eſt, & domino ſuo duntaxat nocet. Hierax Pythagoricus in *lib. de juſtitia* apud Stob. *tom. 2. tit. 10.* Ὁ κατέχων αὐτὸς μὲν ὑπ' ἀδικοῦς μαλλόντων ἑαυτὸν ἀγνοεῖν ἀδικεῖ. ἐν μὲν γὰρ μόνον δεῖ τὸ ἀδικούμενον ἐκπονεῖν ἢ ψυχή· τὸ δὲ ἀδικεῖν, καὶ ὀπιβελεῖον ἢ καρδία, καὶ ἐν τῷ ἀδικεῖσθαι, καὶ κτᾶσθαι ἀδικουμένου· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐλαττον, (βλάπτει,) τὸ δὲ πλεῖον· ἔλαττον μὲν τὸ ἀδικεῖσθαι μέλλοντα, πλεῖον δὲ τὸ ἀδικεῖν διαφεύγοντα. ἐπεὶ καὶ ἀπ' ἀυτοῦ τὸ κίνημα λαμβάνει καὶ τὸ ἔπαραι· ἀλλοτρίῳ κακῷ; & *c. 24.* πλὴν ὅτ' ἐσθιε τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, ὥσπερ ἄξιον, τὸν κυβερνῶντα ὑμᾶς καὶ πατρικῶς σωφρονίζοντα, ἐκ τῶν ἰδίων. ubi reſtituenda vocula una quæ intercidit, Θεὸς, ut τῷ Θεῷ, quod præceſſerat, reſpondeat, & ἐν τῷ κοινῷ ſuppleudum ὁ Θεός.

γουσθαι τοίνυν, ἢ τεκόντα φεύγειν ἀνάπλ, καὶ πεῖν τεκεῖν ἐν τοῖς ἰδίοις φλέγει, καὶ δίψα λυμαίνεται, καὶ τῷ ἐπ' αὐτῇ ἰῷ χρώζει ὁ δυσπειθὴς τῇ βαφῇ. ἔτι γὰρ τοῦ πυεῖ τῷ τεκόντι ὕλαιο θελγθεῖν δυνατὸν [φησὶ] τῷ τῆς ἄλλων λύμης, πεῖν παντελῶς αὐτὸ ἀναλῶσαι. ὅταν καὶ πᾶς ἀδικῶ, αὐτὸς τῆς κακίας φέρτερος γίνεται, φεύγει εἰς ἄλλας ἀφίνας. Itaq; efferos hoſce animi affectus, ſive πάθη, Themiſtius *orat. quinquen.* confert σκληφοῖς νοσήμασιν, ὡς αὐτὸ περίτλω πεμφύμενα καὶ δυσπαθῆσα τῷ ψυχῇ, ἢ ἐστέτακα. ità ſiquidem Pantinus locum corruptum dubio procul cenſet reſtituendum. cætera forſan feliciter ſatis: ultimum illud ἢ ἐστέτακα, quod ille vertit, *cui intabuit*, minùs placet, malim ἢ ἐντέτακα, *cui innaſcitur*; quemadmodum Ariſtoph. *veſp.* γόνον ἀρχαῖον ἐν τῇ πόλει ἐντετυχῆσαι. Senec. *epiſt. 81. Minimum ex nequitia leviſſimúmque ad alios redundat: quod peſſimum ex illa eſt, & (ut ità dicam) ſpiſſiſſimum, domi remanet, & premit habentem. quemadmodum Attalus noſter dicere ſolebat, Malitia ipſa maximam partem veneni ſui bibit. Illud venenum, quod ſerpentes in alium perniciem proferunt, ſine ſua continent, non eſt huic ſimile: hoc habentibus peſſimum eſt.* Verùm ulteriùs iſtis Marcus noſter progreditur. Maleficus quiſq; ſe primùm, ſe præcipuè lædit, inquiunt illi: ſe ſolùm, iſte. Veneni ſui maximam partem exorbet ipſe, aiunt illi, totum prorſus, iſte. vide *infrà* § 59.

Ὁπόταν περὶ ὅτου διαίρη] In ipſius, inquit, eſt arbitrio, quamprimum ipſe voluerit, malitiam ſuam deponere. vide *lib. 2.* § 11. & *l. 7.* § 71. Senec. *Hippolyt. 1. 2.*

Pars ſanitatis, velle ſanari fuit.

Ità Jacſonus noſter *in ſymbol. part. 2. lib. 2. c. 6.* § 3. *pars eſt morbi nolle ſanari: pars ſanitatis, velle ſanari.* Secùs nimirum, quàm in corporis affectibus. ὑ γὰρ, εἰ βούλοιτο ὑγιαίνειν, ὑγιαίνοιεν. Ariſtot. *eth. Eudem. l. 7. c. 2.* Joan. Chryſoſt. *in Gen. orat. 19.* ὑ γὰρ καθὸν ἐπὶ τῶν σωματικῶν θαυμάτων ἔστιν ἰδεῖν, ὅτου μὲν ἐπὶ τῆς θεραπείας· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωματικῶν, εὐλογτά ἐστι πολλάκις τὸ τῆς φύσεως πλέον· ἐπὶ δὲ τῆς θεραπείας ὑδὲν τοιοῦτον. ἀλλ' ἔστι πολλάκις διαλύσασθαι καὶ τὸν σοῦλον μεταβαλέσθαι αὐτομαλῶσαι καὶ χρώσθαι πάλιν, καὶ τὸν κάλλος βαδυμήσαντα πρὸς τὴν προ-

§ 56. Ἄλλων ἔσχατα γεγένηται] vide *l. 2.* § 1. & *infr.* § 59.

Ἡ τῆς πλησίον κακία ἐμὲν κακόν] vide *ſuprà* § 50. & *l. 4.* § 43. Epictet. *l. 3. c. 18.* Τί σοι καὶ τῆς

& τῆς κακῆς, ὥσπερ ἄξιον, τὸν κυβερνῶντα ὑμᾶς καὶ πατρικῶς σωφρονίζοντα, ἐκ τοῖς ἰδίοις. ubi reſtituenda vocula una quæ intercidit, Θεὸς, ut τῷ Θεῷ, quod præceſſerat, reſpondeat, & ἐν τῷ κοινῷ ſuppleudum ὁ Θεός.

Οὐκ ἤθελε τοῦ Θεοῦ] vide *l. 2.* § 11.

Ἵνα μὴ ἐπ' ἄλλῳ ᾖ τὸ ἐμὲ ἀτυχεῖν] Epictet. *enchir. c. 25.* ὁ διάσασι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, ὁ μᾶλλον ἢ ἐν αἰτῷ. Senec. *epiſt. 70. Bene loco res humanæ ſunt, quod nemo niſi vitio ſuo miſer eſt.* Jo. Chryſoſt. *de ſtatuis orat. 18.* Οὐδὲις γὰρ ὑμᾶς ἀθλίους ποιῆσαι δυνήσεται, ἐὰν μὴ ἑαυτοὺ πείσωσιν· ὥσπερ ὅταν ἐν ὑδὲ πολεμίοις, ἐὰν μὴ ἑαυτοὺ ἡττήσωνται καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ χάριτι. vide *l. 10.* § 13.

§ 57. Ὁ ἥλιος κατακέχυται δικαίως] Simile quiddam de Deo & mente humana, Senec. *de beat. vit. c. 8. Mundus cuncta complectens, rectórque univerſi Deus, in exteriora quidem tendit, ſed tamen in totum undique in ſe redit. idem noſtra mens faciat: cùm ſecuta ſenſus ſuos, per illos ſe ad externa porrexerit, & illorum & ſui potens ſit, & in ſeſe revertatur.* Et *epiſt. 41. Quemadmodum radii ſolis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt unde mittuntur: ſic animus magnus, & ſacer, & in hoc demiſſus ut propiùs divina noſcémus, converſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ: illinc pendet, illuc ſpectat, ac nititur: noſtris tanquam melior intereſt.* Minut. in *Octav. Deo cuncta plena ſunt: ubique non tantùm nobis proximus, ſed infuſus eſt. in ſolem adeò rursus intende. Cælo affixus eſt; ſed terris omnibus ſparſus eſt, pariter præſens ubique intereſt, & miſcetur omnibus.*

Οὐ μὴ ἐκλείψωσι] De ſole itidem Julian. *orat. 2.* Τὸ φῶς ᾗ ἐκεῖς αὐτὸν ἀφαιρεῖται. ἀλλ' ὑδὲ αὐτὸς αὐτὸν ἀφαιρεῖται φωτὸς, τῷ συλλύειν ἐξ ἑαυτοῦ ἰσαυθῆναι θελήματος, καὶ μᾶλλον δὲ αὐτῷ τῆς αὐτοῦ φύσεως. ὑδὲ τὸν μέγαν καὶ θαυμαστὸν τοῦτον κόσμον ἠμαύρωσε [αὐτῆς vulg. αὐτῷ emendant perperam.] καὶ ἠμέρας. ἐκεῖ ὑδὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς ἀρετῆς μεταδιδοὺς ἄλλῳ, τῷ μετοδόντι μεῖον ἔχων ἐφάνη ποτέ. De face pariter Tatian. ad Græc. Ἀπὸ μιᾶς λαμπάδος ἀναπτόμενα μυρία πολλαὶ, τῆς ᾗ φωτὸς λαμπάδος διὰ τὸ ἐκλιπεῖν τὴν πολλῶν λαμπάδων ὑκ ἐλαττοῦται τὸ φῶς. Quod Ennius apud Cicer. *offic. l. 1.*

Homo,

Himo, qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit:
Nihilo minùs ipſe lucet, cùm illi accenderit.

Ἀκτῖνες ἀπὸ τοῦ ἐκτείνειν λέγονται] In notationibus ludere, & conatu parùm felici, Chryſippo Stoicíſque ſolenne fuit. Marcus iſtic ἀκτῖνας dici vult ſolis radios παρὰ τὸ ἐκτείνειν ab *extendendo*; minùs probabiliter. Neq; enim ſolent præpoſitiones in deductis hac ratione immutari. Meliùs Grammatici παρὰ τὸ ἄγειν deducunt: ἄγω, ἀξῶ, ἦξα, ἦχμαι, ἤχθην, ἀκτὶς. Neque enim Etymologo accedo derivanti παρὰ τὸ ἄγω, τὸ φέρω, ὅτι πάντα ἐκτείνεται φύεται (quod & Marcus iſtic) πάντα φέρεται. Malim παρὰ τὸ ἄγειν ἤτοι ἀγωνίαν, τὸ πλάνην. i. e. frangere: unde & ἀκτὴ litus, ad quod undæ alliſæ franguntur, & ἀκτῖνες ſolis radii, quòd ἀφ' οὗ τὸ στερέμνιον ut Marcus loquitur, i. e. *ad corpora ſolida refringuntur.*

Πρὸς τὰ ἀνωφελῆ τὰ κωλύματα] Senec. *epiſt.* 92. *Sed quædam ſoli quoque obſtant. At ſolis vis & lux integra eſt etiam inter oppoſita: & quamvis aliquid interjaceat, quod nos prohibeat ejus aſpectu, in opere eſt, curſu ſuo fertur. quoties inter nubila luxit, non eſt ſereno minor, nec tardior quidem; quamvis multùm intereſt, utrùm aliquid obſtet tantùm, an impediat. Eodem modo virtuti oppoſita nihil detrahunt. non eſt minor, ſed minùs fulget: nobis forſitan non æquè appareat ac nitet; ſibi eadem eſt, & more ſolis obſcuri, in occulto vim ſuam exercet. hoc itaque adverſus virtutem poſſunt calamitates, & damna, & injuriæ, quod adverſus ſolem poteſt nebula.*

Ἐπιλάμπειν τὸ ἀνεμπόδιστον] Tren. *adv. hæreſ. l. 4. c. 28. qui in lumine ſunt, non ipſi lumen illuminant, ſed illuminantur & illuſtrantur ab eo.*

Αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ στερέον] Corpus opacum ſolis radios non admittendo, lucis beneficio ſeſe privat, ſoli nihil detrahit. ità qui officium ſuum præſtanti ſe opponunt, bono, quo frui poterant, ſe privant, autori ſive actori nihil obſunt.

§ 58. Ἦτοι ἀναισθησία φοβεῖται, ἢ ἀθάνατον ἐπηγγείλατο] Frigidum ſanè, frivolúmque nimìs adverſus mortis metum ſolamen; *aut nullum eſt poſt mortem ſenſum habiturus, aut aliuſmodi quàm nunc habes.* Hoc eſt, quòd Senec. *epiſt.* 82. *adverſus mortem minuta jacularі; fabulæ leonem excipere.* poteſt enim & ſenſus, qui nunc eſt, manere, manebítq; in improbis, ut tamen aliuſmodi cruciatus perſentiſcant, quàm dum hîc viverent, unquam experti fuerit.

Ἀλλοῖον ζῷον ἴσῃ] nihil hoc eſt neceſſe.

Τοῦ ζῆν τὸ πάνυ] Atqui hoc eſt ipſum miſerarum omnium cumulus & culmen; quòd improbis ἄπαξ ἀποθανεῖν ἀπόκειται. *ad Hebr. c. 9. v. 27.* ſemel tantùm mortem obire liceat. quod Sophocl. apud Stob. *tem. 2. tit. 120.*

Θανεῖν γὰρ οὐκ ἔξεστι τοῖς αὖθις βίοις.
Namque homini eidem bis datum non eſt mori.

Poſt mortem ſemel obitam, in morte ſecunda, quæ ſic dicitur *Apoc. c. 20. v. 14.* quà ζῶντες ἐβλήθησαν εἰς λίμνην τοῦ πυρὸς τὸν καιόμενον ἐν θείῳ, *ibid. c. 19. v. 20.* iteratò mori non detur. Bern. *ad Eugen. de conſider. l. 5.* alludens ad illum Eſajæ *c. 66. v. 24.* & Marci *c. 9. v. 44. Ubi vermis nunquam moritur; nec ignis unquam extinguitur. Horreo vermem mordacem, & ignem vivacem. Horreo incidere in manus mortis viventis, & vitæ morientis. Hæc eſt ſecunda mors, quæ ſemper occidit, nunquam perocciditquis det illis ſemel mori, ut non moriantur in æternum? qui dicunt montibus, Cadite ſuper nos, & collibus, Operite nos.* (Luc, *c. 23. v. 30.* & *Apoc. c. 6. v. 16.*) *quid niſi mortem mortis beneficio, aut finire, aut evadere volunt?* denique, *invocabunt mortem,* ait, *& non veniet.* Apoc. *c. 9. v. 6. Quàm miſerum eſt autem,* ut Adrianus Imper. olim, *mortem optare, & mori non poſſe?* ſive, ut chorus apud Senec. *Agamen. 3. 2.*

O quàm miſerum eſt neſcire mori!

Imò, *quid miſerius, quàm,* quod Bern. *ib. ſemper velle quod nunquam erit, & ſemper nolle quod nunquam non erit? Non eſt dubium multò fore deterius his qui ſic erunt; quàm his qui omnino non erunt.* Idem *in Cant. ſerm. 35.* ſiquidem *anima in eo ſtatu poſita, & beata eſſe perdit, & eſſe non perdit. qua ex re cogitur ſemper, ut & mortem ſine morte, & defectum ſine defectu, & finem ſine fine patiatur: quatenus ei & mors immortalis eſt, & defectus indeficiens, & finis infinitus.* Gregor. Rom. *dialog. l. 4. c. 45.* ſive, ut idem, ſi urriu que autor idem, *in Job. l. 9. c. 48. Fit ergò miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu; quia & mors ſemper vivit, & finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit.* Ità, *erunt illic homines ſemper in morte, ac per hoc nunquam viventes; nunquam mortui, ſed ſine fine morientes; vitæ morituri, & morti ſine fine victuri. Nunquam autem erit homini pejus in morte, quàm ubi erit mors ipſa ſine morte.* Auguſt. *de civit. dei l. 13. c. 11.* & *homil. 16.* Atque hoc Joan. Chryſoſtomus opinatus eſt voluiſſe Apoſtolum, *ad Cor. epiſt. 1. c. 3. v. 15.* cùm diceret, Σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός. ac ſi οὐχ οὕτως ὡς διὰ πυρός, idem ſit quod ἐν πυρὶ οὐχ οὕτως. Verùm aliud prorſus illud eſt, de quo videatur Joſ. Scaliger. *notis ad N. T.* Cæterùm hinc querelæ illæ apud Jobum *c. 3. v. 18. Cur æruminoſo lux amplius datur, & vita amaris animæ protrahitur? quibus mortem poſtulantibus non adeſt illa, quamvis eam præ theſauris abditiſſimis requirant: qui lætarentur ac præ gaudio exultarent, ſi ſepulcrum adire aut repetere liceret.* Et Auſon. *idyl. 15.*

——*Juturna reclamat,*
Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta eſt
Conditio? ſic Caucaſea ſub rupe Prometheus
Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat
Incuſare Jovem, data ſit quòd vita perennis.

Ità,

Ità, quòd Plin. *l.* 25. *c.* 3. *Ea vitæ conditio est, ut nemi optimum portus sit*; siquidem ut Philemon apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 122.

Θανεῖν ἄειστόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.
Satiùs mori, quàm vivere infeliciter.

Et Sophocl.

Τὸ μὴ φῦναι μὲν, ἢ τὸ ζῆν κακῶς.
Non esse præstat quippe quàm malè vivere.

Et Æschylus *Ixione*:

Ζωῆς πενητὸς δεινὰ καὶ ἐσπερώτερα
Τὸ μὴ γενέσθαι δ' ὄλβιον, ἢ πεφυκέναι
Κρείσσων, κακῶς πράσσουσα.——
Laberiosâ ætate mors felicior:
Natúmque non fuisse, quàm esse exitiosi
Malus viro illi, sæva cui tolerandа sunt.

quantò magis ea si æterna fuerint, & in æternum subeunda: quemadmodum idem in *Prometh.*

——κρεῖσσον εἰσάπαξ θανεῖν,
Ἢ τὰς ἀπλάτους ἡμέρας πόνοις κακῶς.
——*satius est semel mori,*
Quàm trahere miseros vita quot rimetur, dies.

Hoc est, quod Christus Dominus, Matth. *c.* 26. *v.* 24. Καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος: Cui ego credere malim, quàm viro eruditissimo, qui in contrarium contendit, deterioris conditionis esse, omnino non esse, quàm esse in miseria pœnæ interminatæ. Rectiùs solidiúsque Lysias *adv. Phrynicum* ab Athenæo *l.* 12. laudatus: ubi Cinesiam acerbissimè perstrinxerat, Ὡς ἀσεβέσατον ἁπάντων καὶ παρανομώτατον ἀνθρώπων γεγονότα, καὶ τοιοῦτα περὶ θεοὺς ἐξαμαρτόντα ἃ τοῖς ἄλλοις οὐκέτι ἐξὸν καὶ λέγειν. Nec non congerrones illius Ἀντὶ Νεμέας Κακοδαιμονιστὶ σφισιν αὐτοῖς τέκνεμα θεμένης, ὡς ἐκ θεῶν καταγελῶσας: subjicit statim, Ἐκείνων μὲν ἓν ἕκας καὶ ἀπόλεπε, ὥσπερ φιλοῦ τοῦ πιέτυς· τόπον δ' ἀεὶ πλείστων γινωσκόμενον εἰ θεοὶ ἔπος διέθεσαν, ὥστε τοῦ ἐχθρὸς αὐτὸν βάλειν ζῆν μᾶλλον ἢ τεθνάναι, παράδειγμα τοῖς ἄλλοις ——Τὸ μὲν γὰρ ἀπεθανεῖν, ἢ καμεῖν νομίμως, κοινὸν ἅπασιν ἡμῖν ἐστιν· τὸ δ' ἔπος ἔχον τὰ παῖπαν χείρον διατελεῖν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπεθνήσκοντα μὴ δυνάσθαι παύσασθαι τὸν βίον, τίτοις μόνοις προσοίκει τοῖς τὰ τοιαῦτα, ἅ φησι θ', ἐξημαρτηκόσιν. Spectant horsum illa Senecæ *Medeâ* 5.

JAS. *Infesta mecum perime.* MED. *Misereri jube.*

Et *Agamem.* 5. 3.

E. *Concede mortem.* C. *Si recusares, darem:*
Rudis est tyrannus morte qui pœnam eximit.

E. *Mortem aliquid ultra est?* C. *Vita, si cupias mori.*

Sed & Suetonii illa de Tiberio *l.* 3. *c.* 61. *Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeò leve supplicium putabat, ut cùm audisset unum ex reis, Carnuficum nomine, anticipâsse eum, exclamaverit, Carnufex me evasit. Et in recognoscendis custodiis, precanti cuidam pœnæ maturitatem, respondit; Non-dum tecum ingratiam redii.* Deus certè cum morti æternæ addictis nunquam in gratiam est deinceps rediturus, utpote quibus interminetur (nec vanæ sunt minæ Dominicæ) & *memoriam certissimam damnandorum, & oblivionem plenissimam damnatorum*; utí differtè Ruffinus; videndus *comment. in Oseam l.* 1. *ad c.* 1. *v.* 6. Frigidum ergò solamen, vitam non desituram, ubi morte ipsâ potest esse vita millies multò acerbior.

§ 59. Ἀλλήλων ἕνεκεν] vide *ad l.* 2. § 1. & *suprà* § 56.

Δίδασκε ἢ φέρε] vide *l.* 5. § 28. & *l.* 6. § 25. Varro *satyr. Menipp.* de mariti officio; referente Gellio *l.* 1. *c.* 17. *Vitium uxoris aut tollendum, aut ferendum est. qui tollit vitium, uxorem commodiorem præstat: qui fert, sese meliorem facit.* Malè autem Xyl. Δίδασκε *disce*: imò, *doce, corrige, evince, redarguе*.

§ 60. Καὶ ὅταν ἐυλαβῆται, καὶ ὅταν πεῖ πῶ σκίψιν φύγῃ] Xyl. & Cas. τὸ ἐυλαβεῖσθαι καὶ πεῖ τῶν σκίψιν φύγειν, eódem referunt, cùm diversas & disparatas mentis operationes designari, καὶ ὅταν illud bis positum clarè satìs ostendat. Non est itaque istic τὸ ἐυλαβεῖσθαι *cautum esse*, quod neq; simpliciter unquam, opinor, significat; sed *cautè agere*, sive *cautè in re aliqua versari*: hoc autem in loco potiùs, *declinare*, sive *cautè defugere*. Sicut Latinis *metuere*, pro, *cavendo fugere & effugere*. Flaccus *carm. l.* 2. *od.* 2.

Illum aget pennâ metuente solvi
Fama superstes.

i. e. solvi cavente, & cavendo effugiente, nè solvatur. & *l.* 3. *od.* 11.

Quæ velut latis equa trima campis,
Ludit exultim, metuitque tangi.

i. e. tactum declinat. ità Græcis: τὸ ἐυλαβεῖσθαι, *cautè declinare, aversari, fugere*. Isocrat. *ad Demon.* § 9. ἐυλαβοῦ τοὺς διαβόλους, κἂν ψεύδεῖς ὦσιν. i. e. *aversare, declina*. Plato *polit. l.* 2. ἐυλαβούμενοι πενίαν ἢ πόλεμον. *Fugientes pauperiem aut bellum. Mens*, inquit, *secus quàm cogitta aut jaculum fertur.* Sagitta namq; non rectà fertur ubi à solidiore materia, in quam inciderit, relilit; sed nec cùm scopum petit remotiorem, quàm ut rectà permeando assequi possit. Mens autem & *cùm declinat aliquid, & cùm in rei alicujus consideratione voluntatur*, ad quam ea necessariò requiritur, etiàm tunc quoq; *ad scopum illi propositum rectà fertur* nihilo minùs, quàm cùm aut prosequitur aliquid, aut cum consideratione vel omissa, vel peracta, jam rem ipsâ aggreditur.

Φέρεται κατ' εὐθύ] vide *l.* 6. § 16. & *l.* 10. § 11. *recta* scil. *mens* utrobiq; *fertur*, tum quia *rationis rectæ ductum* utrobique *sequitur l.* 7. § 55. & *l.* 5. § 14. tum quia *ad brevissima & expeditissima* etiam tunc quoq; *procedit. l.* 4. § 51.

Οὐδὲν ἧττον, καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον εἰσίσται εἰς τὸ

Τὸ ἡγεμονικὸν] ità Bas. & Lugd. quod Xyl. reddidit, *recta tamen fertur ingredi in primi ejus cujusvis partem.* Verùm nec grammaticam syntaxin ista satis sustinent, nec contextûs verbis, prout exhibentur, respondent. Ego Marci verba & luxata & mutilata sulpicor; legendumque existimo: φέρεται καὶ ἐνδυνήσεται ὅτι τὸ συγγενικὸν ἡμῖν εἰς ἑαυτὸν [πεσὸν] εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἕτερον &c. Cæterùm D. Boot. & M. Casaub. postrema ista à superioribus disjungunt, & a. ἀνάγκαι novam ordiuntur periodum: quæ monitum continent, in pudicendo considerandi mentes aliorum, quale & illud est *l.* 7. § 62. & *l.* 9. § 19. hoc si admittere libuerit, lege παρέχει, non παρέχει, in clausa ultima. quod & Bootio visum est.

Παρέχει ἡ ἑτέρᾳ πρὸς ἑαυτήν] Hoc est quod *l.* 3. § 8 dixerat, ἑαυτῷ ἀμφιλαλεῖ. & *l.* 10. § 9. ἑαυτῇ συνῳδόν. Illorum autem, quorum proximè mentionem feceram, de loci istius constitutione, in sententiam jam defendendo prorsus: dictus nimirum Epicteti istis, quæ Marci mentem apprime explicant. *ex dissert. l.* 3. *c.* 9. εἶτ' ἐρεῖς, Συμβαλοῦ. Ἐπιτήτῳ, ὡς λίθῳ, οὐ δυνήσεται· ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ ἡ φύσις ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἢ ὡς ἀνθρώπῳ συμβάλλειν, ὡς τὰ ἀγαθὰ αὐτῷ καθαμαθεῖν, καὶ ἐν τῷ μέρει τηρεῖν. καλόν ἐστι μοι τὸ ἀγαθόν, δεῖξόν μοι τοῦτο· ἢ ὅπως λέγω συμβάλλομαι μοι. ἀλλ' οὐκ ἐμοὶ ἀλλήλοις· ἐπὶ πᾶν καιρὸν δόγμα ἐστὶν ἐν αὐτῷ ἢ πρᾶξις, δεκτικὸν μέντοι Hoc est quod Marcus εἰς ἑαυτὸν εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἐμοὶ παρέχειν ἢ καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἡγεμονικόν. Aliud est quod Hesychius in *silentio, cap.* 1. § 23. Ὥσπερ ὁ κρατῶν ἵππον ἐν χειρὶ, μέσον ἢ, εἰ τύχοι, πολλῶν ἱππάρχων, ἀνίζων τῇ ἐφόδῳ, βλέπει μὲν τὸ ἔμπροσθεν τοῦ ἵππου, βλέπει ἢ καὶ τὰ ἄλλων τῶν ἐγκεκριμένων τῇ ἐπὶ ἔφοδον· ὅπως ὁ δὲ ἄλλα ἐγκέκριται εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· βλέπει μὲν τὰ ἑαυτοῦ κατάστασιν ἐν αὐτῇ, βλέπει ἢ καὶ τὰ μέλανα ἀφίσια τῆς γνώμης. Aliud & quod Ambros. *offic. l.* 3. *c.* 16. de amicis: *ostendamus illi nos pectus nostrum, & ille nobis aperiat suum.*

Ad Librum IX.

§ 1. Ὁ Ἀληθῶς ἀσεβὴς] Nihil hoc axiomate est paginæ sacræ, pietatique Christianæ magis consentaneum. Siquidem ut Joannes Apost. *epist. 1. c.* 4. *v.* 21. Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, (τοῦ Θεοῦ) ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Et Christus Dominus apud eundem *Evang. c.* 13. *v.* 34. Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. Unde Paulus *ad Thess. ep. 1. c.* 4. *v.* 9. Θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. Proinde caritatis justitiæque quisquis legem violat, pietatis etiam læsæ eodem nomine tenetur, quia voluntatem divinam transgressus deprehendirur. Optimè Dio Prus. *orat.* 3. absque hoc, quòd Deos pro Deo dixerit. Ἐγὼ γὰρ ἐναγεῖς καὶ ἀλιτηρίους καὶ μιαροὺς τοὺς ἱερὰ συλῶντας, ἢ λέγοντας ἢ βουλομένους. οὐδὲ γὰρ θεοὺς ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοὺς τε δικαίους, καὶ ὁσίους, καὶ ἀκεραίους, καὶ ἀνθρώπους, καὶ καθόλου τοὺς σωφρονοῦντας ἢ φρονοῦντας περὶ τὴν δύναμιν καὶ βούλησιν τῶν θεῶν. Potest his adjici, quod cumprimis huc facit, & Philonis illud *de decalog.* 1. *ad leg.* 7. Ὁ κλέπτων πρὸ ἑαυτοῦ ἴσως καὶ ἱεροσυλήσας ἔσται· τὸ γὰρ ἱερὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος ἐστὶν ἅγιον· τί γὰρ σεμνότερον ἢ ἀνεπίφθονον ἀνθρώπου ἀνδρός; Et *de legib. special. orat.* 2. ὅσια μὲν ἀνθρωποφιλία, καὶ τὸ κλέπτειν; ἄνθρωπον ὀνομάζεται· τὸ δ' ἀληθὲς ἔργον ἐστὶν ἱεροσυλία, καὶ ἱεροσυλῶν ἡ μεγίστη· διὸ καὶ ἐν νόμῳ κτήματος καὶ κοινωνίαν οὐδὲ ὅτε ἱεροσυλήσειεν, ὅτι θεοῦ ἐστὶν ἀθεώτατα, παγκάλης οἰκίας παγκάλου οἰκοδομεῖσθαι, ἀρχετύπου λογικῆς ἰδέας παράδειγμα τυποῦσθαι. τὸν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ ἀπεικόνισμα καὶ ἀντιμίμημα τοῦ νοητοῦ Quod & Iatius cum Marco protelat Solomon, *Proverb. c.* 14. *v.* 31. *Qui opprimit egenum, probro afficit opificem ejus* & *c.* 17. *v.* 5. *Qui subsannat pauperem, probro afficit opificem ejus.* & ulterius adhuc *c.* 14. *v.* 21. *Qui contemnit proximum suum, peccator futurus est.* hoc est, Qui hominem quemvis facto, dicto, cogitato, manu, linguâ, mente læserit: is coram Deo, & adversus Deum ipsum admissi peccati reatu obstrictus tenebitur. Eumæus Ulyssi, Odyss. ξ.

Ξεῖν' ἔ μοι θέμις ἐστὶν, ὅσ' εἰ κακίων σίθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε.

Sed & Clem. Roman. *recogn. l.* 5. ubi simulacrorum cultores introduxerat impietati suæ velamentum istud prætexentes; *Nos ad honorem invisibilis Dei imagines visibiles adoramus.* Respondet: *Falsissimum. si enim verè velitis Dei imaginem colere, homini benefacientes, veram in eo Dei imaginem coletis, in omni enim homine est imago Dei.* Mox ubi varia caritatis ac misericordiæ opera recensuerat; *Hæc in tantum ad honorem Dei imaginis cedunt, ut qui ista non fecerit, contumeliam imagini divinæ intulisse credatur.* Clemens Alex. ad *Hortatorii* exitum, ipsissimis ferè Marci verbis; ὁ γὰρ

ἀπὸ τρόπου φιλοσόφων παῖδες, πάντα ὅσα φάττουσιν οἱ ἀνόητοι, ἀνεπιτρεπῆ ἡγεμονικὸν νομίζουσιν.

Ἕνεκεν ἀλλήλων] vide *l.* 2. § 1. &*l.* 5. § 30.

Τῷ προσφυεστάτῳ τῆς θεῶν] τῷ τῆς ὅλων φύσιν. vide *ad l.* 4. § 23. quam & τῷ ἀληθεστάτῃ postea indigitat. ἡ τῶν ὅλων ἀληθῶν ἀπάντων πρώτην αἰτίαν. prout autem *natura naturans*, (ut scholæ linguâ loquamur) ità & *prima veritas* Deus est. אל הים אמת i. e. *Deus veritas*, dictus Jeremiæ. *c.* 10. *v.* 10. non אל אמת duntaxat i. e. *Deus veritatis*. *Psalm.* 31. *v.* 5. cujus itidem *lex* & *sermo*, אמת *Psal.* 119. *v.* 142. non λόγος ἀληθείας tantùm, Jacob. *c.* 1. *v.* 18. sed ἀλήθεια quoque, *veritas* ipsa. Joan. *Evang. c.* 17. *v.* 17.

Τὰ δ' ἄλλα πρὸς τὰ ὑπάρχοντα πάντα] *Hæc autem omnia inter se.* Xyl. ut idem prorsus valeat utrumque, τὰ ὄντα καὶ τὰ ὑπάρχοντα. at Cas. *quicquid nunc est ad id quod prius fuerat, initiúmque illi dedit.* ut τὸ ὑπάρχον hic idem sit quod τὸ ὑπάρξαν. Sicut & τὸ ὑπάρχειν in illis usurpatur, quæ *ad l.* 2. § 10. laudavimus. Utrumvis constare potest. illud simplicius videtur.

Ὁ ψευδόμενος ἀπιστεῖ] *Falsa*, inquit, *quisquis loquitur, impietatis est reus*; sive volens id, sive nolens fecerit. Si volens sciénsque; quia fallere vult. Fallere autem est injustitiæ pars. si nolens, quia rerum naturæ veritatíque adversatur. Videantur Augustini *de mendacio*, & *contra mendacium*, *ad Consentium*, scripti libelli.

Ἀφορμάς] *occasiones.* Xyl. *instinctus & opportunitates.* Cas. malim, *subsidia. Subsidia & adminicula à natura accepit*; ità usurpavit Xenoph. Œcon. ἐρωτῶ ὁπηνίκα πρὸς ἔχοντας ἡγῇ ἀφορμὰς, ἀφ' ὧν δύναιτ' ἂν αὔξειν τοὺς οἴκους. *& adminicula quædam unde rem familiarem augere possint.* Demosth. χρήματα ἐκ ἔχοντα παρ' ὑμῶν, οὐδ' ἀφορμὰς ὑπάρχειν τῷ πολέμῳ. *Nec subsidium ullum ad bellum.*

Ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων, τοῦ δὲ πόνου ὡς κακοῦ φεύγων, ἀπιστεῖ] Senec. *epist.* 74. *Ab hoc de isto judicio*, (ut illum præter virtutem bonum putes.) *non pietas constabit, non fides. Multa utraque præstare cupienti patienda sunt, ex his quæ multa appellantur*; *Multa impendenda ex his quibus indulgemus, tanquam bonis.* & *epist.* 76. *Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse præter honestum, nulla non virtus laborabit. nulla enim abstineri poterit, si quidquam extra se respexerit.*

Μέμφεσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ φύσει] vide *l.* 6. § 36. 40. vide & piorum etiam hac in parte querelas. *Psalm* 73. & Jerem. *c.* 12. Sed & querelis istiusmodi occurrentes; Senec. *de provid. c.* 2. & Salvian. *de gubernat. Dei. l.* 1. *c.* 2. Πῶς δὲ καὶ ὅσον ἀπύχεσθαι τὸ βελτίστου θεοῦ γενόμενον; Apollon. Tyan. *epist.* 86. Itaque quod Epictet. *l.* 1. *c.* 27. τὸ σφόδρα, ἐκεῖνο μεμπτόν, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς αὐτοῖς ᾖ τὸ εὐσταθὲς, καὶ συμφέρειν, ἃ δύναται σωθῆναι τὸ εὐσταθές. Idémque *enchir. c.* 30. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρειν, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσταθές. ὥστε ὅστις ὀπτιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ὁ τῷ αὐτῷ καὶ εὐσταθείας ὀπτιμελεῖται. & ibid. τῆς δὲ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσταθείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀργὰς ἀνωλήπτους περὶ αὐτοὺς ἔχειν, ὡς ἅπαντα καὶ διοικοῦντα τὰ ὅλα χαλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο καταλέγεσθαι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἶναι πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ὁπτελουμένοις. ὅταν δὲ ὅτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, ἅπαξ ἐγκαλέσεις, ὡς ἀμελοῦσιν. ἄλλως δὲ οὐκ ἔστι τὸ τοῦτο γενέσθαι, ἐὰν μὴ ἀποσῇς τὴν ἀκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὃς δ' ἂν γε ἐκείνων ἐπιτρέπῃ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη ὅταν ἀποτυγχάνῃ δυσαρεστῆσθαι, καὶ φεύγειν μὲν τὸ αἴτιον ἡγεῖσθαι, μισεῖν δὲ καὶ μισεῖν τοῦτο τὸ αἴτιον.

Ὁμογνώμονας ὄντας] Quod *l.* 8. § 54. συμφέρειν & *l.* 10. § 21. σωτῆρα dixit.

Οἷς ὁπόσους] vide *l.* 2. § 11.

Ὁρμὴν πᾶσαν ἐκκαίᾳ τῆς ἀσεβείας] Vide *ad lib.* 7. § 75.

§ 2. Ἄγαμον ψευδολογίας] ità Origen. *adv. Cels. l.* 1. τῆς κακίας ἀγάμους. Sed de Christo. At malitiæ & pravitatis expertem prorsus excedere quî detur, cùm eâ intinctí etiam, & quidem δυσαποπλύτῳ βαφῇ, καὶ ἀνεκπλύτῳ, non ἀνεκπλύτῳ tantummodo, ex utero in lucem prodeamus. *Psal.* 51. *v.* 5. & 58. *v.* 3. Job. *c.* 14. *v.* 4. Esai. *c.* 48. *v.* 8.

Τὸ δ' ἓν καρδίᾳ πλάσαι μὲ πέντε] vide *infrà* § 37. & *ad l.* 5. § 29. ità Lucret. *l.* 3.

Cur non ut plenus vitæ convivа recedis?

Flaccus *sat.* 1.

Rarus, qui exacto contentus tempore vitæ
Cedit, uti conviva satur.

Talem tamen profitetur se Seneca. *ep.* 61. *Vixi quantùm satis erat: mortem plenus expecto.* Et Cicer. *de senect. Omnino rerum omnium satietas vitæ facit satietatem. Vitæ autem satietas tempus maturum mortis affert. Habet enim natura, ut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum.* Verùm vitæ satietatem loquuntur illi, vitii & malitiæ saturitatem Marcus hic. Nec minùs istâ quàm illâ expleri patitur, anima pravitate penitiùs infecta, de qua Bernardi illud usurpari potest, *de consider. l.* 5. *Peccatum in anima, atramentum in charta bibula. facilius charta deteritur quàm litura eraditur*, quæque ut Moses *Lib.* 5. *cap.* 29. *v.* 19. *ebrietati sitim adjicere* solet: temulentorum in morem; de quibus Simocat. *epist.* 52. Διψῶσιν οἱ μεθύοντες ὅταν κορεσθῶσι

δῶσι τῷ ὄντι, ἢ συρίζονται τῇ μιᾷ μέσῃ ὀδύνῃ. διὰ γὸ τὸ εἰς ἄκρον εὐκρίνειαν μέχρι τοῦ ἐναντίου διάστασιν μεταπίπτειν. ὥστε μανέντος τοῦ ὄντος τοῦ ὑγιόφλυγας καὶ ἐκκαίοντος. Ità de M. Antonio verba habens Plin. major *l.* 14 *c.* 22. *Ebrius jam sanguine civium, & tantò magis eam sitiens. Namque & hæc necessitas vitium comitatur, ut bibendi consuetudo augeat aviditatem: Scitúmque est Scytharum legati, quantò plus biberint tantò magis sitire Parthos.* Ab hac peccandi, quæ improborum animos occupat, aviditate inexplebili juste fit quod Gregor. *dialog. l.* 4. *c.* 44. *ut culpa quæ cum fine perpetrata est sine fine puniatur. Quoniam iniqui, qui ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt, voluissent utique, si potuissent sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare.*

Ἀποπνεῦσαι] Vide *ad lib.* 5. § 4. Cypriani nomine *de dupl. martyr. part.* 1. Quamdiu pulmonis officio attrahitur vicissim ac redditur halitus, certum vitæ indicium est: unde loquendi consuetudine *spirare* dicuntur, qui vivunt; & *expirâsse* qui vitam finierunt. id quod istic ἀποπνεῦσαι, *lib.* 4. § 33. ἐκπνεῦσαι dicitur. eodem sensu Lucian. in *votis.* ἀπεφυσήσας τὸ ψυχάριον ἄφετην. Et Homer. *Il.* Δ'. *v.* 524.

——Θυμὸν ἀποπνείων.

Δόλιος πλοῦς] formula proverbialis; à nautis desumpta: πρῶτος πλοῦς dicitur, ὁ ἔτι ἐξ ἐλάας cùm, *vento favente & adspirante*, navigatio instituitur. δόλιος πλοῦς, ὅταν ἤδη ἀποτυχόντες, κώπαις πλέωσι· *quando vento destituti, ad remigium se conferunt*, ut docet ex Pausania Eustath. *ad* extremum *Odyss.* β'. utriusque simul meminit Synes. *ep.* 148. ἅλκετο ναῦς, πρὸς ἕρετμὸν αὖτις, κώπαις ἐκέλευε. Usurpavit Plato in *Phileb.* Κράνον μὲν, τὸ ξύμπαντα μηχάνημα τοῦ σώζεσθαι· δόλιος δ' ἔτι πλοῦς ἀσκοῦ, μὴ λανθάνειν αὐτὸν αὐτόν. Aristot. *ethic. lib.* 6. *c.* 9. Ἐπεὶ ὃν τῷ μέτρῳ τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, καὶ τὸν δόλιον φασι πλοῦν, τὰ ἐλάχιστα λυπεῖν δεῖ κακά. Synes. in *Dione*: Οἱ δὲ πλείους ἤδη δίκοθεν ὀκνηθήσεσθαι, ἀλλ' ἤδη, τὸν δόλιον λεγόμενον πλοῦν, ὃν τῆς ψυχῆς εἰς νῦν διεξιέρουσι. Usum paroemiæ docet Niceph. Gregoras *hist. Rom. lib.* 8. *c.* 11. Ἐντεῦθεν εἰς παροιμίαν καὶ ὁ δόλιος πλοῦς ἐξενήνεκται· καὶ δεῖ τοῦτον ἀποτυχόντας τοῦ δόλιου πλοῦ πλεῖν, καὶ τῇ κώπῃ εἰς νῦν διεξιέναι. Usum paroemiæ docet Niceph. Gregoras *hist. Rom. lib.* 8. *c.* 11. Ἐντεῦθεν εἰς παροιμίαν καὶ ὁ δόλιος πλοῦς ἐξενήνεκται· καὶ δεῖ τοῦτον ἀποτυχόντας τοῦ δόλιου πλοῦ, καὶ τείχων ἴσως· ἐδὲ γὸ καὶ λαμπὴν καὶ πυρσοὺς κεκτήμεθα, ἕως ἂν στρέψῃ τὰς τὰ πάντα βοσκούσας λαμπάδας ὑπάρχωμεν, οἵ τινα δόλιον ἐκ μηχανῆς ἥλιον περιστήσαντες τῇ νυκτί. Et quæ sequuntur. Eodem sensu Ignatio Martyri *epist.* 1. δόλιος λιμὸς dicitur. Κρεῖττον γὰρ γεύματος ὄψις πλοῦ δόλιος φαίνεται λιμὸς καὶ ὁ τῆς γεωμάτου τρόπος. Ubi notanda paroemia à paroemiographis, quòd meminí, nusquam observata.

Ἡ συμπνεῦσαι συμπαθῆσαι τῇ κακίᾳ] *magis mi-grare è vita, quàm illa vitia probare.* Xyl. *Imò mortem potiùs optare, quàm moram in malo.* itaq; Lugd. rectè restituit, si distinctionem tantùm adjecisset, συμπνεῦσαι ἢ συμπαθῆσαι. Spectat horsum jucunda illa Apostoli exclamatio *ad Rom. c.* 7. *v.* 24. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου. Possunt & huc trahi si de malis istiusmodi morum mentísque accipiantur, quæ referent Stobæo, *tom.* 1. *tit.* 122. supra adducta sunt *ad l.* 8. § 5. ex Philemone Com. & Æschylo Tragic. cujus & illud *ibidem* est.

Βίᾳ πονηρᾷ θάνατος εὐκλεέστερος.

Vitâ notatâ labe mors illustrior.

Et Euripid. *Excell.*

ἐγὼ γὰρ οὐ καλῶς τεθνηκότας
Ζῆν φημὶ μᾶλλον τοὺς βλέποντας μὴ καλῶς.

——*Mihi illi morte qui pulcrâ jacent,*
Quàm vita quorum turpis est, vivunt magis. Grot.

Et Democrates (teste Porphyrio *de abstin. à carnib. lib.* 4.) dicere solebat, τὸ καλῶς ζῆν καὶ εὐσεβίᾳ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ὁσίᾳ, ἢ καλῶς ζῆν ἔχει, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀποθνήσκειν. Socrates itaque apud Xenophontem in *Apolog.* Αἱρήσομαι τελευτᾶν μᾶλλον, ἢ ἀμελεθέρως τὸ ζῆν ἐν σώματι, καρδίαν τὸν πολὺ χείρω βίον ἀντὶ θανάτου. Xenophon ipse in *Lacedæm. polit.* Αἱρετώτερον εἶναι τὸν καλὸν θάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου. Sed & Plato *de leg. l.* 9. ad Manes mentem planissimè, ubi hominis sceleste remedia quædam præscripserat: ἐὰν μὲν σοι δρῶντι ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα. *Siquidem his adhibitis auxiliis morbus remiserit*, bene habebit. (id enim supplendum, estque ellipsis Atticis familiaris, qualis Lucæ *c.* 13. *v.* 9. & alibi passim vide Eustath. ad *Il.* α'.) εἰ δ' μὴ, καλλίω θάνατον σεαυτῷ, ἀπαλλάττου τοῦ βίου. Et *ibid.* Τοῦτο αὐτὸ εἰς τὸν καιρὸν ἴσχυσεν· ἐκ δὲ τοῦ εἶναι ἐπὶ ζῆν ἄμεινον. Et in *Timæo*, Σωκράτης ἐκ τοῦ πείσαι βίᾳ, φαυλοτέρους, τοὺς ἀκόντας ὀνήσας· πάντῃ [πάντῃ, al.] πάντως σκεπτέον. Itaque Justin. *dialog. cum Tryph.* Ἑρμαῖον δὲ ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς τὸ ἀποθνήσκειν. In hanc eandem sententiam & Themist. in *orat. quinquagesim.* Πίνδαρος ἐπαινῶ τὸν εἰπόντα, ὡς ἅπασι μὲν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐπάγει θεὸς μοῖραν, τὸ θεοφιλῶς δὲ καὶ χρόνον πλείω τοῦ βίου, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ζῆν μὲτ' εὐσεβείας σεσωρευμένοις· καὶ τούτοις ἐλπὶς γλυκεῖα σωφροσύνης καὶ ἀγαθῆ γνώμῃ τεθραμμένοις μετ' εὐσεβείας εἰς τὸ τῆς φύσεως καταγώγιον. ἢ γὰρ τῆς κακίας ἀπαλλαγὴ, ὅσῳ φιλτάτη ὑπάρχει, τοσούτῳ μᾶλλον τοῖς καταλιπεῖσιν ὑπ' αὐτῆς σωφρονοῦσιν. ἢ γὰρ ἐκ πλείστου συμπαθὴς πλημμελήμασιν. At Chrysippum in hac parte notat Plutarchus *de Stoic. repugnant. c.* 10. & *de commun. notit. c.* 12. ut varium, mimíque sibi constantem; dum in *l.* περὶ τῶν ἀρετῶν, modò Antisthenem laudat qui dixerit, δεῖν κακῶν ἢ βελτίων, parandum aut *meliorem*,

aut laqueum. Et Theognidem taxat, qui dixerat,

Χρὴ πανίλιν, cùm dicere debuisset,

Χρὴ πανίλιν φάρυγγα, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, δ' ὑπαΐξαντα.

Modò è diverso Platonem jugillat, qui dixerit, ὅτι τῷ μηδὲ παθεῖν, μηδ' ὅπως μὴ ζῆν, λυσιτελεῖ μὴ ζῆν. statuitque ipse, ὅτι καὶ τοῖς σφόδρα κακοῖς ἄμεινον ἐν τῷ ζῆν & *de natura lib.* 3. ὅτι λυσιτελεῖ ζῆν ἄφρονα, ἢ μὴ βιῶν, κἂν μηδέποτε μέλλῃ φρονήσειν. At contrà Marcus & istic, & alibi. vide *l.* 10. § 8.

Οὐπὸ σε δὲ ἢ πεῖρα πείθει φάγειν ἐν τῷ λειμῶνι.] Diodor. Sicul. *hist. lib.* 12. ἡ καρία καὶ ἡ σαυλότης, καθάπερ λοιμικὴ νόσος, ὅπου ἅπτεται τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων, καὶ νοσοποιεῖ τὰς ψυχὰς τῶν ἀστῶν. Joan. Chrysost. *in Joan. orat.* 57. Δεινὸν γὰρ, ἄνδρες, ἢ τῶν πενήτων σωτηρία. ἐκ ὅτου γὰρ ἐκείνους λοιμὸς ἐπέστη, καὶ ἡμᾶς διαφθείρει, ὡς ἡ τῶν πενήτων κακία ἀνδρῶν φθόρους ἐργάσατο πολλοὺς καὶ ὁμοίαν κακίαν. quod & Apostol. *ad Cor. epist.* 1. *c.* 11. *v.* 33. adducit ex Menandri *Thaide*, uti Schol. Græc. adnotavit. Itaque quod Gregor. Naz. in opulentis, quoad pauperes, vitio vertit, de omnibus in universum, quoad pestè correptos, respectu corporis, de pietatis, virtutisque studiosis, quoad improbitatem, impuritatem, impietatem, palàm præferentes, animi respectu, non incommodè usurpatur; & quoad illos quidem nullâ mutatione factâ. τῶν πλουτούντων σωμάτων ἀσφάλειαν, τοῦτον τὸν τῶν ψυχῶν νομίζω ὄλεθρον, καὶ τὴν αὐτὴν ἀπώλειαν, μᾶλλον δὲ χείρονα φαίνοντες: quoad istos, voculâ unâ immutatâ, & ψυχῶν vocabulo pro σωμάτων substituto. Atque in eam mentem Senec. *de tranq. c.* 7. *Serpunt vitia & in proximum quemque transitium. Itaque ut in pestilentia cavendum est, ne corruptis jam corporibus, & morbo flagrantibus assidemus, quia periculo trahemur, afflatuque ipso laboramus: sic in amicorum legendis ingeniis, dabimus operam, ut quam minimè inquinatos assumamus.* Adjicere lubet Marci ipsius verba ferè novissima ad amicos, moribundum deflentes; *Quid me fletis, & non magis de pestilentia & communi morte cogitatis?* quod *res humanas ridendo potius* dicere debuerit: quod & Jos. Scaliger observavit.

Λοιμὸς ψυχῆς.] Philo *de providt.* apud Euseb. *præpar. lib.* 8. *c.* ult. καταπίπτειν ἡ λοιμικὴν μᾶλλον, ἢ ἐκ ἦν ἄτοπον φθορᾶς τοιᾶς ὄζειν ἡγεμόνα.

Διαφθορὰ διανοίας.] Ità Paulus *ad Tim. epist.* 1, *c.* 6. *v.* 5. διεφθαρμένων τὸν νοῦν. & Petr. *ep.* 2. *c.* 1. *v.* 4. ἀπαφυσμένους τῇ ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. Sed & ψυχῆς διαφθορὰν, ἀδικίαν dixit Plato apud Plut. *de Stoic. contradict. c.* 12. Τῷ δὲ δικαίῳ αὔξεται καὶ πίζεται τὸ δ' ἀδίκῳ μικρῷ καὶ ἀπόλλυται. Epictet. *l.* 4. *c.* 1.

§ 3. Μὴ καταφρονεῖν θανάτου.] Mortem contemni vetat. Unde & Scaliger. Capitolinum notat, quòd Marcum illa quæ superiùs retulimus *mortem contemnentem* dixisse asserit. Verum quid dicemus ergò crebernimis illis philosophorum, cùm exterorum, tum & nostrorum, dissertationibus, quibus ad *mortis contemptum* mortales cohortantur, animántque? Responsio proclivis satis videtur; *contemnendam* esse *mortem*, quasi bonis saltem quicquam obesse possit; *Non contemnendam*, quatenus est naturæ munus, quod Marcus istic, vel quà divinæ dispositionis, & dispensationis effectus.

Ἐναφίεσι αὐτῷ.] Vide *l.* 2. § 3. & *infr.* § 6.

Ἐγὼ δ' οὐ τοῖς, οὐ δ' ἀφοσίοις ἀθέλει.] Vide *lib.* 2. § 17. & *l.* 3. § 7. & *l.* 6. § 2.

Λελογισμένον.] Hominem *consideratum* quomodo Cicero *pro Cæcin. Illud considerati hominis esse putavit, quæ de re jure decertare oportebat, armis non contendere.* Porphyr. *de abstinent. l.* 1. τοῦτ' ἐναργέστερον φαίνεται ὁ σοφὸς ἐν τῷ φάναι ὅτι ὁ μὴ πάντα τὸν λογισμὸν ἔχει παρεσκευασμένα καὶ ἡτοιμασμένα τὸ ἄλογον ὁ δὲ πολλὰ φοβεῖται πλείω τοῦ λογισμοῦ, καὶ φυσὶ τούτων φοβεῖται ἃ φοβεῖται δὲ καὶ ἄλογα ἄλογος λέγεται, ὁ δὲ λελογισμένος &c. qui locus parum integer videtur, ità fortan restituendus ὁ δὲ π. φοβεῖται π. τὸν λογισμὸν καὶ α. τ. φοβεῖται ἃ π. multa facit ratione neglectâ, & cum istis (parte scil. irrationali) *facit quæ facit.*

Μὴ ἀλογερῶς, μηδὲ ἀσκόπως, μηδὲ ἀπροβούλως τὸν θάνατον ἔχειν.] Vide *lib.* 3. § 7. Senec. *epist.* 30. *Vides quosdam ejurantes mortem, & quidem magis quàm rogari solet vitam. Nescio utrùm existimem majorem nobis animum dare, qui deposcunt mortem, an qui hilares eam, quietique opperiuntur: quoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit; hæc ex judicio certo tranquillitasque est. Venit aliquis ad mortem iratus morsi: venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat. Multos spectavi abrumpentes vitam; sed plus momenti apud me habent, qui ad mortem veniunt sine odio vitæ, & admittunt illam, non attrahunt.* Idem *epist.* 24. *Objurgat Epicurus non minùs eos qui mortem concupiscunt, quàm eos qui timent; & ait; Ridiculum est, currere ad mortem tædio vitæ, cùm, genere vitæ, ut currendum esset ad mortem, efficeris. Demetrio loco dixit: Quid tam ridiculum, quàm appetere mortem, cùm vitam tibi ingratam feceris, metu mortis? His adjicias & illud ejusdem note licet; Tam sæpe humanum impudentiamque esse, imò demens animi quosdam timore mortis ad mortem cogantur.* Ità Arcesilaus apud Plutarch. *ad Apollon.* Πολλοὶ διὰ τὰς ἀθυμίας, καὶ τὰς πρὸς τὸν θάνατον διαβολὰς, αὐτοδιήνεγκαν, ἵνα μὴ ἀποδῶσιν. Atque ut Diogenes; Οἱ μὲν ἐν νηὶ χειμαζόμενοι, ἀποκεκμηκότες κατὰ βυθοὺς ἤδη τῶν νεῶν, περίτεγον ἑαυτοὺς ἐπίσφαξαν. Lucret. *l.* 3.

Et ſæpe uſque adèo mortis formidine, vitæ
Percipit humanos odium, luciſque videndæ,
Ut ſibi conſciſcant mœrenti pectore letum.

Atqui, ut Martial. *l.* 2. *epig.* 80.

Hoc, rogo, non furor eſt, nè moriare, mori?

vel etiam metu mortis mortem precari? ut Plin. *l.* 6. *epiſt.* 20. Senec. *epiſt.* 70. *Stultitia eſt, timore mortis, mori. venit qui occidat. expecta. quid occupas quærere ſuſcipis alienæ crudelitatis procurationem? Utrum invidi. carnifici tuo, an tarditati? Scribonia Druſi Libonis amita, conſilium habenti, utrum conſciſceret ſibi mortem, an exſpectaret, quid te, inquit, delectat alienum negotium agere?* Sed pergit idem *ep.* 24. *Confirma animum vel ad mortis vel ad vitæ patientiam. In utrumque monendi ac firmandi ſumus, & nè nimis amemus vitam, & nè nimis oderimus. Etiam cùm ratio ſuadet finire, non temerè nec cum procurſu capiendus eſt impetus. Vir fortis ac ſapiens non fugere debet è vita, ſed exire.* (quanquam de Catone quid *ibidem* dicat, vide *ad l.* 2. § 17.) *& ante omnia ille quoque vitetur affectus, libido moriendi. Eſt enim ut ad alia, ſic etiam ad moriendum inconſulta animi inclinatio: quæ ſæpe generoſos atque acerrimæ indolis viros corripit, ſæpe ignavos jacenteſque: illi contemnunt vitam, hi gravantur.* Vide amplius *ad l.* 6. § 46. Plinius min. *lib.* 1. *ep.* 22. de T. Ariſtone agens. *Nam impetu quodam & inſtinctu procurrere ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & cauſſas ejus expendere, utque ſuaſerit ratio, vitæ mortiſque conſilium ſuſcipere vel ponere, ingentis eſt animi.* Elegantiſſimè autor libri *de duplici martyrio*, quod Cypriani nomen præfert, ſive Eraſmus is, ſive alius quis fuerit: *Plurimùm intereſt inter barbaricam immanitatem & Martyrum modeſtiſſimam conſtantiam, in ſe imbecillem, in Chriſto fortem. Sunt qui certis artibus corpus ſtupefaciunt, nè ſentiant cruciatus: Sunt & affectus impotentes, qui ſenſum adimunt animo, ità ut vel mortem impavidi perferant. Sed placidum illud ac manſuetum; illud humiliter ſublime, & ſublimiter humile, non videmus niſi in Chriſti martyribus.*

Μὴ ὁλοχερῶς] Xyl. iſtic à Marci tum mente, tum & verbis, longiſſimè receſſit: Acceſſit propiùs Mer. ſed ὁλοχερῶς iſtud prorſus omiſit; de vocabuli ſenſu incertus forſitan. Mihi hoc loco ἀπὸ τῆς προπετῶς, *temerè*, poſitum videtur. de quo vide *ad l.* 5. § 36.

Μηδ' ὠσικῶς] Suid. ὠσικῶς, τὸ μὴ βίᾳ καὶ ὠθισμῷ. μηδ' ὠσικῶς καὶ μὴ βίας πρὸς θάνατον ἔχειν. Hunc Marci locum dubio procul adduxit, verùm id καὶ μὴ βίας, à Lexicographo, opinor eſſe, non ab autore. Suidam ex parte ſecutus Mer. *violentè* vertit. Ego, impetuosè, malim: quando cum impetu quis ad aliquid impellitur. Ità nec temerè vult hominem in mortem proſilire, priuſquam apud ſe ſeriò ac ſedulò perpenderit, juſta necne ſuppetat vitam exponendi aut excludendi occaſio, de quo vide *ad l.* 3. § 1. nec etiam ubi juſta cauſſa id faciendi fuerit, cum impetu quodam ad mortem obeundam ferri. Tractum ab eis, qui dum ad rem aliquam quam avidè expetunt, potiundam confertim ruunt, alii alios protrudere, & propellere ſolent: hoc eſt quod Suidas, μὴ ὠθισμῷ ferri, cùm uti illi Adonia ſpectarum in aulam regiam confluentes.

Ὦ πολλοὶ ὦσται καὶ πατάξαι

Theocrit. *Idyl.* 15. ſive ut Philoſophiæ nomen ementiti, auri accipiendi ſpe impulſi, εἰς ἀκρόπολιν ὠθιζόμενοι. in Luciani *piſcatore*. vel etiam ut cives Athenienſes in Pnycem καταβρέοντες ἀθρόοι,

Ἄλλήλοις ὠσίν τε καὶ ἀντωθεῦσι μάχαις

atque Εἰς τὴν ἐκκλησίαν πῶς ἀνὴρ ὠσθήσεται. Ariſtoph. *Acharnan.* ὠσικῶς itaque πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν, qui ſpiritum, non placidè emittunt, ſed *cum impetu ejiciunt*, ut de Catone ipſo Seneca, *ep.* 25. vide *ad l.* 2. § 17. Poteſt & à belluis ferisque tractum videri, quæ in ferrum, quo impetuntur, ſponte ipſæ ac cum impetu obviam ferruntur. Ὡς ὅταν οἱ κάπροι, ὁπόταν πρὸς τὸν πάγχαλκον ἐμβῶσιν ὠθισμόν. Marci mentem expreſſit optimè Gregor. Nazian. *in Julian. orat.* 2. Ἐπὶ πέρας φαντάζει, θεσμὸς ἀλογίᾳ μᾶλλον ἢ φρένες ἀσφαλεῖ πεδίσας· καὶ δὴ ἐκεῖνο συνιδεῖν δυνηθείς ὁ σοφώτατος, ὅτι θάρσος καὶ δέος, κἂν εἴ τις ὀνόμασι πηλίζοι, πλεῖστον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχωρίσθαι, ἀνδρείᾳ τε λέγω καὶ ἀναιδείᾳ. Τὸ μὲν γὰρ εἶναί τινας στωμυλτίους θαρραλέους ἀνδρείας ὄζειν, ὡς ἐγὼ τὸ ὑφιέσθαι, δειλίας· ἢ δὲ πολίων ὁ κίνδυνος, ἐμοὶ μὲν χαρᾶσσειν καὶ ὠθιζέσθαι· ἀλλὰ μὴ κατίσχειν, δέους· ὡς τὸ ἀναχωρεῖν, ἀσφαλείας. quod & ferinum potiùs quàm humanum idem cenſet, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς θρασυτέρους πρὸς τὸ ξίφος ὠθίζεσθαι. Vide *l.* 11. § 3. Senec. *de ira l.* 3. *c.* 3. *Hic barbaris fortè ruentibus in bella exitus eſt. aguntur, quò dolor traxit, incompoſiti, interriti, incauti, pericula appetentes ſua: gaudent feriri, & inſtare ferro, & tela corpore urgere, & per ſuum vulnus exire.*

Μὴ ἀστεμφάνως] hoc eſt, quod Senec. *ep.* 70. *Quid eſt ſuſtinus quàm faſtidioſè mori?* Aliud eſt enim quod Tertullianus *ad nation. l.* 1. *c.* 19. *faſtidium mortis, eſt ſpes reſurrectionis.* Siquidem huic *faſtidium mortis*, non nauſeatio ad mortem, ſed mortis cum faſtu quodam, ſed pio illo, deſpectus. Vide *l.* 3. § 7.

Περιμένειν] Vide *ad l.* 5. § 10.

Πότε ἐμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς] Senec. *epiſt.* 102. *Quemadmodum novem menſibus nos tenet maternus uterus, & præparat non ſibi, ſed illi loco, in quem videmur emitti, jam idonei ſpiritum trahere, & in aperto durare: Sic per hoc ſpatium, quod ab infantia patet in ſenectutem, in alium naturæ ſumimur partum: alia origo nos expectat, alius rerum ſtatus.* vide ulteriùs *ad l.* 4. § 21.

Τῷ ἐλύτρῳ τούτῳ ἐκπεσόντι] Ἔλυτρα dicuntur *folliculi* illi, quibus femina continentur & involvuntur nonnulla, nec omnia tamen: sunt enim & μυκώματρα. Theophrast. *hist. l.* 1. *c.* 18. & Plin. *l.* 19. *c.* 7. quod Basil. hexaem. *orat.* 5. Τινὰ μὲν γυμνὰ, τινὰ δὲ ἐν ἐλύτροις κεκαλυμμένα. Plinio *tunicæ*, Varroni *l.* 1. *c.* 3. *vaginæ*, dicuntur. Hesych. Ἔλυτρον, ῥῖγμα, δίκτυ, λέπυρον, ἐπίλημμα, κάλυμμα, σκέπασμα. de seminibus usurpat etiam Dioscorides, *l.* 2. *c.* 111. & *l.* 4. *c.* 167. his autem dehiscentibus semina jam matura prorsus, ipsa sponte suâ decidunt. Unde illud Plinii *l.* 18. *c.* 30. *Oraculum verò, biduo celerius messem potius facere, quàm biduo serius.* Et de leguminibus Theophrast. *l.* 8. *c.* 10. Θᾶττον δ' ἐκπηγνύουσι τὰ χλωρὰ, ὅσοις τὸ μᾶλλον ἢ ῥᾷον συλλέξαι· ταχὺ γὰρ καταῤῥεῖ. Ἔλυτρον, sive *integumento*, & *involucro* istiusmodi corpus humanum confert Marcus noster, quòd eô anima quasi involvatur. tempúsque nos præstolari monet, quo tanquam semen maturum jam, ea folliculo isti excidat. Eodémque in eundem sensum vocabulo usus est Admetus poëta quidam ignobilis, in versiculo isto, quem cippo suo inscribendum destinaverat;

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον. Ζῶν δ' εἰς θεὸν αὐτός.

Refert Lucianus in *vita Demonactis*. Arnobius pariter corpus, nunc *folliculum*, nunc *pelliculam* nuncupat. *lib.* 2. extremo. *nec in caruncule hujus folliculo constitutis, opis aliquid spensum est.* & mox: *Non vitam eripitis nobis, sed pelliculis revelatis & cutibus nos.* Itaque quod vir spiritûs ingentis Basilius Valenti mortem minitanti referente Sozom. *histor. eccles. l.* 6. *c.* 16. Μεγάλου δώρου χάριν, ὡς (ὃς leg.) ἐν τάχει τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος ἀπαλλάξειεν. id Gildas noster in *epist. suorum increpatoria* sic reddidit; *qui maturius Basilium de nodo follis hujus solveret.* Quin & Tertullian. in *apolog. c.* 50. *Anaxarchi follem* dixit, quod Græci, Θύλακον alii, alii ἀσκόν. vide *ad l.* 3. § 5, 7. & *l.* 8. § 37. & *l.* 10. § 36. Quanquam & corpus animæ Ἔλυτρον dici potest, quatenus *theca* sive *vaginæ* generaliùs sumptæ significationem habet. vide Plutarchum *sympos. l.* 4. *c.* 2. *infr. ad* § 9. ἐμφάθη. siquidem in lingua Aramæa corpus etiam גלמא dicitur Daniel *c.* 7. *v.* 15. quæ vox *vaginam* significat; *annal. sacr. l.* 1. *c.* 21. *v.* 27. atque ità Tertull. *de resurr. c.* 9. corpus humanum, *afflatûs divini vaginam* nuncupat. Plinius *l.* 7. *c.* 52. de Hermotimo Clazomenio: *cremato corpore inimici recedenti animæ quasi vaginam ademerunt.* Verúmque hic quod Theodoret. *therapeut: l.* 9. ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀγαν πιμπλαμένων ἐλύτροις ἐοικότα κελύφεσι. Nec aliter fere Senec. *epist.* 92. *Quis unquam vestimenta æstimavit arculâ? Nec bonum, nec malum vagina gladium facit. de corpore idem existima me dicere.* Prout autem corpus Ἔλυτρον Marcus, ità κέλυφος Epictetus dixit: *l.* 1. *c.* 20. τὸ κοχλίου ἀγαθὸν, ἂν οἶκος, ἢ ἐν τῷ κελύφει· τὸ ἓν τῷ ἀνθρώπῳ, εἶκος; & *c.* 23. de Epicuro, ἐν τῷ κελύφει θεὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμῖν. Ità ridet Anacharsis Æsopum in Plutarchi *symposio.* ὡς κοχλίαν ἡγησάμενον τὸ κέλυφος, ἀλλὰ μὴ τὸ ζῷον. quanquam potuit & Marcus respexisse Ἔλυτρα, sive χρεῖα, *involucra* illa, & *impedimenta*, utì Tertullianus appellat, *de carn. Christ. c.* 4. quibus infans, & dum in utero consistit, involvitur, & quibus exutus atque evolutus excidit quodammodo, cùm in lucem hanc prodit. *Sapientiæ Solomonis* Autor, de se matris utero edito. *c.* 7. *v.* 1. ἐγὼ εἰς τλὺν γλῶν κατέπεσον.

Εἰ δ' ἐγὼ ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἀψικόρδιον θέλοις] Citat ista bis Suidas, in παράπηγμα, & in ἀψικόρδιον, & auctiora quàm codices nostri exhibent, utrobique; illîc adjectis his, ὅσοις τὸν θάνατον ἥδιον. istîc hisce, ἡρέσατο ἂν ταχέως τῆς καρδίας ἀποδύσιον. quæ tamen postrema forsan Suidæ ipsius fuerint, τὸ ἀψικόρδιον exponentis. Idem παράπηγμα interpretatur κανόνα *canonem*, *regulam*, additque esse & ὅδε τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ. quo modo usurpavit Vitruvius. *l.* 9. *c.* 7. de quo videri poterit Turneb. *adverss. l.* 11. *c.* 3. hoc loco, *documentum* Xyl. reddidit. *remedium* Casaub. atque ità Marcus ipse *l.* 4. § 44. βοήθημα. quanquam vim vocabuli si respicias, *machinamentum* potiùs, sive *adminiculum*, dixeris. nam quod priore Suidæ loco παράπηγμα legitur; & Portus *dementiæ facinus* vertit, παράφραμα est γραφικὸν ex posteriore corrigendum. ἰδιωτικὸν quod dicit vide *ad l.* 4. § 44.

Οὐκέτι ἔσαι ἡ ἐμπεφυρμένη] deest substantivum. ἡ ψυχὴ forsan. Nam quòd Lugd. articulum ἡ delet, ut ad ὄπτασις participium referatur, minùs placet.

Οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων] Menander *Philadelph.* Strobæo referente *tom.* 2. *tit.* 122.

Ὦ, ἤδη τὸ ζῆν εἰ μεθ' ὧν κείνει τις ἂν,
Τοῦτ' ἔστι τὸ ζῆν· ἤδη δ' ἀποθνήσκειν, ὅταν
Ζῆν μὴ πάρεστ', ὡς βούλεται---
Quàm dulce vita est, si quibuscum discupis
Transigere ætatem ætur: at dulce est mori,
Cui vivere non est ex animi sententia.

Et Apollodor. *Adelph.*

Ἀνεπαγώνως ζῆν ἥδιστ' ἀνθρώπῳ βίῳ
Καὶ πλουσίῳ, ἂν ᾖ μεθ' ἑτέρων ἀνεπαγώνως.
Ἐν θυελοις δ' ἢ πλοίοις ὄντα δεῖ
Εἶναι πλοκον· ὃ παλαιπάρυσις.
Vita otiosa plena beatitudinis,
Si cùm otiosis aliis vitam transigas.
Cum similis ferisque agentem similem
Fieri necesse est. o vitam ærumnabilem. Grot. vide *l.* 4. § 50. & *l.* 5. § 36. & *l.* 10. § 36.

Τὰ τοιαῦτα δογμάσα] forsan. τὰ αὐτὰ δ', *eadem dogmatizantes, eadem sentientes.* quod suprà δεδογμα-

δογματίσητας dixit. atque ità interpres utrique accepit.

Μή τι ἐγ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἑαυτοῦ] Nè dum inter tot ingeniorum atque institutorum dissidia versor, ipse proprii, meiq; etiam ipsius quodammodo oblitus, ab eodem deficiam & desciscam tandem. Vide *ad l.* 6. § 29. Est autem proverbialis formula ista, de iis qui à nativa indole degenerant. quâ & Seneca usus est *de clem. l.* 1. *c.* 1. *Nec enim periculum est, nè te subita tui capiat oblivio.* Cicer. *ad famil. l.* 9. *ep.* 12. *Gratulor Baiis nostris: siquidem, ut scribis, salubres repentè factæ sunt: Nisi fortè te amant, & tibi assentantur; & tam diu, dum tu ades, sunt oblitæ sui.* Menander *gubernatoribus*, à Prisciano *l.* 28. laudatus.

Ἐπιλάθετ' αὐτὸν, ὅστις ἐστὶν.
Oblitus est se ipse qui fuit.

De viro probo pióque, sive Enocho, ut pluribus placet, Autor *sapientiæ Salomonis c.* 4. *v.* 10. Ζῶν μετ' ξ ἁμαρτωλῶν μετετέθη· ἡρπάγη, μὴ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ. Βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλά· καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. Allusérit fortean hîc Marcus ad historiam Messalæ Corvini oratoris, quem *nominis etiam sui oblitum* ferunt. Plin. *hist. nat. l.* 7. *c.* 24.

§ 4. Ἑαυτὸν ἀμύνεται] Ità Augustinus *post collat. cum Donat. c.* 6. de verbis Apostoli *ad Cor. ep.* 1. *c.* 11. *v.* 29. agens. *Judicium manducat & bibit sibi ipsi, non alteri.* vide *l.* 5. § 25, 35.

Ἑαυτὸν κακοῖ] vide *l.* 2. § 1. & *l.* 8. § 55. Epictet. *l.* 4. *c.* 5. Μεγάλη βλάβη τῷ ἀδικοῦντι, αὐτὸ τὸ ἀδικεῖν. Dio Prus. *orat.* 74. ὑπὸ κακίας ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ βλαβερός. & *orat.* 75. Τὸν νόμον ἀδικεῖ εἷς δίκης τ' ὄφλειν ἀδικῆται. Οὐ γὰρ παραβαίνοντα τὸν νόμον ἕκαστος, ἐκ ὀνείδους, ἀλλ' ἑαυτὸν βλάπτει. Clem. Alexand. *paed. l.* 2. *c.* 10. Πᾶς ὁ ἁμαρτάνων, ἐγ ἀδικεῖ, ἐχ ὅπως τὸν πέλας βλάπτει, ὡς ἑαυτὸν· ὅτι πάντως ἑαυτὸν χείρονα ἀποφαίνει· ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, παρ' ὃσον ἁμαρτάνει, χείρων ἐγ αὐτὸς αὑτῷ· vide de novissimo hoc Epicteti *dissertationem* insignem apud Arrianum, *l.* 2. *c.* 18. Festivè Simocat. *epist.* 40. Ἀδικεῖται μὲν ὑπὸς ἀδικῶν ἅπαντες, αὐτομάτως ἕκαστος ἑαυτὸν ἀδικῶν· ἀεστῆς γὰρ ἐγ κακίας ἐσμὲν αὐτοκράτορες· ὑπὸν ἀδικοῦσιν, ἐκ ἀδικοῦνται οἱ ἄνθρωποι. ἐγ τὸν Ὁμηρικὸν πεδαύμενα Κύκλωπα· ὑδίνα γὰρ βλάπτειν, ἀδικώμενον ἔφασκε· ἐγ ἦν τοῦ ποιῆσαι ἀπόφασις, ἢ τῆς ἀληθείας κατάφασις. Chrysippus in *demonstrat. de justit.* ἀδικεῖσθαι φησιν ὑφ' ἑαυτῆ τὸν ἀδικοῦντα, ἐγ αὐτὸν ἀδικεῖν, ὅταν ἄλλον ἀδικῇ, ᾠόμενον ἑαυτῷ τὸ παραγρεμὲν αἴτιον, βλάπτοντα παρ' ἀξίαν ἑαυτόν· qui tamen idem in hoc repugnans sibi, in libris *adversus Platonem* scriptis, ἀτόπως φησὶ λέγειν τὸ ἀδικεῖν ἑαυτόν· ἦ γὰρ πρὸς ἕτερον, ἢ πρὸς ἑαυτόν· ἢ ἀδικίαν· Plut. *de Stoic. contradict. cap.* 12. vide Aristot. *ethic. lib.* 5. *c.* 11.

§ 5. Ἀδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ πτίων τι] Robert. Capito Lincoln. Episcop. *Pontificum Romanorum malleus* nuncupatus, *epist.* 48. *Æquè iniquitas est non punire nocentes, ac punire innocentes.* Et Bern. *ad Eugen. de consider. lib.* 2. *Non eris innocens, si aut punias eum, cui parcendum esset, aut parcas ei, qui fuerat puniendus.* Georg. Godvin. *in epitaph. D. Jacob. Mauritii,*

Nec faciendo nocens, nec patiendo sui.

In mente forsan habuit illud Publ. Syri;

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.

Quem & Ausonius imitatus in *sap. lud.* sub Cleobuli persona dixit; *Parcit quisque bonis, perdere vult malos.* Cato apud Salust. in *Catilin. Dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eunt.* Et hisce omnibus prior longè Pythagoras, referente *tom.* 2. *tit.* 46. Stobæo: Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βέλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Agapet. παραιτέσ. § 28. Ἴσον τῷ πλημμελεῖν, τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας λογίζου. κἂν γάρ τις πολιτείᾳ μὲν ἐνθέσιμος, ἀλέγῃ τοῖς βίοις τῶν ἀθέσμων, σωφρονῶν τῇ τῶν κακῶν πυρὰ ἑτέρῳ κίνεται. Hoc est quod Cato Censor, referente Plut. in *apoph.* τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, καταγελᾶσθαι. id est, ut Senec. *Troad.* 2. 2.

Qui non vetat peccare, cùm possit, jubet.

Vel ut τὸ κωλύειν illud distertiùs exprimatur,

Peccare qui non prohibet, cùm possit, jubet.

Narrat Plut. in Lycurgo, Archelaum Spartanum cuidam regni sibi consortem Charilaum tanquam virum apprimè bonum probúmq; collaudanti, regessisse; Πῶς σὺ [ὑκ] ἂν εἴη Χαείλαε ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὃς ἐδὲ πονηροῖς χαλεπὸς ἐστι. *Qui verò potest esse vir bonus Charilaus, qui nè malis quidem durus & asper est?* Expungendam enim esse negativam priorem, quòd Erasmus in *apophth.* monet, aut ὑ loco saltem ἔν (quod non disconvenit) substituendum, clarè docet non uno loco Plutarchus ipse. qui in *apophth.* ubi Archidamidæ dictum hoc tribuitur, & Charilas alter dicitur, eo nomine prædicatus, ὡς πρὸς ἅπαντας ἡμέρως φῳῷε, sic extulit; Καὶ πῶς τις δικαίως ἂν ἐπαινοῖτο, εἰ ἐ πρὸς τοὺς πονηροὺς φῳῷε εἴη; Idémq; in *lib. de amic. & adulat.* de Charillo Laconem dixisse; Πῶς χρηστὸς, ὃς ἐδὲ τοῖς πονηροῖς πικρός; Eodémque prorsus modo in *frag. de invid. & odio*, nisi quòd pro Lacone τὸν σωφρονοῦντα, pro πικρὸν, ut suprà, χαλεπὸς posuit. Quod autem περὶ τὸ ἀδικεῖν Marcus, idem περὶ τὸ ἀσεβεῖν, Andocides *de myster.* Νομίσατε πᾶσιν ἀσεβήμασι ὑμῖν ἔλαττον εἶναι, τοὺς μὲν ἡδικηκότας ἀσεβῶν κατηγόρους, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύσαντας μὴ πωρῥοῖς. Doctores Hebræi רחמ"ת על רשעים היא אכזריות. *Improbis parcere crudelitas est.*

§ 6. Ἀμεῖ ἢ παρῶσι] vide *l.* 6. § 2, 32. & *l.* 8. § 7, 26, 32, 36. Huc conclusio illa apud Lucianum *dissertationis M.nippi cum Chirone* de vitæ tædio. τί ἂν οὖν πάθοι τις; Οἷον εἶμαι, καὶ φασι, συγγενὲς ὄντα, ἀρίσκεσθαι ἢ ἀγαπᾶν τινὰ παρῶσι, ἢ μᾶλλον αὐτῷ ἀφόρητον οἰεῖσθαι. Sed & Epicteti illud *l.* 4. *c.* 5. τέκνον μεμνημένος, χαίρει τις παρῶν, ἢ ἀγάπα παῦτα, ὧν χαίρεις ὄτι. de se Æschines. *ep.* 5. ἀγαπῶ τὰ παρόντα.

Εὐαρεστικὴ πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὸ ἐπ' αὐτῷ συμβαῖνον] leg. vel πρὸς πᾶν τὸ παρὸν, vel τὸ παρ' αὐτῷ, expunctis particulis illis τὸ ἐπ. illud prætulerim. Xyl. & Cas. quid legi voluerint, incertum est. Verba ipsa certè neuter expressit. expressit Lugd. vertendo; *ut boni consulat omnia quæ accidunt, præter id quod est à causa profectum.* quæ verba quid sibi velint, ipse viderit: Ego nullus assequor. ἐδὲν γὰρ ἀναιτίως πέφυκε γίνεσθαι ut Plut. *de Isid. & Osir.* καὶ τὸ ἀναίτιον ὅλως ἀνύπαρκτον. Idem *de Stoic. contradict. c.* 20.

§ 7. Ἐξημῶ μου φαντασίαν] vide *l.* 7. § 29. Ista superioribus attexit Xyl. pro privo monito habet M. Casaub. & hoc, opinor, potius fuerit.

§ 8. Μία ψυχὴ] Vide *ad lib.* 4. § 4, 29, 46.

Ἐνὶ φωτὶ ὁρῶμεν] Vide *lib.* 12. § 30. Τὸν ἥλιον ὁρῶ πάντων τὸν αὐτόν. Tatian. *adv. Græc.*

Ἕνα ἀέρα ἀναπίνουσι] Vide *lib.* 8. § 54. Gregor. Naz. *orat.* 16. de opulentis pauperes aversantibus; ὅτι καὶ τὸν αὐτὸν ἀπῶσι ἀέρα, μικρῷ δὲ χωρίζοντες. Apud Philemonem, Comic. saltuosum aliquem nescio quis sic compellat,

Σὺ γάρ τίς ἐστιν; εἰπέ μοι παρρησίᾳ.
Σὺ λόγῳς ἐν ἀνθρώποισιν, ἢ κἀν πόντῳ ὢν;
Τὸ δ' ὄλον σοι πατρίς; ἢ τὸν αὐτὸν ἀέρα
Ἑτέρῳς συνόλκεις, εἰπέ μοι, τοῦτος ὢν;

i. e. vertente, qui & affectis medelam adhibuit, Grotio.

Effare mihi liberè, quem te putas?
Lonteriſne hominibus ipſe non homo, ſed tenens
Orbem ſub pedibus? an communi veſceris
Aurâ nobiſcum, qui te tam magni facis?

quæ cur Strob. *c.* 6. sub Ἀσκλασίᾳ titulo collocârit, non video. De se Solomon rex in *Sapient. c.* 7. *v.* 3. Καὶ ἐγὼ γνούς ὅτι ἅπασι τὸν κοινὸν ἀέρα. Menander apud Plutarch. *ad Apollon.*

——ὅπῃ τοῖς αὐτοῖς νόμοις
Ἐφ' οἷσπερ ἡμεῖς, ἅπασας τὸν ἀέρα
Τὸν κοινόν.—— ——*lege tu*
Communem eadem nobiſcum aërem trahis.

§ 9. Πρὸς τὸ ὁμογενὲς σπεύδει] Macrob. *Saturnal. lib.* 7. *c.* 5. *Similia autem similitudinem ſui rapere teſtis eſt Empedocles, qui ait*;

Ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε· πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε·

Ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἴκη· θερμὸν δ' ἐπεχεύατο θερμῷ.

Quæ sunt ex Plutar. *symposs. lib.* 4. *c.* 1. mutuata, ubi corruptiora habentur. quòd autem ibi pro θερμῶν δὲ λεπτὸν legitur, Leopard. μᾶλλον reſcribi posse opinatur, *emend. lib.* 8. *cap.* 10. quod est ignis epitheton apud Homerum. *Il.* φ'. *v.* 316. & *v.* 375. Et Hesiod. *aspid. v.* 18. Cicer. *de amic. Nihil est appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quàm natura.* Insignem in hanc mentem Democriti θεωρίαν exhibet nobis Sextus *adv. Logic. l.* 1. *c.* 2. Πλάτανός τις, inquit, παρὰ τοῖς φυσικοῖς κωλύεται δόξα εἶναι τῷ τὰ ὅμοια ὑπ' ὁμοίων εἰδέναι γινώσκεσθαι· ὁ γοῦν Δημόκριτος ὅτι τε τὸν ἐμψύχων καὶ ἀψύχων ἴσον τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ζῶα, φησὶν, ὁμοιοῦται ζώοις συναναλίσκεται, ὡς θεριστραὶ θεριστραῖς, καὶ γέρουσι γέρουσιν, καὶ ὅτι τὰ ἄλλων ἀλόγων· ὡσαύτως καὶ ὅτι τὰ ἀψύχων· καθάπερ ὁρᾶν πάρεστιν· ὅτι τε τὰ κοσκινευόμενα σπερμάτων, καὶ ὅτι ὑπὸ παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ψηφίδων. ὅπου μὲν γὰρ χὴν τὸν τῆς κοσκίνης δίνον διακεκριμένως φασὶ μὴ φακῶν τινὰ οὖσαν, καὶ κεδνὰ μὴ κεδνῶν, καὶ πυρὸν μὴ πυρῶν· ὅπου δὲ χὴν τὸν τοῦ κύματος κίνησιν αἱ μὲν ὄστρακοι ψηφίδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἢ ὄστρακοι ἀθροίζονται, αἱ δὲ περιφερεῖς ταῖς περιφερέσιν, ὡς ἂν συναγωγὸν ἢ ἐχούσης ὑπὸ θεασμάτων τῆς ἐπ' τόποις ὁμοιότητος. Quibus adjicias licet Hippocratis illud ex *lib. de natura pueri*: Εἰ ἅλατι αὐλίσιον παρεσκεύασται τῇ κύσει, καὶ διὰ τοῦ αὐλίσκου ἐμβεβήκῃ ἐς τὸν κύστιν γλοιῶδές τε καὶ φλεγμονὴν καὶ μαλίζεσθαι κνήσματα λεπτὰ, καὶ ὕδωρ ὀλίγας, φυσῶν διὰ τοῦ αὐλίσκου, θερμὸν μὲν ὀλίγον ἀναμεμίχεται τῷ ὕδατι. ἔπειτα ἢ, χείρῳ φυσώμενα ἀλδίσκεται, ὅτε μάλιστα ὡς τὸν μάλιστα, καὶ ἡ φλεγμονὴ ὡς τὸν φλεγμονὴν, καὶ ἡ χὴν ὡς τὸν χὴν· καὶ λύει τις αὐτὰ ἀναδῆναι ἐάσας καὶ διαῤῥῆξαι τὸν κύστιν σκέλυται, ἐυρήσει αὐτῷ τὸ ὅμοιον ἐς τὸ ὅμοιον ἐλήλυθός. ὅπου δὲ καὶ ἡ χοιρὶς καὶ ἡ σὰξ διαῤῥῆται, καὶ ἔρχεται ἕκαστον ἐν αὐτῷ τὸ ὅμοιον ἐς τὸ ὅμοιον.

Τὸ γεῶδες πᾶν] Huic ex parte contradicere videtur Philosophus *de cælo l.* 4. *c.* 3. τὸ δ' εἰς τὸν αὐτὸν τόπον φέρεσθαι ἕκαστον, τοῦτο τὸ αὐτῷ οἰκεῖόν ἐστι φέρεσθαι· καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἄν τις ὑπολάβοι, ᾗ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι, ὅτι τὸ ὅμοιον φέρεται πρὸς τὸ ὅμοιον· τοῦτο γὰρ ἐν συμβαίνει πάντως· ἐν γὰρ ἐὰν τις μετοθῇ τῶν γῆν, ἢ γῆν ἢ σαλπὴν, διαβήσεται ὑπὸ μορίων ἕκαστον πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ὅπου ὑπὸ καὶ γῆν. Verùm conciliat ipse verbis proximis. ὅτι πάντων ἐν τῇ γῇ μόριον, καὶ τὸ πᾶν. Eodem & terræ molis integra, & particula ejusdem quælibet, fertur.

Τὸ ὑγρὸν πᾶν συῤῥεῖν] lego, ὅτι τὸν ῥεῖν. inquit Annot. Lugd. sed nihil mutandum. nam & συῤῥεῖν mox denuo habetur: quod & ipse animadvertit.

Τὸ ὀλίγῳ ξυεῖπεν εὐέξαπτον] Virgil. *Æn. lib.* 1.

Suſcepitque ignem foliis, atque arida circùm
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Gregor.

Greget. Naz. in epitaph. Δύσκλειαν μὲν τὸ ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· ὅσοις δὲ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγρότητι· ἐπιμοι δ' ἂν εἰς τὸ ἀκριβὲς μετοσίαν δι πρῶτοι· ἢ ἀστράδειοι· κολάσιν τε πρὸς αὐτῶν ἔτι, καὶ ἀνεμον ἐξαθροίζουσι, καὶ διαπνοὴν ἐπὶ ξηρότητα. Et Synes. *de provident.* 1. Ὅσῳ δὲ πλέονι ἄνθρακας ὑπὸ σφῶν· δᾶσσον δὲ ἐξάπτονται διὰ τὴν ὕδη πρὸς τὸ πῦρ ὁπτοδεότητα. Contrà tamen de igne cœlesti Plut. *sympos. l.* 4. *c.* 2. ξύλων αὖων ἀψαυστὶ διαδῦσι, τὰ δ' χλωρὰ καίει· rationem ab ipso petas, licet.

Σωφρονικὸν ἄγελαι] Aristot. *hist. animal. lib.* 1. *c.* 1. Τῶν ζώων τὰ μὲν ἔστιν ἀγελαῖα· τὰ δὲ μονοδικά· τὰ δ' ἐπαμφοτερίζει καὶ τὰ μὲν πολιτικά, τὰ δ' ἀπορώτερον ἔστιν ἀγελαῖα μόνα, οἷον ἐν τοῖς πεζοῖς τὰ περὶ τὰς βοῦς μόνον, καὶ ἵππον, καὶ ὑὸς ἄγριον· καὶ τὰ τοιαῦτα, πολλὰ γένη τῶν ἰχθύων· ὁ δ' ἄνθρωπος ἐπαμφοτερίζει· πολιτικὰ δ' ἔστιν, ὧν ἕν τι καὶ κοινὸν γίνεται πάντων τὸ ἔργον. ὃ δὲ οὐ πάντα ποιεῖ τὰ ἀγελαῖα· ἔστι δὲ τοιοῦτον ἄνθρωπος, μέλιττα, σφήξ, μύρμηξ, γέρανος. De apibus Plin. *lib.* 17. *c.* 5. *Illæ ad usus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, consilia privatim, ac duces gregatim.* Vide Plutarch. in *Lycurg.* de republ. Spartana *ad lib.* 1. § 16. κοινωνικωτέρων.

Εὑρέθη] *Inventa, reperta sunt*, id est, existunt. & mox; εὑρίσκετο. *reperitur.* i. e. existit. uti paulò pòst, ἐάσεις. formula Hebræis admodum familiaris, quibus in sacra pagina מָצָא *inveniri*, pro *esse*; & in scriptis Doctorum מְצוּי τὸ ὄν, ens. *Histor. Esther. c.* 1. *v.* 5. *qui inventi sunt.* id est, qui fuerunt, *Susan. Annal. lib.* 2. *cap.* 19. *v.* 3. *bona in te inveniuntur.* id est, sunt. Hellenistæ pariter qui dicuntur, Lucas *Evang. c.* 17. *v.* 18. οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες. *Non inventi sunt*, i. e. non extitêre, *qui reverterentur* & *Act. c.* 5. *v.* 39. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. *nè Deo adversemini.* Paulus *ad Cor. epist.* 1. *c.* 4. *v.* 1. Ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. *ut fidelis sit. ad Phil. c.* 2. *v.* 7. Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ubi γενόμενος & εὑρεθεὶς idem valent. *Ad Hebr. c.* 11. *v.* 5. ex Græcis interpretibus, de Henocho dicitur, Οὐχ εὑρίσκετο quod Moses *l.* 1. *c.* 5. *v.* 24. dixerat אֵינֶנּוּ *non erat.* Petrus *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 22. Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. quod vates dixerat, Esaiæ *c.* 53. *v.* 9. *& in ore ejus dolus non extitit.* Eâdem formulâ usus est & Joannes *Apoc. c.* 14. *v.* 5. qui & *c.* 16. *v.* 20. καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. *Montesque non extiterunt.* & *c.* 18. *v.* 21. de Babylone Mystica, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. *Nec extabit amplius.* Ignat. *ad Roman.* exhibitus *ad l.* 4. § 16. Ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρὺς εὑρεθήσωμαι. *Ne qui post mortem molestus sim.* & *ibid. ad l.* 10. § 3. exhibendus, ἵνα καθαρὸς ἄρτος θεοῦ εὑρεθῶ. *ut purus Dei panis fiam.* Plut. *Sympos. lib.* 4. *c.* 2. καὶ λυχνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγκειμένοις (leg. ἐγκειμένων) ἐλύτρωις, τὸν μὲν ἄργυρον σωζόμενα τυγχάνειν, τὸ δὲ ξύλον ἄδηκτον, καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι· *intactum illæsumque extitisse.* Clemens. *strom. lib.* 1. Ἀρκεῖ δὲ τῷ γνωστικῷ, κἂν εἷς μόνος ἀκέραιος εὑρεθῇ. *Si unum duntaxat auditorem habuerit.* Denique elogium illud, quod Ezechiæ regi tribuitur, *Regum hist. l.* 2. *c.* 18. *v.* 5. & Josiæ *ib. c.* 23. *v.* 25. *Non fuit similis illi in regibus qui præcesserant.* Observat Nic. Liran. in *Hymnis Ecclesiasticis*, ubi de sanctis quibusdam enunciatur, hâc formulâ exprimi, *Non est inventus similis illi.* Quin. & τὸ ἐξευρεθῆναι eodem sensu usurpavit Marcus *infr.* § 35. pro *extitisse.*

Καὶ οἵᾳ ἔφατις] Ex Stoicorum sententia, qui brutis animantibus affectus veros negabant, *quasi affectus* nescio quos concedebant. Senec. *de ira l.* 1. *c.* 3. *Muta animalia humanis affectibus carent; habent autem similes illis quosdam impulsus. Alioqui si amor in illis esset, & odium esset; si amicitia, & simultas; si dissensio & concordia; quorum aliqua in illis quoque extant vestigia. Cæterum humanorum pectorum propria bona malaque sunt.* Ibid. *Dicendum est, feras irâ carere, & omnia præter hominem. nullam ea nascitur, nisi ubi rationi locus est. impetus habent feræ, rabiem, feritatem, ineursum; iram quidem non magis quàm luxuriam. tralci non magis sciunt, quàm ignoscere.* Eandem Stoicorum ferè omnium sententiam fuisse monet & Galen. *de dogm. Hip. & Plat. l.* 3. *c.* 3. quam & operis ejusdem *libro primo*, qui maxima ex parte jam intercidit, refutâsse se dicit. Cæterùm, hoc non tam refellens, quàm ridens, Plutarchus in *collat. animal.* & ex Plut. Porphyrius *de abstinent. l.* 3. Ex quo Plutarchi codices reficiendi & supplendi. Οἱ δὲ περὶ τόπων ἀζελτέρως λέγοντες, μήτε ἡδονὰς, μήτε δυμοὺς, μήτε φοβερὰς, μήτε παραπλήξεις, μήτε μνημονεύειν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν μνημονεύειν ἢ μέλιττας, καὶ ὥσπερ παραπλήξεις ἢ χελιδόνα, καὶ ὥσπερ δυμοὺς ἢ λέοντα, καὶ ὥσπερ φοβερὰς ἢ ἔλαφον· οὐκ ὀίδα τί χρήσονται, τοῖς λέγουσι, μηδὲ βλέπειν, μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ' ὥσπερ βλέπειν, καὶ ὥσπερ ἀνόητον. μηδὲ φωνεῖν ἀλλ' ὥσπερ φωνεῖν· μηδὲ ὅλως ζῆν, ἀλλ' ὥσπερ ζῆν. ταῦτα γὰρ ἐκείνων ἂ μᾶλλόν ὅτι λεχθήσεται καὶ παρὰ τὸν ἀνάγκαν.

Ἐν τῷ κρείττονι] *Apud præstantiorem partem.* Xyl. quasi diceretur, propensionem ad societatem apud animalia ista in parte præstantiore, h. e. anima, deprehendi. cùm hoc potiùs Marcus velit, in istis, utpote præstantioribus, quia sunt animata, propensionem illam intensiorem existere. hoc est enim ὀπτεσιόμφιον· quod ille omisit.

Ἐπὶ

Ἐπὶ ὃ τὸ τῶν λογικῶν ζώων πολιτεῦσαι] Aristot. *polit. l.* 1. *c.* 2. φανερὸν, ὅτι φύσει ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ὁ ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον. καὶ ὁ ἀπολις διὰ φύσιν, καὶ διὰ τύχην, ἢ τοι φαῦλός ἐστιν, ἢ κρείττων. ἢ ἄνθρωπος· διὸτι ὃ πολιτικὸν ὁ ἀνθρωπος ζῶον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον, συνικόν. Οὐδὲν γὰρ, ὡς φαμὲν, μάτην ἡ φύσις ποιεῖ. λόγον ὃ μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων. quod suprà Marcus. Πᾶν τὸ νοερᾶς ψυχῆς μέτοχον, ἢ καὶ μᾶλλον. Juvenal. inter alia huc spectantia, *sat.* 15.

Sanctum à cœlesti demissum traximus arce;
Cujus egent prona, & terram spectantia: mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoq; mutuus ut nos
Affectus petere auxilium, & præstare juberet,
Diversos trahere in populum.——&c.

Cicer. *de amicit. Quod si hoc apparet in bestiis, volucribus, natantibus, agrestibus, cicuribus, feris, ut requirant atq; appetant, ad quas se applicent, ejusdem generis animantes, idque faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani; quanto id magis in homine sit naturâ? quocirca à natura, quæ solitarium nihil amat, mihi videtur potius, quàm ab imbecillitate aut indigentia orta amicitia. quæ enim potest esse sine hac vita vitalis, ut ait Ennius?* Quod Euripid. *Oreſt.* ——Τί χρὴ ζῆν ἐταίρους ἄτερ; ὅτι γὰρ τῶν ἀνθρώπων οἴεται τὸ ζῆν ἀρθόνιος τῆς κοινωνίας. Porphyr. *de abstin. animal. l.* 3. siquidem, ut Senec. *ep.* 6. *Nullius boni sine socio jucunda possessio est.* & Cicer. *ibid. Societate sublatâ, omnis est è vita sublata jucunditas. aufert enim fructus voluptatum omnium solitudo. Nec sine societate ulli potest esse jucunditas.* Idem *pro Planc.* Proinde Aristot. *Eudem. l.* 7. *c.* 1. Δυνότατόν ἡ ἐρημία. Ἀνὰ γὰρ φίλων ἑδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ ἅπαντα. Idem *ethic. Nicom. l.* 8. *c.* 1. *Nec in cœlo etiam jucundè satis sine socio aliquo acturum se* dicere solebat Archytas Tarentinus, referente Cicerone. Porrò, *quemadmodum solitudo in eo est, sic in dulcedine appetitio societatis,* Senec. *ep.* 9. Auguſt. *de bon. conjug. c.* 1. *Sociale quiddam est humana natura. Nihilque est homini amicum sine homine amico.* Idem *epist.* 121. *c.* 2. Vide *l.* 5. § 16.

Ἐπὶ τὸν ἀέρων] vide *l.* 6. § 43. & *l.* 11. § 27.

Καὶ ἐν διεσηκόσιν τρόποις πυκὰ] *etiam ex diversis modis.* Xyl. quaſi disjunctim legerit, ἐν διεσηκόσιν, quod Lugd. ἐνδιεσηκόσιν conjunctim legit. Et hoc malim. ut τὸ ἐν vel redundet, ut in ἐν χαρᾷ, ἐκκεντεῖν. atque ità Marcus mox, ἐν διεξόδοις. quomodo & *l.* 7. § 13. vel intendat, ut in ἐκπαιδεῦσαι, ἐκ τοῦ διδάσκειν, quod Clemens usurpavit *strom. l.* 2. atque ità Casaub. cepit, qui, *naturâ longè à se invicem distantia*, vertit. Ego simpliciter, *loco dissito*, sive *distantia*, dixerim. Hesych. Διέσει, διεχωρισμῷ. Διεσήκασιν, διεχώρισαν, ἐμάκρυναν πόρρω. Certè quæ noster istîc ἐνδιεσηκότα, eadem Sextus Empir. *adv. Phys. l.* 1. *c.* 2. nunc διεζῶτα vocat, nunc ἐκκεχωρισμένα. Unde τὸ ἐκχωρεῖν verbi exemplum sumere poterat Lexicographorum princeps ille. Ex quo *ad l.* 7. § 13. alisquo ibidem laudatis, lux loco isti luculentissima debitur. Astra autem quæ hic διεζῶνται. eadem *l.* 6. § 43. διάστασις dicuntur. Verùm *ibi* forsitan affectionum effectuúmque differentiam & hic situs locique distantiam designatam volebat. Hoc certè utrobique voluit. *exercitum* illum, (prout nuncupat sacra pagina) sive *instructuram* cœlestem, licèt astris consset innumeris, eisdémq; loco dissitis, affectione disparatis, ad munus tamen suum obeundum pulcre ac concorditer conspirare. ut in eis vere censeri possit, de quibus Senec. *epist.* 102. *Quædam ex distantibus constant, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per quos ista corpora efficiuntur, jure aut officio cohærent., naturâ diducti & singuli sunt.*

Μόνα τὰ νοερὰ νῦν ἀπολίλαυσε τῆς πρὸς ἄλληλα στυφῆς] Lacrimarum non imbre sed fonte uberrimo & perennante, deplorári dignissima querimonia de naturæ humanæ pravitate insignissima, ab institutione primæva solitariè degenerantis. Homo, inquit, solus ex omnibus creaturis originis officíque oblitus est sui. Joan. Chrysost. *in Genes. orat.* 12. ubi docuisset creaturas cæteras creatori suo debitum obsequium jugiter præstare. Ὁ ὃ ἄνθρωπος, inquit, τὸ λογικὸν, τὸ ἥμερον ζῶον, τὸ κοινωνικὸν, τὸ θεοσεβές, τὰ ἐναντία τῇ οἰκείᾳ φύσει διαπεφάτηται, καὶ διὰ τὸν ραδυμίαν εἰς τὸ τῶν θηρίων ἀμάθεια [ὁμοιότητα, f.] ἑαυτὸν ἐξήγει. Idem deplorat Basil. Cæsar. *in Psal.* 49. *v.* 12. & *in Esai. c.* 2. *v.* 9. Verùm hoc ipso in genere, de quo Marcus istîc, hominem plus feris ipsis naturæ legem transgredi, monet Juvenal. *sat.* 15.

Sed jam serpentum major concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera. Quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.
Ast homini ferrum lethale incude nefandâ
Produxisse parum est. &c.——

Objurgat Seneca *epist.* 95. *Non pudet homines mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere, cùm inter se etiam mutis ac feris pax sit?* & *epist.* 103. *Nunquam illas ad nocendum nisi necessitas inigit: aut fame, aut timore coguntur ad pugnam: Homini perdere hominem libet.*

Ἀλλ' ὅμως καί τοι φεύγοντες θέλγει τε καὶ ἁμύσσουσι] Hoc est quod Cicer. *de amicit. Quinetiam si quis câ asperitate est, & immanitate naturæ, ut congressus

greſſus & ſocietatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus; tamen is pati non poſſit, ut non acquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ. Sed inſigniſſimè Epictet. *l.* 2. *c.* 20. adverſus Epicureos agens, qui dogmatibus ſuis ſocietatem tollebant, cùm ad proprium commodum cuncta referrent. Ὡς ἰσχύει τι ἡ ἀνίκητον ὄζειν ἡ φύσις ἢ ἀνθρωπίνη; πῶς γὰρ δύναται ἄμπελος μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι, ἀλλ' ἐλαϊκῶς; ἢ ἐλαία πάλιν μὴ ἐλαικῶς, ἀλλ' ἀμπελικῶς; ἀμήχανον, ἀδιανόητον. ἢ τοίνυν ἀνθρώπου ὄντος τοῦ παντελῶς ἀποβάλλειν τὰς κινήσεις τὰς ἀνθρωπικὰς. ἢ δι' ἀποκοπτόμενοι, τὰς γε φαινομένας τὰς ἐπὶ ἀνδρῶν ἀποκόψασθαι δύνανται. ὥστε ἢ Ἐπίκουρος, τὰ μὲν ἀνδρὸς πάντ' ἀποκόψαι, ἢ τὰ οἰκειότητος, ἢ πολίτου, ἢ φίλου τὰς δὲ φαινομένας τὰς ἀνθρωπικὰς οὐκ ἀπεκόψατο. ἢ γὰρ ἐδύνατο, ἢ μᾶλλον ἢ οἱ Ἀναδυομενοὶ τὰς αἰδόσους τὰς αὐτῶν ἀποβαλεῖν ἢ ἀποτυφλῶσαι δύνανται, καὶ τοι τοῦτο μάλιστα πάντων ἐπιτηδεύοντες. Cæterùm & Stoicis idem dici poterit, qui affectus humanos à natura inditos, exuere & extirpare incaſſum conati & connixi ſunt. Huc facit Varronis illud, *longè fugit, qui ſuos fugit.* de quo videndi Auſ. Popma. & Turneb. *adverſ. l.* 15. *c.* 5.

§ 10. Φέρει καρπὸν] vide *l.* 8. § 19. Nihil eſt in rerum natura otioſum, infructuoſum nihil. Vide *Eccleſ. c.* 11. *v.* 1, 2, 3. *ad Philip. c.* 2. *v.* 11. *Galat. c.* 5. *v.* 22. *Matth. c.* 7. *v.* 15. 20. & *c.* 12. *v.* 33, 35.

Ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἔκλασα] quod Pſaltes *Pſal.* 1. *v.* 3. בעתה in tempeſtate ſua. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Indè illud Marci *c.* 11. *v.* 13. εἴπερ εὗρεν οὖν μὴ φύλλα· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. de quo loco, quò difficultate ſe quâdam expediat, D. Leifeldus noſtras, ὁ μακαρίτης ita argutatur, ut ὅλως ὧν καιρὸν fuiſſe ajat, σύκων peculiariter ſic dictorum neget. Verùm nè ſic quidem exolvi nodus videtur, quem more ſolenni diſſimulant prorſus interpretes. V. Cl. Heinſius, ſpiritu duntaxat accentúque (cæteroqui nè literulâ quidem immutatâ) adjectis, notuliſque eorundem indicibus appictis, ſenſum commodum ſatìs ac contextui reliquo congruentem elicuit, ut legeretur, ὧν γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων. *Ubi enim erat, tempus erat ficuum.* vel, *tempeſtivæ & maturæ erant ficus.* quod ipſe eruditis expendendum cenſendúmque dimitto.

Εἰ δὲ ὁ σωφρονικὸς κύριος πάτροφον] Ità Baſil. ſed Lugd. meliùs τετριφέν, *trivit.* Sic Cicer. *de fin. l.* 3. *Rerum nomina novarum, quæ nunc conſuetudo diuturna trivit.* Xyl. autem iſta non cepiſſe nil mirum; cùm ſcripturam veram non animadverterit.

Ὁ λόγος ἢ καινὸν ἢ ἴδιον καρπὸν φέρει] quia nimirum, τὸν καρπὸν, ὃν φέρει, αὐτὴ καρπεται. *l.* 12. § 1.

§ 11. Εἰ μὴ δύνασαι, μὴ ἀδόλασκε] Vide *l.* 5. § 28. & *l.* 8. § 59.

Περὶ τοῦτο ἡ εὐμάρεια] Ità *infrà* § 42. ἀνθιφάμενον ἡ περάστης.

Καὶ ὁ Θεὸς ἢ εὐμαρῆ τοῖς τοιούτοις] Vide *l.* 7. § 70. Eodem utitur argumento apud principem Poetarum Phœnix Achillem alloquendo, *Iliad. l. v.* 492. (χὴ)

Ἀλλ', Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν· οὐδέ τοι ἐστὶ Νηλεὲς ἦτορ ἔχειν, σφωΐν δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ, Τῶν σφῶν καὶ μείζονα ἀρετὴν, τιμήν τε, βίην τε.

Οὗτος οἷα χρησοί] τλιὸν τοῦ θεοῦ χρησύστατα iſtam prædicat Apoſtolus *ad Rom. c.* 2. *v.* 4. & *c.* 11. *v.* 22. & *ad Tit. c.* 3. *v.* 4. ſed cumprimis *ad Rom. c.* 5. *v.* 6, 10.

Ἔξεστι δὲ καί σοι] quia nimirum περὶ τοῦτο ἡ εὐμάρειά σοι δέδοται. quod *ſuprà* dixerat. ſic Matth. *c.* 5. *v. ult.*

Εἰ οἶσθ, τίς ὁ κελεύων [lege ἢ οἶσθ· quod & Caſ. vidit.

§ 12. Πόνει] Lepida illa Crateris *epiſtola* ordine 4. Εἰδ' αἱρετὸν ὁ πόνος, πονεῖ· εἰ δὲ φαῦλον, πόνει, ἵνα μὴ πονῇς. διὰ γὰρ τοῦ μὴ πονεῖν ἢ φαῦλος πόνος, τῷ δὲ ἐναντίῳ καὶ διάκειται. forſan, τὸ δὲ ἐναντίον.

Μὴ ὡς ἄθλιος] ſiquidem πόνος οὐδὲν ἀδιαφόρως ἔχει. *l.* 3. § 4. neque itaque miſerum facere poteſt. De Hercule Dio Pruſ. *orat.* 8. Ποιοῦντα μὲν γὰρ ἀγωνιζόμενον ἐπάνω, καὶ φασιν αὐτὸν ἀνθρώπων ἀθλιώτατον· ἢ διὰ τοῦτο ἄθλιος ἐκάλουν τοὺς πόνους αὐτοῦ ἢ τὰ ἔργα, ὡς τὸν ὀδύνηρον βίον ἄθλιον ὄντα. Verùm iſtos objicienti Lyco apud Senecam in *Herc. furen.* 2. 2. reſpondet Megara; *Quemcunque fortem videris, miſerum neges.* vide *l.* 1. §. 15. ὁ χαλεπὸς καρτερητικὸν οὐδὲ περιπεσών.

Μηδὲ ὡς ἐλεεῖσθαι ἢ θαυμάζεσθαι θέλων] quod vitium in Diogene notavit Plato, qui cùm is frigidâ perfuſus aliquando, aliquandiu conſiſteret, quò adſtantium oculos ad ſe intuendum converteret, illi autem hominis quaſi frigore rigentis miſereri præ ſe ferrent, *ei βέλεσθε αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόστητε, ſi miſereri hominis vultis, diſcedite,* inquietabat. ἐκδεικνύμενος φιλοδοξίαν αὐτῷ, inquit Laërt, *l.* 6. *vanitatem gloriolæque cupidinem arguens in homine.* utpote qui nemine inſpectante ipſe ſponte ſuâ ſe vexare deſineret. Vide *l.* 2 § 7.

§ 13. Ἐξῆλθον πάσης περιστάσεως] Vide *ad lib.* 1. § 12, & 15. περιστάσεως autem vocabulum, etiamſi laxiùs acceptum circumſtantias quaſcunque caſúſve emergentes citra diſcrimen comprehendat, utì obſervant Sext. Empiric. *Pyrrh. hypotheſ. l.* 1. *c.* 14. Hermogen. *art. rhet. l.* 3. *c.* 3. & Fabius *inſtitut. l.* 3. *c.* 5. & *l.* 5. *c.* 10. atque ità Democritus apud Athenæum *l.* 10. uſurpavit, ubi de Alcæo dixit; χρὴ πᾶσιν ὥρην, καὶ πᾶσιν περίστασιν,

πάσαν

πίνειν ὁ ποιητὴς ὕτω ἐνείκασεν hoc est; vertente, quò Dalechampium corrigat, Casaubono; *Quacunq; animi tempestate, & quocunq; rerum suarum statu*, sive tristi sive læto, *poëta hic potans reperitur*. & *ad Apollon. consol.* Plut. Ὥσπερ γὰρ ἐν φυτοῖς, ποτὲ μὲν πολυκαρπίαι γίνονται, ποτὲ δ' ἀκαρπίαι, καὶ ἐν ζώοις ποτὲ μὲν πολυγονίαι, ποτὲ δ' ἀγονίαι, καὶ ἐν θαλάττῃ, εὐδίαι τε καὶ χειμῶνες· οὕτω καὶ ἐν βίῳ πολλαὶ καὶ ποικίλαι περιστάσεις γινόμεναι, ἀεὶς τὰς ἐναντίας ἀπεύχεσθαι τοῦ ἀνθρώπους ποιοῦσι. Ea tamen, quâ hic Marcus adhibuit, loquendi formulâ, in sequiorem partem sumitur; proejusmodi casibus qui molestiam nobis aliquam facessunt. quod & frequenter fieri Budæus monet. Ità Suidas. Συμφορὰν Θεωνίδης· τὴν ἀπὸ περιστάσεων δυσχέρειαν, καὶ οὐκ ἐξ οἰκείας ἀβουλίας κακοπραγίαν. Et Phrynich. Περίστασις ἡ συμφορά. Stoicis familiare esse eo sensu adnotans. Maxim. Tyr. in *titulo dissert.* 36. Ὅπου ἔξεστι καὶ ἐκ τῶν περιστάσεων ὠφελεῖσθαι. Huc generosa illa gnostici vox apud Clem. *strom. l. b.* 4. Ἅπαντα, φησὶν περίστασιν, καὶ λάβε ἐπίδειξιν quod latius paulò extulit Epictet. apud Arrian. *dissert. lib.* 1. *c.* 6. Φέρε γάρ, ἐγὼ Διὸς, ἐμοὶ περίστασιν· ἔχω γὰρ παρακολουθῶν ἐν σοὶ μοι δοκοῦντι καὶ εὐ ῥωμένῳ πρὸς τὸ κατορθοῦν διὰ τὴν ἐπιστήμην ἑαυτόν· & *ibid. c.* 24. cujus & *titulus*, Πῶς πρὸς περιστάσεις ἀγωνιστέον· Αἱ περιστάσεις εἰσὶν, αἱ τοὺ ἀνδρας δεικνύουσι· quod Naso *trist. l.* 4. *eleg.* 3.

Quæ latet, inque domi cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturque malis.

Et Senec. *Herc. fur.* 2. 2.

Imperia dura tolle, quid virtus erit?

sed pergit Epictet. Λοιπὸν, ὅταν ἐμπέσῃ περίστασις, μέμνησο, ὅτι ὁ Θεός σε, ὡς ἀλείπτης, προχείρους ἐποίησε πρὸς τὸν ἐπιστήμην· ἵνα τί; φησίν; ἵνα ὀλυμπονίκης γένῃ· δοκεῖ δ' ἱερὸν τοῦτο εἶναι. *Ibidemque l.* 2. *c.* 6. Ἡμᾶς δ' ἐδεῖς θέλει. ἐμοὶ γὰρ ἀνάγκης καλούσης ξυλύτους ἀπακοῦσαι αὐτῇ· ἀλλὰ κλαίοντες καὶ στένοντες πορεύω, ἃ πάσχω, καὶ περίστασις αὐτὰ καλεῖ. πίας περιστάσεις, ἄνθρωπε; εἰ περίστασις λέγεις τὰ ἀριστικὰ τὰ πόνου ἀφορμὰς οὖσα· εἰ δ' ὡς δύσκολα καλεῖς, ποίαν δυσκολίαν ἔχει, τὸ γυμνάσιον φθαρῆναι; Clemens idem *strom.* l. 7. Ταύτην ὑπέμεινε, περίστασιν γυμνάσης, τῆς ἰδίας ἕξεως ὁ γνωστικὸς ἐξίσα). Ἐμπέσῃ δὲ καὶ ἀμετρόκλιτος ἡ τὰ ἀγαθὰ ὑπομονητικὴ κτῆσις. Plura adjici poterant: verùm ista sufficerint, & vocabuli rationem explicando, & usum apud Stoicos hoc sensu frequentem comprobando.

Ἐξέδρου] Vide *l.* 5. § 2. & *l.* 8. § 40. & *l.* 12. § 22. 25.

Ἔξω γὰρ οὐκ ἦν] Vide *l.* 7. § 16. & *l.* 8. § 47. & *l.* 10. § 38.

§ 14. Πάντα ταῦτα] forsan potiùs πάντα τ' αὐτὰ *omnia eadem sunt*, quæ priùs fuerant. vide *l.* 4. § 42, & *l.* 7. § 1.

Σωπῶσι μὲν τῇ πείρᾳ] Vide *l.* 4. § 44.

Βούλεται δ' τοῦ χρόνου] ità *l.* 4. § 35. Πᾶν ἐφήμερον. & § 44. τὰ ἀνθρώπινα ὡς ἐφήμερα, id est, *diurna, non diuturna*; sive *brevis ævi*. ὀλιγοχρόνια. ut *l.* 7. § 1. ità enim τὸ ἐφήμερον usurpatur. Clem. *pædag. l.* 2. *c.* 8. Ἀντίκα δὲ μάλα καὶ διαλίσκεται τὸ ἐφήμερον αὐτῶν· ἄμεμφον γὰρ παραίνεσιν, ἐς τὸ ἀνθρώπινον καὶ τὸ κάλλιστον. & Timæus *de anim.* Θνητά τε καὶ ἐφήμερα ζῶα.

Ῥυπαρὰ] Vide *l.* 5. § 10. & *l.* 8. § 24.

§ 15. Τὰ πράγματα ἔξω θυρῶν ἑστηκεν] Ità *lib.* 4. § 3. Ἔξω ἑστηκεν ἀπημαθῆ. & *lib.* 5. § 19.

Τὸ ἡγεμονικὸν] Vide *l.* 4. § 39.

§ 16. Οὐκ ἐν ποίᾳ, ἀλλ' ἐνεργείᾳ] Vide *l.* 6. § 51. & *l.* 8. § 12.

§ 17. Τῷ ἀναῤῥιφθέντι λίθῳ] Idem de pila. *l.* 8. § 20.

§ 18. Δίελθε ἑαυτοῖς τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῆς] Vide *l.* 4. § 38. & *l.* 7. § 34.

Τίνας κεῖται θεοῖς] Pythagor. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 46. Πῶς ἂ κείνοις εἴη καλὰ, κἂν ποσῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν φαῦλα· γὰρ κεῖται πᾶσι καλὰ πρὸς τὸ, ὄχλα· δόξαν ἂν τῆς ἐπαίνου καταφρονῆς, καὶ τὸν λόγον καθαρεύῃ. Cleanthes apud Clementem *stromat. l.* 5.

Μὴ σοὶ δόξαν δος, ἐθέλων σοφὸς εἶναι φιλοῖς.
Μηδὲ σοῖς πολλῶν ἀκεπτε καὶ ἀναισία δόξαν.
Οὐ γὰρ παθὼν ἔχει σωστὸν κείνον, ὅτε δικαίαν,
Οὔτε καλὸν ὀλίγοις τὸν παρ' ἀνδράσι τοῦτο κεῖνο θυσεῖς.

quod is à Comico γνωμικώτερον ἐν βραχεῖ conceptum asserit his verbis,

Ἀμείνων δὲ κείνου τὰ κοινὰ τῶν πολλῶν φέρων.

ità enim quidam legi postulant, & cum Clementis scopo probè congruit. Cæterùm lectio recepta,

Ἀμείνων δὲ κείνου τὰ κοινὰ τοῦ πολλὰ φέρων,

aliud sonare videtur, eòque respicere, quod à Demosthene dictum est, ὡς τοὺ μὲν ὑποκριτὰς ἐκ τῆς φωνῆς, τοὺ δὲ ῥήτορας ἐκ τῆς γνώμης δεῖ κρίνειν. Seciùs planè quàm Philisco Marci nostri filius, referente Philostrato, τὸν μὲν ἄνδρα δεινὸν ἡ κόμη, τὸν δὲ ῥήτορα ἡ φωνή. Sed & quod Capheſias tibicen, cùm μεγαλοδόας τις prædicaretur, & post Capheſiam Zeno ac Demosthenes, οὐκ ἐν τοῦ μεγάλου τὸ εὖ κεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τοῦ εὖ τὸ μέγα. Referunt hoc Laërt. *lib.* 7. Athen. *l.* 14. Eustath. *in odyss.* 1. prius illud Stob. *tom.* 2. *tit.* 4. Suidas. Plut. in *vita*, 10. *rhet.* Quanquam & πολύς φόρος ille ad acclamantium, καὶ εὐτυχῶν δοκούντων φόρων, cui opponitur illud τὸ ἐυφημεῖν ἀφοπῆ *lib.* 1. § 9. non incommodè referri potest. de ea vide sis Plinium min. *lib.* 2. *ep.* 14. ubi inter cætera; *si quando transibis per basilicam, & voles scire quomodo quisque dicat, nihil est quod tribunal ascendas, nihil quod præbeas aurem, facilis divinatio; scito eum pessimè dicere, qui laudabitur maximè.* In Senecæ *excerptis*:

Malè

Malè de te loquuntur homines. Sed mali. Moverer si de me M. Cato, si Lælius, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere laudari est. Non potest ullam autoritatem habere sententia, ubi qui damnandus est, damnat. Malè de te loquuntur: moverer, si judicio hoc facerent; nunc morbo faciunt. bonè nesciunt loqui. faciunt, non quòd mereor, sed quòd solent. quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latrent. vide *ad l.* 3. § 4. & *l.* 4. § 3. Τὸ ἄπειρον τῆς εὐφημίας δοκοῦντων.

Οἷος ἡ καὶ αὐτὸς] *Lib.* 3. § 4. & *lib.* 8. § 53.

§ 19. Πάντα δὲ μεταβολῇ] Ità *lib.* 4. § 3. & *l.* 7. § 23. vide & Aristot. *de gen. & Cor. l.* 1. *c.* 3. *ad l.* 7. § 25.

Αὐτὸς σὺ] Vide *infr.* 21.

Ὁ κόσμος ὅλος] *Lib.* 4. § 3. Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις.

§ 20. Ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν] Idem *lib.* 7. § 29. vide & *infr.* § 38. cum sequentibus autem istà Xyl. absurdè connectit.

§ 21. Ὁρμὴς, χωλήψεως παῖδα καὶ οὐ θάνατος καλόν] forsan ὁρμὴς καὶ χωλήψεως παῖδα, οὐ θάνατος. *Actionis finis & motûs, sive externi, sive interni, cessatio actionis* sive *motûs*, illius *quasi mors est. Nihil* tamen *mali subest.* ut mox, τούτων πᾶσα μεταβολὴ θάνατος· μὴ δεινόν, potest tamen sententiâ continuatâ legi, ὁρμὴς, χωλήψεως παῖδα καὶ οὐ θάνατος, οὐδὲ καλόν. *actionis, motûs, opinationis cessatio & quasi mors, non mali in se habet.* illud Cas. hoc Xyl. secutus est. vide *l.* 12. § 23. Diversa paulò ratione de aqua & aëre mortis vocabulum usurpavit Philo *de mundo.* Εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους ἀπέζωσε τὸ ὕδωρ, ἀκίνητον ἐᾶσεν, ὑφ' ἧπερ χρὴ νεκρὸν, μεταβάλλει γὰρ, καὶ τὸ δυσῶδες γίνεται, δ' ἀὴρ ψυχῆς ἀναπνέον ζῷον. εἰ γὰρ μὴ διὰ ταῦτα φθείρεται, σαπεὶς ἡ δύλευσεν δ' ἀὴρ. ἔτι γὰρ πρὸς ἀποθνήσκειν πέφυκεν· ἐνοῖ τὸ ἀν τῆς, μὴ σχιζόμενος ὀνομάτων εὐφωνίας, ἀλλὰ τῆς ἀληθοῦς, ἵνα μοι λοιδὸν ᾖ, πολλοῖς θανατον. τὸ δ' ἀκίνητον παθεῖν ἀναγκαῖον ἐπὶ φθορᾷ ἁπάντων, ὅσα ψυχῆς μετέσχεται. Cæterùm ad Marci mentem plane Augustinus *in Joan. tract.* 38. *Res quælibet, si mutabilis est, non verè est: non enim est ibi verum esse, ubi est & non esse. quicquid autem mutari potest, mutatum, non est quod erat. Si non est quod erat, mors quædam ibi facta est: ereptum ibi aliquid, quod erat & non est. nigredo mortua est in capite albescentis senis; pulchritudo in corpore fessi & incurvi: mortuæ sunt vires in corpore languentis: mortua est fluxio in corpore ambulantis; mortua ambulatio in corpore stantis; mortua & ambulatio & status in corpore jacentis, mortua locutio in lingua taccntis, quicquid mutatur & est quod non erat, video ibi vitam quandam in eo quod est: & mortua in eo quod fuit.* vide *l.* 10. § 18.

Τούτων πᾶσα μεταβολὴ, θάνατος] Plut. *de EI Delph.* Οὐ μόνον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος ἀὴρ γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος ὕδατος γένεσις· ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' αὐτῆς ἴδοις ἂν φθειρόμενον ἀνθρώπου γέροντος· ἐφθάρη δ' ὁ νέος εἰς τὸν ἄνδρα, καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν νέον, εἰς ἧς τὸ παῖδα τὸ νήπιον· ὃ τι χθὲς εἰς τὸ σήμερον τέθνηκεν, ὁ ἧς σήμερον εἰς τὸν αὔριον ἀποθνήσκει· ὧν ἡ ἕδεις, ἀλλ' ἔστιν ὅς. quæ tamen ipse tanquam arguta magìs, quàm solida notat, in *lib. de tranquill.* & *de tarda Numinis vindict.* Senec. *ad Marc. c.* 20. *Ex illo quo primùm lucem vidit, iter mortis aggressus est; & ipsi qui adjiciebantur adolescentiæ anni, vitæ detrahebantur. in hoc omnes errore versamur, ut non putemus ad mortem nisi senes inclinatosque jam vergere: cùm illò infantia statim, & juventa, omnisque ætas ferat. agunt opus fusum fatæ nobis sensum nostræ necis auferunt: quòque facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine latet. Infantiam in se puerilia convertit, puerilitatem pubertas: juventutem senectus abstulit. incrementa ipsa, si hæc computes, damna sunt.* Vide *ad l.* 3. § 1. Hæc autem luculentissimè explicantem Nasonem, ab anni tempestatibus ad ætates hominis traductâ imagine, habes *metamorph. l.* 15, *à v.* 199, *ad* 234. de se, & de Christianis sui temporis, Clemens *Strom. l.* 4. Καθάπερ ἡλικίας μεταβολὴ, ὅτου ἧς καὶ βίου ἐναλλαγὴ γίνεται.

Ὅσα δὲ τὰ ὅλα σου βίου λήξει] Plut. ubi *supr.* Ἀλλ' ἡμεῖς ἔγε φοβώμεθα γελοίως θάνατον, ἧδη μὲν τεθνηκότος καὶ διαπεπτωκότος. Πότε γὰρ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἐν ἔστιν ὁ θάνατος; Idem *ad Apollon.* Itaque, *si tam brevis mors est, semper timenda est. quod enim tempus morti exemptum est?* Senec. *epist.* 30.

§ 22. Τάχα δὲ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν] Videntur ista eâdem spectare, quò illud *periochæ* 18. & forsan primò collata. Vultenim us in offensis injuriisq; ab alio nobis illatis, respiciamus ad *mentem* triplicem; ad *mentem propriam*, quò eam in justitiæ tenore contineamus, nec *mentis odio innocentiam* perdere velimus. prout, *l.* 7. § 15. & *l.* 8. § 51. ad *mentem universi*; cujus cùm pars simus, æquo animo ferre debemus, quicquid illâ dispensante nobis obtigerit, & in illius etiam usum bonúmq; cesserit. *l.* 2. § 3. & *l.* 5. § 8. & *l.* 6. § 8, 44. & *l.* 8. § 5, & *l.* 10. § 6. Ad *mentem injuriam inferentis*, ut consideremus, πότερον ἀγνοίᾳ ἢ γνώμῃ (ità enim legendum autumo) *utrùm per ignorantiam merum, an de industria*, pravo aliquo affectu, qui ex dogmate perverso provenire solet, seductus, peccaverit: in utroq; siquidem casu est leniter habendus *l.* 2. § 1. & *l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 27. & *l.* 7. § 26. & *l.* 11. § 18. subjicit item de *cognatione communi* monitum, quam & locis eisdem sedulò inculcat.

§ 13. Ἧς ἐὰν ἐν περιῇς σὺ] Edit. Lund. ἧς;

ἤπερ ἐὰν νῦν π. σ. corrupté itaq; *Annot. lego, ἐὰν ἤ π. σ. deleo* ἤπερ & νῦν. audacter pariter ac infeliciter; ex formula loquendi non animadversa, ἤπερ ἐὰν pro ἤπερ ἂν, *quæcunque.* sicut *Levit. c.* 20. *v.* 21. ἐὰν δὲ ἐὰν λάβῃ γυναῖκα. & Matth. *c.* 11. *v.* 36. παῦρα ἀγχοῦ, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν. &c.

Θεοῖς συμπολιτεύεσθαι] De Chriſtianis Paulus *ad Philip. c.* 3. *v.* 20. ἡμῶν γὰρ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς. Et Juſtin. *ad Diognet.* ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν· ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. & *ibid.* τότε θεάσῃ πτύσσοντα ἐπὶ γῆς, ὅτι θεὸς ἐν οὐρανοῖς πολιτεύεται. quo loco Sylburg. mavult, ὅτι θεὸς ἐν ἀνθρώποις πολιτεύεται· at quid ſi legamus, ὅτι πτύσσοντα ὅτι γῆς ἄνθρωπος, ἐν οὐρανοῖς πολιτεύεται; alii viderint. Clemens Alex. in *protrept.* Ὦ τῆς ἀγίας καὶ μακαρίας ταύτης διαθέσεως, (pietatem ac religionem veram vult) δι' ἧς ἀνθρώποις συμπολιτεύεται θεός. Qui & *paedag. lib.* 2. *c.* 10. Joannem Baptiſtam ait in eremo χρὴ γαλιλαίων τῷ θεῷ πολιτεύσας. vide *l.* 5. § 27. συζῆν θεοῖς.

Ὡς μήτε μέμφεσθαί τι αὐτοῖς] quod Epictet. *l.* 2. *c.* 19. ὁμολογωμονῆσαι τῷ θεῷ καὶ μηκέτι, μήτε θεὸν, μήτ' ἄνθρωπον μέμφεσθαι. vide *lib.* 12. § 12, 24.

Μήτε κατεγινώσκεσθαι ὑπ' αὐτῶν] hoc eſt quod Apoſt. *ad Rom. c.* 14. *v.* 18. εὐάρεστος τῷ θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις.

§ 2. Τί σε ἡ φύσις ἀπαιτεῖ, ὡς χρὴ φύσιν μόνον διοικεῖσθαι] *Obſerva quid natura tua requirat, quippe qui tantùm à natura gubernaris.* Xyl. nec abſcedit multùm Caſ. ego malim, *quatenus gubernatur à natura mera.* i. e. anima vegetativa, quam φύσιν meram appellat ſæpius Marcus. hoc eſt quatenus nec ſenſu, ut bruta animantia, nec ratione, ut homo, ducitur. Sic *infr.* § 33. ὅσα χρὴ φύσεως ἢ ψυχῆς ἀλόγου διοικεῖται. De Stoicis Galenus *lib. quo animam diſſerit corporis craſin ſequi c.* 4. πνεῦμά τι διὰ παντὸς εἶναι βούλονται, καθάπερ καὶ τὴν φύσιν· ὅπερ ὑχρότερον μὲν καὶ ψυχρότερον τὸ τῆς φύσεως, ξηρότερον δὲ καὶ θερμότερον τὸ τῆς ψυχῆς· ὥστε καὶ τὴν ὕλην μέν τινα οἰκείαν τῆς ψυχῆς εἶναι τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ ὕλης εἶδος. Hæc ergo Marci mens genuina. *permitte tibi*, inquit, *& admitte in te ea quæ natura*

tura tua poscere videtur, quâ est vegetativâ facultate prædita; nisi, si id tibi quâ animal, id est, vitæ tuæ sensitivæ, adversari videbitur. tum quod natura tua, qua es animal, expetere visa fuerit, nisi id tibi quâ es homo, & virtuti rationali, minùs consentaneum extiterit. Ità nihil vult admitti, quod natura hominis, aut quà vitam meram cum ſtirpibus, aut quà ſenſum cum animantibus communem habet, ſi rationi rectæ, cujus imprimis ratio habenda eſt, repugnaverit: vide *l.* 12. § 3. Marco Senéca lucem fœnerabit *epiſt.* 92. *Quid ergò, inquit, ſi virentem nihil impeditura ſit bona valetudo, & quies, & dolorum vacatio, non petes illa? quidni petam? non quia bona ſunt; ſed quia ſecundum naturam ſunt, & quia bono à me judicio ſumuntur.* Et luculentiorem adhuc Ariſtoteles, *ethic. ad Eudem. l.* 7. *c.* 15. Δῆ πρὸς τὸ ἄριστον ζῆν, καὶ πρὸς τὴν ἕξιν καθ' ἣν ἐνέργειαν τοῦ τοιούτου ὀργάνου πρὸς ἕκαστον. ἐπεὶ δὴ καὶ ἄνθρωπος φύσει συνέστηκεν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀρχομένῳ, καὶ ἕκαστον δὴ ζῷον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀρετὴν ζῇν. Et mox. Εἰ τις ἂν αἵρεσις καὶ κτῆσις τῇ φύσει ἀγαθῶν ποιήσει τὸ θεῖον μάλιστα διασῴσαι, ἢ σώματος, ἢ χρημάτων, ἢ φίλων, ἢ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, αὕτη αἱρετή, καὶ ὀρθὸς ὁ τούτοις κωλύων τὸν θεὸν διασῴζειν καὶ ἀφαιρεῖν, αὕτη ἡ φαύλη.

Μηδὲν περιεργάζου] *Nihil ages ſupervacaneum.* Xyl. at verba monentis ſunt, non promittentis. itaque Caſ. *rebus otioſis nè faceſſas negotium tibi.* Malim ſimpliciter, *nihil ſatagas*, vel, *nihil ſategeris*; de re nulla ulteriùs ſolicitus ſis.

§ 3. Φιλεῖ γάρ σε ὑπερβαλλόντως] vide *ad l.* 7. § 33, 64. & *l.* 8. § 46.

Ἐπὶ τῇ ὑγιαινούσῃ δεῖ τῇ σῇ φορητὸν ποιῆσαι] Senec. *epiſt.* 78. *Levem illum, dum putas, facies.*

Τῇ συμφορᾷ] quid enim valetudinis & ſanitatis cauſsâ non ſuſtineas? vide *ad l.* 5. § 8.

Ἢ τῇ καθήκειν] *officii cauſsâ* quid non debeas? vide Apoſtolum *ad Roman. cap.* 8. *verſ.* 35, 36. *ad Hebr. cap.* 11. *verſ.* 35, 36, 37. *ad Phil. c.* 1. *v.* 20, 21. & *c.* 2. *v.* 17. Lucam *Act. c.* 20. *v.* 34, 24. & *c.* 21. *v.* 13. vide & *lib.* 3. § 6.

§ 4. Σεαυτὸν αἰτιᾶσῃ, ἢ μηδὲ σεαυτόν.] *Te* (inquit) *accuſa*, qui ſuccenſeas alteri ob illud, quod corrigere in ipſo non vales: *veletiam nec te accuſaveris*, quòd corrigere nequeas; ſed feras quod corrigere non potes. Poteſt tamen aliter intelligi. Tuam agnoſce imbecillitatem, qui non potueris erroris illum convincere. quanquam nec hoc quidem vitio tibi vertendum fuerit. *curam* enim *exegeris, non curationem*; ut ſcitè Bern. *ad Engen. de conſider. l.* 4. Cautè itaque Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Ἐγὼ τὸ μὲν ἔργον ποιῶ ἐξ ἀπαν[τ]ός. ἐπ' ἐμοὶ γάρ ἐστι. τὸ δ' ἀλλότριον πεποίθομαι καὶ δώσειν ἐξ ἀπαν[τ]ὸς δ' ὁ πεποίθαμεν. qui etiam in eandem cum Marco ſententiam. *l.* 2. *c.* 24. Δεῖξον μοχλὸν, καὶ ἐπιστῆσαι· ἂν δὲ μὴ δεικνύῃς, αὐτὸς αὐτῷ μᾶλλον ἐμποδὼν εἶ, ἢ τῷ μὴ πεισθῆναι. Et *lib. eod. c.* 12. Δεῖξον αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὄψει ὅτι ἀκολουθεῖ· μέχρι δ' ἂν σὺ μὴ δεικνύῃς, μὴ ἐκείνῳ καταγέλα, ἀλλὰ μᾶλλον αἰδέσθητι τὴν ἀδυναμίαν τὴν σαυτοῦ. Eundem vide & *l.* 4. *c.* 5. hoc idem differentem. vide *ad l.* 8. § 59. & *l.* 9. § 11, 42.

§ 5. Ἐξ αἰῶνος] ità *l.* 5. § 8. ἐκ περισσοτάτων αἰτίων. vide *lib.* 4. § 26. & *lib.* 8. § 20, 23.

Περιεπαιδαγώγει] vide *ad l.* 7. §. 31. Apoſtol. apud Luc. *Act. c.* 4. *v.* 28. Ὅσα ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι. Et Petr. *ibid. c.* 2. *v.* 23. Τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ. Et Jacob. *ib. c.* 15. *v.* 17. Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα πάντα, ἃ ἔστι γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος αὐτῷ. Sive, ut alii codices exhibent; Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ θεῷ πάντα ἔργα αὐτοῦ. Gregor. *in Job. l.* 12. *c.* 1. *Nulla, quæ in hoc mundo hominibus fiunt, abſque omnipotentis Dei conſilio occulto manent; nam cuncta Deus ſua natura præſciens, ante ſecula decrevit, qualiter per ſecula diſſonantur.*

Ἡ ὁπωσοχὴ τῶν αἰτίων] i. e. *Series implexa cauſſarum*: ut Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 7. ſive *immutabilis cauſſarum cohærentium ſeries*, ut *ad Helv. c.* 8. Idem *de provident. c.* 5. *Cauſſa pendet ex cauſſa, privata ac publica longus ordo rerum trahit.* ſed & Cicero *de divinat. l.* 1. Εἱμαρμένην i. e. *fatum* odefinit *ordinem ſeriemque cauſſarum, cùm cauſſa cauſſæ nexa rem ex ſe gignit.* Et latiùs adhuc *de Nat. Deor. lib.* 1. *fatalem quandam neceſſitatem, quâ quicquid accidit, id ex æternæ veritate cauſſarumque continuatione fluxiſſe dicatur.* Idémque eódem reſpiciens *de Fato*: *Niſi ex æternitate cauſſa cauſſam ferens hoc erit effectura.* ut ſit quaſi εἱμαρμένη τις αἰτιῶν ſic dicta. Nec conſultè ſatis H. Stephanus, cùm in Lexic. Ciceron. aliam eſſe Græcè, aliam Latinè vocis notationem affirmat. *ſero* enim Latinum, unde *ſeries* & *ſertum* eſt, omnino εἱρω Græcum. vide *ad l.* 7. § 9, 49, 75. Trahit autem huc If. Caſaub. Perſii illud, *ſat.* 3. *v.* 66.

Diſcite, ô miſeri, & cauſſas cognoſcite rerum:

i. e. *cauſſas earum*, inquit, *quæ homini eveniunt; quæ Stoici referebant ad legem fatorum.* quibus & Marci iſta jubjicit.

Συνέχωσι] Vide *l.* 3. § 11. & *l.* 4. § 26.

§ 6. Εἰ ἄτομοι, οὗτοι φύσις] Malim φύσις. ut *l.* 11. § 18. Εἰμὴ ἄτομοι, φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα. at Xyl. φύσις legiſſe videtur. *Sive naturâ conſtat mundus,*

Μέρος εἶμι τοῦ ὅλου] vide *ad l.* 2. § 3. & Caſaub. *ad Perſ. ſat.* 3. *v.* 73.

Οὐδὲν βλαβερὸν τῷ μέρει] vide *l.* 5. § 22. & *l.* 6. § 45. Τὸ αὐτὸ συμφέρον τῷ μέρει καὶ τῷ ὅλῳ. Ariſtot. *polit. l.* 1. *c.* 4. Siquidem in toto pars

est. itaque Persarum regi Agesilai amicitiam ambienti, respondit is, Ὅτι ἀ δύναται φίλον αὐτὸν Ἀγησιλάου ἰδίᾳ ἴδ· εἰ δὲ ἐπὶ Λακεδαιμονίοις κοινῇ φίλος, δῆλον ὅτι αὐτῷ ἔσται ἐφ' ἅπασι γὰ ἐκείνοις ἀεὶ δικαίως. Ælian. *l.* 10. *c.* 20. Quin &, ut Plato *Charm.* τὸ ὅλως εὖ καλῶς ἔχειν, ἀδύνατον ἔφη τὸ μέρος ἓν ἔχειν. *Potest quod inutile reipub. sit id cuiquam utile esse?* Cicer. *offic. l.* 3. Qui & *ibid. Ergò unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscujusque & universorum; quam si ad se quisque rapiat, dissolvetur omnis humana consociatio.*

Τῶς δ' τὸ κόσμῳ ἐπεισελεύσεται] *Insuper acceperit*, i. e. insuper habeat, insitum atque innatum habeat. *accepisse*, pro *habere*. Sic Joan. *Apoc. c.* 11. *v.* 17. de Deo; εἴληφας δύναμιν μεγάλην, *potentiam magnam accepisti*, i. e. *habes, exerces, exeris.* Sic. *Psal.* 24. *v.* 4. Græc. εἰς ἔλαβεν ὁ ματαίῳ τῷ ψυχῇ αὐτοῦ. Vulgat. *Non accepit in vanum animam suam.* i. e. *non vanè habet.* Hebr. *ad vanitatem non effert.* ut Junius i. e. *vanitati non addixit.*

Τὸ μηδὲ ὅσον τινὸς ἔξωθεν αἰτίας εἰσαγομένης] Probat hinc, nihil in mundo admitti, quod universo sive primæ causæ damnosum sit. Hoc enim naturæ cujusque esse commune, ut nihil in se habeat, quod non conducat sibi; quod damnosum sit, malèò minùs: primam autem causam à nulla alia cogi posse, nec omnino igitur istiusmodi aliquid admissuram; quia nec à se habeat, nec aliunde admittat. vide *l.* 5. § 35. & *l.* 8. § 56.

Οὐδὲν φάλω ἀφιστάμενον] Vide *ad l.* 2. § 2. & *l.* 9. § 22.

Σημαντικὸν τῆς ὁμοιώσεως] Non animadverterunt interpretes usum vocabuli hujus apud Marcum nostrum. itaque alter clausulam hanc prorsus omisit, alter de *deliberationibus* interpretatus est: at σχάζεσθαι Marco est *rationem habere.* Vide *ad l.* 1. § 9.

Εὐεξίαν] Vide *l.* 2. § 5. & *l.* 5. § 34.

Πολίτου βίου] Vide *l.* 5. § 22. & *l.* 2. § 16.

§ 7. Σημαντικὸν τῆς ἀναιτίας] *alterationem* potiùs esse vult, quam *corruptionem* vulgariter dicimus. rationem petas licet ex *l.* 5. § 13. & *l.* 8. § 18. & *l.* 9. § 34. Idem planè Hippocrates *de diæta l.* 1. Ἀπόλυσι μὲν ἐστὶν ἀπίστων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται ὅτι μὴ ἐφ' ἑνὸς ἑκάστου ἓν· ξυμμισγόμενα δὲ καὶ διαλυόμενα, ἀπιστίαν τε νομίζεται καὶ πάσχειν ταῦτα ὑπὸ ἀνθρώπων τὸ μὲν ἐξ ἀέρος εἰς φῶς αὐξηθὲν γιγνόμενον τὸ δὲ ἐκ τοῦ φαεινοῦ εἰς ἄδηλον μειωθὲν ἀπόλλυσθαι. sed & è priscis philosophis haud paucis visum, πρὸς γένεσιν καὶ πρὸς φθορὰν, ἀλλοίωσιν εἶναι, monet Aristot. *de gener. & corrupt. l.* 1. *c.* 1. ἀεὶ γὰ μένειν τὸ ὑποκείμενον φασὶν ἔνια γὰ ἓν. τὸ δὲ τοιοῦτον ἀλλοιοῦσθαί φασιν· ἔστι γὰ ἀλλοίωσις, ὅταν ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου, αἰσθητῶν ὄντος, μεταβάλλῃ τὸ πάθος αὐτοῦ πάθοσιν. Ibid. *c.* 4. Itaque Casaub. *ad Baronii annal. appar. exerc.* 1. § 10. *Fuit opinio vetustissimorum Græcorum, nihil è rebus creatis perire, sed mutari duntaxat. mortem inane esse nomen sine re: nam revera mutationem esse, quam vulgus dicit mortem: quippe nihil creatum interire, sed formam aliam assumere.* (vide *ad l.* 9. § 35.) *hoc est, uti illi dicere solebant,* ἀλλοιοῦσθαι. Hoc autem Joan. Philoponus *ad Aristot. de gener. & corrupt. l.* 1. ab Homerico illo *Odyss. π. v.* 181. sumptum existimat.

Ἀλλοῖός μοι, ξεῖν', ἐφάνης νέον· ἠὲ καὶ ἔπος.

Ἀλλοῖος, inquit, non ἄλλος· ad quem locum Eustathium ex Grammaticis quibusdam inter ἀλλοίωσιν, ἣ περίωσιν, & μεταμόρφωσιν distinguentem vide sis. nam quòd ad illa Aristotelis *physic. l.* 5. *c.* 2. Ἡ μὲν οὖν κατὰ ποιὸν κίνησις ἀλλοίωσις ἔστω. Simplicius; Ἔοικε τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης τῇ κατὰ ποιὸν κινήσει. non erat quòd Nogarola falsitatis argueret, adductis ex Ocello Lucano, Timæo Locro, & Platone, (nam planum illum Hermetis titulo indutum, cui larvam Casaub. *ad Baron: appar. exerc.* 1. § 10. detraxit, nihil moramur) locis quibusdam, quibus illi κατὰ ποιὸν κίνησιν, ἀλλοιώσεως nomine designant. Neque enim hoc voluit Simplicius, neminem Aristotele priorem de ista motûs specie vocabulum illud usurpâsse: sed confusâ generalique magis nomine τὸ ἀλλοιώσεως ῥῆμα priscos illos usurpâsse, dum non κατὰ ποιὸν tantùm, quam φθορὰν dicimus, sed & κατὰ ποσὸν etiam, eodem hoc nomine comprehendebant; quod Aristoteles accuratiùs ista distinguens, ad κατὰ ποιὸν κίνησιν duntaxat restrinxit. itaque in locis ipsis a Negarota adductis Plato duo tantùm motûs genera statuit, κατὰ ἀλλοίωσιν, καὶ κατὰ περιφοράν, & τὸ κινούμενον ἢ φέρεσθαι, ἢ ἀλλοιοῦσθαι αὖ που φῂ, inquit, *μόνα κινήσεις* ita ἀλλοιώσεως nomine, cum Marco istic, γένεσιν τε καὶ φθορὰν etiam comprehendit. *Corruptionem* itaque nihil vult Marcus aliud esse, quàm *alterationem* quandam. Accedit Apollonius Tyan. *epist.* 66. sed adhuc παραδοξότερος, tam nec γένεσιν, quàm φθορὰν inficiatus. Θάνατος ἐστὶν ἢ ἀπώλεια, ἢ μόνον ἀμφισβητεῖται δὲ περὶ αὐτῶν γένεσις ἢ ἀπώλεια, ἢ μόνον ἀμφότερα. τὸ μὲν γὰ ἐξ ὄντος πρώτου εἰς φύσιν ἦλθεν γένεσις. τὸ δὲ φύσαν εἰς ὄντων τινὰ θάνατος, ὅτι μηκέτι μὴ κατ' ἀλήθειάν πως ὑπὸ φθορᾶς μόνον δ' ἐμφανῆ ὄντα, διορίσαι τι ὕστερον, τῷ μὲν διὰ παχύτητα ὑλης, τῷ δὲ διὰ λεπτότητα τῆς ὕλης, ὄντας μὲν ἀεὶ τῆς αὐτῆς, κινήσει δ' διαφόρους καὶ σχέσει. At è diverso Tertull. *adv. Prax. c.* 27. *Transfiguratio interemptio est pristini. omne enim quodcunque transfiguratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat.* & clariùs adhuc *de resurr. carnis c.* 55. *Interpretabimur itaque plenius & vim & rationem demutationis, quæ fermè subministrat alterius carnis resurrecturæ præsumptionem, quasi demutari, desinere sit in totum, & de pristino perire.*

Discer-

Discernendus est demutatio ab omni argumento perditionis. Aliud enim demutatio, aliud perditio. porrò non aliud, si ità demutabitur caro, ut pereat. peribit autem demutata, si non ipsa permanserit in demutatione. Servius *ad Æneid. l. 6. Ecmenturum perire, mutari est.*

Εἰς ἀμφοτέρωσιν ὅ τι τῶν] ἀλλοίωσιν. Xyl. rectè. quia ἀλλοιοῦσθαι præcesserat.

Τὰ ἑαυτῆς μὴν κακῶν] Ratiocinatio gemina superiori; nisi quòd ibi ab imperitia, istîc ab ignorantia, quarum neutra universi naturæ competat, argumentatio instituitur. *Malum & damnosum aliquid, illa nec nolens, nec nesciens admiserit.* vide *ad l. 6. § 41. & l. 8. § 15. & l. 9. § 34.*

Εἰ δέ τις ἢ ἀφύλλῳ] Haud rectè satis ista interpretes cepisse videntur. Ex aliorum quasi mente ista supponit: *Si quis*, inquit, *missâ naturæ illius universalis ordinatione*, quam ipse forsan non agnoscit, ità res esse ex suapte natura constitutas dicat, ut eà ratione corruptioni & mutationi sint obnoxiæ, is sanè ex suis ipsius rationibus stultitiæ redarguetur, quòd miretur & indignetur mutari quippiam quod mutari natum sit. Vis autem consequentiæ minùs claret, nisi primum illud ex aliena sententia præsumptum & substratum intelligatur. vide *ad l. 4. § 5.*

Θαυμάζειν] Senec. *ep.* 101. *Quid est stultius, quàm mirari id ullo die factum, quod omni potest fieri?* vide *l. 8. § 13.*

Τῆς διαλύσεως εἰς ταῦτα] forsan, εἰς ταὐτά, *in eadem.* vide *l. 4. § 5.* Epictet. *l. 3. c. 13.* Εἰς ὕδωρ δεινὸν, ἵνα μὴ δόξῃ ἐγὼ εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς τὰ σωζόμενα. ὅπου γὰρ ἂν ὦ ἐγὼ πῦρ, εἰς πῦρ ἀφίξομαι· ὅπου ἂν γῆθλον, εἰς γῆθλον· ὅπου ἀνδράποδον εἰς ἀνδράποδον· ὅπου ὕδατος, εἰς ὕδατον. Ἀπώλεια γὰρ φθορὰ εἰς ταὐτὰ ἐξ ὧν ἐστιν. Aristot. *metaphys. l. 2. c. 4.* Ità Gregor. Nyss. *de homin. opific. c. 26.* Ὁμολογοῦμεν τῷ διαλυσιν τὸ σῶμα καὶ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνίστηκε γίνεσθαι· καὶ ἢ μόνον τὸ χοῦν εἰς τὸν χοῦν ἀναλύεσθαι· ὀστᾶ καὶ ἄκανθα, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀποχωρεῖν τῷ ὁμοφύλῳ· καὶ ἑκάστου τῶν ἐν ἡμῖν εἰς τὸ συγγενὲς τῷ φύσει τὴν χάριν γίνεσθαι.

Ἢ τοι γὰρ σκεδασθεὶς] vide *l. 7. § 32. & 49.*

Εἰς ἓν λόγον] vide *ad l. 4. § 14, 21.*

Καινὰ πλάσαι ἐπιχειρεῖν] vide *l. 3. § 3. & l. 5. § 13, 32.*

Ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν] *Heri & nudius tertius.* i. e. nuperrimè. proverbialis formula, de re haud ità pridem gesta. Sed usitatiùs pro eadem χθὲς καὶ πρώην dicitur Aristophan. *ranis*:

-χαίρειν τούτοις τοῖς πονηροῖς χθιζινοῖς
Χθὲς τε καὶ πρώην κομιστὶ τῷ καιρίῳ κύμβαπι.

Plato *de legib. l. 3.* Τὰ δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔν γε σμικρῷ, χθὲς καὶ πρώην γεγονότα. Idemq; *Alcib. 2.* Οἶμαι δέ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι, ὅτι ἀρχὴ χθιζά τε καὶ πρωϊζὰ γεγένηται. quomodo Job. *c. 8. v. 9.* χθιζοὶ ἐσμὲν. vide *ad l. 4. § 42.* Strabo *l. 1. de* sydere Canopo: Καὶ ὁ Κάνωβος, ἀφθὲς καὶ πρώην καλούμενον. Plut. *de igne & aqua*: Ἦν ἄφθονος ὕδωρ, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ὅτε οὐκ ἦν ἀνθρώποις. ὅθεν καὶ τῆς ἐυρετὴς λέγεται θεῶν ἢ ἀνθρώπων· ἡ δὲ πυρὸς χρῆσις ἀφθὲς φασι καὶ πρώην ὑπὸ Προμηθέως [εὑρηται. πρὸ δὲ τούτου] βίᾳ [καὶ] πυρὸς, ὃν ἀνὰ ὕδατος ἦν. ità enim locum illum supplendum aurumo. De Constantino Calamano Nicet. Chon. in *Manuel. l. 4. c. 5.* Ὡς τὸ γένος ἀπιστοβεσμένος, καὶ χθὲς καὶ πρώην, εἰ ἔστι ὅλως, ἐγνώσθης. *nuper natus, nuper notus.* Pro eodem νεῶν καὶ χθὲς dixit Sophoc. in *Antigon.*

Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

Hæc namque jura non hodie ac herì vigent,
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent. Gror.

Ex quo emendandi Plutarchi codd. qui in *sympos. l. 8. c. 9.* & *de commun. not. c. 27.* eódem allusit. & χθὲς καὶ τήμερον, Heliodor. *l. 7.* Τὸ ξίφος μεμάχηται θρασύτατα] πολλοῖς, χθὲς καὶ τήμερον παρεσκευασμένοις. Expressit hoc Catull. in *epithalam.*

Sordebant tibi villicæ
Concubinæ hodie atque herì.

νῦν καὶ νεωστὶ, Aristot. *polit. l. 7. c. 10.* Ἔοικε δὲ καὶ τὸ νῦν, καὶ νεωστὶ, τῶν εἰ γράψειμον τοῖς ἀπὸ φιλοσοφίας φιλοσοφοῦσιν. Hebræi dicunt, חמול שלשום sive אתמול שלשום quod Græci vertunt, ὡς Marco nostro, χθὲς, sive ἐχθὲς καὶ πρίτην & πρίτην ἡμέραν. *Genes. c. 31. v. 2, 5. Deut. c. 19. v. 6. Reg. l. 1. c. 4. v. 7. & c. 10. v. 11. & c. 21. v. 5. & lib. 2. c. 5. v. 2. Annal. l. 1. c. 11. v. 2.* aliquando etiam ἐχθὲς καὶ πρίτης. *Reg. l. 4. c. 13. v. 5.* quanquam laxiùs isti, non pro *nuper* tantùm, sed pro *jam olim* etiam usurpant. Moses *Exod. c. 4. v. 10.* גם מתמול גם משלשם quod Græc. πρὸ τῆς χθὲς, & πρὸ τῆς πρίτης ἡμέρας. Lat. *ab heri & nudiustertius.* sensus est, *nunquam antehac.* Cæterùm à priore illa formula haud multùm abludit Platonis illud in *Euthydem.* πέρυσι ἢ πρωτέρυσι. Πέρυσι γ' ἢ πρωτέρυσι ἐλέγετο ἡμῖν σοφὸς. Posteriore Xenophontis illud *Hellen. l. 3.* Νῦν καὶ πέρυσι. ὡσαύτως οἱ αὐτοὶ νῦν τε καὶ πέρυσι. *& nunc & olim iidem fuimus.*

Τῦτο ὦ φίλακες, κατακάλλι, ἐχ ὁ πάντης ἔσκεν] *Aliud*, inquit, *est quod nunc geris corpus, sed & animo* (cùm æreum quiddam hoc statuat) *ab eis, quæ mater tua enixa est*: cùm à cibo, quo vesceris, ære, quem attrahis, maximam filii partem, ex qua ea nunc constant, acceperint. vid. *ad l. 9. § 20.*

Τ' πιθι δ' ὅτι ἐκεῖνό σε λίαν προσαλγεῖ τῷ ἴδιος σοφῷ, ἀδίκως ὄντι, ὡς ἐμοὶ, πρὸς τὸ νεῖν ἀναγκάσαν.] Istis, ut vitii suspectis, Xyl. notam adfixit. Cæ. quid secutus fuerit, non possum ex versione assequi

sequi. mihi aquam hærere agnosco. interim observo verbum ἐφιλόνειν quod Stephani Thesaurus ille luculentissimus non exhibet, Marco hic usurpatum; & in forma passiva quam vocant, Galeno, *de sect. opt. c.* 20. verbis illis; ἵνα μὴ δοκῶμεν τῇ λέξει ἐφιλόνεικοι. *Ne videamur vocabulo ipsi addicti esse*; aut *ei pertinaciter adhærere*. Forsan ergò Marci mens fuerit. *Suppone verò, illud quod à nostre traxisti, ipsi ipsi quod nunc geris, & peculiares suas affectiones habet, te valde addicerè, eidemque quasi implicitum tenere, cùm nihil hoc faciat ad id quod nunc dicitur, nec propterea obsit, quò minùs verum id sit.* Sed ἐπέχω. locum certè vel vitiatum vel mutilatum suspicor.

Τῷ ἰδίῳ ποιῷ] Vide *l.* 9. § 24.

§ 8. Ὀνόματα δίδωσι] Flaccus *l.* 1. *ep.* 16.

Tu rectè vivis, si curas esse quod audis. Et mox:

Cùm pateris sapiens emendatúsque vocari,
Respondesne tuo, dic sodes, nomine? ——— &c.

Vide Epictetum *dissert. l.* 2. *c.* 10. De clerico, Hieron. *ad Nepot. Interpretatur primò vocabulum suum, & nitatur esse quod dicitur.* Plato *epist.* 4. φαίνεταί μοι, ἔφη, ἐν δεῖ ὑμᾶς γενέσθαι, ὅπερ ἐσμὲν τοιοῦτοί τινες ἐγὼ φράσω. Synes. *de regn.* χρῆται δικαίως τῇ ὀνομασίᾳ προσηγορίᾳ τὸ σύμπαν προσηγορίᾳ τὸ σύμπαν προσήγματος. ὃ δὲ ὄνομα πίστις τοῦ προσήγματος ὅτι, τὸ μὲν προσήγμα ἐκ τῶν ὑποκειμένων. Dio Prus. *orat.* 38. Præclarè Gregor. Nyss. *de profess. Christ.* Ὥσπερ δὲ εἴ τις ἰατρὸς, ἢ βίπτωρ, ἢ γεωμέτρης καλεῖσθαι προθυμοῖτο, οὐκ ἂν ἀξιοῖτο τῇ ἀπαιδεύτῳ τοῦ ὀνόματος ἐπωνυμίᾳ ἐγγράφεσθαι, καὶ ἐναισχύνοιτο ὅτι τῆς πείρας ὁ ὀνομάζεται· ἀλλ' ὁ καθ' ἀληθειαν τῶν τοιούτων προσαγορευόμενος δίκαιον, ὡς ἂν μὴ ψευδώνυμος ἡ κλῆσις ἀλίσχοιτο, αὐτῷ ἑαυτῷ διδάσκαλον τοῦ προσηγορίαν παρέσχηται. τὸν αὐτὸν δὴ ἡμῖν τρόπον, εἰ μὴ τὴν ἀληθῆ σεσοφὸν τῷ χρίσματι ἐξεπίζοντες ἐυρεθῶμεν, οὐκ ἂν εἰκότως μὴ εἶναι τοῦτο, ὅπερ τὸ ὄνομα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπαγγέλλεται; ὡς ἂν μὴ τὸ ἀεὶ τοῦ πράγματος ἐν ἡμῖν ἐναρμόσαν προδήλοιμεν ἡμῖν ἀληθῶς, ἔφη ὀνομαζόμεθα, τοῦτο καὶ εἶναι διὰ τῆς ὑφηλῆς πολιτείας. subjungit mox de simia Alexandrina, apologum quem & Lucianus *in apologia* narrat: ac concludit denique: εἰ μὲν οὖν τὸ μὴ ὄνομα τοῦτο συνδιαφέρεται, μὴ δεινὸν τῷ βίῳ, καταφιλεῖσθαι τὸ ὀνόματος ὁ τοιοῦτος, κἀκ τὸ σεσοφισθὲν ἡμῖν ὑπόδειγμα, σεσοφισμένον ἀψυχον, ἀνθρώπου χαρακτῆρι μεταφορωθὲν, πειθεῖς τῷ πάθει. Idemque *de perfect. Christ.* ubi etiam fusissimè hoc idem prosequitur: ἐκεῖνο, ἐπειδὴ τοῦ μεγάλου τὸ ἐν βιοτικοῖς τῷ σεσόφου τῷ ὀνόματος μέτρον παρὰ τῷ ἀληθῶς διακόνου ἡμῖν κοινωνίᾳ, ὥστε τοῦ τῇ ἐπωνυμίᾳ τοῦ Χριστοῦ πιμπόνησας Χριστιανὸς ἐτοιμάζεσθαι ἀναγκαῖον ἂν εἴη, πάντα τὰ ἐρμηνευόμενα τῆς τοιαύτης φωνῆς ὀνόματα ἐν ἐν ἡμῖν καθορᾶσθαι ὡς μὴ ψευδώνυμον ἐφ' ἡμῖν εἶναι τῷ καλῷ ὄντι, ἀλλ' ὃ τῇ βίᾳ τοῦ πράγματος ἔχειν· ὁ δὲ ἐν τῷ καλεῖσθαί τι τὸ εἶναι γίνεται· ἀλλ' ὁ ἀπαιδευσίαν φύσις, διὰ δ' ἂν ἔπι τύχῃ, διὰ τῆς σεσοφοῦς τῆς ὀνόματος συμφασίας γνωρίζεται. Ignat. *ad Magnes.* Πρέπον ἐστὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὃ καὶ τὸ λέγειν, ἀλλὰ τὸ εἶναι, μαρτύριον ποιεῖ. Ambros. *de dignit. Sacerd. c.* 3. *Quod sumus professione, actione potiùs quàm nomine demonstremus: ut nomen congruat actioni, & actio respondeat nomini*; *nè sit nomen inane, & crimen immane. Nomen inane*; quia ut Salvian. *adversus avar. l.* 4. *Rerum sunt vocabula, res ipsas non habentia.* Idemque *de provid. l.* 4. *c.* 1. *Nomen sine actu atque officio suo, nihil est.* Ubi & mox subdit denuo, *Vocabula nihil esse sine rebus. Crimen immane*, quia ut idem *ibid. c.* 7. *Atrocius sub sancti nominis professione peccatur.* &, *c.* 11. *magis damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat*; *& reatus impii est pium nomen.*

Μήποτε μετονομάζῃ ἐξ ἀπολλύσῃς] *nè quando ista nomina amittas.* Xyl. ut legendum sit ἀπολλύοις. alioqui vertendum, *num aliquando amittis*, &c. Xenoph. *œconom.* φυλάττῃ γὰρ ἰσχυρῶς, μὴ ἀποβάλῃς τὴν ἐπωνυμίαν τὸ ἀνὴρ καλὸς καγαθὸς κεκλῆσθαι. Cassiodor. *l.* 8. *ep.* 18. *Sumpsisti nomen ex meritis: custodi, ut semper lateris veritate vocabuli. nam cùm omnis appellatio ad declarandas res videtur imposita, nimis absurdum est portare nomen alienum, aliud dici, quàm possit in moribus invenire.* vide *l.* 3. § 6. & *l.* 4. § 16. & *l.* 6. § 38. & Epictet. *ad l.* 9. § 37. μετονομάζεσθαι, *transnominari.* Sueton. *de claris Gram. c.* 18. *L. Crassitius cognomine Pasides, mox Pansam se transnominavit.*

Ἐβούλετό σοι σημαίνειν] *significare volebat.* id est, significat. Galenus pariter *de aff. cognosc. & cur. c.* 1. ἐβούλετο σημαίνειν. Et Arist. *Soph. elench. l.* 1. *c.* 13. Θέλει τὸ μεταξὺ σημαίνειν. *significare vult.* i. e. significat, σημαίνει. τὸ θέλειν ἐξ ἀπαρεμφάτου παρέλκει. Sic Arist. *polit. l.* 2 *c.* 2. Καὶ ἐβούλετό γ' ἤδη ποτὲ εἶναι, πόλις, ὅταν αὐτάρκειαν συμβαίνῃ τῶν κοινωνίαν εἶναι τῆς πλήθους. ἔστι βούλεται. i. e. ἀληθῶς ἔστι, &c. *est revera saltemque dici.* Sylburg. & *l.* 5. *c.* 16. βούλεται δ' ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ κακοπαθοῦντες τῆς οὐσίας. καὶ δὲν ἄδικον πάσχωσιν, ὁ ὃ δῆμος μὴ ὑβρίζηται μηθέν. *vult esse.* i. e. est. Liban. *orat.* 3. ἢ κρείττονας φανῆναι τῆς παρεμβολῆς, ἢ τοῖς ὁρθῶς ἐθέλειν τῶν αἰδοῦς βούλεται. *definire vult.* i. e. definit. Jacob. *epist. c.* 4. *v.* 4. ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. *quicunque esse volucrit.* i. e. quicunque fuerit. τὸ θέλειν pariter usurpatum reperias, ut *supra.* sic Plato in *sympos.* ἐὰν ἐάσῃ παύεσθαι ἡ λύγξ. *si cessare voluerit.* i. e. cessaverit singultus. Euripid. *Troad.* Βροτοῖσι γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ, νοσεῖ τὰ τοῦ θεῶν, κοὐκ ἐθέλουσι θύεσθαι. sic Homer. *Il. d. v.* 19. ἔυχεται εἶναι.

est,

est. Epiphan. *haeres.* 66. § 9. πλοῖα δὲ θέλει λέγειν ἥλιόν τε καὶ σελήνην. *Navigia dicit Solem & Lunam.* Joan. *Evang. c.* 7. *v.* 17. Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν. *Si quis voluerit facere.* i. e. Si quis fecerit. ità pro eo quod Matth. *c.* 20. *v.* 26, 27. & Marc. *c.* 10. *v.* 43, 44. ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι· &, πρῶτος εἶναι. Luc. *c.* 22. *v.* 26. habet. ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, & ὁ ἡγούμενος. Disertissimè *Act. c.* 2. *v.* 12. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; *Quid hoc esse velit? Quid hoc sibi velit?* sive, *Istud quid est?* nos diceremus *What may this be?* Senec. *de ira. l.* 2. *c.* 9. *quid si quis irascatur?* & mox, *quid si irasci velit?* & *c.* 10. *quid si mirari velit.* i. e. *quid si miretur?* utì mox ibidem. vide *ad l.* 4. § 6. & *l.* 5. § 22.

Διαληπτικὴν ἐπίσασιν] *Scientiam de singulis rebus percipiendi.* Xyl. *percipiendis,* forsan scripserat. meliùs Cas. *objecti cujusvis enixam & intelligentem considerationem.* ἐπίσασιν, non ἐπιστήμην· malim tamen διαληπτικὴν *disceptativam* reddere. quomodo διάληψιν pro *disceptatione* Marcus usurpavit, *l.* 1. § 10. ἐν τρόπῳ σωφαλήψεως.

Ἀπερισπάστως] *Sine distractione.* Cas. *qui cogitationibus alienis non occupatur.* Xyl. imò, *animadversionem sedulam, à negligentia & inadvertentia immunem.* id est, ut nihil negligat, & minùs animadversum transmittat, ità *l.* 5. § 5. μὴ παρεσπασμένῳ. *non negligens, non neglectim habens.* & *l.* 6. § 50. γίνεσθε ἀπερισπάστως. *sedulò attendere, atque animum adhibere.* Sunt autem vocabula ista porticûs peculiaria, quæque vix alibi reperias. aliud paulò videtur, quod *l.* 7. § 54. μὴ ἀκαταλήπτου παρεισφυῆ.

Σύμφρον] *Prudens,* Xyl. *Concors,* potiùs, sive *consentiens,* quod & explicatio adjuncta docet.

Τὸ ὑπέρφρον] in sequiorem partem vocabulum hoc sæpius usurpatur. ità ὑπέρφρων, ὁ ἀλαζών, *insolens, arrogans.* Τὸ ὑπέρφρων ὄνος ὁ Πολέμων, ὡς πόλεσιν ἀπὸ τοῦ ἀρέχοντος, δυνάστης ἢ ἀπὸ τοῦ μὴ ὑφεμένου, θεῖος ἢ ἀπὸ τοῦ ἴσα διαλέγεσθαι. Philostrat. *in vit. Sophist.* quo loco & quàm insolenter erga Antoninum Pium se gesserit, narrat. Et indè ὑπερφρονεῖν, ὑπερφάνειν, καταφρονεῖν. *contemnere, despectui habere.* Thucyd. *l.* 3. in *Cleon. orat.* Πέφυκα γὰρ ἐγὼ ἄλλως ἀνθρώπου τοῦ μὲν δεσποτεύοντος ὑπερφρονεῖν, τοῦ δὲ μὴ ὑπείκοντος θαυμάζειν. verùm hîc cùm de voluptatum, dolorum, mortis ipsius contemptu ac quasi conculcatione, superatione saltem agatur, quomodo & Plut. *in Lacon. instit.* ἡδονῶν ὑπερφρονεῖν *voluptates despicere;* & τὸ ὑπέρφρον pro *animi sublimitate,* Thucydid. *l.* 2. dicitur: laudis ac decoris potiùs significatum obtinet. nec diverso sensu τὸ καταφρόνημα καὶ ἡ καταφρόνησις apud eundem Thucyd. eodem *lib.* in *Pericl. orat.* usurpatur: ubi suos hortatur, ἵνα τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε, μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καταφρονήματι· αὐχημα μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας ἐυτυχῆς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίνεται· καταφρόνησιν δέ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πεδὰ τὸν ἐπαινον θρασύνηται.

Τῶν ὑπέρλασιν τῆς φερούσης μοίρας ὑπὲρ λύπην ἢ τεραχὴν κίνησιν] *Evectionem,* sive *elevationem mentis supra omnem voluptatem & dolorem.* usitata enim est Marco periphrasis illa hoc sensu, λείας καὶ τεραχίας κατάστασις. vide *l.* 4. § 3. & *l.* 5. § 26. ὑπέρτασις vocabulum satìs infrequens. Verùm verbum ipsum ὑπερτείνειν crebriùs usurpatur, eodem ipso sensu, quo nomen hîc sumitur. Sic enim Aristot. *ethic. l.* 3. *c.* 1. ἃ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει, καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομείνειε· *quæ naturam humanam transcendunt, nec sustinere quisquam possit.* Et Thucyd. *lib.* 2. ἀπὸ χειρῶν δύο ὑπερτεινουσῶν ὑπὲρ τὸ τεῖχος. *Ex duabus antennis murum transcendentibus,* sive *supra murum se attollentibus.* & indè ὑπερτείνες, τὸ ὑπερανέχον. Suid.

Μὴ γλιχόμενος τῶν ὑπ' ἄλλων καὶ ταῦτα ὀνειδιζόντων] Flaccus pariter *l.* 1. *epist.* 16.

Vir bonus ac prudens dici delector, ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet; ut si
Detulerit fasces indigno, detrahit idem.
Pone, meum est, inquit: pono, tristisque recedo.
Idem si clamet furem, neget esse pudicum,
Contendat laqueo collum pressisse paterno,
Mordear opprobriis falsis? mutemve colores?
Falsus honor juvat, & mendax infamia terret,
Quem nisi mendosum & mendacem? ——

Senec. *ep.* 29. *Illud præcipuè impedit, quòd citò nobis placemus: si invenimus, qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus. nec sumus modicè laudatione contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore congessit, tanquam debitum prendimus. optimos nos esse, sapientissimos, affirmantibus assentimur; cùm sciamus illos sæpe mentiri. adeóque indulgemus nobis, ut laudari velimus in id, cui contraria quàm maximè facimus.* Lipsi. *cent.* 1. *epist.* 77. *Mihi sententia de me, nisi apud me, non fertur, nec quis sim, alios rogo.* hoc est quod Apost. ad *Cor. ep.* 1. *c.* 4. *v.* 3. Ἐμοὶ δὲ εἰλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας.

Φιλοψυχῶ δὲ ἐμεῖο πῖς ἠμιζώοις θελοιμάχοις] Alluditeodem Seneca, quò Marcus istic, *epist.* 49. videndus *ad l.* 4. § 47. Verùm ille moræ tantùm brevitatem notans in mortis dilationem enixiùs experentibus; Marcus miseram fœdámque vitæ sortem ipsà morte etiam minùs tolerabilem. de qua & Senec. *epist.* 101. Indè illud *Mecænatis turpissimum votum, quo & debilitatem non recusat, & deformitatem, & novissimè acutam crucem, dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur.*

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxâ:
Tuber astrue gibberum;
Lubricos quate dentes.

Vita dum superest, bene est.
Hinc mihi; vel acutam
Sube, sustineo, crucem.

(ità restituit, Lipsio feliciùs, puto, Acidalius, quæ corruptissima priùs prostabant) *quod miserrimum erat, si incidisset, optatur; & tanquam vita petitur, supplicii mora: contemptissimum putares, si vivere vellet usque ad crucem. Tu verò, inquit, me debilitet licet, duo spiritus in corpore fracto & inutili maneat: deprayes licet, dum monstroso & distorto temporis alicui accedat: suffigas licet, & acutam sedere crucem jubeas. est tanti, vultus suum premere, & patibulo pendere destrictum, dum differat id quod est in malis optimum, supplicii finem. est tanti, habere animam, ut agam. quid huic optes, nisi deos faciles? quid sibi vult ista carminis effœminata turpitudo? quid timoris dementissimi pacto? quid tam fœda vitæ mendicatio? huic patus unquam recitasse Virgilium,*

Usque adeone mori miserum est? ——

optat ultima malorum, & quæ pati gravissimum est, extendi & sustineri cupit: quâ mercede? scilicet, vitæ longioris. quid autem hujus vivere est? diu mori. invenitur aliquis qui malit inter supplicia tabescere, & perire membratim, & totiens per stillicidia amittere animam, quàm semel exhalare? invenitur qui velit adactus ad illud infelix lignum, jam debilis, jam pravus, & in fœdum scapularum ac pectoris tuber elisus, cui multæ moriendi causse etiam citra crucem fuerant, trahere animam tot tormenta tracturam? nega nunc magnum beneficium esse naturæ, quòd necesse est mori. Multi pejora pacisci adhuc parati sunt etiam amicum prodere, ut diutiùs vivant, & liberos ad stuprum manu suâ tradere, ut contingat lucem videre tot conscium scelerum. Excutienda vitæ cupido est: discendumque nihil interesse, quando patiaris, quod quandoque patiendum est. quàm bene vivas refert, non quamdiu. Sæpe autem in hoc esse bene, nè diu. Vide *ad l.* 4. § 40. & *lib.* 8. § 58. & *l.* 9. § 2. Augustin. *ep.* 45. *Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur, & mors cùm impendere ceperit, tamen cavetur, ut diutiùs timeatur? quibus excruciantur doloribus, qui curantur à medicis, & secantur? nunquid ut non moriantur? non, sed ut aliquanto serius moriantur. multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adjiciantur incerti. Et nonnunquam ipsis doloribus victi continuò moriuntur, quos mortis timore suscipiunt. Et cùm omnino non eligant vitam finire nè doleant, sed dolere nè finiant, accidit eis ut doleant & finiant: non solum, quia & sanati utique vitam finiunt post dolores, quæ tantis comparata, nec sempiterna esse potest, quia mortalis est; nec diuturna, quia tota brevis est; nec de ipso brevi spatio sui securi, quia semper incerta est: verùm etiam, quòd aliquando eam dolore finierunt, quam nè fruirent, dolere voluerunt.* Sophocl. *Ajace*:

Αἰαζὸν δ' ἀνδρὸς τὸν μακρᾷ χρήζειν βίᾳ,
Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαμβλύνεται.
Τί δ' ἂρ' ἡμᾶς ἡμέρα τρίτη τὸν ἔχει
Πρόσθεσα, κἀναθέσα τῷ μὲ κατθανεῖν;
Οὐκ ἂν πεσαίμην ἀνδρὸς λόγῳ βροτὸν,
Ὅστις * κυρᾶσιν ἐλπίσιν διεμαί- * κλαίσιν γεται. *H. Steph.*
Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή. πάντ' ἀκήκοας λόγον.

Optare vitæ spatia longævæ viro
Deforme, nullum cui levamentum est mali.
Nam quid diei rursus & rursus dies
Adjecta prodest, amplians semper mori?
Me judice ille nullius pretii est homo,
Cui spes inanis credulam mentem fovet.
Pulcram agere vitam, nobilem, aut pulcrè decet
Obire. habes quodcunque dicendum fuit. Grot.

Idémque *Electrâ*:

Τί χρὴ βροτὸν δὲν τοῖς κακοῖς μεμῖσθόσθαι,
Θνήσκειν ὁ μέλλων τῷ χρόνῳ κείσθαι φίλοις;

Morte appetente, quem cingunt hominem mala,
Dilatio brevicula quid lucri ferat? Grot.

Οὐκοῦν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσον ἢ ζῆν κακῶς.

Indecorâ vitâ satius est non vivere.

Euripid. Pirithoo, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 122. contrà planè quàm apud eundem Iphigenia *in Aulide*,

—— μαίνεται δ' ὅστις ἔυχεται
Θανεῖν· κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.

—— *Desipit qui vult mori:*
Meliúsque vivere malè, quàm mori bene. Lipsius.

Sive ut Grot. —— *qui mori properat, furit:*
Molesta vita melior, quàm pulcrè mori.

ubi *modesta* pro *molesta* perperam prostat. Senec. *epist.* 77. *Cæsar, cùm illum transeuntem per Latinam viam, unus ex custodiarum agmine, demissâ usque in pectus vetere barbâ, rogaret mortem, Numquid enim, inquit, vivis?* Et de Herodico Plato *polit. lib.* 3. Et ex Platone Plut. *de tard. numin. vind.* qui cùm in morbum insanabilem incidisset, γυμναστικὴ ἰατρικὴ primus hominum adjunxit, eâque ratione vitam diutiùs sustinuit, ὅτι μακρὸν ἐποίησε τὸν θάνατον αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοίως νοσοῦσιν. *non vitam illum sed mortem sibi, similiterque laborantibus diuturniorem reddidisse. Plurimum* autem *refert, vitam aliquis extendat, an mortem.* Senec. *epist.* 68. Hinc Oedipi querela illa de filiæ pietate importuna in Senecæ, si Senecæ saltem, *Thebaid.*

——*Quid me, nata, pestifero tenes*
Amore vivum? funus extendis meum,
Longáque vivi ducis exequias patris.
Aliquando terrâ corpus inviſum tege.
Peccas honestâ mente, pietatem vocas
Patrem insepultum trahere. qui cogit mori
Nolentem, in æquo est, quique properantem impedit.
Occidere est, vetare cupientem mori.
Non tamen in æquo est: alterum gravius reor.
Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.

Gregori

Gregor. Nyſſen. *orat. catech. c.* 2. Τὸ ζῆν δὲ ἡδὺ καταδυμίων ἀπόλαυσιν αἱρετὸν ὅτι τοῖς τῶ βίω μετέχουσι. ὡς εἰγέ τις ἐν ὀδυνῶις διαιτᾶτο, πολὺ πολὺ τοῦτο τὸ μὴ εἶναι τοῦ ἀλγεινῶς ἔχειν ἀσπαστότερον κέκρικεν.

Θηριομάχοις] qui cum beſtiis depugnaturi committebantur, vel eiſdem laniandi objiciebantur, *beſtiariis*. indè Θηριομαχεῖν Paulo Apoſt. uſurpatum, *ad Corinth. epiſt. 1. cap.* 15. *v.* 32. ſed ſenſu, puto, diverſo. de quo alibi, cum Deo bono dicturi ſumus.

Τοῖς αὐτοῖς ὄνυξι καὶ δάγμασι] Micyllus apud Lucian. in *cataplo.* ἄρρητον ἢ πύματον οἱ αὐτοὶ ὀδόντες ἀπεμίμησαν. vide *ad l.* 4. § 47.

Ἐμβίβασον ἓν σαυτὸν εἰς τὰ ὀλίγα ταῦτα ὀνόματα.] M. Caſ. metaphoram eſſe autumat *à navem conſcendentibus* ductam. atque ità τὸ ἐμβιβάζειν quandoque uſurpatur. Libanius *de ſervit. orat.* 31. ἀπὸ τῆς μοίρας εἰς ναῦν ἐμβιβασθείς, ἀπὸ τῆς ἀρέσεως πάλαι θ τίμων. Plato ἐμβιβάζω σε εἰς πλοῖον. Eò magìs forſan, quia de *inſulis* ſubjunctum eſt. poteſt tamen & ab *aquis*, ſive *balneariis*, ſive *tinctoriis* tractum videri. de his enim τὸ ἐμβιβάζειν quoq; dicitur. Dioſcorid. *lib.* 1. *c.* 189. ἐμβιβάσω ἐν βαλανείῳ. & Galen. *ad Glaucon. lib.* 1. *c.* ἐμβιβάζω σε τῷ ὕδατι. ut ſit ſenſus, *inde, immitte, ingere, immerge te penitus in iſta; ut eis, quaſi totus tinctus ſis.* Sicut δικαιοσύνῃ βεβαμμένον dixit *l.* 3. § 4. Ità Iſchomachus apud Xenophont. in *œconom.* πειρῶμαι ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τοὺς ἑταίρους. Syneſ. *de regn.* Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμβιβάσας τῷ τοιούτῳ τῆς ζωῆς εἴδει. Eligat quivis quod arriſerit magis.

Εἰς μακάρων τινὰς νήσους μετοικισμένῳ] Ità Ariſtides *orat. ſacr.* ἤδη μέν τις καὶ ἄλλῳ χρησὲ τὴν αὐτῷ συμβάντῳ, καὶ βελόμενος ἐνδείξασθαι τὴν ἀδολον, εἶπεν, ὡς ἄρα εἴη πολὺ ἢ δοκοῦσι γενναῖος· ἄλλῳ δέ τις, ὡς ἐν μακάρων νήσοις εἴη δοκοῖν. Senem forſan Ariſtophaneum in animo habuit, qui in *Veſpis*

—ἐγὼ γ'
Ἡυξανόμην ἀκούων·
Κἂν μακάρων δικάζειν
Αὐτὸς ἔδοξα νήσοις,
Ἡδόμενος λέγοντι.

Liban. *Nœniâ in Daphn. Apoll. incend.* τίς δ' ἂν ἐποθήσει τὰς τῶν μακάρων νήσους; *quis non beatorum inſulis locum illum præoptâſſet?* Alluſit uterque ad *inſulas* illas, μακάρων Græcis dictas, *fortunatas*, & *fortunatorum*, Latinis: de quibus Strabo *geograph. lib.* 1. & 3. & ex eodem Euſtath. *ad Odyſſ.* δ'. & Caſaub. *ad eund.* Diodor. Sicul. *lib.* 5. extremo. Philoſtrat. *vit. Apollon. lib.* 5. *c.* 1. Plut. in *Sertor.* Plin. *hiſtor. nat. l.* 6. *c.* 32. Mela *l.* 2. *c.* 7. Plaut. *Trinumm. act.* 2. *ſc.* 4. Eas depingit nobis Flaccus *epod.* 16. & Muret. *var. lect. lib.* 5. *c.* 1. Eò poſt mortem migrare credebant, an fingebant, animas eorum, qui hìc piè probéq; degerant. qua de re viſendi Heſiodus *lib.* 1. *v.* 169. Pindar. *olymp.* 2. Plato in *Gorg.* & ex horum utroque Plut. *ad Apollon.* & Clem. *ſtrom. l.* 4.

Ἀπὸ σαρρῶν εἰς γωνίαν πνὰ] Simile quiddam Epictetus *lib.* 2. *c.* 13. Philoſophiæ nomen ambienti cuidam, qui, quod profiteri volebat, præſtare non poterat: Σὺ δ' ὅπ τὰς αὐτῷ βάλλε, καὶ ἐκείνων ἀποσῆς μηδέποτε εἰς τὴν γωνίαν ἀπελθὼν κάθησο, καὶ πλέκε συλλογισμούς, καὶ ἄλλῳ φείσεται· ἐκ ἔσῃ δ' ἐν σοὶ πόλεως ἡγεμὼν ἀνήρ.

Ἐξιθι τοῦ βίου] vide *ad lib.* 9. § 2. Diogenes cuidam excuſanti ſe, tanquam πρὸς φιλοσοφίαν ἀνεπιτήδειον, *Philoſophiæ ſtudio inidoneum*; Τί οὖν ζῇς, εἰ τὸ καλῶς ζῆν σ' μέλει σοι; *Quid igitur*, inquit, *vivis, ſi bene vivere non curas?* Laërt. *lib.* 6. *Diogeni* ex parte accedit Ariſtot. *ethic. lib.* 3. *c.* 9. ὅσῳ ἂν μᾶλλόν τις τοῦ ἀρίστου ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος θ ᾖ, τοσοῦτῳ μᾶλλον ζῆν ἄξιον. Cynicus idem humerum ſaucius, cur è vita non excederet, ſciſcitanti reſpondit, τοὺ εἰδότας ἃ δεῖ πράττειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ δεῖ λέγειν, τούτους γε ζῆν προσήκειν· τοῖς δ' ἐκ εἰδόσι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, ἀποθνῄσκειν ἐν καλῷ ἦν. Ælian. *l.* 10. *c.* 11. id quod Flaccus *l.* 2. *epiſt.* 2.

Vivere ſi rectè neſcis, diſcede peritis.

Ἓν γε μόνον τοῦτο πρᾶξαι] *cùm id unum in vita egeris, ut eo modo diſcedas.* Xyl. atqui nihil minùs in vita egit, qui ignavè prorſus inſipienterque ſe geſſerit. meliùs itaque Caſ. (qui Xylandri tamen illud etiam in contextum ſuum admiſit) *cùm hoc unicum in vita laude dignum geſſeris, quod hoc modo è vita exieris.* id quod Othoni Sylvio competere poſſit; de quo Dio Caſ. *lib.* 64. Κάλιστά γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε· καὶ κακρυπτόμενος τὴν ἀρχὴν ἀπέφυγε, ἔλεγε αὐτὸς ἀπλαγχνία. Itaque ut Plut. in *Othon.* Ἀπέθανε δ', ἀπολιπὼν μὲν χείρονας, μηδ' ἐλάττονας, τοῦ βίου αὐτοῦ φεύγοντος, τοῦ ἐπαινοῦντος τὸν θάνατον. βιάσας δὲ ὑπὸ ἐπιεικέστερον Νέρωνος, ἀπέθανεν εὐφυέστερον· *per quæ factum putem* (inquit Sueton. *l.* 8. *c.* 12.) *ut mors ejus minimè congruens vitæ majori miraculo fuerit.*

Οὐ κολακεύεσθαι θέλουσιν] Deus à mortalibus non adulationem, ſed imitationem & obſequium poſcit. Hinc reprehenſiones illæ, *Pſal.* 50. *v.* 16, 17. & *Pſal.* 78. *v.* 36, 37. Eſaj. *c.* 1. *v.* 11. -16. &, *c.* 66. *v.* 3. Jerem. *c.* 7. *v.* 9, 10, 21, 24. Ezech. *c.* 20. *v.* 39. Luc. *c.* 6. *v.* 46. Non poſſum continere me, quin ſubjiciam inſignes illos è ſcena, qui cothurnum certe, non ſoccum reſipiunt, verſus; quorum meminere Porphyr. *de non edend. animant. l.* 2. & Clem. *ſtrom. l.* 7. & Cyrill. *adverſ. Julian. l.* 9.

Τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνεπιφθὼνος
Ἔυπς θ ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεὸς

Ὅσῶν ἀπάρκων, κ) χολῆς πυρωλόης,
Ἃ κ) κυσὶν πεινῶσιν ἠδὲ βρώσιμα,
Χαίρειν ἀπαρχὴ, κ) ζέσας λαχεῖν τὸ δέ,
Τύπτων τε πῖσι δρῶσιν ἐκπίνειν χάσιν,
Κἂν λησταὶ, κἂν πειρατὰι, κἂν τυφλοὶ δίκ
Τύχωσιν ὄντες ;
Quis genus in hominum tam supinè credulus,
Aut fidens adeo est, qui deos existimet,
Seu bilis usus, sive malorum obtusa,
Projecta quæ vix tangat efferus canis,
Gaudere donis, idque honori ducere,
Facientibusque gratiam reponere,
Sive ii latrones, sive piratæ sient,
Sive & tyranni ?

Εὐπηρὸς ex Porphyrio reposui, quod apud alios ἄπηρος legitur. ἴυπηρὸς, qui Ebræis קל *credulus, facilis*, de quo Solomon, *Prov. c.* 14. *v.* 15. ἀκακος πάσῃ παπὶ λόγῳ. Extrema, quæ reliqui omiserunt, sed cumprimis ad rem præsentem faciunt, ex Clemente arrexui.

Ἐξομοιοῦσ ἑαυτῷ]Marcus à Juliano in *Cæsarib.* inducitur Sileno percontanti, τί κάλλιστον τῶν βίων τίλο ; respondens, τὸ μιμεῖσθ τὸν θεόν. verùm amplius aliquid sonare videtur τὸ ἐξομοιοῦσθ. hoc est enim quod Apostolus, *ad Cor. ep.* 2. *c.* 3. *v.* 18. εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦσθ· ὥστε συμμόρφους γίνεσθ· *ad Rom. c.* 8. *v.* 29. ἁγίους, καθὼς ἐκεῖνο ἅγιός ὅστιν. *Levit. c.* 19. *v.* 1. & Pet. *ep.* 1. *c.* 1. *v.* 16. ἅγιοι, καθὼς ἐκεῖνο ἅγιός. *Joan. ep.* 1. *c.* 3. *v.* 3. δίκαιος, καθὼς ἐκεῖνο δίκαιός. *ibid. v.* 17. ἐλεήμονας καθὼς ἐκεῖνο ἐλεήμων. Luc. *c.* 6 *v.* 36. τέλειος, denique, ὡς καὶ ἐκεῖνο τέλειο. Matth. *c.* 5. *v.* 48. Gregor. Nyss. *de profess. Christ.* Χειστιανισμός ὅστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. Justin. *ad Diognet.* Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ λέγεται μιμητὴς ἄνθρωπος γενέσθαι θεοῦ. ὅστις γὰρ τὸ τῆ πείσιν δυνάμενος χρῆσθαι βάρο· ὁ, ἐπιεικὴς ἐλατθούμενον ἐνεργεῖν ἐθέλει, ὅπερ παρὰ τῆ θεοῦ λαβὼν ἔχει, θεὸς γίνε) τῆς λαμβανόντων. ἅτος μιμητὴς ὅστι θεοῦ. Sed & Plato, cujus verba forsan respexit hic Marcus, *l.g. l.* 4. Τίς φυγὴ φίλη κ) ἀκόλουθος θεῷ ; μία κ) ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον φίλον ἂν εἴη. unde colligit Clemens *Strom. l.* 5. Philosophiæ finem à Platone statui, ὁμοίωσιν θεῷ, *Deo similem fieri.* Idémque de eodem *l.* 2. beatitudinem collocâsse, ἐν ὅλῃ τῇ ἀγαθῇ, κ) ἐν ἐξομοιώσει τῇ πρὸς τὸν θεόν. Similitudinem autem hanc in eo consistere, ut quis justus, piúsque cum prudentia existat. quod & dogmati nostro esse consentaneum, quippe quibusdam è nostris, Mosis illud *Genes. c.* 1. *v.* 26, 27. ità sumi, ac si dictum sit, Τὸ μὲν κατ' εἰκόνα, εὐθέως μετὰ τὴν γένεσιν εἰληφέναι τὸν ἄνθρωπον. τὸ κατ' ὁμοίωσιν ὕστερον κτὶ τὴν τελείωσιν μέλλειν ἀπολαμβάνειν. Verùm argutum nimis hoc, nec quod possit admitti ; cùm utrumque homini primitus condito distertè tribuatur.

Εἶναι τῷ συκῇ τὰ συκῆς ποιῆσαι] Christus Dominus Matth. *c.* 7. *v.* 16. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς· μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα ; &c. vide *l.* 9. §. 9.

Μάλιστα τὰ μεγίστων] ἴσθι γὰρ ποτε κεφαλῆς ἕνεκα ὑπὸ γήρως γλυκυθύμου μέλιτος. Plut. *de sene politic.*

Τὸν ἢ κυνα, τὰ κυνὸς] Elisæo, quàm atrocia perpetraturus is esset, prædicanti, Hazael Syrus, *Num tu servum tuum canem esse existimas, qui ejusmodi in me admittam? hist. Regum l.* 4. *c.* 8. *v.* 13. Ità *canem* esse non diffitetur, haud hominem, qui ejusmodi faciat. Vide *ad l.* 5. §. 11.

Τὸν ἢ ἄνθρωπον τὰ ἀνθρώπου] vide *l.* 5 §. 1. & *l.* 8. §. 23. & *infrà* §. 15. ἄνθρωπον ἀληθινόν, *verum hominem, qui facit* scil. *quæ hominis sunt.* Epictetus *l.* 1. *c.* 16. Ἐι ἀνθρὼν ἤμεν, ἐποίων τὰ τῆς ἀνθρώπ· εἰ κύκν, τὰ τῆ κύκνου· νῦν ἢ λογικὸς εἰμι· ὑμνῶν με δεῖ τὸν θεόν· ποιῶ αὐτό. vide *ad l.* 5. §. 7. Idem *l.* 2. *c.* 9. Οὐκ ἔσι τὸ τυχὸν αὐτὸ μόνον, ἀνθρώπε ἐπαγγελίαν πρῶτον. τί γάρ ὅστιν ἄνθρωπ· ζῶον, φησὶ, λογικὸν θνητόν· εὐθὺς ἐν τῷ λογικῷ τίνων χωρίζόμεθα ; τῶν θηρίων· κ) τίνων ἄλλων ; τῶν ὀφεσάτων, κ) τῶν ὁμοίων. ὄρα τίνων, μή τι πως ὡς θηρία ποιήσῃς· εἰ ἢ μὴ, ἀπόλεσας τὸν ἄνθρωπον· οὐκ ἐπήρκας τῷ ἐπαγγελίᾳ. ὄρᾳ μή τι ὡς ὀφέσατον· εἰ ἢ μὴ, κ) ὕπας ἀπόλεσε ὁ ἄνθρωπος. τίνα ἓν ποιῶμεν ὡς ὀφέσασα ; ὅταν τῆς γαστρὸς ἔχῃς, ὅταν τῶν αἰδοίων, ὅταν οἰκῇ, ὅταν ὑπαρῶς, ὅταν ἀνεπιτρέπῃς· τοῦ ἀποκλίνωμεν ; ὅτι τὰ ὀφέσατα· τί ἀπολέσωμεν ; τὸ λογικόν. ὅταν μαχίμως, κ) βλαβερῶς, κ) θυμικῶς, κ) ὠστικῶς, τοῦ ἀποκλίνωμεν ; ὅτι τὰ θηρία· λοιπὸν οἱ μὲν ἡμῶν μεγάλα θηρία εἰσὶν, οἱ δὲ θηρίδια κακοήθη κ) μικρὰ, ἀφ' ὧν ὅστιν εἰπεῖν, Λέων με κ) φαγέτω. διὰ πάντων ἢ τούτων ἀπόλυται ἢ τῆ ἀνθρώπε ἐπαγγελία. πότε γὰρ σώζεται συμπεπλεγμένον ; ὅταν τῷ ἐπαγγελίαν πληρώσῃ. πότε διεζευγμένον ; ὅταν τῷ ἐπαγγελίαν πληρώσῃ. πότε αὐλοί ; πότε λύρα ; πότε ἵππο ; πότε κύων ; (f. τότε αὐλοί· τότε &c.) τί ἂν θαυμαστὸν, εἰ κ) ἄνθρωπος ὡσαύτως μὲν σώζεται, ὡσαύτως δὲ ἀπόλλυται. Ità de Christiano homine Salvian. *de provident. l.* 4. *c.* 1. *Cùm hoc sit hominis Christiani fides, faciliter Christi mandata servare ; fit absque dubio, ut nec fidem habeat, qui infidelis est, nec Christum credat qui Christi mandata conculcat. ac per hoc totum in id revolvitur, ut qui Christiani nominis opus non agit, Christianus non esse videatur.* Itaque D. Ambros. *serm. de Abr.* apud Gratian. *c.* 22. *q.* 2. *c.* 20. *Mendacium est, se Christianum dicere & opera Christi non facere.*

§. 9. Μίμος, πόλεμο] Xyl. Λειμὼς cur pro Μίμος inferciat, nihil video. in πόλεμο τὸ τ ex sequenti vocabulo irrepsit : istud autem cum sequentibus

quentibus ad illud ἀπαλοίφῃ, Xylandr. secutus, referre malim, quàm pro absolutè positis, aut ad ἀναλεία relatis cum Casaubono habere; qui & ἀπαλοίφεται illud passivè sumit; quod ego nolim.

Ὁσόσα ὁ φυσιολογικὸς φαντάζῃ καὶ παρεπίμπτοις] *Quàm multa sunt, quæ cùm tanquam physicus merus, secundum naturam earum nudè speculatus fueris, citra usum ulteriorem transmittis?* Casaub. qui pro ὁπόσα, πόσα legisse videtur: & per interrogationem extulisse. at Xyl. *hæc quotidie delebunt sacra illa tua placita, quæ è contemplatione naturæ rerum hausta circumfers.* cui accedo potiùs, nisi quòd τὸ παρεπίμπτειν, *circumferre*, vertit: cùm sit, prout Casaub. rectè, *transmittere*. Cæterùm *transmissionem* intelligo, qualem Maxim. Tyr. *dissert.* 28. verbis illis delineat; Ἄτε ἂν ἐν θεσπεσίοις τῆς ψυχῆς αἱ αἰσθήσεις ἰδρυμέναι, ἐπειδάν τινος ἐφάψωνται ἀρχῆς, καὶ παρασθῶσι τῷ νῷ, ὑπαλείβουσι ταύτης, ὅσοι τὰ λοιπὰ καὶ διεξήρχασται ἐπὶ τὰ ἀκόλουθα. qui in consequentibus τὸ παρεπίμπτειν etiam vocabulo, in hac eadem re illustranda atque explicanda, utitur. ut sit, *decreta illa, quæ ex rerum natura serio seduloque considerata in mentem transmittis, atque ibi recondis.* ità Hermogen. *de invent.* Σὺ δὲ παρέπεμπε τῷ νῷ τὰς θεωρίας. Scopus tamen forsan is fuerit planè, quem Casaub. voluit; *Speculationem naturæ, ni praxin conjunctam habeat, otiosam fore; facileque abolitam iri, nisi cautio jugis adhibeatur, quicquid indidem hauseris.* Epictet. *l.* 3. *c.* 21. Ὅτι τὰ διαφέροντα ἀναλαζόντες ψυχαὶ, εὐθὺς αὐτὰ ἐξεμέσαι θέλουσιν ὥσπερ γαμψωνυχοὶ πρὸ τοῦ πέψαι. ἔφερον αὐτὸ πέψον· εἶτ' ἄπεπτα μὴ ἐξεμέσῃς. οἱ δὲ μὴ, ἄπεπτος τῷ ὄντι χύσεται, πρᾶγμα ἀκάθαρτον καὶ ἄξενον. ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν ἀναθεώντων δεῖξόν τινα ἡμῖν μεταβολὴν τὰ ἡγεμονικὰ τὰ σαυτοῦ, ὡς οἱ ἀθληταὶ τοὺς ὤμους ἀφ' ὧν ἐγυμνάσθησαν καὶ ἔφαγον, ὡς οἱ τὰς τέχνας ἀναλαζόντες ἀφ' ὧν ἐμάθον. ὑπ' ἔργατου ὁ τέκτων καὶ λέγει, ἀκέσατέ με διαφερομένου οὐ τῆς ἀρχιτεκτονικῆς· ἀλλ' ἐμπεδωσάμενος οἰκίαν, τοιαύτην κατασκευάσας δείκνυσιν ὅτι ἔχει τὸ τέχνιον· τοιοῦτόν τι καὶ σὺ ποίησον. φέρε ὡς ἄνθρωπος, πῶς ὡς ἄνθρωπος, κοσμήθητι, χάρισον, παιδοποίησον, πολίτευσαι, ἀνάγκας λοιδορίας, ὕβρεις ἀνάσχου ἀδελφοῦ ἀγνώμονος, ὕβρεις πατέρος, ὕβρεις ὑὸν, γείτονος, σωφόδου. Ταῦτα ἡμῖν δεῖξον, ἵν' ἴδωμεν ὅτι μεμάθηκας τῆς ἀληθείας τὸ τοῦ φιλοσόφου. Addam tamen, quæ se ingerit impræsentiarum, conjecturam. Quid si ἀφυσιολογήτως legerimus? quomodo & *l.* 9. § 41. ἀφυσιολογήτῳ. ut sit mens Marci, *quæ absque naturæ ipsius contemplatione seria ac considerata, temerè imaginaris, & citra examen justum admittis.* hoc enim passim inculcat Marcus, ut rei cujusq; naturam sedulò investigemus, eámque probè perspectam habeamus, priusquam de ea sententiam censurámve ullam feramus. Ità *l.* 2. § 12. & *l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 3, 13. & *l.* 7. § 29, 66. *l.* 8, § 13. (quo loco & de viso quovis primo loco φυσιολογεῖν præcipit.) & *l.* 10. § 11, 17, 18. & *l.* 11. § 2. 16. & *l.* 12. § 8. Nec mirum videri debet, si dogmata ea, quæ in rei ipsius, de qua statuitur, natura penitius perspecta, fundamentum non habent, occasione quavis occurrente, aboleantur facillimè. Trahit horsum, quòd τοῦ τὸ γνωρίζειν, *de natura rei cujusvis excutienda & dignoscenda*, statim istic subjungitur: in quam mentem & πῶς ὅτι διαφέρει τῆς τῶν ὅλων φύσεως commendat, *l.* 8. § 26. & *l.* 10. § 31. λόγον ἐωρακότα ἀκριβῶς καὶ φυσιολόγως τὸ ἐν τῷ βίῳ. quin & bene vivendi fundamentum unicum statuit, ἐν διαφέρειν τοῦ τῆς ὅλης φύσεως, καὶ τῆς ἰδίας τὸ ἀνθρώπου καταστάσεως, *l.* 11. § 5. *In speculationibus illis* sive *theorematibus inde deductis, quæ vel universi naturam, vel suam cujusque conditionem statúmque nos edocent.* Vide Athenagoram *ad l.* 3. § 6. laudatum.

Καὶ τὸ θεωρητικὸν ἅμα συνταλαῖπωρ] Apud Laert. *l.* 7. Zeno; τὰ μὲν εἶναι καθήκοντα ἀνὰ θεωρίαν· τὰ δὲ θεωρητικὰ καὶ ἀνὰ μὲν θεωρίαν τάδε, ὑγείας ἀπαιτεῖσθαι καὶ αἰσθητείων, καὶ τὰ ὅμοια· καὶ θεωρεῖν δὲ, τὸ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τὸν κόσμον διαφέρειν. ut τὰ θεωρητικὰ sint *officia ea, quæ molestiam aliquam adjunctam habeant.* Verùm Marcus istic laxiùs usurpat pro quolibet negotio, quod muneris nostri existat. vide *l.* 9. § 13. & *l.* 8. § 25, 26.

Καὶ τὸ ἐκ τῆς περὶ ἐκείνων ὀπτήσεως αὐθαδὲς σώζειν] αὐθαδὲς, sicut ἀπέρρεγε, *supr.* § 8. in meliorem partem istic sumi videtur, (quod rariùs opinor deprehendas) vel pro *certa animi fiducia* ex rerum naturalium contemplatione orta, de qua *l.* 3. § 11. & *infr.* § 11. vel pro *animi affectu sibi placentis, acquiescentisque*, in veritatis, quam adeptus est, cognitione; quod vocabuli notio, per se media, designat. siquidem ut Arist. *ethic. Mag. l.* 1. *c.* 29. ὁ αὐθαδὴς αὐτάδης τίς ἐστιν, ἀπὸ τοῦ αὐτὸς αὐτῷ ἀρέσκειν. ità Senec. *ep.* 59. *Ipse te consule, si per dies noctesque par & æqualis animi tenor, erecti & placentis sibi est: perveneris ad humani boni summam.* Ortum vocabuli sensumque, non usum, secutus est Marcus. nec aliter forsan usurpatur, *l.* 6. § 47. quin & Isocrates in Archidam. ubi αὐθαδείας καὶ σεμνότητας conjungit, in dexteriorem itidem partem sumpsisse videtur.

Λανθάνον] quod Apost. *ad Rom. c.* 14. *v.* 22. Πίστιν ἔχεις; κατὰ σαυτὸν ἔχε. hoc est: ut Chrysost. μὴ δείκνυε, ἀλλ' ἀρκείτω σοι τὸ συνειδός. vide *ad l.* 7. § 58.

Οὐχὶ κρυπτόμενον] quod *l.* 3. § 8. dixit, ἀδιάφορον. Senec. *ep.* 43. *tegant, non abscondant te parietes tui.* Cicer. *offic. l.* 3. *Honesta enim bonis viris, non occulta quæruntur.* Galen. *de affectib. curand. c.* 5. Ἀγαθὸν σὺ ἡ ἀρετὴ διαπαντὸς τῆς εἰκούσης ἐξέσῃ τοῖς συνήθεσιν εἰσίναι πάντα χαρίεν, ἵνα ἅπας ἦς παιδαγωγός. ità legend. pro eo

ᵉo quod vulgati codices ἀνεφύχθη & ἔξεσι confirmat auror ipſe, qui ſic paulò póſt. τῆς δύσεως ὧν ἀνεφγμένης σε διαπαντὸς, ὡς εἶπον, ἐξουσία πᾶς συνιέναι ἔξω χῶρα πάντα καμεῖν αἰσίενα. δεῖ ὧν δαῤῥεῖν, ὡς ὑπὸ τῶν αἰσιόντων ἐυρίσκεσθαι μηδενὶ τῶν μεγάλων ἀμαρτιμάτων ἰσχυρῶς κατειλημμένον. (ità leg. pro eo, quod nullo ſenſu, ſano ſaltem, κατειλεμμένον legitur.) ὡς δ' ἄλλοι πάντες ἂν οἱ περιελθόντες εἰς τὸ δημόσιον, ἅπαντα περιῶντα φράττειν κόσμια, ὅπου σὺ χρὴ τῶν ἰδίαν οἰκίαν φράττειν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν αἰδοῦμοι τοῦ ἄλλους, ἁμαρτόντες τι φωραθῆναι, μόνος ἑαυτὸς οὐκ αἰδῆται οὐ ἧσσον αἰδοῦ μᾶλισα, πειθόμενος τῷ φάντι,

——— πάντων ἧ μάλις' αἰσχύνεο σαυτόν.

vide *ad l.* 3. § 4.

Πότε χὲ ἁ πότητ& ἀπολαύσεις] poteſt eſſe expoſtulatio, qualem obſervavimus *ſuprà* § 1. ego tamen τότε legere malim, & hîc, & in ſequentibus clauſulis; quod ſemel immutatum deinceps immutari neceſſe habuit. *cùm eò*, inquit, *proceſſeris, atque ità mentem pariter vitámque tuam inſtituerís, tunc frueris ſimplicitatéque gravitatéque* &c. vide *l.* 12. § 28. ἀπολαύειν τῆς ζωῆς.

§ 10. Ἀεάχνιον μῆχαν ἐυρόντες] Studia hominum, quibus ſeſe efferunt, acſi magni aut eximii aliquid confeciſſent, elevat; cum viliſſimorum animalculorum artibus, quibus illi prædas ſibi compares captant, conferendo.

Ὑπολῇ] Ὑπολὴ, *genus retis.* Vet. lex. H. Steph. Sed ſine exemplo. quod hinc licet petatur. Sed & ex Oppiano ἁλιευτικῶν. *l.* 3. *v.* 81. quo loco retium genera nominaque varia recenſens, inter cætera & horum meminit.

Τῶν τὰ μὲν ἀμφίβληστρα, τὰ δ' ἐγχειρίδιοι καλέουσι, Γάγγαμά τ' ἠδ' ὑπολαὶ ἀειρύτεες, ἠδὲ σαγῆναι.

unde figuræ rotundæ fuiſſe videntur ὑπολαὶ iſtæ: cujuſmodi ſunt, quas nos appellamus *Purſe-nets.*

Ἀλλ& Σαρμάτας] quibuſcum tunc Romanis cumprimis res fuit. Itaque in Marci vita mentio fit Sarmatarum inter gentes cæteras à Marco debellatas: horum aliquos in excurſionibus qui trucidaverant, aut ceperant, egregium facinus executos ſe autumabant. Nec tacendum hîc, quo & alluſerit fortean Marcus, quod de Avidio Caſſio refert Vulcatius: *Cùm exercitum duceret, & inſcio ipſo manus auxiliaria, centurionibus ſuis autoribus, trium millia Sarmatarum negligentius agentium in Danubii ripis occidiſſent, & cum præda ingenti ad eum rediſſent, ſperantibus centurionibus præmium, quòd præparvâ manu tantum hoſtium, ſegniùs agentibus tribunis & ignorantibus, occidiſſent, rapi eos juſſit & in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici; quòd exemplum non extabat: dicens, evenire potuiſſe, ut eſſent inſidiæ, ac periret Romani imperii reverentia.*

Οὗτοι χὲ ὃ λῃσταί] quinam iſti quos *latrones* dicit? num *Sarmatæ?* ſicut Pauli Feſtus; *Cimbri linguâ Gallicâ latrones dicuntur.* ad quem locum Scalig. *Cimbri* λῃσταὶ *ſanè* πλάνητες *fuerant. ſed non magis Cimber latronem ſignificat, quam Iſaurus piratam; Ambro, diſſolutum ac voracem; Opicus, obſcœnum: ſed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus, qui tales ſunt.* ità iſtîc Xyl. nec ſecius de barbaris patriam ſuam incurſantibus ſuóſque diripientibus, quos *abigeos* & *latrones* aut *fures* magis quàm *hoſtes* dici poſtulat, Syneſius *epiſt.* 132. τὰ χρὴ τοὺς ἀπελάτας τούτους ἅπαντα πολυπραγμονῶ. ἐγὼ χὲ ἄξιον καλεῖν αὐτοὺς πολεμίους, ἀλλὰ λῃστὰς, ἢ λωποδύτας, ἢ τι πιῶτον ὄνομα μικροπρεπέσατον, οἳ μηδένα ἐῤῥωμένον ὅπλοις ὁρμένων ὑφίσαντες, ἀλλὰ μόνους τοὺ καταλῃγας ἀποσράτ]ευσιν, ὥσπερ ἱερεῖα, ἢ πειδύσι. Verùm videndum, an non illos potiùs hoc titulo indigitet Marcus, qui Sarmatis captis, tanquam re pulcrè ſtrenuéque geſtâ, ſemetipſos efferebant. ut tranſitus ſit factus à numero ad numerum. quaſi dicat, *quid à latronibus etiam iſti qui Sarmatas capiunt, magis quàm ipſi quos capiunt Sarmatæ, diſtant?* Quod Alexandro Scythæ apud Q. Curtium *l.* 7. *c.* 8. *Tu, qui te gloriaris ad latrones perſequendos venire, omnium gentium, quas adiſti, latro es.* Aut quid à prædonibus vulgariter ſic habitis diſtant viri iſti, prout ipſi ſe haberi volunt, militares? Notum eſt illud piratæ, qui Alexandro eidem quærenti, quo ſcelere impulſus, mare haberet infeſtum; *Eodem*, inquit, *quo tu orbem terræ. Sed quia id ego exiguo navigio facio, latro vocor; quia tu magnâ claſſe, imperator.* Cicer. *de repub. l.* 3. laudante Nonio. & Auguſt. *de civit. Dei l.* 4. *c.* 4. qui & ſubjicit. *Sanè remotâ juſtitiâ, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia?* unde Pythia, Adraſtum Sicyoniorum βασιλέα, Cliſthenem verò λῃσῆρα dixit. Herodot. *l.* 5. & Dio Pruſ. *orat.* 2. Sed & Lucan. *l.* 10. Alexandrum *felicem terrarum prædonem* appellat. Déque eodem Senec. *de benefic. l.* 1. *c.* 13. *A puericia latro, gentiumque vaſtator.* & *quæſt. nat. l.* 3. *præfat.* Quantò potius *deorum opera celebrare, quàm Philippi aut Alexandri latrocinia?*

Ἐὰν τὰ δόγματα ἐξετάζῃς] malè divulſit iſta à ſuperioribus Xyl. & Lugd. Editor. *Mentes*, inquit, *ſi militarium iſtorum ſpectes, prædonibus ſupparés facile deprehendes.* prædæ ſiquidem duntaxat inhiant utrique.

§ 11. Κτῆσαι] *acquire* non *acquirere.* eſt enim aoriſti imperativi medii non infinitivi activi, uti interpres Angl. opinatus, dictionis ſeriem duri-orem reddidit.

Οὐδὲν χὲ ἔτω μεγαλοφροσύνης ποιητικὸν] vide *ad l.* 3. § 11.

Ἐξεδύσατο τὸ σῶμα] *corpus exuit*, ſive *è corpore ſubduxit ſe*; is nimirum, qui conſideratione iſtâ animum jugiter exercitatum probéque ſubactum habuerit. neque enim à prioribus iſta diſſociata oportuit

tuit. vide Platonis locum insignem, qui huc spectat, ex *Theæteto, ad l.* 11. § 1.

'Αγῆκεν ὅλον ἑαυτὸν] Vide *ad l.* 4. § 34. & *infrà*, § 14. Eurip. *Phœniss.*

'Αλλ' οἰς Θεὸν χρὴ ταῦτ' ἀναρτήσαι] ἔχειν.

Rejecta oportet ista ad numen omnia.

Senec. *de otio sap. c.* 32. *Ego secundum naturam vivo, si totum me illi dedo.* Annot. Lugd. ἀνῆκα mavult, imperandi formulâ, sive monendi. frustrà. cùm enunciativè ponantur & antegressa proxima, & sequentia itidem.

'Ουδ' οἷς νῦν βάλλεται] Africanus apud Ciceron. *l.* 6. *de repub.* in *somnio*: *Neque sermonibus vulgi dederis te, nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum. Suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. quid de te alii loquantur, ipsi vidcant.* Bion Borysthenita inter cætera professûs in virtute insignioris indicia, hoc cumprimis statuit, ubi quis eodem loco convicia hominum atque vota habet: sive ut ille loquebatur, ὅταν τὴν λοιδορίαν ὅπως ἀκούσῃ τις, ὡς λεγόντων,

Ὦ ξεῖν', ἐπεὶ ὅτι κακῶς ὅτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,

Οὐλέ τε καὶ μέγα χαῖρε· θεοί νύ τοι ὄλβια δοῖεν.

Plut. *de profect.* Talis Cato, de quo Senec. *de ira l.* 2. *c.* 32. *M. Catonem in balneo in ore quidam percussit imprudens: quis enim illi sciens faceret injuriam? postea satisfacienti, Cato, Non memini, inquit, percussum me. majore animo non agnovit, quàm ignovisset.* Idem, *de constant. sap. c.* 14. Phocion pariter cùm quidam uxorem ipsius contumeliosè habuisset, pòst apud ipsum pœnas commeritas metuens sese purgitaret, ignarum se Phocionis conjugem fuisse, Ἀλλ' ἦν γὰρ ἐμὲ γυνὴ οὐδὲ σὲ ἀδικῆν πώποτε. *at verò mea*, inquit, *uxor nihil à te perpessa est. alia forsan fuerit, quam tu læseris: nec mihi itaque quòd satisfacias, aut excuses te, opus est.* Narrat ex Musonio *orat. quâ disceptat philosophum an deccat injuriarum agere*, Stob. *tom.* 2. *tit.* 19. qui idem, quomodo inter concionandum conviciis impetentem nihil quicquam attenderit, apud Plut. legas licet, in *præcept. polit.* & *infrà ad l.* 11. § 14. Archelaus itidem ab obvio quodam aquâ conspersus, cùm ab amicis ad pœnas de homine sumendos instigaretur; Ἀλλ' ἔκ ἐμοῦ, ἀλλ' ἐκεῖνα κατασκέδασον, ὃν ἔδοξεν ἐμὲ εἶ). *Atqui non me*, inquit, *conspersit, sed illum quem esse me est opinatus.* Plut. in *apophth.* Socrates etiam dicere solebat, τοῖς χωμικοῖς δεῖν δεήσεις ἑαυτὸν διδόναι, ἐν ᾧ χάριν τῶν θεσπόντων λέξεναν, δορ-δώσων· ἐν δ' ᾧ, ἐδὲν θεὸς ἡμᾶς. *Expedire, ut Comicis perstringendos sese homines præbeant: siquid enim veri de nobis dixerint, corrigendi ansam dabunt*: (quomodo Philippus demagogis Athenien sibus gratiam debere se dictitabat, ὅτι λοιδοροῦντες βελτίονα ποιοῦσιν ἡμᾶς τοῦ λόγου καὶ τῆς ὄθεν πειρώμεθα, inquiebat, αὐτοὺς ἔργῳ καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς ἔργοις ψευδομένους ἐλέγχειν. Plut. apoph.) *sin falsi quid dixerint, nihil ad nos pertinebit illud.* idémque dicenti, ὦ σοὶ λοιδορεῖται ὁ δεῖνα; *An non tibi iste conviciatur?* respondit. οὐχί· ἐμοὶ γὰρ ὦ θρέψεσθαι ταῦτα. *Nequaquam; mihi enim ista non competunt.* Laërt. *l.* 2. Diogenes dicenti, Πολλοί σε καταγελῶσι. *deridcnt te multi, ô Diogenes.* Ἐγὼ δ' οὐ καταγελῶμαι. *At ego*, inquit, *non derideor.* Alii etiam cuidam idem monenti; Καὶ ἐκείνων τυχὸν οἱ ὄνοι. ἀλλ' ὅτ' ἐκεῖνοι τὴν ὄνων ὑπερφέρονται, ὅτι ἐγὼ ἐκείνων. *Et illos forsan deridcnt asini; verùm nec asinos advertunt ipsi, nec ego illos.* Laërt. *l.* 6. Hoc est, quod de Hercule Epicus quidam apud Plutarch. *de util. ex inimic.*

Οὐδ' ὅσον μυίας συγερῶν ἐμπάζετο μύδων.

Nec muscam quanti faciebat dicta maligna.

vel quod David potiùs, *Psal.* 38. *v.* 13. *Ego verò instar surdi fueram, qui nullus audio; instar muti, qui nihil regerere possit.* vide *lib.* 6. § 2.

Τὸ τῶν θρασυνόμων] vide *lib.* 7. § 54. & *l.* 9. § 6.

Φιλεῖν τὸ τῶν ἀπορεμόμων] vide *l.* 3. § 16. & *lib.* 6. § 43. & *supr.* § 6. & *infrà* § 21. & *lib.* 12. § 1.

Εὐδείαν θραίνειν] vide *l.* 8. § 69.

Εὐδείαν περαίνοντι ἐπὶς τῷ θεῷ] Plato *de legibus l.* 4. à Plut. etiam laudatus *adv. Colot.* Ὁ μὲν δὴ θεὸς ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεῖαν περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῇ δ' ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τὸν θείον νόμον πομπός. ἣ ὁ μὲλ εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος, ξυνέπεται, &c. quem Platonis locum cùm Marcus ob oculos habuit, quum hæc scriberet; tum & autor *libri de mundo*, qui Aristotelis nomen præfert. eodem opus illud suum clausit; quique illum dictione Latinâ μεταφέρει καὶ παραφέρει, Apuleius.

§ 12. Τίς ὑποψίας χρεία, περὶ σκοπῶν τί δεῖ θρασύνεσθαι] Xylandri versionem etsi minùs perspicuam immeritò induxit Editor Lugd. cùm loco ejus depravatissimam dederit. Interpres Angl. frustrà in duo membra sententiam, continuari postulantem, dissecuit. *Quid*, inquit Marcus, *est suspicione opus?* sive, *cur tibi res aliqua suspecta sit*, aut scrupulum animo ac trepidationem injecerit, *cùm considerare liceat*, vel *præsto sit intueri, quid facto opus sit?* hoc est enim περὶ σκοπῶν ut ἐξὸν ποιεῖν, & similia. Senec. *epist.* 74. *non potest quisquam beatus esse, qui huic se opinioni credidit*, (externis subesse mali aliquid.) *Non enim beatum est nisi quod intrepidum. inter suspecta malè vivitur.*

Κἂν μὲν σωφρᾶς, εὐμαθῶς ἀμαυρωθῇ ταύτῃ χωρεῖν] Forsan legi debeat κἂν μὲν σωφρᾶς εὐκρινῶς, sublatâ distinctione, *& si clarè perspexeris. εὐκρινῶς, clarè, distinctè.* Plato: ἵνα εὐκρινέστερον ἴδωμεν, ὃ βουλόμεθα. indè διάκρισιν, σαφήνειαν, διαγνῶσιν. Hesych. de dialectica Laërt. *lib.* 7. in Zenon.

Zenon. Τότε ἀληθὴς ἡ τὸ ψεῦδος διαγνώσκειν αὐτῆς, καὶ τὸ παλαιὸν τότε ἀμφιβόλως λεγόμενον διακρινεῖς. Cicer. *ad Atticum lib. 7. epist. 12. simul hoc distinguis ambigua.* & *epist. 3. sed id philosophi melius distinguent.* verùm accedo potiùs D. Bootio nihil mutanti, sed copulativè tantùm interjectâ, legenti, κἂν μὲν σωφρᾷς, εὐμενῶς καὶ ἀνεπαχθῶς τ. χ. ità opponitur τὸ εὐμενῶς, τῷ μετ' ὀχλήσεως.

Ἀνεπαχθῶς ταύτην χορηγῶν] vide *lib.* 8. § 5.

Ἐχόμενον τῆς φαινομένης δικαίας] Epictet. *l.* 1. *c.* 2. Ταῦτα οἶδε Πείσων Ἐλεύθερε, καὶ ἰδὼν ἐπίηνε· θεασάμενος δὲ αὐτὸν Οὐεσπασιανὸν, ἵνα μὴ εἰς ἐλθὴ εἰς τὸν σύγκλητον, ἀπεκείνατο, ὅτι σοί δοκῶ ἐᾶσαί με ἓν συγκλητικὸν· μίαχρι δ' ἂν ᾖ, δεῖ με εἰσέρχεσθαι. ἄγε, ἀλλ' εἰσελθών, φησι, σώπησον· μὴ μ' ἐξέταζε, καὶ σιωπήσω. ἀλλὰ δεῖ με ἐξετάσαι· κἀμὲ εἰπεῖν τὸ φαινόμενον δίκαιον· ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς, ἀποκτενῶ σε· πάλιν οὖν σοι εἶπον, ὅτι ἀθάνατός εἰμι· καὶ σὺ τὸν σὸν ποιήσεις, κἀγὼ τὸν ἐμόν. σὸν δοῦναι ἀποκλεῖναι· ἐμὸν ἀποθανεῖν μὴ ταραχθῆναι· σὸν, φυγαδεῦσαι· ἐμὸν, ἐξελθεῖν μὴ λυπῆσθαι· vide *l.* 3. § 6, 7. & *l.* 4. § 12.

Ἄριστον γὰρ καταλαμβάνειν τοῦτο] *optimum enim est cum attingere scopum.* Xyl. hoc est, ut id facias, quod justum & æquum est, quodcunque tibi indè obvenerit.

Ἤδη ἀπόπλωσις ἀπὸ τούτου ἔχω] Mutila hæc suspicatur Xyland. Editor Lugd. in versione prorsus resecuit. pro ἔχω D. Boot. legit δοκῶ *ab hoc*, inquit, *justo* scil. utique & æquo *aberrare, lapsûs nomen meretur*, non autem ob justè factum odium incurrere, aut molestum aliquid perpeti, aut etiam, quò minùs quod conaris, effectum des, impediri. ego si quis id exhiberet codex, ἀπόπτωσιν quam ἀπόπλωσιν malim; prout Marcus *l.* 4. § 43. ἀπότμησα dixit.

Σχολαίον τι καὶ ἅμα εὐκίνητον] hoc est, quod *l.* 7. § 69. Μήτε σεύζει, μήτε ναρκᾷ. M. Cas. istà superioribus divellit, atque erotematicè effert; ac si legeret, τί σχολαῖόν τι καὶ ἅμα εὐκίνητόν ὄζει; viderint alii. Ego nullus assentior.

Εὐκίνητον] non, *mobile*; quod τὸ τῆς γνώμης εὐκίνητον, in plebe, Romanâ cumprimis, Herodiano *lib.* 7. notatum, designet; unde & *mobile vulgus*, Statio *sylv. lib.* 2. *poem.* 2. sed *agile*, ad id quod est officium suum aggrediendum agendúmque promptum ac proclive; quodque in eisdem persequendis modo justo debitóque moveatur. Stoici siquidem in dictionibus istiusmodi ἐνέργειαν & ἔμφασιν quandam, ultra usum communem acvulgarem, affectabant. vide *infrà ad* § 21.

Φασὶ ἐν ἅμα καὶ σωφρονικὸς] non qualis stultorum rerum risus, quem ejusmodi esse ait Solomon *Eccles.* 7. 7. qualis est *spinarum sub olla crepitus*;

— *Magno veluti cum flamma sonore*
Virgea suggeritur costis undantis aheni.

ut Maro, *Æn. lib.* 7. sive ut Apul. in *apolog. Flammæ* instar *stipulâ accensæ, claro strepitu, largo fulgore, cito incremento; sed enim materiâ levi, caduco incendio, nullis reliquiis.* icon aptissima vitulationis stolidorum, quâ illi, *non gaudent, sed gestiunt*, ut Aug. de *serm. Dom. in mont. l.* 1. itaque *risum* & *lætitiam* istiusmodi pro *insania* mera, Solomon habet. *ibid. c.* 2. *v.* 3. tanquam ἐξεστικὸς, non σωφρονικός. Senec. *ep.* 23. *Animus debet esse alacer & fidens, & super omnia erectus. Res severa est verum gaudium. cæteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt; leves sunt: nisi fortè tu illum judicas gaudere, qui ridet.* vide *ad l.* 4. § 26. νῆφε φρονικῶς.

Ὁ τῷ λόγῳ καὶ τῶν ἑπόμενος.] *Dei, naturæ, rationis, dictamen ductumque sequi*, pro eodem Stoicis habetur. vide *ad l.* 3. § 16. & *lib.* 7. § 31. & *supr.* § 11. & *lib.* 4. § 12. & *l.* 12. § 31. Plato *epist.* 2. Νῦν ὃ μέγας ἐγὼ εἰμι, ἐμαυτὸν παρίχων τῷ ἐμῷ λόγῳ ἑπόμενον.

§ 13. Ἐὰν γὰρ ἄλλα γίνηται] *in aliorum sint potestate.* Xyl. potiùs, *ab aliis fiant*, cùm ipse nequeas, vel necesse non habeas. Epictet. *lib.* 1. *c.* 27. ἀπιθάνων, ἢ αὐτὸς ἀεισθήσου δίλω, ἢ ἄλλῳ παραχωρῶν ἀφορμὴν τοῦ ἀεισθῆναι. εἰ μὲν δύνασαι πεῖσαι αὐτὸς, ἐφορᾶν ἄλλῳ τοῦ ποιοῦντί τι γελοῖον.

Οὐ δίκαιον] quia alienæ vel mentes vel actiones mihi sunt res mediæ. *lib.* 6. § 32. & *lib.* 8. § 55.

Οἱ ἐν τοῖς περὶ ἄλλων ἐπαίνοις ἢ ψόγοις φρυαττόμενοι] id est, ἐπηρμένοι. *translatio ab equis petita, cùm in altum pedibus sublatis anterioribus, & jubâ concussâ, φρυάττεσθαι.* Salmas. indè & καταφρυάττειν. *supr. l.* 9 § 41. frustrà autem interpretes de eis intelligunt, qui alienis sermonibus & laudibus se jactant; ut alter, qui ψόγοις illud insuper habuit: vel qui aliorum laudibus ac vituperiis tantum tribuunt; ut alter, qui τῶν φρυαττόντων significatum non attendit. quomodo enim quis eò possit φρυάττεσθαι καὶ ἐπαίρεσθαι, quòd ab aliis vituperio afficiatur? non eos loquitur qui laudantur, vel vituperantur, aliorúmque vel laudibus elati animos sibi sumunt, vel vituperiis perculsi abjiciunt: sed eos, qui aliorum laudibus, aut viruperiis prosequuntur, isque faciendo attolluntur, & efferunt se, acsi magni quippiam egissent. hæc enim est istorum ὄρεξις illa, de qua Marcus *l.* 9. § 32.

Τοιοῦτοι μὲν δὴ τῆς κλίνης εἰσί] Hinc apud Lucianum in *Cataplo*, Κλίνη, sive *lectus*, ad testimonium adversus Tyrannum dominum suum ferendum apud inferos accersitus, ἐγὼ μὲν τοι ταῦτα εἰπεῖν αἰχύνομαι· τοιαῦτα ἦν ἃ ἐπ' ἐμοῦ διεπράττετο. vide *ad lib.* 3. § 4. & *lib.* 11. § 18. ὅτι τῷ κλινιδίῳ.

Οἷα ὃ ποιοῦσιν] vide *ad l.* 6. § 59.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ τῷ ἡμιωτάτῳ ἑαυτῶ μέρει] non corpore tantùm, sed animo etiam coguntur, qui aliorum favorem, famámve aucupantur; usq; ad conscientiam læsam, eis obsequi, quibus placere ambiunt.

Ὅταν θέλῃ [Epictet. *lib.* 4. *c.* 9. ἐὰν δὲν ἐναγγότερον ἀνθρώπινης ψυχῆς θελῆσαι δεῖ, ἢ γόγγρε, διαίρεσιν εἰς πάλιν, ἀπονυσάξαι, ἢ ἀπόλωλεν. Synes. *de insomn.* Κλέπτειν τὸ μέσον μέρος, ἢ βύλησις, Sen. *ep.* 34. *Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum.* & *ep.* 80. *Quid tibi opus est, ut sis bonus? velle.* Fabius *insit. l.* 12. *c.* 11. *ut boni viri simus, voluntate maximè constat.* Gregor. Naz. *de sacr. bapt.* ἄνιον τοῦτο τῆς θελήσεως μόνον, τὸ ἀγαθόν. quanquam idem *de theolog.* 1. exagitat illos, Οἷς ἀρκεῖ τὸ θελῆσαι μόνον πρὸς τὸ εἶναι σοφοῖς. Joan. Chrysost. *in Matth. hom.* 49. Ἀρκεῖ θελῆσαι, ἢ τὸ πᾶν ἤνυσας. Liban. *orat.* 4. Βυλήθητι μόνον, ἢ πάντα ἕψεται. vide *ad l.* 8. § 35.

§ 14. Τῇ πάντα διδόσῃ ἢ ἀπολαμβανούσῃ φύσει] quod de *natura*, qui & Stoæ *Deus*, de Deo, Job. 1. *v.* 21. *Dominus dedit, Dominus abstulit.*

Ἀπολαμβανούσῃ] Epictet. *enchir. c.* 10. Μηδέποτε ὅπῃ μηδενὸς εἶναι, ὅτι ἀπόλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα· τὸ χωρίον ἁρπάζει; ἔκλυε ἢ τοῦτο ἀπέδωκε; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἁρπάσας· τί δέ σοι μέλει διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπήτησε; Idémque *dissert. l.* 3. *c.* 26. Ἔστι σύμπαντα εἰλαρὰ παρ' ἄλλου (τοῦ θεοῦ δηλονότι) ἢ αὐτὸν σαυτὸν, ἀγαπητός, ἢ μέμφῃ δόντα, ἂν σε τὸ ἀφέληται; ὅτι τί ἔλαβες παῦτα; χρησάμενον· μέχει τίνος; μέχρις ἂν ὁ χείρας δέληται. Et *l.* 4. *c.* 1. Ἀπαίτησε τὰ διδόμενα, ἔδωκεν, ἐκ αἰδέσῃ; vitiata scriptura. quod & Volsius videt; cui sic restituere visum est. ἐκὼν ἐκ ἀποδώσεις; ἐκ αἰδέσῃ. Verùm interpolatione tam laciniosâ, quæ nec sensum admittit commodum, nec vitium tollit, nihil opus. literula immutata sufficiet. leg. ἐχ ἥδέσῃ; Stoicus est Laconismus. *non Deo, qui dederat, repetente oblectaris?* q. d. dans placet, reperens quidni placeat? vide eund. *ad l.* 2. § 3. vide & *l.* 12. § 26.

Δὸς ὃ θέλεις] hoc est, quod Rufus apud Epictetum *dissert. l.* 1. *c.* 1. ἀρκεῖδαι τῷ δεδομένῳ. vide *ad l.* 4. § 31, 32 & *l.* 5. § 25. & *l.* 7. § 57.

Ἀπόλαβε ὃ θέλεις] Vide voces Demetrii Cynici magnanimas ex Senec. *de provident. c.* 5. ad *l.* 4. § 34. Epictet. *l.* 4. *c.* 10. Χαίειν ἔχω, ὧν ἔδωκας. ἐρόσον ἐχρησάμην τοῖς σοῖς, ἀρκεῖ μοι. πάλιν αὐτὰ ἀπόλαβε, ἢ κατάτεξον ὡς ἦν θέλεις χαίρων. σὺ γὰρ ἦν πάντα· σὺ μοι αὐτὰ δέδωκας. vide *l.* 12. § 26. Senec. *de tranquill. c.* 11. *Sapiens non mancipia tantùm possessionesque & dignitates, sed corpus quoque suum & oculos & manus & quicquid est charissimum aptum facturum, seque ipsum inter precaria numerat; vivitque ut commodatus sibi, & reposcenti sine tristitia redditurus. quandocunque ergò reddere jubebitur, non queretur cum fortuna: sed dicet; Gratias ago, quòd possedi, habuique.* Idem, *epist.* 64. *Fac quod equitatem tuam decet. define naturæ beneficium malè interpretari; abstulit, sed dedit.* & *ad Polyb. c.* 25. *Gaude, quòd talem habuisti; & usumfructum ejus, quamvis brevior voto tuo fuerit, boni consule.* Item. *ad Marc. c.* 12. *Si magnas ex filio percepisti voluptates, oportet te, non de eo, quod detractum est, queri; sed de eo gratias agere, quod collegisti.* Nostri: Basil. Cæsar. *homil.* 5. Συγχάμονός ἐστι θανοίας, ὃς ἐπὶ τῷ χαρισθέντι δυσφορεῖ ἔχειν· ἀλλ' ὅπῃ τῷ ὡς ἐκ τῆς σωτηρίας χαίειν ἔχειν τῷ συγκληρώσαντι. Hieron. *in Nepot. Ne aegras quòd talem amiseris: sed gaudeas quod talem habueris.* Idem in *Paul. Non maremus, quòd talem amisimus; sed gratias agimus, quòd habuimus, imò habemus.* Et *ad Julian. Tulisti liberos, quos ipse dederas. recepisti ancillam, quam mihi ob brevem solatium commodaveras. non contristor, quòd accepisti; sed ago gratias, quòd dedisti.* Bern. *de Himbert. serm.* 110. *Tulisti quoniam tuus erat, nec pro nobis, quibus ille sublatus est, murmurandum: magis gratiæ agendum, quòd tam diu concessus est nobis.* Et *in Cant. conc.* 26. *Esti dolemus ablatum, non obliviscimur tamen, quòd datus fuit; & gratias agimus, quòd habere illum meruimus.* Verissimè Gregor. Rom. *in Job. l.* 2. *c.* 42. *Tunc verè ostendimus, quòd accepta rectè tenuimus, cùm æquanimiter cui momentum sublata toleramus.*

Οὐ καταθρασυνόμεθα, ἀλλὰ πειθαρχῶν μόνον ἢ εὐνοῶν] De morte pariter *l.* 9. § 3. Ità Apost. *ad Philip. c.* 2. *v.* 17. Χαίρων ἢ συγχαίρων πᾶσιν ὑμῖν. & *ad Cor. ep.* 2. *c.* 12. *v.* 15. Ἥδιστα δὲ πάντων, ἢ ἀνδραποδισθῆναι. Tertull. *de patient. c.* 2. *Nobis exercendæ patientiæ autoritatem non affectio humana cautæ æquanimitatis fingendo formata, sed vivus ac cœlestis disciplinæ divinæ dispositio delegat.* Cyprian. *de eadem: Apparet non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia, & exerti ac feminudi pectoris inverecunda jactantia.*

§ 15. Ζῆσον ὡς ἐν ὄρει] vide *infrà* § 22, 23. & *l.* 8. § 45.

Ὡς ἐν πόλει τῷ πόρῳ] vide *ad l.* 2. § 16. & *l.* 4. § 34.

Ἄνθρωπον ἀλήθειαν] qui enim secus quàm oportet, degit, quid vis potius quàm homo est. Vide *supra ad* § 8. & *l.* 5. § 11. Stilpo, cùm turba ad ipsum contemplandum confluereret, dicenti cuidam, Θαυμάζουσί σε, Δημόν, *tanquam feram quandam, ô Stilpo, admirantur.* Ἐκ μᾶλλον, ἔφη, ὃς ἄνθρωπον ἀληθινόν· *Nequaquam verò, inquit, sed ut hominem verum.* Laërt. *l.* 2. Flacc. *arte.*—*Flet homo.*—Demonacti Proteus cùm diceret, ἄνθρωπε, regessit ille, ἐκ ἀνθρώπους, *non viros bonos.*

Κρεῖττον γὰρ ἢ ὧδε ζῆν] vide *ad l.* 9. § 2.

§ 16. Μακὰρ ὅλως διαλέγεται] forsan ὅλως. Senec. *ep.* 16. *Philosophia non in verbis, sed in rebus*

bus est. & *ep.* 20. *Illud te rogo atque hortor, ut philosophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui profectûs capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate, & cupiditatum diminutione. verba rebus proba. facere docet Philosophia, non dicere: & hoc exigit ut ad legem suam quisque vivat, ut verbis operа concordent, ne orationi vita dissentiat.* Et *ep.* 108. *Sic ista tractemus, ut quæ fuerunt verba, sint opera: ut voces mox in rem transferantur.* & *ep.* 24. *Hæc in animo voluta, quæ sæpe audisti, sæpe dixisti: sed an vere audieris, an vere dixeris, affectu proba. hoc enim turpissimum est, quod nobis objici solet, verba nos philosophiæ, non opera tractare.* hoc est, *philosophos esse ἀνὰ τὸ στόμα, μίχει τῷ λέγειν, factis procul, verbis tenus.* ut Epictetus apud Gellium *l.* 17. *c.* 19. *homines* scil. *ignavâ operâ, & philosophâ sententiâ.* quos odisse se profitebatur Pacuvius. cujus verba in eam sententiam Macedo quidam Philosophus præ templorum omnium foribus scribenda censebat. nihil enim fieri posse indignius, neq; intolerantius, quàm quòd *homines ignavi ac desides, ornati barbâ & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguâ verberumq; artes converterent; & vitia facundissimè accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.* Refert Gellius *l.* 13. *c.* 8. Ità (inter alia quæ indè profluxerunt in vitam mala) *quæ philosophia fuit, facta philologia est.* Senec. *ep.* 108. &, *de vitâ semper disputatur, nunquam vivitur.* Idem *epist.* Vitium istud in Stoicis suis, ut familiare nimis, notat idem Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 7. Ἀλλα λέγω, inquit, ἀλλα ποιῶ. λέγω τὰ καλὰ ποιῶμαι τὰ ἀγαθά. ἀναμνησθεὶς σοῦ τὸν λόγον μακρὰν ἀπὸ τοῦ χρήσθαι τύποις ἃ λέγω, ἐφ' οἷς ὡς οἶδ' ὅτι αὐτὰ ἐπαινέσομαι. Idem. *l.* 2. *c.* 9. & *c.* 10. Τοιγαροῦν μίχει λογαρίοις σεμνόπροσωπε· ἔξω δ' αὐτῆς, ὅλη τὸ ἐλάχιστον. eundem vide sis ejusmodi homuncionos fusissimè simul ac acerrimè exagitantem, *enchir. c.* 51. & *dissert. l.* 3. *c.* 26. imò passim eosdem infectantem. siquidem invectivam istam singulis ferè subjectis fecit interolarem. Quin & elegantissimâ usus imagine idem *enchir. c.* 44. Μὴ μιμοῦ σαυτὸν ὄντως φιλόσοφον, μηδ' ἀλλοι τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις σεαυτὸν διαφημίσαντα. μίχας γὰρ ὁ κινδυνος, ἐκεῖθεν ἐξεμέουσι, ὃ ἔτι ὑπολαμβάνουσι ἐντὸς ἔχειν τὰ σεσῳσμένα, ὁ χρόνον φύσαντα τοῖς πολίταις ὀλίγον δεικνύει, πόσον ἴφαγον· ἀλλὰ τῷ νεμεῷ ἔσω πίνωμεν, ἔξω δὲ φέρωμεν καὶ γελᾶν· καὶ σὺ πίνειν, ἵνα τὰ χρῶμα τοῖς ἰδοῦσι διαφαίνωσιν, ἀλλ' ἐν σοὶ ὑποδέχου τὰ ἔργα. Senec. *epist.* 108. *Omnia quæ dicunt, quæ turbâ audiente jactant, aliena sunt. quomodo probare possint sua esse, monstrabo. faciant quæ dixerint.* qui & *ep.* 117. claudit vocibus illis profectûs indicium profitentibus clarissimum, *Si fecero omne quod disco.* sive ut Lipsius ex M. Sᵗᵉ vestigiis, *si vicero.* Præclarè Gregor. Naz. *orat.* 25. Ὃν γὰρ ὁ τῷ λόγῳ σοφὸς, οὗτος ἁμαὶ σοφὸς· ὃν δ' ὅτις γλῶσσαν ὑπερέχον ἔχει, ψυχὴν ἢ ἄσπιν ἢ ἀνεμίδιον· ἀλλ' ὅτις ὀλίγα μὲν ἀρετῆς φθέγξεται, πολλὰ δ' ὅτις ἐνεργεῖ παραδείκνυσι, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τοῦ λόγου διὰ τοῦ βίου περιτίθησιν. Verùm quod Aristot. *ethic. l.* 2. *c.* 4. Οἱ πολλοὶ τοῦτο μὲν οὐ πράττουσιν· ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες, οἴονται φιλοσοφεῖν, καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι· ὅμοιόν τι πάσχοντες τοῖς κάμνουσιν, οἱ μὲν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, πράττουσι δ' οὐδὲν τῶν προσταττομένων. ὡς ἐκείνοις οὐ ἕξουσι τὸ σῶμα, οὕτω διατεθήσονται, οὐδ' ὅτι τὴν ψυχὴν, οὕτω φιλοσοφοῦντες. Itaque verè Demosthenes: Ὡς ἅπας ὁ λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, ματαιότατον· καὶ ἐὰν φαίνηται. Præclarè liquidem Basil. Cæsar. *orat.* 24. & ex eodem Simeon Cancellar. *orat.* 1. Ὁ μὲν γὰρ τὴν ἔχει ῥημάτων παρὰ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφίαν ἔργῳ βεβαιῶν,

Οἱ δὲ πίτυῃ, τὴν ἢ σκιερὴ ἀΐσσουσιν.

ἐπεὶ τό γε λαμπρὸς μὲν ὑπαινίσσεται τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸ μέσον, καὶ μακρὰς ταύτης ἀποτείνειν λόγους· ἴσμεν δὲ τὸ δίκαιον περὶ τὰς σωφροσύνης, καὶ τὸ καλὸν ἔχειν περὶ τὸ δικαίου τιμᾶν· ἐοικέναι φαίην ἂν ἔγωγε τοῖς ἐπὶ σκιωμῷ τεκτηνομένοις τὰ ἀγάλματα, οἳ ὡς βασιλεῖς πολλάκις καὶ διώκειν εἰσέρχεται, ὅτι βασιλεῖς ὄντες, οὐδὲ μικρὸν τυχὸν ἀλλότριοι τῶν πραττομένων.

§ 17. Ὡς μὲν περὶ ὑάλων, κυλλεκμίδι] quod de terra *l.* 4. § 3. στυμί. de pelago. *l.* 6. § 36. σαγήν. sunt autem καγχεμίδες *ficuum granulæ.* præquo κιχεμίδες apud Suidam vitiosè habetur.

Ὡς δὲ περὶ χρόνου, τερετίσματι περιφορᾶς] *tanquam pistilli circumvolutio.* M. Cas. & sine ὑπὸ περιφορᾶς, sive περιτροπῇ i. e. *pistilli circumvolutio*, proverbialiter usurpatur, à Platone philosopho in *Theæter.* Platone Comic. in *Adonid.* & Philem. in *Heroib.* ὁπὶ δὲ τὰ αὐτὰ πάντων, καὶ μηδὲν παραλόντων. uti Hesych. Suid. Zenodot. Apost. Verùm τερετίνα περιφορά i. e. *terebra vertigo*, sive *circumversio*, ut Xyl. Marco istic de spatio temporis brevissimo: quemadmodum, *ἐν ὀφθαλμοῦ ictûs*, ut Beza, potiùs quàm *ictus.* ut vulg. Apostolo *ad Cor. ep.* 2. *c.* 15. *v.* 51. quò pertinet illud poetæ nescio cujus apud Suidam,

Τερετίνα δ' ἐνδίνητα, καὶ ἀκίνητα τέτρηνα.

citiùs enim terebra circumvertitur, quàm animadverti ferè potest.

§ 18. Εἰς ἕκαστον τῶν προκειμένων] *De singulis rebus indaga.* Xyl. *Objecto cuique animum adverte.* Cas. non imptobo. potest tamen, *rerum præsentium quamque consideva.* &c. τὰ προκείμενα, *præsentia.* Vide *l.* 8. § 22.

Ἕκαστον πέφυκεν ὥσπερ ἀνθρώπειον] vide *l.* 4. § 48. & *l.* 9. § 21. *Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt.* Cassius Hemina *annal. l.* 2. i. e. ἀποθνήσκειν, *defungi, mori*, non *decrescere*, ut Nonnius explicat. Senec. *ep.* 99. *Cui nasci contigit, restat mori.* Tertull.

tull. *de Carn. Christ. c. 6. Mutuum debitum est inter se nativitati, cum mortalitate. forma moriendi, caussa nascendi est. non enim mori solet, nisi quod nascitur, id autem moritur, quod & nascitur.* Idem. *de resur. c. 12. Dies moritur in noctem, & tenebris usquequaque sepelitur: & tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra, & tota, universo orbi revivisscit; interficiens mortem suam, noctem; rescindens sepulturam suam, tenebras; hæres sibimet existens, donec & nox reviviscat, cum suo & illa suggestu.* Et latiùs progressus Petrus Ravennas *in Symbol. serm. 59. crede homo, de morte resurgere te posse, cùm tibi totum quod in rebus est, sic quotidie resurgat. Sol occidit & resurgit. Dies sepelitur & redit. Menses, anni, tempora, fructus, semina, cùm transeunt, ipsa moriuntur; cum redeunt, suâ ipsâ morte reviviscunt.* Ità quod Tertull. *ibid. Totus hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum.*

§ 19. Οἷοί εἰσιν ἐδίοντες, καὶ σπένδοντες, ὀχλοῦντες, ἀπατῶντες.] Hæc enim & summis cum imis quibúsq; communia sunt; & conditionis mortalis ac caducæ cum primis nos admonent. Notum est, Menecratem medicum, qui Jovis sibi nomen adsciverat, Philippus Macedo quomodo exceperit, ediliorum loco appositis thure cum acerra. Narrat Ælian. *var. hist. l. 12. c. 57.* Quin & Alexander ex duabus præcipuè rebus, τὸ θνητὸν καὶ φθαρτὸν, sive mortalitatem suam, agnoscere se professus est, ἐκ τῆς καθεύδειν καὶ τῆς συνουσιάζειν, *somno* nimirum *ac coitu.* Plut. in *Alex.* & de *adulat. & iis sympos. l. 8. c. 1.* Antigonus itidem major, cùm Hermodotus quidam ipsum in carmine per adulationem *Solis* (non *Jovis*, ut Erasm. *apophth. l. 4.*) *filium*, *Deúmque* indigitâsset, ὁ παῖς μου σύνοιδεν ὁ λασανοφόρος, *At verò*, inquit, *latent ista prorsus cum, qui matulam mihi porrigit.* Plut. *in apophth.* & *de Isid. & Osirid.*

Εἰ τε δεῖσι ἀνδρυομένοισι, καὶ γαυρώμενοι.] *Quanto se cum fastu efferant*, acsi nè homines quidem aut mortali semine creti sint, *ubi gloriantur, indignantur, interminantur &c.* vide ad *l. 6. § 28.* illud ἀνδρυομένοισι mihi fúspectum habetur. ἀνδρυομένων certè alibi legisse non memini. Xyl. *aliis imperare*, vertit, ut sit *hominibus leges ac jura præscribere.* Casaub. *emendare.* ità quid is legerit, haud satis liquet. nisi forsan ἀδρυόμενοι, *turgescentes, grandescentes*; quod de stirpibus usurpatur. forsan ἀνδρομῶν idem quod ἀνδρωνῶν fuerit, quod de *delectu militari* usurpatur: vel etiam quod κρεανομῶν, quod de *viscerationibus*, sive de *carnibus viritim distributis* adhibetur. in istis autem non sine fastu gerere se solent, qui eas exhibent. vide *l. 9. § 34.* δεῖν ὄπιπε.

Ἐδούλευον πόνοις.] *quot illis inservire & obsequi necesse fuit*, ἰδιῶ, ὡς ὀλίγῳ, *haud ità dudum*; quò possent dignitatis honorísque gradum illum, in quo tanto cum supercilio se gerunt, adsequi. vide *l. 8. § 3.* Epictet. *l. 3. c. 26.* ἐγὼ μὲν ἂν οὐκ ἔχω ἔδαφος εἰ δὲ φιλόσοφα δόξει ζῆσαι, τῇ ὀφρῦϊ αὐτῇ καὶ τῷ δυλικῷ καταφρυάγματι καὶ ἀναβόωπον. ἴσθι γὰρ ὅτι δοῦλος ὑπὸ χαῖν ἐς δοῦλον, καὶ τυφλοῦ τυφλός. quo tamen loco ego τυφλοῦ malim. scil. ut Claudian. *in Eutrop. l. 1.*

Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum.
——*nec bellua tetrior ulla est,*
Quàm servi rabies in libera colla frementis.

Ruffus Vibius apud M. Senecam *controvers. 9.*

Divite novitio nihil est insolentius. &,
Pedissequa honoris est nevi arrogantia. Salvian. *epist. 2.*

Ἅπας γ' τραγῳδὸς, ὅστις οὐ νέον κρατεῖ. Æschyl. *Prometh.* præ cæteris verò
Ἀφθονίτος ὅδε ἐυτυχοδιωκισιγίας.
Comicus, apud Dion. Cocc. *l. 60.* Quod & Isidor. Pelus. ubi adduxerat *l. 2. ep. 297.* qui ἐυπραγῶν habet, pro eo quod ἐυτυχῶν Dio, subjungit; Καὶ τὸ ἐυπραγίσιον ὑπερ τὸν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῖς κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. Aur. Victor in *Diocles. Quantum ingenium est, compertum habeo, inmillimos quosque maximè, ubi alta accesserint, superbiæ atque ambitione immodicos esse.* Agur sapiens Ebræus *v. 20. Tria sunt, sub quibus commovetur terra: imò quatuor sunt, quæ ea ferre non potest. servus, cùm regnat; stultus, cùm satur est; exosa, cùm maritatur; ancilla, cùm hæredem suæ hæres evaseris.* siquidem, ut Solon,

Τίκτει τοι κόρον ὕβρις, ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβος ἅπτῃ.
E nimiis opibus petulantia nascitur ingens.

Sive ut Theognis; (quod Homero tamen tribuit Schol. *ad* illud *Pindari olym. 13.* ὕβριν πόρε σπερέα.)

Τίκτει τοι κόρον ὕβρις, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἅπτῃ.
Idémque.

Πόλλοι τοι κόρῳ ἄνδρες ἀπώλεσαν ἀφραίνοντες.
Γνῶναι γὰρ χαλεπὸν μέτρον, ὅτ' ἐσθλὰ παρῇ.
Nascitur ex nimiis opibus petulantia stultis.
Nec pauces sanæ evertit mentis egenos.
Difficile est, adsunt cùm bona, nosse modum.

Aristot. apud Stob. *tom. 2. tit. 3.* πάντα γὰρ, ὅσα φύσιν ἔχει μετρίαν, κόρῳ μὲν ὕβριν, ἀπορδοσία δ' μετ' ἐξουσίας ἄπειρον. Philistius apud Clem. *strom. l. 6.* εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ πρὸς ὀλίγα ἀσχολούμενοι ἐυ, ἐκπίπτοντες εἰς ὕβριν πρέπειν. quod illum Clem. à Thucydide mutuarum afferit, qui odixerit; Εἰώθασι δ' οἱ πολλοὶ μᾶλλον ἀνθρώποι, εἰς ἃ μὴ λίαν δ' ὀλίγον ἐπιτίθεσθαι ἐυσεβείᾳ ἢ ἀνθρωπίνῃ, εἰς ὕβριν χωρεῖν. locus est in *Cleonis orat. l. 2.* ubi tamen legitur, εἰώθασι δ' οἱ πολλοὶ, εἰς ἃ, &c. Quò respexit tamen & Isidor. Pel. *l. 2. ep. 296.* εἰώθασιν γὰρ ἄνθρωποι, ὅταν ἀδύνατον μᾶλλον ἐπιμελεῖα ἔχωσι, εἰς ὕβριν χωρεῖν. de Largio Macedone.

cedone quid Plin. min. *l.* 3. *ep.* 14. vide *ad l.* 6. § 38. vide & quæ de Gallo Cæsare Ammian. *lib.* 14. initio.

Δι' ὅια] θεσμόμωρα, scil. ut *l.* 6. § 59. *ob quæ adipiscenda.* sive, *quâ mercede.*

Καὶ μὴ] ὀλίγον, ἐν τούτοις ἔσυται. Legend. ὀπίσοις ἔσυται. vide *Psal.* 82. *v.* 6, 7. Esai. *c.* 14. *v.* 9, 10. & Ezech. *c.* 32. *v.* 18, 30. Verùm quod Maro *Æn. l.* 10.

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Nec servare modum rebus sublata secundis.

Sophanes apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 22.

Ἂν δ' εὐτυχῆτε, μηδὲν ὄντες, εὐθέως
Ἴσ' ἐσμὲν φρονεῖτε· τὸν δ' ὑψίστου
Ἄδην παρεσῶτ' οὐχ ὁρᾶτε πλησίον.
Si favorit fortuna, cùm sitis nihil,
Cælo levatis capita; nec de proximo
Respicitis orcum, regna qui in reges habet. Grot.

Plutarch. *de Isid. & Osir.* Εἰ δέ τινες ἐξαιρεθέντες ὑπὸ μεγαλαυχίας, ὡς φησὶν ὁ Πλάτων, ἄμα νεότητι καὶ ἀγνοίᾳ πλεμμύρησι τῷ ψυχῷ, μεθ' ὕβρεως ἐλέξατο θεῶν ἐπωνυμίας, καὶ ναῶν ἱδρύσεις, βεραίαν ἔνθεσιν ἡ δόξα χέουσ' εἶτα κενότητα καὶ ἀλαζονείαν μὴ ἀσεβείας καὶ παρανομίας σεσοφλεντες,

Ὠκύμορον καπνοῦ δίκην ἐρεθέντες ἀνθέαν
καὶ νῦν ἔασε μόχθοι δεσπόται, σφὶ ἱερῶν καὶ σφὶ βωμῶν ἀποσαλεύοντες, ἐδὲν ἀλλ' ἢ τὰ μνήματα καὶ τοὺ τάφους ἔχουσι. vide *lib.* 6. § 24. & *infr. ad* § 31.

§ 20. Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τοῦ ὅλου φύσις] Pra clara gnome. de qua vide amplius *ad l.* 2. § 3. & *l.* 3. § 4. & *l.* 4. § 23, 29. & *l.* 7. § 27. Apollon. Tyan. *ep.* 66. εἰ τάξις ἐστὶ πᾶσι ὄντων, ἔστι δ', καὶ διὸς ἐπισταλεῖ ταύτης, ὁ δίκαιος ἕκαστα τὰ ἀγαθὰ πλεονεκτικὸν δὲ καὶ περὶ τάξιν ἡγήσεται δ' τὰ γεγόμενα συμφέρειν. ubi tamen pro ἀγαθὰ malim ἀγαπητὰ, *quæ ipsi sunt cordi.* Siquidem vir bonus τὰ ἑαυτῷ ἐν τῷ ὅλων συγκλωθόμενα ἀγαθὰ εἶ πίπτειν, ut Marcus noster *l.* 3. § 4.

Καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκεῖνα φέρει] vide *ad l.* 4. § 23. τὸ ἐκεῖνον. Aug. *in Psal.* 145. *v.* 15. *Prorsus, tanquam ægrotum reficiens medicus, & quod opus est, hoc dat;* & *quando opus est, tunc dat.*

§ 21. Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα] Euripidis versus sunt ab Aristotele laudati, *ethic. Nicom. l.* 8. *c.* 1. *Eudem. l.* 7. *c.* 1. & *magn. l.* 2. *c.* 11. ab Athen. *dipnosoph. l.* 13. à Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 12. apud quos duos novissimos integri habentur.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα, ὅτ' ἂν ξηρὸν πέδον
Ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίῳ ἐνδιδῶς ἔχει.
Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πλησθεὶς ὑμῷ
Ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν ἀφροδίτης ὕπο.
Ὅταν δ' συμμιχθῇ τον εἰς τ' αὐτὸν δύο,
Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα, καὶ τρέφουσ' ἅμα
Ὅθεν βοτοῖσιν ζῆ τε καὶ θάλλει γένος.
Cerne, amat ut imbrem terra, cùm sterili solum
Squallore ligens poscit humectas opes.
Rursum amat & æther ipse, Veneriique impetu
Fœtos madoris explet in terram sinus.
Quæ fœderata mutuis amplexibus,
Quod ubique rerum est proferunt, ac nutriunt.
Hinc vita vigque seculis mortalibus. Grot.

Eis autem gemina adducit etiam Athenæus ex Æschyli *Danaidibus* ista:

Ἐρᾷ μὲν ὑδρὸς ἱερὸς ἱερὸν πεσὼν χθόνα·
Ἔρως δ' γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν·
Θάλπει δὲ πόντου σύνοικον ἐρανὸν πνοὴ
Ἐκοῦσα γαῖαν· ἡ δ' τίκτεται βροτοῖς
Μίλων τε βόσκας καὶ βίον Δημήτριον.
Δένδρων δὲ δ' ὄμβρος ἐκ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ὄζει· τῷ δ' ἐγὼ παρήτημαι.
Penetrare terram purus ille æther cupit:
Capit vicissim terra conjugio frui.
Ab amante cælo defluens terram simul
Fœcundat imber: illa mortali parit
Cereale generi germen, & pastus gregum:
Maturitatem dat suam arboribus quoque
Mador maritus. causa at his cunctis ego. Grot.

Proinde cùm apud plures ista reperiantur, Plutarchus in *amatorio*, non poetæ huic vel illi, sed *poetis* tribuit. Ἐρᾶν οἱ ποιηταὶ λέγουσι καὶ γῆς ὀρανὸν ἥλιον δ' Ζελήνης, ἐρᾶν οἱ φυσικοὶ, καὶ συγγενέσθαι καὶ μιγῆναι· καὶ γλυκὺ δ' ἄνθρωπον ὑπτίᾳ καὶ ζώων δ' φυτῶν, ἐκ ἀναγκαίου ἀπολέσθαι ποτὲ καὶ σβεσθῆναι παντάπασιν, ὅταν ὁ δεινὸς ἔρως ἢ ἔρως τοῦ θεοῦ τοῦ ὕλην ἀπολίσαι, καὶ παῦσαι πόθου τε καὶ διώκειν δ' ἐκεῖνον ἀρχὴν καὶ κίνησιν; ità enim per interrogationem si proferantur novissima illa, Xylandri asterisco nihil opus erit. Indè Maronis illa *georg. l.* 2.

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt:
Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Et Statii *Sylv. l.* 1. in *epithalamium*.

——*Ipsum in connubia terræ*
Æthera, cùm pluviis rarescunt nubila, solvo.
Sic rerum series mundique revertitur ætas.

Adjicias licet & Lucretii illa *l.* 1.

Postremò pereunt imbres, ubi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitavit.
At nitidæ surgunt fruges, ramique virescunt
Arboribus; crescunt ipsæ, fœtâque gravantur.
Hinc alitur porrò nostrum genus atque ferarum.

Quin & Scythæ τὸν ἥλιον νομίζουσι τὸν Διὸς εἶναι γυναῖκα. Herodot. *l.* 4. Quod autem de amore illi, de potu festivè, suo more Anacreon, *ode* 19.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει·
Πίνει δὲ δένδρα αὐτὴν·
Πίνει θάλασσα δ' αὖρας·
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν·
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη·

Fœcunda

Fœcunda terra potat :
Hanc arboresque potant :
Et potat æquor auras :
Phœbúsque potat æquor :
Ipsúmque Luna Phœbum.

Ὅπ σοι συμεφῶ] Epictet. *l.* 2. *c.* 16. τέλμησον, ἀναζελίξας σεὸς τὸν Διόν, εἰπεῖν, ὅτι χρῶ μοι λοιπὸν εἰς ὃ ἂν θέλῃς· ὁμογνωμονῶ σοι· ὑδὲν παρῃτημαι τῶν σοι δοκούντων. & *l.* 4. *c.* 7. σεοσκείσομαι δίκονος, καὶ ἀκόλυθος ἐκείνῳ· ζυμορμῶ, συμοήζομαι, ἁπλῶς συνθέλω. ità enim lego, quod vulgò ὀρέγομαι tantùm languidè legitur, ut dictioni vis constet sua. Sen. *ep.* 96. *Non pareo Deo, sed assentior. ex animo illum, non quia necesse est, sequor.* vide *ad l.* 4. § 33. & *sup.* § 1.

Ὅπ φιλεῖ τῦτο γίνεδζ] à vulgari sermonis usu argumentatur, argutiùs paulò Marcus, ut alibi, *l.* 5. § 8. in verbis συμβαίνειν & φέρειν, ità ἴστιc in verbo φιλεῖν· quod ἀντὶ τῦ πεφυκέναι ἤτοι εἰωθέναι usurpatur; quomodo & Latinis *amat*, pro *solet*; quod à Græcis tractum monuisse videtur Fabius, *instit. l.* 9. *c.* 3. Quanquam diversum est paulò Salustianum illud, quod ibi Fabius adduxit ; *Vulgus amat fieri.* sicut & ejusdem illud, in *Jugurth. Quæ ira fieri amat.* & *ibid.* rursus ; *ea quæ secundæ res amant.* In istis enim sensus est, *quæ amant*, i. e. *quæ cupiunt & quibus delectantur*, vel, *quæ lubenter admittunt.* Saltem Syntaxis diversa est: neque enim, *ira fieri solet*; vel, *vulgus fieri solet* ; sed *per iram* ; &, *vulgò*, vel *à vulgo*, diceris; quod viris magnis non est animadversum. Cæterùm sic Flaccus *carm. l.* 3. *ode* 16.

Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa potentiùs
Ictu fulmineo.——

Ammian. *hist. l.* 16. *ut in rebus amat fieri dubiis.* & *l.* 17. *ut rebus fieri amat dubiis & turbatis.* quomodo Herodot *l.* 8. Ὅια φιλέει γίνεδζ ἐν πολέμῳ. & Plato *polit. lib.* 5. Ὅια δὴ ἐν πολέμῳ φιλεῖ. & Polyb. *lib.* 6. Ὅ δὴ φιλεῖ γίνεδζ. Quin & τὸ ἐᾷν pari modo usurpatum invenias. Ità enim Herodian. *lib.* 1. Ἐᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ὅπῃ τῆς τυχόντος ἀφορμῆς ῥᾷστα κινεῖδζ. Tacit *annal. l.* 4. *ut ferè amat posterior adulatio.* Apul. *florid.* 3. *Quod genus in comœdia fieri amat.*

§ 22. Ἢτοι ἐνταῦθα] Aut in eo vitæ genere manes, cui jam es assuetus; aut institutum mutas quod nisi velis ipse non cogeris ; aut è vita discedis, tu nero defunctus : in his autem omnibus nihil est quod ægrè te habeas. Geminâ ferè argumentatione utitur ad Lucilium suum Seneca *epist.* 42. *Hoc perituram est. nempe adventitium est. tam facilè sine isto vives, quàm vixisti. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es. Si non diu, perdis antequam assuescas.*

Καὶ ἥδη ἤδικας] Notum est Pythagoræ monitum illud : ἀλλὰ βίον τὸν ἄειρον ἥλιε ἢ αὐτὸν ἢ σωήθεια ποιήσει. Referunt Galen. *de affect. cur. c.* 6. Stob. *tom.* 2. *tit.* 29. Anton. *Meliss. l.* 2. *c.* 80. Plut. in *præcpt. salubr.* & *de exil.* qui idcirco *lib. de profect.* hoc insigne facit δίλωμα σεροκοπῆς, τὸ μηκέτι σεροάντα, μηδ' ὅρθιον ἄγαν, ἀλλὰ ῥᾳδίαν καὶ λείαν καὶ δι' ὑποτειάς ἴδη τινὰ τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, οὗ ἐκλειπομένῃ τῇ ἀσκήσει. Quod Hieron. an Paulin. *ad Celant.* *Asperam nobis & insuavem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo ; quæ si in alteram partem transferatur, invenitur semita justitiæ levis.* Quanquam Plut. idem in tract. *de tranquill.* quasi Pythagoricum illud corrigens : ἐχ ἢ ζωήθεια ποιεῖ τὸν ἐλομένον τὸν ἄειρον βίον ἥδιον, ὡς τις εἶπεν· ἀλλὰ τὸ φερεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄειρον καὶ ἥδιρον. Nec diffitendum tamen, multùm conducere assuetudinem, ad vitæ, quæcunque ea tandem fuerit, molestias allevandas. Plut. *de audiend.* Τῶν ἐγγεροφωλούντων εἰς τὰς πολιτείας, οἱ μὲν ἀλλοδαποὶ καὶ ξένοι κομδῇ πολλὰ μέμφονται καὶ δυσκολαίνουσι τῶν γινομένων· οἱ δ' ἐν μετοίκων σωφρονοῦντες καὶ σωήθεις ὄντες τοῖς νόμοις, ὑ χαλεπῶς φερομένοις τὰ δημόλοντα καὶ φέρουσιν. & *ibid.* Ἐν γεμίσμασι, καὶ δεῖ λύειν, καὶ παλαίειν, ἀλ σερὸς μαθήσεις ἀρχαὶ πολλὰ ἔχουσι δύρυδον, καὶ πόνον, καὶ ἀσάφειαν· εἶτα σεροΐόντι κατ' μικρὸν, ὥσσερ σερὸς ἀνθρώπους, σωήθεια πολλὴ καὶ γνῶσις ἐγγινομένη, πάντα φίλα καὶ χειρήδη καὶ ῥᾳδία λέγειν τε καὶ σερᾴτειν παρέχει. Aristoteles *rhet. l.* 1. *c.* 10. Ἔστι δὲ καὶ τὸ ζωήθες, καὶ τὸ ἐθιτὸν, ἐν τοῖς ἥδιοσι· πολλὰ γὰρ καὶ σφ φύσει μὴ ἡδέα, ὅταν ἐθισθῶσιν, ἡδέα ποιοῦσι. Jo. Chrysost. *in epist.* 2. *ad Tim. orat.* 5. Μεγάλη γὰρ, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐν τοῖς κακοῖς, τῆς ζωηθείας ἡ δυναμις. ὑ δυσσύμεδα σοι τὰ λοιπὸν, αὐτῆς ἐλκύσης ἡμᾶς. vide & quæ sequuntur. Naso. *Artis, l.* 3.

Fac tibi consuescat ; nihil assuetudine majus.

Et, *Quod malè fers, assuesce ; feres bene : multa vetustas Lenit.——*

Arnob. *lib.* 2. *Fiet familiaris, & more in naturam conversa consuetudo.* Cicer. in *Lælio.* *Magna vis est vetustatis & consuetudinis : nemo est, si nulla res impediat, qui non eo, quo consuevit, equo libentius utatur quàm intracto & novo. Nec modò in hoc quod est animal, sed in eis etiam quæ sunt inanimata consuetudo valet ; cum locis etiam ipsis montosis delectemur & silvestribus, in quibus diutiùs commorati fuimus. Sic veteres inquilinos indulgentia loci & consuetudo etiam inter injurias detinet.* Senec. *epist.* 70. Plinius minor *l.* 6. *epist.* 2. *Mihi & gratiora sunt bona* (domestica) *quòd perseverant ; & leviora incommoda, quòd assuevi.* Indè illud Campanorum apud Livium *l.* 23. *Notissimum quodque malum maximè est tolerabile.* Et Philoctetes Euripideus, referente Dione Prus. *orat.* 53.

Καί τις σολ' ἤδη τῶν χρόνῳ λώφησέ μοι
Νόσος· κατ' ἀρχὰς δ' ἔδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν.

De vi doloris jam remisit tempore
Morbus, qui initio fuerat intolerabilis.

Plaut. *Trinumm.* 1. 2.

Habeas, ut nactus: nota mala res, optima est.
Nam ego nunc si ignotum capiam, quid agam nesciam.

De Christi Domini jugo veterum nescio quis.

Grave dum tollis, suave cùm tuleris.

Ἕξω τὰ ἐπάγειν] Vitæ genus mutas: è privato in publicum prodis: negotiis immisces. Alluſit forsan ad proverbium, quod à Zenodoto refertur. Ἀνδρὶ λύδῳ παράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξεῦρεν ἑαυτῷ ἐπείατο.

Ἀπολειτούργητος] Vitam hanc λειτουργίαν πρὸς esse vult: quomodo Paulus ὑπηρεσίαν in concione ad Antiochenses apud Lucam *Act. c.* 13. *v.* 36. Δαυὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη. Cicer. *de Senect. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & gravi opere perfungimur.* Indè, *vitæ munera*, &, *defunctos mortuos*, dicimus, utpote qui vitæ officia jam compleverint. Servius *ad Æn. lib.* 6. Pulcrè autem & ad Marci mentem Apostolus apud Lucam. *Act. c.* 20. *v.* 24. Ἀλλ' οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ κυρίου. quasi dicat, *cur non lubens vitam ponam, ubi cursum absolverim, munusque ac ministerium à Christo Domino assignatum executus plane fuerim.* διακονίαν dixit, quod Marcus λειτουργίαν. ἀπολειτουργῆσαι (quod alibi haud temerè reperias) *munere defunctum esse*: ut ἀποβιῶσαι, *vitam obiisse*: & ab eodem jam liberum & immunem fieri: quod Joannes in *Apocal. c.* 14. *v.* 13. dixit, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποπαύσασθε.

§ 23. Ὅτι τοιοῦτο ἐκεῖνο ὁ ἀγρὸς ὅτι] *hoc esse agrum.* Xyl. *hoc vel illud esse.* Cas. f. τοιοῦτο [οὗ] ἐκεῖνο, *tale quid, quale illud.* nihil à loco alio distare, an mi tranquillitatem quod attinet. vide *l.* 4. § 3.

Πάντα ἐστὶν ἐνθάδε τ' αὐτὰ τοῖς ἐν ἄκρῳ τῷ ὄρει] Vide *supr.* § 15. Sed & *ad l.* 4. § 3. ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητοῦσιν. & *l.* 8. § 45. Epictet. *l.* 3. *c.* 22. Ὅπου γ' ἂν ἀποβλέψω, ἐκεῖ πλοῦτος, ἐκεῖ σχολή, ἐκεῖ ἄσφα, εὐφυΐα, ἕτοιμοι, ἃ φέρει θεὸς ὁμιλία.

Τὰ τοῦ Πλάτωνος] Ex *Theæteto*: laudata etiam à Theodoreto *th rapeut. l.* 1 & *l.* 12.

Σπηνὸν ἐν ὄρει περιβαλλόμενος] ἀχρεῖον καὶ ἀπαίδευτον ἀπὸ ἀσχολίας, ὑδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀνυπαίτιον γνώμης σπηνὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον. Plat. de sapiente sermo est, Philosophiæ studiis prorsus dedito, qui non secus in urbe conversatur, quàm si in monte aliquo ab hominum commercio sejunctus ageret, murisque civitatis, perinde ac caulæ alicujus septo pastor rusticus, inclusus tenetur. Theodoretus cum Marco περιβαλλόμενον legit. Sed Platonis mentem seciùs cepit, cùm opinaretur Platonem hoc voluisse, verum Philosophum ἐν ὄρει σπηνὸν διαμένοντα οἰκήσειν, *in tugurriolo aliquo, sive stabulo in monte sibi extructo esse habitaturum*: quod Plato nullus hìc dicit.

Καὶ βάλλειν βλήματα] ista quò pertineant, ego planè sum nescius. Xyl. *& balare.* quasi βληχάδας & βληχήματα legerit; quo fundo, quóve sensu, nullus video. Annot. Ludg. *propriè*, inquit, *est jacere jacula.* Sed jacula istìc quid faciant, nullus idem nos docet. M. Cas. sequentibus adfigit; & περιβλήματα legisse videtur; *& problemata tibi proponere ista, quidnam est mihi nunc mens mea*, &c. verùm D. Salmas. expungenda censet; utpote quæ nec sensum ullum efficiant, nec in melius reformari possint. Vetat autem Medicorum princeps πῶς ἀνιᾶσθαι ἐσχυρίσεν.

§ 24. Τί δεῖ μοι τὸ ἡγεμονικόν μου] Epictet. *lib.* 1. *c.* 26. Αὐτὸ ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας, αἰδοῦς τῆς ἐμῆς ἡγεμονικῆς, πῶς ἔχει. Vide *l.* 12. § 33.

Μὴ ἀπόλυτον ἡ ἀπαραποδιστόν μου τὸ προαιρετικόν] Vide *ad l.* 4. § 29. & *l.* 8. § 34.

Μὴ περιττικὸς] à metallis translatum, quæ ubi liquefacta jam, affusa fuerint rei alicui, in unum idémque cum ea corpus coalescere videntur. Ità Epict. *l.* 1. *c.* 3. Τί τούτοις περιττικός; vide *ad l.* 12. § 19.

Ὥσπερ τότε σωτηρικός.] Plato *Phædon.* Ἐμοὶ δοκεῖ ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἦλον ἔχουσι, προσηλοῦν τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ σῶμα, καὶ προσπυρονῦν, καὶ ποιεῖν σωματοειδῆ, δοξάζειν ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ· quanquam negat passim Marcus corpus de istis quicquam pronunciare. vide *lib.* 7. § 14. 16, 33. & *lib.* 8. § 25, 37.

Καὶ ἀναπεπλασμένον τῇ σαρκιδίῳ] ità *lib.* 7. § 57. ἡ φύσις οὐχ ὅτου ζωπυρήσει τῇ συστάσει. &c. & *l.* 5. § 26. μὴ ζωπυρεῖσθαι.

§ 25. Κύριος ὁ νόμος] Pausanias Plistanactis filius, quærenti quare legum priscarum nullam abrogare apud suos liceret, respondit: ὅτι παρὰ νόμους τοὺς ἀνδρῶν, ἃ παρὰ ἄνδρας τοὺς νόμων κυρίους εἶναι δεῖ. Pittacus item Crœso percontanti, τίς ἀρχὴ μαλίστα; respondit, ἡ τῶν πολιτῶν ξύνεσις. leges designans, quæ civibus insculpebantur. Indè Chilonis monitum; Νόμοις πείθεσθαι. Laërt. *l.* 1. quod Spartanis religiosissimum semper fuerat. Archidamus Zeuxidami filius, scisciranti quinam Spartæ rerum potirentur, οἱ νόμοι, inquit; καὶ τὰ ἀρχεῖα καὶ τοὺς νόμους. Agesilaus in *epist.* ad suos à bello ipsum revocantes, quod cùm bene succedere videretur ægrè quidem, reliquit tamen; Ἄρχω γὰρ ἐγὼ ἐμαυτοῦ ἀρχὰν, ἀλλὰ τῇ πόλει, καὶ τοῖς συμμάχοις· καὶ τότε ἄρχειν ἄρχει ἀλαθὼς καὶ δίκαια, ὅταν καὶ ἄρχῃ τοῦτο τῶν νόμων καὶ ἐφόρων, ἃ ἐξεῖναι οἱ ἄλλοι ἐν πόλει ἄρχοντες ὦσιν. Demaratus, quærenti, quare patriâ exularet, cùm rex ibi fuisset, ὅτι κρείσσονες, inquit, αὐτῆς οἱ νόμοι εἰσίν. Plut. in *præcept. polit.* Δεῖ γὰρ οὐκ ἄχει τὸ βασιλεῦ φίλον εἶναι τῷ μὴ ζωπυροῦντι, ὡς φησὶ Πεισιλῆς εἰπών, ἵνα ἄρχει πάντες νόμοι καὶ δίκαια.

διχῶν. Verùm legem universi sive naturæ Marcus hic vult, de qua *l.* 2. § 16. & *l.* 4. § 10. de qua & Dionysius major dixit, τοῦ μὲν τῆς πόλεως νόμου διώκειν, τοῦ δὲ τῆς φύσεως μὴ διώκειν βιάσασθαι. & Aristot. nomine, *de mund. c.* 6. Νόμῳ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ὁ Ζεύς, ὃ πάντα ὑπερέχοντα διορθοῖ, ἢ μεταθέσεις· κρείττων ἦν, εἴπερ, καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κόσμῳ ἁπάντων. & Philo *de bon. hom. libert.* Νόμος ἦν ἀψευδής, ὃ ὀρθὸς λόγος, οὐχ ὑπὸ τῶν δήτορος ἢ τῶν δήτορος ὀνητῶν φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις ἢ σανίσιν ἄψυχος ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἄφθαρτος ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθείς. Clemens denique *strom. lib.* 1. ἐν ᾗ τῇ Πίστις κηρύγματι ἕνεκεν ἀγαθῶν νόμων καὶ λόγων τῶν κυρίων προσαγορευόμενον. vide & l. 11. § 1.

Ὁ παρανομῶν δραπέτης] Ità *l.* 4. § 29. φυγάς. & *l.* 11. § 9. λιποτάκτης. vide sis apud Platonem Socratis disceptationem cum *Critone* fugam suadente.

Ἅμα δὲ ὁ λυπούμενος] *At dolorem aliquis concipit*, &c. Xyl. imò *simul*, vel *similiter*, haud minùs is quoque, qui *dolet*, *contristatur*, &c.

Ὅ βέλεταί τι] *propter aliquid eorum quod factum est, vel fit, vel fiet secundum voluntatem ejus, qui universum gubernat.* Xyl. ut legisse videatur, ὅτι βέλεταί τι γενέσθαι. Xylandri vestigia premit Casaubonus. Verùm dictionis sic reconcinnatæ series interpretationem istam nulla videtur admittere, nisi trajectionem duram satis constituamus; ut illud ὃ βέλεταί τι, vel ὅτι βέλεται, sensu saltem, subjiciatur verbis illis, ὑπὸ τῶν τὰ πάντα διοικούντος. Negativa forsan particula intercedit; ut rescribendum sit ὃ [μὴ] βέλεταί τι γενέσθαι &c. *qui contristatur, erascitur, vel metuit, quòd præter voluntatem suam aliquid factum sit, fiat, vel futurum sit*: sive, *quòd quicquam, quod ipse nolit, factum sit, fiat, vel futurum sit, ex eis quæ ab eo qui universa disponit constituta sunt.* Viderint alii.

Ὅς δὲ νόμος νέμων ὅσα ἑκάστῳ ὀφείλει] Vide *l.* 7. § 32. πάντα νομεῖ. Plut. *de Homer.* ὁ νόμος λέγεσθαι ἔοικεν ἀπὸ τοῦ νέμειν τὰ ἴσα πᾶσιν, ἢ τὸ καθ' ἀξίαν ἑκάστῳ. vide *l.* 8. § 67.

Lucian. in *Necyomant.* Δοκεῖ μοι ὁ τῆδε ἀνθρώπων βίος πομπῇ τινι μακρᾷ παραπλήσιος γεγονέναι· ἡ μὲν γὰρ τύχη διέστησεν ἡμᾶς ἐπὶ πύλῃ, διάφορα δὲ σκεύη τοῖς πομπεύουσι χρήματα παρεσκεύασεν. τὸν μὲν γὰρ λαὸν βασιλικῶς διεσκέδασε, πάσῃ τε ὀδῷ δῆλον καὶ διαφανῆ ποιήσασα, καὶ οἷον παφλάσασα τῷ διαθήματι τοῦ ἡδέος οἰνίτου χάμαι φιλόδικα· τὸν δὲ πένα κλῶν ἔδησε, τὸν δὲ ἄκαρφον καὶ γαλεὸν παρεκάθισεν. παντοδαπῶν γὰρ, οἶμαι, δεῖν ἡμῖν τῷ θιάσῳ πολλάκις ἦν. Κἀμὲ μέσης τῆς πομπῆς παντελῶς ἐν εἴδει χάμαλα, ἐκ ἐώσης ἐς τέλος διαπομπεύσας, ὡς ἐπέβησαν· ἀλλὰ μεταμισέσας, τὸν μὲν Κερίσσον ἠνάγκασεν τῷ τε οἰνίτῃ καὶ ἀσχμαλώτῳ σκόλῳ ἀνδιαβεῖν, ἐμὲ δὲ Μενίππειον, τίνος ἐν πῇ οἰνίτας πομπεύσῃ, τῷ Πολυκράτει παραβολὰ χαπίδος τοῦ χάμαι ἐπεισέλυσεν· καὶ μέχρι μὲν πύλης ἄσας χρηδὸς τοῦ χάμαι ἐπειδὴ δὲ ὁ πομπὸς κωμῳδὸς παρέλθῃ, πλανηθῆναι ἔμοιγε ἀπόδος τῷ σκόλῳ, καὶ ἀποδιαδύμῳ τὸ χάμα μὴ τῷ Σώματι, ἀλλ' ὅπως ἂν φορτὸν γένηται, ἐδὲν τὸ πανοῦν διαφέρειν. ἔνιοι δ' ἂν ἀγοραιοσύνης, ἐπειδὰν ἀπαυτῇ ἡ κώμη ὁπηδῶσι ἡ πύλη, ἀχθῆναί γε καὶ ἀγαπακτῶν, ἄλογε εἰκαίων πάντων στεναχωμένων, καὶ ἐκ ὡς δὲ ἐμοὶ ἐλέγετο ἐκφέρεσθαι ἀποδιδόντες. vide *l.* 6. § 22. Senec. *epist.* 80. *Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis & suppurata tristitia: & quidem gravior, quia interdum non licet palàm esse miseros, sed inter erumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem; sæpiùs hoc exemplo mihi utendum est. Nec enim ullo efficaciùs exprimitur hic humanæ vitæ mimus, qui nobis partes has, quas malè agimus, assignat.* Apud Vopiscum Probus de munere Imperatorio, *Agenda est persona, quam mihi miles imposuit.* quod idem & Augustus unà cum vita jam depositurus, amicos admissos percontatus est, *Ecquid iis videretur mimum vitæ commodè transegisse*; adjecitque clausulam.

Δόπι κρέτον, καὶ πάντες ὑμεῖς μὴ χαρᾶς κλυσθῆσθε. Sueton. *lib.* 2. *c.* 99. quod Dio hist. *l.* 56. Κρέτον δὲ τινα παρ' αὐτῷ ἐκάλει· πᾶς γὰλωτοποιοῦσι, ὡς καὶ δεῖ μέμφεσθαι τοὺς τυράννους, αἰτίους, καὶ πάμπαν πάντα τὰ τοιαῦτα ἀνθρώπων βίον ἀδικοῦντας. vide ampliùs *ad l.* 12. § 2, 36. sed & *l.* 10. § 27. & *l.* 7. § 3.

Φέρουσι αὐτὸ καὶ παιδάρια, Ἰὼ Κιθαιρών] Epictet. *lib.* 1. *c.* 24. Μέμνησο, ὅτι ἐν τοῖς σκηνοῖς καὶ βασιλεῦσι καὶ τυράννοις αἱ τραγῳδίαι τόπον ἔχουσιν· ὥδε καὶ πένης τραγῳδίαν συμπαίζει, οἱ μὲν ὡς χορδαῖς· οἱ δὲ βασιλεῖς, ἀρχοῦσαι μὲν ὡς ἀγαθῶν, σύντασις δύμασα· εἶτα δεῖ τέλος ἢ τέτραγον μίσης, Ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐλέχεις; Oedipodis verba sunt ex Sophoclis Oedipo Rege. Hoc vult ergò Marcus, vel istiusmodi perpeti reges & tyrannos, non plebeios duntaxat; imò illos ipsos multò magis, in quam mentem Libanii verba videre licet ex *orat.* 19. superiùs paulò adducta. Vel (quod potiùs opinor) eos quoque, qui cum indignatione animi ejulationèque ea ferunt, perferre tamen nihilominùs, necessitate cogente, ad quæ tantopere indignantur. vide *lib.* 7. § 57. Citharon Bœotiæ mons Oedipo expósito, Pentheo discerpto, aliísque id genus facinoribus illustris, an infamis. Solin. *polyhist. c.* 13. *Apud Thebas Helicon lucus erat, Citharon saltus, amnis Ismenus, fontes Aganippe & Hippocrene.* Et Mela *de sit. orb. l.* 2. *c.* 3. *Citharon fabulis carminibúsque celeberrimus.* Sed & Clemens Alex. in *hortat.* de monte Sina, an Sione, an ecclesiâ potiùs isto designatâ *ad Hebr. c.* 12. *v.* 23. Οὐχ ὅτι τοῦτο θεῷ πεπιστεύθαι, ἢ τραγῳδία, ὡς Κιθαιρών, ἐκπεπλῆχθαι, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας ἀναπείθουσι τὸ δέδιμα.

Λέγεται δέ τινα καὶ τὸ δέδιμα τοιοῦτον χρησμῶς] Dio Prus. *orat.* 18. Πολὺ δ' ἂν ἔχοιμι καὶ τὸ λέγειν, ὅσα ἀπὸ τέχνης χρήσιμα. De Epicharmo Theocritus *epigr.* 17.

Πολλὰ μὲν ποτ' ἐν ζωᾷ τὸν πάνυ σοφὸν ἔφη χρήσιμα·
Μεγάλα χρεία ἐστὶν ἔφη. —

Flaccus *lib.* 2. *ep.* 1.

Os tenerum pueri balbúmque poeta figurat:
Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem.
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis, & invidiæ corrector, & iræ.
Rectè facta refert: orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur, & ægrum.

Idem in Arte:

Sic etiam fidibus voces crevere severis,
Et tulit eloquium insolitum facundia præceps:
Utilibúsque sagax rerum, & divina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Et rursus:

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando pariterque monendo.

Denique;

Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ,
Aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ.

vide

vide Pluturch. *de log. Poet.* & Hug. Grotii *prolegom. ad dicta Poet. Stobæana.*

Ἐς δ' ἀναλίσκω] Vide *ad l.* 7. § 41.

Τοῖς σκώμμ.] *Ibid.* § 38.

Βίᾳ συνέζευκτο *Ibid.*] § 40.

Μετὰ τοῦ τραγικοῦ ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρῆλθε] Flaccus *art. poet.*

Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude.——

Παιδαγωγικὸν παρρησίαν ἔχουσα] Fabius, *lib.* 10. *c.* 1. *Antiqua illa comœdia, fœcundissima libertatis, insectandis vitiis præcipua. Sen. l.* 12. *c.* 4. *Liberrimum genus hominum Comici veteres.*

——*Sed in vitium libertas excidit & vim*
Dignam lege regi.——Flaccus *in Arte.*

quem & vide *epist. l.* 2. Vis illius ideam ? habeas à Jul. Scalig. *poetic. l.* 3. *c.* 97. *veteris comœdiæ argumenta omnia falsa; festiva, mordacia, maledica: ut quocunque verbo pronunciante, illico capiatur occasio ad aliquid subsannandum.*

Δι' αὐτῆς τῆς ἀδιορθωσίας] dum non obliquè, sed directè, exertâ oratione usa, homines palàm perstringebat.

Μετὰ ταῦτα τὰς ἐπὶ μέρους κωμῳδίας, ἃς καινὰς ἐκάλουν] De *nudâ comœdiâ*, quæ choro duntaxat amoto, qui libertati, an licentiæ potiùs, mordaci ac maledicæ præcipuè attributus fuerat, à veteri, quam proximè est secuta, distabat maximè: unde Flaccus.

——*lex est accepta, chorusque*
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.

Déque novâ, quæ huic successit eâdémque multò castigatior exstitit, videri poterit Jul. Scaliger *poetic. l.* 1 *c.* 7.

Ἡ κατ' ὀλίγον εἰς τὴν ὑπαίτιος φιλοτιμίαν κατῆρξεν] Vitiosa scriptura non animadversa, interpretationum portenta quædam hoc loco procudit: præcedentia illa, τὰς ἐπὶ μέρους, (quam lectionem editio utraque agnoscit, sed interpres neuter expressit) & ἃς τὸ πρῶτον, satis monere poterant, continuandam esse sententiæ seriem ac tenorem ad illud usque ἐπὶ τοσοῦτον, quo ea claudituv. Verùm obturbabat ἢ istud, quod spiritu tantùm mutato, vel adscito, si ἢ extuleris, tam proclivia deinceps futura sunt omnia, quàm est imber ipse cùm pluit. *Post ista*, inquit, *quenam media fuerit comœdia, & nova quo fine introducta sit; quæ paulatim ad mimicum artificium defluxit, considerare. nam & istic utilis aliquis deprehendi posse nemo nescit.* Julius Scaliger *poet. l.* 1. *c.* 10. *Sublato choro, introducti qui modos facerent, quod omnia gesticulatione imitarentur, Mimi nominati. tantùm potuit aptior atque expressior actio, ut generis nomen, quod erat poesews universæ, ipsi soli sibi vendicarent. hoc in usu cùm postea quædam impensiùs populo placuissent, duæ sunt seorsim suis auspiciis quam commoverant expectationem sustinere cœpta, in eo laudem quærere, & artificis propterea nomen venire.* Hos *Latini Mimos* vocant ex *Publio & Labirio, qui in eo genere excelluere: & planipedes ob tum causam, quod cothurno tragici, socco autem comœdi pedes induebant; ipsi autem nudis pedibus agebant. Hujus definitio proportionem habet cum comœdia, quæ ipsius parens exstitit, cui inter actus apponi cùm esset solita, ex ea extractâ atque assertâ servitute, justum sibi poema fecere. Est igitur Mimus, poema quodvis genus actionis imitans, ità ut ridiculum faciat.* Cicero tamen Ethologos cùm vocat à moribus quos exprimerent, ridiculi rationem non admisisse. *Sunto igitur duo genera, quæ etiam vicatim & oppidatim per universam Galliam mirificis artificiis circumferuntur, Morale & Ridiculum. Horatius negat esse pulcra poemata, nam & veri Mimi proprium est, quædam sordida ut affectet.* Hæc ille. Salmas. *ad Solin.* ubi *Mimos* peculiariter sic dictos à *fabulis comœdiâ* scil. *& tragœdiâ* differminat (quo modo & *Mimos* à *comicis fabulis* & *tragicis historiis* distinguit Lactant. *l.* 6. *c.* 20.) ad hunc locum respicens; *Mimos*, inquid, *in locum comœdiæ successisse scribit Marcus. & sanè quas hodie agunt, & vocant Itali comœdias, Mimi sunt & Planipedes verius quàm comœdiæ; personas tantùm habent ex comœdia.* Apul. *florid.* 1. *Cæterùm primùm hoc spectandum, quid in theatro deprehendas. Nam si Mimus est, risueris; si fumirepus, timueris; si comœdia, faveris; si Philosophus, didiceris. Mimi* ergò *ridiculi*; habent affatim quod rideas; sed & quod discas, exhibent: quod Marcus mox monuit. Neque verò ego cum illustrissimo viro *ethologum* & *ridiculum Mimi genera duo* constituerim, sed pro affectionibus *Mimi* duabus habuerim: cùm *ridiculum* in *Mimis* perpetuum fuerit. quod & Horatius ipso illo, queni is arrigit, loco subindicat, *serm. lib.* 1. *sat.* 10. qui ubi dixerat,

——*nam sic*
Et Laberi mimos, ut pulcra poemata mirer.

Subjunxit.

Ergò non satis est risu diducere rictum
Auditoris.——

quod est *Mimorum* scilicet. Unde & Arbiter *partes ridendas Mimis* tribuit. Quin nec id Cicero ipse sibi solvit: cujus hæc sunt, *de oratore l.* 2. verba; *Atque ità est totum hoc ipso genere ridiculum, ut acutissimè tractandum sit. Mimorum est omnis ethologia, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas.* Hinc est quod Naso, *trist. l.* 2. dixit,

——*imitantes turpia Mimos.*

Et,

Mimos obscœna jocantes.

Cæterùm aliud est ab eo quod Marcus hîc, illud Maximi Tyrii orat. 21. Ἡ μὲν παλαιὰ μοῦσα, ὅσοι μάλιστα ἦσαν ἐν ἀνδράσι, τῆς ἱππικῆς καὶ πολεμικῆς ἐπιστήμης ἐραστὰ, ἔχειν ἐδόκει τὰ ἀγωνίσματα ἐλάττω ἐπιχάρεια· μεταποιοῦσα δὲ ἡ νῦν τὸ ἐπὶ πλεῖον ἀκροᾶται χάριτος ἐν ταῖς ὠδαῖς ἢ ἁρ-

ἔχις, ἀρχὴ τῆς περὶ πολιτείαν αὐτοῖς ἀμιμελείας ἐγένετο. Malo tamen aſcribitur, quod uterque dixit. Illud tantùm adjicere liceat, poſſe apud noſtrum conjunctim legi, τὸν ἀπιμησιν φιλοτιμίαν, nam & ἀπιμεῖσθαι dici ſolet, quod *actione mimicâ repræſentatur.*

Λέγεται γ' ἀπὸ τούτων τινὰ χρήσιμα] Ità Senec. *epiſt.* 8. *Quàm multa poetæ dicunt, quæ à Philoſophis aut dicta ſunt, aut dicenda? non attingam tragicos, aut togatas noſtras; habent enim hæ quoque aliquid ſeveritatis, & ſunt inter comœdias & tragœdias media: quantum diſertiſſimorum verſuum inter Mimos jacet? quàm multa Publii non excalceatis, ſed cothurnatis dicenda ſunt? & de tranquill. c.* 11. *Publius tragicis comiciſque vehementior ingeniis, quoties mimicas ineptias, & verba ad ſummam caveam ſpectantia reliquit, multa habet cothurno, non tantùm ſipariis, ſortiora.*

Πρός τινα πότε] *quemnam finem reſpicit?* Xyl. *Ad quem alium ſcopum, quàm quem diximus?* Caſ. ut πρός τινα [ἄλλον] legiſſe videatur. Mihi non erotematicè, ſed enunciativè efferri videtur, & ſententia prior continuari; conſidera quem finem totum hoc ſcenicum inſtitutum aſpiciat.

§ 7. Τὸ μὴ ἓν ἀλλὰ βίον ὑπόδειγμα] De quonam vitæ genere loquatur hoc loco Marcus haud ſatis liquet. Forſan & nullum certum vitæ inſtitutum deſignatum volebat, ſed hoc monitum duntaxat, ſtatum præſentem, quicunque tandem is exiſtat, eſſe cuique ad Philoſophiæ vel ſtudium vel exercitium eidem maximè idoneum.

§ 8. Οὐ δύναται μὴ τῆς ὅλης φυτῆς ἀποκλάσθαι] Ramus à ramo cui adnaſcitur avulſus, à toto plantæ corpore divellitur; ità qui à Chriſti corpore divellitur, *nec caput ipſum tenet*, ut Apoſt. loquitur *ad Col. c.* 2. *v.* 19. *Non poteſt concordiam habere cum Chriſto, qui diſcordare voluerit cum Chriſtiano.* Aug. *de verb. Dom. conc.* 57.

Ἀνθρωπος ἡ ἑαυτὸν χωρίζων] Ità *l.* 4. § 29. Ὁ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἀποχίζων. & *l.* 8. § 34. Ὁ ἀποχίζων ἑαυτόν. & Judas Apoſt. *ep. v.* 19. Οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς. de quibus Autor *ad Hebr. c.* 10. *v.* 39. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν. alioqui πῶς χωρίσῃ; Apoſt. *ad Rom. c.* 8 *v.* 35. τίς; κτίσις ἑτέρα, *ibid. v.* 39.

Ἔξεστι δὲ πάλιν ἡμῖν συμφῦσαι] Vide *ad l.* 8. § 34.

Καὶ πάλιν τῇ ὅλῃ συμπληρωτικοῖς γίνεσθαι] D. Jun. συμπληρωματικὸν mavult. utrumvis conſtare poterit. Epicur. *epiſt. ad Menœc.* Τὸ σωτήριον ἐν ἡμῖν ἐκλαῖς ἐστὶ τὸ παντελὲς παίσας, ὑμνίας ἔξι συμπληρωτικόν. Marcus ipſe *l.* 9. § 23. Ὡς γὰρ αὐτὸς αὐ πολιτικῇ συνήματι συμπληρωτικὸς εἶ· ὕτω καὶ τῶν ἀφέξεις σε συμπληρωτικὴ ἔσῃ ζωῆς πολιτικῆς.

Ἀνεπιτήδευτον καὶ ἀπαράτηρητον] vocabulum hoc poſterius more Stoico coagmentatum, parùm frequens & durioris analogiæ. Illuſtrat autem locum hunc Plutarchi illud *de frat. dilect.* Μεγάλαι μὲν αἱ πρὸς μεγάλων διαλύσεις ἔσεσθαι καὶ φιλίαι. ὅταν δὲ ῥᾳδίως αὖθις ἐνίοτε διαλύσεις ἔρωτα καὶ τὸ συμπλέκεσθαι, κἂν χαλάσῃ τὸ ἐγκόλλημα, ἐνίοτε πάλιν ἀλλήλοις καὶ συναλδεῖν· συμενὲς δ' οὐ πάντως ῥαγέν ἐστιν ἢ ῥᾳδιούργον, ἔστιν δ' ἔτι κόλλαν εὑρεῖν καὶ σύμφυσιν· ὅπως αἱ μὲν ὑπὸ χρείας συμμάχων φίλαι, κἂν διαφανῶσιν ἀσθενεῖς αὖθις ἀναλαμβάνουσιν. ἀδελφοὶ δὲ τῇ φύσει ἐκπεσόντες ἄν τι ῥᾳδίως συμφέρονται· κἂν συμβάλωσι, φυσικὸν καὶ πάθος ἀλλὰ διαλύσεις ἐφέλκονται· quod Medius Sycophanta dicere ſolebat, κἂν διαπρίσῃ τὸ ἕλκος, ἡ ἀλλὰ μέσον. *etiamſi vulnus ſoierit, manet tamen cicatrix*, quaſi veſtigium quoddam vulneris etiam jam coaliti. οὐχ ὁμοίως ἐκολλήθη, inquit Marcus iſtic. Quod autem de fratribus ac cognatis Plut. idem de omnibus in univerſum hominibus Marcus; quia συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. *l.* 3. § 4. & *inf.* § 9.

Ὁμοδημεῖν μὲν μὴ ὁμοδογματεῖν Ν.] Non poſſum Xylandro iſtic aſſentiri, qui verbis illis, ἓν λέγουσι αἱ φυτεῖαι, omiſſis, reddidit; *Oportet igitur in eadem arbore eſſe, etſi non idem cum omnibus ſentiat.* Sed nec Caſaubono, qui contrà quàm ediderat etiam Lugd. Caſuſulam hanc ab antegreſſis diviſſam, periochæ inſequenti præfixit. Ruſticorum dictum vulgare, ſed depravatum, opinor. quid enim ὁμοδογματεῖν fuerit ad plantas tranſlatum? nam de hominibus, prout Marcus ipſe *l.* 9 § 3. uſurpatum, quid velit, quis neſcit? D. Boot. ſuſpicatur poſſe ὁμοαυξεῖν, vel ὁμοιοπαθεῖν legi, ut ſit *ſimul fruticari, ſed non ſimul creſcere*; vel *ſimiliter affici.* D. Salmaſ. ὁμοσαμαλεῖν mavult. *Ramus*, inquit, *qui corpore ſuæ arboris avulſus aut reciſus, ut inſeratur in aliam, nunquam unum corpus facit cum illa arbore cui inſeritur, quamvis partem faciat fruticis, & ſimul cum eo fruticet.* In re ferè deſperata tentemus & nos aliquid; etiamſi Hippocrates in arte veter. τὸ ἀπαλὸν ἐκ τῆ σκληροῦ. Ego nihil ſcripturam vulgatam propius comminiſci poſſum, quàm ὁμοφυλλεῖν· ut ſit, *pariter fruticari, ſed non configurari*; non figuram ſpeciémque eandem cum ramis reliquis obtinere; ſiquidem inſitorum cum ſtirpe reliqua coalitio non ſine cicatrice fieri ſolet. τὸ ὁμοφυλλεῖν eâdem analogiâ, quâ τὸ ὁμοδογματεῖν dictum; eâdem ſententiâ, quâ ὁμοιοφυεῖν, Ariſtoteli *problem. l.* 2. *q.* 5. Si quis probabilius aliquid afferre poterit; ei ego lubens conceſſerim.

§ 9. Εὐσταθὴς κρίσεως καὶ ὀρέξεως] vide *ad l.* 5. § 18. & *l.* 6. § 10.

Περιπτῶς] vide *ad l.* 9. § 11. 42.

Καὶ διὰ τοῦτο ἀνθρὸς τὸ χαλεπώτερον] ità *infra* § 18. ὑγὲ τὸ δυμῶδες ἀνθρεικόν.

Λυπηρέσθαι] & ἀφεκτέον. *l.* 10. § 25.

§ 10. Οὐκ...

§ 10. Οὐκ ἔστι χείρων ὕλη μία φύσις τέχνης] Arte siquidem nullâ natura vincitur. Aristot. *ethic. lib.* 2. *c.* 11. Οὐδὲν γὰρ φύσει ἄτοπον ἄλλως ἐπιζητεῖ· οὐ γὰρ ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος, ἐὰν ἐπιθεὶς ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐπιζῇ τις, ἄνω βήσεται. οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω· οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἓν ἄλλως πεφυκὸς, ἄλλως ἂν ἐθισθείη· Senec. *epist.* 11. *Rerum naturam sapientia sub imperio non habet: quæcunque attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm multùm diuque se animus composuerit, hærebant.* Scil.

—— *culturâ natura potentior omni,*
Quam licèt expellas furcâ tamen usque recurret.

uti Flaccus *l.* 1. *ep.* 10. utpote quæ sit *fixa, & mutari nescia.* Juvenal. *sat.* 13. Proinde, *Repugnante naturâ, quælibet cedit industria.* Cassiodor. *l.* 4. *ep.* 38. Nec fortior ergò ars naturâ; nec præstantior etiam; cùm illa sit Creatoris opus, ista creaturæ.

Αἱ τέχναι τὰς φύσεις μιμοῦνται] Theophr. *de caus. plant. l.* 2. *c.* 25. ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν. & Aphrodis. *problem. l.* 1. *q.* 90. Sen. *ep.* 65. *Omnis ars imitatio est naturæ.* Sed & ἰατρὸν medicum, ἢ φύσεως ὑπηρέτην καὶ μιμητὴν, *naturæ ministrum ac imitatorem* dixit Hippocrates, teste Galeno *de dogm. Hip. & Plat. l.* 9. *c.* 8.

Τῶν κρειττόνων ἡγεῖται τὸ χεῖρον] vide *l.* 5. § 16. & *l.* 7. § 55.

Ἔνιον γὰρ μᾶλλον δικαιοσύνης] Hoc enim jus fasque exigere videtur, ut præstantioribus deteriora inserviant. Καὶ δίκαιον, καὶ δεῖ τὸ μὲν ἄρχεσθαι, τὸ δ' ἄρχειν, ἧ πολίτευμα ἀρχαί· Aristot. *polit. l.* 1. *c.* 4. quem vide prolixiùs istud ibidem disceptantem. sed & *ad l.* 7. § 55.

Ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης αἱ λεγόμεναι ἀρεταὶ ὑφίστανται] Polus Pythagoricus *de justit.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 9. Δοκεῖ μοι τὴν δικαιοσύνην μαθήσει τε καὶ παιδείᾳ πρὸς ἄλλων ἀρετῶν συνεστάναι· ἅπερ καὶ ταύτας ὅτι σοφίαν, ὅτι ἀνδρεῖον, ὅτι φρόνιμον οἴονται εἶναι. Julian. Imp. *orat. in Constant.* 2. etiam *pietatis matrem* vult esse *justitiam.* Ἔστι γὰρ ἀπὸ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς δικαιοσύνης ἐκγονος. Jamblich. *ep. ad Anatol.* Τὴν δικαιοσύνην, αὐτὴν τὸ τῶν ὅλων ἀρετῶν τέλος, καὶ ἃ συναγωγὸν αὐτῶν συμπασῶν, ἐκ τῶν ἐν τοῖς παλαιοῖς συλλόγοις καὶ ἐκ παλαιῶν λόγων. παλαιὸν λόγον illum exhibet nobis Aristot. de justitia *ethic. Nicom. l.* 5. *c.* 1. Ἡ δικαιοσύνη ἀρετή μέν ἐστι τελεία, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον. καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις δοκεῖ κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι. καὶ οὔτε ἑσπερος οὔτε ἑῷος οὕτω θαυμαστός· καὶ παροιμιαζόμενοι φαμὲν

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔνι.

καὶ τελεία μάλιστα ἀρετή, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μεθ' αὑτοῦ. Quod ipsum & aliâ ratione adfirmat *ethic. magn. l.* 1. *c.* 34. & *Eudem. l.* 4. *c.* 1. Δοκεῖ δὴ δικαιοσύνη τελεία τις ἀρετὴ εἶναι· οἱ γὰρ ἔχοντες αὐτὴν δύνανται τὰ ἀλλότρια πράττειν· ὁ γὰρ νόμος τὰ κατὰ μέρος κελεύει πράττειν· ὁ δὲ νόμος τὰ καλὰ πάσας ἀρετὰς πρόσταττει· ὁ δὲ τοῖς νόμοις δικαίοις ἐμμένων, τελείως ἀνδρεῖος ἔσται· ὁ δίκαιος δὲ ἢ δικαιοσύνη, τελεία τις ἀρετή ἐστιν. qui locus in mendo non uno cubare videtur. Legendúmque opinor. Ὁ γὰρ νόμος τὰ καλὰ πάσας ἀρετὰς vel προστάττειν καλεῖ. neque enim lex ipsa facit, sed facere jubet. tum novissima illa sic restituenda videntur. Ὥστε τελείως ἀνδρεῖος ὁ δίκαιος· ἢ δὲ δικαιοσύνη τελεία τις ἀρετή ἐστιν. Vide *infrà ad* § 20.

Ἐὰν ἤτοι διαφερόμεθα πρὸς τὰ μέσα] *Si vel rebus iis nimiùm tribuamus.* Xyl. *Si vel mentes & affectus in istis figamus.* Cas. neuter vocabuli vim satis expressit. Verto, *Si ad ista temerè anxiéque feramur.* vide *ad l.* 9. § 27.

Εὐεξαπάτητοι καὶ πρόθυμοι καὶ μεταβατικοὶ] vide *l.* 3. § 9. & *l.* 5. § 10.

§ 11. Οὐκ ἔρχεται ὅπῃ σε τὰ πράγματα] vide *ad. l.* 4. § 3, 39. & *l.* 9. § 15.

Κἀκεῖνα ἀτρεμοῦσα ἰδέσθαι] ista post ἔρχῃ interferenda autumo: quò dictionis series feliciùs ac faciliùs fluat. Vide *infrà* § 16.

Οὔτε διώκων, ὅτι φεύγων ὀφθήσῃ] *nec prosequens, nec fugiens videberis.* i. e. nec prosequeris ampliùs, nec fugies.

§ 12. Σοφαῖς ψυχῆς αὐτοειδοῦς] vide *ad l.* 8. § 48. & *ad l.* 12. § 3.

Μήτε ἐκπίνηται ὁπή τινα, μήτε ἴσον συμπέσῃ] Membrorum alterum omisit Xyl. *neque ad aliquid se extendit, neque se contrahit.* Cas. verùm τὸ συμπέσον nusquam, opinor, in eo significatu reperitur, & hic aliud planè sonat, *nec ad exteriora prominet, nec cum eis intus concurrit, sive consentit.* quomodo Philo dixit, *de vita Mos. l.* 2. Συμπίπτοντα τοῖς θεσπίσμασιν ὀνόματα ἐξεύρεσιν· *nomina rebus concurrentia & consentanea.* & Plut. in *Fabio*, Συνέβαινεν ἅμα τοῖς λογίοις θεοῖς τὰς πράξεις καὶ τὰς τύχας συμπίπτειν. *oracula cum rebus concurrisse.* Et Cicer. *Tusc. l.* 1. concurrant *omnes, plebeii philosophi*: ut sit istic τὸ συμπέσῃ, idem quod τὸ συμβαίνειν. *l.* 5. § 26. cum exterioribus sive sensibus, sive rerum specie & pompa concurrere & consentire. vide *l.* 2. § 12. & *l.* 6. § 13. & *l.* 7. § 56. *extremd.*

Μήτε συνιζάνῃ] *neque subsidit.* Cas. quod est ὑφιζάνειν potius. quanquam & συνιζάνειν eo sensu quandoque sumitur. Ità enim Lucian *ver. histor. l.* 1. μαλακῆς ἐπιπνοίας καὶ ἡσυχαίου καὶ συνιζάνοντος, *languente ac subsidente vento.* Quemadmodum Propert. dixit *eleg.* 8. *subsidere ventos.* Malim tamen cum Xyl. *contrahit se*, vel, hoc si mavis, *considit ac comprimitur.* Quomodo συνίζειν καὶ συναλίζεσθαι conjunxit Philo *de mund. immort. ad l.* 4. § 46. adductus. & Galenus, Budæo referente, τὰ συνιζάνοντα τῶν πόρων ἀναπετάννυσιν. i. e. *poros compressos aperit*, dixit. & Aphrodis. *probl. l.* 2. *q.* 22.

Ἡ λύπη συνίζησίν τινα ποιεῖ τοῦ ἔνδον πνεύματος. *Dolor corporis contractionem sive compressionem producit, dum animus ad interiora se subtrahit.* quod *l.* 1. *q.* 31. dixerat. ἡ λύπη πύκνωσιν ἐργάζεται τῶν πόρων. Clem. *paedag. lib.* 2. *c.* 2. συνίζησίς τις καρδίας εἰς τὸ ἐντὸς *compresso in pectus capite.* Plut. *Publicol.* de figulino opere: ὡς ἔοικεν, ἂν σφοδρὰ πάσῃ πολὺν ἐν πυρὶ, πυκνοῖ καὶ συνίζάνειν· *non est spissatum & constrictum.* nec obstat, quòd τὸ αἴρειν, τὸ συνίζειν opponitur ab Aristot. *de respir. c.* 4. ubi de insectis agens, ἐν ἑαυτῷ, inquit, τὰ ἐναίσθητα, τὰ ἐμφύτῳ πνεύματι αἴρονται καὶ συνίζουσι, συμβαίνουσι πρὸς τὴν ὑμίδα γίνεσθαι τείνων. Siquidem *compressionem* quandam & ibi designari, manifestum est. Zeno autem referente Galeno, *de dogm. Hip. & Plat. l.* 5. *c.* 1. τὸ πάθος dixit esse διατροφὴν ἢ πρόσφυσιν συστολὴν καὶ λύσεις, ἐπίρροιάς τε, καὶ πλήσεις τῆς ψυχῆς. quod nostri mentem clarissimè explicat.

Φωτὶ λάμποντι] lumine illo, de quo Joan. *Evang. c.* 1. *v.* 9. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον. sed alios magis, alios minùs. illuminabat illud & Marcum, etiamsi sui nescium; sicut & Cyrum, etiamsi sui ignarum robore idem accingebat. Esaiæ *c.* 44. *v.* 5.

Ὧι τῷ ἀληθείαν ὄφᾳ] vide *l.* 3. § 14. & *l.* 16. § 26.

§ 13. Ὄψεται] *viderit ipse.* quasi dicat, quid ad me? nihil ad me; illius, non meâ id interest. Ità Senec. *de benefic. l.* 2. *c.* 14. *Scio hoc illi non profuturum. Sed quid faciam? rogat. resistere precibus ejus non possum. viderit. de se, non de me, queretur.* vide *l.* 5. § 25. & *l.* 9. § 27. Sen. idem *ep.* 71. *Si vir bonus esse, si fide bonâ vir bonus, sine contemnat te aliquis.* & *ep.* 76. *Ad honesta vadenti contemnendus est contemptus iste.*

Ἐγὼ δὲ βούλομαι, ἵνα μὴ τι προσφορήσεως ἄξιον] Ita capiendum, quod Apostolus *Tito c.* 2. *v.* 15. μηδείς σου περιφρονείτω· & Timotheo *ep.* 1. *c.* 4. *v.* 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω· quo loco sic accipiendum sequentia docent; quibus monet ut conditionis suæ locique autoritatem, vitæ ac conversationis puritate gravitatèque tueatur. vide *l.* 10. § 32.

Μισήσει; ὄψεται.] Epictet. *l.* 3. *c.* 18. ἄλλο τι ἢ δεινὸν ὄψεται, πῶς ποιεῖ ἔργον ἄργον. & *c.* 10. ἐκ τούτου ἔστι μοι σφοδρότερον τὸν ἀδελφὸν ἢ ἀλλὰ τοῦτο οὐδὲν ὄψεται· ἔχει δὲ τὴν ἀντίσχεσιν αὐτοῦ, ὃς δεῖ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον τούτῳ γὰρ ἐμὸν ἔστιν· ἐκείνου δὲ ἀλλότριον· τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει δύναται· ὀκείνῳ κωλύσει.

Οὐκ ἀνεπιτηδείως] vide *infr.* § 18. Ambros. *de offic. l.* 3. *c.* 16. *Neque monitio aspera sit, neque objurgatio contumeliosa.* Epictet. *l.* 2. *c.* 12. ὁ ὀνηλάτης ἔστιν ἀδίκῳ τινὶ πλησιάσον. ἔχεται ἐπὶ δόξαν τοῦ δίκαιου· ἐχὶ κατηγορίας, ἢ λοιδορησόμενος ἀπλῶς. ἢ οὐ δίκαιον ἐστὶ τοῦτο ἀληθεύειν, καὶ ὄφελει ὅτι ἀκολουθεῖ μάχει δ' ἂν ὁ δεσπότης, καὶ ἐπαινέσει κατηγόρῳ, ἀφεὶς μᾶλλον αἰδέσει τῆς ἀδικίας τῆς σαυτοῦ.

Οὐδὲ ὡς ὀνειδίζων ὅτι ἀνέχομαι] nè levissimum quidem præ me ferens offensionis sensum aut significationem: vel etiam, quasi patientiam ostentans meam. vide *infr. ad* § 18. ὡς ὁ γελῶν.

Οἷος ὁ Φωκίων] De *Phocione* tria potissimùm, quæ huc faciunt, memorabilia reperiuntur. quòd rabulam quendam, qui pro concione dicentem interpellaverat, oratione prolixâ in se debacchantem placidissimè sustinuit, ad dictionis seriem quam priùs inchoaverat ità reversus, acsi nihil quicquam vel ab illo dictum, vel à se auditum, animadversúmve fuisset. refert Plut. in *prec. polit.* quòd cùm ad mortem duceretur, obviúsque quidam, post convitia multa frustrà effusa, cùm ipse nullus attenderet, etiam in faciem ei tandem expuisset, ad magistratus conversus, illud tantummodo dixerit, ὑ παῖδες τις τῶν ἀκολάστων ὑβρίζει; *Non compescet iste aliquis indecore se gerentem?* Plut. in *apophth.* & in *Phoc.* quòd filio morti jam proximus, illud unicum in mandatis dederit, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακῆσαι. *ne quid eorum meminisset, quæ adversùs ipsum Athenienses inique egerant.* Plut. *ibid.* Id quod Ælianus haud paulò ἐμφατικώτερον extulisse perhibet. *l.* 12. § 49. per amicos, qui morienti aderant, filio mandâsse, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακήσειν ὑπὲρ τῆς περὶ αὐτὸν φιλοτιμίας, ἧς τὸν πίνον· quasi poculum illud cicutâ temperatum, non alio loco haberet, quàm poculum quod in amicitiæ societatisque mutuæ argumentum propinari atq; exhiberi solet. Unde Theodoreto haud fœnerari haud pigueritque *therapeut. lib.* 3. Platonem ait in rebus religionem spectantibus ad ritus receptos se attemperâsse, τῶν Ἀθηναίων φιλοτιμίας ὀρθῶς ἁπτόμενος, καὶ τὸ τῷ Σωκράτει θεσπιῳχὲν ὑφορώμενον κώνειον. in quo loco vertendo Acciaiolus interpres dictionis venustatem corrupit planè, dum sic reddit, *timens ne Athenienses gratiâ benevolentiâque excideret*; dum φιλοτιμίας significatum non animadvertit. Id autem optimè explicabit nobis Gregor. Naz. qui *ad Eudox. ep.* 57. Socratem ait temperatæ ejusdem poculum hilariter admodum excepisse, ὥσπερ ἐκ θεοῦ δεκτὸν Ἀπόλλωνος, ἀγαθοῖς φιλοτιμίας σφετέρους. Quin & Socratem eâ ipsâ voce usum, morti jam propinquum, refert Ælianus, *l.* 1. *c.* 16. cùm enim ab Apollodoro missas, in quibus honorificentiùs efferetur, vestes pretiosas recusâsset: Falli multùm aiebat Apollodorum, ἤγε αὐτὸς πεισόμενον, ὃν ἐγὼ τῶν Ἀθηναίων φιλοτιμίαν, καὶ τὸ τῷ φαρμάκῳ πῶμα, ὃν ὄντως ὁ ἥδιστος Σωκράτης. Adjici poterit his illud, non Socratis apud Platonem, uti memoriâ lapsus Cœlius Secund. in *thesauro* prodidit, sed Theramenis apud Ciceronem *Tusc. l.* 1. qui *cùm conjectus*

jactus in carcerem triginta jussu tyrannorum, venenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo ejecit, ut id resonaret; quo sonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ; qui in eum fuit ceterrimus. Græci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sint. (habes, Cicerone clarissimè exponente, quid sit ἡ φιλοποσία.) *Iusit vir egregius extremo spiritu, verèque, ei qui venenum præbuerat, mortem est auguratus, quæ brevi consecuta est.* Secus paulò Xenophon retulit *Hellenic. l. 2.* τὸ λοιπὸν ἄστρωτον (τῶν κωμῶν) ἀποκαταλιπόντα εἰκὸς Κλεάρχῳ τῷ τὴν ἴσην τῷ κρεῶν. falsus interim Erasmus *apophth. l. 6. vers. mist. dict.* 238. qui Æliani relationem *hist. var. l. 9. c.21.* dum negligentiùs percurrit, Theramenem è triginta tyrannis fuisse ratus est. Sed ut ad Phocionem redeamus, novissimum hujus illud, opinor, respexit Marcus; εἰ magis quia subjicit, εἰ μὴ συσπουδάζοι sicut & *infr.* § 18. ἐὰν γένηται ἢ μὴ συνεργός· ambigua est enim illa Phocionis dictio: potest hoc etiam συσπουδάζειν satis acculeatum & mordacem continere, Athenienses populum ejusmodi poculis amicos suos excipientem, & indiciis ejusmodi suam erga illos benevolentiam obsignantem notantis. quomodo Theopompus *hist. l.* 38. de Clearcho Heracleotarum tyranno, ὃς τοῖς πλείστοις ἐπὶ δεῖπνον καλέσας πολλοὺς, qui sicut à propinatâ quamplurimos sustulerat, Ἐπειδὴ δὲ πάντες ἔγνωσαν τὸν τῆς φαρμακίδος παιδίον φιλοποιόν, ἐ συνήεσαν ἐπὶ δεῖπνον, φεύγειν ἤρξαντο. Athen. *dipnosoph. l.* 3. Lusit pariter Libanius emaculandus obiter, *declamat.* 11. ubi parasitus, fratre ad vitam philosophicam desciscente, vitæ pertæsus, Δότε μοι, inquit, συσπεῖσαι φιλοσοφίᾳ ἢ τύχῃ leg. Δότε μοι, συσπεῖσαι φιλοσοφίᾳ τῇ τύχῃ *concedite mihi, ut liceat fortunæ benevolentiæ poculum propinare.* h. e. ut cicutam bibere licitum sit, quo me vitâ eximam. vide *ad l.* 10. § 11. De Phocione verò præclarum ac disertum habetur Val. Maximi elogium, quo suspicionem istam, quam Marci verba suscitare possint, ab eodem amolitur. *l. 3. c. 8. Placidi & misericordes, & liberales, omnique suavitate temperati mores Phocionis, quos optimè profectò consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit; itaq; constantiæ, qua naturâ rigidior videbatur, lenis è mansueto pectore fluxit.*

Ἐγὼ δὲ δεῖ τοιαῦτα εἶναι] quod Psaltes *Psal. 51. v. 6 in præcordiis.* Apost. *ad Rom. c. 2. v. 28.* ὃς ἐν τῷ φανερῷ. ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ. contrà quàm hypocritis solenne est, qui μόρφωσιν pietatis & patientiæ externam gerunt, cùm δύναμιν utriusq; internam nullam habeant. Idem *ad Timoth. ep. 2. c. 3. v. 5.*

Καὶ ἔνδον βαθύνεσθαι] Intus oportet istiusmodi esse, ubi Deus ipse, qualis sis, videt; qui non speciem externam, sed cordis habitum intuetur. *Hist. [illegible] c. 16. v. 7.* ὁ θεὸς ὃς ἀγνοεῖ δὲ τὰ ἔνδοθεν λελεσμένον καρδίας, ἀλλὰ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰδοῖος πουκίλης. Plut. *de tard. num. vindict.* Hoc est, quod in pagina sacra toties occurrit, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Ac quod Lucæ *evang. c. 1. v.* 6. de Zacharia sacerdote ac conjuge illius usurpatum, Ambros. *Multi hominibus justi videntur; pauci Deo: aliter enim hominibus, & aliter Deo: hominibus secundum faciem & speciem externam; Deo secundum veritatem & virtutem internam.* Epictet. *l. 2. c.* 13. Θέλησον ἀρέσαι αὐτῷς ποτὲ σεαυτῷ δίλησον καλὸς φανῆναι τῷ θεῷ· ἐπιθύμησον καθαρὸς καὶ καθαρῷ σεαυτῷ γενέσθαι, ἡ ματὲ τῷ θεῷ.

Τί γὰρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς ὑμῶν ποιεῖ τὸ ἐπὶ τῇ φύσει σοι οἰκεῖον] τὸ ἐπὶ illud forsan inducendum fuerit. Assentior autem M. Casaubono πῶς, legenti. *quid tibi indè mali accedit, si quod naturæ tuæ est consentaneum ipse facis?*

Τῇ δὲ ὅλων φύσει ἐνχαρίεις] vide *l.* 4. § 23.

Τεταγμένῳ δὲ πρὸς τὸ γένεσθαι δὲ ὅτε δὲ τὸ κοινῇ συμφέρον] duriuscula syntaxis, quam interpretes vix assecuti videntur. *eo destinatus, ut communi utilitati inserviat.* Xyl. *designatus esse quod & quomodo postulabit commune bonum.* Casaub. ut orationem defectam opinatus videatur. Verùm non hoc est quod Marcus voluit; *homo*, inquit, *ad hoc compositus & aptus, ut id fiat, quocunque tandem modo, quod in commune expedit.* Ità τὸ τετάχθαι & τεταχέναι usurpant creberrimè & Marcus & Epictetus. Aliter tamen paulò Casaub. ἢ μανθάνεις *ad Pers. sat.* 3. *v.* 72. qui τεταγμένῳ hîc vult esse quod Persio *locatus.* Idem γενέσθαι legit pro γένεσθαι. Verùm id sensum nihil mutat.

§ 14. Ἀλλήλων καταφρονοῦντες] notat diversa & inconstantia hominum ingenia, qui se invicem modò despiciunt, modò suspiciunt, modò sibi invicem arrogantissimè imperant, modò rursus abjectissimè inserviunt. vide *ad lib. 4.* § 32.

Ἀρτοκοποῦντες] ἀρτοκοπεῖν quid sit vide *ad l. 5.* § 5.

Ὑποκαταλίνοντες] hoc est, Suidâ interprete, ὑποκάτω κλίνοντες *inferiùs considunt, accumbunt.* Metaphora ab eis qui ad mensam aliis priorem ac superiorem locum concedunt. Subjungit Suidas ex autore incerto: Κληθεὶς εἰς ἑστίαν ὑποκαταλίνετο πάντων καταφρονήσεις, ὡς ποὺς ἦν τῆς ἀλικίας. At Plato *polit. l. 1.* ὑποκαταλίνεσθαι ἀλλήλοις, ut Marcus istic, significatu laxiore dixit, ἀπὸ τοῦ ὑποείκειν ἀλλήλοις, pro *sibi invicem concedere*, ut ipse *ibidem* se explicat, vel *submittere se* potiùs, si Marci mentem attendamus.

§ 15. Αὐτῷ φανήσεται] *res ipsa indicabit.* Xyl. ad verbum, *ibi apparebit.* ubi scil. ad rem ipsam ventum fuerit. quod Architecton Athenienſis, ὃς ἔστω ἔργων, ἐγὼ πείσομαι & Euripid.

φίλε.

Φεῦ φεῦ τὸ μὴ τὸ πρᾶγμα' ἀνθρώπους ἔχειν
Φωνήν·——

Heu, quòd res ipsæ vocem neutiquam obtinent.

Plut. in *præcept. polit.* vel quid si αὐτῦ ἰδίᾳ pro αὐτόθι, hoc est, *illico, confestim* sumatur? affectus istiusmodi statim se prodit. Verùm subit animum suspicio, fuisse, αὐτὸ φαίνεται· *illud ipsum apparebit*; citra sermonem ullum se prodet; quod & sequentia confirmare videntur. Alludit videtur ad proverbium, quod σωτόμως καὶ ἀλληπαιτικῶς (in adagiis nimirum usu communi tritis solenne hoc) efferri solet, Αὐτὸ δήξει. Atque ità Plato in *Theæteto* deprehenditur extulisse: Et ex Platone Aristænetus (si autoris nomen id, quod Jos. Mercerus ambigit) *lib.* 1. *epist.* 4. cæterùm Aristophanes in Lysistrata integrum exhibuit,

Τἄργον πάχ' αὐτὸ δήξει.

Atque hoc est quod Suidas voluit, ubi dixit, Αὐτὸ δήξει· παροιμία· ἐλλείπει τὸ ἔργον. *deest*, supplenda scil. *vox* ἔργον. nam quod Maussacus in *dissert. critic.* ἔργον censet apud Suidam eò loci idem esse, quod est Hesychio in *præfat.* ἐπιθέσεις· quo loco Diogenianum ait τὰς πλείους τῆς παροιμιῶν ὕλας ἐκ δράματων ἐπιθέτων ἐπισυνάγειν· à Suidæ mente dubio procul quàm longissimè aberravit. Idem forsan & cum Suida voluit Hesychius, ubi αὐτὸ δήξει dixit esse παροιμίαν ἔχουσαν τὴν ἐπιλόγου εἰρημένον· *paroimiam habentem quæ sine epilogo*, sive *extrema parte sui enunciatur*. quanquam nescius non sum, posse *epilogi* nomine subjunctam sive adjectam orationem aliquam intelligi, quæ paræmiæ rationem explicationémque contineat. Verùm τὸ ἔργον apud Suidam pro *hypothesi* sumi, nemo quisquam, opinor, καὶ ὁ λογιώτατος μόνον ὑποτιθέσεως, (ut cum Marco nostro loquar) Maussaco concesserit.

Ἐπὶ τῶ μετώπου γινώσκεσθαι] ὡς ἐνδὺς σωματοειδῶς πλὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν δ' αὐτῦ. ut Galen. loquitur *hortator. c.* 2. *Frons hominis tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index.* Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Cicero *Antonio* inter eas *ad Atticum lib.* 14. *epist.* 15. *Quid mecum per literas agis? unam ob caussam mallem coram egisses; non enim solùm ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.* Achilles an Neoptolemus Ennianus à Gellio *lib.* 19. *cap.* 8. laudatus, *Eo ingenio natus sum; amicitiam atque inimicitiam in fronte* (sive, *in frontem*, ut Nonius) *promptam gero.* vide *l.* 1. § 14. & *l.* 7. § 60.

Τοιοῦτον ἔχει ἐνδὺς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐξέχει] Ità continuatim exhibet Lugd. nam Bas. post ἔχει comma interserit. Interpp. quî logerint, aut quid secuti fuerint, haud est facilè conjectu, forsan ὁποῖον ἔχει, ἐνδὺς ἐν τ. ὄ. ἐ. *quomodo se habeat, statim in oculis extat.* vel, τοιοῦτον ἔχει; ἐνδὺς, &c. *ità se habet? in oculis extat statim.* forsan autem, τοιοῦτον ἔχων. sive ἔχῃ, ἐνδὺς &c. *talem esse*, sive, *sic affectum esse, in oculis se statim prodit.*

—*in vultu pignora mentis habet.*

ut Naso *art. l.* 2. & apud Æschylum Clytemnestræ Agamemnon, se ipsâ falsâ deceptus,

Εὖ γὰρ φρενώσεις ὄμμα σὸν καταιγρεῖ,

Nam prodit oculus esse te affectum probè.

Oculi enim *sunt animi indices.* Cicer. *de orat. perfect. ut imago est animi vultus, sic indices oculi.* Idemque *de leg. lib.* 1. *Natura speciem ità formavit oris, ut in ea penitus recuditos mores effingeret: nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animis affecti simus, loquuntur; & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores.* Ambros. *hexam. lib.* 6. *c.* 9. *Imago quædam animi loquitur in vultu.* Eunap. in *Maximo.* Τὰς γὰρ ὁρμὰς τῆς ψυχῆς δηλοῖ τὰ ὄμματα· unde & quidam *oculos animi portas* quasdam dixere. Adamantius *physiognom. l.* 1. *c.* 1. ἔστιν δὲ πυλῶν τούτων ἡ ψυχὴ διαφαίνεται. Alii *fenestras* per quas mens non prospicit tantùm, sed se prodit quoq; & per quas motus atque affectus animi transluceant quodammodo. Lactant. *de opific. Dei c.* 8. *Mens est quæ per oculos ea, quæ sunt opposita transpicit, quasi per fenestras lucente vitro aut speculari lapide obductas. Et idcircò mens & voluntas ex oculis sæpe dignoscitur.* & *c.* 9. *Mens oculis tanquam fenestris utitur.* & Salvian. *de providen. l.* 3. *c.* 7. *Scitum fenestras quodammodo esse nostrarum mentium lumina oculorum.* Senec. *de benefic. lib.* 2. *c.* 2. *Qui tam paratè fecit, non est dubium quin libenter faciat, itaque lætus facit, & induit sibi animi sui vultum.* atque hoc est φαιδρύνειν ἑαυτὸν ἀνθρώπων· ut Marcus *l.* 7. § 31.

Ὡς τῆδ' ἐφεστῶν ἐν τῇ βλέμματι] Tibull. *l.* 1. *eleg.* 9.

Non ego celari possim, quid nutus amantis,
Quidve ferant miti lenia verba sono.

Quò spectant & illa Æschyli in *Toxotid.* apud Plutarch. *de profect. indic.* & in *amator.* & apud Antigon. *mirab. narrat.* 127. restituente Salmasio *in Solin.*

Ἄλλῳ μὲν ἀγνὰς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀτρώτῳ βλεμμάτων ῥίπτει βολή·
Νέας γυναικὸς δ' ὥς με μὴ λάθῃ φλέγων
Ὀφθαλμὸς, ἴστις ἀνδρὸς ἢ γεγώσεται·
Ἔχω δ' τούτων δυμὸν ἱππογνώμονα.

Ritu puellis nuptiali expertibus
Immotus oculus in terram defigitur.
Nec me puellæ lumina exardentia
Fallant, experta siqua jam fuerit virum.
Animus mihi ista discernendi gnarus est.

Nec fefellerunt, qui *amorem* dixere non magìs quàm vinum aut ignem posse celari. Antiphanes apud Athenæum *l.* 2.

πρύλαι

--κρύψαι, Φειδία,
Ἅπαντα πάλαι τὰ δικαιωτ' ἂν πολὺ δυσεῖν,
Οἶνόν τε πίνων, εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών·
Ἀμφοτέρας μιμούμενος ὑπὸ τῆς βλεμμάτων,
Καὶ τῆς λόγων τ' οὐ' ὅτε τοὐ ἀριθμῆς·
Μάλιστα τοῦτ' καταφανεῖς πολλοῖς πιεῖν.

[ubi nihil opus cum Casaubono in senario penultimo pro τ' αὖ, ταῦθ' rescribere.]

--celare, Phidia,
Præter duo aliquis reliqua possit omnia,
Amore captus si sit, aut sit ebrius.
Oculis ab ipsis etenim utrumque proditur,
Itemque verbis; ut negare qui volunt,
Ista videntur arguunt mendacii. H. Steph.

Cui affine est, quod Petr. Victorius *var. lect. l.* 18. *c.* 23. pervulgatam esse apud suos vocem, *Amorem tussimque celari non posse.* de igne idem Naso *epist.* 12. ubi Medea Jasoni amorem suum exprobrans;

Perfide, sensisti; quis enim bene celet amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.

Et Helenæ Paris *epist.* 15.

Sed malè dissimulo; quis enim celaverit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?

Et ibid.

Quæ licet & possim luctor celare furorem:
Sed tamen apparet dissimulatus amor.

Statius Achill. *lib.* 1.

Nec latet haustus amor; sed fax vibrata medullis,
In vultus atque ora redit, lucemque genarum
Tingit.

Γελοῖα] Vide *ad lib.* 5. § 28.

Ἐπιδεδυπὸς ἡ ἀπλότης] *Affectatio simplicitatis,* quâ quis simplex aliis videri studet, sive pro simplici se venditat. Dionys. Halic. in *arte.* Ὁ δὲ ὄγκος καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἄπαν, ἀνδροπρεπῶν. Gregor. Naz. *epist.* 16. ad Euseb. Οὐ φίλον μοι τὸ πιχνιτόν. ἐγὼ δὲ φιλῶ συγγένειάν φαντασία τι καὶ ἀληθεία. Synes. *de regno.* Itaque Tatianus *adv. Græc. c.* 46. ait scriptis propheticis fidem habuisse, διά τι τὴ λέξεων τὸ ἀπυθμον, καὶ τὴ εἰρόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον, &c.

Σκαλμὸν ἔβην] obturbat istud σκαλμὸν, Σκαλμὸν Polluci *lib.* 10. c. 38. ex Sophocle, *ensis* nomen barbarum; *Thracum* scil. *peculiaris:* quod ex Hesychio discimus. Verùm id istic quid velit, nullus assequor. Xyl. σκάλλων, quomodo Plut. δόλον σκαλλωὼ vocat. vertitq; *insidiæ tectæ.* Sed & alicubi Epiphanius, μηδὲν ὀρθὸν, ἀλλὰ πάντα σκαλινδέ· *rectum nihil, sed obliquâ cuncta.* D. Boot. vult σκαιὸν, *scæva, sinistra.* M. Casaub. *nullo modo laudabilis.* ità quid legerit, incertum est. Verùm clarissimus Salmas. *Omnino,* inquit, *rescribendum;* σκαμβὸν ἔβη. Proverbium est Græcum, σκαμβὸν ξύλον ἀπὸ τοῦ ὀρθοῦ. (Habes apud Suidam, & Apostolium proverb. 1801.) Latini hoc nomen etiam suum usu fecerunt: Unde apud Sueton. *Otho. c.* 12. *Scambus, & malè pedatus.* Rem nimirùm ipsam acu tetigit, nec quæsitu ulteriùs opus. Σκαμβὸν, διεστραμμένον. Suid. quid si locum hunc Marci ob oculos habuit?

Οὐδὲν ἔστιν αἴτιον λυκοφιλίας] λυκοφιλία quid sit, nescium se fatetur Xyl. Explicabit ex Ælio Dionysio Eustathius *ad Il. κ'.* ex Menandro Dionysius. Λυκοφιλίως, ἀντὶ τοῦ ὑποπτως, ὑπούλως· *suspectè, subdolè.* Menander,

Λυκοφίλιοι μὲν εἰσιν αἱ διδαχαί.

Suspecta pax hæc, tanquam amicitia est lupi. Grot. Explicabit Plato, in *epist.* 3. *ad Dionysium datâ:* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, inquit, ταύτην ἡμῖν ἐμοὶ καὶ σοὶ λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνησίαν διὰ τὰ ἀπειρχάσατο. *Hæc autem sic gesta, tuam mecum amicitiam lupinam diremit, nosque tuâ culpâ dissociabiles reddidit.* Et Platonem imitatus, Cornelius Episc. Romanus, *epist. ad Fabium Antioch.* apud Eusebium *lib.* 6. *c.* 43. de Novato. Ὅτοι οἱ ἄνδρες καταισχύνοντες αὐτὸν, καὶ καταφερόμενοι τῶν ἐν αὐτῷ πανηγυρίαν τε καὶ παλιμβολίαν, τάς τε ὁδοιπορίας καὶ ψιλολογίας, καὶ τοῦ ἀκοινωνησίαν αὐτῷ καὶ λυκοφιλίαν. *Viri isti illum observantes, & deprehensâ hominis astutiâ & versutiâ, perjuriisque & mendaciis, affectu dissociabili, & lupinâ, sive veteratoriâ, amicitiâ.* Λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνησίαν conjunxit; quemadmodum & Plato, cujus codices hinc corrigendi: & pro ἀκοινωνίαν, quod est κόμμα & φαῦλον, legendum ἀκοινωνησίαν· quâ voce usus est & Aristoteles *polit. lib.* 2. *c.* 3. Alluditur hoc vocabuli ad apologum de inducias sive fœderibus, quæ cum ovibus lupi aliquando inire volebant, canibus gregis custodibus obsidum loco sibi traditis, quorum loco scil. catulos suos ipsi darent, quò liberiùs deinceps grassarentur in greges. Eum Samiis narrâsse primò Æsopum, cùm is à Crœso poscereturautor est Max. Planudes in *vit. Æsop.* recitâsse denuo Athenensibus Demosthenem, cùm ab Alexandro (non ut Suidas, ab Antipatro) ipse cum oratoribus aliis deposceretur, refert Plutarchus in *Demosth.* eundem παραφερασικῶς extulit exhibuitq; Libanius in *progymnasm. fab.* 1. pro eo autem quod λυκοφιλίαν Marcus, ἀλωπικὴν φιλίαν dixit Leo Imperator sapientissimus dictus in *oraculis* suis.

Ἀλωπικῇ κεκτημένος τὴν φιλίαν,
Καὶ κακοδαίμων χαλινώσας τὴν φύσιν,
Ὡς σοφὸς ἄγαν καὶ πολιὸς τις ἐγένου.
Vulpinâ amicum mente simulans subdolè,
Patienter ingenium cohibens, ut fræno insitum,
Sicut senex valde & canus sapientiâ.

vide Joan. Rutgersi. *var. lect. l.* 5 *c.* 8.

§ 16. Καλλίστα ἡ ζήτησις] f. διαζήτησις. est enim novi argumenti exordium.

Ἐὰν ἔχωσιν αὐτὴν ἀτοπίαν διηνεκῶς] vide *supra* § 2. & *l.* 3. § 11.

Οὐδεὶς αὐτὴν ὑπόληψιν σὴν αὐτῶν ἡμῶν ἐμ-

μενον]

ποιεῖ] Vide *supra* § 11. & *lib.* 9. § 15.

Εὐδὺς ἐξαλεῖψαι] Vide *l.* 8. § 47.

Ὀλίγου χρόνου ἦσαν] Vide *l.* 10. § 11, 15.

Χαῖρε αὐτοῖς ἢ ῥᾴδια ἔχω σοι] ἴσαι forsan. Ità Joan. *ep.* 1. *c.* 5. *v.* 3. Αἱ ἐντολαὶ βαρεῖαι ἐκείνοις. Vide *l.* 8. § 26. & *l.* 10. § 33.

Ἐπὶ τοῦτο πανοῦργε, κἂν ἄδοξον ᾖ] Hoc est quod Pythagoras, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδόξων. Vide *ad l.* 9. § 18. Basil. Cæsar. *orat.* 24. & ex eodem Simeon Magist. *orat.* 1. Οὐκ ἔστιν ὃ μᾶλλον φοβητέον ἐστὶν, τὴν σωφροσύνην, τοῦ σφόδρα ζῆν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα περισκοπεῖν, καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου, ὥστε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνεπίφθονον εἶναι, καὶ ἄδοξον, καὶ κατηγορεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ καλοῦ δίκην, μηδὲν αἰσχυνόμενον τὴν ὀρθῶς ἐγνωσμένην παρανομεῖν. Epictet. item *enchir. c.* 34. Ὅταν τι διαγνῷς ὃν ποιητέον ὄντι, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτὰ κἂν ἀλλοτίον τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι ἀκρίτως ὑπολαμβάνειν· εἰ μὲν οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ ἔργον φεύγειν· εἰ δ' ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπ' ἀδίκοις ψέγοντας οὐκ ὀρθῶς; Ità Apostolus ad cœlestia contendit, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας. *ad Cor. ep.* 2. *c.* 6. *v.* 8. Plut. *de audiend.* Οὐ γὰρ μόνον, ὡς φησιν Φωκυλίδης,

Πολλ' ἀπαθῆναι δεῖ κἀμὲ τὸν ἔμπειρον ἔθλον.

ἀλλὰ καὶ γελασθῆναι δεῖ πολλὰ καὶ ἀδοξῆσαι. Ubi obiter adnotâsse haud pigebit, versum illum, quem Plutarchus Phocylidæ vindicat, paulò aliter à Clemente *strom. l.* 5. *prope finem* concipi,

——πολλὰ πάσχειν θνητὸν——&c.

eâ nempe notione quâ Ulysses πολυπαθὴς, & πολύπαθος dicitur, *odyss. p. v.* 511. Epictet. *enchir. c.* 12. Ἐὰν θέλῃς ἀρέσκειν, ἀπόστηθι, ἵνα ἐκπέσῃς ἀφ' ἧς ἔδοξας καὶ ἠλίθιος. quod Anaxagoræ obtigisse refert Laërt. *l.* 2. Οἷον γάρ ὅτι τὸ ἀνώφελον ὄντως ἀπολεῖσθαι, διὰ τὸ μὴ νομισθῆναι τοῖς ἀνοήτοις ἀνόητον; *Quæ enim ratio est in amentia persistere, nè amentibus amens* videare? Simplic. *comment. in Epictet. ibid.* Socrates apud Senecam *ep.* 71. *Ut sis beatus, & te alicui stultum videri sine.* Lactant. *instit. l.* 5. *c.* 14. *Non potest quispiam justus esse, quod est cum vera sapientia conjunctum, nisi idem stultus esse videatur.* Dionys. *de divin. nomin. c.* 7. Εὖ δ' ἴσθι ὁ σὸς πρὸς ἀλήθειαν ἔνθους, ὅτι οὐ ἔχει, κἂν οἱ πολλοὶ νομίζωσιν αὐτὸν ὡς ἐξεστηκότα. Ità de Domino Christo ipsi propinqui ejus dicebant, ὅτι ἐξέστη. Marc. *c.* 3. *v.* 21. Æschyl. *Prometh.*

Κέρδιστον ἦν φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.

——*Utilissimum est,*

Minimè videri sapere, cùm sapias tamen.

Siquidem ut Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 2. *v.* 14. Τῇ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ, μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι. & *c.* 1. *v.* 18. Ὁ τοῦ σταυροῦ λόγος τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία. τοῖς δὲ σῳζομένοις ἡμῖν δύ-

& quod Plato *epist.* 2. Σχεδὸν γὰρ οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀνύσματα· ὑπ' αὐτῶν γὰρ τοὺς εὐφυεῖς (εὐστοχίας, potius) θαυμαστότερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. Vide Epictet. *enchir. c.* 23. *ad l.* 4. § 12. Vide & *l.* 5. § 3. & *l.* 6. § 2.

Παρὰ γὰρ συγγνώμην τὸ ἧττον ἀγαθὸν ζητοῦντι] Vide *ad l.* 6. § 27. Cato Uticensis, referente Plutarcho; Τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ ὄψις νομίζει τὴν ἀγαθὸν μίμησιν, ἑτέρου μὴ παρόντος;

§ 17. Πόθεν ἐλήλυθεν] vide *l.* 8. § 3. & *l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 36.

Οἷον ἦσαν μεταβάλλον] vide *l.* 8. § 21.

Οὐδὲν κακὸν πείσονται] Vide *l.* 4. § 42. & *l.* 7. § 23.

§ 18. Καὶ τοῦτον μὲν] Καὶ illud παράλογον videtur. quomodo Hebræis in scriptorum exordiis creberrimè. Proponit varias considerationes, quibus animi impetus ad offensationem & iracundiam in injuriis illatis proclivis, reprimatur, & in affectione placida & tranquilla contineatur. Eas alibi sæpe priùs inculcatas, prout ex locorum collatione videre est, hoc loco simul uno quasi fasciculo comprehensas, veluti per synopsin quandam, ob oculos constituere visum est.

Τίς ἡ φρὴς αὕτη μοι χάνη] Vide *l.* 8. § 27. & *l.* 9. § 22.

Ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν] Vide *l.* 2 § 1. & *l.* 8. § 56, 59.

Πεφυκόμεν αὐτὴν γέρον] Hoccine Marcus, ut imperator, an ut philosophiæ studiosus? utrovis enim modo accipere licet. Plato *Dionysio ep.* 4. Νῦν ἔν σοι λόγον μὲν ὅτιν ὁ λέγω, ἀναμιμνήσκειν ὑμᾶς δεῖ ἡμᾶς αὐτούς, ὅτι πρεσβύτας, πάντων ἢ παίδων, ἢ ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν, sed illâ potiùs ratione, opinor; ὡς ἄρχων *l.* 3. § 5. quanquam potest & utroque.

Ὡς κεῖος πολίτης] Ὁ μὲν τῆς αἰτίας ἡγεμών, τρέγων· ὁ δὲ ὄϊων, κεῖος καὶ κτίλος· τῆς δὲ βοῶν, ταῦρος. Pollux *l.* 2. *c.* 12. § 29. de Ulysse Priamus *iliad.* γ'. *v.* 196.

Αὐτὰρ ὅ, κτίλος ὡς ὀρεσσιβότοισιν ἐπελθὼν,
Ὅς τ' οἴων μέγα πώεσι δέρχεται ἀργυφεόων.

quod in Cleanthem detorsit Timon. apud Laërt. *l.* 7. & de Æneæ poeta *il. p. v.* 492.

Λαοὶ ἔπονθ', ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἔσσεται μῆλα.

Ἡ ταῦρος ἀχαλὶς] Achill. Tatius *Leucip. l.* 1. Βαδίζει ταῦρος ὑψαυχενῶν, καὶ ὅσον ἀποκεκλιμένος καὶ ὅτι τῶν ἄλλων βοῶν ὅτι βασιλεύς. De Agamemnone *il. β. v.* 480.

Ἡύτε βοῦς ἀγέλης μεγαθύμου κέκριται πάντων·
Ταῦρος· ὁ γὰρ τε βόεσσι μετ' ἐκπρέπει ἀγερώχοις.

Et Flaccus *sat.* 3. *Virilibus editior,*——*ut in grege taurus.* Polyb. *hist. l.* 6. Καθάπερ δὲ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τούτων (τῶν ἀνθρώπων) συνεπιζητοῦμεν, ὅσῳ καὶ κρείττονα τὰ δυσφύλακτα σώμα-

μα-

μαλάξεσθαι, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀδύνατα· ἀνάγκη τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ψυχικῇ τιμὴν διαφέροντα, τούτων ἡγεῖσθαι καὶ κρατεῖν· καθάπερ καὶ ὁπὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁρῶμεν· τὸ γὰρ φύσεως ἔργον ἀναιρεῖσθαι παντὶ δοκεῖ· παρ' οἷς ὁμολογουμένως τοὺ ἰσχυροτάτους ὁρῶμεν ἡγεμόνας. λέγει ὃ ταῦρος, κάπρος, ἀλεκτρυόνας, τὰ τύπτις παρασκήπτα. Videtur autem Marcus hìc ob mentem habuisse Epicteti illa, *dissert. l.* 3. *c.* 1. Σὺ ἂν εἴης ἐνταῦθα; μέχα δεῖ ἀπαλὸν τὸ βλάβος παλεῦσαν ἐκτένειν· ὁ μὲν γὰρ παθὼν, παραχὺ βοηθείας δικαίας δεῖται· τοῦ δ' ἐρέσσοντος δὲ ἐκ ἴσου τοῦ ὀργιοῦ, ἂν δ' ἐκὼν, ἄντ' ἄκων, τάξιν ὁ νόμος· οἱ δ' φονικοὶ, τοῦ μὲν ἐν θεσμοῖς ἀποκλειομένοις, θαλάττῃ καὶ ἀναγκαίᾳ καὶ δημόσιοις φίλοις ἐναφιέντων, ζημίωσιν τοῦ δ' ἀκουσίως ἀνίστας καὶ φιλανθρώπως πολλῆς ἀξίωσαν.

"Ακοντες καὶ ἀγνοοῦντες] Itaque hoc utroque nomine (si verum istud) venià ac misericordià digniores; ut *l.* 2. § 13. Οἷς πολλὴ δοκεῖ συγγνώμη εἶναι, ἐὰν μὴ εἰδώς τις ἀδικήσῃ, ἢ ψεύσηται, ἢ ἄλλό τι κακὸν ποιήσῃ· καὶ οἱ νόμοι δὴ σχεδὸν πολὺ χαλεπώτερόν εἰσι τοῖς ἑκοῦσι καὶ ἐργαζομένοις καὶ ψευδομένοις, ἢ τοῖς ἄκουσιν. Plato *Hipp.* & Demosth. *adv. Midiam.* Οἱ μὲν τῆς βλάβης νόμοι πάντες, ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, δίκαιόν ἐν ἀκὼν, ἄντ' ἄκων, τάξιν τὸ βλάβος παλεῦσαν ἐκτίνειν· ὁ μὲν γὰρ παθὼν, παραχὺ βοηθείας δικαίας δεῖται· τοῦ δ' ἐρέσσοντος δὲ ἐκ ἴσου τοῦ ὀργιοῦ, ἂν δ' ἐκὼν, ἄντ' ἄκων, τάξιν ὁ νόμος· οἱ δ' φονικοὶ, τοῦ μὲν ἐν θεσμοῖς ἀποκλειομένοις, θαλάττῃ καὶ ἀναγκαίᾳ καὶ δημόσιοις φίλοις ἐναφιέντων, ζημίωσιν τοῦ δ' ἀκουσίως ἀνίστας καὶ φιλανθρώπως πολλῆς ἀξίωσαν.

"Ακουσα γέγραται τὴν ἀληθῆ] Ex Platone. Vide *l.* 7. § 63.

Αὐτὸς πολλὰ ἁμαρτάνεις] Hoc est quod primo loco cogitandum proposuit Antonius Epicureus inscripto suo περὶ τῆς τοῖς ἰδίοις πάσιν ἐπιεικείας, cujus meminit Galenus *de affectib. dignoscend. & curand. c.* 1. ὅτι καὶ αὐτὸς πολλὰ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἁμαρτάνω. Senec. *de ira l.* 1. *c.* 14. *Cogitet, quàm multa contra bonum morem faciat; quàm multa ex his quæ egit, veniam desiderent. jam irascetur etiam sibi; nunquam enim æquus judex aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert. Nemo invenitur, qui se possit absolvere: & innocentem quisque se dicit respiciens testem, non conscientiam.* Æschylus apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 3.

"Αμαρτάνει τι καὶ σοφώτερος.

Peccat aliquando, sapiente & qui plus sapit.

Et ad Marcum propiùs accedens Jacob. *ep. c.* 3. ν. 1. Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. *In multis offendimus omnes.* Ad quem locum Beda noster; *Non dixit offenditis, sed offendimus, inquit: & in multis, præmisit; omnes, subjunxit.* Et Aug. *epist.* 29. *Non in uno, sed in multis; nec quosdam sed omnes dicit.* Vide *ad l.* 7. § 26.

Καὶ ἄλλος τοιοῦτος εἶ] quod *l.* 7. § 79. εἷς ὢν πολλῶν, *alius ejusmodi.* quomodo in paroemia dicitur, ἄλλος ἢ Ἡρακλῆς, *alius*, sive, *alter, iste Hercules est.* i. e. alter ejusmodi qualis Hercules. de Titormo usurpatum. Ælian. *l.* 12. *c.* 22. quò facit Platonis illud adductum *supra ad l.* 10. § 30 forteam tamen, ἄλλος legendum, *alias*, sive *aliis in rebus, ipse paria peccas.* ἄλλο τι ὁμοιάζεις. *l.* 7. § 26. παρόμοιόν τι *l.* 10. § 30.

Vitia habes alia, etiam haud fortasse minora. Flaccus *sat.* 3.

Ἀλλὰ τοῦτο ἔξεστι ποιῆσαι ἔξεις] Malim, ἔχεις. atque ità reddidit interpres uterque. *habes dogmata gemina* ut *l.* 7. § 26. vel *affectus pariter vitiosos.* & paria itaque nil aliud obstaret, puta supplicii

plicii vel opprobrii formido, admitteres, vel admittere aliquando poteris. quod Apostolus innuit, *ad Gal. c. 6. v. 1.* verbis illis, ὁκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Aristot. *de rhetor. ad Alex. c. 37.* ὅπερ ἐκεῖνός τε καὶ δίκαιον καὶ ξυμφέρον ὄζιν συγγνώμην ἔχειν. τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν κοινὸν πάντων ἀνθρώπων καὶ ὑπὲρ ὧν ἴδιον, εἰ τι τούτων αὐτῷ ξυμπέπεσεν. Optimè Plin. min. *l. 6. ep. 22. Optimum & emendatissimum existimo, qui cæteris ità ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet; ità peccatis abstinet, tanquam nemini ignoscat.*

Διὰ δειλίαν] scil. quod Naso *amor. l. 1. eleg. 4.*

Siqua metu dempto casta est, ea denique casta est:
Quæ quia non potuit— (metu nimirum coercita)
— non facit, illa facit. Itaq; Plautus *Stich. 1, 2.*
Ubi facillimè spectatur mulier quàm ingenio est bono?
* Cùm, * *Cui malefaciendi est potestas, quæ, nè* Acidal. *faciat id, temperat.*

Vacat enim abstinentiæ testimonium, cùm licentia eripitur. Tertul. *adverss. Marc. l. 1. c. 29.* & ut Flaccus *l. 1. ep. 17.*

Oderunt peccare (etiam) mali formidine pœnæ.

ὥσπερ τοὺς πυγμῆς λόφῳ κύων ἢ * γαλῆ, [* γαλεὸς perper. vulg.] τὴν ἡδονὴν ἀπερισκόπους, καὶ ἄκριτος τὸ δεινὸν ἀποκλίνοντες. Plut. *de virt. moral.*

— tolle periclum,
Jam vaga prosiliet frænis natura remotis.
Flacc. *l. 2. sat. 7.*

Ἡ δοξοκοπίαν] vide *l. 12. c. 4.* apud Stob. *tom. 2. tit. 9.* Philiscus, an Philemon. tribuit illi Grorii editio: huic Gesneri: huic item Anton. *Meliss. l. 1. c. 13.* & Maxim. *c. 5.*

Ἀνὴρ δίκαιός ὄζιν, ὃς οὐ μὰ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις καὶ δίκαιον διώκειν μὴ βούλεται·
Οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπόχετο,
Ἀλλ' ὃς τὰ μεγάλα κρατεῖ μὴ λαμβάνων,
Ἔχειν διώκων καὶ κεκτῆσθαι ἀζημίως·
Οὐδ' ὃς γε πάντα πάντα διατηρεῖ μόνον,
Ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνώμην τ' ἔχων φύσιν
Εἶναι δίκαιος, κοὐ δοκεῖν ἐθέλει.

Non justus, omnis abstinens injuriæ est,
Sed qui nocere cùm potest, tunc abstinet:
Nec qui recusat parva, sed qui maximis
Tentatus, animi robur invictum gerit.
Nec quisquis ista quilibet præstat modo;
Sed qui dolosi nescius fuci, integrâ
Probitate, justus esse, non credi, studet.

Grot. Allusit ad Æschyli illud in *Theb.*

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος ἀλλ' εἶναι θέλει.

vide *l. 8. § 1.*

Πολλὰ γὰρ κατ' οἰκονομίαν γίνεται] *Multa*, inquit, *per dispensationem quandam fiunt.* Non *divinam* quidem eam, de qua Xylander intellexisse videtur; cùm vertit, *Quædam enim fato fiunt.* liquidem non *quædam*, sed *omnia*, in universum; *fato fieri*, statuebant Stoici. sed *humanam*, prout & Anglus rectè cepit. In quem eundem sensum Epictetus pariter *l. 3. c. 14.* τῶν ψευσμάτων, τὰ μὲν ἀσυγκρίτως ψεύδονται, τὰ δ' κατ' ἐξαπάτην, τὰ δ' κατ' οἰκονομίαν, τὰ δ' κατ' ὑπόκρισιν. quo de loco videri poterit Hieron. Volfius in *Annot.* Membrum illud quod attinet, quod hîc Marcus attingit: κατ' οἰκονομίαν fieri aliquid dicitur, cùm aliud quidpiam specie tenus geritur, quàm quod vel intenditur, vel revera subest. Indè fit, ut quædam mali speciem præ se ferant, quæ tamen, cùm alio fine, aliaq; ratione peragantur, quàm primo aspectu videri possit, culpâ omni prorsus carere censentur. *Œconomia* ejusmodi fuit, quòd copiæ Israeliticæ, quasi formidine perculsæ ad Ajensium incursum in fugam sese dabant, quò ab urbe sua istos longiùs electarent. Jos. *hist. c. 8. v. 15.* vide Origen. *adv. Cels. l. 1. ad l. 3. § 4.* quòd Jehu rex Israelis, Baalis colendi cupidum simulabat sese, cùm ejusdem cultores comprehendendi & perfundendi consilia apud se coqueret. *Reg. hist. l. 4. c. 10. v. 19.* quòd Solomon de infante dissecando sententiam tulit. *Reg. l. 3. c. 3. v. 25.* cui non absimile Claudii Imperatoris illud, qui fœminæ filium suum non agnoscenti, matrimonium juvenis indixit. Sueton. *l. 5. c. 15.* quòd Carolus magnus patrem & filium maleficii reos habitos, cùm sontem alterum, alterum insontem esse compertum haberet, utrosq; duci jussit, quò alter se prodendo alterum liberaret. And. Hiern. *de Feud.* quòd Archimandrita quidam Ægyptius, qui quò monachum juvenem à libidinis flammis, quibus ustulari se conquestus est, liberaret, subornavit qui convitiis hominem insectaretur, & post injuriam illatam, innocentem insuper apud sese deferret. Hieron. *ad Rustic.* quòd Davus Terentianus Mysin cum puerulo in viam provolurum se minatur. *Andr. 4. 5.* Nec desunt ex antiquis, qui patriarcharum piorumq; aliorum lapsus in sacris literis proditos, hoc œconomiæ prætextu eant excusatorum. Origenes *Stromat. l. 6.* quò Jacobi mendacium excuset Eusebius se profitentis. *Gen. c. 27. 19.* post adducta Platonis illa ex *polit. l. 3.* τὸ ὅτι ψευδοῖς χρῆσθαι δεῖ, καὶ ὁπότε ὁ χρόνιμον, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει. *Considerandum est*, inquit, *quomodo Philosophus caute dixerit, Deo indecens & inutile esse mendacium, hominibus non interdum inutile; & quòd nè per dispensationem quidem* (hoc est, κατ' οἰκονομίαν, & ità prorsus Orig. scripserat) *putandus sit Deus aliquando mentiri.* quòd *homini* tamen *per dispensationem* quandam *licere* concedit, allatis exemplis Judithæ *c. 11. v. 2.* Holofernæ mentitæ; Esther *c. 5. v. 8.* Hamanem convivam poscentis; ubi nulla tamen mendacii vestigia comparent. Quod autem Plato, ἐν φαρμάκου εἴδει, Clemens Alex. ἐν δεσμοῖς μὴ dixit. sic enim iste, *strom. lib. 7.* de Gnostico agens, ἀληθῆ τὰ φευδῆ ἀνὴρ καὶ ἀληθῆς μᾶλλον οἱ μόνοι

ἐν θεραπείαις μέρει, καθάπερ ἰατρὸς πρὸς νοσοῦντας δεῖ σωτηρίᾳ τῶν καμόντων, ψεύσεται, ἢ ψεῦδος ἐρεῖ χρὴ τοῦ σοφιστοῦ. *non tam*, inquit, *mentietur, quàm mendacium dicet, uti subtilitatum periti distinguere solent.* Eódem trahit Origenes *operis dicti lib.* 10. ejusdémque *œconomiæ*, sive *dispensationis*, speciem vult esse disceptationem, vel increpationem potiùs, illam, quà adversus Petrum Paulus Antiochiæ usum se profitetur. *ad Galat. c.* 2. *v.* 11. eundémq; secutus, cùm Joan. Chrysostom. in *Gal. exposs.* ἐμάχοντο ἦν τὰ ῥήματα, ἀγαθὴ οἰκονομία. οἱ γὰρ ὄντως ἐμάχοντο, οὐκ ἂν ὅπῃ τὴν μαθητὴν ἀλλήλοις ἐπῄνησαν. σφόδρα γὰρ ἂν αὐτοὺ ἐπαρθάλυσαν. νυνὶ δὲ λυσιτελοῦσα ἦν ἡ ἐκ τοῦ φαινομένου μάχη. tum & Hieron. *in commeat. Novâ bellator*, inquit, *usus est arte pugnandi, ut dispensationem Petri, quâ Judæos salvari cupiebat, novâ ipse conditionis dispensatione corrigeret; & resisteret ei in faciem, non arguens propositum, sed quasi in publico contradicens.* qui & *rabulis forensibus* Apostolos comparat, qui pari ratione, *omissis sæpe negotiis in proprias contumelias vertuntur, & joculari se invicem dente mordent, ut populum circumstantem fallant, & apud reos prævaricationis suspicionem effugiant.* Idémq; *ad August. ep.* 1. *Bene uterq; finxit. nec tamen defendimus officiosum mendacium; sed ostendimus honestam dispensationem.* Verùm Apostolum à nota hac uberrimè vindicat Augustinus *epist. ad Hieron.* ea de re scriptâ. & in *lib. de mend.c.* qui tamen & ipse ibidem Jacobi dictum, quo Elavum esse se affirmabat, vult mendacium videri, non esse; & dispensationis ratione non absimili excusat. οἰκονομίας revera rationem habuit, eodémque refert, qui & συμφεροντολογίαν appellat, Clemens dictus, Timothei circumcisionem à Paulo procuratam, *Act. c.* 16. *v.* 3. cùm tamen ἀφελοτομῶν χωροπίπτον ἔδειν ὠφελῶν prædicaret, *Rom. c.* 2. *v.* 28. *Galat. c.* 5. *v.* 6. & *c.* 6. *v.* 15. συμπεριφερόμενος Ἰουδαίοις. sed & quod de se Apostolus idem *ad Cor. ep.* 1. *c.* 9. *v.* 19. 22. Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω· καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ, ἵνα κερδήσω ἀνόμους· ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω· τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. Nec illud minùs, quod Chrysippus habet in *lib. de rhetoric.* referente Plut. *de contradict. Stoic. c.* 11. ὅτι ῥητορεύσειν καὶ πολιτεύσεσθαι τὸν σοφὸν, ὡς καὶ τὰ πλούτου ὄντος ἀγαθοῦ καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς ὑγείας· cùm tamen ipse secus omnino censeat. Quod Epictet. *enchir. c.* 16. de homine in mœstitia luctúque agendi ob infortunium aliquod, quod eidem obtigerit, μέχρι μόνου λόγου μὴ ὅτι ζυμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν ὅτου τύχῃ, ζυμπαραλύειν· θεάτρου μόνου, μὴ καὶ ἔσω δεῖν συμπαραλύειν. quem vide & *ad l.* 8. § 27. Idem & Senec. *epist.* 5. *Intus omnia dissimilia sint: frons nostra populo conveniat.* & *ep.* 103. *Non abhorreant à publicis moribus; nec hoc agat, ut quicquid non facit, damnare videatur,* qui & idem, Lactantio *Instit. l.* 3. *c.* 15. referente, unde dispensationis hujusce usum Stoicis frequentem satis familiarémq; fuisse liquet. *Faciet*, inquit, *sapiens, & quæ non probabit, ut etiam ad majora transitum inveniat: nec relinquet bonos mores, sed tempori se aptabit: ut quibus alii utuntur in gloriam aut voluptatem, utatur agendæ rei caussâ.* & ut, quàm latè pateat, autoribus illis, dispensatio ista, videatur; *Omnia*, inquit, *quæ luxuriosi faciunt, quæque imperiti, faciet & sapiens, sed non eodem modo, eodémq; proposito.* Horum itaque exemplo dogmatéq; Fabius *Instit. l.* 12. *c.* 1. caussarum minùs honestarum defensionem in oratoribus excusat. *Ne hoc quidem*, inquit, *est mendacium dicendum, qualem caussam vir bonus, sed etiam quare, & quâ mente defendat. ac primùm concedent mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoque asperrimi confitentur, facturum aliquando virum bonum, ut mendacium dicat; & quidem nonnunquam leviorbus caussis; ut in pueris ægrotantibus utilitatis eorum gratiâ multa fingimus; multa non facturi promittimus; nedum si ab homine occidendo grassator avertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus, ut hoc, quod aliàs in servis quoq; reprehendendum est, sit aliàs in ipso sapiente laudandum.* qui & concludit, *licere quandoq; uti arte dicendi, bonâ quidem, sed quæ malis artibus similima sit.* Certè quòd *mendacium* quandoq; dicturum virum bonum sapientémq; ex Stoicorum sententia, affirmavit, id disertè Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8. Λέγουσι δέ, μὴ ψεύδεσθαι ποτὲ σοφόν. —τῷ μέντοι ψεύδεσθαι ποτὲ συγχωροῦσιν οὐ τὸν αὐτὸν καὶ πολλὰς τρόπους, καὶ γραμματικὸν μὲν ἀνεπαίσθητον, καὶ κατὰ τὸ συμφέρον δὲ φερόμενον, καὶ κατ' ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς. Vide *ad l.* 4. § 49. Plura istiusmodi adjici poterant: sed ista sufficerint ad Marci mentem explicandam. vide & *l.* 4. § 19.

Πολλὰ δεῖ φορητέα μαθεῖν] De alienis factis non est temerè pronunciandum. Gregor. Naz. περὶ εὐταξίας. Πολλὰ δεῖ γραπτέα καὶ παθεῖν πρὶν ἄλλα κρίνειν καὶ ἀγορεύειν συνετόν.

Ἀνθρωπικοῦ ὁ ἀνθρώπου βίου] *puncto* minùs. Senec. *ep.* 49. vide *l.* 5. § 24.

Μετ' ὀλίγον πάντες ἐκτεθνήμεθα] quod *l.* 7. § 21. μετ' ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεται. vide *l.* 4. § 3. & 48. ἐκτέταται. In eandem ferè cum Marco sententiam Euripid. *Supplic.*

—— ὦ παλαίπωροι βροτοί,
Τί κτᾶσθε λέγχας, καὶ κατ' ἀλλήλων φόνους;
Τίθεσθε; παύσασθ', ἀλλὰ λήξαντες πόνων,
Ἄσκ φυλάσσεσθ', ἤπυοι μεθ' ἡσύχων.
Σμικρὸν τὸ ζῆσαι τῷ βίῳ· τόπον δ' ἔχει

Ὡς ῥᾷστα καὶ μὴ σὺν πόνοις διακτεῖν.
——*Misera gens mortalium,*
Quid arma, quid vos mutuæ cædes juvant?
Quin abstinete, liberas urbes metu,
Vacuas malorum, placida tutetur quies.
Humana vita res brevis, cura optima est,
Ut absque cura mollis ac facilis fluat. Grot.

Οὐκ αἰσχύν.] vide *l.* 7. § 16. & *l.* 8. § 40. & *l.* 9. § 13. & *supr.* § 11. 16.

Οὐκ αἰσχύν] Vide *lib.* 2. § 1. Musonius in *orat.* quâ differit, *an Philosophus debeat injuriarum agere*; apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 19. Ὁ μὲν ἁμαρτάνων εὐδὺς καὶ ἐν αἰσχύνῃ ὄζιν, ὁ δὲ πάσχων, ὥσπερ οὐκ ἁμαρτάνει, καθόσον πάσχει, οὕτως οὐδὲ ἐν αἰσχρῷ οὐδενὶ γίνεται.

Χωρεπώτερα ὀπωρέουσιν αἱ ὀργαὶ] Graviora ab affectu suo patiuntur, quàm ab eis ipsis quibus irascuntur. Τὰ γὰρ ἥδιστον μᾶλλον βαρύνει, οἷς ἐν τοῖς ἠπάλοις καὶ πυρετοῖς τὸ ῥιγοῦν ἢ κατακαῖόν τοῦ ἔξωθεν κρύος ἢ καῦμα. Plut. *de tranquill.* vide Senecam *de ira. lib.* 2. *cap.* 35, 36. & Joan Chrysost. *infr.* Theognis,

Οὐδὲν, Κύρν', ὀργῆς ἀνιηρότερον, ἢ τὸν ἔχοντα
Πημαίνει, θυμῷ δηλα χαριζόμενον.
Irâ Cyrne, nihil crudelius; ipsum ea habentem
Ledit, & excruciat cor miserabiliter.

Τὸ ἐνυβρίζειν ἀνίκητον] Apost. *ad Rom. c.* 12. *v.* 21. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ. vide *lib.* 6. § 6, 26. & *l.* 7. § 22.

Καὶ μὴ στυγεῖς] *adscititia.* Xyl. *affectata* Cas. *personata.* quemadmodum ille dixit, *Hæredis fletus sub persona risus est.* ab eis tractum qui vultu renident, dum animus tamen interim angitur & exæstuat: ut ille qui *Æn. l.* 1.

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

ut illi de quibus Apost. *ad Cor. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 12. Οἱ ἐν προσώπῳ καυχώμενοι, καὶ οὐ καρδίᾳ. vide *lib.* 1. § 15. & *supr.* § 13. Expressit vim vocabuli Ammianus, cùm de Juliano dixit, *lib.* 21. *amarum subridens.*

Τί γάρ σοι ποιήσει ὁ ὑβριστικώτατος] Τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς; &c. Petr. *ep.* 1. *c.* 3. *v.* 13.

Ἐὰν διατιλῇς ἐνυβρίζων αὐτῷ] Dio Siracusanus, referente Plutarcho. Ἀνδρώπου μὲν κακίαν, οἱ καλεπόν ὄζιν, οὐκ ὄντως ἄγριον οὐδὲ παντάπασι καὶ δύσποτον, ὥστε μὴ μεταβάλλειν χάριτι νικηθεῖσαν ὑπὸ πολλάκις ἧττον ποιούντων. *Vincit malos pertinax bonitas.* Senec. *de benef. lib.* 7. *c.* 31. Idémque *de ira l.* 2. *c.* 34. *Irascitur aliquis? tu contrà beneficiis provoca. Cadit statim simultas ab altera parte deserta, nisi par non pugnat. si utrinq; certabitur, ille est melior, qui prior pedem retulit; victus est qui vicit.* νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. *ad Rom. c.* 12. *v.* 21. *Quam pulchra ars, vincere in bono malum?* Guigo *medit. c.* 15. Et Val. Maxim. *lib.* 4. *c.* 2. *Speciosiùs aliquanto injuriæ beneficiis vincuntur, quàm tantui odii pertinaciâ pensantur.* Et, *Bono vinci satius est, quàm malo more injuriam vincere.* Salust. *Jugurth.* Præclarè Joan. Chrysost. *in Matth. orat.* 18. Εἰ γὰρ μεγάλα ἠδίκησαι, ἀλλὰ διὰ τοῦτο μάλιστα ἐνεγκάτεσον, ἵνα καὶ σαυτῷ λαμπρότερον ποιήσῃς τὸ στέφανον, καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ ἀθάλου τούτου ἀπαλλάξῃς ἀῤῥωστίας· ἐπεὶ καὶ οἱ ἰατροὶ, ὅταν καὶ λεπίζωνται καὶ ὑβρίζωνται παρὰ τῶν μανιωδῶν, τότε μάλιστα αὐτοῦ ἐλεοῦσι καὶ παραπλήσιόν ἐστι τοῦτο τῷ τοιούτῳ ὀφθαλμιῶντι ἢ ὕδερον ἔχοντι ἢ ὑγρολογῆς τὸ νοσῆμα ἔχοντι ἢ ὕβρεις δεῖ· καὶ σὺ πίνων ταῦτα πρὸς τὸν ὀφθαλμιῶντα ἔχε τὸν γνώμονα, καὶ ὅτι μάλιστα τοῖς ἀδικοῦσιν· ἐκεῖνοι γὰρ εἰσι μάλιστα οἱ νοσοῦντες, καὶ τῷ βίαν ὑπομένοντες. ἀπαλλαξον τοίνυν αὐτοῦ τὸν χαλεπὸν ταύτης ἐπῳδοῦ, καὶ δὸς ἀφεῖναι τῷ ὀργῷ, καὶ δείμοντος ἀλυσιτέλουν χάριτι, τῷ θυμῷ καὶ μὴ δειμαίνοντας ἐκεῖ ἰδωμεν, ἀκριβώμεν· ἐκεῖ καὶ αὐτοὶ τῆς ἀπειλῆς μᾶλλον δειμανῶμεν· τοῦτο καὶ νῦν ποιῶμεν ἐπὶ τῶν ὀργιζομένων. καὶ γὰρ ἐκείνοις ἔοικασιν οἱ δυμένοις, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνων ἐστὶν ἀλλοτριώτεροι, μὴ αἰδέσεως μεταλαμβάνοντες· διὸ καὶ ἀσύγγνωστος αὐτῶν ἡ παροινία. μὴ τοίνυν ἐπίμεινατε κεκμηκότι, ἀλλὰ καὶ ἐλέησον· καὶ γὰρ ἂν ὑπὸ χολῆς πνεῦμα ἐκχολέμενον καὶ σκοτοδινιῶσα καὶ ἐμέτου ἐπειγόμενον καὶ πονηρὸν τὸν χυμὸν ἴδωμεν, χάριτος ὀρέγωμεν καὶ παραμυθώμεθα ἀσπαστὸν ὄντα, κἂν τὸ ἐμέτου μολυνώμεθα, οὐκ ἀποστρεφόμεθα· ἀλλ' ἐν μόνον ζητῶμεν, ὅπως ἐκεῖνον ἀπαλλάξωμεν τῆς χαλεπῆς ταύτης συνοχωδίας· τοῦτο τοίνυν ἐπὶ τούτων ποιῶμεν, καὶ παραμυθώμεθα ἐνυβρίζοντας καὶ ἀσπαστὸν ὄντα· μὴ δὲ φεύγετε ἀφῶμεν, ἕως ἂν ἅπασαν ἀποθῆται τὴν πικρίαν. καὶ τότε σοι χάριν εἴσεται μυρίαν, ὅταν δὸν παύσηται, τότε γνώσεται σαφῶς ὅσης αὐτὸν ἀπήλλαξας ταραχῆς. καὶ τί λέγω τὴν παρ' ἐκείνου χάριν; ὁ γὰρ Θεὸς σε οὐδέποτε στεφανώσει, καὶ μυρίοις ἀμοίβεται κλητοῖς, ὅτι σε τὸν ἀδελφὸν νοσοῦντα καὶ ἠλυσιτέλουν χαλεπῶς καὶ ὡς δεσπότην τιμήσει, διὰ παντὸς αἰδέμενος σὴν τῶν ὀθνείων. οὐχ ὁρᾷς τὰς πληγὰς γινομένας, πῶς δάκνουσι τὰς παρειάδας, καὶ ὑπ' ἀλγηδόνων ἐκπηδῶσαι; μᾶλλον δὲ ἀλγηδόνων μὲν, φίλτρου δὲ γνησίου, καὶ σωφρονίζουσι δὲ ὑβριζομένας καὶ διακοπτομένας ὑπὸ τοῦ ὠδίνος. ταῦτα καὶ σὺ ζήλωσον, καὶ μὴ γίνου μελανκώτερος γυναικῶν. ἐπειδὰν γὰρ τέκωσιν αἱ γυναῖκες αὗται (γυναικῶν γάρ εἰσι μικροψυχότεραι) πόσης ἐπανθοῦσι εὐφροσύνης! Adeò sanè præclara & eximia verba sunt ista, ut nec ipse describere gravatus sim, nec lectori pio tædium sperem legendo, prolixiora licèt, oboriturum.

Πρᾷος παρεινῆς] Ità Plato *politic. lib.* 9. Πεῖθωμεν τοίνυν αὐτὸν πρᾷον· ἐκ γὰρ ἀκόντων ἀνθρώπων ἑκόντας ἔσεσθαι, &c. Parimodo quo Marcus istic. Isidor. Pelus. *lib.* 3. *epist.* 397. χρὴ τῇ παῤῥησίᾳ μιγῆναι τὴν εὐσέβειαν· & rursus: πῶς παῤῥησιασόμεθα; οὐκ ἀκεράτῳ τῇ παῤῥησίᾳ χρησόμενοι, ἀλλὰ κεκραμένῃ αὐτὴν εὐσεβείᾳ. Euripid. *Bellerophon.* apud Suidam.

Οἴμοι, τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι κακόν] *Heu, fateor, huic qui ægrotat iratsci, malum est.* Senec. *de constant. sap. c.* 13. *Quis phrenetico medicus iratscitur? quis febricitantis, & frigida prohibiti maledicta in malam partem accipit? hunc affectum adversus omnes habet sapiens, quem adversus ægros suos medicus: quorum nec obscæna, si remedio egent, contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furorem sævientium excipere convicia. scit sapiens, omnes hos, qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratósque, malè sanos esse: quos non aliter videt, quàm ægros intemperantes. Itaque nè succenset quidem, si quid in morbo petulantiùs ausi sunt adversus medentem.* vide *Aug. ad lib.* 7. § 22.

Μεταδιδάσκης] vide *lib.* 5. § 28. & *lib.* 9. § 11. Δεῖξον τῷ πλάνῳ ἐν ὄψει, πῶς ἀφίσταται τῆς ἁμαρτημάτων. Epictet. *l.* 1. *c.* 18.

Εὐροῶν] *Vacans huic rei.* Xyl. imò, *placidè, imperturbatè te habens.* Epictet. *lib.* 3. *c.* Εὐροῶ, ἡσυχίαν ἄγω. & *c.* 9. εὐροῶ· ἐ σκιασυτί μου ἡ διάνοια· Marcus ipse *lib.* 4. § 19. εὐροώτερον ἐν ἀταραξιώτερον ἔσω. vide & *lib.* 12. §. 2.

Πρὸς ἄλλο πρόκαμμα] πρὸς σωτηρίαν. *lib.* 2. § 1.

Οὐ μὰ βλακῶν] vide *lib.* 2. § 1. & *lib.* 10. § 33.

Σὺ δὲ βλάπτῃ] vide *l.* 5. § 4.

Εὐαφῶς] *efficaciter* Cas. *apertè.* Xyl. *aptè, scitè, dextrè, affabrè,* malim. Lucian. ὑποβάλλειν τοὺς δακτύλους εὐαφῶς. *scitè digitos subjicere.* tractum à praxi Chirurgica; in qua multùm refert, qua manu vulnerè colligenda, vel ossa restituenda, tractentur. Pindar. *Pyth.* 4. Χερὶ μαλακὰν χεῖρα περιβάλλοντα πρόμαν ἔλκει ἀμφιπολεῖν. Ab eadem arte tractum est, & Apostoli illud *ad Galat. c.* 6. *v.* 1. ubi de fratre in peccatum prolapso, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραΰτητος. est enim τὸ καταρτίζειν (quod & Beza & Strigelius annotârunt) *membrum luxatum reconcinnare,* sive, *loco suo reponere, & adaptando rursus componere.* & καταρτισμὸς, μεταγωγὴ τοῦ ὀκῶν ἐπὶ τὸ πρὸ φύσιν τόπου εἰς τὸν χεῖρ φύσιν. Galen. respexit eodem & Plutarch. in *Catone minore,* ubi Catoni Statylium juvenem nimis fervidum & præcipitem, Apollinidi Stoico ac Demetrio Peripatetico curandum tradenti hæc verba tribuit: Τιμίτερον ἔχειν οἰόμενον τὸν μαλθακὸν καὶ καταρτίσαι πρὸς τὸ συμφέρον. Siquidem, ut Gregor. in *pastore lib.* 2. *c.* 6. *Sæpenumero deteriùs frangitur, cum fractura incautè colligitur, ità gravius quis sciſſuram sentiat, si hanc immoderatiùs ligamenta constringent.* & quod Rad. Ardan. *orat. Dom. post Trin.* 6. *Mansueta correctio peccatores emendat, intemperans etiam emendandos perturbat.* Certè, quod Seneca *de clement. l.* 1. *c.* 17. *Nullum animal est morosius, nullum majori arte tractandum, quàm homo.*

Οὐδὲ μίλιστα αὐτὸ ποιῶν, ἢ ὅταν σωφρονιστικὸς] Porphyr. *de abstinent. ab animal. lib.* 3. Τὸ δὲ σωφρονιστικὸν ὅπως πρέπει τὸ δίκαιον τὸ πρὸς ἄλλα, τίς ἀγνοεῖ; τοῦτο μὲν μυρμήκων ἔχεσον, τοῦτο δὲ καὶ μελιττῶν, καὶ τῶν ὁμοίων.

Μήτε ὀνειδιστικῶς] vide *lib.* 1. § 10. De Euphrate Philosopho, Plin. min. *lib.* 1. *ep.* 10. *Insectatur vitia, non homines. nec castigat errantes, sed emendat.* Senec. *de clement. lib.* 1. *c.* 17. *Agat principes curam, non tantùm salutis, sed & honestæ cicatricis.* Et Augustin. *epist.* 159. *Sic succense iniquitati, ut consulere memineris humanitati.* vide & *lib.* 5. § 22. & *supr.* § 13.

Ἀδήκτως τῇ ψυχῇ] *atque ità nè cor mordeatur.* Xyl. *citra sermonis asperitatem.* Cas. Δάκνειν τινὰ ψυχῇ, τινὰ καρδίαν, τὸν θυμὸν. dicunt Græci, quod *mordere & pungere cor alicui,* id est, *angere, divexare, cruciare,* Latini. & δάκνεσθαι τὸν θυμὸν, ἢ τινὰ καρδίαν, *corde morderi.* i. e. *angi, cruciari.* Synes. *de regno.* Οἱ δὲ ἔτος ἀφ' ἑστίας ἔχουσιν,--ὥστε, ἃ φασιν αὐτοῖς ἀποχρῆσθαι, εἰ τις ξυγχωρήσειε μὴ πάντα ἐκ πάντων ἐπιμανθάνειν τὰ βασιλέως καὶ βασιλέα· ἀλλ' εἶπερ παρείκει,- καὶ λυπήσειν ἀνατείνονται, καὶ ἀπειλοῦσι δήξεσθαι τινὰ καρδίαν, οὐκ ἐν χερὶ μόνον; ἀλλὰ καὶ μίσου, εἰ ἀφαιρεθείησαν τὸ. Idémque *de calvitie.* μίσην αὐτῶν δάκνουσι τινὰ καρδίαν. Liban. *orat. de patr.* ὁ δεδηγμένος ἅπτεται τῆς τινὰ καρδίαν, εἰ ὁ χθὲς μαθητὴς σώφρων ἑτέρα γένηται; Aristoph. *Acharn.*

Ὅσα δὴ δέδηγμαι τινὰ ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Et in *Nubib.* ——ὅμως γ' τὸν θυμὸν δακών·

Indè θυμοδακὴς *quod cor mordeat.* Julian. *orat.* 2. Ποταπὸν γ' χρῆμα λοιδορία; ὡς θυμοδακὴς ἀληθῶς, καὶ ἀμύστιον ψυχὴν μᾶλλον, ἢ σίδηρος χρῶτα; Sed & δάκνειν & δάκνεσθαι, & *mordere,* ac *morderi,* iidem simpliciter dicunt Eurip. *Thes.*

Μή μοι νεανὶ σοφιστὴν μᾶλλον δάκοι.

Plut. *de Stoic. contradict. c.* 9. Καὶ τοι πικρῶς ἐν τῷ γένει τούτῳ καὶ Πλάτωνα καὶ τοὺ ἄλλους τοὺς Χρυσίππου δάκνουσι. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. *ep.* 12. *Valdè me momorderunt epistolæ tuæ: eædem tamen sanaverunt.* Flacc. *l.* 1. *ep.* 6.

——*Mordear opprobriis falsis?*

Terent. *eunuch.* 3. 1.

--*Par pari referto, quod eam mordeat.*

Sidon. *lib.* 3. *ep.* 8. *vel pupugisse versu gemello, vel momordisse disticho,* qui & *ibidem, piperatam facundiam,* pro *mordaci* dixit. & *lib.* 8. *ep.* 11. *epigrammata piperata.* i. e. *mordacia,* ut exponit ipse; quæ *melleis* opponit: Hieronymum imitatus, qui in *epist. ad* Eustoch. *ut te aliquid & piperis mordeat,* sed & *acetum mordax,* eàdem mente Pers. *sat.* 1. Indè δάκτης λόγου, *mordax oratio.* Plutarch. *de amic. & adul.* λόγῳ δάκτῃ καὶ παῤῥησίᾳ κνησμονῆς ἐμπεφθέντος. Idem δῆγμα, δασμὸς, δῆξις. Idem *sympos. lib.* 2. *c.* 1. Δῆγμά τι περὶ αὐτῷ

τῷ σώμματι. & mox: τὰ σώμματα μᾶλλον δάκνει, καθάπερ τὰ παρηγορωμένα ἕλκη, πλείονα χρόνον ἐμμένοντα, καὶ λυπεῖ τοὺς σκοπτένοντας. ità enim rescribendum pro eo quod μέλη sensu nullo codices exhibent. Idem *de amic. & adul.* ἐλέγχω καὶ λόγω δηλοῦν ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν. & *in Lycurg.* αἱ δ' παιδιῶν καὶ σκωμμάτων δήξεις, ὥσὲν ἐμβλύτεραι οὖσ' καὶ ἀπαθεῖς γιγνόμενον. Alia, nec pauca suppeditabit Hadr. Junius *cent. 2. adag.* 58. Indè ἀδηκτος, *morsu immunis*; qui oratione, sive sermone ejusmodi mordaci perstrictus non est. Eunap. *in Liban.* ἀδεὴς καὶ συλλεγέντων Λιβανίῳ, καὶ συνουσίας ἀξιοθέντων ἀπόλαυσιν ἄδηκτος. *nemo omnium, qui Libaniâ allecti & in familiaritatem accepti fuerunt, abiit à morsu immunis.* ità legunt vertuntque, cùm Hadr. Junius, tum & Fed. Morellius: sed vera lectio, ἄδηλος, non ἄδηκτος, sequentia firmant. ἀλλὰ τότε ἦθος εὐθὺς ὁποῖός τις ἦν ἔγνωσο &c. *sed statim, quâ esset indole, dignoscebatur.* Verùm indè ἀδήκτως apud Plut. in *Pomp.* ubi Flora narrâsse dicitur, ὡς οὐκ ἂν ἐθέλοι τὸν σωματοφυλακοῦντα ἀδήκτως ἀπελθεῖν, *nunquam quivisse se à Pompeji consuetudine sine morsu aliquo discedere*; h. e. ut non aculeum quasi aliquem in animo residuum persentisceret. quo modo Periclis dictio ità audientium animos affecisse perhibetur ὡς τὸ κέντρον ἐγκαταλιπεῖν, ut Eupolis *Tribubus*. Cæterùm hoc loco ego, quid ἀδήκτως τῇ ψυχῇ velit, non satis assequor: malim ἀδήκτῳ τῇ ψυχῇ, nec de reprehensi, sed de reprehendentis animo accepe-rim, nè ità vel redarguat, vel admoneat, ut animi injuriæ illatæ apprehensione attacti & exulcerati indicium præ se ferat. hoc est enim quod postea de *successente* dicit, τέτρωται, *vulneratus est, vulnus accepit*. Quanquam potest & ἀδήκτῳ τῇ ψυχῇ exponi, *animo non mordaci*. quomodo Dioscoridi *l. 1. c. 28.* ἔλαιον ἄδηκτον dicitur, i.e. *quod non mordeat*, ut Plin. *l. 23. c. 4.* & Plutarch. *de adulat.* πρὸ δ' συνεχῶς ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τῷ πρὸς χάριν ἄκρατον ἀεὶ καὶ ἄδηκτον ὁμιλίαν ἀναγκοῦν. ἄδηκτον ὁμιλίαν dicit, quæ nihil mordax habeat. verùm prius illud arridet magis.

Μηδὲ ὡς ἐν σχολῇ] *neve otio abuti videaris*. Xyl. forsan, quia priùs ἐνσχολῶν dixerat. Ego simpliciter malim, tanquam in schola, hoc est, vel ὡς παιδαγωγός τις, *pædagogi cujusdam instar*, qui imperiosè cùm agat, molestus esse solet, & gravis habetur. *l. 5. § 9.* & *l. 10. § 35.* unde παρρησία παιδαγωγικὴ *supra § 6.* vel etiam *tanquam in schola*, ubi ingenii exercendi ostentandique causâ fieri assolent oratiunculæ. hoc est enim quod sequitur, μηδὲ ἵνας ἄλλῳ παρασῇς θαυμάσῃ. & *supr. § 13.* ὡς ἐπιδεικνύμενος. vide *ad l. 1. § 16.* σχολαστικός. *quasi exercitationis causâ*: Cas. Ambros. *offic. lib. 3. c. 6. objurget, non jactantiæ studio, sed affectu charitatis.* quod Marcus hic φιλοσόφως. Talia autem, qualia Marcus hic notat, Senecæ scripta Cajus Cæsar esse volebat. cùm *commissiones meras* esse diceret, ferente Suetonio, *l. 4. c. 53.* i. e. λόγους ἐπὶ τὰς ἐπιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγραμμένους, ut ex Isocrate *in eum locum* clariss. Casaub. vel etiam αὐτολεξεί, ἀγωνίσματα. utì idem ex Thucyd. *l. 1.* & Aristot. *Poet. c. 9.* sed & Polybio; cujus aureum dictum dignissimúmq; quod ubique, non ibi tantùm, legatur (ejusdem habes τῶν μακαρίτου elogium) illud *l. 3.* è codicibus Polybianis à vitio typothetarum incuriâ contracto sic repurgatum. Ἰσχύος γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ δεῖ τί, καὶ πῶς, καὶ πίνειν χάριν ἐπενέγκῃ, καὶ τὸ πρέπον πότερα ὕλογον ἔχει τὸ τέλος, τὸ καταλοιπόμενον αὐτῆς, ἀγώνισμα μόνον, μάθημα ἢ γίνεται. Quod Plinius *l. 7. epist. 17. Historia non ostentationi, sed fidei veritatique componitur.* Nec multò secius Fabius, *l. 10. c. 1.* in viri clarissimi commentariis fœdè depravatus: *Totum opus historiæ, non ad intuitum rei pugnámque præsentem, sed ad memoriam posteritatis & ingenii famam componitur.*

Ἀλλ' ἤτοι πρὸς μόνον] quod Christus Matth. *c. 18. v. 15.* ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. Socrates in mensa cùm familiarem quendam vehementiùs paulò increpuisset, Plato, οὐκ ἄμεινον ἦν ἰδίᾳ ταῦτα λελέχθαι; *Amnon*, inquit, *hæc privatim dicta, præstiterat?* cui ille vicissim, Σὺ δ' οὐκ ἄμεινον ἂν ἐποίησας, ἰδίᾳ πρὸς ἐμὲ ταῦτα εἰπών; *Amnon & à te mihi privatim hoc dictum præstiterat?* deesse autem videtur disjunctionis membrum alterum, si recepta lectio admittatur, *vel solùm conveniat, vel ut solus advertat*, (aut ejusmodi quippiam) etiamsi plures adstiterint. *sed ut cum solo ità loqui debes.* Xyl. acsi esset, ἀλλ' ὡς πρὸς μόνον, sive, ἀλλ' ὅπως ὡς πρὸς μόνον. disjunctivæ certè rationem nullam habuit: sed nec Cas. qui vertit, *sed ità semper ut solus consciat.* ἀλλ' ἀεί τι quod mihi valde comprobatur. Optimè Plut. *de amic. & adul.* Δεῖ γὰρ, ὡς ποιηταὶ οὐκ ἐνυπνίῳ, τῆς ἁμαρτίας πάθος ἐνδείκνυσθαι καὶ ἀποκάλυψιν ἀπόρρητον εἶναι, καὶ μὴ παντελῶς, μηδ' ὁπωσοῦν, μηδὲ μάστιγος καὶ θεραπείας σωφρονικῆς ἀμοιρεῖν. ἀλλὰ σοφιστικὸν, ἀλλοτρίοις ἐνδυομένην σφάλμασι, καλλωπιζόμενον πρὸς πάντας, ὥσπερ οἱ χειρουργοῦντες ἐν τοῖς θεάτροις ἰατροὶ πρὸς ἐμπλαστρίαν.

Ὡς παρὰ τὴν Μουσῶν] quia pro numero Musarum, monita *novem*. vide Plut. *sympos. l. 9. c. 14.* de numero Musarum,

Ἄξιον ποτὲ ἀνθρωπον εἶναι] *humanitatem colamus, dum inter homines sumus.* Senec. *de ira l. 3. c. 43.* vide *l. 7. § 22.* & *l. 10. § 8.*

Τὸ κολακεύειν] quod *l. 4. § 31.* μήτε πένεσθαι, μήτε δηλον. De Antonio Niceph. Callist. *l. 8. c. 40.* Πᾶσι δ' ἦν κεχαρισμένον ἑαυτὸν παρέχων, ἐπιμέλειαν μήτ' ἀγρυπνίᾳ καὶ πόνοις ἐθέλοντι δοκεῖν, μήτε πρὸς πόνον ἐξάγοντι τῷ διὰ πάντων τιμᾶσθαι, καὶ

ὡς

οἷς ἂν καλῶσι παῖδας. Isidor. Pel. *l.* 3. *epist.* 121. Ὥσπερ ὀξὺ μὲν τὸ βαρὺ κομιδῇ φθόγγος ῥᾴθυμον, τῷ δὲ μέσῳ τυχὸν, μουσικῆς ὄζιν ἕξως· ὕτω καὶ περὶ τὸ παῤῥησιάσασθαι, καὶ μὴ, λογισθέν· οἱ μὲν γὰρ ἀτρέλησαν, ἵνα τῇ ὑβρίσματι γίνωνται μόνον· οἱ δὲ τῇ κολακείαν, καὶ τὰ μὴ προσόντα ἰσχάμια ὑφελίων· οἱ δὲ μέσῳ ἀεὶσῳ χρώμενοι, ὕτε ὑβρίζουσιν, ὕτε θωπεύουσιν, ἵνα παρέσωντες τῇ παῤῥησίᾳ τὸ αἰδὼ καὶ τῇ ὀλιγωρίᾳ τὸ προσήνεσαν, ὕτως ὅτι τὸ ἰατρεῖον τοῦ ἑαυτοῦ ἀγωνῶντας ὑρχοντας.

Τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον, ὥσπερ ἀνθρωπικώτερον, ὕτω καὶ ἀρρενικώτερον] Naso, *art. l.* 3.

Candida pax homines, trux decet ira feras.

& *trist. l.* 3. *eleg.* 5.

Quòd quisque est major, magis est placabilis ira;
Et faciles motus mens generosa capit.

Ὥσπερ τὸ λύπη ἀδυνῆς, ὕτω καὶ ὀργὴ] *Iram dolorémque* copulat. ἡ γὰρ ὀργὴ μᾶ λύπης· καὶ ὁ ὀργιζόμενος πᾶς λυπᾶται. Aristot. *rhet. l.* 2. *c.* 4. Utrumque facit imbecillitatis indicium. Ità & Senec. *de ira l.* 1. *c.* 16. *Tantùm abest à magnitudine animi ira, quantum à fortitudine audacia, à fiducia insolentia, ab austeritate tristitia, à severitate crudelitas. Mihi videtur veternosi & infelicis animi imbecillitatis sibi conscii, sæpe indolescere. Ut exulcerata & ægra corpora ad ictus levissimos gemunt; ità muliebre maximè & puerile vitium est: at incidit & in viros; Nam viris quoque puerilia ac muliebria ingenia sunt.* Et, *de vit. beat. c.* 3. *omnis ex infirmitate feritas est.* Menander apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 20.

Τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρὸν,
Δῆγμ' ὄζιν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.
Iracundi prompta amarulentáque indoles
Indicium infirmi pectoris cunctis facit.

Musonius apud Stob. Μικροψυχεῖν γὰρ τὸ ἀγανακτεῖν καὶ ὀλιγανδρεῖν ἐπὶ τοιούτοις. Juvenal. *sat.* 13. —— *minuti*

Semper & infirmi est animi exiguique voluptas,
Ultio. Continuò sic collige, quòd vindictâ
Nemo magis gaudet quàm fœmina. ——

Ammianus *hist. l.* 27. *c.* 6. *Iram definiunt esse ulcus animi, nasci ex mentis mollitie consuetum; id asserente argumento probabili, quòd iracundiores sunt ineolumibus languidi, & fœminæ maribus, & juvenibus senes, & fœlicibus ærumnosi.* Aristot. *rhetor. l.* 2. *c.* 2. Κάμνοντες, πεινῶντες, ἐρῶντες, διψῶντες, ὅλως ἐπιθυμοῦντες, καὶ μὴ κατορθοῦντες, ὀργίλοι εἰσὶ καὶ εὐπαρόρμητοι. Plut. *de irac. cohib.* Ὡς γὰρ οἴδημα μεγάλης ὄζιν ἐν σαρκὶ πληγῆς πάθος, ὕτως ἐν ταῖς μαλακωτάταις ψυχαῖς ἡ πρὸς τὸ * λυπῆσαι * [λυπῆσαι] ἐνδοσις ἐπιφέρει μείζονα θυμὸν ἀπὸ μείζονος ἀδυνείας. διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτεραι, καὶ νοσοῦντες ὑγιαινόντων, καὶ γέροντες ἀκμαζόντων, καὶ κακῶς πράττοντες εὐτυχούντων. ὕπου ἐν τῷ λυπεῖσθαι μᾶλλον ἡ ψυχὴ καὶ πάσχοντος εὐπαθέστατα μᾶλλον δὲ ἀδύνεια ἐνθυμεῖται, ἐκεῖ ταχέως, ὡς πού φησι ἡ ψυχὴ ἐοικώς, ἀνοιὰ ὀλιγωρίαι καὶ ἀσυμφορίαις· ἐν ᾗ ἀμυντικῆς ὁρμαῖς σφοδρότερον ἐξαναμένης· quod autem dicit ὡς πού φησι, Platonem tangit, qui sicut Plutarch. idem, *de virt. mor.* refert, ἑδρᾶς ἡ ψυχῆς ἡ θυμὸν ἀρχεσθαι.

Ἀδυνῆς] τὸ γὰρ ἀδυνεῖς ἐυπαθέστερον. Theophr. *de causs. plant. l.* 4. *c.* 6. non ἀπαθέστερον, ut codices vulgati, etiam Heinsii editio, exhibent. Sic enim ipse lib. eodem *c.* 13. τὸ γὰρ ἀδυνέστερον θιλον [ὡς] εὐπαθέστερον. Et rursus *c.* 14. τὸ ἀδυνὲς παθητικώτερον.

Ἀμφότερον γὰρ τέτρωται καὶ ὑπελάβησαν] *Uterque vulnus accepit & herbam porrexit.* Xyl. optimè. Sive, *manus dedit, & victus est uterque,* & qui irascitur, & qui dolet. Dio Prus. *orat.* 16. Ἀλλὰ διανοίας ἰσχυρᾶς ὅτι χρεία, μᾶλλον μὲν ἀτρώτου καὶ πρὸς μηδὲν εἰκούσης· οἱ δὲ, μήτε ῥᾳδίως, μηδὲ ταχὺ τῆς τυχούσης πτοουμένης. Ubi in membro posteriori, defectus subesse videtur; supplendus hoc modo; οἱ δὲ [μὴ,] μήτε ῥ' &c. negativa iterata librarium vel oscitantem, vel festinantem fefellit. Liban. *in vita sua:* ἐπεὶν δ' ἦλθ' αὐτοῦ δεῦρο τετρωμένη τὴν στεμμάτων. ὕτως ἐκ ἐτετρώμην.

Παρὰ τοῦ μουσηγέτου] *à duce sive præside Musarum.* Quia *decimum* addiderat. At quis iste Marco *Musarum ductor?* M. Casaub. *Herculem* vult. Herculem certè Eumenius in *oratione de scholis instaurandis, Musageten, hoc est, comitem ducémque Musarum esse, accepisse* ait *Fulvium illum Nobiliorem; qui ædem Herculis Musarum in circo Flaminio ex pecunia Censoria fecit, cùm in Græcia esset imperator.* Quin & Sueton. *l.* 2. *c.* 29. *Ædis Herculis Musarum à Marcio Philippo* sub *Augusto extructæ* meminit. Nam quod *Herculis & Musarum,* legebatur, Is. Casaubonus, codicum veterum fidem secutus, copulativam sustulit: quanquam Plut. in *quæst. Rom.* communem fuisse aram quandam *Herculis ac Musarum* apud Romanos, est autor; institutæ caussam, ex Jubæ traditione, fuisse, quòd Evandrum literas Hercules docuisset. Cæterùm Eumenius idem, *Herculem Musarum tutorem potiùs & defensorem,* quàm *ductorem & præcentorem* habitum innuit, cùm subjicit, *Camænarum signa novem sub tutela numinis fortissimi ab eodem Fulvio consecrata, quò mutuis operis præmiisque juvari ornarique significaret, Musarum quietem defensione Herculis, & virtutem Herculis voce Musarum.* De hoc *Herculis Musarum,* an *Herculis Musarúmque* templo, Naso *artis l.* 3.

Nec rubor est emisse palam: venire videmus
Herculis ante oculos virgineúmque chorum.

& *Fastor. l.* 6. *extremo.*

Dicite Pierides, quis vos addixerit isti,
Cui dedit invictas victa noverca manus.
Sic ego, sic Clio: clari monumenta Philippi
Aspicis, unde trahit Marcia casta genus, &c.

Sic cecinit Clio. doctæ assensêre sorores,
Annuit Alcides, increpuitque lyram.

Verùm apud Græcos Apollinis potiùs, *Musagetæ* titulus iste; hoc munus est, *Musarum chorum ducere eisdemque præcinere.* quod & ex Lutatii *histor. commun. l.* 1. Probus Grammat. asserit. Synes. *Dione*, de philosopho, Περσεῖναι δὲ δεῖ τὸ ἢ ἔχειν αὐτὸν ἴσον ἕρμιν ἐφικείμενον τῷ χορῷ, ὥσπερ τὸν Ἀπόλλω λόγῳ ἔχει, νῦν μὲν ταῖς Μούσαις συμᾴδειν αὐτὸν ἐξάρχοντα, ἢ ἐνηδόντα ῥυθμὸν τῆς συστάσεως, νῦν δὲ αὐτὸν χορὸν μόνας ἄγειν. Cornurus an Phurnutus, *de deis*, c. 32. Ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς ἡ μουσηγέτης ἐκλήθη, ἢ παίζειν μὲν τοὺς Μούσας ἐνεμίδη.

Ἐκ δὲ Μουσῶν ἢ ἐκηβόλος Ἀπόλλων,
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν, ὅτ' ἂν βροτοὶ βασιλῆες.

φησὶν ὁ Ἡσίοδος. διὰ τοῦτο ἢ ἱερὸς αὐτῷ ὁ κύκνος, τῆς μουσικώτατον ἢ λευκότατον ἅμα ἔχει τῆς ὀρνέων. Pausan. *Eliac. l.* 1. in Junonis templo, quod est Elide, Πεποίηται Μοῦσαι μὲν ᾄδουσαι, ἢ Ἀπόλλων ἐξάρχων τῆς ᾠδῆς. Idémque; in *Attic.* diserte, Ἀπόλλωνα μουσηγέτην καλοῦσι. *Musarum ducem sive præsidem vocant Apollinem.* Cujus appellationis Apollini tributæ meminit & Plato, *de leg. l.* 2. Plutarch. *Symposi. l.* 9. *c.* 14. & *cur Pyth. metrò oracula edere desierit.* & Aristides, *orat. Platonic.* 1. sed & Orpheus *hymno in Apollinem*, Julianus item, *orat. in Solem.* Apollinem cùm μουσηγέτην, tum & μουσῶν ἡγεμόνα non semel nuncupat: Maximus Tyrius *orat.* 21. Τῷ ἀληθῆ ἁρμονίαν, ᾗ ἐστὶ μὲν ὁ Μουσῶν χορὸς, ὑξάρχει ἢ αὐτῆς ὁ Ἀπόλλων ὁ μουσηγέτης. Liban. deniq; *orat.* 2. Μὴ περὶ τῶν μουσηγέτην τὸν πάλαι ἐροφῶντα, &c. Cæterùm Herculem, an Apollinem voluerit Marcus, parùm refert. Clemens verò noster *strom. l.* 6. etiam Domino Deo nostro appellationem hanc tribuit. Sed & Philostratus Antonino illi, cui *vit. sophistarum* inscripsit; & Galliarum Regi Francisco Magno. Cl. Casaubonus in *notis ad Marci nostri vitam.*

Τὸ μὴ ἀξιοῦν ἁμαρτάνειν τοὺς φαύλους, μανικὸν] transponendæ sunt voces priores. Τὸ ἀξιοῦν μὴ ἁμαρτ. sensus exigit. idem prorsùs habet *lib.* 5. § 17.

Τυραννικὸν] ità *l.* 6. § 27. ὠμόν πως. Verùm istic tyrannicum potiùs, quia velle se solum lege communi exemptum, *tyrannidem* sapit.

§ 19. Ἀπαλεῖφειν] vide *supra* § 16.

Τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτῆς λέγειν ἐν τοῖς ἀπομνήμασι] Ex Marci mente, non à se loquitur, qui non ab animo, non à mente sua. Ὅταν κατακείνηται, ἢ ὀπτάζωσ ἢ ἀναλίσκωσι τὸ ποιῆ ἢ λίγη πως. *l.* 2. § 16. quæ huic loco commentarii vicem præbent. Nam aliud est ἀφ' ἑαυτῆς λέγειν. *Joan. c.* 18. *v.* 34.

Καὶ δὲ σαυτῷ ὀνειδῆς] *tibi ipsi exprobra.* Xyl. *tibi ipsi exprobrabis.* Casaub. τῷ καὶ δὲ neuter rationem ullam habuit. Ego malim σωνειδήσεις, *secundum quod*, vel *in quo, conscius tibi futurus es.*

Ὑποκαλακινομένῃ τῇ διανοίᾳ] Vide *l.* 7. § 55.

§ 20. Πειθόμενα τῇ τῶν ὅλων διακοσμήσει] Plut. *Sympos. l.* 1. *c.* 2. Καὶ ὁ Θεὸν ὁρᾷς, ὃν ἀεισβίεγαν ἡμῖν ὁ Πίνδαρος ὑφορᾶσθαι, ὑ πυτάχῃ τὸ πῦρ ἄνω τάττοντα, ἢ κάτω πῶ γῆ, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ χρῆσαι τῶν σωμάτων ἀποτῶσι,

Τῶτο μὲν ἐν κόγχαις θαλασσονόμοις βαπτώσης,
Καὶ μὲν κυρύκων τε λιθορρίνων χελύνητε, φησὶν
Ἐμπεδοκλῆς.

Ἔνθ' ὀφθαλμοὶ χθόνα χεῶτὸς ὑφάπτα ναιετάουσι, ἢχ ἦν ἡ φύσις ὕδωρ χώρην, ἀλλ' ἦν ἡ ὑφὴς τὸ κοινὸν ἔργον ποιεῖ Συντάξεις. Idémque paulò secius, *de facie Lunæ.* Οὐ διὰ τοιαύτην ἄλλ μέρος αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τάξιν ἢ θέσιν ἢ κίνησιν ἰδίαν ἔχειν, ἣν ἄντικα ἀπλῶς ἢ φύσιν ὑφηγήσατο· ἀφ' ὅταν ἕκαστον ἕ χάειν ἤρξατο, ἢ ὑφὸς ὃ πέφυκεν, ἢ πεπείσται, τότε ἀκεῖ πῶ ἢ φύσιν χώραν ἔχειν ἢ κίνησιν ἢ διάθεσιν. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, ὡς ἔοικε τῶν ἄλλων ἕτερον, ἢ φύσιν γεγονὼς, ἄνω μὲν ἔχει τὰ ἐμφερῆ ἢ γαῶδη μᾶλλον ὑπὸ τῶ κεφαλῶ· ἐν ᾧ τοῖς μίσοις τὰ θερμὰ ἢ πυρώδη· ἔδη τῆς πυρὸς τὸ μὲν ἄνω τὰ ὀμμάτα ἀποσίλλον ἢ φύσιν ὄζι, τὸ δ' ἐν κοιλίᾳ ἢ κερδίᾳ παρὰ φύσιν· ἀφ' ἕκαστον οἰκείως ἢ χρήσιμος τέτακται.

Καὶ μὲν κηρύκων τε λιθορρίνων χελύων τε, ἢ πάντες ὀστρέα φύσιν, ὡς φησιν, ὁ Ἐμπεδοκλῆς κατὰ μαθήσιν.

Ἔνθ' ὀφθαλμοὶ χθονὸς ὑφάπτατα ναιετάουσι. ἢ ἐ πέζα τὸ λιθῶδες πῶ ἔξιν (πῶ ὑγιοῦς, f. *humidum*, Xyl.) ὀπτικὸν ὑφον, ἐδέξα πάλιν τὸ θερμὸν ὑπὸ κεφαλῆ εἰς πῶ ἄνω χώραν ἀποπέμψον οἴκεται. μέμικται δέ πως ἐκ ὑγιοῦς, ἢ ὑποτέτακται ἢ πῶ ἐκάτω φύσιν. ὅτως ἔν οἰκὸς ἔχειν ἢ τὸ κόσμον, εἰγε δὴ ζῷόν ὄζι πολλαχῆ γῆν ἔχοντα, πολλαχῆ ἢ πῦρ ἢ ὕδωρ ἢ πνεῦμα, ὑπ' ἐξ ἀνάγκης κατατιθλιμμένον, ἀφὰ λόγῳ διακοσμημένον. & *ibid.* Ὅρα ἢ σκόπει, ὦ διαμένιε, μὴ μεδιτᾶς ἢ ἀπάγων ἕκαστον ὅπα πέφυκεν ἔχ), διάλυσίν πνα κόσμε ἀπάγῃς. Mox; post ea quæ superiùs posita sunt, de partibus corporis, oculo præsertim & corde: ὑδὲ γὰ ὀφθάλμὸς ἐντεῦθα τῆ σώματος ὄζιν ὑπὸ κεφαλῆ ἐκπεφυὼς, ὑδὲ ἡ καρδία τῆ βάρη ὀλιθῦσα πέπωκεν εἰς τὸ κῆθος, ἀφ' ὅπ βέλπιον ἦν ὕτως ἐκάτερον τετάχεται· μὴ τοίνυν νομίζωμεν, μήτε γῆν ἐντεῦθα κεῖσθαι ξυμπεσοῦσαν διὰ βάρος, μήτε τ ἥλιον εἰς τὸν ἄνω χῶρον, ἀπῶ δίκης, ὑπὸ κεφαλῆ ἐκτεθλίφθαι, μήτε τὰ ἄλλα αἰσίως, ὅσαπερ ἐν ζυγοσταθμῷ διαφορᾷ ῥιφαντας, ἐν οἷς εἶσι χρονίσαι τόποις, ἀφὰ τῷ κρίνοντι λόγῳ κατάντη. Vise sis quæ sequuntur. Denique de anima ipsa idem *ibidem*: Αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ ὁ πρὸς φύσιν τῆ σώμα

μαι σωτῆρα τε, βεβαίαν τε χεῖρα, καὶ ψυχῇ πυρώδη, καὶ ἀόρατον αἰθέριόν τε ;

Παρακελεύεται ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν σκευήν, ὅλη γὰρ ἴσως ἡ σύνταξις τοῦ ζώου ἐκ πίστεων συνέστηκεν, ἃ διαφέρει τοῖς εἰκαίοις τόποις. ὅθεν γὰρ τὴν μερῶν ἔχει τινὰ αὐτῶν χώραν. Aristot. *de calo l.2. c.6.*

Τὸ εὐδόσιμον τῆς διαλύσεως σημήνῃ] Εὐδόσιμον, vel à re *muſica*, vel à re *nautica*, vel à re *militari* etiam forſan tranſlatum videri queat: In re muſica uſurpatur pro *modulationis exordio*, quo præcentor ſive chori præfectus cantandi reliquis auſpicium facit. Heſych. Εὐδόσιμον, τὸ ἀρχὴν τῆς ᾠδῆς κινοῦσιμα. Et apud Suidam neſcio quis ; Ὁ δὲ Ἅμμὼς, οἷον εὐδόσιμον εἶ τῆς ᾠδῆς. Eò alluſit Ariſtot. *polit. l.8. c.5.* Περὶ δὲ μουσικῆς ἔνια, — ἵνα ὥσπερ εὐδόσιμον ᾖ πρὸς λόγους, ὃς ἂν τις εἰσποιῇ ἀποφαινόμενος περὶ αὐτῆς. Ejuſdem nomine, *de mundo c. 6.* Μία μὲν ἐκ πάντων ἁρμονία συμφώνων καὶ χορδίων τὸν ὅλον ἐστὶ κόσμον, ἓξ ἑνὸς τοῦ γίνεται καὶ εἰς ἓν ἀπολήγει· καθάπερ ἡ ἐν χορῷ κορυφαία κατάρξασα, σωτηρίαν πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν, ἐὰν ὅτε καὶ γυναικῶν, ἐν διαφόροις φωναῖς, ὀξυτέραις καὶ βαρυτέραις, μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ κεκραμένων. ὅπως ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦ Κόσμου διάπασα· διὰ τί γὰρ τὸ ἄνωθεν εὐδόσιμον ὑπὸ τῶν φερομένων ἐν κορυφαίοις ἐκφωνούμενον, κινεῖ μὲν τὰ ἄστρα ἀεὶ, καὶ ὁ σύμπας οὐρανὸς. &c. hoc eſt, ut Plato *Euthyd.* Ὥσπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ἀποσημήναντος. Julian. item Imp. *ad Iamblich. ep.* 42. Ἐπεὶ δ' αὐτὸς ὑμῖν τοῦ μέλους τὸ εὐδόσιμον ἐμηχάνω, καὶ οἷς Ἑρμῆ ῥᾴδιόν κινῆσαι καὶ διεγεῖραι καθάπερ ὑπνοῦντας, φέρε σοι, καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν ὄνον κρούσαι πρὸς τὴν χορείαν ἄγοντι φέροντες, ὅπως καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῷ σῷ πλήκτρῳ τὸ εἰκὸς ἀντηχήσητε, ὥσπερ οἱ τῷ χορεύτῃ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ ξυνομῳδοῦντες. Et Liban. *orat. 3. in Conſtantium & Conſtantem* : Ὅτι νῦν τὰ σωφρονίσια ἡ εἰκυμόνη γῆ, καθάπερ ἐν χορῷ, μίαν ἁρμονίαν ἐκπεπώμωκε, ξυνῳδή, δύο κορυφαίων εὐδοκίμων τὸ μέλος. *In re nautica*, pro *Celeuſmate*, ſive *carmine*, incondito plerumq; ſatis illo, quo *celeuſta*, i. e. *hortator*, ſive *portiſculus*, remigibus præit, eoſdémq; ad opus ſuum exequendum inſtigat. Philoſtrat. min. *imag. l. 1.* in *Argo.* Ὁ δὲ ἐν τῷ εὐδόσιμον τοῖς ἐρέταις ᾄδει. Autor innominatus à Suida laudatus : Οἱ δὲ κελευσταὶ τοῖς ἐρέταις τὸ εὐδόσιμον ἐνύσσουσι· οἱ δὲ ἐπὶ τῇ εὐδόσει ἀθρόοι τῷ βοᾷν ἐπελάλαξαν." In re *militari*, etiam ſi nondum occurrat exemplum uſurpationis iſtius, poteſt idem tamen eodem ſenſu uſurpari, quo ἀνακλητικὸν Suidæ exponitur. τὸ εἰς ἔφοδον ſcil. ut Pollux, *l. 1. c. 10. § 19. claſſicum* illud, quo prælii ineundi ſignum datur. (ſiquidem & τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ Julianus illud ἀναφορίζει) quâ etiam ſtatim poſt ſuperiorem illam uſus eſt imagine, autor ille *de mundo*. Ὅταν γὰρ ὁ πάντων ἡγεμὼν τι καὶ ἡνίοχος, καὶ ἀέναος ὢν ἄλλως πως λογισμῷ, σημήνῃ πᾶσι φύσει μεταξὺ ἀέρος τε καὶ γῆς φερομένῃ, κινεῖ πᾶσα ἐνδεχῶς ἐν κύκλοις καὶ πέρασιν ἰδίοις· ἔοικε δὲ κωμῳδῷ τὸ δρώμενον, τῆς ἐν πολέμῳ κωφοῖς μάλιστα γινομένοις, ἐκπεδίον ἡ σάλπιγξ σημήνῃ τῷ φραπεδῷ· τότε γὰρ ὁ φωνῆς ἔκφυτος ἀκέφας, ὁ μὲν ἀσπίδα ἀναιρεῖ, ὁ δὲ δόρατα ἐνδύεται, ὁ δὲ κνημίδας, ἢ κράνος, ἢ ζώσεται σπάθην· καὶ ὁ μὲν ἵππον χαλινοῖ, ὁ δὲ συνωρίδα ἀναβαίνει· πάντα δὲ ὑφ' ἕνα σημάντορα κινεῖται πρὸς εὐεξίαν τοῦ τὸ κρῆττον ἔχοντος ἡγεμόνος. ὑπὸ χεῖρα καὶ τοῦ Κόσμου φέρεσθαι. ὡσαύτως δὲ μιᾶς ῥοπῆς ὁρμωμένων ἁπάντων, γίνεται τὰ εἰκότα. ad quod vocabuli ſignificatum alluſit forſitan Lucian. in *Lapithis*, cùm ait Cleodemo, qui Stoicos inſectari avebat, εὐδόσιμον præbuiſſe Heræmoclis epiſtolam, quæ pugnis turbiſque mox conſecutis claſſicum quoddam præcinebat. Poteſt & Marco videri (quia διαλύσεως, i.e. *diſſolutionis* ſignum dicitur) eſſe τὸ εὐδόσιμον hoc loco quod τὸ ἀνακλητικὸν (prout & conſtanter id uſurpatur) eidem *l. 3. § 5.* idem enim planè utrobique argumentûm agitur ; atq; ità cùm Xyl. tum & Caſaubonus acceperunt. Marci autem mentem eximiè illuſtrant, quæ ex autore illo *de mundo* adduximus : ex quo & iſta, cùm eódem faciant cum primis, ſubjunxiſſe non pigebit ; Καθόλου δέ, ὥσπερ ἐν νηῒ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών· οὕτω δὴ καὶ ἐν κόσμῳ. πάλιν καθόλου, τῆς μὲν καμπτηρὸν τὸ ἄρχον, πολυκίνητόν τι καὶ πολυμέριμνον· τοῦ δὲ ἄλυπον, ἀπόνου τε, πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς ἀδυνατίας. ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυμένος, πάντα κινεῖ, καὶ θεούς ὅπως βούλεται καὶ ὅπως. — ἡγεμὼν δὲ ἀκινήτου ἄντος καὶ ἐμμελὴς ὁ Κόσμος διοικονομεῖ διάκοσμος θεοῦ καὶ γῆς.

Οὐ δεινὸν τὸ νοσεῖν ἀπαιδεῖς εἶ] de querimonia iſta, vide *ad l. 9. § 9.*

Οὐδὲν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάττει] Nihil à Deo creaturæ rationali violentum injungitur, nihil quod naturæ ipſius adverſum, nihil quod non eidem conſentaneum planè ſit: annon hoc eſt quod dominus Chriſtus, Mat. *c. 11. v. 30.* Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι ;

Ἀλλὰ μόνα, καὶ φύσιν ἔχειν αὐτῷ] leg. vel ἀλλ' ἃ μόνα κ. φ. vel, ἀλλὰ μόνα ἃ κ. φ. vide Fabium ex *inſtit. l. 12. c. 11. ad l. 12. § 32.*

Οὐ μέντοι ἀντέχεται, ἀλλὰ πῶς ἐναντίαν φέρεσθαι] *tamen ea non ſuſtinet, ſed in contrarium fertur.* Xyl. rectè. Et hoc eſt, quod Apoſt. *ad Tim. ep. 2. c. 2. v. 25.* ἀνθιστάμενοι, ſive ἐναντιοῦσθαι. quem vide & *ad Rom. c. 8. v. 7.* nam quòd interpres Angl. τὸ ἀντέχεσθαι hic *ſurſum ferri* reddidit, cùm ab uſu vocabuli, tum & ab autoris mente aberravit, & difficultatibus ſe ſupervacaneis implicuit.

Ἀφισαμένη τῆς φύσεως] ista enim omnia sunt humanitati, adeoque humanæ ipsi naturæ repugnantia.

Καταλείπῃ καὶ τότε πρὸς ἑαυτὴν χάσκειν] itaq; λειποτάκτης γίνεται. ut *supr.* § 9. certè enim *statio-nem suam* deserit, cum spiritibus illis desertoribus, Judæ, *v.* 6. qui non per omnia divinæ sponte se subjicit voluntati. vide *lib.* 10 § 25.

Πρὸς ἰσοτιμίαν γὰρ καὶ δικαιοσύνην κατασκευάσας] non ad *justitiam* magis, inquit, quàm ad *pietatem* conditus est homo; imò ad istam etiam multò magis. vide Paulum apud Luc. in *Act. c.* 17. *v.* 26, 27.

Τῆς εὐκοινωνησίας] εὐκοινωνησία (sicut *lib.* 1. § 16. κοινογνησιῶν) vocabulum, quod haud temerè alibi reperias, affectionem illam designans propriè, quâ quis est εὐκοινώνητος, ut Aristot. *ethic. lib.* 4. *c.* 1. sive εὐκατάδεκτος καὶ κοινωνικὸς, ut Paul. *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 58. *Communicare ac largire sua proclivis.* Verùm Marco istic passivitatis significatum magis obtinet, affectúmq; eum denotat, quo *promptus quis est ad communem fatorum legem subeundam*, eaq; omnia æquo animo perpetienda, quæ ad universi rationes conducere videantur. vide *supr.* § 13.

Πρεσβυτέρα τῆς δικαιοσυνησάσης] *antiquior*, inquit, *justitiâ* ipsâ est *pietas* & θεοσέβεια. vide *l.* 6. § 30. quomodo ergò antiquissima omnium justitia, ex qua reliquæ virtutes universæ procedunt? *supr.* § 10. Verùm ibi justitiam latiori sensu accepit, prout eam virtutem designat, quâ suum cuique, sive Deo, sive homini, tribuitur; istîc strictiore, quâ homini quod est suum elargitur, & pietati, quæ erga Deum est, ἀντιδιαιρῶν. utriusq; vocabuli hujus usûs & significatûs creberrima in sacris etiam codicibus occurrunt exempla. Vide *ad lib.* 12. § 1.

§ 21. Ὧι μὴ ὄφις, καὶ ὁ αὐτὸς ὢν ἀεὶ τῷ βίῳ σκοπὸς] Casaub. *ad Pers. sat.* 3. *v.* 60.

Est aliquid quò tendis?
Ἔχεις τινὰ προθεσεις σοι τῆς βίου σκοπόν; *finis ille ultimus est scopus ad quem totâ vitâ collineandum: singulæ verò actiones instar sagittarum sunt, quas eodem jacimus.* Philo *de satrific. Cain & Abel.* Σκοπῷ μὲν τὸ κεφάλαιον, βέλεσιν δ' ἑκάστην ἢ πλατυτέρᾳ. *ità intellige sequentia Persii verba;*

—& in quod dirigis arcum.
Aptiùs tamen & singula facta & dicta sagittis assimilaveris quàm arcui. Virgil. *in culice*

—hæc mittit, & omnes
Dirigit huc sensus, —

Vide *ad lib.* 2. § 16. & *l.* 10. § 37. *Collineandi* autem verbum, quo est usus ille, rei de qua agitur, eximiè competere videtur. Oportet enim omnes vitæ totius actiones in fine illo unico ultimóque concurrere, quemadmodum lineæ undiquaque à circuli peripheria profectæ in centro desinunt ac conveniunt universæ. Marcus alter, Eremita, non Imperator, ἐν τῇ συμβουλίᾳ, ἵνα σκοπὸν ἐφειλόμενος ἔχειν ἐν παντὶ κινήματι καὶ πάσῃ, καὶ σφάλματι. Mirum interim quòd Chrysippum Plutarchus asserit, *plures fines sive scopos statuisse.* Quanquam, prout codices exhibent, Plutarchi hoc ipsius, non Chrysippi videatur: locum, quò restituam, altiùs repetam: sic itaq; legitur, *de commun. notion. c.* 20, & 21. Καὶ γὰρ ἄλλων ἕνεκα πρὸς ἀνθρώπους εὐρίσκομεν ἀξίαν ἰσορροπίαν, πάντων ἁπλῶς προσφάτων καὶ δογμάτων ἰδίων ὁμοῦ καὶ ἀλλοτρίων ἀπολύσασαν πρὸς τὴν ἔννοιαν. ἔστι δὲ τέλη καὶ σκοποὶ προκείμενοι τῷ βίῳ, καὶ μὴ πάντων ἅπερ προσπίπτουσιν ἐφ' ἕν τι γίνεσθαι πρὸς ἀναφορὰν· ubi pro ἀπολύσασα legendum vel ἀφειδήσασαν, *nulli aut rei aut dogmati suo aut alieno parcentem*; vel cum Turnebo ἀπαδήσασαν, *à rebus omnibus dogmatibúsque, cùm suis, tum alienis, dissonantem, sive dissidentem.* Tum periodi consummatæ notula ibidem figenda, ut illa πρὸς τὴν ἔννοιαν ὄντι, novam periochen ordiantur: alioqui quod tanquam absurdum & à notione communi alienum notat, & Chrysippo appingit Plutarchus, Plutarchus ipse dixerit.

Οὗ γὰρ ὄφις καὶ ὁ αὐτὸς ἀεὶ ἅπασι τῷ βίῳ ἐστὶ σκοπὸς] Senec. *epist.* 20. *Vitium est hæc vitæ diversitas, & signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum. Etiamnum dicam unde sit ista inconstantia, & dissimilitudo rerum consiliorúmque. nemo proponit sibi quid velit; nec si proposuit, perseverat in eo, sed transilit: nec tantùm mutat, sed redit, & in ea quæ deseruit & damnavit, revolvitur.*

Τὸν σκοπὸν δεῖ τὸν κοινωνικὸν] vide *lib.* 5. § 8. 16. & *l.* 9. § 23.

Ἀεὶ ὁ αὐτὸς] vide *ad lib.* 1 § 8, 16. Τὸ ἀεὶ ὅμοιον & *infr.* § 27. Elizabethæ nostræ, piæ ac beatæ beandæque æternùm memoriæ, norum est nobile ac tantâ dignissimum heroinâ elogium, *Semper eadem.*

§ 22. Τὸν μῦν, τὸν ἀστεῖον καὶ τὸν κατοικίδιον] Fabulam Æsopicam de *mure urbano* ad *agrestem* aliquando excurrente, & illo vicissim in urbem divertente, habes ab Horatio festivissimè descriptam, *serm. l.* 2. *sat.* 6.

Καὶ πρὸς ποίαν] Alludit eódem & *lib.* 7. § 3. μυίδιον ἐπτοημένον διαφέρομαι.

§ 23. Τὰ ἐπὶ πολλῶν δὴ μικρὰ λαμπίδια, παιδίων δείγματα] Socrates certè apud Platonem in *Critone* multis ostendit, πρὸς τὰ πολλῶν δόξας, esse nihili faciendas. Idémq; in *Phædone*, plerósq; & δείλαιον φοβεῖσθαι, ὥσπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκεια. & Epictetus eódem, opinor, respiciens, *dissert. lib.* 2. *c.* 1. Οὐ γὰρ δείνα σοι, ἢ πόνος φοβερὸν, ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ δείνα. —Ἔδει μὲν [ἂν] πρὸς μὲν τὰ δείνα ἀτρεμῆ καὶ γυμνὸν εἶναι, πρὸς δὲ τὸ ἔνδον ὑπὸ δόγμα, πρὸς ἀπειρηκέναι, καὶ τὸ ἀφανὲς, καὶ ἀδιάφορον. Ταῦτα δὲ ὁ Σωκράτης κα-

λῶς

λῶς τοιῶν μορμολύκεια ἐπάλων· ὡς γὰρ τοῖς παισὶν τὰ σφυρὰ φαίνεται δεινὰν ἢ φοβερὰ δι' ἀπειρίαν, τοιοῦτόν τι ἡμεῖς πάθομεν περὶ τὰ φάσματα, δι' ἃ λέγω, ἢ ἄπορεῖ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας· τί γάρ ὅτι παίδιον; ἄγνοια, ἁμαθία. δέναρ δὲ τί ὅτι; μορμολύκειον. Socrates itaque non *plebis dogmata lamiis larvisque* conferebat, sed *idiotas* eorúmque *dogmata pueruli*s, *externa* ista quæ illos terrere solent, *larvis*. Epictetus ipse pariter *lib.* 3. *c.* 21. ὅταν οὖν τις διὰ τύπων αὐτὸν ὀκροβοῖ, λέγει αὐτῷ, Τπαγε, ζήτει τὰ παιδία· ἐκείνοις τὰ φαντάσματα φοβερά ἐστιν· ἐμοὶ δ' οὐδέν, ὅτι ὀρθλινά ἐστιν, ἴσωθεν δ' οὐδὲν ἔχει. vade *ad l.* 2. § 12.

§ 24, Λακεδαιμόνιοι τοῖς ὑφ' ξένοις ἐν ταῖς ἑορταῖς ὑπὸ τῆς ἀγωγῆς τὰ βάθρα] Scilicet peregrinis advenísque indulgebant ea Spartani, quæ concessa nolebant suis. Ideo, cùm Chii quidam Spartæ aliquando agentes, dum à cœna redeunt ebriati, in Ephorio vomuíssent, & in Ephororum sellis etiam ventris onus depositum fuíssent, comperto non cives suos, sed Chios contumeliæ illius autores extitísse, præconis ministerio publico denunciabant, τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγαίνειν. *Chiis sese, ut lasciviant, permittere.* Plut. in *apoph. Lacon.* Cæterùm Ælian. *lib.* 2. *c.* 15. pro *Chiis Clazomenios* habet, & *sellas fuligine tinctas* refert, edictúmque ab Ephoris in hæc verba; ἐξέσω Κλαζομενίοις ἀσελγαίνειν. *Clazomeniis licitum esto indocerè se gerere.* Advenis itidem, qui ad ludos solennes spectandi gratiâ Spartam convenerant, in umbra sedes collocabant; quod suis quos ad duritiem omnem sustinendam exercitatos volebant, neutiquam permittebant. Verùm istud ævi inferioris fuísse videtur. siquidem primis reipublicæ illius temporibus advenas minimè admisísse videntur. Plut. in *instit. Lacon.* Βιπλασίας ἢ εἰσηγήσατο, (de Lycurgo sermo habetur) ὅπως οἱ παρεπιδημοῦντες μὴ διδάσκαλοι κακῶν τοῖς πολίταις ὑπάρχωσι. De Lacedæmoniis interim Tertull. *apologet. c.* 6. *primos* eos *penulam ludis exegitâsse, nè vel hyemi voluptas impudica* (quæ in theatris scil. exercetur] *frigeret.* quod tamen ridendo dixisse Tertullianum contendit Rigaltius.

§ 25. Τῷ Περδίκκᾳ ὁ Σωκράτης] De Socrate Laërt. *l.* 2. Τὸν δὲ Περδίκκαν ἢ ὑπ' Ἀρχελάου τοῦ Μακεδόνος, καὶ Σκώπα τοῦ Κραννωνίου, καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισσαίου, μήτε χρήματα προσιέμενον αὐτῶν, μήτε παρ' αὐτοῦ ἀπολαύειν. De Perdicca nihil. Imò, quod de Perdicca Marcus, de Archelao Seneca, *de benef. l.* 5. *c.* 6. *Archelaus rex Socratem rogavit, ut ad se veniret: dixisse Socrates traditur, Nolle se ad eum venire, à quo acciperet beneficia, cùm reddere illi paria non posset.* Verùm subjicit Seneca: *Primùm in ipsius potestate erat non accipere, deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus, & id dabat quod utique ille non erat Socrati redditurus. Etiamnum Archelaus daturus erat aurum & argentum; recepturus contemptum auri & argenti. Non poterat ergò Archelao referre Socrates gratiam? & quid tandem erat acceptarus, quantum dabat?* &c.

§ 26. Ἐν τοῖς τῶν Ἐφεσίων γράμμασι] Quænam ista *Ephesia scripta?* aut *literæ* etiam *Ephesiæ?* nam Magicos nescio quos characteres, & vocabula barbara sub hoc titulo etiam proverbio celebrata, discimus ex Diogeniano in *paræmiarum collectaneis*; Hesychio; Suidâ; Eustath. *ad Iliad. π.* Clemente Alex. qui & *strom. l.* 6. recenset & explicat: & *lib.* 1. ad *Dactylos Idæos* autores & inventores refert. Verùm nihil illis videtur cum præceptis istiusmodi, quæ ad mores componendos spectant, commune fuísse. Forsan Marcus scripserat ἐν τοῖς τῶν Ἐπικούρου, sive τῶν Ἐπικούρου γράμμασιν. Indè enim istiusmodi aliquid Seneca, uti mox videbitur, adducit. Et *Epicurum* suprà laudaverat Marcus ipse l. 9. § 14.

Σωκράτους ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῶν ἀρετῇ χρησαμένων] Senec. *epist.* 11. *Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo videnti faciamus. Hoc Epicurus præcepit: custodem nobis & pædagogum dedit: nec immeritò, magna pars peccatorum tollitur si peccaturis testis assistat: aliquem habeat animus, quem vereatur, cujus autoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non aspectus tantùm, sed etiam cogitatus emendat! O felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque ejus se componat atque ordinet! qui sic aliquem vereri potest, citò erit verendus. Elige igitur Catonem; si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum, Lælium; elige eum, cujus tibi placuit & vita & oratio: & ipsius animum ante te ferens, & vultum; illum semper tibi ostende vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant. nisi ad regulam, prava non corriges.* Idem *ep* 25. *Sic fac, inquit Epicurus, omnia, tanquam spectet Epicurus. Prodest sæpe dubio custodem sibi imposuísse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis judices. Hoc quidem longè magnificentius est, sic vivere, tanquam sub alicujus boni viri, ac semper præsentis, oculis. Sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias quæcumque facis tanquam spectet aliquis: omnia nobis mala solitudo persuadet; cùm jam profeceris tantùm, ut sit tibi etiam tui reverentia, licebit dimittas pædagogum. Interim te aliquorum autoritate custodi; aut Cato ille sit aut Lælius, aut cujus interventu perditi quoque homines vitia supprimerent, dum te officis eum coram quo peccare non audeas: cùm hoc efficeris, & aliqua cæperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi te permittere.* Idem. *epist.* 102. *Sciat magnorum virorum, non minùs præsentiâ esse utilem memoriam.* Gemina habet his Theodoric. à S. Victore

Victore in *epist.* quæ *Bernardi* nomen præfert, *ad Carthus. fratr. de Mont. Dei. Elige tibi tu ipse hominem consilio meo, cujus vitæ exemplar sic cordi tuo inhæserit, reverentia insederit, ut quoties recordatus fueris, ad reverentiam cogitati assurgas, vitam ordines, mores componas; hic præsentia sit quandocunque volueris; occurrat sæpe & cum nolueris. Omnia facta, cogitata tua ab eo videri cogitabis; ac si videat, ac si arguat, emendare cogeris.* Epictet. *dissert. l. 2. c. 18.* Θέλεις σεαυτὸν ἀξίωσον αὐτὸς ποτὲ σταυτῷ· θέλεις καλὸς φανῆναι τῷ Θεῷ· ὀδηδύμησον καθαρὸς γενέσθαι καὶ καθαρὸς σωτῷ γένεσθαι, καὶ μὴ τῷ θεῷ. οὐδ' ὅταν θεοπεσίᾳ σοι τις φαντασία πιστύσῃ, Πλάτων μὲν, ὅτι * ἴδοι ὅτι τὰς ἐντοδιαπεμπήσεις, ἴδοι δὲ τὰ θεῶν ἀποβαίνων ἱερὰ ἱκέτης· ἀρκῶν καὶ δὲ τὰς τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν συνουσίας ἀποχωρίσας πρὸς τοῦτο γίνῃ ἀντιξετάζων, ἂν τε τῶν ζώντων τινὰ ἔχῃς ἂν τε τῶν ἀποθανόντων. Vide & Isidor. Pelus. *l. 3. ep. 91.* Cæterùm, quod Clemens præclarissimè *strom. l. 7.* εἰ δὲ ἡ παρουσία τινὸς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, διὰ τοῦτο ἐνδέχεται καὶ τοῦ αἰδοῦ, πρὸς τὸ κρεῖττον ἀεὶ χειραγωγίζῃ τὸν ἐντυγχάνοντα, πῶς οὐ μᾶλλον ὁ συμπαρὼν ἀεὶ ἀδιαλείπτως τῷ θεῷ, ὃν εὐλόγως ἂν φαιμὲν παρ' ἕκαστα κρεῖττον εἶναι εἰς πάντα, καὶ τὰ ἔργα καὶ τοὺς λόγους, καὶ τοῦ διάθεσιν; τοιοῦτος δὲ ὁ πάντῃ παρεῖναι τῷ θεὸν πεποιημένος· πάντῃ τοίνυν παρεῖναι τῷ θεὸν πεποιημένοι, πάντη τῷ βίον ἑορτὴν ἄγοντες, γεωργοῦμεν αἰνοῦντες, πλέοντες ὑμνοῦντες, καὶ τοῦτο ἄλλο πολιτείαν ἐντέχνως ἀναστρεφόμενοι. vide *ad l. 6. § 28.*

§ 27. Ἔωθεν εἰς τὸ ἑῷον ἀφορᾶν] Monitum istud Pythagoricum cœlum singulis matutinis suspiciendi, non abhorret à Platonico illo forsan, *l. 7. § 47.*

Ἀεὶ καὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως] vide *sup. § 21.* & *l. 6. § 30.* τὸ ὁμαλὲς, πανταχοῦ. Plinius minor. *l. 3. epist. 1. Me ut certus siderum cursus; ita vita hominum disposita delectat.* Aristot. nom. *de mundo c. 6.* Τῶν αἰδίων καὶ τὰ πρωτεῖα, καὶ αὐτὸν ἐπέχει τόπον, ἄρα τε, καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, πάντα τε ἐφεξῆς. διὰ τοῦτο ἀεὶ τοῦ αὐτοῦ ζώντα τάξιν διακοσμεῖται, καὶ ὅποτε ἀμοιωθέντα μετακινεῖται. De motûs autem solaris cœlestisq; constantia, nullâ ratione aut creaturæ vi interrumpenda, Deus ipse per Jerem. *c. 31. v. 35, 36.* & *c. 33. v. 20, 23.* cui constantiam in recto justóq; haud imparem à Pyrrho tributam Fabritio Romano, autor est apud Suidam autor innominatus; ὃν δυσχερώτερον ἂν τις ἀποβλέψαι, τῆς δικαίας ἀρετῆς, ἢ τῆς σωμάτων περιόδου τοῦ ἡλίου. In vero, à Fr. Bonaventura Ingolstad. Pontificio Romano, autor est Petr. Marnixius, *de P. R. c. 8. Papa solis instar in eodem veritatis cursu permanet; neque ab ea magis dimoveri potest, quam terra à centro suo.* Cæterùm de hoc ipse viderit. ἡμεῖς δέ τοι ἀκριβεῖς. Talem certè sapientem suum Stoici prædicabant. Ad hoc, quantum humana ferebat conditio, eniti suos Pythagoras volebat. Sed & Senec. *ep. 77. virtutem non flamma, non ruina inferias abducet; hac una majestas deprimi nescit; nec proferri ultrà, nec referri potest. sic hujus, ut cœlestium, status magnitudo est. ad hanc nos conemur educere.* Optimè Clem. *strom. lib. 4.* Αὕτη δὴ ἡ τῶν ὅλων μίμησις ὁμοίωσις πρὸς θεὸν, τὸ φυλάττειν τὸ νῦν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ αὐτὰ κἀπὶ αὐτῇ νῦ χέρης, ὡς νῦ· ἡ δὲ ποικίλη διάθεσις, γίνεται πρὸς τὰ ὑλικὰ πάθη. Idemque *l. 2.* Ἡ πίστις ἐν τῇ γνῶσις τῆς ἀληθείας, ἀεὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν καταλαμβάνουσα τῷ ἀναμφίλεκτα αὐτὰς ψυχῇ.

Καὶ τῆς γυμνότητος] vide *l. 10. § 1.* Aliâ ratione, de Deo, Senec. *epist. 31. Deus nihil habet; nudus est.*

Οὐ γὰρ ἔστιν ἱμάτιον ἄστρῳ] *Astris enim nullum est velamentum.* Xyl. *Nullum astrum velamentum aliquod habet.* Cæs. haud incommodè uterque. ἄστρον tamen ille legisse videtur.

§ 28. Οἷος ὁ Σωκράτης τὸ κάλλιον ὑπεζωσμένος] Idem patraverat, uti videtur, Xanthippe, quod à mulieribus Athenien sibus factum fingit Aristophanes in Ἐκκλησιαζούσαις, sive *concionem habentibus fœminis.* Historiam nusquam legisse memini. At contrà Ælianus *hist. var. l. 7. c. 9, 10.* Phocionis uxorem narrat mariti veste solâ indutam, nullo alio vel amictu, vel ornatu adjecto, in publicum sæpe prodiisse. quod & ille σωφροσύνης μεγάλης indicium facit. Xanthippen verò Socratis, ad pompam spectandam viri veste amictam prodire recusâsse; illúmq; dixisse, Ὁρᾷς, ὡς ἐθεωρήσατο, θεωρησομένη ἢ μᾶλλον βαδίζεις. *videsne non tam spectaturam, quàm spectandam, proficisci.* Ea interim videtur fors fuisse Socratis, quæ & Epaminondæ fuerat; quem *l. 5. c. 5.* narrat Ælianus, ἓν τρίβωνα, *unum* tantummodo *pallium* habuisse: quod cùm ad fullonem opus esset mundandum mittere, domi interim coactum sese continere. refert & Joan. Chrysost. *adv. vituperat. vit. monach. l. 2.* Eadem. scil. Imperatoris illius magni fors. quæ fabulcorum Ithacensium, Οδυσσ. ξ.

Οἷς ὁ πολλὰ χλαῖναι, ἐπημοιβοῖτε χιτῶνες.
——μία δ' οἵη φατὶ ἑκάστῳ.

quanquam instructior paulò Epaminondæ paupertas, quàm sophistarum paris illius, Proæresii & Hephæstionis, de quibus Eunapius, ἓν γὰρ αὐτοῖς ἱμάτιον καὶ τρίβωνιον, καὶ πλέον οὐδὲν. *unicam tunicam utrique; penulam communem fuisse.* itaq; alter cùm eâ indutus foras prodiret, alterum necessariò stragulis involutum in ædibus delituisse. quod autem in Epaminonda paupertatis fuit, id parcitati fordidæ in quibusdam adscribit Theophrastus, cùm inter alios τῷ ἀγελάθῃ *characteras* hunc ponat, ἔνδον κλίνειν, ὅταν ὀνῷ δοκιμάσῃ ἐπιπλόκια. Penuriæ extremæ,

extremæ, incertum, an parcitati, tribuentem, de Telauge neſcio quo retuliſſe Æſchinem, autor eſt apud Athen. *l.* 5. Maſurius *in dialogo*, cui id nominis indidit, ἰματίῳ φορήσως καθ' ἡμέραν ἡμιωβόλιον κιάρᾳ πλέται μισθὸν, κωλῦον ἐζωσμένον. quomodo de Socrate Marcus iſtic.

Καὶ ἅ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰνιττόμενος] Socrati nimirum ſolemne fuit, feſtivo aliquo commento eludere, quas alii ægrè ferebant, uxoris ſuæ in ſe admiſſas procacitates & protervias. Ejuſmodi enim fuerat, quod quærenti quomodo Xanthippæ rixas & convitia ſuſtinere poſſet, Καὶ σὺ μὴ χῆνας βοώντας ἀνέχῃ· *quomodo tu*, inquit, *anſerum tuorum ſtrepitus?* illóq; ſubjiciente, *at illi mihi ova pulloſq; pariunt*, regeſſit Socrates, *& illa mihi liberos.* Laërt. *l.* 2. ubi cur *gallinas* Eraſmus pro *anſeribus* ſubſtituerit, neſcio. Nec abſimile, quod Euthydemo, quem ad cœnam domum ſecum duxerat indignanti, quòd illa per bilis æſtum, poſt contumelioſè dicta non pauca, menſam tandem evertiſſet, Παρὰ σοὶ ἦ ἔν τισιν ὄρνις τις εἰσπέτασα ταῦτα ἐποίησεν; ἡμῖν δ' οὐκ ἠγανακτήσαμεν. *Annon*, inquit, *nuper, cùm apud te eſſemus, gallina quædam involans idem ipſum fecerat? nec nos id moleſtè ferebamus.* Habet Plut. *de irac. cohib.* qui & geminum ferè quiddam de Pittaco refert, *lib. de tranquill.* ejuſdem autem κόμματος quippiam videtur fuiſſe, & quod iſtâ occaſione protulerat. Socratem certè à Xanthippe peſſimè ac procaciſſimè habitum, moderatè ac æquanimiter omnia tuliſſe, docent nos autores haud pauci. Syneſ. in *Dione*, ut cæteros taceam, Αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ξανθίππη, φησὶ τὸ ἀλιγωρίας, μᾶς ἠξίωτο Σωκράτης; ἀλλ' οὐδὲν ἐκώλυσε Σωκράτην εὐδυμαίως καὶ καταφρονήμονα.

§ 29. Ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν] Hieron. *ad Paulin. de ſtud. ſacr. liter. Taceo de grammaticis, rhetoricis, philoſophis, geometris, dialecticis, muſicis, aſtronomis, aſtrologis, medicis; ad minores artes veniam, & quæ non tam linguâ, quàm manu adminiſtrantur: agricolæ, cæmentarii, fabri, metallorum lignorúmve cæſores, lanarii quoque & fullones, & cæteri qui variam ſupellectilem & vilia opera fabricantur, abſq; doctore non poſſunt eſſe quod cupiunt.* Gregor. Naz. *ad Epiſcop.* 150. Τάξις γὰρ οὐκ ἀείση, διδάσκειν πρότερον εἶτα μανθάνειν, μὴ ὅπου τὰ θεῖα καὶ πηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ἀλλ' ὅπου τὰ τῆς μικρᾶς καὶ τῆς μηδενὸς ἀξίων. Idem *in Apologet.* 1. ἀλλ' οὐδὲ ξένον τι καὶ ἀπὸ τέχνης τοῖς πολλοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν, ὅτι τὸ ἄρχειν ἀναλαβεῖν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων, οὐδὲ ἔξω τῆς γενομισμένων τῶν φιλοσοφούντων ὁδῶν, καὶ φέρων εἰς ὄνειδος, ὥσπερ οὐδὲ ταύτην τὴν εὐδοκίμουν τὸ σκεπτικὸν, καὶ σκοπεῖ καλῶς τοῦ ἀρίστου τηρήσαντα τὸ πεδηθῆναι τοῦ εἶναι. εἰ δὲ βάλοι, τραπόντι γοναῖον τὸ ταξιαρχῆσαι, καὶ ταξιάρχῳ καλῶ, τὸ στρατηγῆσαί τε καὶ πλείω πάντας ἡγεμονίαν ἐχειροτόνησαν. Quod autem de nautis hîc dixit pleniùs expoſuit *orat. in Baſil.* ἐπαινῶ δὲ ἐγὼ τὴν νῦν τόλμαν· ὃς τῷ κώπῃ καθίσας ἐν τῷ πρώτῳ ἐχειρήσατο τῷ ἐν τῷ κυβερνήτῃ, καὶ κελεῦσαι ἐπὶ τῷ πρῴραν ἀγαγὼν, καὶ πεδήσας τὰ ἔμπροσθεν, ὕπνῳ ἐπὶ τὴν ἐλάκην καθίζει, μὴ τῷ πολλῷ τυφθεῖσαν θαλάσσαν, ἢ τῷ τῆς ἀνέμου διασείσῃ. quam imaginem ab Ariſtophaneis in *Equitib.* illis mutuatam cenſet Muret. *var. lect. l.* 18. *c.* 16. (quæ tanquam Comici incerti in *excerptis* ſuis ex parte Grotius exhibet)

Ἐρέτῃ χρῆναι πρῶτα γυμνάζῃ, πρὶν πεδαλίοις ἐπιχειρεῖν·
Κἄτ' ἐντεῦθεν πρεσβεῦσαι, καὶ τοὺς ἀνέμους διαθῆσαι
Κἄπα κυβερνᾶν αὐτὸν αὐτῆς.

quod de militibus, haud multùm abluditab eo quod Eupolis in *Amicis*;

Οὐκ ἐπιφερήσεις, ὦ πρεσβύτα, τῷ κατάσιτον
Τήνδε λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὼ ἱππικώ.

Huc pertinet & Antiſthenis illud, qui Athenienſibus conſuluit, τοὺς ὄνους ἵππους ψηφίσασθαι. quod nec Ambroſius Laërtii interpres, nec Eraſmus in *apophthegmatum collectaneis* ritè cepit. Cùm ille vertit, *aſinos ut equos deligerent*; iſte reddidit, *aſinos æquè ac equos ad agriculturam deligerent*: cùm potiùs dicendum eſſet, *ut aſinos equos fieri decerneret*, i. e. pſephiſmate, ſive decreto ſancirent, ut aſini fiant equi. quod cùm illi ἄλογον, abſurdum, & orationi contrarium eſſe dicerent; regeſſit, Ἀλλὰ μὰ Δία καὶ φατνοὶ γένοιντ' ἂν ἐκ τῶν ὄνων, μηδὲν μαθόντες, μᾶλλον δ' ἢ χειροτονηθέντες. *Atqui imperatores veſtro ſolo ſuffragio fiunt, qui artis imperatoriæ nihil quicquam didicerunt.* q. d. tam decreto veſtro poſſunt ex aſinis equi, quàm ex imperitis hominibus imperatores fieri. Verùm non magìs illi ſuffragiis ſuis id ſi ſciſceerent, efficere quibant ut imperatores homines iſtiuſmodi exiſterent, etiamſi imperatoris nomen eis decernerent, quàm perficere poterant, aut ut *aſinus equus*, aut *ut ſimia leo fieret.* quod Gregor. Rom. 1. *in regeſt. l.* 1. *ep.* 5. *ecce ſereniſſimus Dominus imperator fieri ſimiam leonem juſſit; & quidem proviſione illius vocari poteſt, fieri autem leo non poteſt.* Itaq; ſcitè Gregor. Naz. *orat. à reditu*, quem & Gregor. ille alter forſan legerat, τὸ δὲ τέταρτον τῆς εὐχυΐας μέρος τότε ἀξιώσω λόγου τὸ ἐν γεφύραις καὶ θεωρήμασι, ὅταν καὶ κάλλος ἀποδῶ ξύλοις καὶ λίθοις, καὶ πεδήσω αἰνιττόμενος λέουσι κεκολασμένοις. Poterat & pro *ſimia canem* diciſſe; cùm, ut Epiphan. etiam *hær.* 57. §. 6. καὶ κυνὸς ὄνομα λέων haud infrequenter inditur.

Οὐ πρότερον ἀίξεις πρὶν ἀρχθῆς] Nihil hoc axiomate apud omnes omne genus autores tritius. Solon apud Laërt. *l.* 1. & Stob. *tom. 2. tit.* 46. Ἄρχε, θεῶν μαθὼν ὅ χρεών· ἀρχὴ γὰρ μαθόντι ἄρχειν ὁπηδεῖ. Et Clitarchus apud Anton.

mel. I.

meliff. l. 2. c. 1. Ἀρχεδς μὴ μαθὼν, ἄρχειν μὴ ἐπιχείρ. Isocrat. in *Nicod.* Ἐὰν ἄρχεσθαι μαθῶσι πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν δυνήσονται. De se Tullius rex apud Dionysium Halicarn. *l. 4.* Πειράσομαι ποιῆσαι φανερὸν ὅτι καὶ ἄρχειν ἐδίσαμαι καλῶς, καὶ ἄρχεσθαι σωφρόνως δυάμενος. Plato *de legib. l. 6.* Δεῖ δὴ πάντ' ἄνδρα διαφερόντως ἐκεῖ ἀπάντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας ἐὰν ἄρχοντος ἡμῶν ἄξιος ἐπαίνου· τὸ καλλωπίζεσθαι γὰρ τοῦ καλῶς δουλεύσαι μᾶλλον ἢ τοῦ καλῶς ἄρξαι. Aristot. *polit. l. 3. c. 4.* Διὸ καὶ λέγεται τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν ἓν ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα. & ex eodem Joan. Climach. *ad Pastor.* Οὐκ ἔστιν ἓν ἄρξαι, ἐὰν μὴ ἀρχθέντα. Idem *ibid. l. 7. c. 14.* Τὸν τὰ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον. Senec. *de ira l. 2. c. 15.* *Nemo regere potest, qui non & regi.* Itaque de Agesilao Plut. hoc illi profuisse ad rem in imperio bene gerendam. Τὸ δουλεῦσαι ἐπὶ τὸ ἄρχειν, μὴ ἀπαίδευτον εἶναι ἄρχεδς. Joseph. *Antiq.* Πάντες οἱ ἀρχεδς καλῶς μεμαθηκότες, καὶ ἄρχειν εὖ ἴσασι, πρεπόντως εἰς ἐξουσίαν. Philo Jud. Ὁ μαθὼν ἄρχεδς, καὶ ἄρχειν εὖ δύναται· εἰ δὲ καὶ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης τὸ κράτος ἀνέλαβέ τις, ἄρχων ἂν εἴη πρὸς ἀλήθειαν, εἰ μὴ μάθοι καὶ πρόσπαιδευθείη τὸ ἄρχεσθαι. Utrumque exhibet Maxim. *collect. c. 46.* Cicer. *de legib. l. 3.* *Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.* Isidor. Peluf. *l. 5. ep. 455.* Οὐ δεῖ ὅτῳ ποιεῖ νομίμως ἄρχειν, ὡς τὸ νομίμως ἄρχθαι· Ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἐν ἑτέροις, ἀγαθὸς ἔσται καὶ ἐν ἡμέραις· οἱ δ' ἐν τῷ ἡλωτεύειν, καὶ πρόσκαιρον ἐπιτηδεύσεσι, καὶ πρὸς τὸ ἄρχεδς ἀνεπιτήδειοι, ὅτι καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνεπιτηδείως ἔχουσι. Quam sententiam claram satis sanè, & concinnè conceptam, interpres fœdissimè ut multas alias ejusdem autoris, depravavit. Vide eundem & *epist.* 225. & 275. Ab alia mente, nec vera tamen certâve minùs, Plut. *ad princip. inerud.* Δεῖ δέ, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης, αὐτὸς ἀσκεῖν χειμῶνα καὶ ἀνάγκην, ὅπως ἀπόθωνται τὰ λοιπὰ τῇ πρὸς αὐτὸν ἐφαρμογῇ καὶ πειθοῖ σωτηρίων, παρασπονδίως ἢ ἄρχοντα πρῶτον αὐτὸν ἀρχῇ κτησάμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ καταθυμοῦντα τῷ ψυχῷ, καὶ καθαιρόμενον τὸ ἡδύ, ὅπως σωφρονίζειν τὸ ὑπήκοον· ὅτε γὰρ πίπτουσιν ὄρθιον, ὅτε διδάσκειν ἀνοῦντα, ὅτε κοσμεῖν ἀκοσμοῦντα, ἢ τάττειν ἀτακτοῦντα, ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχικῶς. ubi non possum probare quod Hen. Stephan. pro ὀρθὸν vult πρέχειν substitui: quem tamen M. Bernard. sequitur *var. lect. l. 3. c. 17.* hoc autem fit, ut Plato *polit. l. 9.* Ὅταν ἑαυτῷ τις ὢν ἀκρατὴς, ἄλλον ἐπιχειρήσῃ ἄρχειν. *Neque enim exercitum continere potest imperator,* (aut populum princeps) *qui se ipse non continet.* Cicer. *ad Quint. frat. Tunc incipiet alios imperare, cum ipse improbissimis dominis, dedecori & turpitudini seruire desierit.* Idem *paradox.* 5. vide *l. 1. § 15, 16, & l. 2. § 2.*

Πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ] siquidem, *Ars est artium regimen vitæ.* Joan. Gerson *de recidiv.* vide *suprà ad § 5.*

§ 30. Δοῦλος πίφυκας] Iambus est τείμετρος, à Philone adductus in *lib. de libert. viri boni*: Ὅθεν, inquit, καὶ τὰ τρία μέτρα φιλοσόφως ἐκεῖνά φασιν εἰρῆσθαι.

Οὐ γὰρ μετεῖναι τῶν νόμων δούλοις ἔφη· καὶ πάλιν Δοῦλος πίφυκας, ὦ μέτεσι σοι λόγω. tria dixerat, sed ubinam tertium? nusquam comparet. Legas, me autore, τὰ τείμετρα, non τρία μέτρα. Quòd autem præfixâ causali superioribus annectit ista M. Cas. quasi ab ortûs nativi ratione argumentum duxerit Marcus; ideo scil. disciplinâ cuique ad virtutem opus esse, quia servus quisque natus sit, hoc est, sensibus brutisque affectibus addictus, cognitione autem solidâ, rationéque rectâ destitutus; probare non possum. Primò siquidem Stoicis istud haud placet, vitia à natura, sive ingenita, esse; non magis quàm virtutes. Tum non omnes in universum mortales, sed servos solos spectare quod à poeta hîc dicitur, ex Philone liquet: & servos quidem ἀφυεστάτους τε καὶ ἀσχαλώτους, æquè ac vernas οἰκογενεῖς. Itaque τὸ πεφυκέναι, hoc loco, non *natum esse* significare videtur, sed eodem sumi sensu, quo in eodem ferè argumento, ab Euripide in *Hecuba*, ubi dixit;

Αἰ αἰ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' ἀεί;

& à Theognide in illis;

Οὔποτε δουλεία κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν,
Ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ, κ' αὐχένα λοξὸν ἔχει.

δοῦλος πέφυκας, i.e. δοῦλός ἐσι, *servus es.* Ubi nec spernendam planè duxerim Caroli filii conjecturam, qui inter ista describendum animadvertit ipse, in priore versiculo vocabulum idem hoc forsan reponendum, ut legatur,

Οὐ γὰρ μετεῖναι τῶν νόμων δούλοις ἔφυ.
Οὐκ ἔφυ μετεῖναι, ἀντὶ τοῦ, ὃ μέτεσιν, ἢ μετεῖναι οὐκ ἔστιν.

quomodo Evenus apud Arist. *ethic. Eudem. l. 2. c. 7*

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ.
Ingratum est quicquid necessarium est.

Et apud Herodotum *l. 7.* Thessali; ἁλαμᾶ γὰρ ἀδωσίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ. *Nunquam impotentiâ potior est necessitas.* Euripid. *Oreſt.*

Μ. Ἄπορε δυγατερὸς φάσγανον. Ο. Ψόφος ἔφυς.
Μ. Ἀλλὰ κλύεις μοῦ δύγατερ; Ο. Οὐ φόνος ἔτ' εἶς.

Idem valet ἔφυς & εἶς. Deniq; λόγω istîc *rationem* non significat; quasi de *servis* dicatur, quod Hom. *Odyss. ρ. v. 322.* & ex Homero Plato *de leg. l. 6.* & Athen. *dipnos. l. 6.*

Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυ]σι κυρήσας Ζεὺς
Ἀνέρος, ὃν κατὰ δοῦλον ἄμαρ ἕλησιν.

Sed

ſed *ſermonem*, ſive *orationem* deſignat, utì & Philo ipſe nos docet, qui verſibuſque illis ait τὸν μὲν μυθικὸν, quod priora ſpectant, καὶ ἰσηγορίαν, quod poſteriora reſpiciunt, i. e. *lege agendi facultatem, & liberam ſuffragii cum reliquis ferendi poteſtatem*, vel etiam, latiùs ſumendo, *ſermonis libertatem*, eſſe ſervis denegatam. quomodo παῤῥησίας eiſdem interdictam, Julianus *de cyniſm. orat.* 2. Τῷ δούλῳ γὰρ ὁ νόμος οὐ μεταδίδωσι παῤῥησίας. quanquam ἰσονομίαν quam cum ἰσηγορίᾳ is confundere videtur, à παῤῥησίᾳ, ſed ſecius ſumptâ, diſpeſcit Iſocrates, in *Areopag.* ubi ait, Ὧν ἡγεῖτο τὴν μὲν ἀκολασίαν, δημοκρατίαν· τὴν δ' παρανομίαν, ἐλευθερίαν· τὴν δ' παῤῥησίαν, ἰσονομίαν. Vult nimirum ſenarius ille, verum eſſe de *ſervis*, quod de *egenis* Theognis,

Πῶς γὰρ ἀνὴρ πενίᾳ δεδαμασμένος, ἠτί τ' ἀπρεπὲς
Οὐδ' ἔρδειν δύναται· γλῶσσα δ' οἱ δέδεται.
Nam cui paupertas eſt addita, nil facere audet,
Nil fari. linguam vincula ſæva premunt.

Hinc apud Longinum οἶδ' ὅτῳ neſcio quis, δουλείαν ἅπασαν, ψυχῆς γλωττόκομον καὶ δεσμωτήριον, διὰ τὸν περικείμενον τοῖς σώμασι δεσμὸν, *ſervitutem omnem, cùm ori fiſcellam obducat, eſſe animæ capſulam ac carcerem quendam.* itaque δοῦλον μηδένα γενέσθαι ῥήτορα, *ſervum neminem unquam rhetorem extitiſſe*; cùm aliæ tamen artes atque inſtituta humaniora etiam in ſervos cadant. Verùm Suidas ubi Sibynnium quendam Theodectæ ſervum, οἰκέτην φησὶν εἶναι ῥητορεύσαντα, *è ſervis primum omnium rhetoricam profeſſum ait*, plures deinceps idem factitâſſe ſubindicat. Meminit & Lucii Otacilii in *rhetoribus clariſſ.* Suetonius, quem *cùm ſerviiſſet, etiam oſtiarius in catena, à patrono, cui orationem ſcripſerat, manumiſſum, Cn. Pompeium docuiſſe, teſtatur.* Certè Philoſophis eſſe ſervis licuit; quod multis exemplis docet Gellius, *l.* 2. *c.* 18. cur non rhetoribus licuerit? De parreſia interim iſtis negata occurrunt Tragicorum illa, Sophoclis *Acriſio* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40.

Δοῦλον γὰρ ἐν δεσμοῖσι δραπέτης ἀνὴρ
Καῦλον ποδοδοὺς, κἂν πρὸς ἡδονὴν λέγει.
Fugitivus arctis vinculis coercitus
Serviles artus, ſola fatur quæ placent.

Euripidis in *Buſiride* apud Stob. itidem.

Δοῦλον γὰρ οὐχ οἷόν τε παῤῥησίᾳ λέγειν
Εἰ δεσπόταισι μὴ τὰ φίλτατ' ἐυτυγχάνοι.
Servo profari quámlibet verum nefas,
Uſus heriles ferre ſi verum negant.

In *Phœniſſis*, ubi Polynices de exilii malis à matre requiſitus, ait;

Ἐν ᾧπερ μάγιστον, οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
Primùm, loquendi nulla libertas adeſt.

Illa; Δοῦλα τοῦτ' ὄνομα, μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ.
Servile certè hoc, non loqui quid ſentias.

Idémque *Ione*;

Καὶ γὰρ ἂν τις εἰς πόλιν πίσῃ ξένῳ,
Κἂν τοῖς λόγοισιν ἀσθενὴς ᾖ, τόγε σῶμα
Δοῦλον πίπαυται, κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
Hanc puram in urbem quiſquis externus venit
Quamvis vocetur civis, os ſervum tamen
Gerit, & loquendi non habet fiduciam.

quæ refutatum tamen eunt, Plutarch. *de exilio*, & Muſon. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. ſed & Xenophon in *Athenienſium repub.* Ἰσηγορίαν, inquit, καὶ τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ἐποίησαμεν, καὶ τοῖς μετοίκοις πρὸς τοὺς ἀστούς. Cæterùm in eandem cum illis ſententiam conveniunt & Plautina illa; *Epidic.* 1. 1.

——*plus ſcire ſatius eſt quàm loqui*
Servum hominem, ea ſapientia eſt.——

Et *milite* 2. 5.

——*plus oportet ſcire ſervum quàm loqui*

& *ibid. ſc.* 6.

——*namque hominem ſervum ſuos*
Domitos habere oportet oculos & manus
Orationémque——

Quin & Apoſtolus ipſe *ad Titum epiſt. c.* 2. *v.* 9. ſervis interdicit, ne ſint τοῖς δεσπόταις ἀντιλέγοντες. Quod Socrates itidem apud Platonem *in Criton.* ἄδικον πρὸς δεσπότην ἢ πατέρα κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν. negat *juſtum eſſe adverſus herum patrémve, eum qui ab utrovis malè audierit, obloqui.* At Ariſtoteles *polit. l.* 1. *c.* 13. illos redarguit, qui ſive rationis exercitium, ſive orationis etiam libertatem ſervis abjudicant, & juſſa herilia duntaxat excipere atq; exequi, citra diſceptationem ullam omninovolunt. Λέγουσιν, inquit, ὡς καλῶς οἱ λόγοι τοῦ δούλους ἀποστέργοντες, καὶ φάσκοντες ὀλίγα ξυνιέναι χρῆναι μόνον. Et videri poſſet trimetron illud, quod hîc Marcus poſuit, reſpexiſſe, niſi aliò potiùs ſpectare ex Philone diſceremus, cujus, ex his quæ dicta ſunt, mens, opinor, genuina liquidò ſatis comparebit. Marcum autem exiſtimo hæc ſeparatim poſuiſſe, & confuſaneè poetica quædam fragmenta congeſſiſſe, quæ animadverſione aliqua digna cenſebat; quemadmodum idem *ſuprà* fecerat *l.* 7. § 38, 43. & § 50.

§ 31. ——ἐμὸν δ' ἐγέλασε φίλον κῆρ] Ex *odyſſ.* 1. 40 *v.* 413. Ulyſſis ſunt verba narrantis, ut corditùs riſerit, ſecum animo reputans,

Ὡς ὄνομ' ἐξαπάτησεν ἐμὸν, καὶ μήπις ἀμύμων
quam felici aſtu, nomine confiſto, Cyclopem illum immanem fefelliſſet. Iſta autem ſegmenta in uſum ſuum chartis ſuis illeviſſe videtur Marcus, quòd utilius, ac ſublimiùs aliquid meditandi aut commentandi anſam atq; occaſionem dare poſſe viderentur. qua de re etiam ſuperiùs monitum dederat, *l.* 10. § 33.

§ 32. Μιμνόμενοι δ' ἀρετὴν] Heſiodi videtur, ex *op. l.* 1. *v.* 184. verùm ibi legitur,

Μέμνηνται δ' ἄρα τοὶ——τοκῆας ſcil. de quibus. & verſu præcedente,

Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
de hominibus ſeculi quinti loquitur impiis & nefariis. Aut exſcriptor ita; Marci ſcripturam depravavit

cùm

cùm sensum idoneum è verbis elicere nequiret, Marcus ipse παρῳδήσας, cum inflexione aliqua extulit; quod non existimo. Interim ex Marco Hesiodi novissima illa emaculari posse autumo, quæ in codicibus vulgatis sic legnntur, —— χαλεπῆς βάζοντ' ἐπέεσσιν cum emendatius meliúsque videatur, quod Marcus hîc exhibet, —— βάζοντες ἔπεσσιν· istius enim formæ & quæ antecesserunt, & quæ sequuntur, sunt omnia.

§ 33. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν] Ex Epicteto decerptum videtur, cujus hæc sunt *dissert. lib.* 3. *c.* 24. Ὅταν τινὶ θεωρήσῃς, ὡς ἐκεῖνό γε ἤδη ἀναφαίρετον, ἀλλὰ τοιοῦτόν γέ τι, οἷόν ἐστι σῦκον ὀψὲ τοῦ χειμῶνος, μὴ ταράττου· ὅτι καὶ ἐνταῦθα, ἐὰν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς, ἐὰν ἀδελφὸν, ἐὰν φίλον, μηδέποτε ὀπτάσῃ τὴν φαντασίαν ὡς ἅπαξ, μηδὲ τὸν θάκχον ἐάσῃς προελθεῖν ἐφ' ὅσον αὐτὸ θέλει, ἀλλ' ἀντιπαύσον, κώλυσον, ὡς τοῖς θεμιζόμενοι ἐφεζόμενοι ὅπισθεν ἐν ὑπομιμνήσκουσι, ὅτι ἄνθρωπε εἶσθ' τοιοῦτόν πρόσωπον, ἢ ἀπολιπόντα, ἢ ἀποθανόντα. de eis qui celebrant aliquem, qui utique jam abiit, vel obiit, aut aliud ejusmodi. Zenobius, Ἐπὶ τῶν μεταμελομένων ἐπί τινι, καὶ μὴ δυναμένων τι ἀνύσαι. quod Pantinus apud Apostolium, qui utrumq; & Suidam & Zenobium transcripsit, sic reddidit; *de negligentibus circa aliquid, quiq; nihil efficere possunt.* ἀμελουμένων legisse existimarem, nisi τὸ μεταμέλεσθαι alibi pariter vertisse deprehendissem. vertendum potiùs, *de eis qui circa rem aliquam pœnitentiâ frustrà tanguntur, cum nihil proficiant.* De *rosa* distichon apud eundem in notis.

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βραχὺ χρόνον· ἦν δ' παρέλθῃ·
Ζητεῖς εὑρήσεις, ὦ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.

Verna brevi rosa flore nitet; simul ille recessit,
Non rosa quærenti, sed rubus asper erit.

Proinde, qui rerum istiusmodi desiderio intempestivo se torquet, miseriam sibi meram creat.

Ὃς γὰρ ἀπολαῦσαι βούλεται, ὧν ἀπολαύσεται
Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὐτος οὐκ ἐξ' ἄθλιος;

Nam qui ea potiri concupiscit, à quibus
Arcetur horis, quomodo non sit miser?

Menander *Ærariâ*, referente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 117.

§ 34. Καταφιλῆσαι τὸ παιδίον] Ex eodem Epicteti loco & ista desumpta sunt. Τί γάρ ἐστι μεταξὺ, καταφιλῆσαι τὸ παιδίον, ἐπιφθονῆσαι λέγειν, Λύειον ἀποδυσῇ; τῷ φίλῳ σεαυτὸν, Λύειον ἀποδημήσεις, ἢ σὺ, ἢ ἐγὼ, καὶ οὐκέτι ὀψόμεθα ἀλλήλους; ἀλλὰ δύσφημα ταῦτα. καὶ γὰρ τῶν παιδίων ἔνιαι· ἀλλ' ὅτι ὠφελοῦσι, ἐκ ὑποφθονοῦμεν ὠφελεῖτω· σὺ δὲ δύσφημα κακὸς ἄλλα, ἢ τὰ κακὰ τυγχάνοντα; δύσεσθαι δὲ μοι λέγεις ὄνομα φυσικὸν τυγχάνοντα σημαντικόν; λέγε δύσφημον ἔδ), καὶ τὸ θεωρεῖσθαι τοῦ φαγεῖν ἀπόλαυσιν καὶ σημαίνει τῶν φαγόντων, ἀλλ' ἐ τῇ πόσει. Ista autem dissertatio enata est forsan ex occasione illius

Desideras absentem & hunc frustrà invocas. Plautus *Pers. act.* 4. *sc.* 4.

——*quid illum quæras, qui fuit?*

Vetatur idem & proverbio illo altero,

Ῥόδον παρελθὸν μηκέτι ζήτει πάλιν.

Ne quæras iterum præteritam semel rosam.

Meminere Zenobius in *collect. adag.* 702. Suidas *adag.* 58. Apostolius *adag.* 1621. Scaliger *stromat. adag.* 827. Verùm apud Suidam & Apostolium vitiosè legitur, Ῥόδον παρελθών· quod secuti Schottus in versione *stromatei* Scaligeriani,

Ne quære, quando præteristi, iterum rosam.

Pantinus apud Apostolium,

Quam præteristi, ne amplius quæras rosam.

Et Portas apud Suidam,

Rosam, quam præterieris, ne amplius quære deinde.

quæ à proverbii mente abeunt procul. In ejusdem expositione Suidæ codices mutilati videntur. ἐπὶ τῶν κυδαινόντων πρὸ, inquit. deest, ἢν ἀπολιπόντα, ἢ ἀποθανόντα. *de eis qui celebrant aliquem, qui utique jam abiit, vel obiit, aut aliud ejusmodi.* Zenobius, Ἐπὶ τῶν μεταμελομένων ἐπί τι, καὶ μὴ δυναμένων τι ἀνύσαι. quod Pantinus apud Apostolium, qui utrumq; & Suidam & Zenobium transcripsit, sic reddidit; *de negligentibus circa aliquid, quiq; nihil efficere possunt.* ἀμελουμένων legisse existimarem, nisi τὸ μεταμέλεσθαι alibi pariter vertisse deprehendissem. vertendum potiùs, *de eis qui circa rem aliquam pœnitentiâ frustrà tanguntur, cum nihil proficiant.* De *rosa* distichon apud eundem in notis.

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βραχὺ χρόνον· ἦν δ' παρέλθῃ·
Ζητεῖς εὑρήσεις, ὦ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.

Verna brevi rosa flore nitet; simul ille recessit,
Non rosa quærenti, sed rubus asper erit.

Proinde, qui rerum istiusmodi desiderio intempestivo se torquet, miseriam sibi meram creat.

Ὃς γὰρ ἀπολαῦσαι βούλεται, ὧν ἀπολαύσεται
Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὐτος οὐκ ἐξ' ἄθλιος;

Nam qui ea potiri concupiscit, à quibus
Arcetur horis, quomodo non sit miser?

Menander *Ærariâ*, referente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 117.

§ 34. Καταφιλῆσαι τὸ παιδίον] Ex eodem Epicteti loco & ista desumpta sunt. Τί γάρ ἐστι μεταξὺ, καταφιλῆσαι τὸ παιδίον, ἐπιφθονῆσαι λέγειν, Λύειον ἀποδυσῇ; τῷ φίλῳ σεαυτὸν, Λύειον ἀποδημήσεις, ἢ σὺ, ἢ ἐγὼ, καὶ οὐκέτι ὀψόμεθα ἀλλήλους; ἀλλὰ δύσφημα ταῦτα. καὶ γὰρ τῶν παιδίων ἔνιαι· ἀλλ' ὅτι ὠφελοῦσι, ἐκ ὑποφθονοῦμεν· ὠφελεῖτω· σὺ δὲ δύσφημα κακὸς ἄλλα, ἢ τὰ κακὰ τυγχάνοντα; δύσεσθαι δὲ μοι λέγεις ὄνομα φυσικὸν τυγχάνοντα σημαντικόν; λέγε δύσφημον ἔδ), καὶ τὸ θεωρεῖσθαι τοῦ φαγεῖν ἀπόλαυσιν καὶ σημαίνει τῶν φαγόντων, ἀλλ' ἐ τῇ πόσει. Ista autem dissertatio enata est forsan ex occasione illius

illius quod ab eodem dictum refertur, *enchirid. c. 3.* Ἂν πωλῇον σωτῆ καταφιλῇς ἢ γυναῖκα, μέμνησο ὅτι λέγειν, ὅτι ἀνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόν & γὰ αὐτῆ ἢ ταραχθήσῃ· quod astanti forsan alicui minùs gratum auditu, malique ominis esse visum est. vide *l.* 9. § 3. & *l.* 10. § 34.

Τὰς ψάλχας διειδῆναι] vide *ad lib.* 7. § 40. at Angl. interpres, ψαφυλὰς legisse videtur; (contrà quàm ipse Epictetus habet) quas διείσθαι, i. e. *meti* vix dixeris. fefellit illum forsan quod de *nivis* sequitur.

Δύσφημα ταῦτα] ità Senec. *ad Marc. c.* 9. *quis non tanquam dirum omen respuit?*

§ 35. Ὀμφαξ, ψαφυλὴ] Et ista indidem, sed magis acclsa. Pergit Epictet. Λέγε δύσφημον & τὸ φυλλορρῶν, & τὸ ἰχθὺδα γίνεσθαι ἀντὶ σύκου, καὶ ἀσαρίδας ἐν τῇς ψαφυλῇς. (quod Theocritus, an quis alius, *Idyl.* 27. Ἁ ψαφυλὶς ψαρίς ὄτι.) πάντα γὰ ταῦτα τῇ προτέρων οἰκεῖα εἰς ἕτερα μεταβολαί, οὐκ ἀπώλεια, ἀλλὰ τεταγμένη τις οἰκονομία & διοίκησις τῶν ὅλων. τυτέσιν ἀποβολὴ, & μεταβολὴ μικρά· τῶτο δέναται. μεταβολὴ μείζων, οὐκ ἐκ τῆ νυῦ ὄντ⟨ος⟩ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νυῦ μὴ ὄν. Apollon. Tyan. *ep.* 66. Τὸ γὰ ὂν οὐκ ἀπόλλυται· διὰ τῦτο ὄν, ὅτι ἴσως διαπαντός· ἢ & τὸ μὴ ὂν γένοι· πῶς δ' ἂν γένοιτο, μὴ ἀπολλυμένου τῆ ὄντ⟨ος⟩; vide *ad l.* 4. § 4 & *l.* 5. § 13.

§ 36. Λῃστὴς προαιρέσεως ὁ γίνεται] Epictet. αὐτολεξεί, *l.* 3. *c.* 22. Λῃστὴς π. ὁ. γ. τύραννος & ὁ. γ. Idem, *lib.* 1. *c.* 18. Ἀλλ' ὁ τύραννος & δήσει; τὸ σκέλος. ἀλλ' ἀφελεῖ τί; τὸν τράχηλον τί ὕν, ἐάσει, ὑπ' ἀφελεῖ; πρὸς προαίρεσιν. vel, τί ὕν; ὁ δήσει, ὑπ' ἀφελεῖ πρὸς προαίρεσιν. Et Clemens *strom. l.* 4. πρὸς ἀρετικὸν οὐκ ἐπ' ἄλλοις ποῖν εἶναί φαμεν, ἢ πάντων μάλιστα ἐφ' ἡμῖν. τὰ μὲν γὰ ἄλλα ὕλην ἔχειν δύναται πῆς προαιρέσεως. τὸ δ' ἐφ' ἡμῖν ἁπλῶς ὑπ' ἄν μάλιστα ἐνίσχυσε. διόσδοτον γὰ τὸ δόξον, & οὐκ ἀναίρεσιν ἄλλῳ τινί. vide Apostolum *ad Rom. c.* 8. *v.* 35, 39. Stilpo cùm Megarâ captâ à Demetrio rogaretur, numquis rerum ipsius quicquam abstulisset, quò restitutio posset fieri, respondisse fertur, ὐδείς· ὑδένα γὰ εἶδον ἁρπάσαντα. *Nemo quisquam: neque enim quenquam vidi, qui scientiam asportaret.* Plut. in *Demetr.* vel ut idem *de puer. instit.* numquid amisisset quærenti. ὁ δ' ὅτι· πόλεμ⟨ος⟩ γὰ ὁ λαφυραγωγεῖ ἀρετὰς, *Nihil*, inquit, *quicquam: neque enim bellum virtutem unquam deprædatur.* Laërt item *l.* 2. ait jussum à rege catalogum sive indicem eorum quæ amiserat exhibere, dixisse, μηδένα γῆ οἰκείων ἀπολωλεκέναι· παιδείαν γὰ μηδένα ἐξηνεγκέναι· τὸν τε λόγον ἔχειν & πρὸς ἅπαντα. *Nihil rerum suarum amisisse se: neque enim eruditionem quendam extulisse: rationémque ac scientiam supereſſe sibi.* denique ut Plut. *de tranquil.* μηδένα ἰδεῖν τὰμὰ φέροντα. *neminem*, inquit, *vidi, qui meum aliquid ferret.* quibus Stilponis verbis optimè subjungit idem *ibid.* Καὶ τοίνυν & τὴν πόλιν πάντα τἄλλα ληλατήσας & ἀνδραποδισμένης, ἔχοιδό τι τοιῦτον ὂν ἑαυτοῖς, *Iliad.* ἑ *v.* 484.

Οἷον κ' ὕτε φέρεσθον Ἀχαιοὶ, ὕτ' ἂν ἄγοισθ.

qui & mox, δόξας χρηστὰς, & παιδήματα, & λόγους εἰς ἀρετικὸν τελδῆντας, ἀναφαίρετον ἑσῖτα & ἀδιάφθορον appellat. In casu consimili Stilponiani illius, post rei familiaris direptionem Æneas Gaz. ad suos *epist.* 5. Νῦν βεβαιότερον γνάτωθε, ὅτι χρυσὸς & ἄργυρ⟨ος⟩ & ἀνδράποδα πολλοῖς ἀπεμάχετον, ἀβέβαιον ἦν τι χρῆμα, & ὐκ ἰσχυρὸς, ὐδὲ τῦτ⟨ο⟩ ὡς ἀληθῶς, ἀγε τῇ βυλομένῳ διαπάζειν ἔξεστι· τὰ δ' μαθήματα, & ἡ σοφία, τοῖς μὲν ἀνοήτοις καταλέλοιπε, βέβαιόν ἦν τι κτῆμα, & πτητὸν, & ἀνάλωτον, & τὸ ὅλον κρεῖττον λῃστείας. qui idcirco optimè subinfert; τῦτο μᾶλλον ἀντέχετε· & ὑκέτι ἔσῃς φυλακῆ δεήσεσθε, ἐ τείχυς, ὐχ ὅπλων, ἐ φυλατ⟨όντων φάλαγ⟩γ⟨ος.

§ 37. Τέχνῃ ἢ ἕξει τοῦ συγκατατίθεσθαι εὑρεῖν] Epictet. *enchir. c.* 7. Ἄρξαι πῆ ἀπὸ τῶν πρώτων ἦν ἐφ' ἡμῖν, & μετάθες ὅτι τὸ πρὸς φύσιν ἦν ἐφ' ἡμῖν. πῆ δρέξει ἦν παντελῶς ὅτι τῷ παρόντ⟨ι⟩ ἄγελε· μόνῳ ἢ τῇ ὁρμῇ & ἀφορμῇ χρῶ, κύφως μόνῃ, & μετ' ἐπεξαιρέσεως, & ἀνεπιφόρως. Habes pleraque hîc à Marco posita; habes & apud Marcum sparsim *artis* hujus regulas in locis ad marginem adnotatis, & cumprimis *lib.* 8. § 7. verum τοῦ τὸ συγκατατίθεσθαι peculiariter *artem* quam dicit voluisse videtur quod proposuit idem *differt. lib.* 3. *c.* 8. Ὡς δεῖ τὰ ἐρωτήματα τὰ σοφιστικὰ γυμνάζεσθαι· ὕτω & πρὸς τὰς φαντασίας κατ' ἰδίαν δεῖ γυμνάζεσθαι· ἐπιτείνυσι γὰ ἡμῖν & αὐτὰ ἐρωτήματα. ὁ μὲν ἀπόκειται τῆ δεῖν⟨ο⟩· ἀπόκειται, ἀπεραίρετον, ἐ κακόν. ὁ πατὴρ τὸν δεῖνα ἀπεκληρόνομον κατέλιπε· τί σοι δοκεῖ; ἀπεραίρετον, ἐ κακόν· ἀλυπήδη ἐπὶ τύτῳ· ἀπεραίρετικὸν, κακόν. ἡμιναίως ὑπέμεινε. ἀπεραίρετον, ἀγαθόν. κἂν ὕτως ἐδιζώμεθα, ἀπεκόψαμεν· ὑδέποτε γὰ ἄλλῳ συγκαταθησόμεθα, ἢ ἐ τὰ φαντασία καταληπτικὴ γίνεται. *nihil enim aliud statuendum est quàm quod phantasia ipsa renunciat.* ità enim restituendus est locus ille illustris, qui vitiosè vulgò legitur ἢ ἴν φ. κ. γ. clausulâ novissimâ eriam à reliquo corpore divulsâ. Hæc est *assensûs cohibendi ars* de qua Marcus istic. vide amplius *ad l.* 8. § 49.

Ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθ] Epictet. *lib.* 3. *c.* 12. è Marco istic emendandus. πῆς γάρ ἔσῃ ἀκτητὴς; ὁ μὲν ὀρέξει μὲν χρῆσθαι, ἐκκλίσει ἢ πρὸς μόνα τὰ προαιρετικὰ χρῆσθαι. legemeo periculo, ὀρέξει μὲν μὴ χρῆσθ· sic enim ipse suprà. παντελῶς ἄφελε. & *enchir. c.* 2. § 2. παντελῶς ἄνελε.

§ 28. Περὶ τὸ μαίνεσθ ἐ μή] Vitiosa scriptura, quæ & Xylandro imposuit, rescribendum (quod & Casaub. vidit.) ἢ μή. *de hoc*, inquit, *agitur utrùm insaniamus necne.* Hoc est, scil. Stoicorum placitum, ὅτι πάντες οἱ μοχθοὶ μαίνονται. Cicero *paradox.* 4. & Laërt. *lib.* 7. *Zenon.* Πάντας τοὺς ἀφρονας

ἄφρονας μαίνεσθαι. hoc est, ut Cicero *Tuscul. lib.* 4. *Omnes stultos insanire.* Siquidem, ut idem *lib.* 3. *omnes perturbationes animi morbos esse, stultumque neminem his morbis vacare. unde sic concludunt: qui in morbo sunt, sani non sunt. omnium autem insipientium animi in morbis sunt. omnes insipientes igitur insaniunt.* Epictetus *lib.* 1. *c.* 28. τίνες λέγουσι οἱ παντὶ τῷ φαινομένῳ ἀκολουθοῦντες; μαινόμενοι. ἡμᾶς οὖν τι ἄλλο πιεῖσαι; quem locum interpres doctissimus perperam reddidit, dum autoris mentem non attendit. Flaccus (quem & vise sis fusiùs ista prosecutum *Serm. l.* 2. *sat.* 3.)

Quem mala stultitia, & quemcunque inscitia veri
Cæcum agit, insanum hunc Chrysippi porticus & grex
Autumat. —— vide & Epictet. *l.* 1. *c.* 22.

§ 30. Ὁ Σωκράτης ἔλεγε] ubi ista Socratis reperiantur, ignoro. nec possum certò statuere, an scriptum fuerit [ὡς] ὁ Σωκράτης ἔλεγε; & priora illa illud respiciat. Socrates certè in Plat. *Alcib.* 2. Πάντας ἂν ὃν σὺ λέγεις ἄφρονας μαίνεσθαι, οὐδεὶς ἂν φαίη μὴ

Τί ὃν ζητεῖτε] leg. τί ὃν ὃ ζητεῖτε; ità & utrique interpres.

Ὅπου ἔχω] Nemo scil. id quærere & acquirere satagit, cujus compotem jam sese credit. In hanc mentem Dio Prus. *orat.* 69. Ὁ μὲν ἀργυρίου δεόμενος, ἢ ἱματίων, ἢ οἰκίας, ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου τι καὶ ζητεῖ παρὰ τῶν ἐχόντων λαβεῖν· ὁ δὲ νῦν οὐκ ἔχων, οὐκ αὐτὸ τοῦτο δεόμενος, ὅτι οὐκ ἔχει νῦν. Dionysodorus apud Platon. in *Euthydem.* τῶν λαμβανόντων εἰσὶν οἱ μανθάνοντες, ἀλλ' οὐ τῶν ἐχόντων. In eandem mentem & ex Platonis *Alcibiad.* 1. quædam laudat Theodoret. *therapeut. l.* 1. cujus hæc sunt verba. ὅτω τὸν Ἀλκιβιάδην παίδευε ὁ Σωκράτης μαθεῖν, τὴν τῆς γνώσεως ὄψιν πρότερον ἐξοφείσας· πρότερον μὲν γὰρ αὐτὸν ἐξέλεγχεν ὡς οὐδέτα εἴη· ἐπεὶνον εἰρηκότα, Ἀλλ' οὐκ ἂν εὑρεῖν με ἠγῆ; ἐπῆγαγε, καὶ πάλαι γε, εἰ ζητήσειας· ἐκεῖνον δ' αὖ φάντα, εἶτα ζητῆσαί με οὐκ ἂν οἴει; ἀπολαλεῖν ἔφη, ἐγὼ γε, εἰ οἰηθείης γε μὴ εἰδέναι· ἀρχὴ ἄρα γνώσεως, τῆς ἀγνοίας ἡ γνῶσις. Plato certè in *Sophist.* μαθεῖν ἄπορ' ἂν ἐθέλειν τὸν ὀἰόμενον σοφὸν εἶναι. Idémque apud Anton. *meliss. lib.* 2. *c.* 74. Δεῖ δὴ νέον ἐκπεδυμάτων [μᾶλλον] τὸ ὄτιμα καὶ τὸν πύρον, ἢ δὴ ἀσκῶν τὴν ἄεσα, τοῦ ἐγχέαι τὴ βυλομύης χρήσιμον. (ità enim legendum, suppliendum ex Plutarcho *de audiendo*; non autem τῷ ἢ loco cum Gesnero ὡς substituendum.) οἱ δὲ μὴ, γέροντες ὄγκυ καὶ φυσιμαῶν, ὡς πρεσβύτατοι· Siquidem ut Socrates *ibid.* τοῦ μὲν ἀσκὸς, τὸ πνεῦμα δίεσιν· τοῦ δ' ἀνοήτως ἀνθρώπους τὸ ὄτιμα. nec tam φυσιοῖ ἡ γνῶσις, ut Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 8. *v.* 1. quàm ἡ τῆς γνώσεως ὄτησις, καὶ ἡ ψευδώνυμος γνῶσις, ut idem loquitur *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 20. Facit huc & illud Domini Matt. *c.* 9. *v.* 12. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. opinione sua, non revera, sanos alloquitur. Clem. *paed. l.* 1. *c.* 1. τοῖς νοσοῦσι τοῦτο μὲν ἰατροῦ χρήζει· τοῖς δὲ ἀνοίᾳ τὴν ψυχὴν πεπληγμένοις δεῖ ἴσως καὶ ὑγιείας καὶ νόσου· ἀλλ' ἡ μὲν μανία, ἡ δ' ἀπειροκαλία. Naso *Ponti. l.* 3. *el.* 4.

Firma valent per se, nullúmque Machaona quærunt.
Ad medicam dubius confugit æger opem.

Optatus, *de schism. l.* 3. *Sanitas non flagitat medicinam. ægroti est remedia quærere.* Cæsarius Arelat. *serm.* 37. *Non requirit medicum, qui se non sentit ægrotum.* itaque Gregor. Rom. *in Psal. penitent.* 4. *Nemo est insanibilior illo, qui sibi sanus videtur.* Siquidem, ut Joan. Chrysost. *edit. Savil. tom.* 6. *orat.* 67. ὁ τὴν νόσον ἀγνοῶν, ἀδιαμίαν ποιήσεται τῆς ἀῤῥωστίας ὀπιμέλειαν. Et Isidor. Pel. *l.* 2. *ep.* 238. τὸ ἐν νόσῳ χαλεπωτάτῃ τυγχάνοντα νομίζειν ὑγιαίνειν, μανίᾳ λαμπρᾷ καὶ ἀνίκῃς ἐστί. πῶς γὰρ ὁ τοιοῦτος ἰατρὸν ζητήσει, μηδ' αὐτὸ τοῦτο ὃν νοσεῖ ὁμολογῶν; vide Pharisæorum arrogantiam, Luc. *c.* 18. *v.* 9. & Joan. *c.* 9. *v.* 40. sed & typum consimilium, typum ecclesiæ Laodicenæ fastuosum illum apud Joannem *Apocal. c.* 3. *v.* 17. scitè Bion, ut Laërt. *l.* 4. τὸν ὄηπιν, σχοινοτῆνα ἐγκοπίν. *Opinionem* dicebat esse *profectûs impedimentum.* & de Philosophis Clemens *strom. l.* 1. ἡ μεγάλη τῆς οἰήσεως ἀπιστεῖν ἀναπείθει. sed & Greg. Naz. *apolog.* τὸ οἴεσθαι τοῖς ἓν εἰδέναι τὸ πᾶσιν ἀφαιρεῖται καὶ μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον. Senec. *epist.* 69. *Illud præcipuè salutem impedit, quòd citò nobis placemus. ideò mutari nolumus, quia nos optimos esse credimus.* & *epist.* 50. De Harpaste fatua. *Incredibilem tibi narro rem, sed veram. subitò videre desiit, & nescit se esse cæcam. hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liquet tibi. nemo se esse avarum intelligit, nemo cupidum. cæci tamen ducem quærunt: nos sine duce erramus; & ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos ægrotare nescimus. nec quærimus quidem medicum; erubescimus discere bonam mentem.* Optimè ergò Epictet. *l.* 2. *c.* 11. Ἀρχὴ φιλοσοφίας, παρά γε τοῖς ὡς δεῖ, καὶ κατ' αὐτὸν ἐπιθορύβοις αὐτῆς, συναίσθησις τῆς ἰδίας ἀσθενείας καὶ ἀδυναμίας· δεῖ τὰ ἀναγκαῖα. & mox: τὸν ὄηπιν προσελήλαμεν· δι' ἃ γὰρ, φησὶν, οὐκ οἶδα ἐγὼ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά; οὐκ ἔχω ἔννοιαν ἰδίαν; &c. & *ibid. c.* 17. τὸ προκόπτον ἔστιν ἔργον τῆς φιλοσοφίας, ἀποβολὴν ὄησιν. ἀμάρτανον γὰρ, ἅ τις οἴεται, ταῦτα ἀρχὴν ἔδωκε μανθάνειν. & in *fine dissertationis*: ταῦτ' οὖν τὸν ὄηπιν τὸν τὸ δοκεῖν εἰδέναι τι πρὸς χρησίμων ἀποκάλλοντας ἔχεσθαι δεῖ πρὸς τὸν λόγον. οἱ δὲ μὴ, οὐδ' ἐγὼ ἐσόμεθα τῷ προκόπτειν, κἂν πάσας τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς συντάξεις ἀκούσωμεν. Quod Apostol. *ad Cor. ep. c.* 3. *v.* 18. Εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. siquidem, ut Seneca, *de tranquill. c.* 1. *Multi ad sapientiam putarunt pervenire, nisi se putâssent jam pervenisse.* vide *l.* 1. § 7.

Τί ἐν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε] Sunt enim ista animi parùm sani indicia. vide *Jacob. cap.* 4. *v.* 1.

Ad

§ 1. Ἐφ' ἃ δὲ θεόδεν τύχῃ ἐλθεῖν] Δὲ θεόδεν, *posthac*, Casaub. *per circuitus temporum*, Xyl. Malim, *per ambages* θελεθόν. Flaccus *lib.* 1. *epist.* 11.

Strenua nos exercet inertia: navibus atque
Quadrigis petimus bene vivere. quod petis, hîc est,
Est Ulubris; animus si te non deficit æquus.

Senec. *ep.* 28. *Non peregrinaris, sed erras, & ageris, ac locum ex loco mutas; cùm illud quod quæris, bene vivere, omni loco positum sit.* Idemque *ep.* 31. *Quomodo, inquis, isto pervenitur? non per Penînum Graiumve montem, nec per deserta Candaviæ: nec Syrtes tibi, nec Scylla, nec Charibdis, adeundæ sunt; quæ tamen omnia transisti procuratiunculæ pretio. totum iter est, jucundum est, ad quod natura te instruxit. Licet ad Philosophiam etiam sine viatico pervenire.* Idem. *ep.* 17. vide Molem, *Deus. c.* 30. *v.* 11. ——14. & ex Mose Paulum, *ad Rom. c.* 10. *v.* 6, 8. Non est itaque necesse, quod ille apud Clem. *Strom. l.* 5.

Πολλὰ πλανηθῆναι διζήμενον ἐμμέναι ἐνὸν.

vel ἐνδιάμενα etiam. vide *ad l.* 11. & 16. & *l.* 5. § 16. & *l.* 10. § 33.

Τὸ μέλλον ὀπτηρέψῃς τῇ θεσπιδίᾳ] Idem suos monet Dom. Christus. Matth. *c.* 6. *v.* 34. Μὴ μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον. vide *l.* 4. § 33, 34. & *l.* 7. § 8. & *l.* 10. § 11.

Τὰ παρὸν μόνον ἀπαλθήνης] vide *l.* 3. § 12. & *l.* 6. § 2. & *l.* 8. § 44. Pindar. *Pyth. od.* 3. Τὸν δ' ἀμφέπουσ' ἀεὶ ῥᾳστώνα δαίμων· ἀσκήσω, κατ' ἐμὰν δεξαμενὰν μαχανάν. & *ibid.* 8. σοὶ ποδὸς γὰρ ἄρτιον αἰεὶ χεῖμα πᾶν φερέμεν ἢ τὸ παρακείμενον. idem Nem. 3. Μὴ τίνυσι πολυπραγμόνει τὸ μέλλον· ἀλλὰ τὰ παρόντα πρὸς τὸ χρήσιμον διατίθεσο· τί γὰρ ὄφελος ἐκ τῆς θεσπεσίης τὴν γνῶσιν; οἱ μὲν ἀγαθὸν ἔσαι τὸ ἐσόμενον, ἥξει κἄν· μὴ θεσπιῳδεῖ· εἰ δ' ἢ λυπρὸν, τί σοι τὸ κάρ; ὃ γὰρ πρόσθε παθεῖν τῇ λύπῃ. Basil. Cæsar. *in Esai.* & apud Simeon. Logoth. *orat.*. 21. vide. *l.* 7. § 7.

Πρὸς ὁσότητα καὶ δικαιοσύνην] Ità Zacharias Luc. *c.* 1. *v.* 35. ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. & Paulus *ad Ephes. c.* 4. *v.* 34. ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι. quarum altera Deum spectat, altera hominem. cùm tamen δικαιοσύνη laxiùs sumpta quandoq; utrumq; comprehendat. ut Matth. *c.* 5. *v.* 20. & *c.* 6. *v.* 33. & Luc. *c.* 1. *v.* 6. vide *ad l.* 11. § 10, & 20.

Ἵνα φιλῇς τὸ ἀπονεμόμενον] vide *l.* 3. § 15. & *l.* 10. § 11, 20.

Σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔφερε] Vide *ad l.* 3. § 4. συνεμφέρεται τε καὶ συνεμφέρει. & *l.* 5. § 8.

Χωρὶς θεομοχθῆς] Siquidem, ut Æschyl. *armor. judic.* à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 11. laudatus;

Ἁπλᾶ γάρ ὅτι τῆς ἀληθείας ἔπη.

Simplicia verba veritas simplex amat. Grot.

Et Euripid. *Phœniss.*

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κ' ὃ ποικίλων δεῖται' ἂν δίκ' ἐρμηνευμάτων·
Ἔχει γὰρ αὐτὰ πρόσφορ'· ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Simplex & infucata veri oratio est;
Nil indiget res æqua sermonum ambitu,
Manifesta per se: causa sed juris sui
Vitio laborans, quærit à verbis opem. Grot.

Julian. Imp. *orat.* 7. Λέγεται γοῦν Εὐριπίδου κἀκεῖνος,

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ·

σκιαγραφίας γὰρ φησι τὸν ψευδῆ καὶ ἄδικον δεῖσθαι. & Theodoret. *therap. l.* 1.

Ἀληθῶς ἔλεγε ὁ τραγικὸς λόγος ἐκεῖνος
——ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Basil. Cæsar. *orat.* 14. & Simeon Cancellar. *orat.* 21. Ὁ μὲν γὰρ ἀληθὴς λόγος, ἢ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊὼν, ἁπλοῦς ὅτι καὶ μονότροπος· ὁ δὲ ποικίλος καὶ ἐντεχνος, πολὺ τὸ ἐπίπλοκον καὶ ἐγκατάσκευον ἔχων, μυεία καταγωνιάζεται, καὶ τρέφεται τροφὰς ἀμυθήτους· ὅταν γὰρ ἄλλως μὲν φύσεως ἔχῃ τὰ πράγματα, ἄλλως δ' οἱ λόγοι περὶ αὐτῶν ἀναπέσωσι, σεσφή τις ὄζει, μᾶλλον ἢ διαστρεφὴ, τοῦ τῷ λόγῳ περὶ τὴν ἀλήθειαν γινομένῳ· καὶ ὁ ἄλλος μὲν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὢν κατ' ἀλήθειαν σεσφαῖς κέχρηται λόγοις, ἀπατᾷ τοὺς συνόντας, ὥσπερ τοὺς χύνας λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκες, ἑτέρων δεικνύοντες, καὶ ἑτέρων πρεπόμενοι.

Πεπιτεθραμμένον σοι σαρκίδιον] *altilis massa*, vel *molis carneæ*. Cas. ità πεπὶ vacabit. nisi fortè intentionis vim habere censeatur. *circumdatæ tibi carnis.* Xyl. ut. πεπιτεθραμμένον legisse videatur. Illa scriptura si retineatur, malim vertere *concretæ & congmentatæ circum te carnis.* siquidem τὸ πέφυκεν grammatici volunt aliquando significare τὸ πεπυκάσθαι. & indè Hesych. Πεπιτέφατο, πεπέπασται. habetur illud ξ. *v.* 477. ubi de nive, quæ scutis adhærebat, conglaciatâ,

——αὐτὰρ ἔπειτα χιὼν γίνετ' ἠΰτε πάχνη,
Ψυχρὴ, καὶ σακέεσσι πεπιτέφατο κρύσταλλος.

Sed & *Iliad. e. v.* 903. de lacte in caseum coagulî vi concrescente, (πῆξεν,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπιζώμενος συνέπηξεν,
Ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα πεπιτέφεται κυκόωντι.

Eam enim scripturam Herodianus restituit, & Eustathius approbat; & tum ad rem ipsam, unde imaginem eam mutuatus est poeta, tum & ad quam transtulit & accommodavit, vulneris scil. celerrimam coalitionem & curationem magis quadrat, quàm πεπιτέφατο illud, quod prius lege-

legebatur. accedit, quòd & τεφρὰς indè deducta ὅτι τυρῷ, de *caseo*, & pro *caseo* usurpatur, quod docent & Herodianus ab Eustathio adductus, & ex Antiphane aliq; Aristophane aliisq; Athenæus *lib.* 10. & *l.* 14. Firmant insuper apud Marcum explicationem istam, cùm quòd Jobus etiam *c.* 10. *v.* 10. de humani corporis in utero compositione agens, à *lacte in caseum coagulatione* similitudinem adhibuit, ad id negotii illustrandum: vide *ad l.* 10. § 26. tum quod Marcus ipse *l.* 7. § 68. quò loco hoc eodem vocabulo utitur; sed φύραμα appellat quod istic σαρκίδιον. Cæterùm, liquis, quia ἀσεμνότερον istud merè poeticum videtur, ad scripturam alteram illam potiùs inclinare voluerit, redditum malim, *quæ circum te mutationibus obnoxia est, carnis.* ut sit τὸ τετραμμένον, τὸ ἐν πῶς τρεπτῶς σωμαχῶς ὄν. quod *corpori* cumprimis competit. vide *l.* 7. § 15.

Ὄψεται γὰρ τὸ πάσχον] *viderit id quod patitur.* vide *ad l.* 11. § 13. sic *l.* 7. § 14. μέμψεσθε, & § 16. μεμνήσθαι, λεγέτω. & *l.* 8. § 28. ἀποφαινέσθω. & § 40. ὑπολαβέτω.

Τὸ πάσχον] *id quod patitur.* corpusculum vult, τὸ σαρκίδιον. verùm Cleanthes, referente Gregorio Nyss. *de anima*, etiam animam unà cum corpore pati contendit. Συμπάσχει, inquit, ἡ ψυχὴ τῷ σώματι νοσοῦντι καὶ πεπονθότι, καὶ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ. sed ψυχῆς nomine τὸ πνευμάτιον intelligit, quod ἀπὸ τοῦ νοῦ distinguit Marcus *infr.* § 3.

Τὸ ἓν σοι θεῖον πνεῦμα] vide *lib.* 5. § 21. & *in-fr.* § 18. 26. Cicero *offic. l.* 3. *Mente nihil homini dedit Deus ipse divinius.* Aristot. *de gener. animal. l.* 2. *c.* 3. Λείπεται ἢ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. Generaliùs Heraclit. *ad Amphid. ep.* 1. Θεῖόν τι ἡ ψυχή.

Καὶ τὸ μὴ παύσεσθαί ποτε ζῆν φοβηθῆς] transpositis voculis leg. καὶ μὴ τὸ π. est autem monitum præclarum. *Ne timeas, ne quando vivere desinas*; sed illum metuas, nè dum de die in diem differs, fiat ut rectè vivere nunquam incipias. hoc est, malè vivere magis, quàm mori formides. Ἀλλ' ἡμεῖς παιδικόν τινα φιλόμυθα φόβον, θάνατον μὲν δεδιυῖα, μὴ δεδικότες, ἀμυθίαν ἢ μὴ δεδικότες. καὶ γὰρ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, σφοδρότερα μὲν δέδοικε, πῦρ ἢ ὕδωρ δέδοικεν· ἀλλ' ἐὰν βασταζόμενα τύχῃ παρὰ λυχνίαν λύχνον ἔχουσαν, ἀφειδεστέρως τῷ χεῖρε ἐπαρίσησι τῇ λυχνίᾳ καὶ τῇ φλογί· καὶ τὸ μὲν ξυμφερόντων φεύγει σφοδρότερον· τὸ δ' ἀληθῶς φοβερὸν ἡ δέδοικε, τὸ πῦρ. ὅτω δὴ καὶ ἡμεῖς, θάνατον μὲν δεδοίκαμεν, ὅσον δεῖ σφοδρότερον ξυνταφέροντα. ἀμυθίαν ἢ ἡ δεδοίκαμεν, ὅσον δεῖν ἀληθῶς φοβερὸν, καὶ πυρὸς δηλονότι κατιδεῖν τὸ σωτηρίου. Joan. Chrysost. *edit. Savil. tom.* 6. *orat.* 43. quibus gemina habet & Isidor. Pelus. *l.* 2. *ep.* 257.

Ἄξιος τοῦ γενήσοντος κόσμου] *dignus mundo qui te genuit*, i.e. Deo. vid. *l.* 4. § 23.

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Aratus in *Phænom.* à Paulo laudatus *Act. c.* 17. *vers.* 28.

Aude, hospes, contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo.——

Nemo alius est Deo dignus quàm qui opes contempsit. Sen. *epist.* 18. quàm qui mortem quoque. Marcus hìc. Idémq; *epist.* 31. *Subsilire ad cœlum ex angulo licet: exurge modo & te quoq; dignum finge Deo.* Huc phrases illæ in sacra codice frequentes: de eis qui Christo quicquam anteponunt, propinquos, parentes, victum, vitam; οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Matth. *c.* 10. *v.* 37, 38. de iis, qui se à seculi sui inquinamentis intaminatos custodierint, ἵνα περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς· ὅτι ἄξιοί εἰσιν. *Apoc. c.* 3. *v.* 4. & de vita instituenda monita Apostolica; ἀξίως τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου, καὶ τῆς κλήσεως, ἵνα περιπατῆτε. *ad Thess. epist.* 1. *c.* 2. *v.* 12. *Col. c.* 1. *v.* 10. *Eph. c.* 4. *v.* 1. & ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου Χριστοῦ πολιτεύεσθε. *ad Philip. c.* 1. *v.* 27. Agapetus *parænes.* § 3. Ὁ ἑαυτὸν γνοὺς, γνώσεται Θεόν· Ὁ δὲ Θεὸν γνοὺς, ὁμοιωθήσεται Θεῷ· ὁμοιωθήσεται δὲ Θεῷ, ὁ ἄξιος γενόμενος Θεοῦ· ἄξιος δὲ γίνεται Θεοῦ, ὁ μηδὲν ἀνάξιον πράττων Θεοῦ, ἀλλὰ φρονῶν μὲν τὰ ἄνω· λαλῶν δὲ ἃ φρονεῖ· ποιῶν δὲ ἃ λαλεῖ. ubi in colo tertio vitium subesse videtur scribendúmque; quò membra sibi invicem nexu gemino cohæreant: ὁμοιωθεὶς δὲ Θεῷ, ἄξιος Θεοῦ γενήσεται.

Παύσῃ ξένος ὢν τῆς πατρίδος] vide *ad l.* 4. § 29. & *l.* 8. § 14, 15.

Τῆς πατρίδος] i. e. *mundi.* vide *ad l.* 4. § 44. πόλις καὶ πατρίς.

Καὶ κρεμάμενον ὀκνεῖν τοῦδε καὶ τοῦδε] quod Plato in *Epitaph.* dixit; καὶ μὴ ἐν ἄλλοις αἰωρεῖται. *nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario, pendere ex aliorum eventis cogitur.* Cicer. *Tusc. l.* 5. Galen. in *hortator. c.* 2. ἐξ ἐλπίδων ὀχεῖσθαι, eodem ferè sensu dixit.

§ 2. Ὁ θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ] indè καρδιογνώστης dictus Petro *Act. c.* 15. *v.* 8. & πάντων καρδιογνώστης *ibid. c.* 1. *v.* 24. ὅτι μονώτατος οἶδε τῶν καρδίαν πάντων ἀνθρώπων. ut Solomon rex. *Histor. Reg. l.* 3. *c.* 8. *v.* 39. Idémque in *Proverb. c.* 15. *v.* 11. Ἅδης καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ κυρίῳ· πῶς οὐχὶ καὶ αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων; *Solus itaque perfectè novit quid sit in homine, videns in eo & quod in se ipse non videt.* Bern. *in Psal.* 90. *conc.* 15. Sed ἐμφατικώτατα Apostol. *ad Hebr. c.* 4. *v.* 12, 13. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας· καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Ad quem locum Schol. Πάντα γυμνὰ παρ' αὐτῷ·

αὐτῷ· ᾗ ἑλκυσθῆναι ὑπὸ ἀφροδισίων ἢ ἀφροσύνης τινὸς ἑαυτὸν ὑποκλέψαι δύνασθαι τῆς ὀφθαλμῶν ἐκείνων. τετραχῶς δέ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀφελόντων τὴν ἐκ τῶν τετραχήλων ἠρτημένων καὶ γεγυμνωμένων τῆς δορᾶς. quibus gemina ferè Jo. Chrysost. habet. Tractum, inquiunt *ab ovibus, quarum pelle detracta, corpora nudantur.* quò facit lepidissimus ille de lepore insigniter macilento jocus, apud Ælian. *rustic. epist.* 11. ἐπεὶ γὰρ ἐδόκει, καὶ τὸ δέρμα ἀπεδύσατο, φανερὸς τίνι κεῖται ἐγένετο· μᾶλλον δὲ (ἃ γὰρ ὀρθῶς λέγω) ἀφανὴς δι' ὧν ἦν πάλιν· veràm ampliùs aliquod insinuare videntur verba illa Apostoli. Est enim proculdubio in tota illa dictione allegoria disertissima *à laniorum sive victimariorum ritu* ducta, à quibus *animalia immolanda* τετραχηλίζεσθαι, dicuntur, *cùm non solùm à collo suspensa excoriantur, sed per dorsi spinam etiam resupinata findantur, ut tota foris & intus oculis pateant;* utì optimè Beza. quò pertinet, quod Varin. Favorin. habet, τετραχηλίζειν, τὸ λίχνον μόνον, ἢ γυμνὸν τὸ λαιμὸν τῆς βάχεως σύρειν. vide ampliùs *ad l.* 1. § 3. & *l.* 11. § 13.

Καὶ φλοιῶν] *corticum* nomine non externa tantùm, puta vestem, pompam, reliquum vitæ apparatum, sed & corpus ipsum, ᾗ τὰ κρέα δαί, (utì mox loquitur) & hæc præcipuè comprehendit. Varro pariter in *Tithono; sic invitata matura anima corporeum corticem facilè relinquit.* Quin & *corticem* Nicander tam de *hominis cute*, quàm & de *anguis exuvio*, usurpavit. sic enim in Alexiphar. *v.* 302. de Marsya,

——Φοῖβος ἀπὸ φλοὸς δύσατο γυῖα.

& in Theriac. *v.* 355.

Ἐξότε γυμνὸν μὲν ἀπὸ φλοὸν ἕρπετὰ βάλλει.

& *v.* 392.

Εὖτ' ἂν ἀπ' ἠελίοιο θέρει φλοὸν ἄφεα βάλλῃ.

vide *infr.* § 8.

Τῶν ἐξ ἑαυτῆς εἰς ταῦτα ἐῤῥυηκότων καὶ ἀποκεκαθαρμένων] *Animam* scil. *mentem* saltem, δεῖ ἀπῤῥοιάν τινα opinabantur Stoici. Vide *ad lib.* 2. § 1. Cicero *Tusc. lib.* 4. *Humanus animus decerptus ex mente divina.* Et hanc igitur magìs attendit & intuetur potiùs quàm corpus, quod est istius integumentum tantùm & involucrum. Plut. *de tardit. vindict. divin.* Ἀλλ' ὁ θεὸς ὅτε ἀγνοεῖ δή που ἐκάστου διάθεσιν, ἅτε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αὐδάνεσς πρυμνός. &c. & Samueli Deus ipse, *Regum histor. l.* 1. *c.* 16. *v.* 8. *Non spectat, quod spectare solet homo. Homo enim spectat quod est ob oculos; sed Deus spectat quod est in animo.* γυμνοῦ ἔσωθεν τοῦ ψυχοῦ βλέπων, ut Clemens *strom. l.* 6. sive, αὐτῇ τῇ ψυχῇ, αὐτοῦ τοῦ ψυχοῦ γυμνοῦ, γυμνὸς αὐτὸς θεωρῶν uti Plato in *Gorgia.*

Τὸν πολιὸν θεασάμενον σαυτὸν θεαιρήσεις] quò scil. μειρύχας, καὶ τυρόδρυ δεῖ πολλά· ut Marthæ Jesus Luc. *c.* 10. *v.* 41. Vide *l.* 2. § 7. & *l.* 6. § 22. & *l.* 9. § 31. Interpres neuter commodè satis reddidisse videtur. De Diogene Julian. *de cynism. orat.* 1. Τὰς ἢ ἐν τῷ σώματος ἐμπεπλουτικὰς τῇ ψυχῇ δορύβους, οἷα πολλάκις ἡμᾶς ἀναγκάζει, τοῦτο τὸ θεικάμμιον αὐτῷ χάειν πολυθρυλλούμενον, ὁ δὲ ἐν μέσῃ θεσείτο.

Ὁ γὰρ μὴ τὰ θεικάμματα κρεάδια ὁρᾷ, ἢ που γε ἐδῆται, καὶ οἰκίαν, καὶ δόξαν, καὶ πάλιν τοιαῦτα πειροῦται καὶ σκοπεῖ θεάσασθαι, ἀχολήσεται] Locus vitiatus: quemque Lugdunensis editor corrupit ampliùs, ἀχολήσεις, exhibendo. prout in Basileensi concipitur, contrarium planè autoris menti sensum nobis repræsentat: *eum* scil. *qui circumjectum sibi corpus non intuetur, vestitum, domicilium, cæteráque ad corporis usum spectantia respiciendo, molestiam negotiumq; sibi comparaturum.* At Marci mens aliorsum abit, eum nimirum qui corporis curam non habet ista multò minùs moraturum. Cas. ἥπτυγε legisse videtur, atque ἢ illud disjunctivæ loco habuisse. vertit enim; *siquidem qui nec corpus suum, nec vestitum suum, nec ejusmodi adminicula ulla respicit, multum quietis otiiq; eum procurare sibi necesse est.* Οἰκίαν καὶ δόξαν, prorsus omisit. istam autem interpretationem si admiserimus, pro ἀχολήσεται, legendum erit, ἐυχολήσεται. quòd *l.* 4. § 19. ἐυχολώτερον ἔσεσθαι dixit. tum ἐν τῷ κοίτῃ in posteriore membro μὴ subintelligendum, quasi μὴ δεδώκῃ diceretur. Ità *Psal.* 9. *v.* 18. *Non enim oblivioni in æternum trâdetur egenus; expectatio pauperum in perpetuum peritura est.* pro, *neque expectatio pauperum in perpetuum peritura est.* & Pindar. *Pyth.* 10. Ναυσὶ δ', ὅτε πρὸς ἰών. i. e. *nec navi, nec pedes iter faciens.* At Xyl. erotematicè legit, ἥπτυγε—ἀχολήσεται, *Qui enim non aspicit carnem circumjectam, sine occupetur, in veste, domo, gloriáque, reliquisque exterioribus, ac quasi tabernaculo contemplando?* forsan μήπτυγε quod vel negandi vel interrogandi vim habeat. *neutiquam occupabitur*: vel, *nuncubi occupabitur*: i. e. *negotium facesset sibi.* Vide Epictetum *l.* 3. *c.* 2. & 9. *ad l.* 11. § 18. Qui idem & quod Marcus istic vult, scitâ satis imagine nobis depinxit, *l.* 3. *c.* 26. dum *corpus asello*, reliqua *vitæ instrumenta aselli* hujus *instructui* confert. Ὅλον, inquit, τὸ σῶμα ὅπως ἔχειν σε δεῖ, ὡς ὀνάριον ὑποζυγιαῖον· εἰφ' ὅσον μὲν δίδωτε ᾖ, εἰ ὅταν ἀν δέωσι. ἐὰν δ' ἀγγαρεῖα ᾖ, καὶ σεφανώσῃς ὁπλάσηται, ἄφες, μὴ ἀνήτφε, μηδὲ γόγυζε. ὅταν ᾖ θεὸς τὸ σῶμα ὅπως ἔχειν σε δέῃ, ἔσχε τὸ ἀπολείπῃ· θεὶ τὰ ἄλλα, ὅτα τὸ σῶματος ἔνεκα παραιτάζεται· ὅταν ἐκεῖνο ὀνάριον ᾖ, τάλλα γίνεται χαλινάρια καὶ ὑπηρεῖα, σαγμάρια, ὑποδήματα, κεντοῦ, χόρτος· ἄφες καὶεῖνα· ἀπόλυε σᾶττον καὶ εὐκολώτερον ἢ τὸ ὀνάριον.

Τὰ θεικάμματα κρεάδια] vide *l.* 10. § 1. 38. & *infrà* § 3. sed & Julian. *supra* Ambros. *Hexam. l.* 6. *c.* 6. *Non igitur caro tu es, caro enim amictus est animæ.* & Varro *Andabatis*, citante Prisciano, *l.* 6. *sed quidvis potiùs, ô homo, quàm caruncula.*

Τῷ τοιούτῳ σκευοδοκῷ] σκευοδοκὸς nomine comprehendit, *quicquid exterius nos circumdat*, five munimenti, five ornamenti nomine; metaphorâ ab *amictu* ductâ. Ità Herodian. *l.* 1. Οὔτε τοῦ γένους μακεδὼν διαδοχὰς ὑποπτεύσας, ὅτε τοὺς πλάτας σκευοδοκεῖ λαμπρούς. Xenophon. *œconom.* Τὰ ὡς ἐμὲ ἱκανά ὄντα ἐμοὶ παρέχειν τὰ ἐμοὶ ἀρκοῦντα· εἰς ἃ τὸ σὸν σῶμα ὃ σὺ σκευοφόρηται, καὶ τῷ σοὶ δόξαν, ἀλλ' οἷ τεῖς ὅσα γιὼ κέκλησται σκευοφόρητό μοι, ἀλλ' ὡς ἂν ἱκανά μοι δοκεῖ εἶη. Procop. *Gothic. l.* 4. Τὰς δ' ἀνάκτων σκευοδοκιμοὺς μεγάλων, καὶ θεραπόντων ὑπὸ ὅσα κτῆσις ἀφαιροῦσ πολλάκις τὰ παρόντα αὐτοῖς ἰσχύειν.

Καὶ σκηνῇ] *tabernaculum.* Xyl. *scenam*, malim. Basil. *in hexam. orat.* 5. Ὁ δεῖνα σκευοφόρητο ὅτι χρημάτων σκευασίᾳ καὶ πλήθει σκεύ αὐτὸν κολάκων· δορυφορεῖα φίλων περιστοιχοῦν τῷ αὐτ' αὐτῷ χαίρειν δηλούντων· πλῆθο συγχωρίας καὶ ταύτης κατεχρημαπισμένης· ἐσμὸς τῶν ἑρπετῶν μυελων, τῶν τε ἐπὶ σπίων καὶ τῶν κατ' ἄλλας χρείας αὐτῷ περιστρεφόντων, ὃς καὶ περίων, καὶ πάλιν ἐπιτιθεὶ ὀπισυρέμενο ἐπιφθονῶ ὅτι τοῖς ὑπουργοῦσι περιόδους τοῦ πλήτω καὶ τῷ πολιτικῷ πνεύματι, ἢ καὶ τὰς ὁπ βασιλέων πηρὰς· ἐθνῶν ὀπιμέλειαν· ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίαν. τὸν κήρυκα μέγα βοῶντα πρὸ αὐτοῦ· τοῦ ῥαδιόχως ἔνδειν καὶ ἔνδειν βαρυτάτῳ καταπλῆξαι τοῖς ἀρχαϊκοῖς ἐμβάλλοντας τὰς πληγὰς, τὰς δημοσίους, τὰς ἀπαγωγὰς, τὰ δεσμωτήρια, ἐξ ὧν ἀφορητο ὁ παρὰ τῶν ὑποχειρίων ἀθροίζεται φθόο. καὶ τί μὴ τοῦτο ὁσοῦν καὶ παρὰ μία νὺξ, ἢ πυρετὸς εἷς, ἢ πλευρῖτις, ἢ περιπνευμονία, ἀνάρπαστον ἐξ ἀνθρώπων ἀπάγουσα τὸν ἄνθρωπον ὄιχεται, πᾶσαν τῶν κατ' αὐτὸν σκηνῶν ἐξαπίνης ἀποχρωμένουσα. Habes liberaliter delineatam *scenam* illam, de qua Marcus istic. Sed & Senec. *ad Marc. c.* 10. *Quicquid est hoc, quod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorum clientium turbâ referta vestibula, clara, nobilis, aut formosa conjux, caterique ex incerta & mobili sorte pendentia; alicui commodatiq; apparatûs sunt. nihil horum dono datur: collatitiis, & ad dominos redituris, instrumentis scena adornatur.* Idémque *de beneficiis, l.* 6. *c.* 31. *Ingentia super se & suos regna fregerunt, nec intellexerunt in illa scena, & vanis & citò diffluentibus bonis refulgente, ex eo tempore ipsos nihil non adversi expectare debuisse, ex quo nihil veri audire potuerunt.* Vide *l.* 11. § 6. *scena* pro *apparatu.* Synes. *de regno.* Τῶ δὲ τὸ βασιλικὸν σῶμα σκηνῶ καὶ θεραπείαν. De *corpore* Simocat. *epist.* 25. Οὕτως ἐλύπει τὸν φιλόσοφον τὸ ἔχεσαν παρ' ἑαυτῆς τὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. *l.* 4. § 23. non ut sibi soli vivat. *necesse est enim ut vivat & alteri qui vult sibi.* Senec *epist.* 48. & τὸ ἀκοινώνητον nusquam non damnat Marcus. Vide *l.* 8. § 48. & *l.* 9. § 6. & *l.* 10. § 1. & *l.* 11. § 1.

§ 3. Τεία ὄζιν ἐξ ὧν σωύσκημα] Vide *l.* 2. § 2. & *l.* 3. § 16.

Τἄλλα μέχει τῶ ὀπιμελεῖσ δεῖν, σά ὄζι] μέχει τῶ ὀπιμελεῖσ. hoc est quod eleganter Synes. *ep.* 11. ποῶτον ὁμιλήσας φεγγίσιν, ὅσον ἀφοσιώπαζ τῷ χῦ σώμα[Θ βίῳ. neque enim corporis, aut animæ etiam, quà rationis est expers, cura omnis abjicienda est. Vide *l.* 10. § 2. Crates Cynic. *epist.* 3. Μελέτω ὑμῶν τῆς ψυχῆς· τῶ δ σώμα[Θ, ὅσον ἀναγκη· σὺν δ' ἔξω, μηδ' ὅσον. Ex Platon. *polit. l.* 3. Clem. *strom. l.* 4. Ἐπιμελεῖσθαι σώματ[Θ δεῖν, ψυχῆς ἕνεκα ἁρμονίας, δι' ἣ βιῶντέ ὄζι, καὶ ὀρθῶς βιῶν. & mox de externis illis: τούτων δὲ ἀνδεκτέον, ἃ δι' αὐτὰ, ἀλλὰ διὰ τὸ σῶμα· ἃ δ. τῶ σώμα[Θ ὀπιμέλεια διὰ τῶ ψυχῶ γίνεται, ἐφ' ἣν ἡ ἀναφορά. Gregor. itidem Nyssen. *de anim.* χρεία καὶ τῇ ψυχῇ τῆς ὀπιμελείας τοῦ σώματ[Θ, ἵνα κατασκευὴ αὐτὸ ὄργανον ὀπτήδειον ἑαυτῇ. Et Tertull. *de anim. c.* 38. *Certè domus animæ caro est, & inquilinus carnis anima: desiderabit itaque inquilinus ex causâ & necessitate hujus nominis profuturæ domui, toto inquilinatûs sui tempore: non ut ipse substruendus, nec ut ipse loricandus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus: quia non aliter contineri possit quàm domo fultâ.* Senec. *ep.* 92. de viro bono: *Corporis quoque, velut oneris necessarii, non amator, sed procurator est: nec se illi, cui impositus est, subjicit.*

Τὸ δ' εἶτον μόνον χρείως σὸν] vide *l.* 8. § 56. & *l.* 10. § 38. Ambros. *hexam. l.* 6. *c.* 7. *Aliud enim sumus nos; alia sunt nostra; alia quæ circa nos sunt. nos sumus, hoc est anima & mens. nostra sunt corporis membra & sensûs ejus. circa nos pecunia est, servi sunt, & vitæ istius apparatus.*

Ὃ ἐὰν χρείσῃς ἀπὸ σαυτῦ] lege δὸ. & mox, pro ὅσα ἄλλα, ὅσα ἄλλοι. pro παρόντες, παρόντ σε. nihil mutavit editor Lugd. cùm ex Xylandri versione tamen satis advertere potuisset.

Τῦ περικειμένου σοι σωματίου] ut *suprà* § 2. & *l.* 10. § 1.

Τῦ συμφύτου πνεύματος] vide *l.* 2. § 2. & *l.* 5. § 4. & *l.* 6. § 15.

Ἡ ἔξωθεν περιῤῥέουσα δόξη] vide *l.* 4. § 43. & *l.* 2. § 14. ἀναχυκλέμενα. ad *vertiginem* interim illam respexisse videtur, quâ raptari videntur corpora cœlestia, à quibus pendent inferiora ista.

Καθαρὸν τῶν νοερὸν δ'ωόσιμον ἀπόλυτον] dèsiderari videtur copula [καὶ] ἀπόλυτον. Ità de Domino Christo, quem Christianis imitandum proponit Clemens Alexand. *pædag. l.* 1. *c.* 2. ἀπόλυ[Θ εἰς τὸ παντελὲς ἀνθρωπίνων παθῶν.

Ἐφ' ἑαυτῇ ζῆν] i. e. ἑαυτῇ ἀρκουμένῳ, *sibi ipsâ contentam*; quod felicitatem suam attinet. Πάντα ἀκοινώνητον nusquam non damnat Marcus. Vide

Τὰ περιστρεμμένα ὑπ' ἀναπαδήσεως] quæ ei (mentis

ti scil.) *consensu quodam naturæ adhærent.* Xyl. *quicquid per sympathiam ei possit adhærere.* Cas. ut προσπάθεια idem hìc sit, quod συμπάθεια, de qua *l.* 5. § 26. Verùm nec συμπάθεια illa excuti prorsus queat, ut ibi ostensum est; & aliud quiddam sonat ἡ προσπάθεια, *affectionem* nimirum eam, *quâ rei alicui addicti sumus, eámque quodammodo deperimus.* hoc est enim τὸ προσπαχθεῖν. Ità quod Basil. Cæs. an Eustath. Sebast. in *allegat.* Λυθλῶσι δεῖ τῆ δεσμῶν τῆς προσπαθείας τὸ βίᾳ, τὸν γε ἀληθινῶς ἀπονθένα est παθαλέος καὶ προσπεκέναι. prout & Marcus *lib.* 5. § 1. ὅταν προσπαθῶσιν, συγκαταπίκον) τῆς κατ' αὐτὰς ἔρμης. Nec illud prætereundum quod Plutarch. prout in *Pompejo*, τοῖς μειρακίοις προσπαῖζ. ita in *amator.* idem τοῖς ἐρασταῖς προσπονθέναι, pro *addictum esse & affectu adhærescere* dixit. Sunt itaque τὰ προσπτώματα ἐκ προσπαθείας *ea, quibus ex affectûs propensione nimia animus adhæresci.* Epictet. *lib.* 3. *c.* 28. Μή τι προσπτωτά σοι τῆ ὑ σῶν, μὴ φρασέφυκα, μὴ ἐδωνήσει ἀποπώλωσ. Quin & affectus ipsos, τὰ πάθη, προσπτώματα nuncupare, Basilidæ ejusque asseclis solenne fuisse, docet Clemens *strom. lib.* 2. adducto ex Isidori περὶ προσφυοῦς ψυχῆς insigni testimonio; quod ad Marci mentem illustrandam etiam non parùm conduxerit. Quin & (ut H. Stephani Thesauro auctarium leviusculum saltem contribuamus) προσπτωτὰ gemino ferè sensu usurpavit Galenus *de Hipp. & Plat. placit. lib.* 4. *c.* 10. Cæterùm neque τὰ ἁπλῶς προσπτωτὰ ταῦτα, de quibus Marcus hìc, in vitio habetur; istud enim à natura est: verùm τὰ προσπτωτικοῖς προσπαθέναι. Itaque de Diogene Epictetus *lib.* 3. *c.* 26. Πάντα ἔυλυτα ἦχε, πάντα. μόνον προσπτωτικὰ. non & προσπτυκτὰ quod *supra* dixerat. vide *l.* 3. § 5. & *lib.* 4. § 44. & *l.* 8. § 30. Adjici possunt his Porphyrii illa, *de abstinent. lib.* 1. Α μὲν ἐκ τῆς ἀνάγκης προσειλήφαμεν φύσεως, ἀποθέτ πάντα μετὰ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας. Et mox: χρὴ ἔργων ἀποστατέον καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας, καὶ πάθους· τί γὰρ ὄφελος ἔργων ἀφίσάμενον, τοῖς αἰτίοις, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἔργα, προσπλώζ· ubi vides τῷ προσπαθεῖαν etiam ἀπὸ τοῦ πάθους distingui. Ponantur ergò distinctionis causâ, tanquam gradus quidam, quibus ἀπὸ τῆς ἀπαθείας in partem sequiorem fiat declinatio, προπάθεια, πάθος, προσπάθεια. Est itaque ἀπάθεια *integra & absoluta ab omni affectione vitiosa immunitas*; quod pro *summo bono* habebant Stoici. προπάθεια *levissima ab hac declinatio*, & *affectûs* vitioli quasi *præludium* quoddam. πάθος *affectus vitiosus*, sive *morbus ipse.* Hieron. *in Matth c.* 5. *v.* 28. *Inter* πάθος & προπάθειαν. i. e. *inter passionem & propassionem, hoc interest*; *quòd passio reputatur in vitium, propassio licèt vitii culpam habeat, non tenetur in crimine. Ergò qui viderit mulierem, & animo ejus fuerit stillata, hic propassionis percussus est; Si verò consen-*

ſerit, & de cogitatione affectum fecerit, de propaſſione tranſivit ad paſſionem. περιπάθεια denique *ubi morbus invaluerit, & affectus radices adeò altas egerit, ut nec ex animo evelli facilè queat, nec avelli à re deſiderata, cui περιπλέκεται* quodammodo videtur.

Καὶ χρόνῳ τὰ ἐπίκεινα] *quæ ultrà ſunt.* quod ſuprà dixerat, ὅτι ὡς μέλλοντα τεφάνει σε. Flaccus, *carm. l. 1. ode 16.*

Lætus in præſens animus, quod ultrà eſt
Oderit curare. vide *l. 6. § 32. & l. 7. § 7.*

Τὰ ἐπίκεινα ἢ τὰ παρῳχηκότα] Senec. *epiſt. 78. circumcidenda ergò duo ſunt, & futuri timor & veteris incommodi memoria. hoc adhuc me jam non pertinet; illud nondum.*

Οἱ δ' ὁ Ἐμπεδόκλειος, σφαῖρος κυκλοτερὴς μονῇ ὡρισμένος ἀίων] Ad verſum quendam, quem Empedoclis eſſe vult, alluſit. ut & antè non ſemel *l. 8. § 44. & lib. 11. § 12.* Eum Parmenidæ videtur tribuere Stob. *tom. 1. l. 1. tit. 18.* Strobæorum excerptor Grotius ſaltem. Sub cujus nomine iſta apud hunc repræſentantur:

Ἀλλ' ὅγε πάντοθεν ἶσος ἐὼν, ἐπ πείρατον ἀτρέμα,
Σφαῖρος κυκλοτερὴς, μεμάκυῖα περιπλήθεν χαίρων.

poſteriorem verſum & ibi, & apud Marcum, iſtîc fœdiſſimè depravatum nemo non viderit, medelam Grotius conatus eſt, reſcribendo,

Σφαῖρος κυκλοτερῆς μεμαὼς περίφαλα χαίρων.

Verùm hæc à ſcripturæ veteris veſtigiis longiuſculè abſcedunt. Salmaſius feliciùs reſinxiſſe videtur in *exercit. Plinian.* ad Marci codices propiùs ſic accedens:

Σφαίρης κυκλοτερὴς δίνῃ περιγεῖ χαίων.

Τὸ σφαῖρος autem vocabulum cùm non alibi, niſi in Marci iſtis bis, legatur, quanquam poſſit, inquit Salmaſius, dici σφαῖρα & σφαῖρος, ut σκύφα & σκύφος· poſſit & σφαιρὴς pro σφαιροειδὴς, *rotundus ut ſphæra.* hæc tamen ſi minùs placuerint, forſitan non diſplicebit, quod aliquando mihi venit in mentem ſcribendum, Σφαῖρ' ὡς κυκλοτερὴς, &c. ſic Λάϊος ὡς, apud poetam & alia multa. ex illo, Σφαῖρ' ὡς inepti librarii fecerunt Σφαῖρος. idem igitur valet ac κυκλοτερὴς ὡς σφαῖρα. Mihi verò iſtud perplacet. Sic de *Echino* quem alluſiſſe Marcum diximus *l. 7. § 28.* Euſtathius Antioch. (ſi is ſaltem) *in hexaemer.* ὡς σφαῖρά ἐστι τῷ σώματι, καὶ ὁ κόσμος ἐστὶν αὐτῷ ὁλόκυκλος. ὡς σφαῖρα dixit, quod σφαιρικὸν Clemens *ſtrom. l. 5.* ὥσπερ οἱ ἐχῖνοι σφαιροειδῶν εἰλούμενοι. hanc autem ſcripturam ſi admiſerimus, in illis Οἷ δ' ὁ Ἐμπεδόκλειος ſubintelligendum erit κόσμος. qualem orbem ſive mundum deſcribit Empedocles; & Parmenides itidem utî eſt ſuprà indicatum. De *viro bono* pariter Auſonius *idyll. 16.*

Sccurus, mundi inſtar habens, teres atque rotundus,
Externæ nè quid labis per lævia ſidat.

Horatium imitatus; qui de *ſapiente* dixit; *ſerm. lib. 2. ſat. 7.*

In ſeipſo totus teres atque rotundus.

Vide *l. 8. § 48.* Cæterùm Viri cl. primum illud ipſe omnino admittendum exiſtimaverim, quia apud Euſtathium Homeri εἰσηγητὴν *ad odyſſ. ζ.* σφαῖρον Ἐμπεδόκλειον reperio in uſu communi olim frequentem extitiſſe. Παρὰ τὸ σφαῖρον, inquit, ἢ παρώνυμον ὁ Ἐμπεδόκλειος σφαῖρος, &c. quod & Arati Scholiaſtes confirmat, qui iſtud tamen Heſiodo tribuit, dum σφαῖρον huic τῷ σφαῖρον dictam ait, ſicut Homero ἕστερον ἠ ἑστίον. idem pro eo quod κονῇ Marci codex, & δίνῃ Salmaſius, μονῇ exhibet, & μενῇ. Verùm iſta quia alibi latiùs excuſſimus, actum hic agere ulteriùs nolumus.

Μίνον τε ζῆν ὀλίγης] vide *lib. 2. § 14.* & *infrà § 26.* Senec. *epiſt. 101. ſi vita noſtra non prominebit, ſi in ſe colligetur.*

§ 4. Πολλάκις ἐθαύμασα] Eìs maximè placere & approbare nos ſtudemus, quos imprimis diligimus ac ſuſpicimus. mirum igitur Marco, nec immeritò, videtur, homines, cùm ſemetipſos maximè diligant, aliis potiùs quàm ſibimetipſis approbatos ſe velle.

Ἑαυτὸν μὲν ἕκαστος μᾶλλον πάντων φιλεῖ] Euripides *Creſphonte* à Schol. *ad* ejuſdem *Medeam* laudatus;

Ἐκεῖνο γὰρ πέπουθ' ὅσοι πάντες βροτοί·
Φιλῶν μάλις' ἐμαυτὸν, οὐκ αἰσχύνομαι.
Mihi hoc, quod cunctis inſitum eſt mortalibus
Amare meipſum maximè, non me pudet.

Siquidem, qui φίλων legunt, quod codices vulgò exhibent, ſenſum corrumpunt prorſus; quod nec Grotius advertit, cùm vertit,

Minimùm, inter omnes, quos amo, noceo mihi.
——τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος;
——*namque quis bonus nequam ſibi?*

Sophocl. *Oedip. Colon.*

Οὐδ' ἔστιν ὅστις, ὅστις οὐχ αὑτὸν φιλεῖ.
Nemo eſt, amicus ipſe qui non ſit ſibi.

Et Eurip. *Med.*

Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γιγνώσκει τόδε·
Ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦδε πλέον μᾶλλον φιλεῖ;
Quis iſtud nempe non novit mortalium,
Diligere ſeſe cæteris plus quemlibet?
φιλεῖ δ' ἑαυτῷ πλέον οὐδεὶς οὐδένα.
Nec quiſquam charior alteri quàm ipſe eſt ſibi.

Τῷ δ' ἑαυτοῦ περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται] *Nam quoto cuique eadem honeſtatis cura ſecretò, quæ palàm? multi famam, conſcientiam pauci verentur.* Plin. min. *l. 3. ep. 20.* Hinc & illa Pelagii *ad Demetriam* querela. *Non cogitamus quid ipſi ſimus, ſed quid alteris eſſe videmur. unde eò perducta res eſt, ut neglectâ veritate meriti, de ſola opinione curemus, qui teſtimonium vitæ noſtræ, non à conſcientia noſtra, ſed à fama petimus.* Nec diſſimilis Bernardi querimonia, *de gradibus humil. & ſuperb. part. 2. gr. 6. Qui de omni alia re plùs ſibi credit,*

credit, quàm aliis; de se solo plùs aliis credit, quàm sibi. Adversus morem morbúmq; malum hunc, salutare monitum ab Apostolo habemus, *ad Galat. c. 6. v. 4.* τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος· καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον· De se Cicero, verè necne, ipse viderit, *ad Attic. l. 12. ep. 27. Mea mihi conscientia plùris est, quàm omnium sermo.*

Ὁ μὴ ἀμαρτὼν μηδέποτε ἐξοίσει] Vide *ad lib. 3. § 4.*

Τῆς πλάτης μᾶλλον αἰδέμεθα] contrà nimirum monitum illud Pythagoricum in *aur. carm.*

——Πάντων δὲ μάλιστ' αἰδοῦ σεαυτόν.

Tu plùs quàm cunctos alios te disce vereri.

cui consonat Democriticum illud monitum, quod *suprà* cum aliis ejusdem notæ attulimus *ad l. 2. § 6.* vide & *ad l. 11. § 26. & l. 10. § 9.*

§ 5. Ἐπειδὰν ἅπαξ ἀπὸ θάνωσι, μηκέτι αὖθις γενέσθαι] Ità de animæ statu post mortem incertus illuctuat passim Marcus. de corporis resurrectione multò magìs assensionem cohibiturus. quod, nihil est itaq; mirum, si δόγμα ξένον nec παράδοξον, tantùm, sed, παράλογον etiam, Stoicis Athenien sibus est visum, prædicante Paulo, *Actor. c. 17. v. 18, 19.* Nos melius edocti, eâ bonitate præditum novimus esse Deum nostrum, universi conditorem, ut nolit servorum suorum, qui fidele ipsi obsequium in hac vita præstiterint, vel animas, vel corpora in morte prorsus intercidere, sed præmiis futuris utrumque reservari.

Εἰ γὰρ δίκαιον ἐστὶ] καὶ δίκαιον ἐστὶ, sacra attestatur Scriptura. Εἰσὶ δίκαιον παρὰ Θεῷ Apostol. *ad Thess. epist. 2. c. 1. v. 6. &,* δικαιοσύνης στέφανον ἀπόκειται ὁ δίκαιος κριτής. *ad Tim. ep. 2. c. 4. v. 8. &,* ἔστι γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τῆς κόπου τῆς ἀγάπης. *ad Hebr. c. 2. v. 10.* Nec tamen hinc sequitur, quod Pontificii statuunt, hominum opera bona dignitatis suæ ratione vitam æternam, gloriámq; cœlestem ità promereri, ut Deus injustus futurus sit nisi eam illis rependat. prout Rhemens. nostri *annot. in Luc. c. 21. v. 35. ad Thess. ep. 2. c. 1. v. 5. & Hebr. c. 6. v. 10.* Ut omittam enim τὸ ἀξιοῦσθαι, quod illi tantopere urgent, aliud planè sonare, prout nôrunt qui linguam Græcam vel primoribus tantùm labiis degustárunt. Rectè Durand. *in sent. l. 2. dist. 27. q. 2. Meritum de condigno strictè & propriè sumptum, videlicet pro actione voluntaria, propter quàm operanti debetur merces ex justitia, sic, quòd si non reddatur, ille ad quem pertinet reddere, injustè facit, & est simpliciter & propriè injustus, non est hominis ad Deum.* quod ille cùm multis argumentis confirmàsset, concludit tandem, *sentire & dicere oppositum esse temerarium seu blasphemum. Quòd si quid,* inquit, *pro bonis operibus nostris datur vel redditur, potiùs & principaliùs est ex liberalitate Dei dantis, quàm ex merito nostri operis. Esto dicatur, quòd quamvis Deus non constituatur nobis debitor ex aliquo nostro opere, constituitur tamen debitor ex sua promissione: Sciendum est, quia quod redditur ex promissione præcedente, non redditur ex merito operis de condigno, sed solùm vel principaliter ex promisso.* Unde patet responsio ad id quod justum esse dicitur. Siquidem ut piè pariter ac præclarè Bernard. *de grat. & lib. arb. Justum apud Deum est ut reddat quod debet; debet autem quod pollicitus est, promissum quidem ex misericordia, sed ex justitia jam præstandum. justè enim & ex debito requiritur, quodcunq; vel gratis promittitur.* Et Bellarm. ipse *de pœnit. l. 3. c. 4.* explicans Joannis verba illa ex *epist. 1. c. 1. v. 9.* πιστὸς ἐστὶ καὶ δίκαιος. *Verba illa,* inquit, *fidelis est & justus, referuntur ad promissionem divinam. ideo enim Deus justus & fidelis dicitur, quia stat promissis, nec fidem fallit.* quod & *de justific. l. 5. c. 15.* confirmat ex illis Nehem. *c. 9. v. 8.* verbis, *Implesti verba tua, quoniam justus es.* Siquidem *veritas* sive *veracitas pars* est *justitiæ,* ut ex Cicer. *de invent.* Thom. Aquin. *sum. part 2a. 2æ. q. 109. art. 3.* Denique potest aliquid justo atq; æquo consentaneum esse, quia justitiæ nullà ratione repugnat, quod tamen nihil injusti, si non fiat, inducat. justum fuit quòd Solomon rex à Shimeio mandati violati de Hierosolymis continendo se, pœnas exegit: *Regum hist. l. 3. c. 2. v. 46.* quibus tamen remissis, nihil injusti admisisset. justum & æquum, quòd Abiathâro læsæ majestatis reo, patris caussà vitam condonavit. *ibid. v. 26.* quem tamen si sustulisset, adversus justitiam nihil peccàsset.

Ἢ οὐκ ἂν δύναιτο] τί ἄπιστον κρίνεται, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; Paulus, *Act. c. 26. v. 8.* Athenagoras *de resurrect.* ἢ ὅτι ἀδύνατον, ἢ ὅτι ἀβέλτερον· ἀλλ' ὅτε ἀδύνατον, ὅτε ἀβέλτερον· εἰ ἀδύνατον, ἢ ἐκ τοῦ μὴ γινώσκειν τὸ γνωσόμενον, ἢ ἐκ τοῦ δύνασθαι ἀρκεῖσθαι μὴ ἔχειν πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸ ἐγνωσμένον· ἀλλ' ὅτ' ἀγνοεῖν τι τὸν Θεὸν δύναιτο· καὶ πῶς δύναμιν, ὃς ὅτου ἀρκεῖται πρὸς πᾶν σωμάτων ἀνάστασιν, δείκνυσιν ἢ τούτων αὐτῶν γένεσις. οὐκ ἀδύνατον ἄρα. ἀλλὰ μὴν ἀλλ' ἀβέλτερον. εἰ γὰρ ἀβέλτερον, ἢ ὡς ἄδικον, ἢ ὡς ἀνάξιον. ἀλλ' οὐκ ἄδικον. δίκαιον γὰρ συναμφότερον, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον πάντων γίνεσθαι πεπραγμένων ὑπόδικον, πῶς τε ὑπὲ τύπτοις δίκης τιμὴν, ἢ τιμωρίαν. ὅτι ἀνάξιον· εἰ γὰρ τὸ χεῖρον ἐκ ἀνάξιον, τυτέστι, τὸ φθαρτὸν πιεῖσθαι σῶμα, καὶ παθητόν· πολὺ μᾶλλον τὸ κρεῖττον οὐκ ἀνάξιον, τοῦτο δέ ἐστιν, ἀθάνατον καὶ ἀπαθές. ὑπόλοιπον ἂν ὅτι καὶ δυνατὸν, καὶ βουλητὸν, καὶ δίκαιον, καὶ ἄξιον, ἢ τὸ παλυθῆναι τῶν σωμάτων ἀνάστασις. verùm de mente sola satagit Marcus; de corpore nihil solicitus, quod nec se, nec suum, nec sui quicquam à quoquam censeri volebant Stoici.

Ἐκ τοῦ μὴ ὅτως ἔχειν] Æquior certè erga numen divinum Marcus, licèt Ethnicus, qui nihil in-

justi aut iniqui Deo vult imputari, etiamsi viros bonos in morte prorsus intercidere pateretur, quàm Papicolæ, qui Deum injustitiæ differte καὶ γυμνῇ κεφαλῇ, quòd aiunt, incusatum eunt, nisi ipsis ob labores miſellos in hac vita decurtatiſſima exantlatos, tanquam probiſſimè pleniſſiméq; commeritis, præmia æterna retribuat.

Πισεύω σοι ὅτι μὴ δείσει] Idem hoc, cum illo à Marco cum primis laudato, *l.* 11. § 6. ἔχει λόγον καὶ τοῦτο.

Δικαιολογῆ πρὸς τὸν θεὸν] Hoc eſt quod Apoſt. *ad Rom. c.* 9. *v.* 20. Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ, ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; vult [πρὸς ἅπαντων τῷ θεῷ (i.e. ὡς πρὸς τὸ θεῖον) ἀπολογεῖσθαι,] cum Epicteto *l.* 2. *c.* 16. ὡς μηδενὸς δικαιολογεῖσθαι πρὸς τὸν θεόν. Ità pii priſci, etiamſi conturbabantur nonnunquam, cùm bonis hìc malè eſſe, malis bene animadverterent; illud tamen pro certo ac immoto ſtatuunt fundamento; *Attamen Deus corde rectis bonus eſt. Pſal.* 37. *v.* 1. &, *Tu certè, Domine, juſtus es.* Jerem. *c.* 12. *v.* 1. & Apoſt. *ad Rom. c.* 9. *v.* 14. Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο. & *ibid. c.* 3. *v.* 4, 5. Μὴ ἄδικος ὁ θεὸς; μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται, ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσεις ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. ex *Pſal.* 51. *v.* 4. vide *infrà* § 12.

Οὐκ ἂν δ' ὅπως διαλεχθώμεθα τοῖς θεοῖς] *non auderes ità cum eis differere.* Caſ. malim, *non ità differeres*, & de æquo juſtóque cum eis ageres, niſi optimos juſtiſſimóſque eſſe præſumeres.

§ 6. Ἐδίζε καὶ ὅτι ἀπεγνώκεις] quid eſt enim quod uſus & induſtria non poſſit? Horſum ſpectant tot poetarum illuſtrium monita. Menandri, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 29.

——πάντα γὰρ
Ταῖς ἐπιτελεχείαις κατατονεῖται πράγματα.
——*rerum omnium*
Nihil eſt quod non conficiat aſſiduus labor.

Alexandridis,

Τὸ συνεχὲς ἔχον, πάντες εὑρίσκει τέλος.
Ubique finem aſſequitur continuus labor.

Philemonis,

Ἐκ τοῦ φιλοπονεῖν γίγνετ', ὧν θέλεις, κεκτῆσθαι.
Datur laboris cupido quidvis aſſequi.

Antiphanis,

Τῆς ὀπωρείας δ' ὄλλα πάντα γίγνεται.
Labori aſſiduo, nihil eſt quod non ceſſerit.

Sophoclis *Oedip. rege.* à Plut. laudatum *de fortun.* & à Clement. *ſtrom. lib.* 5.

——πᾶν δὲ τὸ ζητούμενον
Ἁλωτὸν ἐκφέρει γ' τ' ἀμελούμενον.
——*quicquid quæritur,*
Spes deprehendi eſt. omne neglectum perit.

& huic vicinum incerti alicujus:

Ἁλωτὰ γίγνετ' ὀπωρείᾳ καὶ πόνῳ
Ἅπαντα.——

Laborioſæ diligentiæ aſſequi
Nihil eſt negatum.——

& ad Marci verba proximè, Menandri in *morſo*,

——ὑδενὸς κρεῖττ' πεφύκαμεν,
Τὸν ἓν ποιοῦντ' ὅλως ἀπογνῶναί ποτε.
——*quem laborum non piget,*
Nihil arbitrari is debet inſperabile.

Socrates Alcibiadi miranti, quî poſſet Xanthippen tam rixoſam ſuſtinere, & intolerandam eſſe dictitanti, Ἀλλ' ἔγωγε συνήθροισμαι· καθάπερ οὖν τετριγυίας ἀκούων συνηθῶς. *At ego*, inquit, *aſſuetus ei ſum: nec me magis offendit, quàm rotæ ſtridor aquam educentis eos qui aſſiduè audiunt.* Nec ſileri dignum hìc Æſchyli illud, à Plut. *de legend. poet.* & *de perfect. indic.* à Stob. *tom.* 2. *tit.* 29. & *tit.* 117. à Cæl. Rhodig. *antiq. lect. l.* 8. *c.* 7. L. Gyrald. *de poet. l.* 6. Eraſm. *apopth. l.* 6. relatum: qui dum in Iſthmiis pugilum certamen ſpectabat, cùm altero eorum frontem percuſſo, corona tota exclamaret; Ioni Chio, qui proximè aſſidebat, latus fodiens, Ὀρᾷς, ὦ ξένε, ὅτι ἡ ἄσκησις ὄζει; ὁ παγκρατιαστὴς οὐ γὰρ ἀνθρώποις βοᾶσιν. *Vide*, inquit, *quanta ſit vis exercitationis? ictus ipſe ſilet: ſpectatores verò vociferantur.* ubi τύξας malui, *latus fodiens*, Flaccum imitatus, *epiſt.* 7. vertere; quàm, *aurem vellicans*, cum Paul. Leopardo; qui *emend. l.* 2. *c.* 21. & 22. Stobæum hìc emaculat, Cælium, Lilium, Eraſmum caſtigat. De Cyro Xenophon *lib.* 1. Οὐκ ἀπεδίδρασκεν ἐκ τῆς ἡττήσεως, εἰς τὸ μὴ ποιεῖν ἃ ἠτιᾶτο· ἀλλ' ἐνυλινδεῖτο, ἐν τοῖς πεφευγόσι αὖθις ἄμεινον ποιεῖν. Verùm Marco gemina prorſus Plut. *de tranquill.* Δεῖ μηδὲν ἀπογνόντα, μηδὲ ἀπιστεῖν, ἀλλὰ θαυμάζοντα καὶ ζηλοῦντα καὶ συνευθυσιῶντα, πεῖραν ἅμα λαμβάνειν ἑαυτοῦ καὶ κατανόησιν ἐν τοῖς ἐλάττοσι πρὸς τὰ μείζονα, μὴ φθονοῦντα, μηδὲ ἀποθύοντα τῆς ψυχῆς τὸν ὀπιμέλειαν αὐτῷ, μηδὲ διαδράσκοντα· τάχα γὰρ ὑδὲν ἔσῃ δυσχερέστερον. ἀνίας γὰρ ἐμποιεῖ καὶ μαλακίαν ἀγύμναστον ἡ σχολὴ τὸ ῥᾴδιον ἀεὶ διατελέσασα, καὶ πρὸς τὸ ἥδιον ἐκ τοῦ ἀδυνήτου ἀναχωρήσασα γλυκυθυμίαν τῆς ψυχῆς. ἡ δὲ καὶ νόσου, καὶ πόνου, καὶ φυγῆς μελετῶσα φαντασίαν ὑφίσταται, καὶ παρασβεζομένη τῷ λογισμῷ πρὸς ἕκαστον, εὑρήσει πολὺ τὸ καταφρονούμενον καὶ διάκενον καὶ σαθρὸν ἐν τοῖς δοκοῦσι χαλεποῖς καὶ φοβεροῖς. Diogenes denique referente Laërtio, *l.* 6. Διετέλει ἔλεγε δεῖν τὸν ἀσκητὴν ἢ μὴ ψυχικὸν, τὸν γὰρ σωματικὸν· τοῦτον καθ' ὑπερβολὴν ἐν γυμνασίᾳ συνεχῶς γενόμενον φαντασίαν, εὐλυσίαν πρὸς τὰς ἀρετὰς ἔργα παρέχονται. παρεπέπεστο δὲ πικμίεια τὸ ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς γυμνασίας ἐν τῇ ἀρετῇ καταλήγειν· ὁρᾶν τε γὰρ ἔντε τὰς τέχνας, τάς βαναύσους καὶ τὰς ἄλλας, ὡς τὸν τυχοῦσαν ὀξυχειρίαν τοὺ τεχνίτας ἀπὸ τῆς μελέτης ποιοῦσας. τάς τε αὐλητὰς καὶ τοὺ ἀθλητὰς, ὅσον ἐπιφέρουσιν ἑκάστοις τῇ ἰδίᾳ πυγμῇ τῇ συνεχεῖ. καὶ ὡς ὅτι, εἰ μετιοίεν τὸν ἄσκησιν καὶ ἐπὶ τὸν ψυχὴν, οὐκ ἂν ἀνωφελῶς καὶ

ἀτελῶς

ἀτελῶς ἐμόχθησεν. ὑδὲν γὰρ μᾶλλον ἔλεγε τὸ παράπαν ἐν τῇ βίᾳ χρεὼν ἀσκήσεως καταρθοῦσθαι· ὥσπερ οὐδὲ τὴν ταύτῃ πᾶν ἰσχνήσαι. Vide *ad l.* 3. § 6. Senec. *ep.* 50. *Nihil est, quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura: robora in rectum quamvis flexa, revocabis; curvatas trabes calor explicat; & aliter natæ in id finguntur, quod usus noster exigit. quantò facilius animus accipit formam, flexibilis & omni humore obsequentior? & ep.* 80. de athletis agens. *Illud maximè revolvo mecum, si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, quâ & pugnos pariter & calces non unius hominis ferat, quâ solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis, & sanguine suo madens, diem ducat: quantò facilius animus corroborari possit, ut fortunæ ictus invictus excipiat, ut projectus & conculcatus exurgat?* Idem *de ira l.* 2. *c.* 12. *Nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat assidua meditatio: nullaque sunt tam feri & sui juris affectus, ut non disciplinâ perdomentur.* Mox, ubi varia hujus rei exempla protulerat; *Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit, ostenditque nihil esse difficile, cujus sibi ipsa mens patientiam indiceret.*

Ἡ χεὶρ ἡ ἀειστερὰ] Τὴν δεξιὰν τῆς ἀειστερᾶς φύσει χρείττονα εἶναι, multis locis inculcat, multiplicibus rationibus contendit Aristoteles *de partib. animal. l.* 3. *c.* 4. & *l.* 4. *c.* 8. *de animal. incessu. c.* 4. *ethic. Nicom. l.* 5. *c.* 7. & *Eudem. l.* 4. *c.* 5. & *in problem. l.* 21. *q.* 12, & 13. & 19, & 31. Idem tamen, Καί τοι, inquit, ἐυδέχεται πάντας ἀμφιδέξιους γενέσθαι. Εἰ γὰρ πάντες τῇ ἀειστερᾷ μελετῶμεν ἀεὶ βάλλειν, γενοίμεθα ἂν ἀμφιδέξιοι· ἀλλὰ φύσει γε ἀειστερά ὅτι ἧττον ἰσχὺν ἔχει τὴν δεξιὰν ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῶν φύσει βελτίω ὄντι τὴν ἀειστερῶν, κἂν πάντα ποιῶμεν τῇ ἀειστερᾷ, καθάπερ τῇ δεξιᾷ. Vult omnino dextra naturâ fortiora ac validiora sinistris esse. At Plato, (quem & hoc nomine is notat, *polit. l.* 2. *c.* 10.) *de legib. l.* 7. hoc tanquam delirium exagitat, Ὡς ἅπερ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀειστερὰ διαφέροντα ἐὸν ἡμῖν φύσει πρὸς τὰς χρείας εἰς ἑκάστας τὴν προσῆκουσαν, τὰ χεῖρε καὶ χεῖρες. quod & refutare conatur primò membrorum reliquorum exemplo. ἐπεὶ τάγε πρὸς πόδας τε καὶ τὰ κάτω τὴν μελῶν ὑδὲν διαφέροντα εἰς τοὺ πόνους φαίνεται. quod idem de oculis auribúsq; dici poterat; & nutricum matrúmq; maximè insciticæ usuique pravo adscribit. Τὰ δὲ χεῖρες * ἀνοίᾳ [* ἀσοίᾳ alii] τεφρῶν καὶ μητέρων οὐ χωλοὶ γεγόασιν ἕκαστοι. τῆς φύσεως γὰρ ἑκάτερον τὴν μελῶν χρεὼν ἐπορρᾶπτούσης, αὐτοὶ δὲ τὰ * ἤδη [* ἴδη forsan] διάφορα αὐτὰ ποιήσαμεν, ὡς ὀρθῶς χρώμενοι. Dein rejicit etiam operum quorundam instantiis: ἐν ὅσοις μὲν γὰρ ἓν ἔργον μὴ μέγα διαφέρει, λύρᾳ μὲν ἐν ἀειστερᾷ χρώμενον, πλήκτρῳ δ' ἐν δεξιᾷ, πεζῷμα ἐστὶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τούτοις δὲ παραδείγμασι χρώμενον, καὶ εἰς ἄλλα, μὴ λόγον, ὅτῳ χρῇτο χρεὼν ἄνοια. *Siquidem in quot quibúsq; operibus utrâ utamur nihil refert, sicut inter lyram tangendam, lyram sinistrâ, plectrum dextrâ, an è converso teneamus, nullius momenti res est. aliáq; ejusdem rationis, quicunq; animadverterit, is his exemplis edoctus, ni ad alia etiam negotia, ubi oportebit utráq; pariter citra discrimen usus fuerit, insano certè parum distabit.* quæ verba ideò lubentior verto, cùm quia Serranus ità reddidit, ut sensum auctoris haud clarè satis expresserit; tum ut locum ab interpunctione priùs laborantem restituam explicémque. demum ratiocinatur à ritu gentium quarundam. Ἔδειξε δ' ταῦτα ὁ τὴν Σκυθῶν νόμῳ, ὃς ἐν ἀειστερᾷ μὲν τόξον ἀπάγων, ἐν δεξιᾷ δ' ὄϊσυν περιχώρῳ μόνον· ἀλλ' ὁμοίως ἑκατέραις ἐπ' ἀμφότεραι χρώμενος. quibus accenseri possunt & Benjamitæ illi funditores ἀμφιδέξιοι, infigni in eo genere artificio præditi. *Judic. c.* 20. *v.* 16.

Διὰ τὸ ἀνίδιστον] ità Plato suprà, διὰ τὰ ἤθη, vel ἔθη, potiùs.

Τῇ χαλινῇ ἐῤῥωμενέστερον ἢ ἡ δεξιὰ κρατεῖ] Neque hoc Plato penitus tacuit. Παμπόλλα δ' ἕτερα τοιαῦτα παραδείγματα ἐν ἡνιοχείαις τέ ὀστ καὶ ἐν ἑτέραις· ἐν οἷσι μαθὼν διωτὸν, ὅπῃ παρὰ φύσιν καταδιδάσκουσιν οἱ ἀειστερὰ δεξιῶν ἀσθενέστερα κατασκευάζοντες.

Τοῦτο δ' ἀδίκως] Itaque Plato, διαφέρει δ' πάμπολυ μαθὼν καὶ μαθόντος, καὶ ὁ γυμνασάμενος μὴ γεγυμνασμένου. *Multum interest inter eum, qui utráque manu uti didicerit, assueveritque, & eum qui alterutri tantum.* quod & à re *athletica*, & à *militari*, mox comprobat. Ideo autem usus obtinuit, ut *ad frænum sinistra* adhibeatur, quò dextra vel virga, quâ equus regitur, vel armis, quæ gestanda ac utenda fuerint, putà ensi hastæve exerendis, exercendisq; immunis relinquatur. Xen. *de re equestri.* Ὁ ἱππεὺς τῇ μὲν ἀειστερᾷ ἄγει τὸν ἵππον, τῇ δ' δεξιᾷ τὸ δόρυ ἔχει. quanquam posset & alia assignari ratio, cur frænum fortiùs sinistrâ teneatur; si verum foret, quod Solinus habet, *polyhist. c.* 1. *Parti dextræ habilior ascribitur motus, lævæ firmitas major.* Verùm in hoc Solinum rejicit meritò Cl. Salmasius. quem vise is in *exercitationum* thesauro illo πολυμαθεστάτῳ.

§ 7. Ὁποῖον δεῖ καταληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου] qualem ipse se velit à morte deprehendi. Vide *l.* 6. § 30. *ad finem.* Cæterùm hæc lectio satis commoda non celabo tamen suspicionem meam; legi posse non minùs commode καταλειφθῆναι, *qualem te à morte relinqui oportet*: sive *necesse sit, & quod animum, & quod corpus attinet.* siquidem quales nos, quoad corporis statum, mors deprehensura sit, τὴν ἐφ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, ut cum Stoicis loquamur.

Τὴν βραχυτητα τῆς ζωῆς] vide *ad l.* 2. § 17. & *l.* 4. § 26. & *l.* 5. § 24.

Τὴν ἀχάνειαν] vide *ad l.* 4. § 3. 50.

§ 8. Γυμνὰ

§ 8. Γυμνὰ τὰ φλοιῶν] vide *lib.* 3. § 11. & *supr.* § 2. Mat. Casimirus Lyric. *l.* 3. *od.* 12.

Si primum vacuis demere corticem
Rebus, Fusce, velis, cætera diffluant,
Vernæ more nivis, quæ modo nubium
Leni tabuit halitu.

Τίς ὁ ἑαυτῷ ἀσχολίαν αἴτιος] Forsan [πῶς πᾶς] πις, vel [ὅτι πᾶς] πις. quia sequitur, πῶς οὐδεὶς ὧν ἄλλῳ ἐμποδίζεται. (de quo vide *l.* 5. § 34.) hoc est, quod ille apud Plut. *de tranquill.* Οὐκ ἐμοὶ τοῦτ' ἄλλος ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτός. ita enim legendum, non ἄλλων. vide *lib.* 7. § 16.

§ 9. Παγκρατιαστῇ, οὐχὶ μονομάχῳ] *pugili*, sive *pancratiaste*, non *gladiatori*. quia alter armis nativis χρῆται, *lib.* 10. § 38. alter depugnat adscititiis, itaque gladium si deposuerit, statim occiditur; alter manum præstò semper habet; nec quicquam ampliùs, nisi ut dextrè utatur, est opus.

Ἀεὶ ἔχει] De virtute pariter Antisthenes, Ὅλον ἀναφαίρετον, ἀρετή. Laërt. *l.* 6. at quod de *baculo* Aristot. *de motu animal*, *c.* 8. idem de ense, vel alio quovis telo, dici potest. Γίνεται ὥσπερ ἀφαίρετον μέρος, ἡ βακτηρία. vide *lib.* 11. § 36. sed & Cleanthis placitum *ibid. lib.* 7. in Zenon. διαπεπωκὼς γὰρ τῇ ἀρετῇ ἀναπόβλητος γάρ ὅτι· καὶ πάντοτε τὴν ψυχὴν χρῆται ὡσὴ πλείστῳ ὁ σπουδαῖος.

§ 10. Τοιαῦτα τὰ πράγματα] leg. ποῖα αὐτὰ τὰ πράγματα. *qualia sint ipsa per se nuda.* ut *supr.* § 8. & *l.* 8. § 11.

Διαιροῦντα] de *distributione* ista, vide *lib.* 2. § 12. & *l.* 4. § 21.

§ 11. Ἡλίκων ἐξιοῦσαν] Vide *lib.* 7. § 53, 54.

§ 12. Τὸ ἐξῆς τῇ φύσει μήτε θεοῖς μεμπτέον] τὸ illud D. Boot. vult esse casùs primi. ut sit τὸ ἐξῆς τῇ φύσει, clausula, superioribus periocham istam annectens, sensúmq; hunc exhibeat; *Quod ex rei natura ad ea quæ suprà posita sunt consequitur.* At interpres uterq; in casu quarto accepit. *Quod ad naturam consequitur.* Xyl. *Quicquid in serie ac sequela eventuum naturalium ordinaria contingit.* Cas. Ego malim, *quicquid contingit naturæ consentaneum, de eo nec Dii culpandi nec homines.* hoc est, nulla de re. πάντα γὰρ κατὰ τὸν ὅλον φύσιν. τὸ ἐξῆς τῇ φύσει. sicut *lib.* 7. § 54. τὸ ἐξῆς τῇ κατασκευῇ. Idem quod *lib.* 2. § 9. τὸ ἀκόλουθον τῇ φύσει. Syntaxis autem est, qualis apud Gregor. Naz. *in Basil.* Τί τοῦτο οὐκ ἐπιμελέστερον μᾶλλον, ἢ μεμπτέον; vide *supr.* § 5.

Ἀκούοντες] Vide *l. l.* 11. § 18. *consid.* 3. Δεῖ δ' ὃς ἂν κακοῦργῃ ἄκων, συγγνώμην ἔχειν. Hippias apud Platon.

Οὐδενὶ μεμπτέον] Epictet. *lib.* 3. *c.* 26. Οὐ δεῖ μέμφεσθαι οὐδενί, ἐγκαλεῖν οὐδενί, σφοδρὸς ἢ τῇ διοικήσει τοῦ ὅλου. ita enim legend. non σφόδρα. Et *ibid. c.* 10. Μὴ δεῖν μέμψασθαι, μὴ ἀνθρώπων. Idémque *enchir. c.* 5. Ἀπαιδεύτου ἴδιον τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς· ἠγωμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ πιπαιδεῦσθαι, τὸ μήτ' ἄλλοις, μηθ' ἑαυτῷ.

§ 13. Πῶς γελοῖον] Plaut. Trucul. 2. 1.

Vertit se se rota vicissim: Stultus est, qui id admiretur.

Ξένιον] Vide *lib.* 4. § 29. & *lib.* 8. § 15. Antisthenes apud Laërt. *lib.* 6. πρὸς συμπόσιον ξένιον οὐδὲν, οὐδ' ἄπο. locus mendi manifestus, in quo tollendo frustrà operam posuerunt viri magni. Ambros. Camald. *novum* quasi καινὸν legerit. quidam, οὐδ' ἀξιέρεγον. quod Henr. Stephan. non probat. ἄπο tolerari posse putat; sed suspectum tamen habet. Is. Casaub. quid si ἀπὸν legatur? ut sapienti *nihil deesse velit.* verùm hoc, ut aliquid videatur, non satisfacere tamen ipse profitetur. haud infeliciter istis saltem forsan futura est conjectura nostra, si οὐδ' ἀνεπισθόκητον rescribamus. conjunxit hæc certè Marcus noster *supr.* § 1. Ξένιον οὖν τῆς παρεμπιπτούσης ἡδονῆς θαυμάζων, ὡς ἀνεπισθόκητα, τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα.

§ 14. Ἢ περὶ ἀνάγκη εἱμαρμένη ἀπαράβατος τάξις, ἢ πρόνοια ἱλάσιμος] Cas. *aut fatum, (idque vel necessitas absoluta, & decretum inevitabile, vel placabilis flexibilisque providentia.) aut confusio fortuita.* &c. ut videatur legisse, ἢ τοι εἱμαρμένη, [ἢ] ἢ ἀνάγκη [ἢ] ἀπ, τ. &c. At Xyl. *aut necessitas fatalis, atque ordo inevitabilis,* ut [ἢ] alterum tantùm incertum voluerit, cui accedo potiùs, quam malim ἀπαράβατον *inviolabilem*, quàm *inevitabilem* reddere. Certè fato τὸ ἱλάσιμον nullo modo convenit. Maro *Æn. l.* 6.

Desine fata Deûm flecti sperare precando.

ad quem locum Servius: *locutus est secundum Epicureos qui dicunt.*;

Nec bene promeritis capitur, nec tangitur irâ.

Est Lucretii *lib.* 1. quanquam & Stoicos adjicere potuerat, & hos magis, quia fata illi nulla agnoscebant.

Φυρμὸς εἰκαιότητος] *confusio inanis.* Xyl. *confusio merè fortuita.* Cas. sive *temeraria.* φυρμὸς εἰκαιότητος, *confusio temeritatis*; quo vocabulo usus est Marcus & *lib.* 2. § 13. εἰκῇ τῷ εἰκῇ, *temerario, fortuito.* Lugd. edit. φυρμὸς ἀκαιότατος· pro quo Annot. ἀκαιότατος substituit; vertitq; *confusio durissima.* Hesych. certè, Ἀκαιότατοι, ἀσυμπλοι. κὰς γὰ θεῖα γένος. ex Hesiodi *oper. l.* 1. *v.* 433.

Δαφνῆς δ' ἢ πελέης ἀκαιότατοι ἱστοδοκῆες.

Verùm τὸ ἄκαιον istic non magis locum habet, quàm οἱ κῆες, aut etiam θεῖπε καὶ ἵπες, vermiculi illi scil. à quibus vocabulum id desumptum est. *confusio* nimirum *dura* planè, *quam corrodere cossi nequeunt.* Ego siquid mutandum (quod nihil est necesse) videretur, εἰκαιότατος mallem. quod optimè convenit cum eo quod sequitur, ἀπερισπάστατος. siquidem, quæ rectore carent, temerè feruntur.

Ἀσυ-

Ἀπροσάπτῳ] id est, χωρὶς τῆς προσάψεως, sive ἀπηρεμούντῳ· utì ipse se mox explicat. Hesych. ἀπροσάπτους, ὁ μὴ ἔχων προσασίαν πρός. cui nemo præsit; vel etiam, qui nulli. utrovis enim modo sumi possunt Hesychii verba. verùm istìc ἀπροσάπτος passivè sumitur; quomodo eidem ἀνεπισάπτην est ἀφύλακτον, ἀνεπίσκοπον, cui curator & inspector nullus est.

Εἰ μὴ ἀπροσδόκητος ἀνάγκη] Senec. *epist.* 16. *Quid mihi prodest philosophia, si fatum est? quid prodest, si Deus rector est? quid prodest, si casus imperat? nam & mutari certa non possunt: & nihil præparari potest adversus incerta, si aut consilium meum Deus occupavit, decrevitque quid facerem, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his, vel si omnia hæc sunt, philosophandum est. sive nos inexorabili lege fata constringunt, sive arbiter Deus universi cuncta disponit, sive casus res humanas sine ordine impellit & jactat, philosophia nos tueri debet. hæc adhortabitur, ut Deo libenter pareamus, ut fortunæ contumaciter resistamus: hæc docebit, ut Deum sequaris, feras casum.*

Ἄξιον αὐτὸν ποίησον τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ βοηθείας] vide *supr. ad* § 1. & *l.* 9. § 28.

Ἀσπάζε] *gratum habe, gratulare tibi.* Cas. *contentus esto.* Xyl. *sat habeas.* vide *l.* 5. § 9. ἀσπάζειν εἰς τὸ πλέον.

Κἂν θεωρίᾳ σε ὁ κλύδων] Melius saniúsque consilium, quàm Marcus hìc, suggerit nobis Augustinus *de diverf. ferm.* 19. *Transeunt omnia cum diebus; noli tu transire cum illis. est quò te teneas, ut non transeas. res humana tanquam fluvius decurrit, tene te ad lignum nè traharis. quo me teneo? verbo Dei, quod manet in æternum.* Petr. *epist.* 1. *c.* 1. *v.* 23, 25. & *ibid. ferm.* 24. *Vis comprehendere verbum manens? noli sequi flumen carnis. quis comprehendat verbum manens, nisi qui in ipso manet?* Idémque *de verb. Apost.* 4. *In Deo spem pone. si posueris spem in ipso spiritu, quo homo es,* (quod Marcus hìc monet) *iterum spiritus tuus in carnem relabitur, quia non dedisti eum illi à quo suspendatur. ut contineas te, noli remanere in te, transcende te; in illo te pone, qui fecit te.*

§ 15. Τὸ ὑπὸ τῆς λύχνου φῶς] collatio gemina Christi illi, Matth. *c.* 6. *v.* 22, 23.

§ 16. Ὅπου ἥμαρτε] forsan, ὅπ ἥμαρτέ τις. ut τις excriptori minùs cauto exciderit, dum in τί, quod proximè sequebatur, oculum intendit.

Τί δαὶ οἶδα, εἰ τοῦτο ἁμάρτημα] Vide *l.* 11. § 18. *consideravi.* 5.

Εἰ καὶ ἥμαρτεν] etiamsi peccârit quis. pœnitentiam satisfactionis justæ loco haberi postulat. vide *l.* 1. § 7. Arrian. *de gest. Alex. l.* 7. Μόνῳ γὰρ ἐμοὶ τῶν δοκεῖ ἅπας ἁμαρτίας ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνειν, καὶ δῆλον εἶναι ἐπ' αὐτῷ μεταγνώσεσθαι. ὃς τοῖς παθοῦσιν τι ἄχαρι, ἃ πάντα γαλεπὰ τὰ παθήματα φιλόψυχα, εἰ ὁ δεήσας αὐτὰ ξυγχωρήσῃ, ὅπερ ἃ καλὰ ἔδρασεν. Petron. *satyr. Sævi quoque implacabiles, sæpe domini crudelitatem suam impediunt, quando pœnitentia fugitivos reduxit; & deditiis hostibus parcimus.*

Κατέφρινεν αὐτὸς ἑαυτὸν] quod Galen. *de affect. corrig. c.* 4. καλαγνὸς ἑαυτῷ. vide *lib.* 8. § 10. Juvenal. *sat.* 13.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet autori. prima est hæc ultio, quod se
Judice, nemo nocens absolvitur.—

Ὅμοιον τοῦτο τῷ καλαδρύπτειν τὸν ἑαυτῆς ὄψιν] Plut. *de sanit. conserv.* Ὁ γὰρ ὀκτιζόμενος ἀναλογισμὸς δῆμός αἱματος τὸν ψυχόν. Et *de tranquill.*

Ἡ σώφρων, ὅπερ σώφρονα δεῖν ἠργασμένην, (ex Euripid. *Oreft.* i. e. τὸ σωφρονεῖν, ut Stob. explicat *tom.* 2. *tit.* 24.) οὐ ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὸν καταμέλειαν, αἰμάξασαν ἀεὶ καὶ νύξασαν ἐναπολείπει. Senec. *de ira lib.* 3. *c.* 26. *Maxima est factæ injuriæ pœna, fecisse: nec quisquam gravius afficitur, quàm qui ad supplicium pœnitentiæ traditur. Nulla major pœna nequitiæ est, quàm quòd sibi displicet.* Idem *epist.* 42. Est autem, δρύπτειν καὶ καλαδρύπτειν de arboribus propriè dictum, ὅτι τὴν ὀπτεπεζομένων δρυῶν, ut Grammatici volunt, quibus cortex dilaceratio detrahitur. nam quod Etymologus addit, de hominibus victùs gratiâ, cùm glandibus primò vescerentur, ad mutuam usque sui dilacerationem secum invicem depugnantibus; quod verbo originem dederit; merum est nugamentum. Indè ad homines traductum & ὅτι δρύπτει plurimùm usurpatum. ὅταν τις ἑαυτὸν καταπλήσσῃ ὅτι δρύπτει. Hesych. De athletis usurpavit Marcus *l.* 6. § 19. & Apollonius ibi relatus. de hastâ vulnerato, Homer. *Il.* φ'. *v.* 324.

--πρυμνὸν ὑ βεβαχίονα δουρὸς ἀκωκὴ
Δρύψ' ἀπὸ μυόνων.——

de naufrago ad scopulum allifo, *odyss.* ε. *v.* 426.

Ἐνθ' ἀπὸ ῥινός τε δρύφθη.

de aquilis, sese invicem, an eos quorum ora involaverant incertum, lacerantibus; *odyss.* β'. *v.* 153.

Δρυφαλόφῳ δ' ὀνύχεσσι παρειὰς ἀμφὶ τε δειρὰς.

de mulieribus luctu & mœrore correptis, Hesiod. in *scut. Herc. v.* 243.

——χὴ δ' ἐδρύπτοντο παρειάς.

de Hecuba Euripides;

——δρύπτεταί τε παρειὰν,
Δίαιμον ὄνυχα πτελέαν ἀπαγομένης.
--ailanitisque genas,
Unguem cruentum lacerationibus adhibens.

Et in *epigram. anthol.* --καλαδρύψασα παρειάς. Indè, ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος, sive γυνὴ. *Il.* β'. *v.* 700. cui --ἀμφίδρυφοί εἰσι παρειαί. *Il.* λ'. *v.* 393. *Unguesque lacerata,* sive *laniata, genas* ut Maro Æn. *l.* 12. *Et roseas laniata genas.*

καλαγνὸς

Καταβύσσειν itaque τῷ ὄψιν est, quod Silius *bell. Pun. l. 8.* *Ora manu lacerans.*— Et Naso *metam. l. 11.*

Ora, comam, vestem lacerans.—

quæ omnia in luctu fieri assolent, sed nec in pœnitentiæ remorsu, ubi acriùs is urget, minùs. Sic enim de Alexandro post Clitum interfectum, Curtius *l. 8. c. 2. laniare desinit os ungulis.* haud ineptè ergò Marcus pariter ait habere se, si pœnituerit, ac si id fecisset, quod per doloris vim à pœnitentia oborta, fieri etiam non rarò solet.

Τῷ μὴ θέλοντι τῷδε συκλῶ ὀπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν] Ità *l. 4. § 6.* Θέλει τῷδε συκλῶ ὀπὸν μὴ ἔχειν. Ad Marci mentem Senec. *de ira l. 2. c. 10. Non irascetur sapiens peccantibus. quare? quia scit neminem sapientem nasci, sed fieri. scit paucissimos omni ævo sapientes evadere. quia conditionem humanæ naturæ perspectam habet: nemo autem naturæ suæ iratscitur. quid enim si mirari velit, non in sylvestribus damnis poma pendere? quid si miretur, spinetum sentesque non utili aliquâ fruge compleri? nemo irascitur, ubi vitium natura defendit.* Illud verò ἐν σύκοις suspectum forsan alicui esse possit, tanquam ab interpolatoris cujuspiam manu, non à Marco ipso exiterit. cùm non tam in fructu ficùs ὀπὸς iste, quam in frondibus & stirpe ipsâ deprehendatur. Synes. *de provident. 2.* Καὶ τῆς συκῆς ὁρᾷῳ γλυκύταλον ὠδὸ τὸν καρπὸν φύλλα ἢ ἢ φλοιὸν ἢ ῥίζαν ἢ πέμμεν, ἅπαντα ὀπῳδίσεται. Plutarch. item *sympos. l. 5. c. 9.* Γλυκὺς ἔτως καρπὸς ἀπὸ δένδρου φύεται πικρότατου. τῆς γὰρ συκῆς τὸ ξύλον ὀπῶδές ἐστιν· ὥστε καιόμενον μὲν ἐκδίδοναι δριμύτατον καπνὸν, καταικαθῆσαι δὲ τῷδε ἐκ τῆς τέφρας κονίαν ῥυπτικωτάτῳ παρέχειν τοῖς δριμύτητι. verùm nec fructus quoque lacteo isto humore, antequam maturitatem consequatur, immunis est; quem ideo *pomi infantiam* vocat Plinius *l. 18. c. 19.* Idémque *ibid. c. 28. succus lacteus in capite ficis, in corpore non item.* & *l. 23. c. 7. Exprimitur ante maturitatem pomi.* Plutarch. ipse *ibid. lib. 6. c. 10.* τὸ φυτὸν ἁπάντων ὀπωδέστατον· ὥστε ἢ τὸ σῦκον αὐτὸ, ἢ τὸ ξύλον, ἢ τὸ ἔρνος ἀναπεπλῆσθαι. leg. ἢ τὸ φλοιὸν, vel ἢ τὸ ῥῖον ἀναπεπλῆχθαι.

Ἢ τὰ βρέφη κλαυθμυρίζοντας] Senec. *de ira. l. 2. c. 9. Si irascaris juvenibus senibusque quid peccant; irascere infantibus, quòd peccaturi sunt. Nam quis irascitur puero, quorum ætas nondum novit rerum discrimina? major est excusatio, & justior hominem esse quàm puerum.* quod autem *de infantium vagitu* Marcus, idem de *gruum clangore* Liban. *orat. 12.* Ὥσπερ ὑπ' ἂν ἐκόλασε γεράνους διὰ τὸν κλαγγήν· ἔτως ὑπὸ δειλίνους [διὰ τὸν ῥόθιν καὶ τὸν ὕδειν.]

Τί γαρ πάθῃ] quod *lib. 10. § 30.* τί γὰρ ποιήσει; *quid enim facit?* Lucian. *ad eum qui dixerat, Prometheus es.* τί γὰρ πάθοιμι; ἐμμωτέον γὰρ οἷς ἅπαξ προειλόμην. *quid enim faciam?* &c. Idémque in *spectatib.* τί γὰρ ἂν πάθοι τις, ὅταν φίλῳ ἀνὴρ βλάξ τις; *quid enim faciat quis, ubi vir amicus ursferit?* Laco apud Ælianum *l. 9. c. 27.* quòd lacrymas mitteret, reprehendenti, τί πάθω; ἢ γὰρ ἐγὼ αἱνῶ τάτε. ἀ φύσις ἔμε ῥεῖ. Joan. Chrysost. *in 2. ep. Cor. orat. 1.* Καὶ τί πάθω, ὅτι μάρτυρίου καιροῦ ἢ πάρεστι νῦν; *Quid faciam, cum martyrii jam tempus non sit?* Galen. *method. l. 10.* τί ἂν ὖν τις πάθοι πρὸς ἀνθρώπους μήτε ἔργῳ μήτε λόγῳ πειθῆναι δυναμένους; Terent. *Heautontim. 4. 1.*

Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt?

Εἰ ὖν χαρᾷς εἶ] *si igitur trux es.* Xyl. imò, *si acer ipse validusque es.*

§ 17. Εἰ μὴ καθῆκον] vide *ad l. 3. § 6, 7.* sed & Epictet. *dissert. l. 1. c. 2.*

Ἡ γὰρ ὁρμὴ σου ἔστω εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾶν] Sententia defecta. Cas. *Teneas semper propositum tuum ab omni necessitate ac coactione liberum.* acti scribere-tur. ἡ ὁρμή σου ἀβίαστος ἔστω. At Xyl. hæc sequentibus conglutinat. *Tui animi motus ità sint compositi, ut omnia circumspicias.* mihi nec istud placet, nec, quod censeam sententiámve, probabile aliquid impræsentiarum occurrit. forsan ἡ γὰρ ὁρμή σου ἔστω εἰς [τάδε] πάντη. *etenim conatus tuus ad ista, τὰ καθῆκον* scil. ἢ τὸ ἀληθὲς, *omnino tendat.* ut τὸ ἀεὶ ὁρᾶν ad sequentia pertineat. vel etiam si ἀβίαστος illud admittere libuerit; ἡ γὰρ ὁρμή σου ἀβίαστος εἰς τὸ πᾶν. *impetus enim,* sive *conatus tuus non est coactioni aut vi ulla ex parte obnoxius,* quò minùs ab eis abstinere possis; vel quæ officio tuo adversantur, agendis, vel quæ veritati repugnant, dicendis. vide *l. 10. § 33.*

§ 18. Τὸ τῷδε φαντασίᾳ σοι ποιῆν] *quod se objicit tibi.* Casaub. *quod cogitationem tuam commovet.* Xyl. imò, *quod phantasiam tibi afficit.* ut *lib. 3. § 11.*

Ἀναπνύσειν διαμερίσα] vide *supr. § 8. 10.*

§ 19. Κρῆττόν τι ἢ διαμονιώτερον] τὸ ἓν σοι θειότερον μέρος. vide Julian. *infra ad § 26.* Epictet. *l. 1. c. 3.* τί γάρ εἰμι; παλαιόπωγον ἀνθρωπάριον ἢ τὸ δυσκινέτ μι σαρκίδιον. ἀλλ' ἔχεις τι ἢ κρεῖττον τοῦ σαρκιδίου. τί ὖν ἀφεὶς ἐκεῖνο, τούτοις προσέδηκας; leg. προσέδησας. de qua voce vide Synes. *epist. 57. supra ad § 3.* & Marcum *l. 10. § 24.*

Τῶν γλυφασυσίτων σε] vide *ad l. 2. § 2.* & *l. 10. § 38.* Clemens *strom. l. 4.* Δεῖ γὰρ κύειον εἶ) τὸν κειτιὸν τῆς ἑαυτῆ γνώμης· μὴ τυφασυσίδιον, ἀλύχνου δίκην ὀργάνου, ἀφορμὰς ἴσως μόνον παρὰ τῆς ἔξωθεν αἰτίας λαμβάνοντα.

Τί μοι νῦν ὄζει ἡ διάνοια] vide *l. 5. § 11.* & *l. 10. § 24.*

§ 20. Τὸ μὴ ἐκεῖ] vide *l. 2. § 16.* & *infrà § 24.*

Ἔτι τὸ κοινωνικὸν] vide *l. 5. § 16.* & *l. 7. § 55.* & *l. 8. § 34.* & *l. 11. § 21.*

§ 12.

§ 21. Μετ' ὀ πολύ] vide *l.* 9. § 28. 32. & *l.* 11. § 18. *consider.* 6.

Ἵνα ἕτερα ἐρεξῆς γίνηται] vide *l.* 7. § 23. 25. & *infrà* § 23. August. *confess. l.* 4. *c.* 11. *ecce illa discedunt, ut alia succedant, & omnibus suis partibus constet infirma universitas.*

§ 22. Πάντα ἡ ὑφόλημψις] vide *ad l.* 2. § 15. & *l.* 3. § 9.

Καὶ αὐτὴ ἐπί σοι] ἐφ' ἡμῖν ὑφόλημψις. Epictet. *enchir. c.* 1.

Ὅσον κόμψαι τὸν ἄκρον] ἄκρον κάμπτειν, quòd Plut. in *collat. terr. & aquat.* ἀκρωτήριον κάμπτειν. *promontorium prætervehi.* nos dicimus, **to double the cape.** solent autem prominentia loca istiusmodi plùs aliis esse undis infesta, ventis exposita, procellis obnoxia, eóque nomine magìs periculosa: indè proverbium de *Maleo* sive *Maleis* Laconico promontorio.

Μαλέας ἢ κάμψας ὀπιλάθου τῶν οἴκαδε.
Maleas legens, quæ sunt domi obliviscere.

Eustath. *ad odyss.* γ'. Ulysses *Odyss.* ι. *v.* 80.

Ἄλλα με κῦμα ῥόῳ τε φερόμενον Μάλειαν
Καὶ βορέης ἀπέωσε.——

Et Nestor de eodem *ibid.* γ'. *v.* 288. juxta Maleam navigantes habuisse se συγκλῶ ὀδόν.

——διζήσαντ' ἀνέμων αὐτῶρα——

Κύματα τε τροφόεντα, πλοῖα, ἴσα ὄρεσσιν.

Liban. *orat.* 31. inter cætera nautis molesta, καὶ πίτερον περιελιττόμενα, ἀεὶ ἦν δεῖ κάμψαντας ὅρμου τυχεῖν. & *orat.* 3. καὶ ταυτὸ συμίσαινε, ὅταν ἐπὶ τὴν περίβολον, ἐπειδὰν ἡ θάλαττα ποικίλοις ἑλαυνομένη πνεύμασιν εἰς συμίσγειαι ἐκείνῃ κυμάτων· ἐπεὶ δὲ φὴν καθαρῶς τὸ πρόσπον κῦμα ἀεὶ τὸν περίβολον ῥαγῆναι, τὸ δεύτερον ἐγκαταλαμβάνει, καὶ τὸ τείτον αὖθις· καὶ τοῦτο διατελεῖ γινόμενον, ἕως ἂν λίξῃ τὰ πνεύματα.

Γαλιήν] Ità *l.* 5. § 2. ἐν πάσῃ γαλιήν. & *l.* 8. § 25. αἰθρίαν καὶ γαλιήν. qualem animi statum delineat. Plut. *de virt. mor.* verbis illis Homericis ex *Odyss.* ε. *v.* 391.

Δὴ τότ' ἔπειτ' ἀνέμῳ μὲν ἐπαύσατο πᾶσα γαλήνη
Ἔστιλεν νηνεμίη· κοίμησε δ' ἄρα κύματα δαίμων·

Eodémque alludens Sextus *adv. ethic. c.* 5. Εὐδαίμων ἐστὶν ὁ ἀπροσκόπως διεξάγων, καὶ, ὡς ἔλεγεν ὁ Τίμων, ἐν πνεύμασι καὶ γαλήνῃσι καθεστώς.

——πάσῃ δὲ ἐπὶ γαλήνη.

Τὸν δ' ὡς ἓν ὀνόμασι· ἐν νηνεμίῃσι γαλήνης.

vide *ad l.* 2. § 4.

Στάδιοι πέντε] vide *ad l.* 6. § 10. Lucian. in *Scytha extremo.* ἦν δὲ πᾶν ὑπάρξῃ, ἔυδια πάντα, καὶ πλοῦς ἀεὶ, καὶ λειοκύμων ἡ θάλασσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

Καὶ κόλπος ἀκύμων] quod Dio Prus. *orat.* 74. ἀκλυστον λιμένα. qualis Maronianus ille dixit. *Æn. l.* 1.

——*ubi omnis ab alto*
Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos. ex poeta autem aliquo traducta hæc, M. Cas. nec frustrà, opinor, autumat. etiam βίον ἀκύμονα dixit Plut. in *Galba.* &, Ἦλεων καὶ ἀκύμαντον τῆς ψυχῆς διάθεσιν, Synes. alicubi, Idémque *de regn.* αἰδῶς ἀκύμονα διάθεσιν.

§ 23. Μία καὶ ἥπασῦν ἐνέργεια] idem planè argumentum habetur. *l.* 9. § 21.

Τὸν δ' καιρὸν καὶ τὸν ὅρον δίδωσιν ἡ φύσις] sic *l.* 106. § 49. ἀφώρισας. hoc est, quod Solomon *Eccles. c.* 3. *v.* 1. לכל ומו ועת τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος, καὶ καιρὸς παντὶ πράγματι. ubi rectè זמן *tempus determinatum*, sive, *præstitutum*, ex Est. *c.* 9. *v.* 26, 31. Ezræ *c.* 10. *v.* 14. & Nehem. *cap.* 10. *v.* 34. reddit Piscator; & exponit, prout & Jun. prior, *determinatum à Deo.* etsi locus ille à plerisque aliter, sed perperam, accipitur. hoc est etiam, quod Job. *c.* 7. *v.* 1. צבא לאנוש *tempus præfinitum est homini super terram.* ità enim malim cum Pagnino & Mercero, quàm, cum vulgatæ auctore, *militiam*, vertere. atq; ità etiam *ibid. c.* 14. *v.* 14. Junius & Tremel. verterunt, ubi de vita humana usurpatur. nec de versione ambigere patitur Job ipse. qui *c.* 14. *v.* 5. *Præcisi sunt dies ejus, termino: sive limites illius statuisti, quos transgredi non datur.* Jason Siracid. *cap.* 18. *v.* 8. *præfinitum cuique est obdormiendi tempus.* Indè & Æschyli illud apud Plut. de Homero.

Ἀλλ' ἔστι πολλὰ πράγματ' ἐν σίγνοις λαβεῖν,
Θνήσκειν τις, οὐ μὴ τέρμα συντέχῃ βίου.
Οὐτ' ἐν σέχῃ τις ἥμενος παῤ ἑστίᾳ,
Φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον.
Non tela siquis pectus intra acceperit,
Morietur, ævi fata nisi dent terminum:
Nec si larem quis servet, assiduus foco,
Effugiet horam, Parca quam decreverit. Grot.

Et Phalaris *epist.* 147. Ἴσθι γὰρ, ὡς μηδεὶς τυραννοκλονήσει τὸν Φάλαριν ἔξω τῆς ἰδίας μοίρας, ἣν ἀπὸ νεότητος ἔχομεν καθ' ἑαυτῶν· forsan καθειμαρμένην. atque ità interpres, *definitum & constitutum.* Solon. item apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 9.

——τὰ δ' μέρσιμα πάντως
Οὔτις ὀιωνὸς ῥύσεται, οὐθ' ἱερεύς,
Οὐθ' οἱ Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργον ἔχοντες
Ἰατροί, ἠ πῆς οὐδὲν ἔπεστι τέλος.
Πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος
Κοὐκ ἂν τις λύσαιτ' ἄπρακτα φάρμακα δύσ.
Τὸν δ' κακῶς νόσοισι κακώσειν ἀργαλέαις τε,
Ἀμμορος χειρῶν, αἶψα πέμψ' ὑπὸ χθόνα.
Μοῖρα δέ τοι ἀπροΐσι κακὸν φέρει, οὐδὲ τι θάλπει
Δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.

——*fata quæcunque manent sors,*
Non hanc averrat victima; sed nec aves;

Me-

Nec qui Pœonias ægris mortalibus herbas
Sæpe creaturam ferre laborat opem.
Sæpe dolor tenui morbos prodemit acerbos,
Tollere quos nullis sit medicaminibus:
Sæpe diu sævo jactatum corporis æstu,
Contactu sanum reddidit una manus.
Sic fato fors læta venit, contraria fato:
Nec vitare datur, quæ placuêre Deis. Grot.

Indè Propertio *l.* 3. *eleg.* 3. *mortis dies parca*, hoc est, πρόωρος, ut rectè Scaliger. vide ad *l.* 2. § 4. & *ad l.* 4 § 23. & *ad l.* 8. § 20. & *infr.* § 36.

Ποτὲ μὲν καὶ ἡμέρα] Datur hinc conciliatio dictorum illorum, quæ adversari superioribus videri poterant: *homines violentiæ dedicos, non dimidiatos alios suos*; hoc est; nè dimidium quidem dierum suorum exacturos esse, Psal. 55. *v.* 23. quosdam etiam, *defungi* בלא יחי Job. *c.* 15. *v.* 32. hoc est, ἐν ἀλλοτρίᾳ ἡμέρᾳ Sept. *in die non sua.* Vatabl. & Pagn. & בלא עת Job. *c.* 22. *v.* 16. i. e. ἀώρως, Sept. *ante tempus suum.* Vulg. siquidem si naturæ propriæ rationem habemus,

Quota pars moritur tempore fati?

Sen. *Herc. Oet.* 2. 2. quia, *pauci ad senectutem perveniunt.* Cic. *de Sen.* pauci eum vitæ terminum assequuntur, quem constitutionis nativæ virtute poterant, si siniſtri nihil interveniſſet. verùm, si *naturæ communi*, utì Marcus loquitur, hoc est, numinis divini dispositionem ac dispensationem spectamus, *nemo nisi suo die moritur.* Sen. *ep.* 69. etiam qui immaturus maximè obiisse videtur,

talit suam, —— metuisque dari pervenit ad ævi.

Idem *ad Marc. c.* 20. ex *Æn. l.* 10. Itaque non fuit necesse, ut Servius quò Virgiliana duo illa conciliaret, *Æn. l.* 10. —— *Stat sua cuiq; dies.* — & de Didone *l.* 4.

—— *nec fato, meritâ nec morte peribat,*
Sed misera ante diem; ——

ad illud confugeret, *poetas secundum Sectas varias loqui; illud ex Stoicorum, hoc ex Epicureorum sententia protulisse.* Videmus enim, Marco auctore, utrumque etiam Stoicorum placitis esse satis consentaneum. alia Servii conciliatio videri poterit *ad l.* 4. quam quia prolixior est, nec ad nostri mentem, omitto.

Νεαρὸς ἀεὶ] vide *supr.* § 21. & *l.* 7. § 25.

Καλὸν ἦ ἀεὶ πᾶν καὶ ἀραῖοι] vide *l.* 4. § 23. & *l.* 10. § 20.

Θυμὸν αἰσχεῖν] vide *l.* 2. § 11. & *l.* 4. § 3. & *l.* 8. § 1.

Συμφέρειν καὶ συμφερόμενον] vide *l.* 2. § 11. & *l.* 3. § 4. συμφέρεται καὶ συμφέρει. verto autem illic; *conducens, & congruum.* συμφέρεσθαι *convenire, congruum esse.* Liban. *orat.* 11 Θαῦμα πῶν ἔσεσθαι ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας παρατιθέντα τε καὶ ἃ παρατιθέντα τῷ αὐτοκράτορι τῷ μὲν καὶ ἓν ὦσι θεὸς συμφέρεται· τῇ δὲ τῶν ξένων θεῶν μίαν σύνεσιν, *aliud sub eodem regno miraculum contigit, priori geminum, nec geminum tamen. in hoc enim convenit, quòd circa Deos fiebat: in hoc discrepat, quòd in Deis peregrinis ista translatis:* cùm prius nimirum in patriis restitutis exhibeatur. ut Fed. Morellius hìc, ut alibi sæpenumero, non dormitavit, sed altum dormivit; cùm vertit, *Regi enim circa Deos, ad cultum confert hospitum: huic autem est, quod peregrinarum migratione differt.*

Θεοφόρητος ὁ φερόμενος καὶ τ' αὐτὰ θεῷ] ista cum sequentibus Xyl. vertere neglexit; vitiata suspicatus, an de sensu ambiguus, incertum. Θεοφόρητος, quemadmodum & Νύμφολη̃πτος in sequiorem partem sumitur haud rarò, pro *arreptitio*, sive *lymphatico.* Itaque apud Plut. Adulator, quò eum cui se accommodat, δεισιδαίμονα ὄντα, *superstitionibus constrictum*, hac etiam in parte superare videatur, Θεοφόρητον, sive *arreptitium* se simulat. ut τὸ Θεοφόρητον, sit etiam τῷ δεισιδαίμονι excessus, aut affectus saltem illo vehementior. Verùm à Marco accipitur in meliorem partem, pro eo, *qui numini ferendum, agendum se totum permiserit.* nec aliter ferè à Philone Judæo, & Dionysio illo, qui Areopagitæ titulum præfert, usurpatur. est autem tralatio ab eis desumpta, qui instinctu quodam divino agitantur; cujusmodi vates sunt, καὶ ὁὶ ἔνθεοι. ità de Æschine Philostratus: τὸ θεῖος λέγειν, ὅπερ καὶ ἐπηχεῖα σοφιστῶν ἐπῳδάς· ἀφ' Αἰσχίνου δ' ἤρξατο, Θεοφορήτῳ ὁρμῇ αὐτοκρατάζοντι, ὅ τινες οἱ πολλοὶ ἐνθουσιᾶν ὀνομάζουσιν. Indè Θεοφορία. de Scopa Callistratus in *imagin.* 2. Οὐ ποιητὴν ἦ καὶ λογοποιῶν μόνον πέφυκεν τέχνα ἐπὶ γλώττῃ ἐν θεῶν θεσμῷ πονεῖν· ἀλλὰ καὶ τὴν δημιουργῶν αἱ χεῖρες θεωτήρων πνευμάτων ἐρέσσουσι ληθεῶσαι, κἀτοχα καὶ μὴ μανίας ἀφορητόσιν τὰ ποιήματα· ὁ γὰρ δὴ Σκόπας ὥσπερ ἔκ τινος ὀπτασίας κινηθείς, εἰς τὸν τῆς ἀγάλματος δημιουργίαν τὸν θεοφορίαν ἐρρῖπτε. Θεοφόρητος perinde Marco, qui non linguam tantùm, sed & manum mentémque suam ad nutum numinis divini per omnia prorsus ità contradidit regendam dirigendámque, ut nihil aliud agat, dicat, cupiat, cogitet, quàm quod Deo ipsi visum fuerit. Indè Clementi *strom. l.* 7. Θεῖος ἄρα ὁ γνωστικὸς καὶ ἅγιος καὶ θεοφορούμενος καὶ θεοφορούμενος.

Ὁ φερόμενος καὶ τ' αὐτὰ τῷ θεῷ] *qui vis eadem quæ Deus fertur.* i. qui Deo consentit, convenit. Epiphan. *l.* 1. *tom.* 3. *hæres.* 38. τὰ μὲν καὶ τὰ αὐτὰ φερομένοις, τὰ δὲ ἀλλαγομένοις. *partim cum illis convenientem, partim ab eis discrepantem.*

Ἐπὶ τ' αὐτὰ τῇ γνώμῃ φερόμενος] quod Epictet. *l.* 2. *c.* 16. Deum ipsum alloquendo, ὁμογνωμονῶν. vide *l.* 10. § 21.

§ 34. Ὡς ἂν ἡ δίκη αὐτὴ ἐνέρσησεν] *nequid aliter quàm justitia æquitásque exigit.* Casaub. minùs plenè. melius Xyl. *nequid secius quàm justitia ipsa egisset.* formula diserta, & ἀκειβοδίκαιόν τι insinuans.

Ὅτι

Οὐ τῇ ἐπιλυχνίᾳ μιμητέον] vide *l.* 8. § 17.

Ὁπόσον ἔκγονον ἀπὸ στερήμα[Θ] *Quale unumquodlibet à privatione fuerit.* Xyl. ut idem sit τὸ στέρημα, quod ἡ στέρησις. cujus exemplum fruſtrà quæro. Caſ. *cujuſmodi corpora noſtra ſint adhuc rudia & imperfecta.* unde quid legerit haud ſatìs liquet. ego σπέρμα[Θ] omnino legendum cenſeo. vel, ſi cui id minùs arridet, σπερμάτιον[Θ]. quod propiùs accedit ad ſcripturam priorem, & apud Nicandrum reperitur (ſi pro *ſemine* ibi ſumi, quod quidam cenſent, compertum haberetur) vel σπορίδιο[Θ] etiam, ſive σπερματώσεως (ut τῇ ψυχώσει reſpondeat ἡ σπερμάτωσις) quæ *actum ipſum ſeminandi* deſignant. ſenſus patet; idémque eſt, quodcunque ex iſtis legere libuerit, quod Tertull. *ex ſeminis ſparſione* dixit, *apologet. c.* 9. Nec ſilentio prætereundum videtur, quod Plut. nos docet *de commun. notit. c.* 31. Stoicis autoribus, qui in notationibus plùs ſatìs ineptire ſolebant, τὸ μὲν σπέρμα πῶ ὅτι μικρὸν ὅσκον ἐν πολλῇ σπείρασιν ὑγρομάδι· πῶ δ' φύσιν ἐμφύσησιν ὅσαν, καὶ διάχυσιν τοῦ ἐκ' αὐτῆς ἀναιρομένων καὶ λυομένων λόγων καὶ δεσμῶν. quo loco miror ego, quid Lipſium impulerit, ut pro ἐμφύσησιν ἐν φύσεων legi voluerit, &, *in ſpiritibus & inflationibus*, verterit. *Stoic. phyſiolog. l.* 3. *c.* 6. cùm locus ſincerus ſit, ſenſúſque proclivis ſatìs. *Semen ideò dictum, quòd in eo quaſi conſpiratione & colligatione quadam in exiguam molem vis virtutiſque multum compingatur; naturam verò, quòd ejus ope operáque, quaſi inſufflatione quadam, vis virtúſque illius excitetur, diffundatur, & ex potentia in actum producatur & prodeat.* verùm hoc ἐν παρέργῳ. *A ſemine*, inquit Marcus, *ſive ſeminatione, uſque ad animationem.* σπέρμα itaque ſive σπερμάτωσις (id ſi ſcripſerat) idem eſt hìc Marco, quod σπέρμα[Θ] καθόλου Apoſtolo, *ad Hebr. c.* 11. *v.* 11. Vide *ad l.* 4. § 36. & *l.* 10. § 26.

Μέχει ψυχώσεως] quod in ipſo partu fieri autumabant Stoici. qui & fœtum ad partum uſque animal eſſe negabant, ſed utero muliebri, tanquam plantam telluri, adfixum, vel potiùs tanquam arbori fructum, agnatum, veluti partem ejuſdem, ab eo cúmque eo nutriri cenſebat. Plut. *de placit. philoſ. l.* 5. *c.* 15. Οἱ Στωικοὶ μέχρι μὲν τοῦ ἐν γαστρὸς, ἐ ζῷον (contra planè quàm Plato, *ibid.*) ὡς ἂν μὴ τοῦ καρπὸς, μέρη δὲ φυτοῦ ὄντας, πεπαυομένους ἀπορρέειν, ὅταν καὶ τὸ ἔμβρυον. Idemque *de Stoic. contradict. c.* 38. de Chryſippo locutus; Τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει, καθάπερ φυτόν· ὅταν δὲ τηχθῇ ψυχούμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ σωμάτωμα, τὸ πνεῦμα *μεταβάλλειν [*μεταλαβεῖν Salmaſ. *ad Epiſt. & Simpl.*] καὶ γίγνεσθαι ζῷον. ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου πῶ ψυχὴν ὠνομάσθαι παρὰ τὸ ψύξιν. Et Philo eódem reſpiciens, *lib. de inſomn.* Γεννώμενον ἐνθὺς, ἢ ἐξωθεῖν εἰσκείνεται; ἢ ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ἢ ἐνδεσμῶν ἐν ἡμῖν φύσις, ὅτε σίδηρος, ὃν χαλκέως πυρωμένον ὕδατι ψυχροῦ, σκληρὸς τὸ κρατιότερον σωμᾶται; διόπερ καὶ παρὰ τὴν ψύξιν ὠνομάσθαι δοκεῖ ψυχή. Vide *ad l.* 6. § 16. Tertull. *de anim. c.* 25. *Sunt qui præſumant, non in utero concipi animam, nec cum carnis figulatione compingi atque produci; ſed & effuſo jam partu, nondum vivo infanti extrinſecùs imprimi. Cæterùm ſemen ex concubitu, muliebribus locis ſequeſtratum, compingueſcere in ſolam ſubſtantiam carnis; eam editam, & de uteri fornace fumantem, & calore ſolatam, ut ferrum ignitum, & ibidem frigidæ immerſum, ità aeris rigore percuſſam, & vim animalem rapere, & vocalem ſonum reddere. hæc Stoici cum Æneſidemo.* Addit idem ex medicis idem ſenſiſſe *Hiceſium, & naturæ & artis ſuæ prævaricatorem.* Sed & *Platonem alicubi dixiſſe. Perinde animam extraneam aliàs, & extorrem uteri, primâ adſpiratione naſcentis infantis adduci, ſicut expiratione noviſſimâ educi. incertum tamen, an ex ſententia fixerit,* (ità legit Rigalt.) *an ex alterius perſona id protulerit.* Abſurda ſanè ſententia quæque pluribus refutetur, indigna. Itaque Septimius, dogmatis iſtius patronos, παραδόξου τι, & à ſenſu communi diſſitum, *in eo affectaſſe*, contendit; ſed quod à mulierculis quibuſvis poſſit refelli. *Pudeat*, inquit, *opinor illos hoc ſtatuere quod fœminæ agnoſcerent. at quanto ruboratior exitus à fœminis revinci quàm probari?* Lactant. *de opific. c.* 17. *Anima non eſt* (quod Varro dixerat) *ſer ore conceptus; quia multò prius gignitur anima, quàm concipi aer poſſit. non enim poſt partum inſinuatur in corpus, ut quibuſdam philoſophis* (Stoicis ſcil.) *videtur, ſed poſt conceptum protinus, cùm factum in utero neceſſitas divina formavit.* Verùm varias noſtrorum hac de re ſententias videas licet apud Hieron. *adv. Ruffin. apolog.* 2. Ruffin. *in apolog. Pamphili nom. pro Origen.* vide & *l.* 2, § 2.

Ἄνω μετέωρος ἐξαφθεὶς] vide *l.* 7. § 49. & *l.* 9. § 28. nam de *ſurſum elato animo*, Xyl. fruſtrà hæc accepit.

Τῷ πολυτρόπῳ, ὅσπ] quod *l.* 7. § 48. τὸ συμμιγές.

Ὅλον τὸ θεϊκὸν ἐναέριον καὶ ἐναυθέριον] ſcil. univerſas mundi totius regiones ætheriam, aeriam, aquatilem, terreſtrem, incolis ſuis refertas cenſebant, cùm Stoici, tum & Platonici. Alcinous, *de doctrin. Platon.* Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, ὃς καὶ καλεῖσθαί τινες γίγνεσθαι θεὸς, κατ' ἄρχοντα τῶν στοιχείων, οἱ μὲν ὀρεσται, οἱ δ' ὀρεσται, ἐν τε αἰθέρι, καὶ πυρὶ, ἀέρι τε, καὶ ὕδατι· ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, μηδὲ ζωῆς κρεῖττον· ἕνεκα φύσεως. Apul. *de deo Socrat. Quid igitur? tanta vis aeris, quæ ab humillimis Lunæ anfractibus uſque ad ſummum Olympi verticem interjacet, vacabitne animalibus ſuis atque eorum ſpiritu pars mortua ac debilis? & nè volucres cogites, quæ aerem pervolant. ipſæ enim, inquit, aves, ſi ſolidò adverſus, terreſtre animal, non aereum, reſtitas perlabuntur. eſt enim ſemper illis omnis*

victus

victus in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile. tantum quod aëra proximum terræ volitando transverberant. Cæterùm cùm illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est. Itaque aëri dæmonas attribuit, tertia quædam, ut loquitur, animalia, neque tam bruta, quàm terrea, neque tam levia quàm ætheria. Porphyr. item *de abstinent. l.* 3. Ζῶα λογικὰ distribuit in quatuor classes, ἐναιθέια, ἐναέια, ὑυδρα, ἐπίγεια.

Καὶ ὅπ ὁσάκις] ἡ istud παρέλκει, & inducendum videtur. nam ὅπ, ad τείτον refertur. quam dictionis seriem non advertentes interpretes, alter Marci mentem pervertit, alter ad rem minùs pertinentia infercit.

Ταὐτὰ ὄψει] *eáque te visurum.* Xyl. *eadem te visurum.* ταὐτὰ non τοῦτα.

Ἐπὶ τύτοις ὁ τύφ@] Lugd. erotematicè legit. ἐπὶ τύτοις ὁ τύφ@; *hisne superbimus?* Cas. enuntiativè. rectiùs, opinor. *hæc sunt, de quibus tantoperè superbimus.* forsan tamen deest aliquid. Οἷ@ ὁ τύφ@. ut ὅσον τὸ ἐροικὸς. ut vel de rebus ipsis intelligatur, sitque idem hìc ὁ τύφ@ quod *l.* 6. § 13. ἡ ἰσχεία ἐφ' ἧ σεμύνεται, quam & τύφον *ibidem* nuncupat. Ità Xyl. *tam quis in eis fastus.* vel de hominibus, qui istorum ratione insolescunt. quod *lib.* 11. § 18. μεθ' ὅτι τύφ. & *l.* 9. § 34. ὅση ὄιησις. Sed illud mavelim. Apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 4. Socrates: τῷ μὲν ἀπαιδεύτῳ βίῳ πολλὰ τύφ μετεικὸτα σύμπτωματα ἕλκειται. leg. ἐπενδύματα, vel etiam μετενδύματα. Sic enim Lucian. *necyomant.* τὸν πεφρενιδα μετενέδυτε. quo loco tamen in vulgatis μετειέδυτε perperam editur. ésque quod Synes. *de provident.* μεταμφιέπαζε dixit. vide *ad l.* 4. § 1.

§ 25. Βλέ ἔξω τὸν πόλεμον] Vide *supr.* § 22. & *l.* 4. § 7. & *l.* 8. § 40.

§ 26. Ἐπιλάθ] Ità Autor *ad Hebr. c.* 12. *v.* 5. ἐκλέλοιδε τῆς παρακλήσεως. Scilicet, quod Bern. *de consider. lib.* 2. *Sic se habent corda mortalium. quod scimus cùm necesse non est, in necessitate nescimus.*

Πάντα κρῖ τὸν τῶν ὅλων φύσιν] Vide *l.* 5. § 8, 10. & *l.* 8. § 4.

Τὸ ἀμεσβλητόμενον ἀλλότριον] vide *l.* 9. § 38.

Πᾶν τὸ γινόμενον ἕως ἀεὶ ἐγίνετο] vide *lib.* 7. § 1. & *l.* 8. § 46.

Ὅση ἡ συγγένεια] Ἀνθρωπος γὰ ἀνθρώπῳ καὶ ἐκὼν καὶ ἄκων πᾶς ὅτι συγγενής. Julian. Imp. in *epist.* ἀκεραίῳ. vide *ad l.* 2. § 1. & *l.* 3. § 4.

Ὁ ἐκάς νῦς θεός] Hermes *Pœmand. c.* 12. ὁ νῦς ἐν ἀνθρώποις, θεός ὄτιν. Atque indè Synes. in *calvit. encom.* de capite. ἐκεῖ νόμιζε κατεκτικὰ νοῦ τὸν νῦν ἐκείνῳ τὸν κεφαλὴν ἡγεῖ νεὼν τῆ θεῦ. *Dei templum caput*, quia mentis sedes. Cicer. *offic. l.* 3. § 44. à Lactantio laudatus *instit. l.* 7. *c.* 24. *cum vero jurato dicenda sententia sit, meminerit Deum adhibere testem; id est, ut ego arbitror, mentem suam.* Euripid. apud Theon. Soph. in *progymn.*

Ὁ νῦς γὰ ἡμῶν ὅσιν ἐν ἑκάς Θεός.
Mortalium cuique sua mens est Deus.

quod Panegyrista Constantinianus vertit,

Sua cuique prudentia Deus est.

Menand. apud Plut. in *Platon. quæst.* 1.

Ὁ νῦς γὰ ἡμῶν ὁ θεός.—
Mens quippe nostra Deus est.

Idémque in *Adelph.* citante Justin. *de Monarch.*

— θεός ὅτι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
Ὁ νῦς ἄρ', ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις.
—Numen est verè bonis mens ipsa.

Hinc Nemes. *de natur. homin. c.* 44. Εὐριπίδης γ' ἐν Μελανίππῃ ἐν ἑνίοις τὸν νῦν τὸν ἐν ἑκάς φασὶ θεγνοεῖν ἑκάς, θεὸν ὄντ μηδένα. Verùm plus forsan Nemesius affingit & affigit illis quàm volebant ipsi: qui nihil aliud, opinor, innuebant, quàm quod Senarius ille,

Βεβοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.
Dei instar habere mentem & conscientiam in homine debere, ejusdémque dictamen bonum quemque tanquam oraculum quoddam sequi. At Epictet. *l.* 2 *c.* 8. Οὐκ οἶδας ὅτι θεὸν τρέφεις; θεὸν χαμάζεις; θεὸν περιφέρεις, τάλας, καὶ ἀγνοεῖς; δοκεῖς μοι λέγειν ἀργυρᾶν τινὰ ἢ χρυσῆν ἔξωθεν. ἐν σαυτῷ φέρεις αὐτὸν, καὶ μολύνων οὐκ αἰσθάνῃ, ἀγαθήτοις ὢν διανοήμασι, ῥυπαραῖς καὶ ἀσελγέσι. καὶ ἀγάλματος ἂν τῆ θεῆ παρόν@, οὐκ ἂν πολλοῦ τινὸς τῶν τοιῶν ποιεῖν, οἷς ποιεῖς. αὐτὸ γὰ θεῦ παρόν@ ἔσωθεν, καὶ ἐποπτεῦν@ πάντα, καὶ ἐπακύον@, οὐκ αἰσχύνῃ ταῦτα ἐνθυμούμενος καὶ ποιῶν, ἀναίσθητος τῆς σαυτῆ φύσεως, καὶ θεοχόλητε. vide *lib.* 2. § 2. & *l.* 3. § 5. & Apul. *ad l.* 7. § 17.

Ἐκεῖθεν ἐῤῥύηκε] vide *supr.* § 2. & *lib.* 2. § 4. Cur autem ἐν τύτῳ potiùs quàm ἐκεῖθεν legi velit Annot. Lugd. nec ego quicquam video, nec ipse (puto) facilè dixerit. Naso, *art. l.* 3.

Est Deus in nobis; sunt & commercia cœli:
Sedibus ætheris spiritus ille venit.

Et Fastor. *l.* 6.

Est Deus in nobis, agitante calescimus ipso:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

hoc est quod Synes. *epist.* 101. τῆ θεῆ σπέρμα ὁ νῦς εἰς ἀνθρώπους ἧκει. Julian. *de Cynism. orat.* 1. ὅτι τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἐν ἡμῖν θεῷ, τῦτ' ἔςι, τῷ νόῳ, ταῦτα ὄτιν ἀπόῤῥητα. mox tamen quasi corrigens quod priùs dixerat; τῦτο δὲ μᾶλλόν γε θελον (affectum vult) καὶ πείσωμαι χαλκεῦσι τῷ παρ' ἡμῖν θεῷ μᾶλλον ἢ θεῷ. vide *supr.* § 19. Cæterùm de Stoicis Laërt. *lib.* 7. in *Zen.* Θεὸς τε εἶ πνῦ σοφός· ἔχειν γὰ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεὸν τὸν φαῦλον, ἄθεον. quod de Ephesiis in statu naturali constitutis Apostolus, *ad eosdem c.* 2. *v.* 12.

Οὐκοῦν ἴδιον ἀνθρ@] Lucil. *l.* 27: *cùm sciam nihil esse in vita proprium mortali datum.* Piè Tertull.

tul. *de patient. c. 7. & quod nostrum videtur, alienum est. nihil enim nostrum, quia Dei omnia, cujus ipsi quoque nos.* Expressit nimirum paucis, quod pluribus Rex David, *Paralip. lib. 1. c. 29. v. 11, 16.* vide *l. 5. § 33. & l. 10. § 14.* Præclarè etiam Euripid. *Phœniss.*

Οὗτοι τὰ χρήματ' ἴσθ' ἀκτήμων βροτοῖ.
Τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ὀφειλόμεθα
Ὅταν δ' χρήζωσ' αὖτ', ἀφαιροῦνται πάλιν.
Non possidemus propria mortales bona
Sed jus Deorum, nostra dispensatio est;
Et commodata, cùm volunt, repetunt Dei. Grot.

Pulcrè in eandem sententiam & Senec. *ad Marc. c. 10. Quicquid est hoc quod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorum clientium turbâ referta vestibula, clara, nobilis, aut formosa conjux, cæteráque ex incerta mobilique sorte pendentia, alieni commodatique apparatus sunt. nihil horum dono datur: collatitiis, & ad dominos redituris scena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referentur: pauca usque ad finem perseverabant. ususfructus noster est; cujus tempus ille arbiter muneris sui temperat. nos oportet in promptu habere, quæ in incertum diem data sunt, & appellatos, sine querela reddere: pessimi est debitoris, creditori facere convitium. Omnes ergo nostros, & quos superstites lege nascendi optamus, & quos præcedere justissimum ipsorum votum est, sic amare debemus, tanquam nihil nobis perpetuitate, imò nihil de diuturnitate eorum promissum sit. Sæpe admonendus est animus, amet ut recessura, imò tanquam recedentia, quicquid à fortuna datum est, tanquam extemplò abiturum possideat.* Verùm illa à dispensatoris officio ducta collatio cùm in scripturis sacris tum in exoticis etiam est frequentissima. Siquidem eò spectat parabola illa, οὐκέτι δύνῃ οἰκονομεῖν τὴν οἰκονομίαν, Lucæ *c. 16. v. 1, 9,* Petri monitum illud, *ep. 1. c. 4. v. 10.* ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ. Indè Marcus Eremit. *de leg. spirit. § 158.* Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ κυρίου οἰκονομικῶς ἐπέρχεται· ἡ δὲ φέροντες αὐτὸ, οἱονεὶ ἀγαθοὶ διάκονοι. Indè Hieroni Pindar. *Pyth. 1.* Πολλῶν ἔστι ταμίας. Et Alex. Severus Imper. *dispensatorem publicum* se profitebatur. Lamprid.

Ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν] Ità *lib. 6. § 36.* πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται. vide *l. 4. § 23. & l. 10. § 14.* Πάντα ὀπὸ θεοῦ. *ad Cor. ep. 2. c. 5. v. 18. Ate omnia.* David *Paral. l. 1. c. 29. v. 14.*

Πάνθ' ὑπόλημψις] *Supr. § 8. 22.*

Τὰ παρὸν μόνον] Vide *lib. 2. § 14. & supr. § 3.*

§ 27. Πῶ γὰρ τὰ πάντα ἐκεῖνα] Vide *l. 3. § 3. & l. 4. § 3. & l. 6. § 47. & 59. & l. 10. 31.*

Καιρὸς ἡ ἀποδύς] Allusum ad ritum corpora defunctorum cremandi. vide *ad l. 4. § 48.*

Μῦθος] *cinis & fermo.* Xyl. *fabula*, malim Pers. *sat. 5. v. 132.*

—cinis, & manes, & fabula fies.

quod mutuatum illum vult, Cl. Casaub. ab Horat. *carm. l. 1. ode. 6.*

Jam te premet nox, fabulæque manes.

Verùm ibi, *fabulæ manes*, sunt *manes fabulosi*, sive *manes*, qui *fabulæ meræ* sunt. quomodo Juvenal. *sat. 2. v. 149.*

Esse aliquos manes,—
Nec pueri credunt.——

Joan. Chrysost. *in Matth. orat. 17.* de mortuis· οὐδὲν ὁρῶ πολὺ ὄχλον, οὐ σκότος, οὐ ἀφανισμός. πάντα ἐκεῖνα γῆ. πάντα ἐκεῖνα μῦθος· πάντα ὄνειρος καὶ σκιὰ, καὶ δίηγημα ψυχῶν, καὶ γοητεία. Itaque Gregor. Naz. *adv. Arian.* Ἐγὼ σε ἀφίημι τοῖς ὑφεις μεγαλοφρονεῖν, ἢ τοῖς μύθοις. ad eos qui de majoribus suis gloriabantur.

Ἡ ἐπὶ μῦθος] Vide *lib. 4. § 33. & lib. 8. § 25.*

Φάβιος Κατυλλῖνος ἐπ' ἀκτῆ] Q. *Fabius Catullinus* sub Adriano Consul reperitur in *Fastis* ad annum U. C. 883. quanquam in Græcis à Scaligero editis, non Κατυλλῖνος sed Κατυλῖνος. *Catulinus* non *Catullinus* is dicitur.

Λούκιος Λοῦπος] *Lucius Lupus.* Xyl. & Casaub. ut sit legendum, Λούκιος. Xyl. *Lucius Lupus in hortis obiit.* ἐν κήποις. at Casaub. *Lucius Lupus & Stertinius Baiis.* nec necessarium est istic illud, *obiit.* Cæterùm lectionem receptam adserit Ilg. Casaub. *ad Spartiani Hadrian.* (ubi mentio *Lupi* cujusdam Senatûs jussu, vel Hadriani etiam, ut Dio vult, in itinere occisi.) sed ità, ut de *Lupo* isto parùm sibi liquere profiteatur.

Στερτίνιος ἐν Βαίαις] *Stertinii*, qui per Tiberii tempora sub Germanico copias duxit, meminit Tacitus *annal. lib. 2.* verùm utrùm is sit quem Marcus velit, aut quid is Baiis, mihi planè incompertum. *Stertinius* item Philosophus Stoicus Horatii temporibus sub Augusto floruit. meminit hujus Flaccus *l. 2. ep. 12.—an Stertinii deliret acumen. & serm. lib. 2. sat. 3. sapientum octavum.* Judibundus appellat. verùm nec istum istic designatum crediderim.

Στερτίνιος ὁ Καπρείας] Καπρέας potiùs, *Capreis. Capreæ insula, trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disjuncta.* Tacit. *Annal. lib. 4. Tiberii principis arce nobilis;* Plin. *hist. nat. lib. 3. c. 6.* qui eò fecesserat, quò libidinibus suis indulgeret liberiùs. unde & palim ac vulgò ab insulæ illius nomine *Capreis* dicebatur. Sueton. *l. 3. c. 42, 43.* ità enim malim, quàm *Caprium*, vel *Caprinum*; quorum alterum saltem pro *Caprineo* repositum vult Casaub.

Ὀυήλιος Ῥῆφος] *Rufi Helvii*, qui miles gregarius cùm esset, coronam civicam sub Tiberio meruit, meminit Tacit. *Annal. lib. 3. Vetti[illegible]*

qui sub Marco ad annum U. C. 931. consulatum gessit. *Fasti* meminere. Verùm *Tullius Rufus* iste quis exstiterit, mihi nondum occurrit. Sed nec locus satis integer videtur, cùm nec ubi *Scantinius* aut *Rufus* iste egerint, quod in reliquis differtè expressum est, quicquam dicitur.

Ἡ περὶ ὑπερ διαφορά] διαφορὰ, *eminentia, excellentia, discrepantia* ab aliis *insignior*, sive *studium in re aliqua diligentius positum*, quàm ab aliis poni solet. Ità Plato *epist.* de Athenis; εἰσὶ γὰρ οἳ ἐκεῖ τῶν πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετήν. Terent. *Andr.* 1. 1.

Horum nihil ille egregiè præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

hoc est ὑπὲρ μὴ διαφορᾶς.

Μετ' οἰήσεως] quod *l.* 11. § 18. μετὰ τύφου. vide *supra* § 24. male enim, *opinionis causâ*, Xyl. Apud Theodoretum *therap. l.* 2. Timon in *sillis*;

Ἄνδρωπον κενεῆς οἰήσεως ἔμπλεον ἀσκοῦ.

Πᾶν τὸ καταπεπτηνὸς ὄψιον] vide *l.* 4. § 2. μὴ καταπτήσσειν.

Τὸ ἐπὶ τῇ δοξοσίᾳ ὕλης] vide *l.* 4. § 1. & *l.* 7. § 58; 67.

Θεσπὶς ἐπάλξεως] vide *l.* 7. § 31. & *l.* 10. § 28. & *infrà* § 31.

Ὁ ἐπὶ ἀτυφίᾳ τύφος τυφόμενος] leg. vel ὁ ἐπ' ἀτυφίᾳ, vel potiùs ὁ ἐπ' ἀτυφίᾳ. par mendum sustulimus *l.* 6. § 12. ubi ὑφ' ἧ σεμνύεται scriptum fuerat: cùm σεμνύεσθαι ἐπί τινι Græcum non sit. Est autem gnome ista notatu dignissima, pessimum esse fastûs genus illud omniumque minimè tolerandum, quando *è fastu spreto fastus* enascitur. & de hoc ipse superbit seseque effert animus, quòd superbiam conculcâsse videatur. Augustin. *confess. l.* 10. *c.* 38. *Sæpe homo de ipso vanæ gloriæ contemptu magnùs gloriatur; ideòque non jam de ipso gloriæ contemptu gloriatur, non enim eam contemnit, cùm gloriatur inde.* Idémque *epist.* 59. *quæst.* 7. *Fit enim multis modis in anima hominis, ut de falsa humilitate magis infletur, quàm si apertiùs superbiret.* Notavit vitium hoc Socrates in Antisthene: quem tamen ἐν τῇ ἀτυφίᾳ *summam bonam* statuisse vult Theodoret. *therap. l.* 11. quique Platonem ὡς τετυφωμένον ἔσκωπτεν. unde & ægrotum invisens, cùm pelvim conspicaretur, in quem Plato vomuerat, χαλῶ μὲν ὀργὴν ἐντεῦθεν, τύφον δ' οὐχ ὁρῶ. *Bilem quidem*, inquit, *istic video, fastum verò non video.* quasi bile se liberâsset, fastu non item. Cærerùm ipse cùm laceram pallii partem ad obviorum conspectum obverteret, Ὀρῶ σου, ἔφη, τὸ τείλαν τῦφον. *Perpallii fissuras*, ajebat Socrates sese *Antisthenis vanitatem* videre. Laërt. *l.* 2. & *l.* 6. sive ut Ælianus refert *lib.* 9. *c.* 35. ὁ πάππος ἐγκαλλωπίζῃ ἡμῖν. *Annon ostentas*, inquit, *ostentare te nobis?* latet argutia, quam latinè vix commodè expresseris, in voce καλλωπίζεσθαι, quæ *ornatus* significationem habet; quamq; in eodem argumento usurpavit Epictet. *enchir. c.* 45. ὅταν εὐπλοῦς ἡμιόνιον ᾖς, καὶ τὸ σῶμα, καὶ καλλωπίζῃ ἐπὶ τούτῳ. Notavit & Plato in Diogene, qui cùm Platonis ædes ingressus, stragula pretiosiora conculcaret, adjecto, Πατῶ τὸν Πλάτωνος τῦφον. *Calco Platonis vanitatem* sive *studium inane*; regessit Plato, Ὅσον, ὦ Διόγενες, τῷ τύφῳ διαφαίνῃ, δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι; *quantum fastûs, ô Diogenes, ostendis ipse, dum minimè fastuosus ambis videri?* Sive, ut alia referunt; Πατῶ τὸν Πλάτωνος τύφον. *Calco Platonis fastum*; ille: Ἐτέρῳ γε τύφῳ. *Calcas, sed alio fastu*; iste Laert. *l.* 6. Non erat itaque quòd Julianus orationem *de Cynismo* suam tam atrociter ordiretur. Ἄνω τὰ μῶν, τῦφος ἡ τῆς παρρησίας. Ἀνὴρ Κυνικὸς διατείνῃ φησὶ καινόδοξον. Neque enim *Diogenes vanitatis arcessitus*, novum adeò aut inauditum. qui & quærenti πῶς ἂν τις ἔνδοξος γένοιτο, respondit (ut Lucian. *pro imag.* refert) μὴ δόξης καταφρονήσαντα. *gloriæ contemptum ad gloriam muniendam viam* aliis monstravit, eandémque ipse ingressus est. Quin & Flaccus Aristippum inducit hîc Diogenem alloquentem, *l.* 1. *epist.* 17.

Scurror ego ipse mihi, populo tu.—

haud fruſtrà sanè. scurram enim agebat ille, improbum admodum sæpenumero & impurum, nec ab obscœnitate haud sermonis quintaxat, sed actûs etiam ipsius, alienum. vitium idem *hoc in Lacedæmoniis* quoque Cynicus idem *notavit*; siquidem in Olympia cùm Rhodiûs quosdam splendidè vestitos videret, τύφος τοῦτό ἐστι. *Hoc fastus est*, dixit mox, ubi in Laconas tunicis vilibus sordidisq; amictos incideret. Ἀλλὰ τοῦτο τύφος Ἄττε, inquit, *iste fastus est.* Ælian. *l.* 9. *c.* 34. Suum ipsius utique in aliis morbum animi deprehendit, atróq; carbone notavit imprudens. Quem itaque non immeritò taxans Petrus Blesens. in *Epistol. meliores*, inquit, *est purpurata humilitas quàm pannosa superbia.* Optimè Plut. *de profectûs indicatura.* Ἄγει δ' ἡ τῆς ὑπερηφανίας ἀνακύμβη μύρτου ἢ ῥόδου ἀλαβάστρου ἡδίω, καλλωπίζεται πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀτυφίᾳ κεχρῆ δοκοῦσιν αὐτοὺς ἑαυτῷ ὡς μικρὰ, ἢ ὡς κύριον, ὁπόταν ὑπαναπαύεσθαι, τὸ δὲ ἔνδον ἀεὶ τῆς ψυχῆς, ἢ τὸ περὶ τὸν βίον ἐγκλήματα, ἢ φθόνους, ἢ κακοηθείας, ἢ μικρολογίας, ἢ φιλαπεχθείας, ὅσαφ ἕλκη, πανοῦργα, ἢ ἀποκρύπτων, ἀδίνει. διηγεῖται, ἀδὲ θεσπιδίην ἐᾷ, ἀδὲ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ αὐτῷ θεσπιδίῃ μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῦ loco (ut id obiter adnotem) etiamsi Stephanus ἐγκρέμαλα legat, quod exponit, cùm in aliquem excreamus; suspicor tamen ἐγκλήματα potiùs fuisse, quod *offensiones* & *incursationes* designat: siquidem κρημνὸν, ἐκπίπτω, & ἐγκρημνίζω est ἐμπίπτειν. Hesych. quod autem ait Plut. Πλατίδου τὸν ἑαυτὸν, ὡς κωφὸν, ad Cratetem respexit, cujus & vitium conscripsit, teste Juliano, illi retenium istud solenne fuit.

fuit. Laërt. *l.* 6. & Julian. de *Cynisin.* cui tamen Tatianus etiam τύφου γλωσσομανίαν nonveretur objicere. Adjicere non absre fuerit, quod de Pyrrhone Sceptico Aristocles *de philosoph. l.* 8. ab Euseb. *præpar. l.* 14. *c.* 17. laudatus: Αὐτὸς ὁ τύφου τὸν πύφον ἀποκαλούμενος, ἄπυφον ἑαυτὸν ἐπάλει. *fastûs immunem jactitabat se cùm totus fastu amicius esset,* Ἐμοὶ γὸ inquit, μόνος τεπυφώσθω, μᾶλλον ὁ μεμνένεμαι μανίαν ἐρρωμένως δικῶσιν, ὁι τοιαῦτα ληρῶντες. Scitè Jo. Climac. *scalæ grad.* 21. de typho isto; ab Antonio adductus. χαλεπὸν διαφυγεῖν ἀπὸ τῆς κενοδοξίας δαίμονα. ὁ γὸ ποιήσας τις καθαρώτατον αὐτὸν, τότε αἴσχει κενοδοξίας ἑτέρας γενήσεται πειρασμόν, κενοδοξῶ· καλόν, ἵνα μὴ γνα δοκῶ φρόνιμος, πάλιν κενοδοξῶ· λαμπρὸς ἐβεβλημένος, ἠτλόημαι ταῦτα· καὶ ἐυτελῆ ἐξαλλάξαν, πάλιν κενοδοξῶ· ὡς ἂν ῥίψῃς πῶ τεῖχολον ταῦτα, ὀρθὸν τὸ κίντρον ἵσταται. Nec immeritò itaque Plato, referentibus Evagr. *Inst. eccl. l.* 1. *c.* 21. & Niceph. Callist. *l.* 14. *c.* 50. πῶ. κενοδοξίαν, ὡς ταλάντων ἄλλων χαῶνα, ἡ ψυχὴ πίφυκεν ἐμπίπτειν. Unde Athen. *dipnosoph. l.* 11. ἦν ὁ Πλάτων κὴ κενόδοξος, ὅτις ἔφησεν ἔχειν τὴν τῆς δόξης χαῶνα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀποδύεσθαι. Philo etiam ab Antonio itidem laudatus. φασί τινες, ὅτι ὕσταν ἀποδύσεται τὸν τῆς κενοδοξίας χαῶνα ὁ σοφός. i. e. vertente Tacito. *histor. l.* 4. *etiam sapientibus gloriæ cupido novissima exuitur.* Crates certè in sectæ suæ institutum ludens ipse de *pera Cynica* hic παῤῥησιάζεται, referente Laërtio *l.* 6.

Πήρη τις πόλις ὅτι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ·

vel ut Demetrii Phalarei nomen qui præfert, exhibet,

Πήρη τις καὶ ὅτι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ. Arg; ità Homerus, quem is imitatus est. *Odyss. τ. v.* 172.

Κρήτη τις καὶ ὅτι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

quanquam is *peram Cynicam.* vel *urbem,* vel *insulam* esse voluit, quæ ipsa ἄπυφος *fastu pompâq; omni destituta* existeret; cùm illis tamen tanquam aquis marinis omni ex parte cingerentur.

§ 28. Καὶ ὄψει ὀφθεῖσι] Dii nimirum Stoicorum sunt visui etiam corporeo obvii, siquidem *Mundum* ipsum pro *Deo* habebant. vide *ad l.* 4. § 23. *corpora cælestia* etiam in *Deorum* numero ponebant. *v. l.* 8. § 19. & *ad l.* 9. § 33. quò spectat & Menandri illud apud Clem. Alex. in *hortat.*

Ἥλιε, σὶ γὸ δεῖ θεσπεσιώτατος θεῶν,
Δὶ ὃν διαφεῖν ὅτι τοὺς ἄλλους θεούς.
Sol, namque Deorum colere te primum decet,
Cujus beneficio alios spectamus Deos. Grot.

Quin in Apul. *de Deo Socratis,* Deos in ordines duos dispertitur, *visibiles* & *invisibiles. Deos cælites partim visu usurpamus; aliis intellectu vestigamus. ac visu quidem cernimus clarissima mundi lumina, Solem, Lunam, Stellas, Sydera. Est aliud genus Deorum, quod natura visibus nostris denegavit; nec non tamen intellectu eorum rimabundi contemplamur, acie mentis acriùs contemplantes.* & rursus: *Pars eorum obtusa hebeti visu sunt, ut sydera. Cæteri solo intellectu, neque prompto, nascuntur.* Verùm Deus noster, Deus verus, vivus, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον; is est, ὃν οὐδεὶς εἶδεν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. Paulus *ad Timoth. ep. c.* 6. *v.* 16. & Joan. *Evang. c.* 1. *v.* 18. & *ep.* 1. *c.* 4. *v.* 12. Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. unde & ἀόρατος Paulo dicitur *ep. eâdem c.* 2. *v.* 17. Rectè ita; hac ratione Aug. *de diversi. serm.* 12. dicentibus Ethnicis *Ostendite nobis Deum vestrum,* respondet; *si ostendi posset, Deus non esset.* Tertull. *apolog. c.* 17. *Invisibilis est, etsi videatur; incomprehensibilis, etsi per gratiam repræsentetur; inæstimabilis, etsi humanis sensibus æstimetur; idcò verus & tantus est. cæterùm quod videri communiter, quod comprehendi, quod æstimari potest, minus est, & oculis quibus usurpatur, & manibus quibus contaminatur, & sensibus quibus invenitur.* Et Minut. Felix: *Hic nec videri potest, visu clarior est; nec comprehendi, tactu purior est; nec æstimari, sensibus major est: infinitus, immensus, & soli sibi tantus, quantus est notus. nobis verò ad intellectum pectus angustum est, & ideo sic eum, digne æstimamus, dum inæstimabilem dicimus. Magnitudinem Dei qui se putat nosse, minuit: qui non vult minuere, non novit.* & postea: *At enim quem colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus. Inò ex hoc Deum credimus, quòd eum sentire possumus, videre non possumus. in operibus enim ejus, & in mundi omnibus motibus, virtutem cujus semper præsentem adspicimus; cùm tonat, fulgurat, fulminat, cùm serenas.* Theophilus item *ad Autolyc. l.* 1. ἐρεῖς ἴν μοι, Σὺ ὁ βλέπων, διήγησαί μοι τὸ εἶδος τῦ θεῦ. ἄκουε, ὦ ἄνθρωπε· τὸ μὲν εἶδος τῦ θεῦ ἄῤῥητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁρασθῆναι· δόξῃ γάρ ἐστιν ἀγλάσεως, μεγέθει ἀκαταλήπτῳ, ὕψει ἀπειρήτῳ, ἰσχύι ἀσυγκρίτῳ, σοφίᾳ ἀσυμβλήτῳ, ἀγαθωσύνῃ ἀμίμητος, καλοποιΐᾳ ἀνεκδιήγητος. Quin & à nostra quoque religione extranei, *Dei invisibilitatem* agnovere nobilcum, Hinc illud Euripidis, ut Clem. in *hortat.* an Philemonis, ut Justin. *de Monarch.*

Θεὸν δ' ποῖον, ὦπα μοι, * νομίζειν; * νομιστὸν
Τὸν πανθ' ὁρῶντα, κ' αὐτὸν οὐκ ὁρώμενον. or Just.
Dic, quæso, quantum fas putas credi Deum?
Qui cuncta spectat, ipse non spectabilis.

Orpheus item à Justino *ibidem* laudatus:

——νόῃ τις αὐτὸν
Εἰσορόᾳ θνητῶν, αὐτὸς δ' γε πάντας ὁρᾶται.
——*conspicit ipse*
Cunctos mortales, nec quisquam conspicit ipsum.

Aristotelis nom. Autor *de mund. c.* 6. φύσει δ' ἀόρατος ἐστὶν ἄλλως, πάλιν λογισμῷ. hoc est, quod Senec. *quæst. nat. l.* 7. *c.* 30. *Effugit oculos: cogitatione visendus est.* Non est ergò prorsus inconspicabilis tamen; siquidem ut Apost. *ad Rom. c.* 1. *v.* 20. τὰ ἀόρατα αὐτῦ

μὴν ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται, ἤτε ἀΐδιος ἰσχὺς δύναμις τε θειότης. unde non inficitè Calvin. *institut. lib.* 1. *c.* 5. § 1. *Deum mundum condendo, invisibilis cùm esset, visibilem quodam ornatu insignem in conspectum prodidisse.* Et Senec. *de benefic. lib.* 4. *c.* 8. *Quocunque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi; nihil ab illo vacat, opus suum ipse implet.* Sed & nobis in Christo suo cumprimis conspiciendum se præbet: ὃς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. *ad Coloss. c.* 1. *v.* 15. quia; ideo Philippo; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. Joan. *c.* 14. *v.* 9. Verùm fidei oculo, non corporis; sed nec mentis aut intelligentiæ nativæ mero, salubriter videtur alteruter,

Οὐδὲ τῷ ψυχῇ ἑαυτὴν ἑώρακε.] Si anima invisibilis, animæ conditor multò magis. Minut. in Octav. *Deum oculis carnalibus quis videre, cùm ipsam animam tuam, quâ vivificaris, & loqueris; nec aspicere possis, nec tueri?* vide & Aug. *de Trinit. lib.* 5. *c.* 1. vide *l.* 10. § 26.

Ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἐκ προνοίας πεῖσθαι.] Theophil. *ad Autolyc. lib.* 1. καθάπερ γὰρ ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ ἀόρατος βλέπεται, οὐδὲ ἀνθρώποις, διὰ δὲ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος καὶ νοεῖται ἡ ψυχὴ ὅτι ἔχει ἐν, καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὁρᾶσθαι ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρωπίνων, διὰ δὲ τῆς προνοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. Autor *de mundo c.* 6. Ἡ ψυχὴ δι' ἧς ζῶμέν τε, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη οἰκοῦμεν, ἀθεατός ἐστι, πῶς ἔχεις αὐτῆς ὄψεις ἔχομεν. πᾶς δὲ ὁ τὸν βίον διάκοσμος ὑπὸ ταύτης ἔνεστιν, καὶ διατέτακται, καὶ συνέχεται, ταύτῃ καὶ ὑπὸ θεοῦ διατεθῆναι, δύναμιν μὲν ὄντος ἰσχυροτάτου, κράτει δὲ εὐφρισσάτου, ζωῇ δὲ ἀθανάτου, ἀρετῇ δὲ κρείττονι λόγου πάσῃ θνητῇ φύσει χωρούσης ἀθεωρήτου, ἀπ' αὐτῆς δὲ ἔργων θεωρουμένου. i. e. ut Apul. paraphrasticè reddidit (nam merus paraphrastes iste illius est.) *De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: & tamen fatemur omnes necesse est, hujus operâ omnia. quæ per hominem præclare fiunt, provenire: neque animæ ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed motionibus ab ea gestarum rerum intelligi qualis & quanta sit. omne quippe humanæ vitæ præsidium ingenio ejus est paratum. Nisi forte tam injustus rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus exuperantissimis, augustissimâ specie, immortalis ævi, genitorum virtutem ipsámque virtutem. Unde nihil mirum est si mortales oculi ejus non sapient aspectum, quando divinorum operum vestigiis sit perspicuus atque manifestus.* Minut. *Nec mireris, si Deum non videas, vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur; & sub oculis tamen non venit ventus & flatus.* Apul. *Florid.* 2. *Deûm forma invisitata, vis cognita: quorum potestates licet sentire, non datur cernere.* Epictet. *lib.* 1. *c.* 6. Ἀφ' ὧν ἐστιν τῷ ὅλῳ κόσμῳ μυρίων ῥᾳδίων ὄντων ἐγκαμάπτει τῷ θεοῦσθαι, ἂν δύῃ τις ἔχῃ ταῦτα ὡς ἑαυτὸν, δύναμίν τε συμπαθητικὴν τῷ γεγονότων ἑκάστῳ, καὶ τὸ εὐχάριστον. & quæ sequuntur. vide & eundem *lib.* 1. *c.* 16.

§ 29. Σωτηρία βίου.] quod *lib.* 4. § 19. *extrema.* ἰσχνία τῆς ἀληθείας. Plato *Protag.* Τίς ἂν ἡμῖν σωτηρία ἐφάνη τοῦ βίου. Et mox; ἢ ὁπόσα δυνάμεθα τὰ ἀληθῆ ἐπιτηδεύειν ἂν τὸν βίον.

Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς.] Vide *ad lib.* 3. § 4.

Ἀπολαύειν τοῦ ζῆν.] *Vitâ frui.* Ità Martial *l.* 10. *ep.* 61.

Vivere bis, vitâ est posse priore frui.

Senec. *epist.* 61. *Paratus exire sum; & ideo fruor vitâ, quia quamdiu futurum hoc sit, non nimis pendeo.* ubi Lipſ. *fruor vitâ, securus & lætus.* vide *ad lib.* 3. § 6. & *l.* 9. § 26. & *l.* 10. § 33.

Συμπλέοντα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ.] Vide *ad lib.* 5. § 6. & *l.* 6. § 6. & *l.* 3. § 13. Varro περὶ ἐμπειρίας. *Legendo & scribendo vitam procudimus.* i. e. *producitur.* Nonius.

§ 30. Ἐν τοῖς ὑλικοῖς.] Vide *l.* 8. § 57. & *l.* 9. § 8.

Μία οὐσία.] vide *l.* 4. § 40. & *l.* 7. § 9.

Μία ψυχὴ.] vide *l.* 4. § 40. & *l.* 9. § 8.

Μία νοερὰ ψυχὴ.] vide *lib.* 7. § 9. & *lib.* 9. § 8.

Πυδμένα καὶ ὑποκείμενα, ἀναίδητα καὶ ἀνυπόστατα.] πυδμένα καὶ ὑποκείμενα, *fines. formæ & materiæ formis quasi fabricatæ & subjectæ.* interpres Angl. αἰδητὰ legisse videtur: cui accedere non possum. verum ab interpunctione locum laborare opinor; & post ἀναίδητα collocandam distinctionem, ut series dictionis sic procedat; *reliquæ dictarum rerum partes, formæ* scil. *& materiæ sensûs expertes, sunt etiam à necessitudine mutua alienæ. Spiritus* pro *formâ*, ut Marco, ità Pomponio *ad lib.* 6. § 8. exhibito. qui *corpus continuum* definit, *quod continetur uno spiritu,* (i. e. unâ formâ) *ut homo, tignum, lapis.* ex subjectis speciebus *tigni lapidisque,* non *animal,* sed *formam, spiritûs* nomine denotâsse, liquidò patet. vide *ad l.* 6. § 13. & *ad lib.* 10. § 2. sic *l.* 9. § 36. ἡ ὑποκειμένη ὕλη δὲ τὸ πνεῦμα τικόν Marco ἀνυπόστατον. Hoc idem videtur, quod πνεῦμα ὑλικὸν Tatianus *adv. Græc.* nuncupat; nec *stellis* tantùm, aut *animantibus* stirpibúsque, sed *aquis* etiam inesse vult.

Κρατεῖται τὸν νῦν συμέχει, καὶ τὸ ἔνειμαι αὐτὸ θεῖον.] leg. κρατεῖται τὸ νοῦν συμέχει, ἢ τὸ ὅλον τὸ αὐτὸ θεῖον. *& tamen ista etiam* (licèt sensûs ac rationis expertia) *mens* (universi scil.) *continet, & facultas interior,* sive *forma illa,* cujus vi eodem loci servantur. Vide *l.* 10. § 26. Τῷ θεῷ δεῖσθαι. & *l.* 4. § 16. Τὸ αἰσθάνεσθαι τὸ νοῦν ἀντὶ τοῦ ὁ νοῦς· sicut & Aristoteli *ethic. l.* 9. *c.* 4. δόξειε δ' ἂν τὸ νοῦν ἕκαστος εἶναι, ἢ μάλιστα. vide *l.* 10. § 38. Verùm τὸ νοῦν istis est, ἡ νοερὰ ψυχὴ, de qua *supra.* i. e.

Deus

Deus ipse. de quo *l.* 10. § 1. σωμάτων πάντα. *sive, spiritus Dei,* τὸ συνέχον τὰ πάντα Sap. Solom. *c.* 1. *v.* 7. Laërt. *Zenon. l.* 7. ἓν τε εἶναι θεὸν καὶ νόον καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία. Apost. *ad Coloss. c.* 1. *v.* 16, 17. ἐν αὐτῷ ἐκτίσθαι καὶ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ συνέστηκε. Clemens *stromat. l.* 5. Σοφίαν ἐκ τῆς τοῦ ὅλου συνέσεως, ἣ τῷ κόσμῳ κατὰ τὸν ποιητὴν Ἄρεστον ἐπιῤῥεῖ, ἄλλα τάχα μὲν ὁ δίκαιος πυθμαίνει τὸν Θ, καὶ συνέχων τὸν κόσμον. Cicero *de natura deorum. l.* 2. *Natura est,* 10 *ut aqua piscibus; ut sicca terrenis, circumfusis non spiritus volucribus convenit: ità certè facilius esse oportebat secundum naturam, quàm contra eam vivere.* Nihil scil. istis de nativo vitio subolfuerat.

Ὡς ἡ κοινὴ φύσις φέρει] vide *l.* 3. § 4. & *l.* 5. § 8.

§ 33. Πῶς ἑαυτοῦ χρῆται τὸ ἡγεμονικὸν] vide *l.* 5. § 11. & *l.* 10. § 23. & *supra* § 19.

Ἐν γὰρ τούτῳ τὸ πᾶν] vide *l.* 3. § 9. & *l.* 7. § 38. Ex Rufo *de amicit.* Stob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. 20 Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔθετο ὁ θεὸς, τὰ δ' οὐκ. ἐφ' ἡμῖν μὲν, τὸ καλλίστον, καὶ αὐταρκέστατον, ὧν δὲ καὶ αὐτὸς εὐδαίμων ἐστὶ, τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν· τοῦτο γὰρ ὀρθῶς μεταβάλλον, ἐλευθερία ἐστὶ, εὐστοχία, εὐθυμία, εὐταξία. τοῦτο δ' αὖ δίκη ἐστὶ, καὶ νόμος, καὶ σωφροσύνη, καὶ σύμπασα ἀρετή.

Τὰ δὲ λοιπὰ εἰ σωσαιρετά ἐστιν, ἢ ἀσώματά] leg. εἴτε, *sive.*

Νεύρα] vide l. 2. § 12.

Καὶ καπνός] Ità *l.* 10. § 31. καπνὸς καὶ τὸ μυδάν.

§ 34. Οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν] Epicureos notat, qui summum bonum etiamsi in voluptate, summum malum in dolore constituerant, mortis tamen contemptum profitebantur, & prædicabant. Vide Epicurum ipsum; *supra l.* 9. § 14. cujus & illa dogmata sunt apud Laërt. *l.* 10. ex *epist. ad Menœcum.* Μυδὲν οὖν πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸν θάνατον· ἐπειδὴ πᾶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἐν αἰσθήσει. στέρησις δ' ἐστὶν αἰσθήσεως ὁ θάνατος· ὥστε γνῶσις ὀρθὴ μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς τὸν θάνατον, ἡσπλαυζὸν ποιεῖ τὸ τῆς ζωῆς ἀνητόν. οὐδὲν γὰρ ἔστιν ἐν τῷ ζῆν δεινὸν, τῷ καταλαμβάνοντι γνῶσις. τὸ μηδὲν οὖν φοβερὸν ἐν τῷ μὴ ζῆν δεινόν. τὸ φρικωδέστατον ἄρα τῶν κακῶν ὁ θάνατος, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἐπειδὴ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν· ὅταν δ' ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν· ὅτι οὐ πρὸς τοὺς ζῶντας ἐστιν, οὐτε πρὸς τοὺς τετελευτηκότας· ἐπειδὴ οὐδ' ἐκεῖ ὡς μὲν ὄντα ἔστιν, οὐδ' ὅλως ἐστίν. Lucret. *l.* 3.

Nil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum.

& mox:

Multò igitur mortem minus ad nos esse putandum,
Si minus esse potest, quam quod nihil esse videmus.

Quo etiam telo pugnat & Cicero, *Tusc. l.* 1. *Natura verò sic se habet, ut quemadmodum initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors: quæ*

ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. in quo quid potest esse mali, cum nors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulla sunt, alteros non attingit. Senec. *ep.* 70. *plus à se quisque exigat, si viderit hanc rem etiam à contemptissimis poße contemni.* & *epist.* 4. *Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptum animæ. non vides, quam ex frivolis caussis contemnatur? alius ante amicæ fores lequeo pependit, alius se præcipitavit à tecto, ne dominum stomachantem diutius audiret; alius ne reduceretur è fuga, ferrum adegit in viscera. non putas virtutem hoc efficturam, quod efficit nimia vormido?*

§ 35. Τὸ ἥκιστα μόνον ἁγαθὸν] Pindar. *Pyth.* 9. —— θ' ἥκιστ' ἐς παῖδας ἔχει κορυφάν.

Gregor. Naz. *ad Eunom. orat.* 1. Κακὸς τῇ παιδὶ φέρωμαι, ὡς Σολομῶντι κἀμοὶ δοκεῖ. ἡ τὸ κακὸν, μὴ κακὸν, ὅταν μὴ κακῶς γένηται, ὥσπερ ἀνθρώπῳ ἐν χειμῶνι παντελῶς ἄνεργον, ἢ γυναικὶ κόσμος ἀνδρῶν, ἢ γυναικὸς ἀνδράσι, ἢ πένθει γοητεία, ἢ πότῳ δάκρυον. Callistratus in *tabul. explicat. imag.* 6. ὡραῖον πᾶν τὸ ἥκιστον· ἡ μόνος κάλλος διαμένει ὁ κακός· ἄπαν δ' ἀπαθὲς ἔξω τῆς κακῆς φύσεως. Verùm Marcus istic τὸ ἥκιστα accipit eo sensu, quo & Solomonem locutum monuimus, *suprà ad* § 23. vide *l.* 4. § 23. Plut. ad Apollon. πολὺ γὰρ εὐκταιότερον μᾶλλον ἢ πολὺ εὐκταίως παντάχῃ καταρῶσθαι περιδέδυσαι.

Τὸ πλείους χρὴ λόγον ὀρθὸν ποιέεις] vide *ad l.* 3. § 7, 8. & *l.* 8. § 32. & *l.* 11. § 1.

Τὸν νόμον διωρῦξαι πλοίοισι ἢ ἐλαίοισι χέρνιβ] vide Menandrum *in suppositit. ad l.* 2. § 14.

§ 36. Ἐπολιτεύσω ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει] vide *ad l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 42.

Τὸ γὰρ κρὶ νοῦμες ἶσον ἑκάστῳ] vide *lib.* 7. § 31. & *l.* 8. § 5, 6. & *l.* 10. § 6.

Ἀποπίμπει σε, ὦ τύραννε, ὁδὲ δικαιοῖς ἄδικε] *Emittit te*, inquit, *ex hac vita, non tyrannus, aut judex iniquus aliquis*, etsi occidat te ille, addicat iste, *sed* per illum istúmve, *natura*, sive *Deus* ipse, *qui & in vitam te prior miserat.* Hoc est quod Job. *c.* 1. v. 21. *Dominus dedit, dominus tulit.* cùm junctis operis Chaldæi Sabæiq; servos trucidâssent, armenta & jumenta abegissent, Diabolus etiam liberos ædium ruinâ oppressisset. *Non dixit, Dominus dedit, Diabolus abstulit. sed Dominus dedit, Dominus abstulit. quia nihil abstulisset Diabolus nisi permissset Dominus. noluit etiam gloriam diabolo dare, ut aliquid potuisse tollere, quod Dominus non permisisset auferre.* Aug. *in Psalm.* 31. & 90. & *in serm. solemn.* 241. *non tentatori tribuit, sed auctori.* Gregor. Rom. in *Job. l.* 18. *c.* 1. *non abstulerat diabolus, qui nocendi habuit voluntatem; sed Dominus, qui dederat potestatem.* Hugo Victorin. an quis alius, sub Aug. nom. *de patient. cap.* 13. vide *lib.* 8. § 20, 23.

§ 4. Τὸ μὲ εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι | Non defuerunt quibus contrarium magis placuit, inter quos & M. Casaubonus, cui unicâ tantùm immutatâ literâ visum est legere, τὸ μὲ εἰς δημοσίας, &c. Ductus est nimirum particulam negativam expungere, iſtiùs præcipuè apud Capitolinum memor; *Frequentavit & Declamatorum Scholas publicas.* Me verò quod attinet, hallucinatum esse opinor, quantum conjicere licet, Virum alibi haud parum nasutum. Siquidem primi Ordinis Juvenes ad Scholas tunc temporis publicas ingenii excolendi gratiâ frequentes concessisse, notius est, quam ut in dubium vocari possit. At quorsum igitur magnificum adeò Catilii Severi Elogium, si ad normam ubique receptam, moresque publicos Nepotis sui Institutionem comparâsset? Nonne longè similius est vero, has ideò laudes & deberi & prædicari, quod novam quandam & usitatâ nimium quantum præstantiorem sibi excogitâsset disciplinam? Atque ità, ni fallor, hæc se res habet. Catilius enim, quem Virum in primis Prudentem, Gravem, Vitâ severâ, Moribusque castissimis fuisse constat, Nepotem hunc ex Filia publicè eductum noluit; veritus nimirum, ut malæ necessitudines ibi contractæ, vel alia quædam incommoda, locis istiusmodi Romæ fortean nimis familiaria, moribus atque animo Adolescentis damnum ingens infligerent, idque vel subtilissimo ingenii acumine neutiquam pensandum. Hinc aliâ potiùs tentandum viâ existimans, à communi longè diversâ; optimos & scientiæ cujuslibet peritissimos Præceptores, domum suam arcessendos, puerumque egregiæ spei magno sumptu seorsum curavit instituendum. Jam vero argumento, quod Casaubonum hac in re transversum egit, ut satisfaciamus, Capitolinum quid ab Antonino, jam Imperium adepto factum fuerit, illic loci exponere, satis pro comperto habeo; ab ipso autem hîc loci Antonino, quid sibi adhuc privato, Prætoris filio, & puero literis operam danti faciendum curaverit Avus, non minus liquet enarrari. Accedit & istoc argumenti ad nostram sententiam firmiùs stabiliendam, quod apud Philostratum in Herodis vitâ legimus: Philosophum nempe quendam (Lucium nomine) Antoninum jam regnantem ad Sexti fores convenisse; eumque, postquam illuc ventitâsse Imperatorem animo discendi intellexerat, manibus in cœlum sublatis attonitum exclamasse, Ὦ Ζεῦ, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη κλίνην ἐξαλάβδην εἰς διδασκαλου φοιτᾷ ὥσπερ οἱ παῖδες. *Proh Jupiter, Romanorum Imperator jam ætate grandior, tabellis laterto suspensis, ad ludimagistrum, puerorum ad instar, appellere non erubescit.*

§ 15. in fine. Εὖ χαριεντίζεσθαι. | "*Une Raillerie, qui n'avoit rien ni de bas, ni de picquant.* "*Facetias, quæ & sordibus vacarent, & nemini stomachum facerent.* Ità interpretatur D'Acerius. "Quas tamen Facetias, quantumvis temperatas, à "Marci moribus adeò alienas censet Gataker us, "ut pro εὖ rescribi debere ὑ, atque ità Anto-

" ninum ab omni hujuſmodi levitate abhorrere
" didiciſſe, ſtrenuè contendat.

§ 16. Ἀλλ' ὅτι μὴ πάντως, φίλοις, ἀκολούθως] Hæc idcirco dicta intelligas, ut in iſtis ſcilicet manifeſtus ſit Pius cæteris antecellendi, in quibus antedicti, atque alii iſtius farinæ Homunciones deficiunt maximè. Quid enim à Sophiſtarum pompâ, atque inani ſubtilitatis jactatione magis alienum, quam vir *maturus* & verè prudens? Quid à vernaculo aſſentatore magis abhorrere poteſt, quàm is, quem omni adulatione ſuperiorem prædicas? Quid denique à crudo Scholaſticorum more longiùs abſcedit, (qui rebus leviter tantùm deguſtatis contenti, dicenda tacendaque locuti, verboſâ tantùm pollent garrulitate, rerum interim gerendarum prorſus ignari) quàm ſi virum conſummatum dixeris, rebuſque tum propriis tum alienis adminiſtrandis apprimè idoneum?

§ 17. Σχεδὸν ἅπαντα [ἀγαθὰ] φέρει.] D'Acerius, *Tout ce, qu'on peut ſouhaiter de bon. Bona ferè omnia.* Videtur hoc modo Marcum orationem temperaſſe, quia nihil magis uſuvenire ſolet, quàm homines mala atque nocitura ſibi ut expetant; pulchrâ ſcilicet ſpeciè, cœcoque animorum impulſu allecti; tum & quid ſit futurum, & quorſum vertant res exoptatiſſimæ, prorſus incerti. Hinc Socrates precandi formulam Lacedæmoniis ſolennem cæteris antè omnibus habuiſſe perhibetur, *Deus optime maxime, concede, quæſumus, quæ nobis in bonum cedant, licèt non diſertis à te verbis petita; quæcunque vero noſtrum in malum ceſſura præſentis, ea quantumvis expetita, conſtanter nihilominùs ut repuas, oramus ſedulò.* Huc etenim redit illud,

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ, καὶ ἐνχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδυ, τὰ δ' ἀεικὰ καὶ ἐνχομένοις ἀπαλέξειν.

" Hîc vero loci non ingratum Chriſtiano Lectori
" fore confido, ſi quod de Eccleſiæ Anglicanæ,
" (piis magis dicam an prudentibus?) formulis ſu-
" bit in mentem, paucis dixero. Iſta enim mater
" ſanctiſſima, quoties ad thronum cœleſtis gratiæ
" ſupplices provolvimur, noſmet Deo totos dedere,
" atque ipſius conſilio permittere omnia, non do-
" cet tantùm jubétque; ſed ut ita nobis factum
" eſſe diſertis profiteamur verbis poſtulat. Id om-
" ne nimirum pro rogato haberi ſummopere ge-
" ſtit, quod fons ille ſapientiæ, cui & cæcitas & e-
" geſtates humanæ clarè innoteſcunt, ad rem fore
" noſtram prævidebit; & om-
" ne id ex adverſo indictum
" vult, quod vel ejus voluntati,
" vel ut ilitati noſtræ contrarium
" ut incantè dixerimus, per no-
" ſtram ſtetit vel ignorantiam,
" vel imbecillitatem. Denique (ut verbo dicam)
" quicquid ſuis in votis habuimus, ſive prece De-
" um poſcimus, eâ tantùm re nos acceptum ferre
" ſperet, quâ bonorum omnium Authori nobis
" expedire videbitur; nihil autem extra hanc le-
" gem rogare in ſe recipit, præterquam quod in-
" gens nobis in Commodum non cedere non po-
" teſt, veritatis nempe divinæ in hoc ſæculo cogni-
" tionem, in futuro verò vitam ſempiternam.
" Uſque adeo pietatem abſolutiſſimam (Chriſtia-
" nam dico) non dedecet iſta ſupplicandi Nor-
" ma à Poeta in Satyris olim præſcripta:

Permittas ipſis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis, rebuſque ſit utile noſtris.
Charior eſt illis homo quàm ſibi ——

Juven. Sat. 10.

Vid. *Collect.* VIII. *D. Dumin. poſt Trin. collect. Quæſt. poſt ſacr. Canam & Prec. exulgè Chryſoſtomi dict.*

Ibid. Καὶ τὸ μὴ πάνυ ἐντεφῦναι δεῖξαι τῇ μελλαν τῆ αἰδοῖ] Insigne animi continentis & verecundi indicium! Gratias Diis habet Antoninus, quòd apud Avi Conſulatum non fuerit diutiùs enutritus; memor ſcilicet Naturæ in pejus flecti cereæ, necnon probè gnarus, quòd

—— Velocius ire per vitia nos
Corruptæ cogunt exempla domeſtica, magnis
Cum ſubeant animis ſtimulis ——

Juven. Sat. 14.

adeò ut in teneris præſertim, nil dictu viſuve fœdum Filiorum oculis auribuſve committendum, ſed omnia caſta, ſancta, quæ foveram virtutem deceant, miroſque Sapientiæ amores excitare queant. Quinetiam, nec illud hîc loci prætermittendum cenſeo, iſtiuſmodi cum fœminis conſuetudines, quantumvis & viris quoad cætera honeſtæ famæ ſtiratis, & Legibus Romanis indultas, ab omni tamen culpâ & conſumelia, etiam tunc temporis, non prorſus immunes fuiſſe. Siquidem Rex ipſe Numa, maculam iis dudum inuſſerat, Concubinas ab aſâ pronubæ Junonis arcendo; huc autem ſi qua iſtarum accederet, ovem ut immolaret ſolutis crinibus, piaculare ſcilicet numini læſo ſacrum, etiamdum religioſe caurum eſſe accepimus.

Ibid. Τὸ ἀληθῶς πάντα ἐνχεῖν, &c] Lucium Verum, ni mens me fallit, vult: Fratrem, non Germanum quidem, ſed in Familiam Imperiique conſortium ab Antonino adſcriptum. Ità enim & Imperatorem Pium, necnon & Adrianum (qui ipſum Pium hâc lege adoptaverat,) juſſiſſe conſtat. Quod moleſtiæ interpretibus faceſſunt mens Veri prava, moreſque fraternis nimium quantum abſimiles, quò *minus hæc verba ad illum* ſpectare cenſeant, & alium neſcio quem fratrem quærant, id longè eſt ut ab hâcme ſententiâ dimoveat. Laudat nempe Julius mores & comitatem Veri, quòd ipſe Marci ſtudioſiſſimus virtutem ad tempus ſimulabat; nec officiis fratris tantùm & principis,

Vide Capit. in Vero.

principis, sed etiam legati vel subditi obsequio eum & reverentia est prosecutus; Quia & ad Philosophiæ studium animum appulit, à quâ, quamvis licentiâ vitæ efferatâ nimis, revera dissentions toto quod aiunt cœlo, ad Marci tamen ingenium graviter se gessit; & quicquid lasciviæ indultum est, id omne clam illo ut fieret, quantum poterat maximè, sedulo curavit. Accedit, quòd Antoninus fratris luxum & vitia, quæ postea tandem resciverat, & ipse tulit patienter, & alios deditâ operâ celavit. Quæ verò non ultrà celari poterant, vel in adolescentiæ incuriam, animæque ad libidinem pronos illorum culpam conjecit; vel aliquid mitius semper, & in excusationem consuetudinis dissolutæ memoratur excogitâsse, quò acerbiorem à fratre censuram amoliretur. Quid ergò novi, aut quod nos in stuporem dare debeat, si Marcus idem pro humanitate quâ erat summâ, fratris demortui famæ hic loci consuluerit velit, quem etiam in vivis agentem ut ab omni criminatione & graviori contumeliâ eximeret, cum ei erat maximæ? Nam & his etiam accinunt, quæ Capitolinum inter nostri laudes non ultimas posuisse meminimus: *Tantæ*, inquit, *sanctitatis fuit Marcus, ut Veri vitia & celaverit, & defenderit, quum ei vehementissimè displicerent.*

Atat! Quid, inquies, interea loci de Marci pietate & sincero animi affectu jam omnibus laudato fiet, si Diis ob ea ipsa tam prolixas habeat gratias, quæ sibi tam vehementer displicuerunt? Nonne hoc est irridere potiùs quàm gratulari, & (quod omnium est flagitiosissimum) personam etiam apud Deos fictam sustinere? Bona verba quæso. Quoties enim vir sanctus, ingenii simplicis & verè humani, amicum alis se abreptum dolet, hominem in primis charum, & quocum diuturna atque intima intererat consuetudo, etiamsi in omnibus forsan non probatum, nec moribus usquequaque congruis; offensiones istæ, animique dolores, quantumvis olim acerbi, extinctæ jam jacent, sepulticque unà: suavis autem pristinæ amicitiæ succedit recordatio, & affectus expergefacti revivisscunt denuò, atque indolem, quanto meliorem, tantò stimulant acriùs. Ita plane comparata est hominum natura, ut in mortuorum desiderio amicum ploremus seriò, moribus interim depravatis & ignoscamus faciles, & excusationes quas possimus prætexamus sedulò. Argumentis hâc in causâ nihil est opus; testem enim mihi quemlibet appello, (immanis nisi sit, & belluinæ prorsus feritatis) Jam verò, quicquid omnium quantum est hominum ingenium fert, id procul abest, Philosopho, nedum Marco Philosophorum principe, ut indignum inducar existimare.

Ibid. Ὃν ἔσον ἐπὶ τῶν θεῶν, καὶ τῶν ἐκείνων δωρεῶν, καὶ ἐπιτροπίας, (sive ut Casaub. legendum putat ἐπιτροπείας,) μηδὲν χαλεπὸν ἢ ὀλίγον ἔχειν με | Hem Antoninum, non tàm Stoici quam Christiani partes sustinentem; quippe qui Deum agnoscat naturæ nostræ virtutis per se minùs potenti suppetias ferentem; in animum humanum indesinenter agentem, vel consiliis præceptisque dirigentem, vel motibus intus cæcis, & quorum quisque sibi solus conscius esse potest, submonentem; à malis cohibentem inceptis, stimulantem ad bona. Quoties iraque quod fieri non debuit in nos admissum est, id omne nostræ ipsorum sive ignaviæ, sive pervicaciæ Marcus tribuendum censet. Nos enim lumini intromisso non rarò nebulas ex industriâ offundimus; nos auxilia cœlitùs indulta respuimus; quæque Deus & vult, & nos ut possimus facit, irrita ista atque infecta esse volumus. Parum nempe visum est, nec quod paterno infandoque numinis in genus humanum amori faceret satis, quæ recta sunt, quæve secus sensu commonstrâsse; nisi & egregium istud intimæ misericordiæ indicium accessisset, disertè præcipere, assiduè commonefacere, grestum labantibus sustentare, revocare errantes, omnia denique patris in filios pientissimi munera sedulo obire. Locum Lector, en tibi insignem; & qui in Ethnico te jure habeat attonitum: quem perinde Christiano studiosè pensitandum, temperare mihi non potui, quin seriò commendatum darem.

Ibid. Τὸ χαλεπήναντα πολλάκις Pusino μηδὲν πάθον ἀφεῖναι; Viden' iterum Marcum Deo adjuranti accepta referentem, quòd in iram accensis nihil acerbi atque immanis in se admiserit? Cum enim succensere sit prorsus humanum, & in rabiem sævitiamque agi præcipites, vitium haud infrequens; moderari nimirum animo, frænisque irâ compescere, ut ne quid atrocius suadeat, cujus nos in posterum jure pœnirebit, id divino debetur beneficio, gratiæque nostris conatibus aspiranti; quæ, ut cuique est usus, & in malum irruentes reprimit revocatque, & ad bonum contendentes fæliciùs promovet. Sed si cui sit mirum, modum in irâ servatum magnificè adeò ab Antonino efferri; animo secum cogitet velim, quantum sibi licere irati existimare soleant. Quantum verò principes præsertim, quorum ut potentia ad damnum inferendum immensa, ità & affectus plerumque cedere nescii: his igitur ab isto turbine corripi proclivius esse; correptos verò miserandum quantum infortunis exitiique, & sibi & aliis inferre, qui historiæ veteris monumenta, vel leviter tantùm degustârit, satis pro comperto non habere non potest. Raro enim aut nunquam parvo vel suorum, vel inimicorum sanguine sitis Regis iracundia.

Ibid.

Ibid. Καὶ τὸ ἀμπὼ ἱμοὶ χρείαν ἰσοῖαν, ὡς πρὸς ἕτερα μὴ λαλεῖν, μὰ συμπαθεῖν | Non sat habuit, de eo gratias rependere quàm maximas, quòd opis ejus indigentibus abunde ipsi erat unde suppediteret, (cujus tamen & copia, & animus faciendi ab omnium bonorum largitore proveniunt) sed & illud insuper divinæ tribuendum indulgentiæ existimavit, quòd non & ipse ex iis esset, qui rerum egestate laborantes ab alienâ pendent munificentia. Non fugit scilicet virum cordatissimum divitias, pauperiem, cæteráque vitæ, quam jam degimus, tum commoda tum incommoda à Deo esse omnia. Singulis autem ità distribui singula, prout ad ipsius gloriæ rationes conducere, & è re nostrâ fore maximè, sapientissimo voluntatis ejus consilio visum fuerit.

Ibid. Τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην ἔχ, ὅταν μὲν πεδύνιον, ὅταν δὲ φιλόσοφον, ὅταν δὲ ἀφελῆ | *Risum teneatis amici!* quorum ad aures Faustinæ vel levissimam pervenire mentionem contigit? Sed usque adeò verum est apud Poetam

— *Dedecus ille Domûs sciet ultimus* —

videtur enim Marcus mores conjugis depravatos, atque infamem libidinem minimè resciviisse; quod minùs mirabimur, si tum ad illius simplex & apertum ingenium, tum ad ipsius vafrum & astutum nimis, animum advertamus. Nec enim ista formâ magis & corporis venustate, quam calliditate animi & simulandi artibus præcellebat. Virum scilicet nacta in meliorem partem credulum, &, cujus ipse expers erat, ab omni fraudis suspicione alienum, variâ amoris fideique inviolatæ specie lusit. Pulchrâ quidem illâ ore tenus, & eò mirum ni magis elaboratâ, quò ficta solent veris, & amicis adulatores officiosâ sedulitate antevertere. Ità enim naturâ comparati ferè sumus, ut obsequio lactantibus facilem habeamus fidem. Nec novum est aut inauditum, vel virum Marco minùs simplicem, dolis capi; vel fœminam Faustinâ minùs callidam maritum technis illudere. Nam nec quidquam est aliud, vel quod apud rerum gestarum scriptores occurrit frequentius inter lectirandum; vel reipsâ magis familiare, & naturæ consentaneum. Et constat sanè plus satis genus muliebre ad artes fictas, & speciem externam à vero quam longissime dissitam, per omnem quotidianæ vitæ consuetudinem sese summâ componere industriâ. Non me latet Antoninum inter Cæsares à Juliano depictos aliud ab hoc diversum pro se excogitâsse. Siquidem fœminæ vitiis famosæ ubi amoris nimii insimulatus est, ad Achillis effatum illud confugisse fertur, & sub tanto peccare exemplo excusatius duxisse, quàm in conjugem durius aliquid quantumvis meritam decernere. Ità enim ille apud Poetarum principem. *Iliad.* 9.

Ἦ μὴν φιλέουσ' ἀλόχους μυθήσασθαι ἀνθρώπους
Ἀτρεΐδαι; ἐπεὶ ὅστις ἀγαθὸς ἦ ἠπίοπα
Τὴν αὐτῆ φιλέει ἠδ' ἀνδάνει.

An soli diligunt uxores articulatâ voce loquentium hominum
Atridæ? Cum quisquis bonus & prudens
Suam ipsius amat & curat ——

Quin & quidni se ità præberet Marcus, cùm nec apud antecessores suos deerant ejusdem indulgentiæ exempla? Nam nec tunc temporis primùm Romani Imperatoris uxorem se famosissimæ morum turpitudini dedidisse notum est. Et mihi quidem vero haud absimile videtur, Julianum idcirco hanc Marci clementiam causatum fuisse, quò melius & Adriani, & Vespasiani, necnon & Octavii Augusti mulieres dente obiter Satyrico morderet, atque eandem illis perfidiæ, indomitæque libidinis dicam impingeret.

" Notam hanc ideò adscriptam volui, nequid " ab erudito animadversore excogitatum me ne- " glectui habere Lector indignaretur. Cæterum, " ut quod res est breviter exponam; mihi & lau- " des ab Antonino in istiusmodi fœminam colla- " tæ, & commentum Dacerianum de viro simpli- " ci, propriique dedecoris minimè gnaro, per- " inde stuporem injiciunt. Hoc saltem pro certo " habeo Capitolinum longè aliud viri Elogium in- " stituisse, ob animi æquitatem, & patientiam vel " hisce injuriis inexpugnabilem. Quem cum a- " micis deliberâsse narrat, de supplicio sumendo, " vel repudio saltem remittendo, sed Imperii ta- " men Romani ab ejus Patre dono dati memorem " ad mitiora inclinâsse animum consilia. Julium " itaque si placet, audiamus. *Mulci*, inquit, *ferunt* " *Commodum omnino ex adulterio natum, siquidem Fau-* " *stinam satis constat apud Cajetam conditones sibi &* " *nauticas & gladiatorias elegisse; de quâ cum dice-* " *retur Antonino Marco, ut repudiaret, si non occide-* " *ret; dixisse fertur, si uxorem dimittimus, reddamus* " *& dotem. Dos autem quid erat, nisi Imperium* " *quod ille ab socero, volente Adriano adoptatus, ac-* " *ceperat?* Addit etiam præterea, Antoninum " *& suos mores semper tenuisse, & nullius insusur-* " *rationibus mutari*; quod viro verè Philosophico " atque omnium affectuum facile compoti erat " dignissimum. Adeo non clam erat Antonino " conjugis infamia. Sin minus hanc ab illo re- " scitam damus fuisse, & falsa hæc apud Julium, " & insulsa fatebere omnia. Siquidem ignoti, ut " nulla cupido, ità nec dolor aliquis esse queat.

Ibid. Τὸ δὲ ὑπερφέρον βουλόμενον δοῦναι | Morbos mirum in modum sanatos & medicinas ægrotis dormientibus per insomnium edoctas, in veterum Scriptis passim enarrari satis liquet. Quæ omnia Ethnicorum vulgus adeò sibi persuasa habuerunt, ut fidem hujusmodi fabulis detrectare, illis

illis religio esset. Hinc pernoctationes istæ in delubris Deorum ad captanda somnia profectæ sunt, quas Esaias Propheta *cap.* 65. Idololatris in probrum vertit. Isti etenim inter sepulchra manebant, & in fanis noctes agebant totas, quòd Deos, illic loci præsentes magis & propitios sese experturos, omniáque quorum fieri certiores ex usu iis erat cumulatius ibi impertitum iri sperabant. Verum enimvero ineptias vulgi nihil hâc in re morarer, semper nimis creduli, & superstitionibus penitùs imbuti; nisi & magni nominis viri, animique, quos vel imbecillitatis vel Fidei falsæ insimulare nefas est, mira & planè portentosa quædam de suis ipsorum insomniis seriò descripta memoriæ prodidissent. Aristidem inter cæteros testor, cujus sermones sacri morbos, dolores, ulcera sanata, ope balneorum, medicinarum, cataplasmatum, aliorúmque id genus, quæ Deus (ut ipsi visum) in somnis subjecerat; quæque medicis interdum inconsultis, interdum etiam frustra reclamantibus, feliciter tamen & præter spem omnem sanitatem ei in integrum restituerunt. Synesius itidem eidem numinis beneficio acceptum refert, quòd, cum in extremum capitis discrimen semel atque iterum incidisset, sese extrahendi rationem & expeditam & fæliciſſimam inter dormiendum edidicerat. De Socratis etiam insomniis multa accepimus, eáque notiora, quàm ut singula enarrando lectori tempus teram.

Arist. Rhetor. Serm. sacr. 1. cap. 3.

Vid. Synes. ubi ὀνειρίων.

Regeres fortasse, insomnia à causis pendere physicis, vapidis nempe fumis exorta, à ventriculo in cerebrum sursum erumpentibus: ea proinde (tantùm abest, ut à Dæmone insinuentur;) à crudo potius corporis habitu, & spiritibus munere suo perperam defunctis proficisci. Nam & hoc quod ad pleramque partem in confesso est. Quin & pagina sacra horum tum solatia tum terriculamenta infida prorsus atque inania prædicat, & ne fidem his, ut certis futurorum prænuntiis, adhibeamus, disertè vetat.

Agnosco lubens; nec quod ad somnia attinet vulgaria & quotidiana inficias eo, quin & vana sint prorsus, & affectibus corporeis conformata. Eandem tamen de universis ferre sententiam vereor ut & temerarium nimis, imò & impium sit. Nonnulla enim & veri esse præsagia, & à Deo rebus nostris providente mentibus injecta humanis, non est quod ambigamus. Hinc & ad divina tàm nectu quàm interdiu documenta animum sedulò attendere hortatur vir sanctissimus. *Cùm loquatur Deus semel, etiam bis; per somnium, visionem nocturnam, quum irruit altus sopor in homines, in dormitationibus super cubile.* Job 33. 15.

Nec temerè nobis exempla Abimelechi, Pharaonis, Josephi utriusque. D. Pauli, aliorumque in sacris literis extitisse suspicandum est. Quæ omnia ut nostro inserviant commodo, danda est opera, ut vanis secernere vera valeamus; & ne falsâ futilique lusi specie in errorem prolabamur seriò cavendum. Hinc illud à Siracide haud inscitè monitum: *Ut qui captat umbram & persequitur ventum, ità est qui se adhibet somniis. Nisi ab Altissimo demittantur qui inviſat te, ne adhibeas ad illa cor tuum. Multos enim seduxerunt somnia, & exciderunt qui spem in iis habuerunt.* Eccluſ. 34. 2, 6, 7. Deum autem suos nonnunquam hoc modo invisere, nec ethnicis inauditum; unde & ille apud Homerum pro rato habuit,

Καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διὸς ἐστί.

Ibid. Καὶ τοῦτο ἐν πάντῃ ἄσσον χρέος. | Infinitum quantum laborum, quantumque conjecturarum in locum hunc obscurum, mutilum, sed & plane insanabilem, (ut quibusdam videtur) impensum est; cui tamen unicâ tantùm literâ immutatâ medelam adhiberi posse adeò non despero, ut mirum mihi sit idem nemini antehac interpretum quod sciam subolusse. Legas itaque velim me authore, ἄσσον χρέος. Non quòd simile quid se passum memoret Marcus, ac Chrysæ Apollini à sacris apud Homerum obtigisse legimus: (quæ tamen M. Casauboni erat sententia, de vocabulo rectè quidem sentientis, quoad authoris verò mentem turpiter hallucinati.) sed verbi similitudo virum eruditum hîc loci fefellit. Hoc autem voluisse Antoninum nullus dubito, sese & ægrotâsse pariter, & remedia ad morbum fuisse in somniis edoctum haud ità pridem Cajetæ, perinde ac olim dum egerat Chrysæ. Chrysam autem villam fuisse in Troade sitam, Apollinem Deum tutelarem nactam, satis constat; cujus etiam alicubi meminit Homerus. Cætera tum vocabula hîc loci supposita, tum commenta quæ viri literati frustrà procuderunt, à mente Marci prorsus aliena esse ausim asserere; nec igitur rem in medio relinquere contentus sum, cum esset mihi adeò in promptu dirimendi & rectè statuendi copia.

Ad Librum Secundum.

§ 1.  Εἰς ἀναμολεγὸς μέτοχος | Animam divini ſpiritûs portiunculam, ejuſdémq; prorſus naturæ, autumabant Stoici; tanquam Deus ipſe è partibus diverſis conſtare poſſet, aut in plura dividi ſuſtineret Ens omnium perfectiſſimum, & uſquequáque ſimplex. Idem etiam inſtauratus denuò apud Manichæos prodiit in lucem error, cujus faſtum, impium magis an inſanum, ſolidis deturbârunt rationum momentis, penituſque refutatum dederunt ſancti Patres; qui ſaniùs & modeſtiùs locuti, animam *Dei non particulam* eſſe, ſed *creaturam*, ſtrenuè contendebant. Dogma ex illo tempore adeo receptum jam & firmiter conſtabilitum, ut animos adverſus morem loquendi Stoicis uſitatum ſatis muniat; effecerítque, ut, citra periculum erroris inſinuandi, locum iſtæ formulæ apud Chriſtianos etiamdum obtinere poſſint. Quin & fidei noſtræ privilegia, ab Evangelio indulta, commodè ſatis hoc demum modo exponuntur, ſi ad ingentes tantùm promiſſiones, & immortalitatis beatæ ſpem, animum interim advertamus. Ità enim animam & divinam, & divinæ naturæ participem jure merito nuncupare liceat, non prout humanq corpori ab ortu inditam, ſed ut Deo gratam atque acceptam: non quoad dotes innatas, & genuinam ſubſtantiam, ſed gratuita Domini benigniſſimi dona poſtliminiò accumulata: Homines ſcilicet ille in ſuam ipſius familiam & cognationem adſciſcere non dedignatus eſt; gloriæ etiam cœleſtis hæredes ſcripſit; quæ ut à natura accepta haberent beneficia, nullo modo fieri potuit. In eandem plane mentem Auguſtinus, *In ejus genus adoptandam* (animam ſcilicet) *mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ* prædicat.

Ibid. Ἀποφεγγικὸν ἦ τὸ ἀγαθαντῶν ἢ ἀποφάσεως | Effatum veriſſimam, & quo vix ullum repetias nobis obſervatu dignius. Nec enim actus ſed voluntas reum facit; & qui dammum inferre in animo ſecum conſtituit, etiam ſi cogitatum perficere nequeat, injuriæ nihilominus in foro interno arguitur. Hæc & rationi conſona noſtræ, & in codice Evangelico diſertè notata videre eſt. Hinc enim Johannes, de eo *qui non diligit fratrem ſuum, quòd in morte manet* pronunciat; nec non illi, *qui fratrem odio habet homicidii* dicam impingere nullus dubitat.

1 Johan. 3. 14, 15.

§ 2. Ἀφεὶς τὰ βιβλία, μικὸν ἄνω, ἐ πλείονα | Eorum, qui bonis literis navant operam, multò pars maxima, ita fere libris evolvendis, artibúſque & ſcientiis ſedulò ediſcendis incumbunt, quemadmodum Martham ollm legimus animum ad convivii apparatum adjeciſſe. Implicant nimirum & impediunt ſeſe perplexis rerum ambagibus, id ſolum operosè agentes, ut quàm poſſint plurima percurrant legendo, exhauriantque; hoc demum negotio ſapientes aliquando evaſuros ſe ſperantes. Cùm tamen veram ſapientiam brevioribus liceat compendiis aſſequi, nec latiùs evagando, ſed domi potius vitam agendo ad eam abſolvendam ſit opus; hoc ſcilicet unico, ut nos, noſtráque penitùs perſpecta habeamus. Huc ubi ventum fuerit notitiæ, librorum lectitatio aſſidua ex illo in caſſum recidet. Quin potius ſtudioſa nimis in his occupatio adeo nihil ultrà ad ſapientiam affert momenti, ut variæ diſcordantium inter ſe Authorum ſententiæ operam potius eant perditum, animum perlegentis miſerè diſtrahant, & in novas indies conjiciant moleſtias.

§ 3. Οὐκ ἀπὸ φύσεως, ἢ εὐγενείσεων, ἢ ἐπιστήμης ἢ μεγάλης διανοίας | Advertas, obſecro, Lector animum, quàm rectæ rationi, veræque pietati in omnibus congrua notaverit hîc loci Marcus noſter. Nempe non ille ex iis erat, qui Naturam vel productricem rerum, vel conſervatricem, vel denique gubernatricem à Deo planè diverſam, mirúmque pendentem ſtatuunt; ſed omnia ſpiritui intellectu prædito tribuit, & univerſam hanc mundi fabricam non niſi à ſapientiſſimo, & authore condi, & moderatore continuari, pro certo habebat. Naturam igitur opificem quidem agnoſcit, magiſtram negat: ſed præceptori obſequentem vult; ſed inſtrumentum operi abſolvendo aptiſſimum; atque ejuſmodi tantùm, ut quæ jubente atque adſpirante architecto, omnia, abſque illo vero ne minimum quidem efficere poſſit. Non latuit ſcilicet Imperii Romani habenas moderantem, quàm parvi, imò nihili fere ſint poteſtates ſubſtitutæ, niſi quod iſtæ decreverint agere, Ipſe ad quem ſumma rerum redit, Imperator ſupremus, annuendo reddiderit effectum. Naturam itidem is nôrat bene, quæ ſummo omnium conditori ſubjicitur, ab ipſo pro libitu rebus præfici, ut quæcunque opus eſt mandata exequatur; nihil autem ſuopte ingenio, vel perficere, vel moliri, abſque quod divina voluntas, & incipienda dictet, & incæptis aſpiret; & tandem vel opem

opem ferendo imbecillæ, vel saltem permittendo ea quorum vires Physicæ potentes sunt, ut ad umbilicum perducantur, in causâ sit. Hinc particulam ἢ non tam in hoc textu disjunctivam, quàm conjunctivam sortiri vim censeo; siquidem ea ad mentem Antonini magis perspicuè exponendam mihi videtur adhiberi. Quam ejusmodi esse totus opinor, non, ut fixam hanc ordinatámque causarum seriem, vel à naturâ diversam memoret, vel utramvis à lege divinâ solutam, suique Juris artificem innuat; sed nexu indissolubili Dei Max. consilio adstrictam, atque ejus arbitrio in omnibus, non obnoxiam modò, sed & fidelissimè obtemperantem. Modestiùs itaque noster & consultiùs, & de naturâ, & de fato disseruit, quàm cætera Stoicorum solet disciplina. Hæc enim adeo sana exhibuit, ut etiam Σωσάρια his accinere oracula audias; quæ vel minutissimis quibusque Deum ita invigilare docent, ut etiam *Capilli Cæsariei capitis coram eo numerentur,*

Mat. 10. ex *illis, ut ne unus quidem cadat in ter-*

Luc. 12. *ram, qui conspectum fallit,* (*nedum injussu*) *patris nostri qui est in cœlis.*

Ibid. Πρόνοιαν ἢ ἐξ Ἀνάγκης. | Sed neque hîc loci fatum & necessitatem, quam sibi comminiscuntur Stoici, ineluctabilem Marcum in animo habuisse existimo. Quid enim est, quod eventus fatales à constitutione divinâ, & Providentiæ legibus (quas vocant) æternis disterminare queat? Ferreum verò istum fati rigorem, qui à Stoâ est, ab Antonini mente plurimùm abhorrere, multæ concurrunt opiniones, quæ ratum ut habeam faciunt: Præsertim cum istoc nullatenus jam antedictis consistere, facile cuivis patere possit. Et longè aliter sane Imperator sapientissimus se rebus adversis opponit. Tribus enimverò potissimum argumentis in medium allatis, quæ quicquid denique evenerit quantumlibet acerbi, æquo ferendum animo suadeant.

Primum; Quòd nullum prorsus eorum, quæ fortunæ tribui solent, eveniat temerè; sed ad unum omnia à moderatore summo regi, dirigi, singulisque consultò disponi; moderatore vigilantissimo, quem ne minimum quidem fugit; sapientissimo, qui quid ex usu sit nobis non potest non rectissimè dignoscere; benignissimo, humanique generis amantissimo, quippe cui nihil bono nostro sit antiquius. Gubernatorem igitur talem nacti, quidnî quodcunque ipsi visum fuerit, non toleremus tantùm, sed, & lubentes excipiamus, & cæteris omnibus ducamus anteponendum?

Secundum Numinis potentiam immensam, constantiámque invariabilem ob oculos ponit, cujus sancita refigere penes nos non est. Imò, quæ semel ipse facere decreverit, immutare, nec penes ipsum est statuentem Deum. Anceps siquidem consilii ratio nobis competit solis, quorum vel ignorantia, vel incuria, vel affectus trransversum agens, vel altera quædam (ut est humana natura) imbecillitas, & fluctuare potest animo, & dequò resipiscere: Deo autem omniscio, cujus incepta mutari in melius non possunt, novas inire rationes, legésque figere, subinde ac refigere, neutiquam dignum est. Cùm itaque res nostræ ut aliter se habeant faciendo non simus, id unum nobis restat, ut quales quales fuerint, ferendo simus; nec ab isto demùm torrente submergi nos patiamur, contra quem brachia dirigere nefas est.

Tertium hortatur animum jubeamus latiùs excurrere, nè sese quisque unicum spectet, quasi *totum quid*, & cæteris sejunctum, sed Universi hujus quantum est ut corpus contueatur; seipsum autem unam è plurimis cogitet, eámque parvulam admodum ex immensis, è quibus conflatur natura rerum particulis. Multa autem fieri possunt, quæ dum corpori universo in commodum cedunt, singulis tamen quibus accidunt membris ægritudinem haud parvam, & acerbas molestias facessant. Jam verò; quid magis absurdum excogitare queas, quàm illum, cui totum curæ est, corporis salutem particulæ cujusdam volupi posthabere? Quid autem iniquius, quàm membra singula ea detrectare, aut animo reluctanti subire, unde magnum capiat Homo commodum. Quicquid autem in commodum cedit, id suâpte naturâ malum esse nequit; si igitur quod obtigit non est malum, apage te ignavum cum injustis querimoniis tuis; qui id ipsum non sustineas, quod nomine tantùm tenus, quo metum incutiat, habet! Et argumentatio quidem philosophica ferè sic se habet, quam in ethnico præclaram admodum & laude dignissimam fuisse non est diffitendum.

At at (gratias Deo quas possumus maximas) multò melius nobiscum agitur. Nam & hoc subtilis quantumcunq; est argumentationis, ih auras evanescit tenues, & inania verba, si cum istis conferatur, quæ sacra nobis suggerit pagina, malorum remediis. Malorum, inquam; Nam neque Christianum nomen professis adeò acutis esse est opus, ut à vulgari sermone abhorreant. Novos sibi modos loquendi exquirant isti, quibus falsam obtendere speciem expedit, & rerum imperitos fictis nominibus illudere. Nos & faciem calamitatis fœdissimam, & formidolosam ut quæ maximè, audaces intueri contra, & quæ teneras lædere aures solent, sufferre nomina, imperturbati possumus; quoties id nobis in mentem subit, quod Deus mentiri nescius, & certò prædixit, & sanctissimè pollicitus est. *Minimè*, scil. *paria esse, quæ præsenti tempore perpetimur, nedum illi gloriæ prorsus æstimanda contrà, quæ futurum est ut reveletur in nobis:*

bis: Rom. 8. 18. quinetiam &, *Momentaneam levitatem afflictionis nostræ excellenter excellentis gloriæ pondus æternum nobis esse conflaturam*: 2 Cor. 4. 17. Hujus itaque spei participes mirum ni vicem suam non tantùm non doleant, sed in malis sustinendis fortiter perdurent, & adversis inexpugnabiles seriò triumphent. Id quò minus fiat, hoc unum in causâ est, quòd animi mundanis affectibus præpediti, nec pietatis studio, aut futurorum fiduciâ, quibus oportuit, penitùs imbuti, demittunt sese, depressique duris succumbunt. Sed & hoc interim in fidei evangelicæ laudem vertitur; quòd solamina ista, si non omnium, qui Christo nomina dederunt, communia, at huic saltem disciplinæ propria semper fuisse: quum nec scientia aut institutio quælibet philosophica, quantumvis aliàs ratione atque studio exculta, vitæ immortalis & cœlestis gloriæ, aut certiores homines facere, aut spem vel leviusculam excitare, potuerit. Deus ipse, qui solus potuit, hæc nobis patefacere dignatus est, suæque veritati fortunam omnem superandi decus reservari voluit.

Ibid. Τῶν ἢ βελτίων δίλαια φίλον, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνωμεν. | Haud abs re monitum. Scientiæ enim avidos, & librorum nunquam satures, vix aut nè vix quidem è vitâ recedere animo satis placido, & sine obmurmuratione reperies: quippe magni aliquid semper machinantes, quod mors in medio opere abrumpit. Quos autem ex improviso opprimit, aut inceptantes interpellat, fieri non potest ut non reluctantes & invitos abripiat. Scitè igitur Salomo ids voracibus istis librorum helluonibus, quibus nunquam expletis semper aliquid novi ex ipsâ investigatione suboriri solet, quod ulteriùs indagandi desiderio animum accendat: *Multitudini sapientiæ inest multum indignationis, & qui auget scientiam adauget dolorem*: Eccles. 1. 18.

§ 4. Ὀνοάνιος ἐφ' ἑαυτῷ λαλῶν ἐδυσφόρει τοῦτο, ὅτι χεῖρ μύτας | Si id sibi vitio vertit Antoninus, quòd ad virtutis occasiones arripiendas se minùs intentum præbuerat, quantò gravius in nostrum cedet vituperium, quoties rectè vivere ultra distulisse contigerit, quibus nunquam deest idoneus ad meliora consilia revertendi locus? Solicitati nempe setiis ab extrà cohortationibus surdam aurem obvertimus: conscientiæ verò stimulis intus excitati animum exprobrantem flocci pendimus: inertes nihilominus & pertinaciter insani, vitam vel perdimus prorsus, vel nostro vivimus dispendio. Nos interim miseros nimiùm atque ingratos! quibus omnia recidunt incassum. Et quid tandem de animis fiet obfirmatis, quos spretâ omni domini disciplinâ, nec Dei vox indesinenter clamantis revocare, nec summa lenitas devincire, nec nostræ beatitudinis spes ad virtutem pellicere queat? Quin Marcum saltem contemplemur, Ethnicum Christiani, & siquid pudoris ingenui sit reliquum, effluxi jam temporis, nostræque incogitantiæ nos tandem pigeat; ut aculeis vel inde subditis expergefacti, cursum concitemus in posterum, atque ab ejus tam insigni exemplo ut proficiatur operam demus.

Ibid. Δεῖ ἢ ἤδη ποτὲ αἰδεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς μέρος εἶ | Naturam hujus rerum universitatis ideò pensitandam suadet, ut cujusmodi corpus hoc totum sit, & qualem in illo locum nosmet simus sortiti, melius constaret: quænam etiam inter partes innumeras convenientia intercesserit, & quas ipsi partes susceperimus sustinendas. Hæc etenim benè nota ita nos ad omnia, quæ in homines cadere possunt, præmunient, ut nihil posthac inopinatum aut novum evenerit. Quorum autem occursu hominum plerique obstupescere solent, ea absque omni perturbatione, tranquillo & benè præparato pectore excipiemus.

§ 5. Ὀρᾷς πως ὀλίγα δεῖ, ὧν πεφρόντικας πῆς εὐρᾳ ἢ ἀπαθῆ διάγειν βίωσιν βίον. | Mitto fastuosam Stoicorum vaniloquentiam, cui familiare est Sapientem ut Deo nullatenus minorem constituat: sed & hic loci subit aliud, quod istius disciplinæ supercilium haud parùm sentit. Quis enim ferat facultates humanæ naturæ, (per se heu nimis infirmæ!) usque adeò evehi, ut virtus perfecta, & cui vel divina beatitudo non invidenda contrà, in parvo sita prædicetur, atque ità penes quemlibet, ut facili quis negotio eam adipisci queat? Ad Marcum verò quod attinet, ut ipsum commodè intelligamus par est, cùm & ipsi longè aliter hac de re visum fuisse jamdudum constet. Nam & præterquàm quod sæpiusculè supra annotatum est; omnem hominum præclarè se habenti facultatem Deo præmonstranti, monenti, adjuvanti, referri debere acceptam, haud rarò & alibi disertè fatetur. Quoties igitur virtutis nos compotes pronuntiat, atque nostram sive ignaviam sive incogitantiam obstare unam, quò minus ad amussim ejus vitam degamus perfectam, indultæ istæ cœlitùs adjutoria, (nisi mens me fallit plurimum) neutiquam in hoc operis excluſum ibat. Sed, positis hisce auxiliis, quæ & ponì fas est, (quum reverâ facientibus quod in se est nunquam non sint præstò,) nihil ita adjutis inexpugnabile fore statuit. " Seu potius ut emendatiùs adhuc, " & normam Veritatis Christianæ propiùs loquamur; nemini, qui suo non deficit officio, " impossibile esse, eò tenus prodire, atque id efficere, quod Deus pro immensâ, quâ est in imbecillitatem humanam clementiâ, gratum habere, atque æqui boni facere non dedignabitur.

§ 7. Ἐχολὰ πάρεχε σαυτῷ τὸ σφόμενον ἀγαθόν. π | In nostrâ situm est potestate hoc otii nobis

nobis dare: at quo tandem pacto fieri poteſt, ut culpâ nos eximant importunæ ſæculi hujuſce curæ, & operoſa (quæ neceſſaria dici ſolent) impedimenta? Qui, inquam, iſtos dimittas abſolutos, qui negotia conqueſti, & in cæteris operoſi, in id unum quod ſui reâpſe eſt muneris, operæ nihil intendunt?

Ibid. Μὴ ἔχοντες ἐκεῖνον | Stoici Socratem ſecuti id præ cæteris Philoſophorum claſſibus agebant, ut finem certum vivendi fundamenti loco poſitum diſcipulis darent. Id enim eſſe unde univerſæ virtutis, præſertim verò officii quotidianam conſuetudinem ſpectantis, ratio ordiri debeat; & quò demum, tanquam ad ſcopum, ſtudia ſua, inceptaq; omnia dirigere, fas eſt. Scopum autem iſtum quem ob oculos nobis ſtatui oportet bonum eſſe publicum; quod ſi aſſequi minus contigerit, at ſemper tamen ſequi ſapientis eſſe aſſerunt, & conatu quantum in ſe eſt efficere maximo, ut omnibus ſe præbeat utilem. Hac verò de re, Antoninus ut mentem explicet, videre eſt in iis quæ ſequuntur.

§ 8. Τὰς δὲ τοῖς ἴδιαις ψυχαῖς πανταχοῦ μὴ ἀδιανοήτους ἀναίσθητας ἀναίσχυντα παραδιατρίβοντος. | Huc Verticulus iſte apud Homerum non inepte referendus, quem Socrates ferè ſemper in ore habuiſſe perhibetur.

Ὅτι τὰ ἐν μεγάροισι κατὰ δαῖτα πίνωμεν.

Res tuæ domi bene ſe habeant an ſecus hoc ſemper intelligas.

Quod ſi ad Philoſophi mentem interpetrari libeat, hoc pro comperto habendum cenſeas, quicquid nobis vel in bonum, vel in malum cedat, id omne naſci domi noſtræ, atque nobis fieri authoribus. Quin & iſto etiam Poetæ abuſus eſt Socrates, quî homines inaniter curioſos ab inutili ſcientiâ, ſtudiiſque avelleret, in quibus laboris atq; tædii inerat plurimum, emolumenti verò parum; avulſis autem, ad aſſiduum Virtutis cultum, propriique pectoris indagationem exquiſitiſſimam, ut animos vehementiùs attraheret.

§ 11. Καιτοι γε οὐκ ἐν ἀγνοίᾳ τοῦτο. | Eodem ferè recidit Catonis de morte contemnendâ Diſſertatio. Quæ nè lectorem habeat malè, animum adverſat velim, Stoicis, nihil omnino de iſto, quod hominum genus univerſum etiam poſt obitum manet, judicio edoctis, tertium quendam ſtatum nè minimum quidem ſuboluiſſe. Quin & ſapientis (quem Deo ſoli ſecundum effinxerant ſibi,) in utilitate publicâ perfectionem collocantes, haud incongruum erat, ut ipſius etiam Dei beatitudinem ejuſdem prorſus generis ſtatuerent. Ideam proinde & omnium authore digniſſimam, tum demum ſibi viſi ſunt animo concepiſſe, cum de illo, ut de ſummo, atque immenſo bono, aſſatim ſeſe in omnia diſpertienti cogitarent. Quando verò eſſentiæ perfectæ & per ſe bonæ malum competere non poteſt; Deum quod reâpſe malum eſt infligere, aut à naturâ benigniſſimâ hominibus eſſe metuendum, Religio illis erat credere. Vide ſis, Lector, quâ tandem ſerie, quibuſque rationum momentis derivata ſit iſta Philoſophorum conſecutio. *Siquidem Dii ſunt*, inquiunt, *nihil nobis grave poſt mortem futurum eſt; nec enim malis nos implicabunt ipſi non mali. Si verò nulli ſunt, nec nos poſt mortem futuri ſumus ipſi; atque hinc etiam ſequitur nihil poſt mortem paſſuros, cùm exiſtentium tantùm ſit pati; ideóque quocunque ſe vertas, utrinque occurrunt quæ mortem contemptui habendam ſuadeant.* Ita quidem Stoica, at longè ſecùs Veritas Evangelica. Hæc enim Deum ob oculos ponit bonitatem juſtitiâ temperantem. Omnibus numeris abſolutum, & attributorum (ita enim & loqui & diſtinguere fas eſt, ob noſtri conceptûs infirmitatem) amiciſſimâ conſpirantium inter ſe harmoniâ præcellentem. Reformidandum itaque nobis, perinde ac diligendum Deum; quum non minus rectoris ſit, de rebellibus & impiis pœnas ſumere, quàm morem gerentibus benefacere. Nullus ergo jam incogitantiæ locus, quæ miſeros infinitum quot dare ſolet exitio; nulla de futuro ſecuris excuſatio, cum nec juſtitia divina, nec crimina atque imbecillitas noſtra id ultra patiantur. Nam iſto coram judice nemo hominum non ſiſtetur reus; nec reſtat ſontibus, præterquam in unâ ejus immenſâ clementiâ, & gratuitâ per Chriſtum miſericordiâ, aut ſpes, aut perfugium.

Ibid. Καὶ τῶν κατ' ἀλήθειαν κρατούντων ἵνα τὸ φαντασθῆναι ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ τὸ πᾶν ἴσχυσε. | Nec hoc Antonino inſolens, à cujus ſententia abhorrebat aliquid revera mali, præterquam quod vitii arguitur, agnoſcere. Sed & poteſtatem à Virtis temperandi, divinitùs humano generi indultam profeſſus, à faſtu Stoico quàm longiſſimè receſſerat: Qui enim ab iſtâ ſunt ſcholâ, hominem, abſque omni quæ à Deo ſuggeratur ope, & virtuti aſſequendæ, & voluptatum illecebris facilè exupſandis, per ſe ſufficere, autumare ſolent. Enimverò & hæc Antonini ſententia, cæteris licet ejuſdem diſciplinæ aliquanto demiſſior, & veti ſimilior, non eſt tamen ut pro penitus expurgatâ, omniſque periculi experti excipiatur. Adhibenda nempe cautela quædam, & Interpretatio paulò commodior; quod niſi fit, totum id quantumcunque eſt prærogativæ noſtro pectore tribuit arbitrio, Quod Hæreſis olim Pelagiana in ſe recepit vindicandum. Nec enim ab hujus loci mente videtur alienum, liberi virtute arbitrii cuilibet hominum innati, & à malo deflectere, & bonum præſtare poſſe ſingulos; nec opus eſſe, ut in ſuppetias impotentiæ naturalis auxiliares denuò copias adſciſcamus. Quæ omnia, ut à pietate & veritate, ita etiam à Marci animo diverſum exiſti-

Cicer. de Senectut.

mo; qui passim in scriptis subsidia cælitùs in horas, imò vel in momenta, laborantibus nobis atque infirmis submitti; & incæpta omnia quòd fœliciùs peragantur divinis deberi auspiciis, constanter profitetur. Voluit igitur & in hoc textu, (nisi meus me fallit animus,) potestatem vitiorum declinandi laqueos hominibus ab origine Deum dono dedisse; ita tamen ut vires istas effractas atque absumptas cadere, & potestatem primam labefactari necesse sit, nisi (Deo posthac suggerente) quod semel datum erat virium perenni reficiatur influxu. In hanc sententiam & res ipsa, & nostra conditio, & oracula Christiana lubentissimè consentiunt; quam & Marcum nostrum (vellem saltem, imò &) facilè crediderim in animo habuisse.

Ibid. Οὔτ' ἂν πλείστων ἁμαρτιν. | En Argumentum solidis innixum fundamentis! Errorem conquerimur immanem, Deóque adeò indignum quem toleret, ut hujus universi conditorem rectorémque vel insciliæ videatur arguere, qui non animadvertat; vel impotentiæ, qui non de medio sustulerit. Insciliam criminantes cæcum sibi fingunt atq; hallucinatum Deum; sin autem incommodo tam turpi sciens prudens remedium adhibere noluit, negligentem quod suum est incusant, aut nostris bonis invidum; Quòd si deniq; & vidit & voluit, nec potuit tamen in melius redigere, imbecillem fateantur necesse est & impotentem Deum. Cùm verò detestandæ sit impietatis & sacrilegii atrocissimi, de numine tale quid nefando vel ore proloqui, vel corde suspicari; Quid aliud colligendum restat, quàm (quod Marcus asserit) se rem habere ab illo quod vulgus hominum sentit, longè diversissimam? Externa scilicet ista nos in deterius referre non posse; esse autem ea suâpte naturâ neque bona, neque mala; quod nisi si hujusmodi essent, Deum securitati nostræ meliùs perspecturum fuisse; nec ista temerè, nullóque prorsus virtutis vitiíve discrimine facto, in universos æquè dispertitum iri.

Ib. Οὔτ' ἀρ' ἀγαθὰ ἔστι κακὰ ὄντα. Habes hic Consectarium à totius argumentationis serie petitum; quicquid enim in istâ sectione disputatum est, huc demum redit omne. Cui tamen, stabiliendo dicam an illustrando, oracula sacra suos non tantùm adjiciunt Calculos, sed & istud insuper, tanquam ex abundanti antedictis adjungunt. Mala scilicet quæ vulgò habentur, viris cordatis & Deum sincerè diligentibus, in bonum cedere supra quàm quod vel dici possit vel excogitari: Bona itidem, quæ nuncupantur, fortunæ, malè moratis, atque prolixâ Dei abusis Beneficentiâ adeò non proficere, ut ingrati peccatores infinita atque æterna vel inde sibi concilient mala.

§ 12. Τῷ πόρῳ δαιδαλέῳ. | Honores nimirùm, imperia, magistratus, gravissima reipublicæ demandata negotia, divitias & opes, nobilitatem generis, & proavos longo deductos stemmate, cæterásque vanissimas istiusmodi ineptias hîc loci perstringit; ob quas, cùm reverâ minimi sint, homines tamen mente capti se solent insolentiùs efferre.

Ibid. Νωθρὸς δωδωναῖος. | Nos miseros! Nam si hæc demum sint rationalis indicia facultatis, quotusquisque est, qui hanc in sese facultatem expertus fuerit? Quin igitur hæc ab Antonino benè monita reverâ & sedulò perfecta damus? Námque ita tandem vinculis rerum mortalium disruptis, in solidam & perpetuam libertatem animum cœlestis prosapiæ nobis vindicare licebit.

Ibid. Τί οἴσει ὅτι ἂν αἱ ἀπολήψεις καὶ φῆμαι καὶ εὐδοξίαι, &c.| Populi favorem & plausus ambientis q^d reprimat impetum nihil ferè efficacius queat excogitari, quàm si seriò secum animo recogitet, quid tandem hominum illi sint, quorum suffragia tantâ captet solicitudine; pudeat enim pigeátque virum necesse est animi tam demissi, sordidæq; ignaviæ. Quid enim honesto vel indignum magis vel alienum dixeris, quàm ab illis magni æstimari velle, quos tute magni æstimare nequeas? quin & de te rectè existimare adeò non gnaris, ut etiam de seipsis quod æquum est dijudicare nesciant?

§ 14. Καὶ τελείαι ἐπὶ βιαίους μίλλας. | Arguta satis disceptatio, & vera quâ nihil magis! Quid enim ineptius, quid absurdius, quàm de tempore vel præterito, vel futuro, rationes deputare? Siquidem nulla pars temporis, eâ tantùm demptâ quæ in præsentia est, reverâ existit. Quicquid enim jam fuit, effluxit omne & esse desivit. Quicquid autem mox est futurum nondum in rerum naturam profertur; & an nostrâ unquam interfuerit, aut ad nos usque pervenerit, omnino incertum est. Hinc ergò colligas licet, vitam omnibus esse æqualem: quandoquidem hominum singuli in singula tantùm vivant momenta. Atat nequaquam (inquies) nam & qui juvenis, corpore adhuc atque ætate integris, è vivis abreptus est, plus ejus quod reliqui erat perdidit, quàm qui senex effœtus, & jam ævo confectus decessit; nec enim pari de spe decidit, annum jam degens octogesimum, & qui vigesimum tantùm vix pertigerat. O festivum hominis imò & ridiculum caput! vitam nempe non re-ipsâ, sed spe tandem æstimandam narras: quod perinde est, ac si rationem ac modum ponamus, quibus res existentes ex modulo non existentium metiri possimus. Quicquid enim etiamdum speratur, nondum existit. Sed hæc utpote satis per se manifesta, nec nisi non animum adverteptibus obscura, missa faciamus.

Istud

Istud potius Lectores rogatos velim, etiam eos qui sibi in longitudinem prospicere sapientiæ laudi ducunt suæ: Quæ tandem contentio illorum quæ in præsens suavia sunt, quàm exilia ista, quam vilia, quàm parvula, quàm denique brevia, imò & instantanea, si vel omnia quæ fert conditio nostra in eandem conjicias trutinam, quoties ista suspendantur contrà, quorum in sæculo futuro nobis affulsit spes? Næ nos hîc vitæ umbratili rerum specie ludimur; spissisque involuti tenebris, &, dormientium ad instar, falsas mutilasque percipimus imagines, atque ægro persequimur animo. Mors sola scenam claudit, eripit personam, omnemque rebus detrahit fucum; quo vel obtectæ prorsus naturam nos hactenus celarunt suam; vel saltem illitæ colorem & conditionem ementitæ sunt. Ità demum vel substantiâ vel superficie ubique fallimur: At mors, ut sese habeant cuncta, aperit atque commonstrat: quæque longo jam anxii prospicimus intervallo, & spe tantum præsumere datum est, ea omnia in manus nobis quanta quanta sunt in æternum fruenda tradit. Hæc qui pro compertis haberent, etiam inter Philosophos non defuerunt; eâque quò magis freti erant fiduciâ, eò fortiùs adversus mortis terriculamenta, atque inania malorum futurorum præsagia se componebant.

Ibid. Εἰ γάρ τι ἀπολλύμενον ἦν ἕκαστον | Hoc est: Si brevi morientem cum longævo conferas, dispares quidem quoad numerum dierum reperies, quoad spatium autem quod uterque vivit, omninò pares. Rationem jam antè expositam; quoniam, scilicet, singulis vivitur momentis, & præter præsens aut τὸ νῦν nihil existit. Cæterùm, nonnisi inter illa sola quæ existunt, institui posse comparationem, certo certius est; nec minùs liquet, qui jam prætervolârârunt dies in infinito temporis spatio dudum esse absorptos; hos igitur rationum calculos excessisse; cum nec possit infinitum magis & minus, plura & pauciora recipere: Quæcunque ergo infinita sunt, ea omnia & æqualia ad invicem esse necesse est. Hinc sanctus ille Hieronymus haud abs re Nepotianum consolaturus monet, quàm parùm interfit, diune quis agat in terris, an brevi moriatur. *Etenim inter eum,* (inquit) *qui decem vixit annos, & eum qui mille, postquam idem vitæ finis advenerit, & irrecusabilis mortis necessitas, transactum omne tantundem est: nisi quòd senex magis onustus peccatorum fasce proficiscitur.* Habent enim peccata aliquid sejunctum & de proprio, quo spoliare nequit dies; nec enim à tempore, quòd existant mutuantur, nec cum tempore, in quo fuerant admissâ, pereunt funditus, aut evanescunt unà.

Epist. 3. ad Nepot. consolat.

§ 15. Ὅτι πᾶν ἀναλωτέον. | Si Marci mentem rectè assecutus sum, hoc per ἀναλωτέον *esse omnia* vult. Sensus nempe nostros, phantasiam, animumque nobis sæpenumero, imò rarò non illudere. Nos autem ideò dolis capi, quòd omnia ex opinione suspendamus, nec ad rerum veritatem accuratius examen castigemus. Sic itaque abrepti, (non prout suapte sunt naturâ, sed prout nobis videntur; idque temere ut plurimum & inconsultò statuentibus) perperam sentimus, pronunciamus, affectus denique moresque nostros componimus. Habes itaque observationem veram, probatamque nimis. Nec enim istis Corinthi Pseudapostolis contigit solis, quod submonuit D. Paulus, fastum eorum adortus, & notitiam falsò sibi arrogatam; cùm & apud nos, & ubique occurrant frequentes, qui *dum sibi videntur multa scire, aut nondum aliquid norunt; aut saltem haud ità sicut oportuit nôsse.* 1 Cor. 8. 3.

Ibid. Ἐὰν τίς αὐτῷ τὸ ῥᾴστιμον μίσχει τῷ ἀληθοῦς λήγειν. | Oppidò opportunè; nequis Marcum cum sceptico in omnibus conveniisse suspicetur. Laudato itaque Monimo, cui veritatis omnigenæ fundamenta convellere, atque evertere funditùs, in animo erat; idque verbis ità conceptis, ut ne quid omnino certi sit reliquum; sed & universalium immaterialium pietatem denique Deumque ipsum spectantium fides labefactaretur; nè venenum istiusmodi latiùs serperet, eâdem antidotum manu porrigere visum est. Hinc ut Lectori animum magis expergefaceret, Monimum, quamvis eâ tenus rectè opinantem, quà hîc loci adhibetur, in multis tamen fuisse lapsum, nec nisi maximâ evolvendum cautelâ, commonefacto.

§ 16. Τὸ ἐλλεῖπον ἑαυτῷ ἡ τῆς ἀνθρώπου ψυχὴ | Locus isti apud Platonem de legibus, *lib.* 5. penè gemellus; quem etiam Marco mentem dum hæc scripserat subiisse nullus dubito. Complures is rationes enumerat, quibus homines animos suos contumeliâ solent afficere; è quibus si unam aut alteram huc-loci transtulero id non fore tedio sperare ausim. " *Dignitati igitur mentis humanæ detra-*
" *hi asserit, si ad rem faciendam attentiores quam par*
" *est, mordacibus distorqueri curis patiare; si opes in*
" *deliciis habeas, iisque inservias, si his fretus nihil*
" *non tibi diviti licere existimes, aut genio libidinique*
" *effrænis indulgeas; si eorum quæ perperam feceris a-*
" *dèo non pudeat, ut omnem à te culpam amovere soli-*
" *citus, in alios deditâ operâ conjicias; si ista in te*
" *sciens volens admiseris, quorum max pœnitebit; si la-*
" *boribus succumbas victus, nec plagis, morbis, ebâsque,*
" *ut verbo dicam, adversis quibuscunque fortem opponas*
" *animum. Si vitam magni faciat, diemque extre-*
" *mum inter summa repenas infortunia; si formæ*
" *posthabeas virtutem, namque eo demùm pacto, cælo*
" *atque animo non nisi secundas, terræ autem & cor-*
" *porè*

" pori primùm detuliſti : Si quod legibus rectæque ratio-
" ni adverſatur, id omne haud caveas quantum po-
" teris ſedulo atque averſiſſimè ſemper animo defugias ;
" quicquid verò laudi & virtuti ducitur, in id niſi ma-
" nibus pedibuſque contendas, ſummoque proſequare ſtu-
" dio. Cum aliis hujuſmodi, iſthic, quibus per otium licet, notatu dignis.

Ibid. Ὅτου ἀναπείσεται ἢ ὑποπτεύσει, ἢ ἀναπείσει τὶ ποιῆ ἢ λέγῃ. | Apud Ethnicorum nonnullos (quod nobis jure optimo pudorem incutiat) major videtur veritati morumque ſimplicitati habitus honos, quàm apud hodiernorum complures, qui Chriſtianum in ſe nomen ſuſceperunt. His enim familiare nimis, imò & ſeriò nonnunquam rationum patrocinio propugnatum videas, fallaciis figmentiſque abuti : Haud turpe putant ſcilicet viri ſanctiſſimi, vel ad mendacia confugiſſe, vel perſonam alienam ferre, ubi id ex magno fuerit uſu. Iſti verò utinam Ciceronem in tertio de officiis audire ſuſtinerent ; *ex omni* (inquit ille) *vitâ ſimulatio & diſſimulatio tollenda eſt.* &, *ratio igitur poſtulat, ut nequid inſidioſè, nequid ſimulate, nequid ſallaciter.* Nec id à nobis negligendum, quòd inter Philoſophos, quantumvis vel judicio, vel moribus cæteroqui depravatis, vix unum quidem deprehendas, qui fraudes de induſtriâ nectere, involutas verborum ambages ſtudiosè conſectari, conditionibus clanculùm interpoſitis, & ſibi ſoli conſcio reſervatis ludere quibuſcum res erat, aut ipſe ſuſtineret, aut alios ità edoceret. Nedum vafros & verſipelles aſtutè fallentes à mendacio aut dolo malo liberâſſet, aut palam, & ex profeſſo omni exemptum iſſet culpâ. " Erubeſcat, ſi poſſit, Jeſuitarum Schola.

Ibid. Τῷ τῆς πόλεως ἢ πολιτείας τῆς γεγονυίας λόγῳ ἢ δαίμονι. | Locus hic mihi revocat in mentem, bellam ſanè, expreſſamque ſatis naturæ noſtræ imaginem, quâ alicubi ſcriptorum Plutarchus vitæ quotidianæ ſtatum depinxit. " *Deus* (inquit) *author idemque gubernator omnium, infinitæ potentiæ, juſtitiæque inculpatiſſimæ, opifex mundi peritiſſimus, & rerum providentiſſimus diſpoſitor, ità noſtra temperavit, ut Deos hominibus, ſumma imis, omnia denique in unum juſſerit corpus coaleſcere. Totum adeò hunc terrarum cælorumque orbem, ingentem omniumque communem inſtituit civitatem ; hoc nempe conſilio ut ejus incolæ ſinguli, dum quod ſuum eſt agunt, propriiſque funguntur officiis, ità demum juſtè, probè, pieque vitam degant.*

§ 17. Ἡ ἥσυχος ῥᾳστώνη. | Eodem rediiſſe puta & illud Platonis qui humanam (quoad corporis noſtri conditionem,) egregie deſcripſiſſe naturam videtur, cùm *hominem eſſe quod non eſt*, aſſereret. Hæccine definitio an aliis perinde arrideat haud ſat ſcio, me vero quod attinet, miros in illâ lepores contueri videor. Sed nec hujus elegantiæ gloriam Socrati & Platonicis deberi omnem cenſeo, videntur enim ex alieno fonte hauſiſſe. Siquidem Parmenides partes duas, duplicemque in universâ hâc rerum congerie naturam, jam dudum prædicaverat. Fluctuantem alteram ; vagam, *multiformem*, caſibus variis perpetuiſque ictibus obnoxiam, quæque nunquam non immutatur, novaſque induit facies : *Materiam* vult intelligas, quam & idcirco alieni autumat arbitrii, & opinioni ſubjectam. Alteram verò firmam & conſtantem, ſui undique ſimilem, omniſque expertem interitûs ; ut verbo dicam, ejuſmodi, quæ & ſemper eſt, & ſemper eadem eſt. Subſtantiam nimirum intelligentem prædicat ; ſive Deum. Nec abs re erit hîc loci notare, quàm Parmenidi cum ipſo Deo conveniat ; ac ſi iſtius Philoſophia ad Amuſſim ſacræ paginæ fuiſſet exacta nomenque iſtud explicando deditam navâſſet operam, quo Jehovah Moſen allocutus nuncupari non dedignatus eſt. *Sum quod ſum. Exod.* 3. 14. Deo quippe competit ſoli ſtabilem eſſe, ſibique ſemper conſtare ; cæteris interim omnibus in hoc irrequieto rerum fluxu refluxuque innumeras alternantibus vices & nunquam non in aliud tranſeuntibus : adeò ut iſta ſimul & eſſe, & non eſſe haud injuriâ dixeris.

Ibid. Ἡ ὑπερφυὴς δὲ λήθη. | *Celeberrima* enim brevi conticeſcet fama ; & *memoriam* geſtorum præclarè quantumvis diuturnam, ſi in ſempiterna proſpicias ſæcula, iiſque conferas, punctum aut ne vix punctum temporis duraſſe confitebere.

Ibid. Ἐν τῷ μόνῳ φιλοσοφία. | Per Philoſophiam rerum tàm divinarum quàm humanarum notitiam dictam puta. Eodem fere ſenſu, quo Salomonem *Sapientiæ* vocabulum uſurpâſſe notum eſt. Virtutis tamen præſertim & pietatis ſtudium ſubindicari monuneris, quod ſi abſit, næ nominis inanem pompam tibi arrogaveris. Nec enim vel omnium quantum eſt hominum literatiſſimus, aut eſſe reverà ſapiens, aut ritè vocari poſſit, qui non ſit idem vir pius atque bonus.

Ibid. Ἀρκεῖν. | Ità ut de proprio ſibi ſit ſatis. Hujuſmodi ſanè ſapientiam magnificè admodum & evehunt Stoici, & ad conciliandum hortantur. Sed fruſtrà, niſi naturæ noſtræ inopi & graviter labefactæ & vires & conſilium miſericors ſuggerat Deus. Quod & alibi jam antehac haud ſemel eſt notatum.

Ibid. Ἄλλον παρόντα τὶ ἢ μὴ παρόντα. | Cave ſis Antoninum de mutuis hominum conſiliis auxiliiſve intelligas, quæ nos ut in rebus gerendis conferamus invicem oportet, prout uſus erit, & officii ratio, & neceſſitas poſtulat. Nec enim quiſquam hominum eſſe poteſt, cui aliorum ſubſidio nullâ in re ſit opus ; ideóque non nobis ſolùm nati dicimur, quia nec nobis ſolùm vivere fas eſt. Sed

longè

longè ab hoc diversum voluit Marcus. Quæ enim veram spectant beatitudinem, virtutis scilicet cultum, & fructus bonorum operum assiduos, hæc omnia à nobismet proficisci, nec ab alieno pendere ullâtenus arbitrio, rectissimè pronunciat.

Ibid. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν διάκτορον —— ὃς οὐδὲν ἄλλο ἢ λύσιν τῶν συγχύσεων, οὖν ἔφασκε ζῶον συγκείσεται. | Dogma Platonicis perquam familiare; quod tamen ab Empedoclis scholâ dudum traductum in suam acceperant. Ortum igitur perhibebant durationemque corporum primis ex quibus constantur elementis unitis inter se atque compactis deberi; interitum autem iisdem sejunctis tribuebant & dissolutis: Nihil proinde aut fieri de novo, quod non erat anteà, aut ità perire prorsus, ut in posterum esse desinat; quia formæ tantùm rerum & facies mutatæ sunt, accidentibus inversis sospite interim substantiâ. Siquidem eadem semper extant principia, eademetiam materia permansit incolumis utut diversimode disposita. Omnem itaque productionem de nihilo, omnem itidem in nihilum reductionem strenuè debellabant isti; quas & Philosophia etiam hodierna à Scholis suis procul ablegat. Rectè igitur Empedocles, rectè etiam Platonici & Stoici; nec enim usquam aliter factum est, (quod ad vires atque operationes meræ Physicas) aut unquam fieri potuit; ex quo auctor Omnipotens universa de nihilo creavit; rerumque successiones materiæ atque motui continendas, propagandasque, certis agendi legibus præfinitis, deinceps mandavit. Per materiam autem & motum, dum ità uti diximus, agunt, & quatenus suis se continent finibus, nihil aliud, quam virtutem illam, quæ natura plerunque audire solet, intelligendum existimo.

In Librum III.

§. 1. Πῶς ὃν ἐπείγεσθαι. | Festinandum asserit, ut illa quæ opus sunt, ediscantur, atque in promptu sint. Rogites forsan, quorsum ista tam laboris plena cognitio; spatio præsertim vitæ jam propè decurso? aut quî vel optimè instituti se rudibus habeant meliùs, cùm mors fores pulsat? Arqui vel ideò enitendum sedulò, ut cum ignorantiâ mortis metum expellas simul; & quid reverà sit mori gnarus, placido magis fortíque quo virum liberalem decet, adventantem excipias animo.

§. 2. Χρὴ δὲ τὰ τοιαῦτα παραγυμνάσειν ὅτι καὶ τὰ ἐπιγενόμενα. | Atheorum hîc loci dogma perstringit, qui naturam vitii insimulantes, ex eo quòd nonnulla ibi deformia, superflua alia atque incongrua, alia denique nociva, & in magnum nobis detrimentum vergentia, dignoscere videantur; argumenta inde struunt, quibus Deum non esse prorsus efficiant; vel saltem otiosum & nostri negligentem, adeoque non se rebus immiscentem humanis, ut nullius omninò curâ tactus omnia forti fortunæ permittat, cæcóque ut labantur cursu contentus sit. His contrà Marcus; temerè judicium hoc latum esse; nam & illa, in quæ culpam adeò vehementer impingunt, vituperio abesse procul; Cum nec ista sua quædam & utilitas, & venustas deficiat, sintque vel idcircò conspectu minimè fœda, quòd istæ & conditiones, & facies rerum naturæ legibus ad amussim conveniant; nec citrà ordinem corporis hujus universi perturbatum, & decorem ejus (qui in partium congruentiâ situs est omnis) turpissimè spoliatum, à rebus, quarum propriæ sunt, sejungi queant. Hâctenus Noster; & hîc loci pedem sistit prudens: Illa non indigna prædicare contentus, quæ à sapientissimo conditore fiant; absque quòd ineptias omnes ab istâ profectas scholâ in se reciperet propugnandas. Solent enim nonnunquam & cachinno lectorem concutere Stoici, dum id agunt strenuè ut omnia humano generi ex usu esse probatum dent. Chrysippum nempe secuti ducem; etiam Pulices (Chrysippum jam audis) qui somnum ignavis excutiant; etiam Mures, & omnem spuream istam infestámque animantium farraginem, quibus ad curam & diligentiam socordes animi acriùs incendantur. Quin & illud insuper notandum; cùm τὰ ἐπιγενόμενα, (*Supervenientia*) aut *fortuitò* facta, aut *necessariò* putentur; Antonino, qui casus cæcos constantissimè pernegat, illa omnia pro *necessariis* haberi, quæ, juxta physicas operationes, semper atque ordine certo sequi solent; Pro *fortuitis* autem ista omnia, quæ præter mentem artificis, aut nullâ apertâ cogente necessitate eveniunt. Ità tamen ut hæc etiam causas habeant suas, quæ nostrum fugiunt conspectum, naturales, & ad istiusmodi effecta aptè dispositas. Marci enim mentem qui assequi studet, caveat velim ut nequem prorsus eventum Divini Consilii expertem opinetur.

Ibid. Εἶπε ἴσως πάθος καὶ ἔστιν ἀναγκαῖον ἐκεῖ τὸ ἐν τῇ ὕλῃ γιγνόμενον. | Appositum sanè ad rem, quo

quo nihil magis. Deo enim rerúmque ab ipso conditarum naturæ insullitatem tribuere, pusilli est atque parùm cogitantis animi. Inde autem id fieri plerunque constat; vel quòd naturam investigandi speciem præ se ferentes in superficie hæreant, nec penitiùs causas rerum introspicere sustineant; vel quòd singula per se simplici contemplentur intuitu, nullo interim respectu ad illud Totum habito, cujus hæc partes tantum, eæque minutæ admodum, existunt. Ad plura scilicet & majora festinantibus non datur omnia vel disquirendi, vel invicem conferendi otium. Nec omnis Philosophiæ studiosus, maturus quantumlibet & diligens scrutator, negotio habilis & idoneus satis censendus est. Animo nimirum capaci, miniméq; vulgari opus est ingenio, per totum hoc naturæ campum ut quis spatietur, in occulta penetralia demergat sese, perrepat, anquirat singula; seriem deinde rerum universam perpendat, atque mutuas inter se relationes, convenientias, atque utilitates prudens dignoscat; Animo denique, quocum bene agitur, si post diuturnam operam & cogitationes altissimè defixas, imaginem universitatis hujus idoneam concipere queat. Hæc cui contingunt, (quæ reverà perpaucis contingunt) næ ille ordinem pulcherrimum, mirum artificium, sapientiam exquisitissimam, (& cujus præstantiæ vel animo assequendæ se sentiet prorsus imparem,) prædicabit, suspiciet, demirabitur; quæ omnia Scioli, præmaturè de rebus parùm perspectis statuentes, parvi solent pendere. Sed ità commune fert hominum ingenium, ut quæ minus innotescunt, graviùs incusentur; nec enim quidquam aut stultitiâ maledicentius, aut Philosophiâ leviter tantùm tinctis fidentius arrogantiúsq; humano generi nósse datum est.

Ibid. *Καὶ γεγὸς τῦ γέροντ & ἀκμαίου τινα τῦ ὄντος* | Modestè satis; prætertim, si vetanum istud dogma Stoicis familiare respicias, qui deformes emarcidæ senectutis rugas, venustissimo juventutis flori præponebant; idque unum quod in deliciis haberetur dignum esse autumabant. Quoties autem cujusquam minus elegantis amore quis exarserat, si facies ista posthac venustior forte devenerit, penitus omnem nuper deperientis ex illo amorem extingui. Non est igitur quod mirere, si sententia quæ à communi hominum sensu abhorrebat plurimùm, Authores eruditis viris deridendos propinaverit. His etenim inter jocandum haud insolens erat Stoicorum disciplinam culicibus & vespis componere; quibus spreto interim notæ generosioris vino, acetum & vappa vehementiùs placent.

§ 3. *Τί ταῦτα* | Ista nempe quæ antecesserunt, hominem sapiunt metu mortis anxium; & submissi quicquid est animi alienis erigere casibus pro virili enitentem. Atqui monent sequentia Marcum in istis exemplis parum habere fiduciæ: cùm nec multum referat nostrâ, quid de aliis factum fuerit an sciamus. Sic enim potiùs animum inducamus oportet: vitam tanquam peregrè proficiscentibus pro itinere esse, quod conficiendum quidem singulis incumbit, sed spatiis inæqualibus. Omnibus interim & velox, & rapidum & anceps, & procellosum nimis. Nobis utcunq; sive seriùs sive citiùs littore potitis, & metam novissimam attingentibus, quid magis ineptum, absurdum, & à mente sanâ alienum excogitari poterit, quàm, si ægrè ferentes, quòd in portu navigamus, id impensè exoptemus, ut mari infido ventísque adversis liceat iterum ludibrium debere; & labores jam exactos denuò instaurare? Hinc, nisi mens me fallit, exempla ad animos adversus mortis terrores municndos paululùm quidem afferre momenti innuens, reprimit se Marcus, & in aliud argumentum transit, percontando, sed *Quorsum ista?*

§ 4. *Ὀνόταν μὲ τὸν ἀναγκαῖον ἔχῃ ὁ λογισμὸς τῆς ψυχῆς* | Idcircò & cogitationes & studia, & Facultates nostræ ad unam omnes in utilitatem publicam sunt sedulò erogandæ, quoniam hæc omnia à Deo accepta tulimus. Ita enim & D. Paulum habes nostro huic adstipulantem. *1 Cor.* 12. 7, *&c.* Qui dona Spiritûs Sancti *ad utilitatem* collata disertè narrat, *vim scilicet* illam mirificam ab *omnium bonorum* fonte ideò emanàsse, ut ejus facti compotes passim diffunderent, & ad maxima quæque apti non sibi solis prodesse, sed & aliena saluti, & communi Ecclesiæ commodo pro viribus inservire, religiosissimè obstrictos sese intelligerent.

Ibid. *Ἔστιν ἑαυτὸν μόνα φαντάζεσθαι, οἷα ἂν οἱ τίς ἄρτι διαλέγηται*, &c. | En tibi præceptum planè divinum! sed cui semper exequendo non nisi optimus quisque par esse poterit. Quali enim morum sanctimoniâ, animo quàm defæcato, penitúsque casto opus est, ut nequid in abditis pectoris penetralibus locum nancisçatur, quod palàm facere non sustineas? & quæ tecum intus cogites, si *in* apertum provocentur, nec tibi incutiant *ipsi* pudorem, nec os ullo modo lædant alienum?

Ibid. *Ἰσχὺς τίς ἡ ὑπάρχουσα ἴσως, χαρίεντός τε καὶ ἁγνοῦ ἐθισμοῦ αὐτῆς.* | Hem! iterum eximiam, veréque magnificam mentis inculpatæ, & sinceræ virtutis imaginem! quam & Christianos oculis contueri, & ad ejus pulchritudinem seipsos componere fas est. Quantum enim pietatis studio, morúmque integritati profectum iri opinemur, si qui sacerdotes in sacrâ nuncupantur paginâ, se tales esse seriò sentiant; si cultum Spiritui Sancto debitum in cordibus ipsorum inhabitanti præstare, si ab omni impuritate abscedere longè atq;

abhorrere

abhorrere, nè læsi numinis rei deprehendantur, pensi semper, & præ cæteris habeant. Nam & hæc omnia nobis decere D. Petrus non obscurè indicat, ubi Christi nomen professis in memoriam revocat, quòd *Lapides sint vivi, ædificati in domum spiritualem*; necnon & *Sacerdotium sanctum ad offerendum spirituales hostias, acceptas Deo per Jesum Christum.* 1 Pet. ii. 5.

Ibid. Κρεῖττον μὲν γὰρ μηδὲ παρέχεσθαι τοῦτο δ' ἀγαθὸν εἰδ' ὑπόνοιαν. | Præceptum veræ Virtutis ergò, si quod aliud suspiciendum. In quo vel absolutissima Christianæ perfectionis norma nihil præterea desideret. Quid enim ultrà ad consummatissimam requiras Pietatem, quàm ita animum inducere, quæcunque sibi destinata fuerint, ea ut unusquisque optima esse credat: seipsum verò quod attinet, eniti semper, ut quicquid agat, honestum sit; Justitiæ scilicet rectæque Rationi congruum; acceptum Deo; quod & sibi deceat, & cæteris prosit?

Ibid. Δόξης δ' οὐχὶ δεῖ παίζων ἀνθρώπων. | Plurimum interest à quibus lauderis. Istos enim, qui paucorum Sapientum suffragia præ vulgi favore, & existimatione multorum post putanda censent, illam sui partem vitiare contendit * Socrates, cujus Vita in Justitiâ stat omnis, & cui, nè vero afficiatur damno, ab Injustitiâ solâ metuendum est: Sed ut in re tanti animi nè pendeamus, cujusnam ad laudes eniti nos oporteat incerti, Eccam nobis Regulam! ad cujus amussim si facta moresq; assiduè dirigamus, Res nostræ se non rectè habere non possint. Athletas nempe inter certandum id agere præcipuè satis compertum est, non ut Coronæ spectantium circumfusis placeant, sed ut istæ quos Brabium decernere penes est, Judicibus: Nos itidem, quibus totum hoc quod in terris vivitur pro perpetuo certamine est, nomine Christiano insigniti, & Gloriæ Candidati cœlestis, si legitimè luctamur, id nobis negotii datum putabimus, à Deo ut collaudemur, & exacto tandem labore mercedem consequamur. Quicquid autem interea temporis de nobis homines prædicaverint, aut neglectui habere, si in malam sit partem, aut saltem si in bonam, citra ambitum nostrum, & mantissæ tantùm loco, excipere, debemus.

* *In Crito.*

Ibid. Οὐδὲ τὸν δεῖ περὶ τούτων ὕπνον ἐν λόγῳ τίθεσθαι, οἷον ὑπὸ αὐτοῦ ἑαυτοῖς ἐξόλοντας. | En tibi imaginem Stultitiæ Vitiique quâ nulla vel expressiòr, vel stomachum movendo contrà aptior. Mihi sanè opprobrium hoc vehementissimè placet, quòd istiusmodi homines nequeant non sibi displicere. De his enim omnibus dictum puta, quod * in *Creonte* Oedipodem exprobrante legimus.

* *D'Acerium emendatum dedi, qui Tiresia id effatum tribuit, memoriâ lapsus.*

——— *Αἱ δ' τοιαῦτα φύσεις*
Αὐτοῖς δυσμενεῖς αὑτὰς ἀλγύνειν φέρειν.
Sophoc. in Oedip. Tyran.
——— *Nam talia ingenia*
Sibi ipsis maximè molesta esse solent.

Sed nec hujus rei causam exquirere difficile est. Vitium enim, cùm animum corrumpat, motus ciere intestinos, & affectus ad rebellandum plus satis per se proclives, acrius extimulare soleat, hominem ægrum, & secum semper pugnantem privatis implicat dissidiis; accendit, torquet, miscet, perturbátque omnia; in tranquillo ut nullus possit consistere, aut otii vel tantillo perfrui. Molestias denique adeo sævas facessit, ut etiam tunc cum secundæ res sunt maximè, saucius animi nunquam seriò gaudeat, præ dolorum intus acerbitate, atque irrequieto sui, Rerúmque suarum fastidio.

§ 5. Μήτε κομψεία τὴν ἡδονὴν σε καλλωπίζέτω. | Chrysippus in primo Rhetorices monuerat, non tantum Injucundas Vocalium Coitiones debere aspernari, nè nimio sententiam exornandi studio occupata mens, minoris quam fas est Rem ipsam, & quæ momenti plus afferunt, habeat pensi; sed & graviora jubet quædam admittere, subobscuras loquendi formulas, & plurima in Oratione invenusta, quin & Solœcismos etiam nondetrectare, quorum paulò delicatiores quàm maximè pudere solet. Hæc ille, & tamen Idem alibi in eodem Opere, parùm sibi cónstans, non simplicitatem modò & puritatem verborum curæ habendam censet, sed & quodcunq; ad ornatiorem reddendam Orationem honestè adhiberi possit, id omne sedulo accersendum decrevit; Imò &, quod magis demirere, Habitum Gestúmque Corporis Elegantem, Formationem Vocis haud insuavem, aptos Manuum Motus, Ingenuam Oris Speciem, & Vultum Rei quâ de agitur semper accommodatum, in Dicente desiderat. *Quantum mutatus ab illo!* Hæc quo tandem inter se pacto conveniant, viderint illi, quorum de Chrysippi Autoritate vindicandâ satagit. Id verò satis liquet, Stoicorum Sectam speciem semper præ se neglectæ Eloquentiæ tulisse; quippe quam nugatoriam nimis & futilem, parvíq; animi ducebant, eandémque operosam, & in quam exornandam Operam Sapiens tempúsq; contereret, minimè omnium dignam.

Ibid. Μήτε ὅρκου νόμῳ, μήτε ἀνθρώπου πρὸς μάρτυρος. | Sanctum sanè & utile in primis Præceptum si commodè accipias: sin autem respicis quas Stoici plerunque hac in causâ Rationes adferre solent, non tam Pietatem forsan, quàm Fastum sapere deprehendes. Quorsum enim Juramento se obstringere vel Testimonium suum alieno firmare Sapienti vetitum suspicare? Nempe

horsum. Quoniam ejusmodi Viro, atque ejus virtuti nimium quantum derogant; Cujus vel Nominis Prærogativam à receptis vulgo eum Legibus eximere, & sui adeò Juris statuere existimabant, ut contumeliâ se quodammodo afficiat, quoties se iisdem constringi vinculis patiatur, quæ apud infidam & profanam plebeculam indagandæ veritati necessaria quàm maximè usu comperta sunt. Hæc illi ferè de Juramento, Testibúsque advocandis, quò minus Sapienti suo vel injurato non habeatur fides: Quem igitur sui potiùs Fiducia, quàm Pietas in Deum à Jure-jurando arcebat. Nec tamen inficiendum, quin Vir magis Sacramento, quàm Sacramentum Viro fidem facere debeat. Atquì ut nunc dierum vivitur, alias in quotidianâ consuetudine Rationes Rerum necessitas postulat. Nec abs re igitur duco, si hîc loci, quid hac in causâ Institutio Christiana præscripserit, paucis commemorem. Institutio, quæ ut aliis omnibus, ita & Sapientiâ & Consilio quotquot uspiam aut sunt, aut olim adinventæ fuerunt, facile anteit universis; & vel idcirco præ cæteris suspicienda, quòd Infirmitatis, Pravitatísque humanæ miserta, ad Conditionem nostram, & Societatis publicæ Commoda se Morésque suos componere non dedignata est. Hæc igitur nè fidem ullo fallamus perjurio docet, sed summâ ut nos Juramenti Religione adactos sentiamus: Hinc etiam, nè crebrò, nè temerè, nè lascivè & in rebus nihili; sed ut seriò, ut sanctè, ut gravi necessitate impulsi, ut tremendam Numinis, Nominísque Sempiterni Majestatem veriti, Sacramenti vinculum animo injiciamus, arctissimis Legibus cautum est. Hinc Mandatum ut *Sermo noster omnis sit Etiam, Etiam; Non, Non. Matth.* v. 33, 37. Nudâ scilicet Affirmatione vel Negatione nobis ad invicem consuescamus, prout Probos Piósque decet, quorum de sinceritate ambigi haud æquum est. Attamen ab omni Juramento usquequaque prohibendo temperavit vel hæc Religio, quo nihil potuit fieri consultius; quum & idoneus, & necessarius, imò & laudabilis, dubio procul omni, Juri-jurando relinquatur locus. Siquidem & *Omni inter homines Controversiæ* (testante Apostolo) *hac demum ratione finis imponitur*, & ipse Deus, qui *nec mutari, nec mentiri potest*, quò cumulatiorem *hæredibus promissionum adjiceret fiduciam, quæ erat pollicitus obstringere Juramento non detrectavit. Heb.* vi. 16, 17, 18. Summa igitur Rei huc demum redit. Juramento parciùs utendum, nec nisi Charitatis causâ; hæc ubi aliter salva esse poterit, ab eo sanctissimè abstinendum. Modestè igitur, & in eandem ferè mentem Epictetus, qui Morem hunc non exulare prorsus à vitâ communi jubet, sed id tantum hortari ducit satis. *Epictet. Enchirid. cap.* 44. Ὅρκον παραιτοῦ, εἰ μὲν οἷόν τε, ὅλως· εἰ δὲ μή, ἐπὶ ὅσον ἐπὶ σοί. *Jusjurandum recusa si fieri potest, omnino: sin minus, quantum potes.* Nec illud etiam prætermittendum, quod Veterum nonnullos Herculi in laudem vertisse meminimus, illum nempe, semel tantummodo, dum ageret in terris, juratum fuisse.

Ibid. Ὁρᾷς δὲ σὺ ἀκριβῶς, ὅτι ἀδύνατον | *Scitè* hoc, & veræ Virtuti adeò necessarium, ut absque eo consummari nequeat. Cavendum verò, ut, dum rebus externis diffusi, in animi Bonis spem reponunt omnem, nè se suáque suspiciant arrogantiùs; & propriis freti viribus, adjutantis oblivíscantur Dei. Ab eo enim proficiscitur, & quòd recta velimus, & quòd ea quæ volumus rectè, exequi possimus. Nam & ita multoties Antonino persuasum haberi jam monui, qui Liberi quidem Hominis Arbitrii strenuum se præbuit vindicem, ita tamen ut Divino Auxilio inopiam nostram sublevanti nequid interea laudis debitæ detraxerit.

§ 6. Εἰ μὲ κρεῖττον εὑρίσκεις. | Hem tibi Artificium haud incommodum! Dum enim omnia videtur nobis permittere, & fortiùs animos commovet, & virtutem fæliciùs commendat, quàm si vel è Cathedrâ docentis, vel pro Imperio præcipientis partes Marcus susciperet. Hominum enim omnibus præ cæteris arridet *Libertas*, & ut Bonum eligamus sæpissimè in causâ est *indulta* ampliór eligendi *pro arbitrio* Copia. Ita humanum ferè ingenium, & quantum huic obsecundando profici soleat, callúit D. Paulus: qui Artis Oratoriæ probè gnarus, ad Thessalonicensium provocat judicium, more huic non absimili hortatus, *Omnia ut exploratum eant sedulò, quod autem Bonum esse compertum fuerit, id ut constanter retineant. 1 Thess.* v. 21.

Ibid. Κρεῖττον ἡ τὸ συμφέρον. Εἰ μὲ τὸ ὡς λογικῷ καὶ τοῦτο τήρει. | Regula verè aurea! Quæ, si seriò nobiscum in animo meditantes, eam semper haberemus in promptu, ab obscœnis Voluptatibus, & exitiosis Vitiorum insidiis, infandum quantum humanum genus emanciparet: In quas nunc effusi præcipites, & surdam Rationi rectæ aurem obvertimus, & turpem naturæ inurimus *maculam*, & gravissimum nobismet damnum, *falsâ* utilitatis specie producti, impingimus.

§ 8. Οὐδὲ ἀναπλάττει τὸν βίον ὡσὲ ἢ ποθοῦντα παραλαμβάνει. | Ita sanè. Quòd enim Mortem conquerimur intempestivam, nósque præmaturè in medio opere abreptos, id omne depravatis tantùm animi affectibus, & falsis Rerum Vitæque ipsius Ideis debemus. Nam si quis Rationibus benè subductis vivendi spatium ad calculos vocaverit, summam rerum omnem eò demum redire deprehender, ut *quomodo* vixerit plurimum quidem interfit, *quamdiu* verò, perparum. Quod igitur

igitur hîc loci animadvertit Marcus, haud indignum existimo, cui revolvendo semel atque iterum animum attendamus. Quamvis enim leviter percurrenti, aliquid fortàn parvi & de medio sumptum videatur, at si serió recogites, & examen exquisitiùs instituas, momentum haud leve ad virtutem allaturum, & eximiâ refertum Sapientiâ compertum iri, pro certò habeo.

Ibid. Οὐδὲν ἀπροσῴκητον. | Idoneam inprimis loquendi formulam! Tunc etenim Hominem jure merito *Abscissum* dixeris, quoties à cæteris, quæ in unum corpus coaluerunt, se divellit. Id autem fit, si Leges Æqui Bonique & Jus hominum commune insuper habeat; sibi soli studens, aliorum securus: Vinculis, quibus Hominum inter se Societas continetur, isthoc disruptis pacto, & penitus dissolutis.

§ 9. Τῶν ἀκροωτικῶν δόγμασιν σίτει. | Facultatem hanc ideò colendam docet Marcus, quòd ab illâ & primæ rerum excipiantur Ideæ, & Opiniones nostræ profluant. Quum itaque (quod & antehac me memini submonuisse) non tàm ad ipsam Rerum naturam, quàm ad istas quas animo concepimus Notiones, vita instituitur; quomòdo se habeat Facultas ista, tùm Affectuum, tùm Actionum Moderatrix summa, permagni referre constat. Quin & id obiter notandum duxi, Antoninum non illam solummodo partem memorare, quæ Corpori accedit propiùs, & *Phantasia* sæpenumerò audire solet: sed totam Mentem (aut Intellectum,) quatenus rerum notitiam adipiscitur, sive per Imagines in animo consignatas, sive aliunde petitam; quæ ita demum adepta judiciis ansam ferendis porrigit.

Ibid. Ἀναγραφῆναι. | De vocabuli Ratione fusè satis Gatakerus: Quod ad Rem verò ipsam, monitum Lectorem velim, quum omnia Terrestria in hoc quo nunc vivitur Rerum statu, ambigua, incerta, & ex parte tantùm cognita sint, nec quidlibet ad imum penitus explorando simus, Temerè statuere, atque animum in quâvis sententiâ pertinaciùs obfirmare, Viri Sapientis Officio convenire neutiquam posse. Philosophorum ad summum Cyrenaicorum modestiam imitari decet, qui externis parùm confisi, & de Naturâ & Conditione rerum nihil pronunciare ausi, intrà sui ipsorum animi Sensum se semper continebant. Cùm itaq; decernere iis Religio erat, *Ita sibi videri*, etiam de rebus diligentissimè perpensis, sat habebant asserere. Quanquam & istud etiam *Ita videtur*, Antoninum nobis præcidere hic locus ostendit: nec sanè injuriâ; Siquidem, postquam in partem alterutram animus propendeat, ex illo fælix esse desinis. Affectus enim, & Desiderium, & Solicitudo, Opinionis affectæ sunt, nec ab horum te poteris tædio eximere, nisi ab ipso etiam Assensu animum quodammodo sustineas.

§ 10. Κατὰ διαδοχὴν ἀνθρωπικῶν πράξεων τεταγμένην. | Locus ieporum plenus qui *Brevitatem* vitæ prætervolitantis notitiámque rerum cursoriam nimis atque imperfectam mirificâ depinxit arte; in quo etiam verborum impetum adeò concitatum advertere est, ut vel animi vis omnis rapidum Scribentis stylum celeritate vix assequi valeat.

§ 11. Οὐδὲν γὰρ ἴσον μεγαλοφροσύνης πτῶμα. | "A falsis præsertim Opinionibus humanam proficisci infælicitatem abundè compertum est. His enim præpediti Ignaviæ, Perturbationibus innumeris, atque omnimodæ ægritudini subjicimur ultrò. Hinc ad jus fàsque violandum impulsi, & tàm doloribus quàm voluptatibus sustinendis impares, duro nimis turpíque premimur servitio. Quum è contrà, si Marco obsecuti singula perpenderemus, atque examine priùs instituto quantula sint reapse rectè putaremus; quodcunque nobis obtigerit, non tantùm moderatè ferre, sed & eò usque habere contemptui facile esset, ut nec Gravissima faceſſant molestiam, nec Lætissima tantâ apud nos sint existimatione, ut eapropter vel tantillum à virtute deflectere, unquam operæ ducamus pretium." Quæ deinceps in hoc Capitulo sequuntur Percontationes Vim hujus Præcepti Exemplis illustratam præbent, rationem ad istiusmodi Cogitationes animum instituendi præclarè docent; inanes denique metus cæteróſque affectus inordinatos arcendo; vel saltem compescendo nos præstabunt idoneos."

§ 14. Τὰ ἀπομνημονευθέντα σου. | Reddendum censui per *Les Commentaires de ta Vie, Commentaries vitæ tuæ*; (cæteris (fateor) absonus) ut aliquid hîc loci diversum intelligatur, ab Excerptis (ἢ συγγεγραμμένων) quæ sequuntur. Nam & Antonini quæ in vitâ suâ maximè erant memorabilia, descripsisse, Filióque, quòd instar Archetypi esset, ad quod se suósque mores componeret, dono dedisse, accepimus. Sed temporum injuriâ factum est, (quod ægrè ferendum) ut Hoc operis ad nos usque minimè pervenerit.

Ibid. Σπουδὴ ἐν τῷ πολιτικῷ. | Stoicis humanorum Studiorum finis hic est, ut benè vivendo, & aliis benefaciendo utilitati publicæ inserviant. Sed quod in accumulandis thesauris avari solent, qui dum plurima conradere gestiunt, nihil interim ab acervo depromere sustinent; Idem etiam Virtutis & Sapientiæ qui se Candidatos autumant Regulas ferè, & Definitiones, Aphorismos, & quicquid acuminis habent Philosophorum Scripta solicitè colligunt, excerpúntque: iisdem tamen inerti Scientiâ gaudentibus, quo tandem pacto aliquam congestorum partem in usus erogare possint publicos, hè minimæ quidem curæ est.

Ibid. Σαυτῷ βοήθει, εἰ τι σοὶ μέλει σαυτοῦ. | Benè monuisti Marce; & oppidò opportunè. Solent enim plerique Omnia ab aliis sperare, suî interim negligentes. Videntur scilicet Veritatis Cognitio & Vera Virtus alienæ esse operæ, nobisque otiosis facile competere. Sed Error iste inprimis excutiendus; nec enim vir bonus esse potest aut sapiens, qui is ut fieret non sedulò enixus est: nec exquisitissima vel Instituentis Scientia, vel Instituendi methodus, quò minùs inertes ignarique pereant Discipuli, obstare poterit. " Audiant velim & eruⁿ bescant Christianorum vulgus, qui ut ignaviæ " culpam suæ à se procul amoveant, Pastores in- " cusare solent, issque vertere vitio, quòd in Re- " rum Divinarum, & Bene vivendi studio Popu- " lus parùm profecerit. His contrà jugiter rege- " rendum, Σαυτῷ βοήθει. Tibi nisi consulas, " actum est, ilicet, periisti. In Te uno sitâ est " ista salus; quam si per socordiam steteris quò " minùs assequare, *Perditio tua ex Te* Vitium " hoc familiare nimis nôrunt om- *Hos.* xiii. 9. *Matth.* xxiii. 37. " nes, qui homines quibuscum " jam vivitur ubique non prorsus " ignorant: sed insulsum interea " loci absurdúmque si quod aliud fateantur ne- " cesse est, etiam qui sub hoc prætextu excusa- " tiùs peccare videri gestiunt. Sed usque adeò " difficile est vel ipsas ineptias ab hominum pe- " ctoribus avellere, quæ aliquem saltem quan- " rumvis exilem Ignaviæ Vitioque nostro fucum " obtendant.

§ 16. Σώματος αἰσθήσεις | Fit enim Sensatio ope Spirituum Animalium. Qui ipsi & Corporei, licet è contextu inprimis subtili; & Corporis partes sunt, Cerebro scilicet nervisque interfusi. Cùm itaque variis horum motibus organa afficiantur Sensoria, jure meritissimo Sensus corpori adjudicantur.

Ibid. Ψυχῆς ὁρμή. | Per *Animam* hîc loci Inferiorem & Sensitivam tantùm fac sis intelligas: In quâ Corpori proximâ Appetitus locum sortiuntur: & innumeræ Affectiones ab externarum rerum Impressionibus obortæ.

Ibid. Νῦς δ' ἡγεμὼν. | *Mens* Intelligentem Animam denotat, seu quem speciatim *Animum* nuncupare, philosophis solenne est. Huic autem Opiniones adscribi convenit, quia partium cæterarum est Imagines excipere, proponere, & repræsentare tantùm: Hujus autem, Judicis ad instar, secernere, statuere, annuere perceptis, vel respuere, & causâ tandem peroratâ, quòd par erit aut secus; opinari censetur.

Ibid. Τὸν τῶν ἀγαθῶν ἔχειν δεῖ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν ἄγαθον. | Argutè admodùm. Nec enim ad veram Virtutem sufficit, ut quæ Hominis sunt Boni exequamur, nisi & animo Bono. Quo enim consilio, & quod ob finem etiam quod bonum est agamus, magni refert. Perfidus & flagitiosus, imò & Atheus, est quando larvam virtutis induere, atque externa munia obire omnia, nulli detrectabunt; quoties scilicet ex usu illis fuerit, ut pro Probis Pijsque habeantur. Sed hanc discriminationis notam ob oculos posuit Marcus, ad quam, ceu Lapidem Lydium, vel sese quilibet, vel alios vocare poterit explorandos. Ità enim à Reprobo sincerum secretum iri. " Nam hæc verba cum iis quæ perperam disjuncta reperias, (τὸ ἴδιον ἄγαθὸν τοῦ ἀγαθοῦ) connecti debere, satis per se liquet. In partes itaque Gataker*i*anas me totum transfero; D'Acerio licet, vel aliter sentienre, vel loci mentem (per incogitantiam, ut sunt homines etiam eruditi nonnunquam) aliò deflectente.

Ibid. Τὸν δ' ἔνδον——δαίμονα μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντασιῶν. | In tantâ Visorum Turbâ atque Congerie, Errores & Perturbationes quin scateant fieri non potest. Hujusmodi verò Illuviem Animum contaminare, atque in transversum agere facilè constat. Quin & Divinum illum Humani Pectoris Incolam, (Spiritum Sanctum) turpe illud commercium respuere, & loco cedere spurcis hospitibus profanato Pagina Sacra disertè denuntiat.

In

In Librum Quartum.

§ 1. Δύσμορε συμφορήσεως. | Duram sanè admodum, & miserandam nimis hominum Vicem dixeris, si quicquid Boni perficere in Animo habent & Votis, id excideret prorsus, nec, nisi ad Umbilicum perductum, in Rationes illis referretur; Utpote, quibus Impedimenta sæpenumerò obstiterint quamplurima, quæ neque quin eveniant, prohibere; nec postquam se ingesserint exsuperare, in eorum sit potestate situm. Deus igitur, pro summâ, quâ semper usus est, Æquitate, & Clementiâ, id omne nobis virtuti ducit, quod serio studemus; Obstacula verò, quæ nè expletum reddamus efficiunt, provido ità disponit consilio, ut & ipsa novam benè agendi præbeant materiam. Siquidem vel iis, quæ frustrà tentavimus, frui licet; cum frustratione rectè utentibus etiamsi Rationes ineantur novæ, eadem tamen est Mens; & in eodem manentes proposito, idem manet præmium, & ultimus rerum Exitus. Actus quidem immutatur; Voluntas, & Approbatio non ita: nostrum enim est benè velle, atque animum in id intendere sedulò, Deo ut obsequamur; sed quo demum pacto istud à nobis obsequium, hoccine mavult, an illo potius præstari modo, Illius refert, non Nostrâ statuere. Eligentes intereà loci quod nobis videtur Illi maximè fore cordi Siquid inopinatum à primo depulerit consilio, aliâ confestim deflectendum est viâ; & Providentiam sequendum Ducem. Namque ita demum, & hoc quod possumus, boni consuletur; & illud, quod præ inopiâ frustrà volebamus, nobis nihilominùs lucro deputabitur. Articulum, Lector, iterum atque iterum revolvas velim animo; præclarum inprimis, & qui vel Homini Christiano facem præferat, minimè indignum.

§ 2. Μηδὲν ἐπίρρημα οἰκεῖον. | Nec frustrà est, quod hoc nobis inculcat. Parva enim perfunctorie expedire assuefactis, in usum venit paulatim Indiligentia: Nec animum temerè agentem sæpiùs, ad majora intendere serio, aut altiùs in gravissimis defigere negotiis mox nobis erit integrum.

§ 3. Ἦτοι Πρόνοια, ἢ ἄτομοι. | Ex hoc dilemmate sic instituitur Argumentum. Si Numinis Providentiâ gubernentur omnia, nihil tibi ab illâ metuendum est mali. Hoc ex jam antedictis liquet. Sin autem Casu cæco, & fortuito Atomorum concursu eveniant omnia, quid à ratione alienius, quàm vicem suam dolere; cùm nemo sit qui querelis tactus res in meliora reducere queat? "Sis itaque Stoicus, sis Epicureus licet, utrinque tuâ ut sis sorte contentus suadent rationes non inidoneæ. Cum & illa Injustas damnat, & ista inanes Schola quærimonias."

Lib. 2. 3.

Ibid. Ἐγγύθεν ὅτι οὐκ ἐκμέμηνεν λείως ἡ τεχνικὴ κινήσεως πνεύματι ἡ διάνοια. | Veritatem Physicam exquisitè Marcus exposuit, Artificio usus verè Philosophico. Nam nec inficias eundum est, penes nos esse, Cogitationem & Mentem à Mechanico Sanguinis impulsu, & Spirituum motibus præcidere. Siquidem quæ seorsim habitat, nec istis Nervorum affectibus tangitur, quorum ope atque interventu Rerum vestigia externarum, & quasi Imagines in cerebro signantur. Non patitur Anima; sed Mediante tantùm Intellectu sentit, & proinde sui juris aliquatenus esse poterit. Ut sit tamen, Ingenio forti, & quæ verum à falso secernat Acie, opus est. His enim destituta, næ illa turpissimam servit servitutem; & momentis Visorum levissimis, quæ turbinis instar, fluctuantem exagitant, rursum prorsum abripitur misera. Quod igitur fieri posse assero, idipsum rarissimè factum lubens concedo. Nec multum hac in re profeciisse puto Stoicos, quum isti, pro fastu & tumido Disciplinæ suæ Ingenio, modum servare nescii, & Imbecillitatis humanæ minus quàm par erat memores, magna loqui quàm vivere, longè facilius reipsà experta sunt. Hanc verò haud injurià inustam illis notam, dabitur ni fallor infrà idoneus probandi locus.

Ibid. Περὶ παιδὸς μὲ ἀπῶ μηδὲ κρίνοντινι. | Recessus olim ab Antonino laudatus non inutilis esse non potest, si effrænis Animi Impetus, & vehemens Contentio tecum eant unà; ii tibi novas facessere molestias de rebus externis solicitus; si denique quicquid evenerit adversi strenuè obniti contrà, pergas. Sic enim à Deo descisces, & cum inexpugnabili Necessitate manus conserere frustrà, animum instituis. Affectibus igitur, quantum poterit, exuas te primùm oportet; & Providentiæ Decretis te præbeas morigerum; ita mandem & liberum, & bonum Civem futurum. Hæc sunt, si Marci mentem capio, quæ nos hîc loci monitos vult.

§ 4. Εἰ

§ 4. Εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινόν | Si Antoninum per omnem Rationum seriem in longum hîc deductam rectâ sequamur, dogmata illa pro compertis habebimus. Unam scilicet eandémque omnium quantum ubique est hominum communem, à Naturâ latam, & proinde sanctissimè obtemperandam Legem. Animam verò humanam, ad substantiam ejus quod attinet, materiæ expertem esse, casibus quibus subjici res corporeas notum est, minimè obnoxiam; quin & corpori superstitem, & in æternum duraturam. Consecutionem habes necessariam, & quæ inter Demonstrationes referri mereatur.

Ibid. Καὶ ὁ λόγος, ὃν τὸν λογικὸν ἕκαστος, κοινός. | Rectè colligit. Dato enim Rationem non esse omnium communem, quorsum Intellectus? qui, cùm circà Rationem versetur unam, objecto destitutus proprio, quod ageret prorsus non haberet. Error itaq; tam immanis in Rerum naturâ nè suspicandus quidem. Demptâ nimirum Ratione, eâdem operâ demitur & Intellectus: Adeò ut nequid ultrà, quod genus humanum à bellnino secernere queat, nobis ita demum supersit.

Ibid. Εἰ τοῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός. | Legem vides à Naturâ cordibus omnium insitam Antoninum agnoscere pronum; quicum & sensisse D. Paulum liquet, de Gentibus testatum, Quòd istæ *Naturâ quæ Legis sunt faciunt, & Legem non habentes, sibi ipsis sunt Lex; quòd ostendunt etiam Opus Legis scriptum in cordibus suis, "* una *testimonium reddente ipsorum Conscientiâ, & cogitationibus sese mutuò accusantibus, aut etiam excusantibus."* Rom. ii. 14, 15. Enimverò non desunt idonea quæ animum inducant Argumenta, Legem Positivam, quàm vocant, & Scriptam, ut in Subsidium Naturalis & non Scriptæ credamus adscitam: novísque munitam Sanctionibus, quò melius lascivientem hominum proterviam coerceret; iísque injiceret peccandi formidinem, qui, (spretis ut solent quæ vetera & domestica sunt) ad omne nefas proclives devenerant. Nam *& idcircò* (inquit S. Hieronymus) *data est Lex per Mosen, quia prima Lex dissipata est.*

Ibid. Ἐκεῖθεν ἢ ἐκ τῆς κοινῆς ταύτης πόλεως αὐτὸ τὸ νοερὸν ἢ πόθεν; | Si ista aliunde profecta commiscaris, Totum extra Totum ponis, quod ineptum est & absurdum. Quòd si, ut isto te laqueo expedias, ab ingenti Hâc communiq; omnium Civitate agnoveris exorta, dic sodes, quonam sint stemmate prognata. Visibilem rere causam, & sensibus subjectam nostris? At hoc quî fieri potuerit nullus intelligo. Mundum enim ipsum ab Intelligente aliquo Conditore extructum satis constat; & proinde, nec minus est liquidum, etiam ante Mundum conditum extitisse Intellectum. Huic accedit, quòd omnis substantiæ sensibilis, ut & Materialis sit, necesse est. Jam verò, quum Similia non nisi Similibus nascuntur, Materia Animæ Immaterialis Origo esse non potuit. Reliquum est igitur, ejusmodi Causæ ortum eam debere, quæ cum visum sensúsque omnes corporeos fugiat, Animo tantùm nostro percipi potest ipsa incorporea. Deus autem subintelligentiam solam cadit unus. A Deo itaque uno rectè colligitur Intellectum, Rationem, Legem denique illam, quibus Gens hominum universa & prædita est, & sanctissime obstricta, rivorum instar à suo fonte, profluxisse.

Ibid. Οὕτω γὰρ τὸ νοερὸν ἴδιον πόθεν | H. e. Nemo sibi Intellectum dono dedit, quia nihil sibi ut existat causa esse potest. Ab alio igitur acceptum tulimus; à Deo nimirum, qui quod solus habuit, solus impertiri potuit. *In ejus enim sinu reconduntur omnes Veritatis & Scientiæ Thesauri*, Coloss. ii. 3. testante Apostolo. Quos, prout ipsi libitum fuerit, depromi diffundíque, in eos quorum Natura munus egregium capit, confitemur grati. Verentes interim, ne subarroganter faciamus, si Mentem nostram utcunque præstantissimam Divinæ mentis effluvium, aut portiunculam, similem usquequaque, & ejusdem Substantiæ, cum Stoicis dixerimus."

§ 6. Ταῦτα ὅπως ἐνῆν μὴ τοιούτῳ ὄντι ἀφυκτα γίνεσθαι, ἐξ ἀνάγκης. | Videtur ista Marcus, patientiâ ab improborum aliquo nuper læsâ, secum animo recogitâsse; quò magis importunam recentis injuriæ recordationem leniret, consopirétque. Cæterùm quam sibi fingit necessitatem, ingenium hominum istiusmodi depravatum intelligo. Quin & ita fert omnium natura, ut & Mali in Deteriora, etiam quæ minus probant, sæpenumero propellantur; & Boni etiam à Bonis inceptis se miserè præpeditos, distentósque sentiant.

§ 14. Ἀναληφθήσῃ εἰς τὸν κόλπον ἀπὸ τοῦ ὀνόματος. | In sinum Numinis rediturum Hominem pronunciat; in quo omnes repositæ continentur Ideæ, & Rerum Exemplaria quarumcunque, tàm reverà atque Actu, (ut Scholasticorum ad morem loquar) quàm Potentiâ tantùm existentium. Hoc enim voluit Plato, Deum, tanquam Architectum Domûs hujus immensæ, universa animo concipere, & singula deinceps ad ista Archetypa accurato effingere Artificio. Dogma sanè haud temere repudiandum, si commodè accipias; & ab iis pleruncque insimulatum vitii, qui rem parùm perspectam habuerunt. Quod verò hîc loci nobis pollicetur Antoninus, Nos ad Causam Rerum Primam, & Rationem Universalem, tanquam domum, unde dudum profecti sumus peregrè, tandem reversuros, & cum ipso coalituros Deo; haud multum (putes forsan) ab illâ Sæculi futuri Imagine abludit, quam D. Paulus Corporis Christi

Christi unionem delineans, Sanctis olim Ephesi agentibus ob oculos exhibuit. *Deum* nempe *secundùm gratuitam suam Benevolentiam, proposuisse in se, ut in pleni temporis dispensatione recolligeret omnia in Christo, tàm quæ in cœlis sunt, quàm quæ in terrâ.* Ephes. I. 9, 10.

§ 15. Πολλὰ λέγουσῖν βουλόμενοι ὅτι τῦ ἀυτῦ ἄξιοι. | Hem tibi, Lector, humanam Conditionem ad vivum delineatam! Imaginem, quæ nos tanquam Victimas jam fato devotas ad aram statuit. Parum nempe visum est Antonino, mortem omnium communem prædicare, nisi & id adjecisset, hâc lege nasci quicquid est hominum. Thuris enim instar, quod in sacris iccirco conspergitur, ut ignibus absumptum divinos spiret odores; Nos itidem universos in mundum venire ut mox exeamus: Absque quo nec finem & conditiones naturæ absolvi posse.

§ 16. Ἐντὸς ὀλίγ. ἡμερῶν θεὸς αὐτοῖς δόξει, οἷς νῦν θνητόν. | Ad illud forsan Aristotelis in primo Politicorum alludit, quod Solitarium & à Societate alienum, aut Deum, aut Feram habendum pronunciat. Hic verò Plebeculæ Ignorantiam & Levitatem acriter perstringit, quæ, quoties de vitiis aut virtutibus alienis judicium fertur, citrà limites extremos nescit consistere. De Principibus præsertim nihil apud hos interesse solet, quin vel ut Portentosæ reformidentur Belluæ, vel ut Dii terrestres summâ Religione colantur. Hæc autem, quantum conjicere est, in Mentem Marco venisse reor, ob Rescriptum aliquod, quod Populus, (ut solet omnia quibus Res in melius mutantur, & veteres facessunt corruptelæ) ægrè ferebat. Sic igitur animum adversus insani vulgi Clamores obfirmat, malevolentiæ & furori ne locum cedat; cum & ejusmodi homunciones sibi nunquam constent, se cœco impetu ferantur instabiles; nec vel Optima quælibet, vel Pessima, iis diu vel placere, vel displicere possint.

§ 18. *D'Acerio* xix. Μὴ μέλλε ἤδη ἀγαθὸς γίνεσθαι. | Utinam, & huic ut oportuit, obtemperatum esset præcepto; aliena ne curiosi nimis anquiramus Vitia, ut ab istis exemplis majorem peccandi licentiam nobismet arrogemus. Quoties enim Hoc excusationis vel turpissimis obtendi vidimus flagitiis; *Quod alii in se admittere non dubitant, quid est quod id non & mihi liceat?* Consultiùs autem Noster, qui, quod nos agamus ipsi, id cuique potius animadvertendum hortatur; & *lineæ* (hoc est regulæ vivendi) *rectà insistendum*, ut laqueum hunc declinemus; nec alienâ malitiâ audaces facti, ad justos transeundum limites animos sumamus. |

§ 19. *D'Acer.* xx. Πάλιν ἄγε δὴ οἰκειοτέραν τινὰ. Præ cæteris, quas habet laus & existimatio bona commoditates, ea est exoptatissima, quòd alios ejusdem desiderio impulsos, ad præclara quibus populum demereantur tentanda, vehementiùs stimulare soleat; atque illos etiam, qui nostras prædicant virtutes, eas ipsas imitari faciat. Is certè fructus bene agendi amplissimus, nec à Stoicâ Severitate, nec ab humilitate Christianâ inhonestè expetitur. Procul enim abest, ut ei vitio sit vertendus laudis amor, qui ejus idcircò tantùm se præstitit avidum laudatus, ut aliis profit magis, & dum Virtutis præmium percipit suæ, animos ut adjiciat & diligentiam alienæ.

Ibid. Πάρες γὰρ νῦν ἀχρείως τὴν φυσικὴν ὕλην. | " *Renonce donc pendant qu'il est temps à ce vain-présent* " *de la nature.* Ità *D'Acerius* | *Missum igitur fac, dum adhuc tempus, inane hoc naturæ munus.* In hanc mentem illa traductio, & quæ sequuntur postea". Locus hic in Textu manifestò corruptus. Si Antoninum assequor, Laudem ille popularem *Naturæ munus inane* appellat, quoniam Vox est, & præterea nihil; Rumor tantùm incertus, & Aeris undulati strepitus; quo tamen & nostra sæpiùs intumescit superbia. Sed & iste Tumor inflatus & vilis; cùm ne minimum quidem incrementi rei inde accedat laudatæ; ut in Articulo sequenti fusiùs exponetur. Hic mihi sensus arridet plurimum. Quanquam nec me fugit plerisque visum esse, hæc aliter & legere & interpretari; qui & sensum hinc eliciunt minime contemnendum. *Omittis*, inquiunt, *intempestivè hujus* (Laudis) *gratiâ quod in Te naturæ* (Deus) *posuit*, (ut in te scilicet uno fælicitas sita sit tua) *dum ab aliorum sermonibus interea* (ut sis felix) *pendes.* Pace tamen Virorum dicam, hanc Textûs quam nobis exhibent emendationem, nec Stylo nostri Imperatoris congruam, nec loquendi mori Græcis usitato benè accommodatam esse. Quod etiam si jam mihi animus esset & otium, facili negotio evinci posse arbitror.

§ 21. D'Acerio 22. Εἰ διαβόητον αἱ ψυχαὶ, πῶς αὐτὰς ἐξ αἰῶνος χωρεῖ ὁ αἰών. |

" *Oh miseræ hominum mentes, O Pectora cæca!*
Qualibus in tenebris. — Degitur hoc ævi quodcunque est?

Ista verò, licet aliàs haud ineptè, at nusquam tamen meliori prædicantur jure, quàm de vanis illorum conatibus, qui suopte ingenio, atque acie Mentis vel oculatissimâ confisi, certis interim quæ palantes dirigant regulis, & solidis rationum quibus innitantur fundamentis de statuti, in occulta rerum penetrare se suscipiunt." Commentum enim hoc, quod tanto studio, & tot vides argutiis ab Antonino elaboratum, quorsum est omne, nisi ut humanæ cæcitatem Sapientiæ Lectori commonstret apertiùs; & quàm penitùs ignorabat ista, tùm veram Animæ naturam, tùm quis sit ejus post obitum mortem Status? Principiis Disciplinæ

Stoicæ

Stoicæ, quæ, ut Corpora noſtra ex immensâ materiæ univerſæ congerie, animas itidem noſtras à Spiritu Univerſali exhauſtas autumat, haud incongruum videtur; ut neque Corpora, neque Animas extrà Univerſitatis hujus, unde ortum duxerant, limites tranſcendere poſſe putemus. Quòd ſi aliter ſe res haberet, Subſtantiam utramque, fumi inſtar, diffundi dicendum eſt, qui locum occupat infandum quantum ampliorem, quàm illum, in quo Ignis unde emiſſus eſt continetur. His ita datis, inquam, neutiquam abſurda eſſet Marci Ratiocinatio: Sed & illud non minus conſtat, hæc ita dari minimè debere; atque adeo Principia iſta dudum convulſa, & idoneis refutata argumentis non ſemel, nî fallor, in antedictis, jam jure rejecimus. De Animis intereà loci quæ diſputantur, Somnia & nugæ omnia. Corporis enim eſt & Materiæ quidem ſpatium loci occupare, Animæ itidem & Spiritûs, nullo modo. Quicquid enim eſt ipſum expers materiæ, ſpatium id tenere & plenum ſibi vindicare, nemo eſt Philoſophorum, qui opinatur.

Ibid. Εἰς τὸν ἀέρα μεταδιδόναι ψυχαὶ ἐπὶ πόσον συμμένουσιν μεταλλάξαι | Non deerant apud Veteres, qui Animam humanam crederent in aerem ſe poſt mortem ad tempus recepiſſe. Ut, Depurgatis in iſto diverticulo ſordibus, quas inter nuperum cum Corpore commercium contraxerat, in cœlos tandem reverteretur pura; atque in ſinum Numinis recepta, ubi ab initio fuerat, ibi demum eſſet denuò. Horum commentis haud multum abludere videtur Marcus.

Ibid. Gatak. D'Acerio 23. Διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν, καὶ εἰς τὸ αἰτιῶδες | Per Αἰτιῶδες (*Formam*) Stoicos ſatis conſtat *Spiritum Naturæ* voluiſſe, ſive *Cauſam Efficientem*, ut verbo dicam, *Deum*. Quem ita Materiâ permiſtum penitus atq; confuſum unà cenſebant, ut ab illâ nullo modo divelli, aut ſeorſim exiſtere poſſet. Deum ſcilicet illi ita fere Mundo ineſſe, ut nos Animam corpori credimus. Næ illi Errorem errabant rectæ rationi nimium quantum abſimilem, Veritati autem æternæ divinitùs patefactæ, toto diverſum cœlo. Nobis licet intereà loci Antonini verba ſalvâ etiam veritate uſurpare, ſenſu, modò ſimpliciori accepta; ſiquidem ad rerum Notitiam recta patet via, & aditus omnium facillimus, in Materiam & Formam ſingula dividentibus. Jam verò per *Materiam*, *Eſſentiam* ſive Subjectum rei cujuſque intelligas oportet, per *Formam* autem, iſtud quodcunque eſt, quod inter res invicem diſcrimen ponit, & in causâ eſt, cur id de quo quæritur, Hoc potius quàm Illud, & ſit, & nuncupetur. Formas autem quod attinet, haud multum refert, Naturâne illæ an Arte proficiſcantur, Simplices ſint an Compoſitæ.

§ 23. D'Acerio 25. Ὁ φέρων αἰ καὶ ἄρχει τῆς φύσεως. | Habet enim & Natura Tempeſtates ſuas, ad varios, non minùs quàm quas Annus habet, uſus aptas. Iſtas Infantiam, putà, Adoleſcentiam, Ætatem virilem, & Senectutem.

Ibid. Ὦ πόλις φίλη Διός. | *O Urbs amica Jovis!* Quiſquis enim ita animum induxit ſuum, ut univerſum hunc terrarum cœlorúmque orbem *Dei* eſſe Civitatem credat, quæque uſpiam fiunt, ab eo Gubernatore providè diſponi omnia, æquam *is* ſemper ſervabit mentem, nihil non in rem ut ſit ſuam diſpenſari memor; & quæ non temerè eveniunt, ſed ſummo ſapientiſſimóque ordinantur Conſilio, perſuaſum habebit ſibi, citrà obmurmurationem aut ægritudinem excipi debere, quin potiùs & læto animo, ulniſque, quod aiunt, ambabus eſſe amplexanda.

§ 24. D'Acer. 26. Ὀλίγα φροντίζοντα φαῦλα, &c. ὡς ποτὲ ἄμεινον, &c. | Non abs re Diverbium illud Democriti in melius mutandum cenſuit Antoninus; quippe quod non tàm ad Benè agendum, quam ad nihil agendum ſuadere videatur. Moleſtam enim & curioſam nimis dum foràs expulit ſolicitudinem, Inertiæ & Socordiæ aperit oſtium; quæ omnium vitiorum & turpiſſima ſunt, & fœcundiſſima. Animum igitur advertas velim Lector, nè nihil agendo, agas peſſimé. Digna enim ſunt iſta, quæ & revolvas ſeriò, & facias ſeduló, & Authorem talia ſubmonentem multus idcircò venerere.

§ 25. D'Acerio xxvii. Πείρασον πῶς σοὶ χωρεῖ. | Non Marcum latuit Ingenium *humanum* ad mala proclive, & animus *pleriſque* contumax & præfractus. Conſultò itaque *Sis vir bonus* detrectavit dicere; Hoc enim quod extemplo poſtulet, magnum nimis videri poterat; & odioſum imponere jugum vel primâ facie non ferendum. Satius nempe duxit homines paulatim experiri, & animos reluctantes tractare molliùs Πείρασον, inquit, *Periculum facito tantùm*, ac ſi timidos erigeret, ne ea re prorſus inexpertâ deſperent protinus. Quin & invitos allicit, onus iis iri leve pollicitus; quod & nos ita futurum ſatis ſcimus; Cum & Marcus veriſſimè hîc loci innuat, nihilo nobis ad virtutem, niſi quod poſſumus, opus eſſe; & Pagina Sacra diſerte promittit, ex animo contendentibus venturum in ſubſidia Deum, & quod noſtrum eſt ſincerè velle, id Illius eſſe feliciter effectum dare.

§ 26. D'Acerio xxviii. Ἐπέρχεται ἐπὶ τὰ, ἴδε τὰ ταῦτα. | Interpretes hîc loci mihi videntur fere omnes hallucinati eſſe. In mentem nimirum ſibi revocat Antoninus, quæcunque tempore jam exacto perpeſſus erat dura; quo magis iſtius ope recordationis & præterita leniret mala, & adverſùs futura ſe fortiter componeret. Quibus ut decet ſubeundis ii proculdubiò ſunt multò paratiores, qui ita animum comparant ad omnia, ut nequid iis accidat novi, aut præterquam quod ipſi ſecum antehac cogitatione dudum præceperant.

Ibid.

Ibid. Ἁπλοῦν σεαυτὸν. | Simplicitati, quam nobis commendat Marcus, nihil magis est ex adverso oppositum, quàm Angor ille & Impetus animi, quibus affectus quoties vehementius impelluntur, hominem commovent, discruciant, & rectæ rationis Imperium depellunt deturbantque.

§ 27. D'Acerio xxix. Ἡ κυκλοῦ, συμπεφυρμένου μὲν, ἀλλὰ κόσμου. | Posteriorem videtur clausulam adjecisse, quò Dogma Epicureorum daret ludibrio. Illi nempe ornatum rerum pulcherrimum, & ordinem constantissimum non possunt non dignoscere, at omnia tamen èfortuito Atomorum confluxu nasci, non sunt etiamdum veriti asserere. Ineptiæ quidem istæ nulli non manifestæ, Quas, etsi res ipsa per se satis indicat, fatendum tamen loquendi morem Græcis usitatum, præ cæteris lepidè depinxisse; cùm his familiare sit, &

κόσμου. *Mundum*, & Venustatem, Ordinem, Partium Convenientiam, & elegantem Dispositionem, uno eodemque denotare vocabulo.

Ib. Οὕτως πάντων διακεκριμένων, καὶ διακεχυμένων, καὶ συμπεφθῶν. | Hoc uno satis evincitur Argumento Epicuri Hypothesin esse omnium absurdissimam. Mundi enim partes si ab initio temerè confluxissent, quî tandem fieri potuit, ut contraria contrariis conspirarent invicem, & elementa discrepantia positis privatis inimicitiis utilitati communi inserviendæ mutuam officiosa operam darent? Quin ista igitur à Sapienti quodam Potentique omnium Domino demulceantur ita temperenturque, ut suis singula limitibus contenta cæteris ne vim inferant, quisquis animi non est valdè præfracti, nullus aut in dubium vocabit, aut aliunde ut probetur, postulabit.

§ 29. D'Acerio xxxi. Οὐκ ἄπλοῦς ξένου, καὶ ὁ μὴ γινώσκων τὰ γινόμενα | Ignarus Rerum quæ in Mundo geruntur is est, qui attonitus infortuniis hæret animo; quò se vertat nescius; & quod accidit iniquè ferens. Quæ omnia virum parum cogitantem, & Calamitates haud ut par erat provisas fuisse indicio sunt.

Ibid. Φυγὰς ὁ φεύγων τὸν πολιτικὸν λόγον | *Celuy qui refuse d'obeïr à la Raiſon Univerſelle & Politique, c'eſt à dire, à la Providence. Qui Rationi Universali & Politicæ, Divinæ nempe Providentiæ morem gerere recusat.* Ità censui explicandum, quod Marcus voce unicâ Rationem *Politicam* dixerat. Pluribus enim visum est opus, quòd Phrasis ista Modernis insolentior parum esset perspicua. Providentiam vero Divinam hoc insigniri Titulo æquum est, quoniam Illa pro Arbitrio quidem suo, ità tamen ut ex usu fore maximè non singulis tantùm nostrî, sed Toti huic Rerum universitati, prævideri, Varios dispertiatur Eventus. Quod ut aliàs sæpè fusiùs exponit, ita & hîc obiter nobis subindicare voluisse Antoninum totus opinor.

§ 30. D'Acerio xxxii. Ὁ μὲν χωλὸς χωλὸς φιλοσοφεῖ. | Prætextus jam præcidit futiles, quos nonnullis solenne est suæ obtendere ignaviæ, excusatum iri se sperantes, quòd ad Virtutis studium animos non antehac adjecerint. Causatur hic nimirum Inediam, Ægrotat ille, Rudis est iste nec suppetit otium esse doctiori, Tardo natus est alter hebetique ingenio. Frigida nimis & jejuna omnia! Quæ enim causantur Impedimenta, adjumentorum in loco sunt potiùs habenda. Eò enim ardentiùs expetenda est Philosophia, quo quisque rerum est imperitior; eò magis huc confugiendum, quò res secundæ sunt minùs. Illa etenim malorum Medicina est optima. Paupertas, Morbi, Ignorantia, quicquid denique Incommodi humana fert natura, hoc uno fiunt leviora pacto.

Ibid. Ὁ δὲ χωλὸς βιάζεται. | Cleanthen fortasse respicit, qui cum præ extremâ rerum inopiâ libros tabulasque unde emeret non haberet, à Zenone Prælegente excerpta in Lateribus, & Conchis, necnon Ossibus Bovinis descripsisse perhibetur.

§ 33. D'Acerio xxxv. Οὕτως ἂν καὶ τὰ ὀνόματα ἅμα πᾶσι πολυϋμνήτων | En tibi quod pungat gloriolæ avidos, spesque illorum inanes labefaciat, qui nomen & honores suos in longitudinem iri productum, & seros nepotes præclara renunciaturos gesta frustrà sibi pollicentur. Vel ipsum scilicet Nomen brevî obsolescet, nec quid sibi velit, aut quinam illi fuerint, capiet Posteritas. Quorsum igitur famam tam brevî perituram, tam miserè depereas!

§ 36. D'Acerio xxxviii. Σπέρμα θεῖόν τινα πᾶν τὸ ὂν τῆς ἐξ αἵματος ἰσομέρου. | Idea bella inprimis, & quâ me mirificè oblectatum sentio. Ità scilicet & nos etiam emorientes terrâque conditi, tanquam germina repullulascere, & in gemmas emicare de Sepulchris incipimus, largo onusti fructu mox in die Resurrectionis futuri.

§ 39. D'Acerio xli. Κἂν τὸ σωμάτιον τίμπτηται, καίηται, &c. Ὅμως τὸ ἀναλαμβάνον δεῖ τούτων μόριον ἡσυχάζῃ. | Fastum ista & vaniloquentiam Stoicorum redolent omnia. Qui Conditionis humanæ videntur obliti prorsus, dum animam corpori consociatam adeò solutam autumant, & perpessionibus conjugis haud obnoxiam, ut vel medios inter Cruciatus Otio possit illa & Quiete in solidum perfrui. Ipse vero quod res est, quantum sentio, edicam. Quæ nobis aliunde eveniant anima, si peccati mansisset expers, & pristinam naturæ Sanitatem servâsset, quin incolumis non superâsse tantùm, sed & spreviſſe potuerit, mihi dubio est procul. Longe etenim aliter se res tunc temporis habebant nostræ. Sensationibus nempe & Affectibus Universis Voluntati Subjectis, & ad ejus obsequendum Arbitrio nunquam non paratissimis, nihil erat rectæ Rationi contra-

rium, aut animam in Summo Bono perfruendo quod interturbare potuit. Verum ex quo Protoplastæ lapsus, & naturæ labes inusta posteros in lucem produxit corrupto prognatos stamine, & Mens nostra pristinam apud Deum existimationem perdidit, & perpessionibus corporeis subjecta est infelix. Ità quidem de nobis factum Philosophis olim suboluit, quos corruptelam illam miseramque hominum vicem graviter dolentes passim est videre; unde fuerint ista minimè interea loci gnaros. Nos autem fecit ipse Deus certiores, hæc omnia in supplicium Peccati Originalis, & ab istâ primi Parentis maculâ per omne genus defluxisse. Nec enim Lex est ulla justior, quàm qui malum in se admiserat pœnas animum dare, tùm ut Doloris acerbitas sit in criminis quodammodo piaculum; tùm ut Resipiscentiæ viam struat, dum à peccato, quod jam tanti constitit, in posterum abterreat supplicium luentem.

Ibid. *Κενόν γε μὴν κακὸν τὸ εἶδος, μήτε ἀγαθὸν, ἃ ὄνησις δύναται κακῷ ἀνδρὶ ἢ ἀγαθῷ συμβαίνειν.* | Verum hoc quidem, quodque ad imum usque discutienti se luculenter probatum dabit; sed subtili opus est disquisitione, & longis Rationum ambagibus, quæ rem nobis expediant. Et quæsum, obsecro, ista? aut quid, rere, possint dolorem adversus, aut infamiam, quæ animam in præsentiâ angunt, & omnia prosternunt exemplo argumentorum momenta: Ità ut his nec excogitandis sit locus, nec excogitatis dolentem sedandi copia? Frustra igitur ad id confugitur diverticuli, quod nos habet malè, illud ne pro malo habeamus. Saniùs multo & simpliciùs Divina Veritas, quæ breviori nos compendio, & rei-ipsius Naturæ magis consentaneo ad Patientiam ducit, & Sententiam de Bonis & Malis æquiorem multò fert. Prospera & Adversa ità nuncupari haud ægrè patitur. Sed ut sint quæ dicuntur, in usus tamen longe diversos nobis cedere posse contendit. Siquidem id Deo Benignissimo acceptum debemus, quòd penes nos esse voluit, Rerum si minùs Conditionem, at Exitum saltem & Naturam (quod ad rem facit nostram) eà tenus determinare, ut Commodi aliquantum vel Incommodi nihil non queat afferre; Cæterùm in meliorem singula, an in sequiorem inflectantur partem, id ex Usu nostro aut Abusu singulorum ut pendeat omne. Quoties igitur, Christiane, res tibi minùs ceciderint ex voto, fac sis memineris, non Philosophorum more, Animum nihil pati, sed ità demum pati posse, ut vel inde tibi Fælicitatis fructus proventurus sit olim uberior.

§ 40. D'Acerio xlii. *Ὡς ἓν ζῷον τὸν κόσμον,—συμπαθῆς ὄντα.* | De erroneo Stoicorum dogmate, quod Deum & Mundum Animalis instar animâ & corpore constet, in idem coalescere totum prodidit, alibi est dictum. *Id unum insuper adjiciendum censui*, Errorem istum, (*quod etiam maxime absurdis haud est insolens*) ab *ipsis S. Scripturis* perperam intellectis originem fortean *traxisse*. Siquidem Prophetis familiare est, Deum *de se loquentem inducere*, quòd Is *ubique sit*, quòd *Cœlos Terrasque permeet*, quòdque *nullus locus non sit ejus Numine aut Præsentiâ plenus*. Hæ quidem Locutiones, aliæque quæ frequentes apud Scriptores Sacros occurrunt, rerum divinarum rudibus in animum suggerere poterant, Deum Huic Universo Animæ vicem præstare; quam nonnulli Phrasi haud multum huic diversâ *Totam in corpore toto, & Totam in quâlibet parte* prædicaverant.

§ 42. D'Acerio, xliv. *Οὐδὲν δεῖ κακὸν τοῖς ἐκ μεταβολῆς γενέσεως* | Hinc colligas vult, nec Mortem in se Malam, nec Vitam per se Bonam esse, cùm altera sit alterius & Causa & Effectum invicem. Ex omni enim Interitu fit aliquis ortus, & ex nullo non ortu aliquis vicissim (ut ità dicam) nascitur Interitus.

§ 45. D'Acerio, xlvii. *Οὐ γὰρ ἔστι παραβολὴ τις δεῖ ἀπηρτισμένη* | Non abs re hæc similitudo pulchram enim admodùm ejus quod voluit Antoninus imaginem exhibet. Numeri nempe sibi invicem non connectuntur, (*unde & numerus apud Philosophos Quantitas discreta audire solet*) addas licet, vel demas quantum libet, quod *reliqui* est perinde integrum manet. *Subsistunt* enim per se Numeri, nec ab antecedentibus suffulti, nec sequentibus facti perfectiores. Quæ verò eveniunt, à Causis efficientibus necessariò pendent omnia, suntque alia ex aliis apta ità & colligata inter se, ut seorsim existere nequeant. Nos autem ex hâc observatione quem percipere debemus fructum, is est; Nimirum cùm omnia Divino disponantur Consilio, & ad unum dirigantur Finem, (Dei nempe Gloriam à Communi Totius hujus utilitate redundantem,) ut animum firmiter inducamus nostrum, nihil eorum, quæ nobis obtigerint, aut temere accidere, aut malum esse, posse.

§ 46. D'Acerio, xlviii. *Καὶ τῶν Ἡρακλείτου μοναδῶν, ὅτι γῆς θάνατος ὕδωρ γενέσθαι* | Philosophorum veterum complures, quin & Recentiorum nonnulli Elementa confundi invicem convertique, & in alia facilè transire arbitrati sunt. Quod tamen à vero nimium quantum abhorret. Fefellit nempe viros, quòd Elementa, non in se, & quoad simplices eorum qualitates, sed concreta nimis intuiti sunt, &, qui propiùs vulgari accessit, modo. Inde factum, ut quod revera partes secernebat tantùm, pro rei ipsius alteratione haberetur. Separatio autem ut in aliud sit conversio, quàm longissimè abest. Sed nec ista ad accuratum nimis examen vocanda. Sufficit enim in Physicis, si species veritatis adsit probabilis, & Res ità desinat esse.

esse quæ fuerat anteà, ut oculi sensusq; contemplantium habeant, unde jure suspicentur immutatam. Verùm enimverò quicquid tandem de ipso fiat dogmate, Conclusionem moralem, quam hinc nobis hauriendam Marcus obtulit, & rectissimè assumi, & nobis usui fore maximo, ex superius notatis abundè compertum arbitror.

Ibid. D'Acerio, xlix. Μεμνῆσθαι δὲ χὴ τῦ ἐπιλανθανομένου ἢ ἢ ὀδὸς ἄγει. | Hæc dubio procul omni ad fabulam aliquam referenda sunt tunc temporis notissimam. Nobis autem istiusmodi homunciones depingit, qui, quid ævi sit hoc quòd jam degitur, (ad cœlestia nempe contendentibus, pro itinere tantùm, aut brevi inter eundum hospitio esse) ignari, spem omnem in illo collocant, nec ultrà hoc tantilli sibi prospiciunt. Hi sunt reverà, qui via quam insistunt quò tendat obliti sunt; & quid jam agant, & quid de illis futurum sit posthac nescii: Sed ebriis similes vanis temulenti curis, divagantur, titubant incerto pede, in alienas se penetrant ædes, à recto interim tramite, qui suam ducit domum, toto aberrantes cœlo.

Ibid. D'Acerio, l. Τῦτο διαφέρειαι | Idem & è Sacris haurire est fontibus. Deus enim ipse pleniùs nos & meliùs Philosophorum quolibet docere non gravatus est, ut se res habeant nostræ. *Caro enim concupiscit adversus Spiritum.* Galat. v. 17. inquit. Quin & hoc addidit ultrà, quod maximo nobis solatio esse debet, Spiritum nempe suum Spiritui opitulantem nostro, contra Carnem bellum simul instaurare. Nos enim certamini per nos minime pares, & quòd cum hoste potentiori confligatur, & quòd à nobis demum stet victoria, ejus auxilio in solidum debemus.

§ 47. D'Acerio liii. Οὕτως χὴ τὸ εἰς πολλοστὸν ἔτος μέλλον, ἢ αὔξειν μεδὲν μέγα εἶ) νόμιζε. | Quodcunque enim inter hos interesse poterit terminos, adeò reverà exiguum erit, ut minime dignum sit, quod Vir Bonus & Prudens, cujus est altiora sapere, & æterna meditari, in rationes referre suas sustineat. Tantum nimirum abest ut æstimetur magni, quod non omninò deputabitur.

§ 48. D'Acerio liv. Πόσοι μὴ ἰατροὶ ἀποτυθήναι, πολλάκις τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ ὃν ἀρρώστων συνάπτοντες | *Apres avoir tant fait les vains pour avoir gueri quelques malades.* "Ità D'Acerius à nostro Gatakero sensu quàm plurimum discrepanti. Siquidem Hic Superbiæ & Ostentationis, Tristitiæ Noster & Desperationis indicio supercilia censet contracta: De Ægrotis præter spem sanatis D'Acerius, de jam conclamatis Gatakerus interpretatur. Sed vereor ne prior ista expositio Verbo minus conveniat, quum fastuosis non συνάπτειν, sed ἐπάγειν potiùs τὰς ὀφρῦς, nî mens me fallit, solenne sit. Et Pauperes, Animo demissi, Mœrore confecti συνάπτειν, incedere dicantur omnes. Sed si cui hæc parum faciant satis, sequatur per me licet sententiam utramliber. Quid senserit D'Acerius penè est nostri animadvertere, rectè senserit an secùs, viderint quibus otium est; nec enim magna inter se committere ingenia animus est mihi. Audiamus autem quid vir Eruditus porrò hàc in causâ ad eandem mentem notaverit."

Is (*inquit*) Imperator fastum Medicis haud semel vertit vituperio; Sed nec mirum videri debet, si isti ansam præ cæteris sese efferendi arripiant, quam Amor vitæ omnibus nimius porrigit amplissimam. Magna enim opus est Sapientiâ alienam ut quis Desipientiam à lucrifaciendo temperet sibi. Inanem itaque gloriolam irridet Antoninus, Scientiæ innixam nulli Professorum aliquando non inutili. Unde & illud diverbium ei crediderim in mentem subisse, *Medice cura teipsum.*

Ibid. Πόσοι μαθηματικοὶ ἄλλων δεινάτες, ἄσπ μέγα σεμνύντες | Ludos facit & Astrologos, quos vocant Judiciarios, quorum ineptias haud insulsè propinat deridendas, dum è vivis excessum, tanquam magnum quid & memorabile præsagientes inducit. O Capita hominum festiva! Eos, qui eâ nati sunt lege ut fato fungantur, magnâ prænuntiant pompâ functuros. Præclarum artis abstrusæ mysterium! quæ in ista se penetrare valeat, & prædicere futura, quæ non fieri non posse etiam lippis & tonsoribus notum est.

Ibid. Ὥσπερ ἐλαία πίονος γενομένη ἔσπεσεν, Εὐφημίσω, &c. | *Perinde ac Oliva maturitatem adepta ceciderit: Naturam* (sive ut D'Acerio placet magis *Terram,*) *quæ protulit collaudans, arborique è quid prodiit, gratias agens.* En tibi, Lector, Similitudinem miris undique leporibus venustam, quæque & Officium moneat, & animum tibi verâ voluptate perfundat. Inest enim & Dignitatis & Congruentiæ plurimum, grato isti quod Olivæ affingit Marcus ingenio. Nobis autem quod inde proficiendum commendavit hujusmodi ferè arbitror. Mortem (serius eò an citius deventum fuerit nihil refert) Maturitatem esse tantùm, & tempus in quo decerpatur fructus oppidò opportunum. Cui doctrinæ erit & illud consectarium fieri nullo modo posse, ut quis intempestivè moriatur. nec enim crudas præripere solet Natura, sed bene coctas arbori detrahere Olivas. Unde & Eliphas de Impio peccati pœnas luente, id præter ordinem Naturæ & communem hominum sortem, at justo potiùs Dei ultoris judicio obtingere monuit, *Quòd ante diem ejus complebitur, & ramus ejus non virescet. Violenter auferet Deus omphasem ejus ut Vitis, & abjiciet sicut Oleæ florem ejus.* Job. xv. 32, 33.

§ 50. D'Acer. lvi. Δι' ὅσων, φησὶν εἶναι, καὶ ἐν ὀλίγῳ συμαλῆψαι | Mirum ni ex his vel unum aliquod incommodis animum mundo adhærentem avellere, & vivendi afficere tædio seriò cogitantem sit satis. Sed aut bene nimis, aut malè, nobiscum agitur, quòd ista rarissimè subeant in mentem, vel saltem, ubi subierint, facilè dilabantur. Quæ tamen omnia revocando quotidianæ se præbent occasiones, & sedulò revolvendo Blanditiis vitæ delinitis magnum est opus.

§ 51. D'Acerio lvii. Καὶ πάσης οἰκονομίας καὶ κομψείας. | Innuuntur omnes istæ ægritudines Principibus familiares, quas Prudentia Civilis malè comparata, & officiosum peperit Majestatis tuendæ Studium. Quæ res, siqua alia, curis torquet miseros, dum personâ indutos alienâ, quasi in Scenam prodire, cogit. Jam verò quam mihi *Dissimulationem* appellare libuit, Antonino visum est satius molliori aliquatenùs vocabulo οἰκονομίαν, *Solertiam* si placet, seu *prudentem morum Compositionem* nuncupare. Sed ille quin Fucos nihilominùs & Figmenta subaudiverit, quæ suadet Administratio rerum publica, non est reliquus dubitandi locus. Cum & hæc adeo Principatui necessaria existimentur, ut nè fas quidem sit Regibus, ab iis qui reverà sunt, aliquando diversis non videri. Unde etiam apud Magnates in regulam ferè vivendi cessit istud, *Vita Principum ficta, & ostentationi parata.*

In Librum Quintum.

§ 1. Ῥᾳθυμεῖν ὅταν δυσκόλως ἔχωμεν ἐγείρειν | Primo nempe diluculo, quo Operariis & mercede conductis lecto exurgere moris erat. Apud Veteres enim, qui ad Solis ortum, aut primam, (Sextam nobis aut Septimam) usque horam somno indulgebant, desides & veternosos haberi solitos constat.

§ 2. Ὡς εὐκόλων. | Facile quidem. At omnibus? Minimè gentium. Istis utique, qui quid reverà Bonum, & unde petendum sit, rectè callent dignoscere.

§ 3. Μὴ σε παρεμπίπτωσιν ἢ ἐμποδίζωσι πρὸς μίμησιν. | Huc faciunt & quæ D. Paulus de se, suisque Laboris Evangelici Sociis est testatus. *In omni re approbantes nos ut Ministri Dei, per Gloriam & Ignominiam, per Convitia & Laudes.* 2 Cor. vi. 4, 8.

§ 4. Ὁ φέρων με πρῶτα καὶ εἰς τοσαῦτα ὑποχωρήσων ἑαυτῷ | Antoninus quâ morum fuerit suavitate, Ideæ & Cogitationes scriptis ejus familiares satis sunt indicio. Quid enim tibi Indolis modestiam & mansuetudinem magis ad vivum depingat, quam quæ is de terra edicere hîc loci non est gravatus? Se nempe illam qui pedibus calcet indignum prædicando; quæque in usu sibi varios largâ suppeditaverat manu, multis adeò abusum modis, ut pro magno haberi beneficio mereatur, quòd ipsum etiamdum sustineat ingratum. Audias, Lector, velim, quam non demirari sat scio non potes, Majestatem Imperatoriam demissa de se non sentientem tantùm, sed & profitentem pati; quæ Omnes quidem fas est, sed quæ vix Unum tamen & alterum vel ab imâ reperias plebe, de se profiteri non dedignantem.

§ 5. Δεμιύτητά σε ἐκ τύχης θαυμάσια | Jacentes erigere studet Antoninus, quibus animos alienæ fregerunt dotes; quæ cum nostris ampliores sint, favorem solent & existimationem magnam conciliare; quasque quòd nobis suppetant parciùs, neglectui ut habeamur in causa esse expostulamus. Huic scilicet (de naturâ minus liberali quiritantem, vicémque dolentem suam audis) ut Poeta sit eximius, datum est; Illi, ut Facundiâ polleat Oratoriâ, Rem iste publicam qui administret præ cæteris idoneus, inter deliberandum prudens, & gravissimis negotiis facilè par; Non deficit alter in congressu suavis, qui miro ingenii acumine familiares non oblectat modò, sed & insuporem planè dat. Ipse ego interea loci, nec Carminibus aptus condendis, nec dicendi peritus, nec Rerum Civilium intelligens, nec ad illos quibuscum est mihi consuetudo sermone devinciendos compositus. Verùm an ista Tibi cur animo cadas causæ sint satis graves, Antoninus in dubium jure vocat optimo. Quæ Ille hic loci contrà ea jam missa facio omnia; mihi aliud præterea in præsentia succurrit, quod tecum ut perpendas seriò vehementer velim. Ut enim sic se habeant omnia; at cogites tamen oportet, quo tandem pacto egregiâ Naturæ liberalitate utantur illi, aut quem inde percipiant fructum, quibus quin invideamus, ægrè nobis temperare possumus. Næ illorum, qui præclaris Animi corporísque ornamentis cumulantur, reperias plerosque turpibus adeò Virorúmque indignis vacantes, ut nos etiam illa ampliſſima munera eâdem expetere lege puderet.

deret. Imò Grates potiùs Deo ut habendæ sint quàm maximæ, quòd, cùm præstantissimis augere donis non erat visum, à graviori tamen Beneficiis minimè vulgaribus abutendi culpâ, (quod ipsum Beneficii loco habendum est maximi) nos immunes voluit.

§ 6. *Καὶ γὰρ ἐκεῖνοί λογικῇ τινι πλανώμενοι ἐδόξαζον.* | Hem itaque, quæ homines istiusmodi ad gloriam de Beneficiis captandam solent abducere! Ingenii nempe nimis esse delicati, & quod officio devinctos fastidientis potius speciem præ se ferre videatur, grati ut animi indicia respuas. De illis hoc esse Malè magis quàm Benè mereri, quibus paria referendi voluptatem adimas: Quòd cùm omnes idcircò nascuntur ut utiles sint invicem, non cuiquam est committendum, ut quibus ipse fuit usui, vices illi ut rependant denuò, nè sustineat; ita enim quòd officio alii defuerint suo, per Ipsum tandem stetisse. Legem deniq; & ipsam Justitiam sanctissimè interdicere, ut nè quis beneficiis obstrictus, cùm solvendo sit nomina, in ære abscedat alieno. Ista tamen non tàm Ratione, quàm Rationis specie quâdam probabili abducere, à Marco rectè dicuntur; quâque nullus non avari sordidiq; animi abduci se patitur. Satis enim refutata dedit Noster, hoc unicum contrà referre contentus. Proximus unde beneficium acceperit, non semper expedire ut sciat; Ut sciat tamen, & nescire intereà se simulet ingratus, nè hoc quidem prohibere, novis illum beneficiis quin cumulare pergamus porró. Quicquid enim de Istius Gratitudine fiat, at nostram saltem virtutem omnibus explere numeris & possumus & debemus. In hoc igitur sis totus vult Antoninus, ut nequid, quod Viro bono decet, tibi deficiat. Aliis si quod suum est curæ sit minùs, tuâ id parum refert, Illi viderint.

§ 8. *Οὕτως ἐκ πλείων μιᾶς αἰτίων ἡ φύσις ἐνοῦται τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται.* | Unam quandam Causam ex universis confictam causis statuit, quò magis Accidentales istas, quas Philosophorum placuit nonnullis in hunc censum ascribere, & Fato adnectere, Causarum eximat numero. Causa siquidem Necessaria & *per se determinata, certa, una, simplex* non esse nequit. Accidentales autem, (dato quòd ejusmodi causæ sint) sibi nusquam constare poterunt; sed infinitæ, vagæ, & multiplices sint oportet; ideò præsertim, quoniam Accidentia varia & quamplurima, quò minus in eodem cohæreant subjecto, nihil est quod obstet. Fatum utiq; *Legem à Deo dimanantem*, Dei Comitem individuam à Platone dictum accepimus. Christianam si requiras loquendi formulam *Divinâ* nuncupatur *Providentiæ Ratio*, & *Voluntas Beneplaciti*, cujus decretum aut esse fruſtrà, aut non fruſtrà obtinui, nullum potest.

Ibid. *Τῆς συμμιᾶς αὐτῆς αἰτίου ὄντος.* | Ista, si ad mentem Stoicorum exponas, & falsa sunt & impia; sed suppetit alia benignior, cujus ope nec ore Christiano efficiantur indigna, Interpretatio. Enimverò morem Deo gerere pervicacia quoties recusat nostra, & oculi animorum veritati ejus occluduntur ultrò, ipsi, quantum in nobis est, Exitium machinamur Deo.

§ 9. *Μὴ σπαράττου, μηδὲ φαντάζου, μηδὲ ὑποδύεσθαι.* | Id sibi dat negotii Antoninus, ut ad bonam spem excitet dejectos animi, ideò quòd virtuti studentibus, & sedulò enixis, conatus parum ex sententiâ processerant. Facilè enim fieri posse innuit, ut quæ vehementius excupimus, minùs assequamur tamen. Verùm imbecillitatem nostram à recto nos depellere incepto haudquaquam est æquum; quin potius Antei instar, cui, ut fabulantur Poetæ, novæ ex tellure tactâ succrescebant vires, ita nobis est comparandum, ut quoties proposito excidere contigerit, fortiores resurgamus. Nobis, inquam, Christicolis præsertim, quibus major & Spes affulsit, & Adjutor semper est præsto! *Dei enim ipsius in infirmitatibus nostris perficitur Virtus, & quùm Infirmi sumus, vel tunc Potentes sumus.* 2 Cor. xii. 9, 10.

Ibid. *Σὺ δ' ἄλλο ἤθελες, ἢ κατὰ φύσιν.* | Et hoc verissimum. Nec enim quas nobis indixit Leges Natura Animo & rectæ Rationi vim inferunt ullam. Sed Naturæ potiùs ab Improbis vis oblata est maxima, quoties Libidines effrænatæ invitam subjiciunt, & Vitia nostra turpissimam indignanti inurunt maculam.

Ibid. *Τί γὰρ τούτου ἡδονικώτερον.* | Audin' loquendi formulam Affectibus & Voluptatibus nostris usitatissimam; sed jure longè meliori à Philosopho Virtutis causam dicente usurpatam? Ut ità tandem nos, quibus falsà ducti specie ad vitia olim impulsi sumus blanditiis, iisdem solidis rationum momentis, ad Veri Bonique studium vehementiùs excitaret.

Ibid. *Αὐτῆς γὰρ φρονήσεως τὸ ἡδονικώτερον, ὅταν τὸ δίκαιον καὶ σῶφρον,* &c. | Optimé. Animus, quòd rem gerat benè, nec usquam impingat, à prudentiâ asserit proficisci. Hinc sequitur, penes homines esse ipsos, ut valeant, ut prosperè se ferant, cùm ut prudentes simus id in nostro situm potestate liquet. Sin minùs; fruſtrà esset Dominus Christus suis perinde præcipiens, *Prudentes ut sint veluti Serpentes*, ac *Simplices sicut Columbæ.* Matt. x. 16.

§ 10. *Τὰ μὲν πεπλημμελημένα ἐν τοιαύτῃ τρόπον τινὰ ἐγκαλύπτει ἕξις.* | Id Antonino erat in animo, ut omnibus pateſaceret, quantum à recta aberraverint viâ, dum in Scientiâ, Opibus, Voluptatibus, Negotiis denique, Rebus, ut verbo dicam, externis quibuscunque, spem collocarent suam, & summum

ſummum inibi Bonum eſſe hallucinarentur. At iſta reverà Quantilla, quámque nihili prorſus habenda ſunt omnia! Scientia quidnî obſcuritas mera, & levis ad ſummum conjectura? Voluptates & Divitiæ Imbecillitas tantùm, & Vanitas, & Vecordia! Negotia denique onus inutile, & aſſidua animi Ægritudo.

§ 11. Πρὸς τί ποτε ἄρα τῶν χρώμεθα τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ; | Quæſtio minimè omnium iners. Si enim talia de nobis multi ſciſcitaremur, & reſponſa percontanti animo ſincerè, & ut ſe res habet redderemus; vel hoc uno demum pacto quantum ad mores in melius mutandos effici poſſet, haud facilè aut dictu eſt, aut excogitatu.

§ 12. Οὕτως γὰρ οἱ πολλοὶ φαυλίζοντα τὴν διαφορὰν. | Habet utique etiam vulgus rude, unde vera Bona dignoſcere queat. Illud à naturâ acceptum ferri ſatis conſtat. Iſta autem, cum ſubobſcura ſit, & rerum externarum Ideis involuta, quin & violento affectuum impetu diſtorta, ità fit ut parum proficiat Notitia. Quæ enim Bona ſunt nec meditari ſatagunt plerique, nec nota debito proſequi ſtudio.

§ 14. Ὁ λόγος γὰρ ἡ λογικὴ τέχνη δυνάμεις εἰσὶν ἑαυτῆς ἀρκούμεναι. | Rationem ad Bonum exequendum per ſe ſufficere contendit: nec rebus opus eſſe adventitiis. Quæ animo adeò non ſunt ad veritatem adjumento, ut ab his, nè in errorem abducant, ſuiſque impediant illecebris, potius metuendum ſit.

§ 15. Οὐδὲν τούτων ῥηΐσιον, ἀνθρώπῳ, ἢ ἀνθρώπῳ καθὸ ἄνθρωπος, ἐκ ὑποκλαπῆναι. | Cuivis jure merito ſit mirum, quòd, cum conſtantiſſimæ quibus vera Bona à falſis ſecernantur, omnibus ferè in promptu ſint Regulæ, hominum tamen multò pars maxima de iſtis perperam judicare pergant. Vera nimirum Bona ejuſmodi ſunt, quæ ab hominum naturâ divelli nequeunt; quæ Hominem ſuis abſolvunt numeris; & ad juſtam animæ cogitantis perfectionem perducunt; quæ deniq; non habeas deſpicatui citrà magnum tui dedecus, & meritiſſimum vituperium. En tibi, Lector, Criteria, quæ neq; in Divitias, neque in Gloriam, neq; in Voluptatem cadere poſſunt. Iſtis igitur cum nullo conveniant modo, falſa & ſpecioſa tantùm Bona eſſe iſta certo tibi ſit certius.

Ibid. Οὐκ ἂν τὸ διαφορεῖν —— ὑποκλαπῆναι διῶ. | In eandem prorſus mentem Longinus, cui, quantum huic inerat Argumento ponderis, ex iis quæ ſequuntur, facilè dixeris conſtitiſſe. *Sciendum* (inquit) *quòd in communi vitâ nihil eſt magnum, cujus Contemptus Magnum quid reputetur; ut, verbi gratiâ, Divitiæ, Honores, Decora, Regna, & quæcunque hercle Tragicum faſtum extrinſecùs adhibitum multum præ ſe ferunt: Non utique prudenti viro Bona eximia videantur, quorum deſpectus Bonum non mediocre cenſeatur. In majore igitur Admiratione & Pretio iis qui hæc ipſa poſſident, illi ſunt, qui quum habere poſſint, quâ ſunt Animi magnitudine, tamen deſpiciunt.*

Vide Lipſ. Cap. (Tab. Fab.) 6.

§ 16. Οἷα ἂν πολλάκις φαντασθῇς, τοιαῦτα ὀφείλει ἡ διάνοια. | Nec hoc aliter fieri poteſt. Quod enim cogitamus idipſum & ſumus. Hinc vera, candida an nigra, inuritur nota, & ex hoc uno quid quiſq; ſit Hominis dijudicare eſt. Rationem hem tibi ſatis manifeſtam! Penes nos Cogitationes noſtras in ſolidum eſſe voluit Natura, ("Cogitationem hîc loci cave pro quolibet Intellectûs actu, ſed ſenſu ſtrictiori, pro Morali tantùm, intelligas.") Hinc efficitur, ut, quales eſſe volumus, ii ut eſſemus, nobis ſemper ſit integrum. Animi igitur ſtudia, & Voluntatis tenorem in homine diſtinguendo momenti habere plurimum, æquiſſimum fateare neceſſe eſt. Longinus in Tractatu mox laudato, quò meliùs veram ſublimitatem aſſequamur, *Ingenia*, jubet,

pro virili ad magna aſſuefacere; & Cap. 8.
dare operam, ut ea tanquam prægnantia & plena reddamus generosâ audaciâ & animi præſentiâ. Si hæc, ut in arte quis præſtet Oratoriâ appoſitè præcipiantur, quantò magis virtutem volentibus, ut ad ſummum pertingant Philoſophiæ culmen, & ſedulò inculcanda dixeris, & factu apprimè neceſſaria.

Ibid. Ἔστιν ἄρα καὶ οὗ ζῆν ἐν αὐλῇ. | Inanes Aulicorum cauſationes, & falſum, quem ignaviæ obducere ſolent ſuæ, abſtergit fucum; dum quæ Aulæ vitio vertunt impedimenta, à ſeipſis proficiſci omnia luculenter oſtendit. Nec iſta Simulatio Antonini aut Aulæ aut Temporibus erat propria; ubique enim perinde & vivitur & ſimulatur. Haud paucos utique reperias, qui, cùm ſe ruri continentes vitam egiſſent ferè inculpatam, in vitia deinde & Aulæ & Urbi familiaria delapſi, moribus mutatis novas conſuetudines, & mutatum obtendunt locum. Hæc aliam nempe vitam, & majorem peccandi licentiam poſtulare. Dum in mediis degitur ſpurcitiis, quidnî alienâ vitientur labe? Vitæ ſcilicet rationem ad eorum quibuſcum agas exemplar exigendam; quòd ſi, Virtus unde exulat, ibi illam ſectere ſolus, & brachia contra torrentem fruſtrà dirigis, & pueris tandem debebis ludibrium. Atquî frigidos iſtos omnes & futiles prætextus damnat Marcus, viro Rationis compoti indignos; cujus eſt officium, naturæ munera quantum poterit excolere, & quæ Animal à Deo ita inſtructum exornatúmque decent, nullibi non & conſtantiſſimè profiteri, & agere ſedulò, & aliis ob oculos ſuſpicienda ponere.

Ibid.

Ibid. Οὔφ' ἵνα ἄλλων ἕνεκεν πράξωσι διάφορα, &c. | Homines eâ ſub Lege nati, ut ſibi invicem benefacerent, rationibus hiſce evicturus eſt. Lex autem ubique obtinuit, nec cum loco mutatur. Nihil itaque refert, ruri ſi degatur an Aulæ; ſiquidem eadem utrobique teneris lege. Reliquum eſt igitur, in aulâ perinde ac ruri benefaciendum: Jam verò ut benefacias, bene vivas oportet; Ergò etiam in Aulâ bene vivere & potes perinde & debes; Quod erat demonſtrandum.

Ibid. Ἀγαθὸν τῇ λογικῇ ζώῃ κοινωνία | Societas nempe commune illud vinculum eſt, cujus ope connectimur adeò & coaleſcimus unà, ut partes ejuſdem Totius ſe ſinguli cogitare debeant. Ejuſmodi ſanè eſt hæc Societas & Communio, ut nequid cuiquam ſibi ſoli, & de proprio ſit, quod non & aliorum interſit. Quicquid igitur incommodi membrorum aliquod ceperit, Dolor & Detrimentum per omne confeſtim corpus diffluat neceſſe eſt.

§ 18. Οὐδὲν ἀλλὰ συμβαίνει ὃ ἐκὲ ἀνθρώπου φύσει γίνεται. | Tria ſunt, quibus Mala ut æquo feramus animo ſuadet Antoninus. Primum, quòd à naturâ unde ea ferri poſſint habeamus. Secundum, quòd compluſculos reperias eadem indies vel graviora paſſos, abſque tamen quòd ſe malis premi aut miſeros eſſe ſentiant. Tertium, quòd pleroſque præ arrogantiâ & faſtu quodam tragico, perinde dura fortiter tolerare, quin & in ſe accerſere ultrò, minimè pigeat. Quænam autem & quàm turpis eſt iſta Ignavia, quam animo excutere Vitium & Pertinacia poſſunt, Virtus verò & Officii ratio non poſſunt?

§ 19. Οἷον ἐν κεφάλαιον κατέχειν ἑαυτὸν, τοιοῦτον ἑαυτῇ ποιεῖ τὸ ὑφεστῶτα. | Videri forſan poſſet Antonino potiùs reſcribi debuiſſe αὐτὸ quàm ἑαυτὸν. Quæ *de rebus nempe ipſis*, quàm quæ *de ſeipſo* animus decreverit, ad rem fore magis. Sed Textum ſollicitare non eſt opus. Imò conſultius hoc multo, & expreſſius, quod ad cauſam & originem de Objectis externis ſententiarum attinet. Longè utique omnes aliter de his exiſtimamus; eáque gravia aut leviora, inſuperabilia, aut victu facilia pronunciamus, perinde ac ſpem de nobis & opinionem bonam aut ſequiorem priùs animo concepimus. Permagni itaque refert quid de ſe quiſque ſentiat. Nec mediocre es nactus ad virtutem adjumentum, ſi magna de Te ipſo polliceri audeas.

§ 20. Καθ' ὅτιον μὲν λόγον ἡμῖν ἔξεστιν οἰκειοῦσθαι ἀνθρώπους. | Quali in Improbos animo eſſe oporteat, hîc nos in ſe docendum recipit. Vitium utique, cùm, quin Homines perinde ſint prohibere nequeat, nec eos quò minùs & ipſi diligamus, obſtare debuit. Amorem nempe communis omnium ſibi vendicat Natura, quâ niſi ſublatâ, nec iſte citra noſtram auferatur culpam. Sunt Homines, inquam, at Improbi tamen & malevoli, & quibus quòd non prolixiùs fecerimus bene, non tàm per noſtram fortean Illiberalitatem, quàm per illorum ſteterit pervicaciam. At iſto tandem pacto, affectum erga eos minùs proclivem (fateor) ſunt meriti, Animum averſum prorſus, & odio flagrantem, nullo modo. Cum his mirum nî ita agendum, ut cum Sole, Lunâ, Ventis, Imbribus, cæteriſque horum ſimilibus uſu ſolet venire: pariter enim ad res noſtras hæc ſe habent omnia. Moras nobis nectere, & impedimenta interjicere poſſunt, quò minùs opus inceptum feliciter exigamus: Animum autem Agentis vitiare, & conſilium in pejus vertere non poſſunt. Agenti vero, quantumvis interturbato, bene tamen volenti, unde ingens ſuppetat ſolatium, haudquaquam deficit. Reſtat igitur vero nos afficere malo Hominum vel Malevolentiſſimos non poſſe. Enimverò quum quod nobis meditantur malum in ſe demum recidat omne, eorum Nequitiæ nos ut miſereſcat potiùs, quàm illa quòd infenſos nobis reddat, longè æquius eſt. Præceptum ſane ſaluberrimum, nec ſemel tantùm à Marco inculcatum. Quæ etenim huc faciunt plura dudum habuiſti ad *Lib.* iv. *c.* 1.

§ 22. Ὃ τῇ πόλει ὠφέλιμον ἐκὶ τὸν πολίτην οὐ βλάπτει. | *Civitatem* nuncupat Mundum; cujus in gratiam fiunt omnia. Quicquid autem ſingulis videtur partibus noxium, id Corporis Univerſi Commodo expedire, jam ſæpius eſt monitum, quàm ut plura hîc ſit dictu opus.

Ibid. Εἰ δὲ ἡ πόλις μὴ βλάπτεται, οὐδὲ ἐγὼ βλάπτομαι, ᾗ δὲ ἡ πόλις οὐ βλάπτεται, οὐκ ἀφετέον τὰ βλάπτοντα. | "Particulam negativam per totam periodum interſerere non dubitat D'Acerius, quod olim & Gatakero placuit. Sed textum is poſtea ſollicitare detrectavit, ſenſum ſatis commodum nactus, & à Mente D'Acerii plurimùm diſtantem. Interpretes hoſce inter ſe componere, & uter magis arriſerit ſequi, Tibi, Lector, permitto; cui uterque ut in promptu ſit, curavi. Quæ vero is, quem jam Latinum tibi in manus trado, adnotare perrexerit porrò, hujuſmodi fere ſunt". De privatis tantùm injuriis hæc ab Antonino dicta velim intelligas; quoties nempe à jure licet cedere Tuo, citra aut Jus commune violatum, aut Privatorum alios in diſcrimen vocatos. Hæc etenim, ubi integra eſſe nequeant, à nobis ſtat Stoicorum Sententia. Supplicia nempe de Improbis ſumenda, quin & hæc ut quis exigat Iæſus, non tam Sævitiæ & Animi in vindictam ferocis, quàm Dilectnis eſſe & Benevolentiæ. Hoc ipſis expedire pœnas luentibus, nequid in poſterum faciant Simile. Expedire & Aliis, ut ab Hominum nequam furore liberati, magis ſint in tuto; & alienis moniti malis,

malis juſtitiam diſcant; omni præſertim ſpe ſceleris impune fore, ſi minùs fecerint, penitus ſublatâ. Atque ita quidem hæc ſe res habet; nec enim Præteriti ergò pœna exigitur, cum ſæpiſſimè Damna ejuſmodi fuerint, ut in integrum reſarciri nequeant; ut queant tamen, at Improbi qui hæc intulerat dolore neutiquam penſantur. In futurum utique Lex omnis proſpicit pœnalis, ne cæteri ſcilicet ſerpente Vitiorum tacti contagio, & exemplis impune peccantium audaciores facti, animos in omne nefas ſumant; & gens humana perruptis quaſi repagulis, præceps ruat in deterius.

Ibid. Τὸ τὸ παροφλώμενον. | *En quoy conſiſte cette offenſe, & qu'eſt ce, que c'eſt?*] *Nam quid tandem eſt hoc Injuriæ, & in quo delinqui dixeris?*] Hæc ſunt quibus noviſſimè jam dicta probat, Civitatem nempe non lædi. Ut ſit enim, quod cepiſſe nos opinamur damnum, quantum fieri poterit, maximum; at ſi Te unum cum iſthoc contuleris Univerſo, atque ità deinde rem perpendas; Nova erit rerum facies, &, ſubductis rite rationibus, tantum de priori detrahetur Summâ, ut quod erit reliqui ne hilo quidem æſtimari meruerit. " Ita locum hunc & interpretatus eſt, & notis auxit D'Acerius, in eandem prorſus quam ſuprà monuimus mentem; Veram ſane ſi ſatis per ſe ſpectes, ſed à Textu vulgato nimis alienam ".

§ 23. Οὐδὲν ἴσως, ἢ τὸ παρεγχύς, τὸ δὲ ἄπειρον τῶν τε παρωχηκότος καὶ μέλλοντος ἀχανὲς, ᾧ πάντα ὅσα φαντάζονται. | Stoicorum plerique nihil prorſus eſſe in præſenti autumabant; Omnia verò vel Præterita vel Futura. Quod autem præſens vulgo dici ſolet, id, ſi accuratè, & ut Philoſophis decet, loqui velimus, nihil eſſe præterea, quàm Præteriti finem, & Initium Futuri, adeo ut nequid quod in medio ſubſiſtat, ſuperſit amplius. Ineptum ſane Dogma, & quod Temporis naturam planè peſſundatum ibat: Antonino igitur tam Subtili eſſe haudquaquam placuit. Præſens ille à nobis quantâ cum celeritate abreptum ſit, per τὸ παρεγχὺς indigitare duxit ſatius. Ità enim quod res eſt dixit; Omnia ſcilicet in jugi eſſe fluxu, & vix in manus venire nobis priùs, quàm protinùs ſubtrahantur. Lapſus nempe adeò comparatur iſte, ut quæ ab immenſo Futuri temporis Profundo emergunt ſeſe, in altero Præteriti temporis Profundo continuò ſubmergantur. Imaginem rei vivam ſatis & idoneam exhibent iſta, & quam Lectori in optimo collocemus diſpiciendam lumine, bene meritam.

§ 24. D'Acerio xxv. Μίμησον τῆς συμπάσης οὐσίας, ἧς ὀλίγιστον μετέχεις. | Et nervoſa ſimul & venuſta Argumentatio. De cauſis enim efficientibus, variiſque rerum Principiis, quibus condendæ conſervandæque huic quanta quanta eſt cœlorum terrarumque compagi, Divinæ viſum eſt Providentiæ uti, quantilla, quàmque pauca ſunt, quæ ad noſtri ſingulos pertingunt? *Hominum* tamen plerique, iniquiſſimâ quâ ſunt *Philautiâ & Arrogantiâ*, ità ſe ſolent componere, *tanquam in ſui-ipſorum tantùm gratiam facta, ad Ipſos, ut ad ultimum finem referri deberent omnia*; *Divinam* utique ſibi ſoli Providentiam invigilare ſomniat Homuncionum quilibet: Nec quidquam Illi præter id unum eſſe curæ, tota ut volvatur fatorum ſeries, totum ità adminiſtretur Univerſi Corpus, ut particulæ iſti perexiguæ in uſum fore maxime præviderit Deus.

§ 28. Τῷ γεῖσον μήτε ὀρύττε. | Vitium hîc perſtringit, quo non aliud iniquius, & tamen nemini non familiare nimis. Quotus enim eſt quiſque, qui ob ea, quæ natura peccavit ſola, amicis non ſuccenſet; nec interim, dum jure nullo indignari ſuſtinet, amicos (quod fieri debuit potius) eorum quæ ſtomachum movent non gravatur commonefacere? Quæ verò Antoninus de mendis Coporeis, ea ad Animi defectus, pari, imo verò meliori multò jure ſpectare, fac ſis ſemper intelligas.

Ibid. Σὺ λόγον ἔχεις. | Cui & Ratio eſt in promptu, & res perſpecta, Illius eſt cæteris antevertere. Nec per officioſum nimis ſilentium committendum eſt tibi, ut aliis ludibrium debeat amicus haud à Te monitus. *Ignarus pariter, Imprudens*, aut Libidinoſus ſi ſit, *id* ut ſentiat, corrigatque, maturam ſi dederis operam, Officio Tu functus es tuo. Sin munia inprimis neceſſaria, quoniam minùs fortaſſe ſint grata, obire recuſes, non Amicitiam privatam tantùm, ſed & communem Humani generis Benevolentiam turpiſſimâ adulatione læſiſti. Hujus enim legibus ſanctiſſimè cautum eſt, *Alienum ut Lumen Lumine accendas tuo.*

Ibid. D'Acer. xxix. Οὔτε τεχνικὸς, οὔτε ῥήτωρ. | Articulum hunc cæteris à me ſejunctum, ſequenti adnexum vulgatorum exhibent complures; quin & Interpretum plerique ſenſum hinc nî fallor eruerunt ab Antonini mente alieniſſimum. Is enim, quantum mihi in præſens eſt conjicere, & ab ignavâ demiſſione, & à tumidâ elatione animi temperandum vult. Scortorum moribus propior eſt Illa, quibus nihil aut ſordet, aut pudorem incutit. Tragicos Hæc ſpirat, *qui* perſonam exuere neſcii, vaniſſimo turgent faſtu, & Thraſones nunquam non agunt. Falſa utrinque occurrit Species, & ſimulatio parùm *honeſta*; Bono minimè omnium Viro, nedum Principe digna.

§ 30. D'Acer. xxxi. Ὁ τῶν ὅλων τῆς κοινωνικός. | Mundum ita à Deo conditum eſſe inſtructúmq; conſtat, ut Humani generis commodo inſerviret maximè; quin & genus pariter humanum non ſibi naſci ſolis æquum erat. Naſcimur utique

Naturæ

Naturæ inprimis Authori, unde & Deum diligere, & primum nobis & palmarium jure meritissimo Officium habetur: Aliis deinde ejusdem consortibus Naturæ, ex quo fit, ut secundas sibi postulet Proximi Dilectio; *Ab istis utique duobus mandatis tota Lex & Prophetæ & pendent & complentur.* Matt. xxii 40. Gal. v. 14.

§ 31. D'Acerio xxxii. Πῶς σφετερίζεται μᾶλλον τοῖς γονεῦσι, ἀδελφοῖς | Vellem adjecisset & Subditos. Nec enim Lex ulla apud Principem antiquior esse debet, quàm Illa quæ Subditorum jura huic mandat tuenda. Conscientiam itaque Regiam de Officiis, quæ Deo, Parentibus, Liberis, Domesticis deberi constat se percontantem, istius quod Regem, quatenus Rex est, obstrictum habuit, minimè omnium oportuit oblivisci. Sed Principum plerisque quantumvis proclive sit omnia sibi fallo existimare licita, at de Marco tale quid nefas est credere. Hunc itaque Officii Locum eò magis verbis demiror prætermissum, cùm illum quin & in animo habuerit, & summâ is Religione sit prosecutus, dubio nihil est loci.

Ibid. Καὶ τελεία ἡ λοιδορία. | En tibi, Lector, Imperatorem, quem jure demirere optimo, se scilicet idcircò tantùm in terris agere, ut suo defungatur munere, aliisque se præbeat utilem, ultrò profitentem.

Ibid. Πόσα ἄτοπα καλά. | Examen Antoninus hinc de integro orditur. Isthæc autem perinde intelligenda duco, ac si dixisset; Num tot quæ te oblectent jam antehac præclara vidisti, ut vehementi admodum diutiùs in terris commorandi desiderio teneare? Quinam alius huic loco benè quadret sensus, nôrunt alii fortàsse, mihi fateor, parum liquet.

§ 32. D'Acer. xxxiii. Διὰ τί συγχύσεων ἐπιχυσεις καὶ ἀμαθεῖς ψυχαὶ ἴσχυον καὶ ὀπτώμενοι. | Planè divina sunt ista, & quæ latis laudando non sum; Nonnullis utcunque, qui Doctos profitentur, parum forsan arrisura. At nobis nihilominus ea fusiùs exponere liceat. Imperator Sapientissimus hoc primum omnium statuit, *Unicam tantùm esse Scientiam.* Illam scilicet, quæ ad Dei cognitionem ducit. Nec enim aliud est Deus, aliud *Ratio quæ Universum hoc administrat.* Multis intereà loci scientias falsò creditas studiosè sectantibus, haud insolens esse novimus, illos qui Veræ huic incumbunt uni, ludos facere. Nec mihi quidem in dubio est, quin ad Antoninum usque lascivientium linguarum petulantia dudum pervenerit; Is mirum ni profanum sæpè aliàs represserat impetum, & hîc loci retundit indignabundus, dum *Rudes* nuncupando & *Imperitas Animas* in ipsos convitia retorquet sua. Hos itaque interrogatos voluit, meliùs edoctos, & quod longè præstantius est eligentes, quorsum conturbare adeò satagant, & loco dimovere importuni. Videtur autem ad illud Heracliti non obscurè alludisse, qui dum exquisitæ irridet Scientiæ, ob quam Homeri, Hesiodi, Pythagoræ, Xenophanis, Hecatæi, aliorúmque complusculorum celebrantur Nomina, id illi vertit vitio, quòd ad Sapientiam nec vel paululum quidem conferat momenti, nec Intellectum revera excultum magis exornatumque præstet: A Genuinâ interim Scientiâ nimium quantum diversa, cujus in eo præstantia sita est omnis, quòd Spiritum, quo Universa reguntur, quantum fas est cognoscat, aut saltem in illo sit studio tota.

§ 35. D'Acer. xxxvi. Εἰ μήτε κρυπτὰ δεῖ ὧν ἐμοὶ, μήτε ἐπιλήσεται καὶ κρύπτειν ἐμέ. | In gravissimis ubi nobis obvenerint primùm infortuniis, id sedulò inquirendum, an nostrâ fuerint culpâ. Id enim si ita fieri compertum sit, non est quòd seriò plorare vetem. Sin autem innocuos feriant ruinæ, nihil est quod vicem doleamus nostram. 1 Pet. iii. 15. *Quòd si contingat, ut propter Justitiam patiamur*; adeò non ægrè ferendum, ut seriò potiùs triumphare fas sit, & laudare fortunam nostram, qui isto digni honore habeamur.

Ibid. Τίς ἡ βλάβη τῆ κοινῆ. | Societas ista communis non nisi Injustitiâ læditur. Injustitiam autem in significatu laxiori ut accipiat Lector monendus est; in eo scilicet qui omne etiam Impietatis & Vitii genus in se complectitur.

§ 36. D'Acer. xxxvii. Κενὸν γὰρ τῶ. | Sed ut rescribi debuit potiùs ὄνειρ. Nec enim tam ipso detrimento, quàm detrimenti opinione, quæ omnia præter modum exaggerare solet, istæ exprimuntur lachrymæ. Hæc semel atque iterum antehac Marcum submonuisse memini.

Ibid. Ἀλλ' ὡς ὁ γέρων ἀπιδὼν τὸν θρασὺν βόστρυχον ἀπῆτει, μειρακιῶδες ὂν βόμβος, ἵνα μὴ φῶ. | Locus inprimis egregius. Jam anteà, nè animum abripi temerè, & mali imaginatione alieni vitiari patiamur, differtè præceperat. Id tamen, cùm sortem iniquam miserantibus solenne sit, monere pergit porrò, quo tandem fieri possit pacto, ut & istis levamini simus & solatio, & ipsi intereà nè affligamur. Non esse nimirum opus, ut ad rigorem Philosophicum, & exquisitam Veritatis amussim sermo noster omnis exigatur. Istud Subtilitatis nec Illorum dolor, nec Nostra fert Humanitas. Fruſtrà nempe eris ab animo jam saucio & perturbato Mali opinionem avellere meditatus: Fruſtrà, importunum doloris impetum retundens, & Amici sustinens partes, (cujus esse creditur dolorem ex alterius dolore concipere) si hoc in uno hæreas, *Nihil esse prorsus, quod vel ille vel tu doleatis.* Quin potius ad illorum te demittas ingenium, nec eodem abuti Sermone, iisdem pudeat querimoniis. Infortunium ad tempus agnoscas magnum, licet; sed ad tempus hoc, & ex compositio esse tantùm, & Te novam induere memineris personam. Quod enim gratiâ Magnum dixeris alienâ, ut lugentibus commodus fias

atque utilis, qui ſolida Rationum momenta nondum capiunt, id paucillum, imò nullum reverà, & apud Te, malum fac ſemper exiſtimes. Ita enim & Parvulis haud gravamur obſequi; & Senem imitari, qui ad Puerilem ſe captum accommodans, Turbinem ab Alumno, ac ſi res eſſet plurimi, & omnium exoptatiſſima, vehementer ſibi dandum poſtulavit: Haud immemor intereà Turbinem eſſe tantùm; & in ludicris iſtiuſmodi Illorum quibuſcum res eſt imbecillitati aliquatenus obſecundare, Viro eſſe Sapienti neutiquam indignum. Imaginem autem Senis hujus cum Puero ludentis, ab aliquâ tunc temporis Comœdiâ ſatis notâ petiiſſe Marcum, non vero eſt abſimile.

Ibid. D'Acer. xxxviii. Ἐπεὶ τί σὺ ἤδη καλῶν ἐπὶ τῷ ἐμβόλῳ. | *Que fais tu donc dans ceste Tribune, aux harangues, avec tes beaux diſcours; & tes Oraiſons funebres? Quid igitur Tibi cum iſtis roſtris? Quorſum Orationes comptæ, & Laudationes amicorum funebres?* " De loco emendando, variiſque Eruditorum hâc in causâ ſententiis, non eſt, quod poſt Gatakerum Lectori moræ ſim; quin & ejuſdem de mente Antonini cramben recoquere detrecto, quem Dignitatem quandam aut Honores ambientium, vel ambientibus ſuâ ſaltem operâ faventium faſtum putat Ille, & officioſam nimis ſeduliratem perſtrinxiſſe. Videamus ſi placet potiùs, quid ſenſerit D'Acerius, à Noſtrate hîc ſane, ſicubi loci longè diverſiſſimus. " Antonino (*inquit*) maximæ id ſemper fuit curæ, ut Amicos Cognatóſque demortuos nullis non Officiis & Honoribus proſequeretur, quos aut ſuadebat Pietas, aut Mos induxerat Patrius. Horum nec Iſte quidem in Ultimis cenſendus, quo quis vitâ functorum Virtutes oratione funebri ſuſcepit prædicandas. Jam verò Stoici, qui Conciones publicas (oſtentationis præſertim compoſitas gratiâ,) improbabant maximè; longè aberat ut iſtis in Amicorum funere Laudationibus veniam darent; Inutiles nempe rati, & Audientibus periculoſas; quæque non tam vero Virtutis, quam falſo Suî amore inflatos accenderent animos. Marcus igitur, Senis inſtar nuperrimè memorati, Notam hîc loci Cenſoriam etiam iſtis inurendam curavit, quæ etiamſi à mente multùm aliena ſuâ, pro Morum tamen quâ erat facilitate, conſuetudini vulgò invaleſcenti obſecutus, vel ipſe, quoties res poſtulabat, facere non eſt dedignatus.

In Librum Sextum.

§ 4. Τῷ ἐκδυομένῳ δόξαι ὅπερ ἔνιοις ἡ ὕσις. | De Materiâ hîc loci ad Placita Philoſophorum differit Antoninus. Ex his non deerant, quibus Unam illam eſſe, & uſquequaque Simplicem, viſum eſt. Elementa verò quæ dicuntur, è variis ejus partibus nexis ſimul aptiſque inter ſe compingi. Huic erat conſentaneum, Elementa (ſi ita loqui fas ſit,) tum denique Mortem obire, cùm ſingulæ Vapóris inſtar evaneſcerent partes, & formam exutæ priorem in Primam Materiam reverterentur. Aliis placuit potiùs, Elementa ipſa totidem Rerum Principia prædicare; à ſe invicem toto genere diverſa, nulloque communis Eſſentiæ vinculo conjuncta. Hos itaque ſi ſequamur duces, ſubſtantiæ iſtis conflatæ Elementis, tum demum propriè dicuntur Mori, ſi, partibus earum disjunctis diſſipatiſque, in ſuum quæque reſolvatur, unde ortum duxerat priùs, Elementum. Particulæ Aereæ, verbi gratiâ, ſi in Aeris, Terreſtres in Terram, ubi denuò remigraverint.

§ 7. Σὺν μήμῃ θεῶ. | Actiones enim noſtræ & Studia univerſa, juſtâ non poſſunt non perfectione deſtitui, & nihili prorſus eſſe, quantumvis in ſe præſtantiſſima, niſi cum Deo & incepta, & peracta, ad eundem ceu finem ultimum demum dirigantur.

§ 9. Κατὰ τὸν ὅλον φύσιν ἔχοντα πνεύματα). ὃ γὰρ κατ' ἄλλου γε πνεῦμα φύσιν. | Mundum hunc materialem à ſeipſo regi, nemini perſuaſum eſſe poteſt cordato; quippe quem & Rationis & Senſationis expertem prorſus liquidò novimus. Reliquum eſt igitur, diſponi hunc gubernarique à Naturâ quâdam Materiæ toto genere diversâ. Illa verò Totius ut ſit Natura neceſſe eſt, quæ Totum & olim condidit, & jam permeat: Nec enim Natura particularis, quæ partium *vel* unam, vel plures pertingit, Univerſo regendo conſervandoque par eſſe potuit. Dato autem quòd ejuſmodi ſit, ab Univerſali Naturâ diſtincta; at unde Illam dixeris originem traxiſſe? Si aliam quandam Univerſalem ab *hoc* Toto ſejunctam ſtatuas, non noſtræ tantùm Rationi contraria, ſed & inter ſe planè pugnantia ſunt iſta. Age verò, te ultrà interrogatum velim, non unde orta fuerit modò, ſed & ubinam exiſtat hæc Natura? Mundum hunc num ſuo amplior complexu ambiat, an anguſtior ab Illo ſit circumfuſa?

Utrinque

Utrinque Nodi nectuntur, è quibus haud facili te expedias negotio. Diversa enim à Mundo Natura si intrà commoretur, Mundum ut pessundatum eat, quàm illum ut conservet sospitem, multo abest propiùs. Ponatur itaque, si placet, extrà mundum. At illum ubinam loci Philosophum reperias, qui spatium & substantiam Isto, quod jam Omnia in se complecti conceditur, Universo distincta & capaciora, concipere queat animo? Ex his utique efficitur, Mundum ab eodem & Authore semel fabricatum, & Gubernatore nunquam non administratum. Quæ qui sibi persuasa habet, næ illi dubio erit procul, quæcunque singulis hujus Fabricæ partibus assignentur, ea istis, & esse reverà congrua, & præ cæteris expedire.

§ 10. Ἤτοι κυκλῶν. | Antoninum, à quo fonte omnia profluxerint, vel levissimam in se dubitationem admisisse, cave sis ne ullus existimes. Suggeret nempe compluscula nulla non hujus Opusculi Pagina, quæ Authorem à turpi suspicione liberent. Sed id, More disputantibus usitato, adversariorum sententiæ dandum censuit, ut, quò melius Argumenti procederet ratio, Falsum ad tempus pro Vero putetur. Eo scilicet consilio, ut Disciplinam sive Epicuream, sive Stoicam sectantibus, Mortem minimè malam, minimè reformidandam ostenderet. Posito itaque, quòd omnia temere & fortuito eveniant, (quod Epicurum somniâsse notum est) Posito itidem Divino disponi omnia Consilio; Sententiæ tamen inter se inimicissimæ hoc in uno saltem conveniunt, quòd Utraque Mortem æquo opperiendam animo suadeat; Utraque ne *Summum aut metuas diem, aut optes*, disertè vetat.

§ 11. Ὅταν ἀναγκαδῇς ἀπὸ τῆς πεπυκνώσεως αὖθις διατήξῃναι. | Articulus, quo vix alium reperias elegantiorem. Ejus tamen lepores, quoniam omnibus minus forsan in conspectum cadant, accuratius explicare non erit molestum. Animadvertendum itaque, res Circumstantes quoties negotium nobis facessunt, foràs nos excedere, quæ per se tranquilla sunt solicitatum, ut externa ista in doloris remedium cedant. Oleas vero transcendentes, ordinem & concentum rerum disturbamus, nec quem sortita est inter cæteras mundi partes, suum amplius anima humana servavit locum. Isto etiam pacto Convenientia, & quasi Continuitas, quæ huic Nostræ cum Animâ Mundi intercessit, soluta est protinus & disrupta. Cujus commune Hoc est vinculum, ut quod sui est officii id illa agat sedulò, sibique sit semper par atque constans. Plura possem, sed pluribus haud opus esse arbitror, ut mentem Antonini satis assequatur Lector.

§ 12. Εἰ μεταῤῥᾴθυ τι ἄλλα ἄρχει καὶ μετίεσα. | Novercæ Aulam, Philosophiam vero Matri componens, venustam vivamq; satis rei Imaginem exhibuit. At apud Hodiernos, (quod in melius vertat Deus) quotusquisque est, qui non Ordine prorsus inverso, ad ista æstimanda animum instituit? Aulâ Matris in loco & deliciis habitâ, Philosophiâ interim, (Virtute scilicet & Pietate) Novercæ instar, ad quam ægrè admodùm, & quantum poteris rarissimè, nec sine summo re recipias tædio.

Ibid. Δεῖ γὰρ καὶ ἐκεῖ σοι ἀντικεῖσθαι φαίνεται, καὶ σὺ ἐν φωτὶ ἀνεκτός. | Locus quem bene notes inprimis dignus, in quo Imperator Magnus profitetur lubens, Philosophiam (quam Virtutem & Pietatem jam sæpius diximus) penes esse unam, & Aulicos Principi toleratu faciles, & illis Principem gratum reddere. Isthîc usque adeò, ubi minimè omnium illa colitur loci, ut religiosissimè colatur opus est maximum.

§ 13. Ὅρα γοῦν ὁ Κράτης τὸν περὶ αὐτῆς τῆς Ξενοκράτους λέγει. | Xenocratem Philosophum austera facie, & gravitate adeò singulari fuisse accepimus, ut in Diverbium venerit; *Xenocrate modestior*. Crateti severitatem istam, & vultum præ cæteris compositum penitiùs introspicere libuit, & ad vivum resecare. Quo facto nihil subesse Veri, sed larvam tantùm ostentandi gratiâ inductam comperuit. Cum itaque haud parum fraudis & simulatæ sanctimoniæ etiam apud Philosophos sit deprehensum, quid de aliis cogites, & quantum falsæ existimationis ab illis detrahas oportet, ut res ipsa quomodo se habeat, rectè intelligas? His enim qui è vulgo sunt, aliquid semper adjicere de proprio, & solenne est magis, & minùs culpandum. Articulum, nî fallor, agnoscis Lector, longè quàm primâ visus est facie elegantiorem.

Vide *Erasmi Adag. in Modestia. p.* (*mihi*) 512.

§ 14. Τὰ ἀπὸ ἕξεως ἢ φύσεως συνεχόμενα. | "Quod ad prius hujus Divisionis membrum Gatakeri ferè vestigiis insistit D'Acerius, ad posterius quod attinet, ecca tibi quæ sequuntur." Antoninus substantias animâ præditas in Animalia Rationalia & Irrationalia haud contentus dividere, tres instruere Classes duxit satius. Harum Prima Brutorum omnem complexa est familiam. Secunda Generis Humani complures, quibus Anima quidem suppetit Rationalis, ità tamen, ut præterquam quod artibus habiles præstet, & rebus exquisite effingendis idoneos, nihil ultrà pertingere videatur. Tertia denique Viros verè Sapientes, Animas illustres, puras, & lumine plenas, ipsi cognatas & similes Deo, cujus etiam genuinas se sentiunt particulas.

Ibid. Καὶ τριχοῦ, ἢ ἄλλως πως ἐνεργεῖς. | Tertiam hanc tertiæ huic classi, utpote vulgaribus

ingeniis duobus tantum digitis sublimiorem, Mechanicam illam solertiam, & curiosam rerum minùs utilium indagationem adscribendam censet; quibus qui se totos dederant Philosophastros, sub confecto *Virtuosorum* nomine recentioribus mos est deridendos propinare. Quin & Artium Exultores qui se profitentur, quibus Magnum quiddam videtur, Concham, Vas fictile Sinicum, Pictam Tabellam, aut Æs cœlatum debitis (si Diis placet) laudibus evehere. Nugarum autem qui fatagunt istarum, quanti quanti sibi videantur, Animæ tamen Universalis & Politicæ, unde dignitas & præstantia verè humana profecta est omnis, participes illos Marcus existimari noluit.

§ 15. Ὁποῖον γὰρ δεῖ τὸ ἔπαξ ἐλκύσαι τὸν ἄνεμον καὶ ἀποθάνειν. | Quid de ipso moriendi actu aut mollius excogitari potuit, aut familiarius? In singula utique momenta respiratur; Est autem, quando id à nobis sit ultimò faciendum; nec repetendus ut olim Aër, sed tum demùm efflandus est totus. Huc autem si res redit omnis, quàm nullo negotio moriamur, cuivis hinc facile constare poterit.

§ 16. Αἱ δὲ παιδαγωγίαι, αἱ διδασκαλίαι ἐπὶ τοῦτο ἀποβλέπουσιν. | Ad id nempe aut contendunt, aut contendere debent, ut idoneos præstent singulos quod muneris erit sui strenuè exequendo. Hic verus est Institutionis & Disciplinæ finis, Practicus scilicet, qui tamen à plerisque qui pueros suscipiunt educendos, adeo nunc quibus vivitur dierum neglectui habetur, ut illum complures ne in animo habeant quidem, alii verò non pauci nedum nôrint. Unde & illud haud abs re dictum; *Institutionem hodiernam ad id præcipuè collimare, non ut Bonos aut Sapientes, sed ut Doctos reddat potius. Ad Rixas & Altercationes ingeniosi, ad Agendum hebetes & tardi efficimur. Virtutem callidè declinare scimus, amare & ex animo persequi nescimus.*

§ 20. Ἐν τοῖς γυμνασίοις χοῦν ἔτυξε καταπυλέχης | Appositum hoc, ut nihil suprà. Mundus enim nobis pro Campo aut arenâ est, ubi animum exercendo perficere debemus. Nos autem, ea est vel ignorantia vel Infelicitas, Exercitationes ludosque ut in vera & internecina degenerent prœlia, haud rarò committimus. Huic itaque in remedium Stultitiæ, Articulum, quem ob oculos jam habes, adhibendum censuit Antoninus.

§ 22. Ἐγὼ δὲ ἁμαρτεῖν πολλῶν ποιῶ, &c. | Rerum hîc species nobis objicit, quæ nos vel inter agendum morari, vel ab officio prorsus suscipiendo distinere solent; eo nimirum consilio, ut ubi cujusmodi sint animo cogitaverimus, nostræ nos pudeat Ignaviæ, qui nugis & ineptiis, quæ virum Bonum & Sapientem neutiquam haberent solicitum, Virtutem à suo dimoveri loco patimur.

§ 23. Τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις, ᾧ πρόσεστι νοερὸν μέρος. | His ut utamur libero jubet animo, isti nimirum innixus argumento, quòd res imperfectas quascunque in gratiam & usum Perfectiorum effinxerit Deus. Cujus Dogmatis adeò liquida est Veritas, & humanæ Menti obvia, ut etiam, citra Deum disertè testantem, lumine innotuerit suo.

§ 25. Ἐνθυμήθητι πόσα ἅμα τῷ αὐτῶν ἀναιρεῖσθαι χρόνῳ γίνεται σωματικὰ ἐμοῦ καὶ ψυχικά. | "De iis quæ in Animâ simul fiunt, adeò tuse Gatakerus, ut quæ in eandem planè mentem Noster Hic annotaverit, adjectis nihil est opus. Corporeas autem Operationes quod attinet, is porrò quæ sequuntur." Nec minus Nostrûm cuique mira esse debent, quæ in corpore facta novimus, provinciam licet nacta brevioribus terminis circumscriptam. Functiones membrorum variæ, motus agiles & innumeri, Nervorum, quibus ista administratur machina, Intentiones diversæ, usus stupendus: Mutuæ inter se partium Convenientiæ; Crebræ imò perpetuæ Mutationes, & intus exortæ & ab extrà factæ; ut verbo omnia, Innumera illa & plane infinita, quæ subtilissimum & vigilantissimum Animadversorem facilè fugiunt; Hæc omnia mentem adeò saltem occupare est æquum, ut cum ista in mortali & finito nunquam non rite peragantur, quæ in mundo eveniunt, quantumvis multa, quantumvis magna & operosa, ab immensâ tamen Dei potentiâ, facili & plane nullo negotio disponi posse omnia, ut ne fidem ulli detrectemus.

§ 26. Ἐὰν τίς σοι σκεδάσῃ, πῶς γένηται τὸ Αντωνίου ὁμοίωμα. | Imago ista, de medio licet sumpta habet tamen & suos lepores, nec ad rem facit minus, quàm quæ Magna solent Magnis componere. Marcum igitur hoc voluisse existimo. Antonini non ampliùs nomen efficitur, si è literis quibus constare debuerat, unica tantùm inter scribendum prætermittatur: Illorum itidem, quæ Viri Boni officium constituunt simul, quoties Animus cujuslibet vel unum habuerit neglectui, Totum deficit, & quæ supersunt laude excidunt suâ. Ità etiam se Legem habere satis constat, quæ, cùm compluscula nobis imperet, se tamen in solidum violatam putat, si præceptorum cuivis minùs fecerimus satis. Nec enim, quæ ab Antonino monita jam habes, ab illo Jacobi Apostoli Axiomate notissimo videntur multùm distantia, *Jacob.* ii. 10. *Quisquis totam Legem servaverit, impegerit autem in uno, omnibus teneatur*, (reus scilicet.)

§ 29. Ἀσχολεῖν δεῖ ἐν ᾧ βίῳ τὸ σῶμά σοι μὴ ἀπαιτοῦσᾷ, ἐν τούτῳ τὴν ψυχὴν σκαπτοῦσᾷν. | Latius patet hæc Animadversio, quàm Lectorum vulgus, imò (nec enim id dicere gravabor) quàm vel Ipsum facilè Authorem habuisse in animo crediderim. Animam in virtutis Studio corpore citiùs

eitiùs deficere, illi notare fuit satis. Corpus enim vires extemplò reficiendas curare, fractis semel conatibus nullum cedere, sed repulsarum patiens animos resumere denuò, & opponere se fortiùs obstaculis. Quæ omnia & Animæ, ut se Studio ad virtutem haud minùs pertinaci atque invicto accingat, documento esse debent. Nobis autem, & id ultrà, quod illi perinde in opprobrium cesserit, succurrit observandum. In istâ nempe quotidianâ Spiritûs contra carnem luctâ, animum concidere priorem, & præ turpissimâ omnium ignaviâ, armis confestim traditis, hosti se ultrò sub jugum mittere. Quin & alium ex hoc Effato, eumque haud inutilem eruere nobis sensum licebit. Corpus nimirum in Vero ejus Bono, vel ità saltem Viso, ambiendo, ab incœptis nunquam desistere; Omnia experiri; nec recusare labores, nec pericula reformidare, nec præteritis defessum animum despondere: Mentem ex adverso, Viam Virtutis vix dum ingressam nihil non expavescere; primâ difficultatis facie turbari prorsus, & priùs quàm eò deventum fuerit, ut quantum possit experiatur, herbam dare protinùs, & de victoriâ desperare.

§ 30. *Ὅσα μὴ ἀκαθαρσιῶδες.* | "Quod Gatakero visum est infamem Cæsarum Libidinem & Spurcissima omni genere flagitia notâsse, id de Tyrannide magis affectatâ, intellectum maluit D'Acerius. Ità ergò ille". Quò nobis animi sui sensum redderet Antoninus explicatiorem, novum ei libuit de proprio vocabulum cudere. Perinde enim sonat, ac si dixisset, *Cave ne Cæsarisses*, h. e. Ad Crudelem Dominationem, & ad Mores Cæsarum Tyrannicos, longe absit ut ipse componas tuos. Imperatorum nempe Sapientissimus execrandam istam ambitionem, quâ primi Cæsares stimulati, populares & patriam justâ spoliârant libertate, & in ditionem redegerant suam, quanto in odio & detestatione habuerit, hoc demum pacto optimè designatum iri existimavit. Regeras fortasse. At quî tandem factum est, quòd ille Vir Sanctissimus, Jugum à moribus suis alienissimum, postquam damnaverat adeò perhorruerat-que, non diffregerit protinus, & pristina Populo restituerit jura? Respondeo. Longè aliter sub Antonino se Res habuerunt Romanæ. Potestas enim, quæ faceret cum prima in Patricios & Plebem impetum, omnium erat iniquissima, consuetudine tandem stabilita, & longo temporis tractu legitima est facta. Nec jam aut necessarium, aut tutum fuisset Leges diu receptas temere refigere; aut Imperium, per se licet injustum, ne in melius quidem mutare.

Ibid. *Ἐν τῇ μίχει ἀπείρας.* | Delicatioribus forsan, ut nunc sunt homines, ista minùs placeant; qui Antonino laudi ducerent potiùs, si ab hoc Encomio temperâsset sibi. Me verò quod attinet, qui nec rem parvi pendendam, nec Verecundiam hoc læsam pacto arbitror, quòd & hujus minimè sit oblitus, & mihi vehementer gratulor, & illi gratias habeo maximas.

§ 31. *Ἀνάνηφε τὴ ἀναγκαῖ σαυτόν.* | Hîc loci seipsum statim à somno videtur allocutus, occasione ab insomnio quodam minus jucundo congruenter satis arreptâ. Animo igitur somnum sibi jubet ultrà excutere, ut ità tandem expergefactus totus, de rebus externis dijudicet universis perinde ac jam de isto judicâsset insomnio. Verba sensûs plena, & quæ acuminis & eloquentiæ Specimen haud mediocre præ se ferunt.

§ 32. *Τῶτων ὡφέλει ἃ θέμις μόνον τὸ παρὸν πραγματεύεται.* | Præteritum revocare nefas, Futurum ad nos usque nondum pervênit: Hoc igitur quod præ manibus est curare debemus unum; eoque vehementiùs in id animum intendere, quoniam de præsenti tantùm vocabimur in judicium: Nec enim quales aut olim fuerimus, aut posthàc fore speraverimus, sed quales simus, in isto demum nostrâ referet die. In quo quidem Argumento multus est D. Hieronymus, Ezechielis Caput Trigesimum Tertium Commentariis illustrans suis. Cæterùm, nec ità tamen de præterito securis esse licet, ut quæ olim fecerimus secùs, non nobis sæpenumero subeant in mentem, & veris plorentur lachrymis. Siquidem parum habuit Davides Peccata in posterum missa facere, nisi & crebrâ etiam recordatione animum obfirmâsset contrà. Nec frustrà est, quòd mores jamdudum mutatus, mœstus tamen adhuc inclamaverit, *Defectiones meas ego agnosco, & Peccatum meum obversatur mihi jugiter.* Psal. li. 4.

§ 33. *Οὐκ ἔστιν ὁ πόνος τῇ χειρὶ, οὐδὲ τῷ ποδὶ παρὰ φύσιν, μίχεσ ἂν ποιῇ ὁ πῶς τὸ τῆ ποδὸς, καὶ ἡ χεὶρ τὸ τῆς χειρός.* | Ratiocinatio solidis suffulta Argumentis. Ità sumus omnes à Naturâ comparati, ut Manus, Oculi, Pedes, singula denique corporis membra quod sui est officii nullo exequantur negotio. Quoties autem iis in his deficere contigerit, id aliunde, & præter naturam fit. Quod inde colligit Antoninus, haud minus & ipsum rectæ innititur Rationi. Dum Homo in iis est, quæ ad Hominem pertinent, nec æquo ampliùs premitur, nec vero afficitur malo. Sarcinam caussetur forsan suis imparem humeris, at nequicquam & iniquæ sunt istæ querimoniæ. Huc enim ferè & ista redeunt, sed leviusculè tantùm immutata, quæ Regum olim conscripserat Sapientissimus; *Si remisse te geras, & dixeris Vires non suppetunt; Qui inspector est cordis Ipse intelligit, & Servatorem animæ tuæ nil fallit. Reddetque is homini juxta opera sua.* Prov. xxiv. 10, 12.

§ 34. *Ἠλίργε ἡδονὰς ἕνεκεν λυπεῖ*, &c. | Hinc efficitur

efficitur contrà Epicurum, Voluptatem summum hominis Bonum esse non posse; quæ omnibus nullo competit discrimine. Dudum enim evicerat Antoninus, summum Bonum nihil esse istiusmodi, quod in homines nequam & perditos cadere queat.

§ 35. Οὐκ ἐφ' ὅτῳ τοὺς βάναυσους τεχνίτας ἁρμόζονται μὴ ἄνευ τοῦ σοῦ τοῦ ἰδιώτου. | Capitulum hoc rite intellectum & prodesse plurimùm poterit, & oblectare. Cùm enim Artifices Mechanici artis imperitos suæ ineptè cavillantes sustineant, nec tamen istis ab incepto dimoventur ineptiis, quin artis rationes enixe nihilominus servent & tueantur; Idem contendit Marcus par esse, Homo ut in suâ, omnium quotquot sunt uspiam artium dignissimâ præstantissimâque faciat constanter. Hominis utique Ars id circa unum versatur, Virtutem ut colat, & bene agat. Huic igitur ut operam det, & quantum poterit incumbat sedulò, nec ab illâ se depelli patiatur fas esse, eodem efficitur argumento. Præsertim cum quicquid effutiverit contrà Imperitorum & Scelerum Colluvies, id omne adeò non propositum quod mutet dignum, ut ne ægrè quidem ferendum esse, existiment qui veram adepti sunt sapientiam.

Ibid. Εἰ δ' ἐφικτέον καὶ ὁ ἰατρός. | Demirere forsan Antoninum, quòd de Mechanicis & Vulgaribus verba faciens, Architectos & Medicos memoraverit simul. Et isto sane pacto parum illius Scientiæ consultum est honori, cui tamen Hominum pars maxima, & olim cesserunt, & etiamdum cedere priores non gravantur. Quod Architectos spectat, id minus jure sit mirum, quos Mali multo majoris quàm Boni Humano generi Authores novimus. Ordines enim compositi, & exquisitæ ædificandi formulæ, non tam Commodo nostro, dum ædes pulchrè extructas moliuntur, quàm, dum luxum suadent & sumptus immodicos, Incommodo cesserunt maximo. Medicos autem, quos *Diis secundos* nuncupare, & Scientiam, quam cœlo delapsam prædicare non est novum, quòd parvi adeo feciſſet Antoninus, quid sit in causâ haud facile esset dictu, nisi Stoicæ gnaris disciplinæ. Illa enim, præ fastuoso externorum omnium despectu, Corpus ut se haberet, parvi referre autumabat, de Animæ interim unius Salute sollicita. Nec ista multum à Platonicâ abhorret Scholâ, quæ in Scientiâ Morali, quâ ad Dei nostrîq; ducimur notitiam, cùm esset tota, quicquid erat præterea aut Artium aut Scientiarum, pro Mechanicis, & nullius prorsus pretii habere non dubitavit.

§ 38. Τῷ τοπικῷ κίνησιν, καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὸν ἕνωσιν τῆς ὕλης. | Utrumque perinde necessarium duxit, & Motum, & Continuitatem Materiæ. Hæc si demas, mortua sunt omnia. Videtur autem isthîc Epicuri de Vacuo dogma datâ operâ depugnare.

§ 40. Ὀψάριον, ἐρμαλῖνε, &c. εἰ σοὶ ὁ κατασκευάσας ποιεῖ, οὐκ ἔχει. | Magna huic ineſt Articulo gratia. Ea Lectori ut ob oculos magis conspicua subjiciatur, paucis tentandum. Asserit Antoninus quæ à Peritis formantur Instrumenta, usibus quibus destinata sunt ad amussim convenire; hoc autem istius fit Formæ vi, quam ab opifice sunt adepta pridem; nec opus esse, ut qui semel aptè effinxerat, sit semper illis præstò Opificii adjutor Sui. Si igitur Ista, vel Absente Authore, officio satis faciunt suo, quanto magis Naturæ opera debita sponte præstare munia existimandum est? præsertim cum hæc Authore destitui nequeant, sed quem Creatorem habuerunt olim, eundem & Gubernatorem & Cooperatorem habeant indivulsum. Ex his utique cogas vult Antoninus, Hominem, quo Natura non aliud condidit perfectius, si præceptis ejus morem gerat sedulò, suâ de spe, & fine proprio decidere non posse: Nam & Animam hominis ritè dispositam nihil aliud velle, præterquam quod vult Deus, sive (ut ad mentem Stoicorum loquar propiùs) Anima Mundi; cujus & Ipsa pars est, & cui nexu indissolubili adhæret. Idonea vide sis Lector rationum firmamenta, &, quibus si beniniorem paulò interpretationem adhibeas, veritati Christianæ maximè consentanea.

§ 42. Οἷον ὁ ἐπιτηδὲς καὶ μαλῶν τὸν ἐν τῷ δεῖπνῳ, ὃ χρόνον μίμνητε. | Chrysippi verba apud Garakerum habes, necnon & Plutarchi censuram; quibus quæ sequuntur postea subjungere visum est D'Acerio. Non hinc efficitur Homines Malos rerum Naturæ necessarios; sed tantùm non inutiles esse. Monente Chrysippo ——Quæ nisi perperam intellexisset Plutarchus, næ ille à censoriâ severitate temperâsset sibi. Quas enim ille causatus est in hoc argumento difficultates & ineptias minimè ferendas, *Vitium*, (verbi gratiâ) *si natura in commodum cedat, non amplius Deo adversari, nec esse cur ab illo odio habeatur*; concidunt istæ extemplò omnes; nec est quòd Chrysippum istis expediendo multi laboremus. Rem enim ne minimè quidem tangunt gentium, nec omnino prohibent, Philosophi effatum illud quin & verissimum sit nihilominus, & laude dignissimum. Rectiùs itaque Antoninus, & appositè ad hanc quæ nunc agitur causam; ut nihil excogitari queat aptius. Ut verbo omnia. Cùm id in nostro vertatur arbitrio, Peritisne placeat magis, an rudibus & ignavis operariis accenseri; & Facta nostra an proprio splendere laudarique decore velimus, seu potiùs deformia sint adeò atque turpia, ut ex nostris malefactis benefacta magis niteant aliena; Cum nos, inquam, sit penes, utrum horum malumus accipere, id agit Marcus, ut Homine nihil indignius esse evincat, quàm si

quis

quis ad deteriorem partem animum applicuerit.

§ 43. Μὴν ὁ ἥλιος τὰ τῶν ὑετῶν ἔργα ποιεῖν; | In istos jam operam confert medicam, qui gravissimo laborantes morbo, omnia solicitè ambiunt, sorte nunquam suâ contenti, nunquam non invidentes alienæ. Argumentum verò ità tandem optimè processurum pollicetur, si alia secum recogitantes, & quomodo se habeant cæteræ universi hujus partes, ad ista velint exempla animum componere. Cœlestia vel primo sic constaret intuitu & Terrestria Corpora, suis incumbere Officiis singula, alienis se nunquam rebus immiscere; Munia vero longe diversissima adeò obiri sedulò, compositè, amicè, ut in unum eundemque finem conspirent universa; mutuas invicem operas præstari, quibus in publicam semper aliquantum utilitatem proficitur. Hinc Totius Conservatio, hinc in Immenso isto, quas in hoc humano corpore notavit Apostolus, Concordiæ & Commoditates; ut nequa partium, tam variæ licet sint, tam dissitæ, & discrepantes, (si seorsim spectas) cuiquam tamen è Sociis vel minimæ, probro illud objicere possit, *Te mihi non est opus.* 1 Cor. xii. 21.

§ 44. Εἰ μὴ ἐνυλλίσσετο ἐπὶ ἐμοὶ οἱ θεοὶ, &c. | Monendus est iterum Lector, Antonino de Providentiâ, quam dicunt, Particulari, ne leviſſimam quidem subiisse dubitationem; sed ita loqui parerat, probaturo, quòd etiamsi Generalem tantùm admiseris, cui nostrâm singuli minimè essent curæ, vel ità tamen quæcunque evenerint æquo ferenda esse animo; præsertim cùm secum quisque recolere debeat, ista si minus nostro-ipsorum privato, at communi tamen Totius Commodo, & aptissimè congruere, & summopere expedire: Salutem vero Corporis Membrorum cujuslibet Saluti nimium quantum esse anteponendam. Nec hîc tamen sistit pedem Marcus. Id etiam evincendum ultrà in se recipit; quòd, si quis excors adeò atque impius esse posset, qui Numinis non Providentiæ modò, sed & Existentiæ detrectet fidem; vel hoc absurdissimo omnium posito dogmate, Summum Hominis Bonum non nisi in Virtute & Justitiâ reperiri uspiam posse. Assertio quidem & vera inprimis, & laudabilis, quæque vesano nonnullorum ex hodiernis Figmento non contrarietur modo, sed & justissimum incutiat pudorem. Nec enim monstra hominum desunt, qui Christicolarum Titulo quantumvis insigniti, asserere tamen non erubescunt, quòd, Demptâ in Deum fide, datoque res illum non curare nostras, nihil esset reliqui, quod nos à malo reprimat præterea; nec Legem, nec sceleris Conscientiam, nec Virtutis aut Vitii, Justi & Injusti discrimen supereſſe; & proinde privati cujusque Commoda quocunque quærenda modo, cum quicquid cuivis libuerit, id omne illi non licere non posset.

Ibid. Ἢ μὴν διὰ λόγου, μὴν ἐν χρήσει. | Et isthic etiam Marcus, quantum ego assequor, artificio est usus minimè vulgari; Concesso etenim Impiis quod postulaverant, suo vel inde vim adstruit Argumento. Ii utique in horas & agere solent & loqui, quæ Divinæ & Existentiæ, & Providentiæ, vel ab invitis tum creditæ, tum reformidatæ manifestos peragunt. Haud opus igitur est pluribus, ut illos redarguas, quorum ratiocinationes ipsa redarguit quotidiana consuetudo.

§ 48. Ὅταν ἐνεργὰς σαυτὸν λάβῃς, ἐνθυμοῦ τὰ ἀποτελούμενα ὑπὸ συμπνοίας. | Articulum hunc quoties aut oculis revisо, aut cogitatione revolvo, incredibili me voluptate, & miris ejus amoribus affectum sentio. Nos certè nimium felices; si ad Antonini ingenium mores componeremus nostros: Si Amicorum & Contubernalium virtutes in conspectum subjicerentur frequentes, quibus tanquam Tabulis mirâ depictis arte, avidi pascantur oculi; novasque explorando venustates occupati, magis in dies magisque oblectentur. Sed plerisque, ut nunc vivitur, in sequiorem partem omnia. Pauciſſimi enim Virtutes alienas, vel illas quarum compotes ipsi sunt, vel quibus destituti, intueri sustinent. Tantum in moribus vitiandis turpis potest Philautia, cujus Venenum, ceu serpentem late contagionem, quò meliùs retundamus, id seriò & sæpenumerò recolendum est animo. Illorum nempe quibuscum intercessit consuetudo, nobis deputatum iri Virtutes, & quantum ex his profecerimus exemplis, rationem aliquando exacturum Deum: Nam & illorum benefacta eum ideo voluisse conspicua, non ut Inertibus & Otiosis, imò Improbis forsan, aut ludo fiant, aut spectaculo saltem inutili, sed quò alios etiam suo perstringerent fulgore; ad Bona & præclara stimularent ignavos; jacentes & timidos erigerent; rudibus denique Documento essent & Exemplari, ad quod, tanquam ad speculum oculos & animum intendentibus, & mens & vita effingeretur sua.

§ 54. Τὸ τῷ σώματι μὲν συμφέρον, &c. | Eodem recidit istud Proverbiale, quo & illa hâc in causâ de Bono Societatis publico, & mutuâ Partium Sympathiâ jam sæpiùs memorata. Nec itaque jam nota ista satis atque trita Lectori obtuliſſem, nisi ut D. Paulum nostro consentaneum exhiberem simul; *Sive patitur unum membrum* (inquit ille) *simul dolent omnia membra; sive honore afficitur unum membrum, congratulantur omnia membra. Vos autem estis Corpus Christi, & Membra particulatim.* 1 Cor. xii. 26, 27.

§ 55. Εἰ πωροῦνται οἱ γαῦται, &c. | "De istiusmodi videtur locutus, qui illos, à quorum ope vel magnam utilitatem percipere, vel se sospites tueri possunt solâ, non neglectui habent tantùm, sed & respuunt præfracti, & convitiis lacerant. Hos omnium perditissimos jure merito pronunciat;

ciat ; sive mentem & Rationem suam intelligas, sive Præceptores & Amicos commonefacientes, minùs quàm debuerat auscultatos". At nobis interim Christicolis quid profici poterit, aut quæ tandem salutis nostræ emicabit spes, si Spiritûs, non Nostri tantùm, sed & Sancti de Cœlis Inquilini imperium detrectaverimus ? Quis miseros per mare hujus vitæ naufragiis famolissimum nautas regat Huic immorigeros Gubernatori ? Quis animos ægrotos saucioscque miserum quantum morbo levabit, hunc refugientes, quin & tristitiâ & quotidianis contumeliis afficientes Medicum ?

§ 56. Ἰκτισεῖον τὸ μὴ λίαν πικρὸν φαίνεται. | Hoc voluit Antoninus, Hominum plerosque, quoties quid de rebus externis secum statuunt, de proprio nonnihil istis tributère ; à Re quidem ipsâ prorsus alienum, at sui peculiare ingenii ; quod in morbis etiam nonnullis solenne novimus. Ità enim Aurigine affectis & Color & Sapor, longè secùs quàm Oculis Palatoque sanis videntur. Iste vero Error, sicut ab amaræ flavæque bilis nimiâ redundantiâ profectus, quâ & salivâ, & Oculi tinguntur humores, Sensibus Animoque fucum facit ; haud aliter nec nobis esse debet mirum, si Mentis male sanæ & vitiis imbutæ penitùs à Vero abhorreant plurimùm Decreta, & Hominem morbo præoccupatum transversum agant. Hinc utique suam de Divitiis Avari, de Honoribus Ambitiosi, de Deliciis Voluptuarii, de Injuriis Iracundi, de Periculis Ignavi & Meticulosi, de Infortuniis denique Molles, Opinionem præter omnem exaggeratam modum acceptam retulerunt. Quæ omnia & à sanis, & à Diverso laborantibus morbo, adeò dissident longè ; ut Huic præsertim Causæ innitatur forsan istius diverbii Veritas, *Quot Homines tot sententiæ.*

§ 58. Κατὰ τὸν λόγον τῆς τῶν φύσεως βίον οὐδεὶς πωλύσει. |

O Fortunatos nimium bona si sua norint !

Quid enim illis aut fœlicius, aut liberius esse potest, quibus ad Divinæ Veritatis normam quin vitam exigant omnem, nihil est quod obstare queat ? Quibus etiam nihil quod minùs ex voto sit obvenire, quin id ab ipso Bonorum omnium Authore proficiscatur ? Hinc utique efficitur, quòd ab omni Malo (rite intellecto) immunibus esse liceat. Quicquid enim Deo acceptum fertur, id Malum falsò credimus ; Vitium autem, quod unum reverà est Malum, non nisi à nobis poterit ipsis oboriri.

§ 59. Οἷοι εἰσὶν οἷς δόκιμον ἀξίσουσιν. | Quo vestanum gratiæ popularis ambitum cohiberet magis, nonnulla suadet hîc loci seriò pensitanda. Cogites vult *inprimis*, *quidnam hominum sint illi*, quos tam solicitè demereri cupias. Quanti etiam res tam vehementer exoptata tibi constiterit, cùm eam adipisci nequeas, absque magno tum aliorum, tum & ejus quod apud Te omnium esse debuit plurimi, gravissimo Temporis dispendio. Quod si & Commoda, quæ Te ab officiosâ istâ sedulitate capturum polliceris, æquâ perpendas lance ; quàm vili sunt ista, quàm indigna, quæ ministeriis tàm operosis, tam inhonestis, mercedis habeantur loco ? Quin præsertim animo recolas, ævum hoc quod degitur, quàm præceps sit, quàm rapidum, quàm brevi, medio absorptum servitio *in profundo te* Mortis & Oblivionis gurgite *submersurum*. Hæc qui revolvunt sæpius, fœdiora quàm, ut conspectus sustineri queat, visuros seriò promitto ; quæque salutarem turpitudinis & ignaviæ pudorem non facere non possunt. Nec est, quòd nos in ista pigeat descendere, Iste enim Ambitus morbus est vulgi haud quaquam peculiaris ; nam & Augustus ipse Antoninus ab eâdem animi demissione iisdem popularis auræ, aut lucri turpibus aucupiis sibi etiam cavendum indicere non est dedignatus

In Librum Septimum.

§ 2. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως διώκεται τυχοφανῆναι, ἐὰν μὴ αἱ καταλλήλως αὐτοῖς φαντασίαι σβεσθῶσιν. | Ab Opinione de rebus Phantasiæ obvenientibus, & parum ab Intellectu perspectis temerè judicante, jam antehac sæpius evictum est, Mala nostræ oboriri omnia. Nec ullus dubito, quin idem hîc loci voluerit Antoninus, quamtumvis Textum in mentem aliam huic longè diversam Interpretum nonnulli detorserint.

Ibid. D'Acer. iii. Ἀναζιῶναι σὺν ἕξει. | Cùm omnia sint adeò sibi invicem similia, ut nequid novi fiat sub Sole, nos esse penes autumat Marcus vitam in horas renovare, quæ dudum evenerant nobiscum animo recolentes. Nec multum interesse venturos vixeris annos, an Præteritos revolvas ; cùm & ista quæ jam vidimus suo quodque revertantur loco, ab illis quæ mox visuri sumus nihilo ferè distantia.

§ 3. D'Acer. iv. Χρὴ ἔν τε τόποις εὐμηχάνως εἶναι, καὶ μὴ φρεναπόδρασιν ἔχειν. | *Quand on ne peut eviter de s'y trouver, il faut y être avec tranquillité. Quoties his non interesse non licet.* Ità Marcum intelligit

telligit D'Acerius. Imperatorem utique Sapientissimum minimè latuit, quòd Cœtus istiusmodi, à Viri Sapientis moribus quantumvis alienos, est tamen cum detrectare, & habere despicatui, studiosum nimis saperet, & delicatius quam par est vulgaris vitæ, & quotidianæ Consuetudinis fastidium.

§ 5. D'Acerio. vi. Εἰ ἦ μὰ ἕξαρκεῖ, &c. | Id nobis inprimis in omni Incepto discipiendum, Officii sit nostri, necne. Si sit, manibus pedibusque obnixè faciendum omnia, qui vel conatibus nostris vel alieni præstemus auxilii ope. Sin minus, nec pares nos negotio facile futuros constiterit satis, aliis concedendum est opus, qui melius id poterunt efficere. Hem tibi, Lector, Regulam, quâ vix aliam aut rebus humanis magis commodam, aut cui pareatur minùs, reperias ullam. Quæcunque enim sui sunt muneris, quæque Ætas, Locus, Vitæ Ratio, aut Conditio postulant potissimùm, illis neglectui & nihilo prorsus habitis, ad aliena, & supervacanea intentiosi plerique se conferunt studio. Quod ipsum tamen minus esset molestè ferendum, si vel istis, quas ultrò recipiunt in seſe, rebus gerendis, & communi Bono fæliciter provehendo, satis idonei deprehenderentur. Sed is demum gravissimus & Stultitiæ & Infortunio accedit cumulus, quòd cum nihil non sibi tentandum quisque censeat, Nemini ferè omnium, aut quantum ipse possit, explorare, aut suo se modulo metiri sit curæ.

§ 6. D'Acer. vii. Ὅσοι μὲν πολυμνήστοι, &c. | Lepidum sanè hocce & festivum satis. Qui Aliis Nomen Immortale pollicentur, quin hominum in animis sui ipsorum memoria brevi exoleſcat, prohibere nequeunt. Res quidem præclarè gestas posteritati consecrandas in se recipiunt; satis pro Audaciâ, cum Scriptis illæ mandentur mox oblivione obruendis. Næ illi Historiographi & Poetæ, haud multum ab istis Homuncionibus abhorrent, qui futurorum dum videri volunt conſcii, fausta omnia, & montes planè aureos stipem spargentibus, quâ sunt fronte, certò præsagiunt; mendicantes interim ipsi nihilominus; & inediâ pene confecti.

§ 7. D'Acer. viii. Μὴ αἰσχύνου βοηθούμενος. | Officio modò functi fuerimus nostro, parum refert, propriis id viribus, an Ope fiat alienâ. Quod etiam multò magis quàm Antoninus, ut persuasum habeamus, fas est. Nos, inquam, quibus liquidò satis patet, Deum in Die Judicii non tàm Opera nostra, quam quæ in nobis Ipse erat Operatus, præmio cohonestaturum.

§ 10. D'Acer. xi. Πᾶν αὖπνον. | *Ce qui eſt ſpirituel. Spirituale.* Ita enim quod Græci *Cauſale* nuncupant, vertere visum est satius; quod Principium, à quo Essentiam nostram & Formam accepram tulimus, denotat. Hoc autem nihil aliud præter Spiritum esse totus arbitror.

§ 13. D'Acer. xiv. Οὕτω σε καλλωπιστικῶς ἐξωραΐσει τὸ ἐνεργεῖσθαι. | Hujus Vocabuli καλλωπιστικῶς quò Vis planè mira disertiùs exprimeretur, Periphrasin illam adhibendam censui, *Ce Plaiſir veritable & ſolide, qui reſulte du Sentiment de tout le Corps. Veram istam & solidam quæ à totius Corporis conſenſu proficiſcitur,* nondum percipis *voluptatem.* Id enim agit Antoninus, ut Membrum, quod cæteris facit bene, eâdem operâ benefacere & sibi, & eodem affici gaudio, evincat, quo illa quibus benefit perfunduntur. Nec magis ad rem excogitari quid potuit. Verba tamen sensûs plena Interpretes solicitare non sunt veriti, Textûs corrigendi dicam, an corrumpendi, intentiori quàm par erat animo.

§ 15. D'Acer. xvi. Ὡς ἂν εἰ ὁ χρυσὸς ἢ ὁ σμάραγδος, ἢ ἡ πορφύρα τοῦτο ἀεὶ λέγων. | Ne hæc quidem magnifica adeò suprà modum censenda. Nobis enim ut certum sit quod nostrum est præstare, non magis per omnia Externa, quò minus Viri Boni simus stare poterit, quàm Aurum ut ne sit Aurum, &c.

§ 16. D'Acer. xvii. Τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ ἑαυτῷ ἐκ ἐνοχλεῖ. | De Re ipsâ Lectorem nihil moror, quam in Antedictis satis jam probatam dedimus. Quæ tamen Marcus inde cogit, an perinde sint vera, illud quidem jure ambigitur optimo. Nec enim penes est Animam, ex quo Peccatorum Corruptelæ facta est obnoxia, suæ se semper ditionis, & in mediis infortuniis liberam placidámque præstare. Hoc quo resarciatur pristinæ Tranquillitatis dispendium, Divinæ opus est Gratiæ Adjumento, quæ nihil sanè non potest. Sed de hâc tam potenti omnium adjutrice Philosophi Veteres ne somniârunt quidem. Vim Animæ inexpugnabilem in eo potiùs sitam rati, quòd ipsa, cum Dei esset particula, corrumpi aut immutari, nisi suapte operâ neutiquam posset.

§ 17. D'Acer. xviii. Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθὸς, ἢ ἀγαθὸν ἡγεμονικόν. | Quod eodem recidit, ac si Hominem tum demum felicem prædicâsset, ubi Animus ejus rectè disponitur. Hoc enim facto, quod agat posteà Phantasia, supereſt nihil. Siquidem videt & cognoscit seſe Animus intuitu proprio atque interno; nec fallaci opus est isto, quod res oculis subjectas perperam reddit, speculo; quodque non tàm repræsentat, quàm affingit sibi, & falsum externis obtendit fucum. Hinc satis Lectori perspectum puto, quantum in istâ ad Phantasiam Apostrophe leporis insit & elegantiæ.

§ 18. D'Acer. xix. Φοβεῖται τὴν μεταβολήν; | Mutatio Lex est omnium antiquissima, cujus ope

& Nobis & Universæ huic Compagi optimè consulitur. Nihil itaque homini aut gratius esse debuit aut familiarius. Nos interea loci iniquitatis nostræ ut pudeat fas est, postquam ab aliis immutatis commodum haud leve perceperimus, istis vicissim à nobis immutatis profici, si ægrè sustineamus. Bellum ita demum instauramus denuò, quod istis intercessisse fratribus accepimus, inter quos alternis ut imperarent vicibus quando convenerat, qui natu erat minor compos rerum factus injusto se prælio tueri regnantem, quàm exacto tempore reponere sceptra maluit. Vices autem nostras in re qualibet detrectare, omnium est invidiosissimum.

§ 20. D'Acer. xxi. Ὁ ἐθέλει, ἢ ὡς ἐθέλει, ἢ ὅτῳ ἐθέλει. | Tria in hoc insinuantur Articulo, quæ unoquoque in Officio conveniant oportet; sin minus, Perfectum illud, & Suis absolutum numeris esse nequit. Faciendum utique & *Quod* vult Deus, & *quomodo* vult, & *quando* vult. Si vel in harum non primâ tantùm claudicat, sed quæ posterius nominantur duæ, quæque inferioris vulgò notæ haberi solent Conditiones; mancum est & frustrà quodcunque aggressus fueris. Ut enim id exequi quod Deo perplacet nobis sit curæ, si tamen aut tempore agamus alio quàm vult, aut modo quem is probat parùm, jam non illius, sed nostræ hoc est voluntati obsequi. Nos itaque perinde ac Antoninum, hæc ut habeant solicitos & sola, & omnia, æquum est.

§ 22. D'Acer. xxiii. Ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς κακολογοῦντας. | Christo itaque ut *Inimicos diligamus*, & *bene precemur iis qui nobis maledicunt* præcipienti, non est quòd morem gerere ulli gravemur; cum & Ethnicum ista humanæ naturæ non congrua tantùm maximè, sed & propria & peculiaria habeamus confitentem. Atque ita quidem se res habet. Quisquis enim Dominum Jesum naturæ dissentaneum quid vel jussisse, vel jubere potuisse existimat, næ ille torà errat viâ.

§ 23. D'Acer. xxiv. Δεινὸν γὰρ ἐν τὸ διαλυθῆναι τῷ κεκριμένῳ. | Hoc inde elicitur quòd Natura, ut jam antehac dictum est, Totum illud de eâdem effinxerit Materiâ. Materiæ verò, quippe Sensûs experti, dissolvi nihilo molestum est magis, quàm compingi pridem fuerat. Et ista quidem, Materiam quod spectat ipsam, verissima sunt. Ad Nos autem quantum attinet Animâ Sensitivâ præditos, quid tandem ab istiusmodi Ratiocinatione ad dolores levandos promoveri queat? Ut enim Materia nihil doleat, at Anima dolore non perinde immunis est. Efficeretur sanè aliquid, si nobis esset in proclivi Materiam Animâ sejungere, atque affectu omni eximere penitùs; veluti vestimenta arcà depromere, aut vinum dolio facilè effundimus priùs, quàm vas ipsum diffringatur. Illud quùm nostrâ non sit in potestate situm, haud pluribus est opus, quibus Stoicos omnem præter modum suam venditare *Impassibilitatem* evincatur.

§ 24. D'Acer. xxv. Τὸ ἐπίκοπον τῇ περικοπῇ λέξει ἢ φύσει. | Articulum si per se spectes venustissimum Editiones vulgatæ fœdissimè deturpârunt, dum proximè sequentem contexuerunt unâ. Id agit Antoninus, ut Iram omnino præter Naturam apertissimo commonstret Argumento. Omne utique Naturæ consentaneum formam ejus adornare magis, & amores intuentium excitare; Quod verò naturæ incongruum est & contrarium illam dehonestare potiùs, & spectantibus fastidium parere. Hinc quid de Irâ statuendum nulli non potest constare, de quâ rectè notavit Seneca, *Linquit decor omnis iratos.*

Ibid. D'Acer. xxvi. Εἰ δὲ μὴ ἡ συναίσθησις τῆς ἁμαρτάνειν οἰήσεται, τίς ἔτι τῆς ζῆν αἰτίας; | Sententiam hic loci Stoicorum exponit, à Platone dudum depromptam, *Satius* nempe *esse* Mori, *quàm rudem & vitiis obrutum vivere*; quo & illud etiam Tyrtæi redit, *Aut Virtus aut Mors.* Quam tamen ita nobis exhibuit Imperator Sapientissimus, ut plus etiam inde commodi capere, & Sensum illi tum elegantiorem, tum & ampliorem multò adhibere Christianis liceat. Eodem enim recidit ferè, ac si dixisset, Spatium vitæ nobis idcircò indultum, ut vitiis animum eximamus, inutile demum fore, & graviori cessurum incommodo, ex quo corde obfirmati, & Officii negligentiores facti, quid rerum nobis agatur, aut quorsum producatur vivendi copia, fuerimus prorsus obliti. Hoc demum pacto magnam in Capitulo gratiam deprehendes, quod, si cum vulgatis legas, crudum nimis & deforme videtur.

§ 25. D'Acer. xxvii. Ἵνα ἀεὶ τοιαῦτ' ᾖ ὁ κόσμος. | Quoad nempe illum in hoc rerum statu continere visum Deo fuerit. Ut enim Mundum existimaret æternum, longissimè aberat Antoninus.

§ 35. D'Acer. xxxvii. Πλατωνικόν. | Vel hinc, Lector, tibi liquet quod nos forsan dudum monuisse memineris, Antoninum quæ sibi inter lectitandum, aut præ cæteris complacita erant magis, aut usui fore maximo præsensérat, ad Memoriæ subsidium, chartis illinere solitum. Ista verò quæ jam Platoni refert accepta, in sexto de Republicâ Libro reperire est. Pag. 486. Edit. Hen. Stephan.

§ 36. D'Acer. xxxviii. Ἀντωνινικόν. | Quod tamen Alexandro tribuit Plutarchus. Si rectè: & Illum vel eo nomine verè Magnum, & in hoc effato Monumentum vel Indis devictis & honorificentius & perennius erectum meritò dixeris.

§ 37.

§ 37. D'Acerio xxix: Ἀλλὰ καὶ, τὸ ἀθανάτου ὑπάρχον [illegible], &c. | Observationem habes & bellam cum primis, & sensûs prægnantissimam. In Motibus affectuum internis quantumlibet concitatis vultum novit Animus componere, & Speciem saltem quandam Tranquillitatis ut præ se ferat efficere, cùm tamen Ipse interea loci perturbatus, & gravissimis distentus curis sit. At quo tandem pacto fieri putandum est, quod extrà & in aliud agendo sit facilè par, idem intùs & in sese effectum ut nequeat præstare? Aliis ut opem largam satis & opportunam conferat mutuò, cujus ipsa interim inops summâ laboret egestate? Et hic quidem Nodus D. olim Augustinum implicitum habuit, à quo tamen fœliciter satis expedit sese in *Lib. Confess. Artic.* VIII. Causam enim scrutatus, quamobrem Anima, cum in corpus tantum possit, sit adeò tamen impos sui, invenit tandem à defectu Voluntatis id omne profectum. Quicquid enim corpori faciendum præcipit, id validè vult, & firmiter injungit; in se vero ipsam quoties imperium exercet, hæret plerunque pendetque instabilis, & ab incœpto se facile dimoveri patitur. In his utique paretur minùs, quoniam & vult quodammodo & nonvult simul, Animo subinde distracto divulsoque, & nusquam sibi diu constanti. Hinc etiam fit, ut Leges vindum fixæ refigantur protinùs, & rata omnia mandata pro irritis illicò habeantur.

§ 43. D'Acerio xlv. Μὴ συνεθιζειν | Id Stoicis nonnulli vertebant probro, quòd Misericordiam vitii postulare non dubitarent; Illud nempe ne ferendum quidem, aut ullâ dignum existimantes veniâ, si qua Philosophia Sapientiæ perfectionibus illam autumaverit accensendam, quòd Affectus tam benefici expertem te præstes. Et mihi sane in mentem succurrit Phocionis effatum hâc in causâ minimè inficetum. *Perinde* scilicet *esse, siquis humano de pectore misericordiam, atque Aras de Deorum delubris, sustulerit.* Istas autem vituperationes, quantum ego saltem conjicio, non tàm solidis Rationum fundamentis, quàm speciosâ quâdam similitudine Veri nixas, & Stoicis injuriâ objectas puto maximâ. Nec enim id agit Disciplina, omnium apud Veteres longè præstantissima, ut Misericordiæ affectum extinctum eat funditùs, Affectum humanæ præ cæteris Naturæ congruum, & rebus inclinatis maximè salutarem. Hoc illi erat quidem in animo, ut Affectum per se Bonum moderando, & justos intra limites continendo, ne in deterius vergeret, efficeret. Quod quò minùs fieret, & levibus de Causis vetuit, & falsâ Malorum opinione cruciari; quin & Commiserationis nostræ sensum, ab inani & impiâ plerunque lamentatione temperantes, officiis potius tempestivis maximè quæ miseris *in commodum* & solatium cedere possint, ut indicandum curemus, præcipit. Nec hoc sanè qui hortantur, frustrà sunt; cum & Hominum pars magna se suo feciſse satis Officio arbitrari solent, quoties miseris & egenis illud dixerint, quod nonnullis vituperio ducit Jacobus Apostolus, ut *abeant* scilicet *in pace, calefiant, & saturentur, nec tamen eorum quid dederint, quæ Corpori sunt necessaria*, Jac. ii. 16. Misericordiam itaque vitii insimulabant Stoici non Omnem prorsus, sed Inutilem tantùm, & Otiosam, & à ratione rectâ alienam; quæ, scilicet, vel modum servare nescit, vel manum è Sinu, (ut ad Paginæ Sacræ ritum loquar) depromere recusat. His utique D. etiam Paulum adstipulantem habes, qui *Flere* quidem *Nos cum flentibus* voluit, sed Lachrymas steriles omninò & inefficaces Deum popoſciſſe, id vero minimè omnium dixit. Audiamus si placet Hieronymum Apostoli mentem optimè assecutum. *Cum flente flere* (inquit ille) *& nihil cùm possis flenti conferre, Subsannationis non Pietatis indicium est*, quibus & consentanea sequuntur ista, *Is demum, ut pium decet cum vicino flet, qui lachrymas flenti abstergendas curat.* Ut verbo omnia. Stoici videntur idem ferè quod D. Johannes præcepiſſe, qui Filiis ejus, (Christi nempe Nomen profeſſis,) ne diligant alius alium *Sermonibus & Linguâ solùm, sed Operibus & Veritate*, edicit, 1 Joh. iii. 18. Opera nempe Misericordiæ & probat & suadet, tùm Apostolus, tùm Philosophus, ita tamen Uterque, ut dum ægris opem & medelam ipsi adhibemus, ne nosmet eodem corripi morbo patiamur. Ista verò præcepta adeò non immani Ferarum ingenio mores assimilant humanos, ut Bonitati potiùs Divinæ æmulari studeant, quæ Animam alieni miserum doloris, longè tamen extra periculi jactum sublimem collocant, & Hominem doloris expertem prorsus, præ inconcussâ Sapientiæ tranquillitate, reddendum in se recipiunt.

§ 46. D'Acerio xlviii. Ὦ μακάριε, ὅρα μὴ ἄλλο τι τὸ ἡμῖν ἀγαθὸν, καὶ τὸ ὠφελεῖν τι καὶ σώζειν. | Locus de Platonis Gorgia delumptus, *Pag.* 512. ubi Socratem inducit veras Artis Dicendi commoditates explicantem; Callida autem Argutias validis refutantem argumentis, quibus artes alias huic idcircò postputandas narrat, quod & Nostræ Saluti & Alienæ Facundia præ cæteris optimè consulat. Reponit Socrates, istud Commodi longè minoris esse reverà, quàm vulgò æstimari soleat; Nam & *Hoc etiam* aliis perinde, Mechanicis putà, deberi laudis, quæ tamen nullo plane habentur pretio. Sed, ut Oratoriæ sit peculiare, at Virtutem constat in hoc neutiquam esse situm, ut vel teipsum, vel alios serves quosvis; fieri etenim potest, ut illicitis serventur modis, iisque Virtuti nonnunquam adversissimis: Nec Vitam apud nos vel ipsam tanti esse debere, ut quodcunque

que huic expediat tuendæ, id plurimi protinùs duci mereatur. Quid igitur reſtat, quod exiſtimationem ſibi magnam jure poſtulet? Quid denique, nos ut in illo ſimus toti dignum cenſeamus? Juſtitia nempe Una: Quæ ſola Bonos facit, quæ Legibus morem & ipſa gerit, & ut alii gerant, curat ſedulò. Miranda planè ſunt illa. Sed quid illa dicam, cùm & tota Diſſertatio ejuſdem ſit Propaginis, & quæ ab Omnibus Virtutis & Sapientiæ ſtudioſis perlegatur, relegaturque ſæpiùs, digniſſima.

§ 47. D'Acerio xlix. Περιστροφὴν ἄστρων δρόμους. | Aſtrorum curſus non ideò Marcus contemplandos vult, ut otioſo ſuſpicientes animo ſterilem inde capiamus voluptatem; Sed his occupati ſtudiis, quæ non poſſumus non demirari, ad illa ut nos componamus exempla. Nam & Lumina Cœleſtia in ordine ſemper ſuo permanentia, à recto nuſquam deflectunt tramite; Conditori in omnibus morigera, & nobis quò ut tàm Documentis eſſent, quàm Ducibus, in ſublimi emicantia. Locûs elegantiæ plenus, & quem ſi non eodem quo noviſſimè laudatum Patre, at Nobili ſaltem ſtemmate prognatum facile agnoſcis.

Ibid. Ἀπαγοήτευτοι δὲ αἱ κρίσεις φαντασίαι τῶν ἔξωθεν τῇ ψυχῇ βίων. | Egregium hoc, & verum ut nihil ſupràm. Illud utique eſt cogitationum humanarum proprium, ut Animum & Mores Cogitantis effingant, in ſuî paulatim ſimilitudem tractos.

§ 48. D'Acerio l. Καλὸν τὸ τοῦ Πλάτωνος. | Nondum illud mihi apud Platonem occurrit. Sed hoc nimirum voluit Marcus; Nemini Mundum penitùs innoteſcere, niſi deſuper ſpectanti. Loco utique opus eſt edito, ut inde deſpiciamus Totum, juſtas rerum Magnitudines, Modumque, Rationem & Ordinem uno complexi intuitu. Ita etenim nobis demum conſtaret, quæ hîc inter ſe confuſa videntur & contraria, in Commodum cedere, & optimè invicem diſpoſita Naturæ faciem adeò non deformare, ut abſolvant potiùs, & multo reddant elegantiorem.

§ 49. D'Acerio li. Ὁμοειδῆ δὲ πάντα ἔσται. | Præſentia, ſiquidem Futurorum tanquam Semina ſunt; quò facit & illud Solomonis in Eccleſiaſte. Eccleſ. i. 9, 10. *Quid eſt quod fuit? Ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? Ipſum quod faciendum. Nihil ſub ſole novum. Nec valet quiſquam dicere, Ecce Hoc recens eſt: Jam enim præceſſit in Sæculis, quæ fuerunt ante Nos.* Cap. iii. 15. Et alibi: *Quod factum eſt ipſum permanet, & quæ futura ſunt jam fuerunt, & Deus inſtaurat quod abiit.*

§ 51. D'Acerio liii. Καὶ σίτου χὴ πότους, &c. | Sunt iſti apud Euripidem Verſiculi, quibus id agit ille, ut homunciones ridendos omnibus detestandaſque propinaret, qui de vitâ adeo ſunt anxii, ut iſta curent cogitentque ſola, quæ ad hanc protelandam conducunt. In *Potu* ſcilicet *cibisque & id genus expediis* ſuperſtitioſe ſolliciti, cæterorum negligentes. Sed hæc incaſſum omnia: Inſtat enim hora & ſigno dato eundum vel invitis. Hunc utique Euripidis locum notaverat Antoninus, quò minus in vitium iſtud vitam inhoneſtè trahendi delaberetur. Vita etenim ſi venum daretur pretio, haud tanti Sapiens emendam putaret, ut turpibus adeò & ſervilibus vacaret ſemper Miniſteriis. Nos autem, ut vel Mala nobis proſint aliena, cogitemus velim, quantum in Animam impendi curæ fas ſit, cum Corpus tanto curare ſtudio plerique minimè graventur.

§ 53. D'Acerio lv. Ὅτι ἔστιν ἐπιτηδεῖον δύναται πρὸς τὸν κοινὸν λόγον, ἐφ' ὅσον ὁ θεός. | Ratio Communis ſive Univerſalis tantundem apud Stoicos valet, quantum ipſe Deus. Deus autem cùm nequid poſſit Naturæ ſuæ contrarium, inde efficitur, quæcunque à Deo fiunt, & Utilia, & Bona eſſe omnia.

§ 55. D'Acerio lvii. Μὴ ἀφιλόπονα ἀλλότρια ἐξετάζειν. | Nobis ad agendum natis aliena facta anxiè ſcrutari minimè vacat. Ad id potius intendendus animus, ut quæ Ratio fecerit Univerſalis, ea noſtra ipſorum privata comprobet Ratio; Noſtra autem quæ fecerit privata, ut illa viciſſim Communis nulla improbet. Sed *iſtis* defungi Officiis Anima non poteſt, niſi & Corpori præſit, & ſuæ in omnibus Origini congruenter agat. Optimè ſanè Monitum & Antonini Philoſophiæ accommodatiſſimè.

§ 56. D'Acerio lviii. Ὡς ἀποπνευσόντα δεῖ τὸν μέλλει τοῦ βεβιωκότα, &c. | Genuina hujus Articuli Mens ſubobſcura, ni me fallit plurimum, iſthoc demum recidit. Quod, quemadmodum ſi nobis eſſet hodierno die moriendum, nihil eſſet rerum omnium quod efflagitaremus magis, quàm meliùs vivendi ut ſpatium protrahatur; idem, quo nunc ſumus res noſtræ loco, agendum ſedulò. Ut ii nempe ſimus homines, qui potiſſimum eſſe volumus, quantum fieri poterit primum: & conſilia maturando, mortem quantumvis celeriter appetentem prævertamus. Quod ita tandem fiat, ſi Mundo jam mortui, Deo in poſterum vivamus uni. Huc etenim faciunt quæ olim D. Paulus, *Ita & Vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viventes autem Deo, in Jeſu Chriſto Domino noſtro.* Rom. vi. 11.

§ 59. D'Acerio lxi. Εὐδὺς ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ. | Bona ſcilicet Indoles, & Mens rectè diſpoſita, fontis ad inſtar vivi, donec haurias fluit perennis; ſin ceſſas, areſcit illicò, nec ſe diffundit ampliùs. Hæc utique Bonis operibus crebrò repetitis fovenda; quibus dum incumbimus ſtrenui excitatur indies.

dies atque reficitur; sin otiosam permittas, languescit protinùs, & brevi extinguitur. Imaginem rei hujus ferè geminam sacra nobis exhibuit Pagina. Ita enim de Gratiâ Divinâ Dominus ipse Jesus, *Fontem* illam nuncupans *in humano pectore aquæ Salientis in Vitam æternam*, Joh. iv. 14.

§ 60. D'Acer. lxii. Δεῖ γὰρ τὸ σῶμα σκηνάτιον, καὶ μὰ διαρρεῖσθαι | Cap. xix. 30. *Amictus Corporis, & Risus Dentium, & Ingressus Homitis enuntiant de illo.* (inquit Auctor Ecclesiastici.) Præceptum igitur utile quidem Omnibus, at Illis præsertim qui Aulæ assuescunt apprimè necessarium, suis dedit hîc loci Antoninus.

§ 61. D'Acerio lxiii. Ἡ βραχυλογία τῆς παλαιστικῆς ἐμφατικωτέρα ἦπερ τῆς ὀρχηστικῆς. | "Illis quæ jam huic adscripsit Periochæ Gatakerus potest & illud accedere." Saltantem, non ad ea tantùm paratum, quæ sibi sunt ipsi facienda, sed & quid ab aliis etiam saltantibus unà, fieri debeat, probe gnarum esse: Luctantem contrà, præter Animi solertiam, Corporis robur, & Generosam Audaciam, nihil quo præmuniatur, aut ad pugnam paretur in promptu habere posse. Quæ ipse agat non edoctus anteà, sed è re discat natâ oportet. Ipsa enim Pugna ansam præbet, ictum vel effugiendo fallendi, vel ferendo fortiter perseverandi, & utrinque & technas & Vires adversarii reddendi irritas. Huic non multùm est absimile, quod à D' Paulo accepimus, monente, quod Christicolis *lucta sit non adversus carnem & sanguinem, sed adversus Imperia & Potestates, adversus Mundi hujus Principes, & Spirituales malitias, quæ sunt in sublimi.*

§ 63. D'Acerio lxv. Πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα στέρεται ἀληθείας | Et hoc verissimum sæpius inculcat Plato. *Nemo hominum ignorat volens.* Sed vitio in servitutem addicti, & cæco abrepti impetu, *Malum quod nolumus, facimus* sæpenumerò. Infelices scilicet, & malum esse nescii. Rom. vii. *Bonum autem quod volumus non facimus*, nihil nempe minus quàm Bonum rati. Ità enim de hâc re edisserit D. Paulus; qui etiam Sanctis Jesu Christi Sermonibus concedere recusantes, non *Superbos tantùm & turgentes, sed & Ignaros, & nihil Scientes notat*, 1 Tim. v. 4. Timotheum autem, ut se gerat erga homines istiusmodi, plurimum interesse alibi monet. Cùm *Servum Domini placidum esse oporteat, aptum ad docendum tolerantem malos, cum lenitate corripientem eos qui resistunt veritati, expertum scilicet, num illis aliquando daturus sit Deus resipiscentiam adcognitionem veritatis*, 2 Tim. ii. 24, 25.

§ 64. D'Acerio lxvi. Ὅταν τις τούτων ἁμαρτῇς λέγε ἑαυτῷ ὅτι πόνῳ ἐνέδησας. | Vide sis, Lector, quantum in illis subit salis. Perinde enim est ac si dixisset, *Fateare tandem velim, te tuâ ipsius opinione victum succumbere.* Hominum autem cùm neminem reperias ridiculum adeò atque mollem, quem ista haud pudeat de se predicare, illos mordet, qui verbis quidem multum ab his diversa, re autem verâ eadem planè se passos agnoscunt.

§ 66. D'Acerio lxviii. Πόσην ἴσμεν οἱ Τηλαύγης, seu Τηλαύγης Σωκράτης &c. | En tibi Capitulum vere Aureum! in quo animi Magnitudinem, & Hominis Perfectionem ad vivum depictam conspicere liceat, ut Allucinationi hâc incausâ nihil amplius sit loci. Qui igitur se Magnos haberi cupiunt, hoc se metiantur modulo par est, justo quidem illo, & ab omni adulatione perquam alieno. Hinc tandem facilè constabit, jure illam merito existimationem adepti sint necne, quam tamen ut ne promereatur, & adipiscatur hominum quilibet, per se stet unum necesse est.

Ibid. Τηλαύγης, sive Τηλαύγες | *Qu'il avoit plus de vertu, que Telauges. Num Telauge fuerit præstantior Socrates.* Ita vertit D'Acerius, quo ductus argumento sequentia docebunt. Ægidius (inquit) Menagius, cujus fæliciſſimis lucubrationibus plurimum debent humaniores Literæ, in suis ad Diogenem Laertium Observationibus, locum hunc mihi videtur Apolline secundo satis emandâsse. Is enim Adjectivum *Telauges* vulgo putatum, pro Nomine habuit proprio. Quæ quidem Emendatio eò pluris apud nos esse debet, quòd Illi primo quem sciam Omnium, quotquot Antonino operam dederunt suam, mendi aliquid hîc loci delituisse suboluit. Telauges autem iste Philosophus ab infimâ erat classe, de quo Dialogum quendam composuit Æschines, *Telaugis* nomine insignitum: Ejusmodi tamen, ut Elogii habendus sit an Satyræ potiùs loco, haud injuriâ ambigi possit. Hujus etiam meminere & Athenæus, & Libellus iste, qui Demetrio Phalereo adscribi vulgò solet.

Ibid. Μηδὲ μὸν δοκῶν πρὸς ἄχρηστα | Alienæ tum demum assentamur, imò & inservimus planè insciliæ, quoties præ nimis anxio hominum cuiquam vel placendi studio, vel metu displicendi, officium prodimus, & menti nostræ vim illatam patimur; quoties etiam Rerum humanarum momentis ducti, & Veritatis gnari, *illam tamen in Iniquitate*, uti loquitur D. Paulus, *detinemus*, Rom. i. 18.

§ 67. D'Acerio lxix. Ἡ φύσις οὐκ ἴσως συνεχέσθω, &c. | Nam quo tandem fieri potuit pacto, ut res Incorporeæ cum Corporeis & Materialibus mistæ coalescerent unà? En itaque, quod nobis omnium maximè mirum esse debuit; Animam ita per corpus omne diffusam, ut ne ullum ei terminum hîc vel illic circumscribas loci, sed Numinis ad instar præsentem ubique, permeantem, & vivificantem quicquid hujus est molis. Hujusmodi verò Abstractiones cùm insolentes nobis sint nimis

nimis, adeò non (uti debuit) sæpius & familiariter iteramus, ut vix demum ista posse animum inducamus credere.

Ibid. D'Acerio lxx. Ἀλλ' ἐνδέχεται θεῖον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ τοῦτο μηδενὸς γνωσθῆναι | Auscultes velim Lector, Auribus Animoque pariter attentissimis. Antoninus Opinioni vulgo receptæ se fortiter opponit, quæ rumore cumprimis multo, splendore etiam & gloriâ haud vulgari, opus esse existimat, ad virum cæteris præstantiorem & verè Magnum constituendum. Potest enim, (inquit Marcus) dignus esse qui suspiciatur, etiamsi vel plebi antecellendi non sit manifestus. Error autem iste quantum abhorreat à vero, Imperator Sapiens fatetur lubens. Quin & Viros Vitæ Divinæ proximè æmulos præ cæteris latuisse complusculos notissimum est. Sed quid Homines dicam, cùm & ipsum de industriâ latuisse Deum, qui Dominus Jesus quâ suam instituerit vitam ratione animadvertunt, universi nôrunt. Accedit, quòd Athenis etiam in mediâ illâ Altarium & Superstitionum turbâ, ne ullam quidem Vero Devotam Deo reperit D. Paulus; præter Aram illam Unam *Deo Ignoto* adscriptam, *Actor* xvii.

Ibid. D'Acerio lxxi. Μὴ ὅτι ἀπώλοντας διαλεκτικὸς καὶ φυσικὸς ἔσεσθε, διὰ τοῦτο ἀπογνῶς καὶ ἀπελπίσεις. | Nihil est quod nos pudeat, illis quæ nostrâ non sunt in potestate caruisse. Quæ verò in promptu posuit, & cordibus quasi nostris inseruit Deus, horum si nos patimur indigos & experres vivere, id jure & probro vertendum est & vitio. Ea tamen est & Cæcitas hominum & pervicacia, ut his Parvi pensis ista intereà loci maximo habeantur pretio. Quò minùs esse debet mirum, si quæ homines perperam præ cæteris sibi eligunt, in gravissimum illis haud rarò cesserint incommodum.

§ 68. D'Acerio lxxii. Διατάσσει διαζῆσαι, &c — Κἂν πάντες καταδοῶσιν ἅπερ βούλονται | Opinionem istam passim irrideri notum est nimis, nec immeritò sanè; Cùm quicquid olim Animæ in se suosque Affectus Juris erat & Imperii, id omne pessundedit vitiatæ Naturæ labes, neutiquam nisi Gratiæ unius ope redintegrandum. Iste tamen Articulus & ferendis infortuniis utilis esse potest, & elegantiis atque acumine egregius optimo jure haberi.

Ibid. Τέχνης ἀνθρώπου ἢ Θεοῦ. | Istud ἢ vim disjunctivæ hic loci obtinere nullus existimat, quocirca *De l' homme, & de Dieu Artis Humanæ & Divinæ* vertendum duxit D'Acerius: Id Antoninum velle ratus, quòd hoc etiam Deo cum Hominibus conveniat, ut Bonis Virtutis (si ità loqui fas sit) Operibus, tanquam Arti cuidam, & vitæ Instituto utrisque communi, & Ille & Isti incumbant sedulò. Hoc, alibi fusius enarratum licet, & Ideam in paucissimis sublimem non laudare nequeo.

§ 69. D'Acerio lxxiii. Μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν | Festinatio nimirum vel Invidi, vel Temerarii & Præcipitis indicium est Animi; Torpor itidem Ignavi & parum Cogitantis. Vide Lector, si libet, & per otium licet, quæ nos ad istos Horatii Versiculos, *Epist.* 2. *Lib.* 1.

——*Quod si cessas, aut strenuus anteis*
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

Modus utique inter Temeritatem & Ossitantiam servandus, & ad virtutem contendentibus, nec concitato nimis, nec inerti, sed cauto, sed firmo, sed assiduo gradu incedendum est.

§ 72. D'Acerio lxxvi. Ὃ ἂν ἡ λογική, &c. | Observatio usquequáque egregia. Animus enim ad ampliora natus quicquid nec sui simile est, nec publicæ Societati utile, id omne, quippe quod angustum nimis & jejunum, neglectui habendum sibi & fastidio, meritò existimat. Quod si Animos gens omnis humana sic inducerent suos, Proh! quantum curarum inanium, quæ jam solicitos nos habent & impeditos, hæc una Cogitatio prorsùs amandaret?

§ 73. D'Acerio lxxvii. Ὅπου σὺ εὖ ποιοῦσα, καὶ ἄλλος εὖ ποιοῦσα, τί ἔτι ζητεῖς πλέον | "Rectè Ille, at Nobis inclyta magis affulsit spes." Nec enim ob Conscientiam Boni operis tantùm, & ingentem inde profecturam animi voluptatem, ut læti & alacres benefaciamus par est; sed & illâ etiam fiduciâ freti, Deum, quod pollicitus est, abundè liberaturum fidem; Illorum nempe, quæ in occulto fecerimus, præmium se nobis affatim in propatulo redditurum, *Matth.* vi. 4.

§ 74. D'Acerio lxxviii. Οὐδεὶς κέρδος ἀφελέσθαι ἀφίλοπα δὲ πρᾶξις καὶ φύσιν. | Verum illud & ad rem, ut nihil suprà. Universæ etenim compagi, cujus & Nos partes sumus, quoties consulimus bene, in nostrum id ut ne recidat Commodum neutiquam fieri potest. Hinc utique Sacræ Literæ ista appositè perquam connectunt simul, *Bene agere*, & eâdem operâ *Divites fieri in Bonis Operibus*, jubendo, 1 *Tim.* vi. 18. Rectè itaque Clemens Alexandrinus, & *Accipientes dare Beneficium, & Dantes accipere* monuit. Sed inter hominum innumeros ad Rem faciendam heu! nimiùm attentos; (Rem aliunde, imo quocunque modo faciendam,) quàm paucissimos reperias, qui ut hoc demum diteſcant pacto diligentem intendant operam.

In

In Librum Octavum.

§ 1. Αἰ πῶπ ωρὸς τὸ ἀνυπόδοξον. | Existimationem, quam ob Philosophiæ studium adeptus erat, ancipitem nimis & periculosam jure merito suspicatur Antoninus. Autem enim si Philautiæ insusurranti accommodâsset facilem, in fastum atq; Arrogantiam quàm proclive illi fuisset incidere? Vitium, omnibus quidem quantum uspiam est hominum incommodum & grave, Principibus verò præ cæteris exitiosum. Hunc igitur quò minùs in scopulum impingeret, viâ ab illis qui naufragium facere solent oppositâ planè, iter instituit solertissimus Gubernator. Quæ nempe de seipsis sciunt verissima, sed scitu minùs forsan jucunda, Ista Alii ut animum quantum poterit celentur suum, ne cogitantibus ægritudinem afferant, soliciti cavent; proximos utique fallere haud contenti, nisi in fucos & Sibi faciendos ingentem impendant operam. Marcus contrà, Philosophus ut is meritò habeatur, æquum esse negat; ut sit autem reverà Philosophus ne ullo prorsus fieri posse modo fatetur. Siquidem his tantùm is jure debetur honos, qui totum vitæ spatium, & omne animi studium in unam erogant Virtutem. Quæ cum Otiosis contingant solis, ipsum utique à Philosophiâ perquam abesse procul, ad quam seriùs quàm par erat animum adjecerat suum; & ex quo adjecisset gravissima Reipublicæ Negotia, & nunquam non importunæ curæ, ab illo invitum abstraxissent studio, & quò minùs ad istam adspirare laudem possit, etiamdum pergant prohibere. Hanc itaque aliis, quibus eam promereri vacaverit, concedendum potiùs; Contemplationes operosiores, quæ hominem sibi vindicant integrum amandandum procul statuit; Sarcinam ut ita tandem in brevius compendium colligeret, & quod per otium possit id saltem effectum daret. Naturæ, scilicet, & rectæ Rationi obsequendo, affectus sub jugum animo mittendo, Bonum agendo quàm poterit strenuè, Malum religiosissime devitando, Divinæ denique Voluntati in omnibus se suaque permittendo. Is etenim veræ Philosophiæ finis est ultimus, & nostrî cuilibet, præ animi Impotentiâ modo ne defuerimus officio, demum assequendus. En tibi, Lector, quo redeat hujus Capituli Summa. Egregium sat scio agnoscis, fac sis tibi præstes & Utile. Nam nec parum se profeciisse sciat, quisquis Antonini exemplo edoctus, se penitus perspectum habere, &, sibi haud iniquus Judex, rectam de Virtutibus & Vitiis, Dotibus & Defectibus animi sui, sententiam dicere poterit.

Ibid. Πεπείρασαι γὰρ καὶ πόσα πλανηθείς. | Habet & Salomonem in Ecclesiaste suo hoc itidem confitentem. Fælicitatem verò si tanto quæsitam impendio & labore Reges & Potentissimi & Sapientissimi non erant assequendo, Ubinam tandem loci Idiotæ, quibus angustior multò & Mens & Res est, id se Thesauri reperturos speraverint?

Ibid. Οὐκ ἐν Συλλογισμοῖς. | Nam quo potuit hoc fieri pacto? Syllogismus, (Ars nempe ratiocinandi omnis) non est ipse Finis, sed Mediis tantùm annumerandus, quibus ad finem contenditur. In illo igitur, ut summum Bonum ponatur, imò ut in illo quis positum existimet, adeo est à ratione alienum, ut nihil magis. Atque isthoc sane ad vanitatem Sciolorum redarguendam, haud indignum judicavi, quod hic obiter monerem.

§ 2. Καθ' ἑκάστην περίοδον ἐρώτα σεαυτὸν, πῶς μοι αὕτη ἔχει; | Huic si ut par est obtemperatum esset Regulæ, Honores & Famam ambientium vanis simul & solicitis conatibus aliquis saltem poneretur Modus. Heus etenim; quò festinas Bone Vir? aut quid illud est rei, cui vehementi adeo contentione inhias? Quod enim jam agis, si hominis sit Liberi & Sapientis Officium, nihil in eo desideratur ultrà: Quorsum igitur Operis Boni Conscientiâ haud contentus, inanem tibi Laudis umbram, & popularem admirationem mercedis loco quæras?

Ibid. Ἰσοῦμαι Θεῷ. | Bona facere indesinenter fuæ Naturæ vi, & Malum in se admittere non posse, Deo competunt soli, & semper. Hominum autem quisquis huic Universæ Virtutis legi obsequitur, ad Dei exemplum animum is moresque componit suos. Id unum atque idem agit, sed conatu minùs fœlici: Eodem tendit loci, sed secutus longè, & passibus infinitum quantum haud æquis. His enim geminum quid Antoninum & antehac submonuisse memini, ubi Sapientem eàdem cum Deo in arte versatum depinxerat.

§ 3. Ἀλέξανδρον καὶ τὴν Γαΐου, καὶ Πομπηΐου καὶ ωρὸς Διογένη καὶ Ἡράκλειτον, καὶ Σωκράτην; | Articulus is Magnorum titulos nimium quantum minuit deprimitque, dum Imperatorum quos unquam viderat hominum vita Invictissimos Celeberrimosque,

rumque, Philosophorum Ternioni plerisque olim habitorum ludibrio & despicatui, non componere solum, sed & postputare nullus dubitat. Quin & illud etiam, si rationes rectè subducantur, de regali Gloriâ haud parum detrahere censendum, quòd hanc sententiam haud aliquis de infimâ tulerit plebe, sed Antoninus ipse Imperator Maximus, cui cognita adeò est, & penitùs perspecta Causa, ut ad alium quemvis Judicem nefas sit provocare.

§ 5. Ἀνυποκείτως. | Principibus id perquam est familiare, ut ad dissimulandum ingeniosissimi ad omnia se tempora atque ingenia compatent, nec quo sint in quenquam animo certis patefaciant indiciis. Haud insciè Calchas in Iliad. primo.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χόλον ἀνδρὸς ὀπηδεῖ χειρὶ
Εἴπερ γάρ τε κλῦθον γε καὶ ἤματι κεῖνον ἔτισε·
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσιν. ——

Rex etenim sævam ad tempus si decoquat iram,
Fortior, at memori manet atrox mente stimulus,
Gestitque ingentem miseris infligere cladem.

§ 6. Τὰ ὦδε ὄντα εἰς μεταθέσεις. | Ad Naturam usque adeò haud ineptè transtuleris, quod Fortunæ olim adscripserat Horatius,

Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet. Od. xxxiv. Lib. I.

§ 20. Καταφρονήσῃς ἢ καὶ πεποίκοτ. | Hoc inter Imaginem & Rem cui componitur permagnum interest, quòd sæpiùs deflectat Pila, & præter mittentis mentem decidat; Nobis autem Omnia ex animo disponentis eveniunt, nec nisi divino in terram delapsi sumus Consilio.

§ 21. D'Acer. xxii. Οὐδὲ αὐτὸς τις ἑαυτῷ. | Haud inficetum isthoc. Ex illis, qui Encomiis nos cumulant amplissimis, vix unum & alterum reperias, qui sibi vel constet, vel fidem habeat: Animum adeò aut in horas mutant, aut in nos simulant pronum, ad unum ferè omnes. Laudes utique, quibus se invicem plerique cohonestare solent, confictæ prorsus sunt, & deditâ operâ excogitatæ. Sive ut in eo ne videantur deficere, quod Decôri & Urbanitatis ratio postulat; sive adulationi turpissimæ, quæ jam ubique locorum inolevit, ut ipsi etiam gerant morem; seu denique, quoniam de illis, quos prolixè adeò demereri student, falsâ honoris atque officii specie lactatis aliquid se sperent Commodi capturos. Ista recolens, laudem & magnopere ne expetat Animus, aut adipiscendæ incumbat totus, quin & ob adeptam ne tibi turgeat, aut sese efferat insolentior, mirum ni valent efficere.

§ 22. D'Acer. xxiv. Δικαίως ταῦτα πάσχεις. | Sese pro More alloquitur, nupero quodam commotus infortunio. Id jure fateri obvenisse, quo moræ inhonestæ, animique ignavi lueret Supplicium. Melius utique cum illo actum esset, si nihil cunctatus strenuam virtuti navâsset operam, idque egisset unum, ut Vir Bonus, & in omni quantum poterat genere perfectior, indies evaderet. Illud cum voluit minùs, hoc etiquid erat Incommodi calcaris loco adhibitum; sive ut inerti acceleraret gradum, sive ut modicis contentum Virtutum incrementis ad majora tentanda stimularet, moneretque in hoc semper progrediendum Studio, & mediocritatem otiosam semper damnandam. Nam & huc facit illud D. Hieronymi notissimum. *Perfectum esse nolle, delinquere est.*

§ 25. D'Acer. xxvii. Λύκιλλα Οὐήρου. | Lucillam dicit, filiam nempe suam, quam Imperatori Vero nuptum ipse collocaverat. Jam verò, plurima, quæ inter has Animadversiones occurrunt, ab Antonino jam annis grandiori, & Vitæ spatio prope decurso, conscripta, sunt quidem alia quæ non obscurè innuant; sed locus isthic per se manifestò satis evincit.

Ibid. En tibi Iter, quod Virorum, etiam famâ celeberrimorum, Nomina ad oblivionem affectare solent. Memoriâ exolescunt paulatim, donec tandem in meras devergant fabulas, quibus nec fidem habeant posteri, nec operæ ducturi sint pretium perlegendis incumbere.

§ 26. D'Acer. xxviii. Εὑρεσιῶν ἀνθρώπου ποιῶν τὰ ἴδια ἀνθρώπου. | Si vis igitur quidnam Hominis sis, dignoscere, brevi id fieri poterit compendio. Hoc scilicet Exâmine accuratiùs instituto, num illam ab Antonino laudatam, an non huic potius contrariam percipere voluptatem gestias; & harum in utrâ summam vivendi fælicitatem colloces.

§ 28. D'Acer. xxx. Πᾶσα γὰρ χεῖρις, καὶ ὁρμὴ, καὶ ὄρεξις, καὶ ἔκκλισις ἔνδον. | Vera quidem sunt ista, si ad literam & sensu abstractiori accipias; sed longè jam secus nobiscum agitur. Ex quo enim Peccato in Servitutem se genus addixit humanum, adeò non rerum Externarum potiti sumus imperio, ut ne Internæ quidem sint nostri penitùs arbitrii. Nec igitur, quin Externæ vim inferant affectibus, atque animi tranquillitatem in ultimum subinde discrimen adigant, prohibere possumus.

§ 30. D'Acer. xxxii. Λαλεῖν καὶ ἐν συγκλήτῳ καὶ πρὸς πάντ', &c. | Ornatum dicendi genus Stoicorum familia nullius omnino duxit pretii; Socratem nimirum secuta, qui id non solùm est aspernatus, sed ne ferendum quidem existimabat. Istud genus ornatum dico, quòd id unum curat, culta ut sit inprimis & compta oratio, aures animosque audientium suis illecebris quò captet oblectetque magis. Quæ quidem Venustas elaborata adeò atque exquisita, ut quod res est dicam, à depravato

hominum

hominum more atque ingenio profecta est omnis. Si etenim ii essemus, quibus esse nobis decuit, id demum ageremus, Veritas ut se nudam nobis & genuinam daret; & de furtivis coloribus parùm solliciti, in argumentis essemus tori; Auditores vero quod attinet, hoc uno contenti, ut nec fucum illis, nec stomachum aut nauseam faciamus; Voluptatem interea loci, quæ magno sæpius illorum percipitur damno, deditâ potius operâ commovere detrectantes. En Sermonem verè virilem, quem Antoninus *Sanum*, quem Socrates *Animorum Medicum* haud injuriâ nuncupandum censuit. Sed nobis in sequiorem partem omnia. Animis auditorum non tam instituendis, quam ducendis, opera intenditur. Cui & ipsi etiam audientes vicissim famulantur fraudi, non tàm Veritatis, ut sapientiores fiant, quàm Verborum elegantiæ, ut vanâ lactentur voluptate, avidi. Quin Scientiam Arithmeticam & Geometricam, si quid affectibus illic nostris reliquum esset loci (quibus in Vero & falso dijudicando restat plurimum,) dudum nil dubito nobis turpissime vitiatam dedissemus; nec vel ipsæ Quantitatis & Numeri rationes humano generi mansissent integræ.

§ 35. D'Acer. xxxvii. Ὥσπερ τὰς ἄλλας δωρεὰς ἔκαστοι ἡμῖν λογικῶν οἰκείων ἔσον, &c. | Egregium illud; Deum nobis facultates suas ferè omnes impertitum, Naturam scilicet Spiritualem, Vitam Immortalem, aliasque præterea complures; (Quanquam nec illud *ferè* abs re adjecit, cùm nec eandem Divinam Essentiam, aut immensas donaverit Perfectiones) Sed hanc cum primis utilem & verè nobilem indulsit prærogativam, quæ nostræ renituntur virtuti, in ejus ut usum atque commodum circumvertere valeamus omnia: Eò utique Opt. Max. Deo simillimi, qui etiam Pessima novit Bene vertere; quæque Voluntati ejus videntur obstare maximè, ità tandem in Fatis disponere, ut ad id quidem quod voluit feliciùs & citiùs expediendum, haud parum conferant momenti.

§ 36. D'Acer. xxxviii. Τῦτο ἡ κατασμικρύνεται | Præsens enim in hoc temporis puncto continetur. Nobis quidem Magnum quid aut reformidandum ideò visum, quia non seorsim, sed cum Præterito & Futuro conjunctum cogitetur, & alienâ mole turgescat.

§ 37. D'Acer. xxxix. Μήτι νῦν ἐξαγόμενα τῇ τῦ κυρίου σωρῷ Πάνδεια ἢ Πέργαμος. | "De Textu emendando Gatakerus, de Re ipsâ quæ sequuntur D'Acerius". Inter Honores Regibus vitâ functis delatos, is est in primis habitus, quòd Amici & Familiares ad horum tumulos concederent frequentes, noctes illic diesque contererent, & in lachrymas effusi Principem demortuum, & sortem deplorarent suam. Studium id genus inutile, & Superstitiosum nimis cultum, notat hîc loci Antoninus. Id autem præsertim in animo habuit, istos honores magni pendere, & ob illos olim defunctis persolvendos efferre sese interea, ut quàm ineptum atque absurdum sit Principes commonefaceret. Nec enim illos quæ ad tumulum fiunt sensuros; ut possent autem sentire, & nimium quantam inde percipere voluptatem, at Quidnam obsecro hominum sunt, qui mortuos tanto prosequuntur Studio? Nonne & ipsi mox morituri; qui nec istis erunt brevi persolvendis amplùs? Quocunque igitur te vertas, rem vides speciosam forsan, sed miseram reverà, & vanam prorsus. Hæc, quantum ego conjicio, voluit Marcus in Articulo cum primis venusto.

§ 38. D'Acer. xl. Εἰ δώσουσι ἐξὸ βλέπειν. | Plurimi ubique ferè occurrunt, qui acuminis sibi laudem, & ingenium minimè vulgare vindicant; seipsos interim hoc demum pacto gravissimâ affectos contumeliâ nescii. Cui autem acuminis istud cedit Bono, aut quî tandem judicandi, ut peritis decet, se præbent manifestos? utinam sane ista se haud ità compararent Ingenia, ut, cùm in hac Acuminis sui existimatione hallucinentur maximè, tum demum & excusatissimos homines & fœliciſſimos dixeris.

§ 41. D'Acer. xliii. Ὅταν γένηται σφαῖρος, μενέτω σφαῖρος μένων. | Geminum huic apud Horatium videre est, cujus Vir sapiens & Liber perhibetur

— In seipso totus teres atque rotundus,
Extérni ne quid valeat per læve morari.
Serm. Lib. ii. Sat. vii.

§ 42. D'Acer. xliv. Οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἐμαυτὸν λυπῶν. | Articulus Verbis quidem exiguus, Sensûe autem prægnantissimus. Ità mirum ni seipsum alloquitur Marcus, male de se meritis succensens, aut difficili quodam implicitus negotio, cum animi impetum vix adhuc esset sustinendo. Nos itidem simili laborantes morbo ægritudinem pari ratione levare fas est. Adeon' esse insanum quenquam aut vecordem, ut dum cæteris omnibus obsequi studet sedulus, sibi durus uni, animum excruciet suum; & suis ex incommodis aliena quærat commoda!

§ 44. D'Acer. xlvi. Τῦτον ἰδὼ τὸν χείμωνα σταμαι χείμωνα. | Id monet jam Marcus, quod olim sibi precatus est Horatius

— Ne fluites dubiæ spe pendulus horæ.
Lib. i. Epist. xvii.

Sed quod unum potuit, sibi extemplo largiatur, Bono, dum in manibus est, fruendo. Hominum enim plerique, ut est inscitia, quæ adsunt pro istis quæ nondum sunt prorsus scientes prudentes commutare non gravantur.

Ibid. Οὐ λογίζονται ὅτι ἄλλοι ποιῦσι μέλλοντες ἐκπονεῖν ἵνα, οἷοι εἰσὶν ὕτοι ὧς βαρέως. | Argumentatio subtilior fane paulò, sed solidis nihilominùs

rationum fundamentis innixa. Rem enim si quis æquâ perpendat lance, animo nimirum à Cupiditate, & Commodi ratione libero, quî tandem te turpiùs illusum dederis, quàm si famam & plausus populares affectes, rumusculos præsertim posthumos, si quàm poteris vehementissimo aucupere Studio. Nonne Homines unde ista tibi polliceris, & ignoti sunt, & nondum in lucem editi, tum & imperiti, & nihili prorsus, quos si nôsse tibi contigisset, nec tute æstimare, nedum sufferre posses? Infandum quantum hoc à rectâ ratione abhorreat, & quod vel secum adeò pugnet, ut rem omnium absurdissimam nec verbis expedire, nec cogitatione assequi hominum quisquam valeat.

§ 45, D'Acer. xlviii. Ἄρα τοῦτο ἄξιον, ἵνα δι' αὐτὸ κακῶς μου ἔχῃ ψυχή. | Siquis adeò esset semper compos sui, ut de singulis examen illud accuratiùs instituere posset, nihil apud nos tanti futurum arbitror, ob quod mens nostra se habeat malè. Pluris enim hoc est externa facere, quorum vel quæ maxima, vel quæ gravissima vulgò existimari solent, quoties nobis obtingunt, si animus ignavior paulò cedat locum, atque herbam porrigat, jure quidem merito rogitemus indignabundi

Cui tantum de Te licuit?

§ 47. D'Acer. l. Ἀπὸ τῶν ὧν τῷ ζῆν συμβῆναι, ἢ κῷ ὁ ἐνεργῶν ἀποδημήσαι, &c. | En quod illis reponas, qui se solent in risum vertere, cum isto vehementioris animi Impetûs proposito, *Nec vivere mihi est cordi, id ne fiat.* Excedas igitur è vitâ, sed æquo fac excedas animo, eodem utique quo, si omnia ex voto processissent, esses usus. Quod posteà adjecit, Viro vel Christiano dignissimum est. Hanc Antonini mentem fuisse nullus dubito, quam tamen Interpretes minùs assecuti locum nobis fœdè mutilatum dederunt. Id quod idoneis etiam argumentis evincere nobis esset in promptu, si Criticam in præsens provinciam ornandam suscepissemus.

§ 50. D'Acer. liii. Σίκυος πικρός. ἄρες. βάλε ἐκ τῆς ὁδοῦ. ἔκκλινον. | Id Antonino erat curæ, ut in illorum ne impingeret inscitiam, qui omnia, quorum Commoditates ipsi non habent compertas, damnare confestim nulli dubitant; *Quamobrem ista in mundo?* rogitantes. Jam verò ne tempus in eo tereret, ut cui quodque Bono sit, ostendat; quod & sibi operosum nimis, & Lectori gravissimo fuisset tædio, satis id habuit monstrare; Quòd, quæ nobis aut incommoda videntur sæpiùs, aut supervacua, naturæ tamen ex usu esse maximo; Eamque his instructam, illa demum in lucem proferre, quorum & elegantiam meritò demiramur, & utilitatem inde haud mediocrem percipimus. Scitum sane habes Articulum, Viro & Probo imprimis & Philosopho undique consentaneum.

Ibid. Ἀρκεῖται ἐν κῷ χάρᾳ τῇ ἑαυτῆς, κῷ τύχῃ τῇ ἰδίᾳ. | Pulchrè dictum. Natura scilicet in & per Materiam operatur solam. Artificis utique locum nacta; Formæ igitur tantùm illius ab arbitrio pendent; Materiam igitur si dempseris, rerum ne minimam quidem effingere valet Natura. Hinc ergo Dei & Naturæ vires inter se quodammodo secernere discas; & aliqualem saltem, minùs perfectam licet, Mundi de nihilo creati Ideam animo concipere. Dei id opificium unius esse potuisse, citrà, & suprà naturam agentis; vel hoc Capitulum efficiet. Sed ista quæ captum exuperant nostrum, satius est ut Fidei deputentur omnia.

§ 52. D'Acerio lvi. Ὁ μὴ εἰδὼς ὅτι ἔστι κόσμος, ἐκ οἶδεν ὅστις ὤφειν. | Quenquamne hominum rudem adeo & vecordem esse, ut an Mundus sit nesciat! Elementa scilicet, Terra, Cœlum, cæteráque quibus compages hæc pulcherrima conficitur sensûs fugere non possunt. Sed longè aliud voluit Antoninus. Scit nempe Mundum esse Is unus, qui, Unde fuerit, à Quo formatus olim ac dispositus, Cui denique sit etiamdum curæ, necnon & Quo communi partes ejus connectantur vinculo, Quem denique in hoc universo locum is ipse sortitus fuerit, & ad Quid operis à Naturâ constituatur, capit cogitatque. Duplex enim ista notitia, quâ & Mundum noscis & Teipsum, ità cohæret simul, ut hâc parte demptâ, illius etiam ut expers sis necesse est. Venusta quidem illa, & sani consilii plena.

Ibid. Τίς ἂν φαίνεταί σοι ὁ τὸν ἧττον κεκτύνων ἔπαινον, &c. | An quisquam est Lectorum, qui dum anteceſsis inhæreret, eo demum perventurum speraverit Antoninum? Conclusionem improvisam forsan, sed quâ nihil aut solidum magis, aut acutum dixeris. Nam nec vulgari sæpe aliàs usus artificio, hanc quasi Sibi peculiarem is laudem vindicat, ejusmodi Veritates notissimis exsculpendi principiis, quas procul à conspectu latitantes nonnisi oculatissimus quisque cogitando assequi potuisset.

§ 54. D'Acer. lviii. Μηκέτι μόνον συμπεῖν τῷ ἀειέχοντι ἄρει, ἀλλὰ ἤδη κῷ συμφρονεῖν τῷ ἀειέχοντι πάντα νοῦν. | Habet etiam & Suum Anima humana Cœlum natale, purum illud inprimis, & morbis ejus magis aptum levandis, quàm quòd solent corporibus ægrotis præscribere Medici. Et nobiscum sane actum esset optimè, si ægris ad illud pari confugeretur Studio, quo de salute anxii ad hoc maturare satagunt.

§ 55. D'Acer. lix. Τυφλῶς μὲν ἡ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον. | Malitia ut Mundo obsit generatim, fieri neutiquam potest; quippe quæ per se ne existit quidem, naturam Accidentis tantùm nacta, & proinde Animæ dum adhæreat nostræ, illam unam Malo afficit. Quin & ipsa eò tantùm usque afficitur malo Anima, donec istam expuere Miseriam,

Miseriam, & periculo expedire sese præ Ignaviâ aut Impotentiâ cessaverit suâ. Hujus autem Articuli veritatem evicit Epictetus, & rei Imagine ad vivum depictâ rem illustravit. "Ωσπερ σκοπὸς (φησὶν) ὁ τιθέλαι τοξὸ τὸ τυχεῖν, ὕτως οὐδὲ κακῶ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. *Quemadmodum* (inquit) *aberrandi causâ meta non ponitur, sic nec Mali Natura in Mundo existit.* Cujus Argumenti vis huc demum recidit. Posito, quòd Malum reverà existat, sequeretur, metæ id vicem nanciscì, apud istos qui in se ultrò admittunt; sed Contrarium liquet; id nempe quotquot uspiam sunt hominum summo conari Studio, ut Malum devitent. Nemo est enim, qui Malum sibi vult, aut animum ad malè agendum qui deditâ instituit operâ. Istud igitur quoties quemvis affectare contingat, non id est Malum quà Malum animo amplecti, sed Malum sub falsâ Boni specie latitans. Meta utique, ad quam intereà loci contenditur, nonnisi illud speciosum est & falsò creditum Bonum. Hæc igitur cùm ita se habeant, (quæ quin ita habeant sese dubio non est locus) si Malum omninò existeret, eò demum existere dixerimus, quò illud homines defugerent. Quod tantundem est, ac si idcircò dixeris existere, ut ne existat prorsùs. Eò etenim tandem ut deveniatur necesse est, & in istud impingas ineptiæ omnium absurdissimæ, Metam ideò poni, ne Metæ sit loco. Oculos scilicet animosque de præmio decertantium, ne ad se attrahat; quòd si forsan attraxerit, at hoc idcircò fieri tantùm, non quò attingant demum, sed ab isto ut quam poterunt longissimè aberrent scopo. *Enchir.* cap. xxxiv.

§ 56. D'Acer. lx. Τῷ ἐμῷ σπουδαιστικῷ τὸ τῦ πλησίον σπουδαστικὸν ἐπίσης ἀδιάφορόν ἐστιν, &c. | Liberum Arbitrium, cujus ope vel ad bonum se, vel ad malum comparent, omnibus ex æquo dispertita est Natura. Ad hoc autem vel illud eligendum nihilo magis ex eo definitur animus meus, quòd vicinus jam idem elegerit. Vis enim ista esset & necessitas, cui cum Arbitrii Libertate nequaquam convenire poterit. Hinc sequitur, Alium quemlibet, Vir Bonus, aut Malus, Fælix aut Infelix ut ipse sim, neutiquam posse præstare. Ab illius sane monitis & Exemplo mihi profici poterit plurimùm, sive his edoctus ad Bona me sentiam stimulatum ācriùs; sive, si is minus rectè vixerit, quæ in illius vitâ displicent, ut in meâ emendanda curem sedulò: Potest etiam fieri, ut alieni tactus vitii contagio, ad illius facinora evadam audacior; Arquî Mores meos nec in melius hoc pacto, nec in deterius mutare queam, quin ipse propriæ voluntatis assensum præbuerim priùs. Nihil est utique quod alios incusemus, aut vicem doleamus nostram; quorsum enim tristes incassum jactentur querimoniæ, cùm, ut Seneca rectè monet, *Bono loco res humanæ sunt, quòd nemo nisi vitio suo miser est.*

§ 57. D'Acer. lxi. Ὁ Ἥλιος κατακλύζει δοκεῖ καὶ πέντε μυρίοις, ὁ μιᾷ ὀπῇ χεόμενος. | Antoninus hîc loci, Imagine perquam eleganti adhibitâ, Animæ nobis naturam, & operandi morem delineat; suæ quî debeat obire munia, & alios ad Sapientiam instituere, luculenter ejusdem imaginis ope docet. Soli utique similis illa, qui dum objecta sibi corpora illustrat, suo nativo lumine, nec ista impertit, nec seipsum spoliat. Lucem diffundit quidem, aeris quaqua versum ambientis ministerio usus, sed quicquid interim de proprio est, id omne sibi integrum asservat. Radii etiam solidis quoties & opacis obvenerint corporibus, non pereunt prorsus, & incassum emittuntur, sed cursu tantum leviter immutato, descriptoque Reflexionis, quem nuncupant, Angulo, isti qui Incidentiæ dicitur æquali, lucem hoc coacti diverticulo aliò tantùm deferunt suam. Ita nempe ut & nostra se componat Anima fas est. Aliis ut dum facem præfert, aut lumen de lumine accendit suo, ab Origine Cœlesti ne divelli se patiatur: Ne denique concidat extemplo, aut frustrà se esse suspicetur, quoties illi, quod diffundere gestit, lumini obsistitur. Sed vim & repulsam sustineat fortis, quodque Iste noluit Homo, in alterum potius, qui capiendo sit magìs, deflectat Beneficium. Nec enim qui nostris conatibus renituntur contrà, animum vero afficere damno magìs queant, quàm corpus opacum Solem aut lumine exuere, aut inertem reddere. Id nempe sibi obest soli; quod dum alieno opponit sese officio, Autori quidem nihil detrahit, sibi verò, oblatâ privato luce, & in tenebris adhuc manenti, efficit plurimùm. Huc demum redit Argumentum à Sole petitum. His animum si advertas sedulò, obfirmata inter disputandum pertinacia, Adversariorum acrimoniæ, & impetus cedere nescii, minùs te urent male; Dum omnia hæc æquo ferens animo, quæ Huic forsan incassum cesserunt Rationes, Illius in usum melioribus auspiciis transferendas curaveris. De ipsâ Similitudine hoc unum restat monendum; Solem nempe, non nisi per motum aëra lumen corporibus suffundere, nec absque isto Medio in nos agere posse; Mentem verò humanam lumen suum vi suâpte dispertiri, nec illi aliquo opus esse Medio, quod agenti sit adjumento. Animam itaque non tàm Soli, quàm ipsi Deo similem, hâc in causâ jure meritissimo prædicaveris.

Ibid. Ἡ γὰρ χύσις αὕτη τάσις ἐστίν. | Ex his conjicere est, quid Antoninus de Lucis Radiis senserit. Utique nihil aliud, quàm fila quædam tenuiora, & genuinam solis Substantiam in longum extensam radios credidisse. Nec mirum, cùm qui ab istâ erant Scholâ Philosophi, Rerum Physica-

rum Imperiti nimis, lumen Primum à Secundario dignoscere nulli calluerint. Partes dico Corporis Lucidi, quod Fontis vice fungitur, ab isto lumine, quod rivorum instar, in corpora objecta inde defluxit. Potest tamen & huic Imperatoris Ideæ benignior adhiberi Interpretatio, si de Materiâ tantùm circa Solem agitatâ locutum dixeris, quæ semper, nervi instar tensi, prompta & ad impressiones quasvis apta, actionem à Sole inceptam pergit porrò transmittere, & quos ipse primus ciebat motus, ex omni parte producere.

§ 60. D'Acer. lxiv. Ἄλλως βίᾳ, ἄλλως γῆς φέρεται. | Avidam nimis & præcocem animi festinationem hic loci damnat, Sapientiæ studiosis inter agendum perquam solennem. Dum enim ad Scopum, Jaculi instar, rectà contendunt, præ intempestivâ acceleratione implicant se sæpe, & impediunt magis; & viam ad metam quò moliuntur vehementiùs, eò ab istâ longiùs abscedunt. Sagittæ quidem est ad scopum quò dirigitur directo tramite collineare, nec ab istâ deflectitur lineâ, nisi quatenus à suo aberrat scopo. Sed menti nostræ nec eandem insistere viam licet, nec, si liceret, expedit. Omnia illi sedulò indaganda, nec illud de quo quæritur unum, sed & alia huic similia & cognata perpendenda; sic nisi multis diverticulis, & longis ambagibus verum assequi non potes, si res perspectas habere penitus animus tibi sit. Iste Motus interea Menti nostræ perinde congruus, & pro recto habendus, ac ille quem Sagittæ familiarem novimus. Tantundem enim efficit; dum ad metam accedit propiùs, etiamsi ab illâ declinare videatur. Insigne hujus articuli exemplum ipsum habes Platonem. Is inter Dialogos multis & prolixis adeò digressionibus indulget, ut ab Incepto non rarò excurrere prorsus, imò Propositi vel oblitus videatur; Cordato tamen Lectori & volupi est sæpiùs animadvertere, & mirari simul contingit, quàm egregio tandem artificio, qui divagantis, imò incogitantis ferè speciem præ se diu tulerat, omnia ad rem perducat; & quæ temerè confusa eras suspicatus, ea demum ut demonstrationis vim habeant simul sumpta, quî tandem efficiat. Quin & id adjicere nullus dubito, quisquis ista, quæ Platonis parùm gnari otiosa existimare solent, aut missa fecerit, aut alio, eoque directo ordine disposuerit; illum non de elegantiâ tantùm Platonis, sed & de argumentorum etiam vi, & rei certitudine haud parùm detracturum.

§ 61. D'Acer. lxv. Εἰσάγει εἰς τὸ ἀγαθοειδὲς ἐπόψει, &c. | Præceptum universis utile, sed Principibus apprime necessarium; qui & præ immensâ ferè Potentiâ nihil non possunt, & summo abuti imperio nimium sunt proclives. His, inquam, quò magis pollent eò expedit magis ut aurem animumque dum præbent omnibus facilem, nè temerè tamen vel cuiquam adhibeant fidem, vel de quoquam judicium ferant. Nam nec illis esse satis debet, si quæ vel dixerint vel fecerint Sui, habeant comperta, nisi & ingenium cujusque habeant perspectum, & quo ista dicta & facta fuerint animo, itidem intelligant. Huc, nî fallor, facit Prius hujus Articuli Membrum. Ad Posterius quod attinet, Fraudem illud & simulationem astutam, tàm mores & Actiones externas, quàm Affectus & Cogitationes animi vitiantem, amandandam procul jubet. Ista dico omnia, quæ Civilis (quam vocant) Prudentia, & Reipublicæ melius administrandæ Commoditates in Virtutum quidem censum adscisere non verentur. Sed Scientia tamen Moralis & Divina Veritas, (à quibus id omnium abhorret maximè, ut aut quâvis de causâ, vel alienam induas speciem, vel rem quamlibet, vitio contamines,) Vulpinas nihilominus versutias, & culpæ postulant gravissimæ, & summo notant odio & vituperio dignas.

In

In Librum Nonum.

§ 1. 'Αδηῶν δοκεῖ. | Dogma veriſſimum, idemque ſcitu adeò neceſſarium, ut ejus ne Ethnicos quidem ignaros voluerit Deus. Proximus igitur, ſive à te malè audiat, ſive opis afflictus indigeat tuæ, quam tamen conferre poſſis: Sive Aliis bonus, at Tibi nequam ipſi, aut nec Tui tantùm ſed & alieni prodigus fueris; ſi Tempus denique & Talenta fidei commiſſa tuæ, vel malè abſumpta, vel otioſa prorſus Spem Domini fefellerint; Pietatis te ſciàs, perinde ac Juſtitiæ læſæ obſtrictum crimine. At quantò rectius, (quod noſtrî nos ut pudeat in causâ eſſe debet) de his Antoninus, quàm Chriſtianorum multò pars maxima; qui iſtis parùm habitis penſi in Deum hoc pacto peccari non animum advertunt?

Ibid. Ὁ ἔχων ἀδιάφθορον δοκεῖ. | Cogita quantum à Marco iterum nos diſtemus intervallo; qui, reum impietatis dum is vel Involuntarium peragit mendacium, æquiores nos vel Voluntario præſtare, & Specioſas quantum poſſumus excuſationes comminiſci, (Indignum dictu) haud erubeſcimus.

Ibid. Μάχεται γὰρ ὁ ὅλη παρασία τῆς ἀληθείας φεύγων παρ' ἑαυτόν. | Plena ſenſûs omnia, nec vel unica vox occurrit, quæ ſuo pondere deſtituatur. Hoc utique vult Antoninus: Liberum Arbitrium ſupernè dono datum eſſe, necnon & idoneam Verum à Falſo ſecernendi Facultatem, ejuſmodi ſaltem, quæ æternas Veritatis rationes & regulas dignoſcendo ſatis eſſet: Has autem à Deo fundamenti vice poſitas, aut facis inſtar in omni accenſas pectore, ut illarum ope ad majora & difficiliora progredi valeamus. Hinc ſequitur, Hominum Ignorantiam pro Voluntariâ duci, & vitio illis verti debere; per ipſos ſiquidem quòd ignorent ſtetit, qui Scientiæ media & adjumenta Naturæ ſuffecta, neglectui habuerunt. Quorum utique ſpretorum & effectus, & ſupplicium eſt Animus in poſterum occæcatus; ut mendacium à veritate nequeat amplius internoſcere. Vide ſis, Lector, quantum Scientiæ vel ex hoc uno Dogmate ſe præbeat eliciendum, quantumque quod demirere divinæ Veritatis in Philoſopho Paginæ Sacræ rudi effulſerit.

Ibid. Ἀνάγκη γὰρ τὸν τοῦτον μιμεῖσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ φύσει. | In hunc impegit ſcopulum Pſaltes, à Naufragii periculo non prius liberatus, quàm ad Sacra confugiſſet, & qui pios impioſque maneat exitus, animo ſeriò recoluiſſet. *Mei* (inquit) *pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns,* &c. *Donec intrem in Sanctuarium Domini, & intelligam in noviſſimis eorum.* Pſal. 73.

Ibid. Συλλελόγισται πρὸς λόγους τοὺς ἰσυμβάντας. | Nihil enim niſi præviſum & certis præſtitutum legibus evenire faſſi ſunt Stoici, ſiquidem Deum & præſenſiſſe, & animo quaſi effinxiſſe non futura tantùm, ſed & poſſibilia omnia illis viſum eſt. Primaria verò iſta & Univerſalis (ſi ita loqui fas ſit) Providentia, quin Deus ſe ſingulis immiſceat eventibus, nulla prohibet. Penes enim illum eſt unum qui deſtinaverat, decreta præſtare & perficere ſua. Parum ſcilicet Illi fuiſſet, à primo ſtatim rerum Exordio formâſſe ſemel, atque ordine diſpoſuiſſe omnia; Quod tamen Regibus ſolenne novimus, qui de Legibus ferendis tantùm ſolliciti, latis poſtea permittunt rempublicam. Sed Dei Bonitas nec initium, nec modum, nec finem capit; Eſſentiæ Divinæ comes indivulſa; nec præſens modò, modò abſens; ſed & ſemper & ubique præſtò habemus Deum. Ità tamen adeſt Singulis, ut ne Ullo claudi poſſit aut contineri; ita etiam omnibus providet, ut ad ſingula ſimul pertingat, & virtutem ubique actu & perfectè exerat ſuam.

§ 3. Νῶν ὁρᾷς ὅσῳ καινῷ ἐν τῇ διαφορᾷ τῆς συμβάσεως. | Cave iſta intelligas Opinionum diſſidia, quæ de rebus per ſe indifferentibus nunquam non oboriuntur. Alia nempe Marci animum ſubiit eaque gravior, & minus æquè ferenda Sententiarum pugna, momentoſa illa, & ad naturam noſtram ſpectans, quoties utique de Bono & Malo, Juſto & Injuſto, Veritate & Religione utrinque acerrimè diſceptatur. Nec diffitendum, quòd nihil ferè vivendi nos tædio afficiat magis, quàm ſi hujuſmodi diſſenſionibus vexati, quotidianas contumelias ſufferre cogamur, quas vel in noſmet, (ſed id parùm eſt,) imò quas in ipſum Deum, & ſacroſancta illius inſtituta Homines obfirmatè nequam ore ſacrilego evomentes non perhorreſcunt.

§ 5. Ἀδηῶν πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι, ἢ μόνον ὁ ποιῶν τι. | Non ad id ſolum natus eſt Homo, ut nequid in ſe admittat Mali, ſed ut aliquid etiam faciat Boni: quod Chriſtus & alibi, & iſthîc præſertim diſertiſſimo nos docuit exemplo, quo Ser-

vus

vus fidei violatæ arguitur, ob Talentum sibi creditum, defossâ clam terrâ absconditum; sospitem nempe integrámque restituere pecuniam parato, nihil profuit non perdidisse. Quisquis enim otiosum & inutile patitur, is reverà Talentum non adauctum perdere censetur.

§ 7. Σπῶσαι ὄρεξιν. | Is denique Appetitum cohibet comprimítque, qui justos ne transiliat limites cavet; qui Bono ut consulat & subserviat publico, curat; qui denique singula, quanti reverà sunt facit; ipsa verò exoptatissima non temere, & sine exceptione desiderat.

Ibid. Σβέσαι ὄρεξιν. | Hoc ideò dictum putà, quod quæ Hominum vulgus vehementer expetit, qualia sint, aut quo tandem evasura prorsus ignorans.

§ 8. Εἰς ἢ τὰ λογικὰ μία τοιαῦτα ψυχὴ συνίεσιν. | Hæc, si ad Stoicum rigorem exegeris, à Vero abhorrent plurimùm; Animam nempe Intelligentem si ipsius Dei particulam credideris. Habent tamen & suum pondus, modò commodum adhibeas sensum, & rem penitiùs introspicias. Eâdem scilicet specie omnibus quotquot uspiam sunt Hominum suppetit Anima, nec aliàs diversam censendum, nisi quatenus à se invicem distent singuli, vel diversis dono omnium præstantissimo usi modis, vel diversas divinæ Gratiæ Dotes insuper adepti.

§ 9. Καὶ οἷον ἐρωτες. | Rectè quidem *Quasi Amores* dixit, quoniam veros Affectus Brutis competere Stoica constanter pernegabat Schola. His tamen Motus quosdam à Naturâ inditos, qui Affectuum similitudinem præ se ferebant, nulla dubitabat agnoscere. Affectus porrò cùm apud illos nihil essent præterea, quàm Ratio variis attemperata modis, & proinde Rationis Comites, & Indicia connata, Brutis hos concedere, Religio illis erat. Hinc satis liquet prisca quædam & minimè contemnenda Philosophiæ veteris vestigia, Hodiernæ & consensisse, & facem prætulisse. Bruta utique nihil ultrà Mechanicam naturam sortita, non heri tantum aut nudiustertiùs, credebant Physici.

Ibid. Ἀλλ' ὅμως κἀπὶ φθείρεσθε ἀεὶ καλαμῶνται. | Verissimum hoc, & efficiendo quod in animo habuit Marcus perquam idoneum; quod tamen humano generi nihilominùs in commodum parum cedere solet. Inest quidem Societatis Vehemens Appetitus. At quorsum? & quid inde efficitur? Nam à rectâ Ratione nihilominùs deficitur; Bonorum scilicet Commercium detrectantes, apparentes Malorum, Consuetudines plerique, vel ipsâ solitudine deteriores adscisce sibi satagunt.

§ 10. Φέρει καρπόν. —— εἰδὲ ἡ συνήθεια κωφὰς ποιεῖ τὰς ἀμπέλους | Videtur sibi Antoninus metaphoram de Fructu ferendo ad Homines primus transtulisse; quod si minùs credidisset, non est quòd se tam solicitus excusatum iret. Hinc certo colligas, in Literis eum Evangelicis, vel parum admodum, vel ne omnino quidem versatum, quibus hanc loquendi formulam in pauciissimis familiarem nemo non novit.

Ibid. Ὁ λόγος ἢ ἐν κοινῷ, ἐν ἰδίῳ καρπὸν ἔχει. | Fructus isti putres, qui Publico nihil prosunt, à rectâ ratione non proficiscuntur, sed arborem arguunt Vitii. Ratio enim, cùm omnium sit hominum communis, omnibus ut prosit, & communi Bono incumbat tota, æquum est. Axioma præclarum, & quod, si ad hanc regulam & nos & alios exigamus, quid quisque sit hominis facile ostendat. Eodem enim recidit Servatoris nostri monitum. *A Fructibus eorum cognoscetis eos.* Matt. 7. 20.

§ 11. Μίμησον, ὅτι ἐφ' οἷς τοῦτο ἢ ἐκμανιὰ σου ἔδοτο. | Quid enim de Clementiâ, cæterisque quæ circa contumelias & injurias versantur Virtutibus factum iri existimas? Otiosis scilicet, & plane nullis futuris, si materiam, & arenam in quâ se strenuè exerceant, hominum nempe nequam Malitiam, de medio sustuleris.

Ibid. Ἔξεστι ἢ καὶ σοὶ, εἰ οἴεσθε, τὸν ὀργιλον | Rationem si perpendas, momenti permultum ad Benignitatem & Clementiam conferentem agnosces, Nec enim quisquam est, qui, his ritè cogitatis, idoneam sibi in delinquentes sæviendi, & odii immortalis excusationem comminisci queat.

§ 12. Πόνει, μὴ ὡς ἄθλιος. | A Querimoniis scilicet tempera tibi, nec humeros oneri impares ferendo criminare, Pusilli enim animi sunt ista, & honesto minimè digna. Longè secùs de Laboribus exantlatis, & Sui similis Hercules ille Sophocleus.

Ἀλλ' ἀστέναχτος αἰὲν ἐκπέπλων χρεών. Trachin.
Me vidit nemo ulli ingemiscentem malo.

§ 14. Πάντα ταῦτα.) Eadem utique semper agitur fabula, quâ semel peractâ, & ad extremum Dramatis Scenam perductâ, nihil restat præterea, nisi ut eadem instauretur denuò, & assidentibus Crambe jam sæpiùs recocta iterum atque iterum apponatur.

§ 16. Ἐν ἐνεργείᾳ τὸ τῆς λογικῆς πολιτικῆς ζώου κακὸν ἢ ἀγαθόν. | Distinctioni hic locus est oppidò opportunus, ad rem de quâ agitur illustrandam, perquam necessariæ. Genus enim humanum & Publicam si spectes Societatem, Bonum & Malum in Agendo positum omne rectissimè narrat Antoninus: Quæ verò quisque animo sentiat, adeò referre parvi, ut Opiniones meras Adiaphoris accensendas jure optimo statuat. At verò: Si suam ipsius cujusque Animam cogites, Pietatem, & illud quo tenemur adversus Deum Officio, nimiùm quantum

quantum se rès habet secús. Namque ita tandem, si minus poterit Bonum Recta, at Malum tamen erronea & impia præstare potest animi Sententia. Ab isto siquidem fonte corrupto profluunt pectatorum sordes, quòd haud semel submonuit Christus; *Arbores nimirum singulas fructus sui germanos edere, & ab ipso Corde non malas tantùm Cogitationes, sed & omnigena exire flagitia, & quæcunque hominem vitio contaminare sciant.* Matt. vii. 21. xv. 18, 19, 20.

§ 20. **Τὸ ἄλλου ἁμάρτημα ἐμοὶ δεῖ πρόσκοπον.** | Delictum alienum nec interest meâ, nec mihi ut obsit fieri potest, cùm nec malum me reddere, nec vitii arguere possit, nisi & ipse assentiendo effecero meum. Apud istum igitur relinqui vult Marcus, qui id in se admiserat; nec vel proferendum palàm, nisi id à nobis salus aut utilitas exigat aliena; quò nempe pervulgati Contagio serpat minús. Ista tamen ut ne officiosa nimis sit divulgatio sedulò cavendum, ne quid, præterquam cui scitu necessàrium aut valde utile sit, edixeris; ne denique criminandi animo; Invidiosa enim res est & indecora, nullà urgente necessitate, aliena in propatulo vitia collocare.

§ 22. **Τρίχῃ δεῖ τὸ Ζαυτῷ ἡγεμονικὸν, καὶ τὸ τῇ ὅλῃ, καὶ τὸ τούτῳ.** | Hæc Hominis officium in se complectuntur omne, in tres Christianis usitatissimos divisum Locos. Primum scilicet ad Deum pertinentem; Secundum ad Nosmetipsos; Tertium denique quo ad Proximum devincti tenemur.

§ 23. **Ὥσπερ ἀπὸς οὐ πολιτικῆς συστάσεως συμπληρωτικὸς ἦν.** | Præclara sanè Argumentatio, nec minus egregium quo nititur Fundamentum. Homini quidem, qui à communi Societate divelli ne unum quidem oculorum ictum potest, non esse committendum, ut vel unum quidquam agat, unde non aliquantulum saltem fructûs Societas humana percipiat. Vitæ nimirum civilis Officia in Omnibus, & præ cæteris Omnibus, exequenda. Quæ secus fecerit, adeò non utilia aut honesta fore, ut ne culpâ quidem careant, sed Officii insuper habiti olim apud Dominum postulatura. Huc etenim & illud facere à Servatore monitum, nonnullis visum est. *Dico vobis, quodcunque verbum otiosum loquuti fuerint homines, de eo reddituros rationem in Die Judicii.* Matt. 12. 36.

§ 24. **Ὡς ἐπιχείρημα σοφιστοῦ τὸ τῆς νεκύας.** | Locum hunc in paucissimis obscurum facilè sentiet, quisquis Interpretes, adhuc quos sciam omnes, in eo expediendo frustrà fuisse cogitat. Quod & ego satis pro comperto mihi videor habere, absque tamen quòd de illo conclamatum esse prorsus existimem. Sensum enim præclarum hinc excudi posse, & me secundo satis Apolline huic eruendo incubuisse spero. Ulysses ut ad Inferos descenderit, & quam cum mortuis consuetudinem habuerit, fusè in Odysseidos undecimo depingi, (cui Libro nomen etiam **Νεκυία** idcircò adhæsit) Lectorum nemini non notum arbitror. Hinc itaque suam videtur Imaginem mutuò sumpsisse Antoninus. Quicquid utique rerum humanarum agitur, Scenam id omne & Spectaculum esse tantùm; nec tàm res ipsas, quàm rerum Repræsentationes. Adeò ut nobis hactenus cum Inferis conveniat, quòd utrobique in conspectum exhibeantur Umbræ, & Inania rerum Simulachra. Hoc uno tamen dempto, quòd nobis hìc loci crassa & palpanda obveniunt, illìc exilia, & quæ tactum omninò fugiant. Et dixerat sanè pridem in Ajace Sophocles.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ' ὁποιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.
Video enim nos homines nihil aliud esse quàm
Simulachra, quicunq; vivimus, & inanem umbram.

Sed isti versiculo leporum & salis haud parum Antoninum adjecisse, Lectori cordato facilè constabit.

§ 25. **Ἴδιόν ἐστι τῷ πολίτῃ τὰ αὐτὰ.** | Personam Rebus perinde ac Hominibus detrahas oportet, si quales reverà sint scire tibi sit animus. Quod ità demum fiet, si Formam singulorum à Materiâ discretam seorsim contemplere. Nam quòd vel odio, vel amore incendimur; quòd metu torqueamur, aut voluptate perfundamur, id Formæ plerunque debetur uni; & Ideæ inde animo conceptæ.

§ 26. **Ἀθύτμητα μυρία διὰ τὸ μὴ ἀκριβῶς τῷ σῷ ἡγεμονικῷ.** | Non Innumera tantùm, sed Mala ad unum omnia, quibus hominum discruciatur vita, ab istâ proficisci causâ non injuriâ asserere potuisset.

§ 27. **Δι' ὀνείρων, διὰ μαντειῶν.** | De Insomniis jam dictum est suprà. Vaticinia quòd attinet, Antoninum his fidem adhibuisse pronum, plus satis constat. Siquidem parum abfuit, quin per superstitiosam nimis horum venerationem, se, suáque omnia, & Romanum Imperium, cum hoste dimicans, iisset perditum.

§ 28. **Ἤτοι ἐφ' ἑκάστου ὁρμῇ ἢ τῇ ὅλῃ διάνοια. — ἢ ἅπαξ ὥρμησε.** | Disjunctionis istius membra se neutiquam excludunt mutuò. Nam & Prius verum est, & Posterius. Impressit quidem motum, & ad opus applicuit se olim Providentia; quo tamen facto motis cooperari etiamdum nulla cessat; sed omnibus ubique loci Agentibus & præsentem sese, & adjutricem præbet. Quod & alibì monuimus.

§ 29. D'Acerio xxxi. **Ὡς ἐντελῆ δὴ καὶ τὰ πολιτικὰ ταῦτα, —— καὶ ὡς οἴεται φιλόσοφος θεωρητικὴ ἀνδρότητα.** | A Sophistarum nonnullis ibi censuit cavendum, qui tàm Politicæ quàm Moralis Scientiæ præ se ferentes speciem, utramque sibi laudem ambiebant. Quin & has ità conciliatum

tum ibant invicem, ut Principes instituendos in se reciperent, *Secundum Artem* quod dici solet, imperitare edoctos, ad Administrationis itaq; Publicæ argutias Philosophiæ dogmata componebant. Promissa is jure ridet, ut inania & subtilia nimis. Quisquis enim bene imperare studet, civilem is prudentiam in eo præsertim positam intelligat, quæ Deus jussit, illa ut agat, & sola, & sedulò. Hoc demum uno Ethicæ & Politicæ inter se conveniet pacto. Nec pluribus, aut exquisitâ magis opus est arte, cùm vel hæc Sola Regula Imperatori bono sit satis. Discordes autem inter se qui in gratiam reponere volunt Scientias, (quod solent imperiti, & officiosè seduli,) offensiones quas lenire satagunt accendunt magis. Neque enim, ut nunc vivitur dierum, vel huic, vel illi concedas quidquam, quin alteram plus æquo deseras; & alieno impendio, alteri compares commodum.

Ibid. Μυδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἔλαβε. | Quoties in Sophistas hîc loci notatos, & futilem eorum subtilitatem illudi contigerat, ad Platonis de Republicâ Libellum confugere solenne illis erat. Huic utique objectioni & Homuncionum istiusmodi grandiloquentiæ ut obturetur os, Rempublicam, qualem depinxit Plato, in terris ne sperare quidem fas esse, (Tantum abest ut quis actu effingat,) respondet Antoninus. Illam itaque Ideam Deo soli, qui nihil non potest, perficiendam relinquamus; Hominum siquidem & Principum vel Potentissimos tantum de se promittere, extremæ essent dementiæ. Horum utique Leges & Authoritatem, quantæ quantæ sint, Mentes tamen Subditorum, atque Animi Sententiæ fugiant, fallantque necesse est. Accedit, quòd ipse Plato speciem hanc ita expressisse videatur, non eo consilio, Principes & Respublicæ ut hoc se modulo metirentur; sed Imaginem pulcherrimam & usquequaque perfectam ob oculos ponentes, similitudinem saltem aliqualem, & quantam vitæ humanæ patitur ratio, ut assequi possent; Vitia verò & Defectus quibus singula urgentur Imperia, ut eò faciliùs & adverti queant & emendari; quin & Virtutes etiam & Præstantias, quas minùs forsan perfectas adepta sunt, ut Reges cum isto contendentes Archetypo, & sentiant, & excolant, & quantum fieri poterit, promoveant. Quid igitur, forsan rogites, Principi faciendum, qui Rempublicam eò usque perfectionis & felicitatis adduci posse, ne sperare quidem est ausus? Id nempe unum, ut ad id quod in se est strenuus intendat animum, Deo se præstet in omnibus morigerum, & quæ nec vis nec sapientia humana efficere valeat, ea ut omnia si à mactus virtute Dei Opt. Max. committat commendetque Curæ & Consilio.

Ibid. Χαρὶς ἡ δογμάτων μεταδολὴς τὸ ἄλλο ἢ δικαιοσύνη συμβῆναι. | Rectè monitum. Principibus nihil supereſt, quod à mentis parùm sanæ subditis sperent, præter obsequium simulatum tantùm, vel à supplicii metu, vel lucri spe profectum. Istos verò mentis esse parum sanæ existimo, qui Verum à Falso, Justum ab Injusto secernere, Quid deceat & oporteat, dignoscere non valent. Socrates utique id in se non immeritò suscepit probandum, quòd quò quisque doctior est & sapientior, eo sit Imperanti obsecuturus libentius. Quod si verum est (& est dubio procul omni verissimum) inde efficitur, Principes tum demùm optime rebus suis consulere, cum Bonarum Literarum Studiis Fautores & Patronos se præstent maximè propitios. Ab his mirum nî solio Regali, non modo Fulgor & Decus, sed & salus, & Stabilitas, & Tutamen ingens accedit.

Ibid. Ὑπαγε πρὸς τὴν Αλέξανδρειαν, &c. | In his se jactare exemplis Sophistarum turbæ familiare erat; & Viros suæ, quam præ se ferebant, Artis regnandi peritos prædicare. Rem ad accuratius examen vocatam noluit Antoninus; ne quid in tanta nomina peccare videretur. Quod vero missum fecerat, ipse haud obscurè innuit, *videant Ipsi* jubendo, fuerintne vel illi Principes, quales existimari vellent maxime, & quotidianæ vitæ consuetudo an morum Gravitati tantopere laudatæ congruerit. Nam Philosophicam unicam esse Gravitatem opinandum, cum & Tragicam præterea & Theatricam, ostentationi compositam, fictam omnem & elaboratam novimus. Justitia verò fraudis omnino expers, & intemerata est, & simulare nescia, & sibi semper constans.

Ibid. Ἀκούε δὲ καὶ αἰδοῦμαι τὸ φιλοσοφίας ἔργον. | Viden' Lector Antoninum, ut se paucis graphicè depinxerit? Gravitatem fastuosam istius putat Principis, qui Scientiæ Civili primas, Morali vero & Divinæ non nisi secundas partes tribuit. Modestiam ex adverso & Morum Simpliciratem Illi peculiares reponit, cui Religio & Virtus in primis habentur, Artes verò Politicæ eà tantùm tenus ducuntur laudi, quà Dei & Naturæ Præceptis nullæ repugnant. Aberat utique quàm longissimè Marcus ab istâ Politicorum sententiâ comprobandâ, quæ Res administrantibus publicas nihil fere non licere; Imperio potitis à communi scilicet Justitiæ solutis Lege, novas & liberiores rationes excogitandas; Religionem autem, & Mentis sibi conscíæ reverentiam, & præstitum in omnibus Deo obsequium adeò non Imperantibus prodesse autumat, ut quàm maximè officiant. Nec his animum vacare posse ineptiis, nisi & suo & Reipublicæ summo periculo.

§ 31. D'Acer. xxxiii. Ὁρμὴ καὶ πρᾶξις. | Justitia in quo posita sit paucis docet. Actiones scilicet ut culpâ vacent parùm refert, nisi & Intentiones, & Cupiditates puræ sint, & Injuriæ criminis expertes.

§ 34.

§ 34. D'Acer. xxxvi. Ὅσα εἶπας. | En Judicium! quo nemo unquam aut æquius tulerit aut prudentius. Atat, quantum est hominum istiusmodi, & quam vano se efferunt fastu; tanquam ab ipsis sive laudantibus, sive vituperantibus, Bonum & Malum alienum penderet omne?

§ 35. D'Acer. xxxvii. Τὶ ἂν λέγοις ὅτι ἐγκρατὰ πάντα, καὶ ὅτι πάντα ἀεὶ κακῶς ἔχει. | Petulantiam atque impietatem notat Antoninus, qui Mundi hujus ordinem vitii insimulare non verentur; sed temerè & fortuitò fieri omnia, perfrictâ quâ sunt fronte, contendunt. Hoccine est Hominis? Hoccinè Vermiculi, Terræ scilicet & Cineris Officium, Deum ut in judicium provocet, quæ verò, non vires modò, sed & captum plane exsuperant, de iis quòd perperam atque inconsulto fiant, decretoriè ut audeat statuere? scilicet Naturam iste Universalem, à quâ & ipse conditus est, privato subjicere, examini, & stultitiæ manifestam peragere, in se recipit, qui hæc audet. Effectum mirum nî suâ se Causâ sapientius jactat & præstantius. Proh cæcam & sacrilegam Homunculi arrogantis audaciam!

Ibid. Ἀλλὰ καταχίζεται ὁ λόγος ἐν ἀδιαλείπτοις κακοῖς συνέχεσθαι. | Quod ne supponendum est quidem fieri ullo posse pacto. Nec enim in Deum tàm Optimum quàm Maximum immanitatis istud cadere censendum est, ut Operum suorum quodvis eò tantum effingeret, quo miserum reddat. Quin itaque rem ut se habeat recte dijudicemus; & ipsam Maledictionem, unde omnia proveniunt infortunia atque incommoda, non Dei operibus annumerandum, aut Illi tribuendum Authori, sed ab ipso Homine exortam cogitemus. Nam, quòd Antonino quidem minus suboluit, Peccati est ista Supplicium, & ab hâc unicâ profecta Causâ. Sed si Deum adhuc Authorem obtundas, at memineris velim, istud non Creatoris esse Voluntarium, sed Judicis in solidum & Gubernatoris Opus, coactum quodammodo & necessarium. Hinc illa Dæmonis in Mundum Potestas. Deus autem adeò non perditum & damnatum voluit Mundum, ut, restituendi servandique ejus gratiâ, Humanam in se susciperet Naturam, & morte omnium contumeliosissimâ affici, non fuerit ipse gravatus.

§ 38. D'Acer. xli. Εἰ μὲν ἄλλου ἦν, ἐμοῦ τὸ κακὸν, πάλαι δ' ἂν ἦν ἄλλου. | Facta expendere aliena, ex æquo præsertim & bono æstimare, res est omnium difficillima. Tutiùs itaque multò & consultiùs Illi, quibus omne prorsus judicium de rebus istiusmodi ferre religio est; ne sibi dum minùs temperant licentiam alieno arrogent dispendio. Ab istis itaque seu perperam, seu temerè prolatis quò magis caveant nomine Christiano insigniti, Dominus ipse similiter injungendo præcepit suis, *Ne judicent*; Quod tamen si facere nihilominus præsumpserint, & cujo & quanto id facturi sint periculo, ut ibidem ostenderet, adjicere visum est, *Ut ne judicemini. Quo enim judicio judicatis judicabimini, & quâ mensurâ metimini, eadem contrà metietur vobis.* Matth. vii. 1, 2. Sed quorsum Proximum culpæ postules, vel temet-ipso fortean minùs obnoxium? Nam *Qui loquitur contra fratrem, & damnat fratrem, loquitur contra Legem, & damnat Legem.* Jacob. iv. 11. Dato tamen, illum quid peccâsse at sibi nimium peccavit uni, suoque ipsius, non tuo damno. Fieri tamen potest, ut ne peccaverit quidem; Judicium igitur Dei te satius est expectare, qui omnium gnarus cùm sit, & Cordium Scrutator, universis secundum Opera sua redditurum, & quod Judicem decet officio neutiquam defuturum pro certo habeas.

§ 39. D'Acer. xlii. Τὶ τῷ πραγματικῷ λόγος πόνηρος, ἢ δικαίου; | "D'Acerius hic loci (si quis alius) pene desperati, Casaubonum secutus est; cujus emendationes apud Gatakerum videre est. Rem verò ipsam ità pergit porrò exponere". Quoties *Periit* dixeris, de Anima dictum puta. Quippe quod Animæ competat soli, Corpori enim quantumvis immutato, ut pereat tamen, contingere non potest. At simul cogites velim, quàm ineptæ sint istæ & quàm inanes querimoniæ. Nam & ipsa cùm expers materiæ sit, Anima, ut etiam ab Interitu procul & immunis sit, oportet; nec illi metuendum est ne divulsis denique dissipatisque particulis, illa pereat unà; quæ non ab his mutuò connexis & coalescentibus originem ausæ formam suam traxerat." Rectè sane procedit Argumentum, si rem serio despicias; sed cùm hominum pleriq; adeò esse subtilibus minimè contingat; bene istis ratiocinationibus accensendam arbitror, quas inter subtilia atque Arcana Philosophiæ recondita collocatas, pauci admodum mentis humanæ viribus assequi valeant. "Gratiæ itaque Benignissimo Deo, eò prolixiùs agendæ sunt, qui nostræ misertus imbecillitatis, Animam Immortalem in Scriptis ipse Sacrosanctis luculenter narravit; Veritati ejus falli & mentiri nesciæ, certo scilicet atque omnium validissimo, Fundamento ut innixa Fides nostra quæ cogitando ægrè capere possumus, credendo facilè amplectamur".

§ 40. D'Acer. xlii. Τὶς δὲ σοι ἔφην, ὅτι ἐγὼ μὲν εἰς τὰ ἐμὰ ἡμῶν οἱ θεοὶ συλλαμβάνονται. | Egregius sane Loctus, nec levi tantùm oculo perstringendus. Antoninum enim Veritatis Christianæ rudem, Divinæ Gratiæ, (vel semet insciò) vindicem nactus es, & Assertorem minimè contemnendum. Hem itaque differè profitentem, Voluntatis Libertate quidem hominum generi concessa, nostræque primitùs insitâ naturæ, & facultate cuique quod suum est præstandi, & Virtu-

tem excolendi feciſſe Deum copiam. Quin & perrexiſſe porrò; quodque ut facere poſſimus pridem dederat, id ut velimus etiam, jugi opis ejus acceſſu, efficere. Ita tamen efficere, ut ne nuperæ illæ vires ſuffectæ, priſtinis animi facultatibus officerent, ſed Arbitrium Homini relinquerent adhuc, ſervarentque integrum. Ea enim eſt influxûs Divini ſuavitas, ea lenitas inenarrabilis, ut Animos vi nullâ cogat, trahátve, ſed demulceat, ſed flectat, ſed ſuis (ſit verbo venia) blandis, ſuprà quàm quod dici poteſt, illecebris, ad virtutem pelliceat volentes. In hoc itaque ſita eſt ejus efficacia, ut ita demùm adjuti, non eligendi facultate ſpoliemur; ſed illa proni promptique eligamus, quæ, abſque hic eſſet adjumento, minimè omnium elegiſſemus.

§ 41. D'Acer. xliv. Τῷ γὰρ σωφρονεῖν δεῖ ἢ τὸ ἀρχαῖον δ' ἢ σφέτερον. | Nobis id inprimis videndum, quam præſertim ob cauſam hîc terrarum degatur. Corporis & Animæ ſalus annon præ cæteris omnibus ſpectanda, curæque eſſe debeat. Quod cuivis facilè adeò patet, ut dubio nihil reſtet loci. Id enim agendum eſt unum, ut quæ ob oculos habemus, ut propoſitum vivendi ſcopum cogitantes, mores noſtros actioneſque ſingulas his congruentes rationibus componamus; apta denique media ut curemus adhibenda, & ejuſmodi tantùm, quæ ad finem ultimum & homine dignum, nos tandem perducere queant.

§ 42. D'Acer. xlv. Ὡς εἰ ὁ ὀφθαλμὸς ἀμοιβὴν ἀπῄτει, ὅτι βλέπει. | Appoſitum id ab Hieronymo notatum. "Sicut ſingula Corporis membra, citrà mercedis intuitum, ſuis fungi officiis non gravantur; Nobis itidem convenire, qui in Corpore multò præſtantiori membrorum vices ſuſtinemus, ut munia gratuitò obeamus læti; nec alio quovis præter Bonum Commune opus eſſe debere ad benè faciendum incitamento.

In Librum Decimum.

§ 1. ΕΣΤΙ, φαντασίᾳ τὸ ἀκριβοῦν σοι σῶμα. | Animam Corpore dilucidiorem fieri poſſe non eſt quod miremur, ſi immortalem Illam & permanentem, naturæ immutabilis, quæque ſemper conſtet ſibi: iſtud verò varium & in horas mutabile, ſibi nunquam ferè non diverſum vitam porro naſtum non brevem & tantùm caducam, ſed acceptam mutuò, & aliunde adſcitam, cogitaverimus. Jam verò Anima tum demum dilucida facta cenſenda eſt, cum officio eam defungi, cùm Originis memorem ſtemmate tam nobili ſe dignam præſtare, cùm ad Formam Primitivam, Perfectum ſcilicet rerum omnium Exemplari mente divinâ conceptum, ſummo ſe ſtudio adjungere ipſam, & componere, manifeſtò liquet. Obſcuram viciſſim & perſpectu difficilem dixeris, ſi in corpus demerſa tota, à Facultate ſenſitivâ adeò abeſt propè, ut Subſtantiam ibi ſublimem, & ratione nobilitatam fruſtrà quæras. Hoc enim animus, humanus cum Deo, commune habet, quòd cum oculis corporeis Neuter ſit cernendus, ex operibus tamen ſuis palàm ſe faciat uterque, ut ne mundus quidem ipſe ſe magis præbeat conſpicuum.

Ibid. Ὅτι πάντα σοι πάρεστι. | Omnia tum Animo adeſſe putandum, cùm Deo ſit conjunctiſſimus, atque ejus Amore & Studio uſquequaque plenus.

§ 2. Παραμένει τὰ σὰ ἡ φύσις ἐπιζητοῦσα, εἰς ἣν ἕκαστα μέλλει διακριθήσεσθαι. | Monitum quod nobis ex uſu eſſe maximo, modò obſequi velimus, poterit. Regulam nempe certiſſimam præſtantiſſimamque complexum, quâ licita ab illicitis dignoſcere valeamus. Sed cogitatum ſimul id velim, Deo quàm clementi & benigno utamur, quámque bono ſint loco res noſtræ, quibus nihil eſt vetitum, niſi quod in nos admiſſum naturæ noſtræ vel Animali, Rationali nociturum ſit. A vel quibus autem natura non læditur, ea licere omnia pro certo habendum.

§ 3. Φιλόσοφος ἐστὶν ἐπιτυχών. | Si id Philoſophis ſolatio eſſe potuit, at quanto magis Chriſtianis gratulandum, quibus ſuppetunt Malorum levamina, ab iſto longe diversa? Certis nimirum & indubitatis exploratum habent illi argumentis; *Brevia* quæ vitam hanc caducam angunt *incommoda*, *gloriam* iſta paſſis *ſempiternam* atque *immenſam* tandem aliquando eſſe *conſecturo*. 2 Cor. 4. 17.

§ 7. Εἴτε κατὰ στοιβὴν ἐκπυρώσεις, ἔστι, &c. | Qui ab Academiâ erant, & à Stoâ Philoſophi, cùm in Sacras Literas (quantum ego conjicio) fortè incidiſſent, Mundum inde in extremo deflagraturum die, novos autem Cœlos, & novam tum poſteà terram fore, inibi didicerant. Mente verò Spiritûs Sancti parùm intellectâ, quicquid aut ipſorum Placitis priùs receptis, aut vanis animi incerti cogitationibus convenerat maximè, id ferè hâc in causâ deinde commenti ſunt. Ex illis nonnulli Mundum multis renovatum vicibus, at flammis

flammis tandem iri penitùs absumptum ; Alii renascentem jugiter, in æternum permansurum, nec crebris incendiis (quæ & futura agnoscebant) tam absorbendum, quàm sordibus expurgandum, quibus tandem restinctis, omnia in pristinum reversura locum somniabant. De flammis tamen expiatoriis viderint eruditi ; ecquid illis ansæ porrexerit Esaias, Babylonem peccatis fœdissimè conspurcatam sic olim allocutus. *Habes carbones ignis, sede super eos, hi tibi erunt auxilio*, Isai. xlvii. 13, 14. "Ita quidem Lxx : Seres sed longe aliter Hebræa veritas, *Non*, inquit, *pruna ad calefaciendum se, focus ad sedendum coram eo sic fuerunt tibi quibus laborâsse.*" Sed ut unde deventum erat redeamus. Omnia, inquam, in pristino statu futura denuò autumabant, Socratem verbi gratiâ revicturum, & ab Anyto Melitoque fore ut iterum insimuletur, ab eodem etiam Judicum concessu iniquissimum capitis luat supplicium. Imaginem in istis videre est Christianæ Resurrectionis perperam intellectæ & Veritatem hominum deliramentis deformatam quos nondum de Philosophiæ tenebris, ad eximiam Evangelii Lucem dignatus erat Deus accersere.

Ibid. Τηνδε δὲ, ἵνα ἐκεῖνό σε λίαν ἀσφαλίσει. | Corpora nostra mutari in horas, & ab illis esse longè diversa quæ nascentibus fuerant, cùm primâ sit facie durum nimis, & quod paucis fidem faciat ; ad captum vulgi se demittit Antoninus. Supponit itaque quod plerique sibi persuasum habent, à Vero quantumvis alienum. Quod tamen eo facit libentiùs, quoniam ab istâ concessione rei de quâ agitur probandæ nihil esset periculi metuendum. Dato enim, quod idem nobis etiamdum sit corpus, quod à parentibus traditum accepimus, at illud tamen iri nequit inficias, & grescere id, & enutriri, & vivere non posse, nisi nova accedit materies, nisi & immutetur postquam accesserit, & istâ mutatione labantem sustineat & renovet molem. Quin & id etiam ut elargiare oportet, & Novam istam, & illam pristinam materiam mutationem adhuc aliam manere ; Mortem dico quæ utramque mox in sua cujusque Elementa remissura est. Hoc, nì mens me fallit, voluit Antoninus, cujus animum si sim assecutus, loco prius in quo hærere visi sunt, aut hallucinati Interpretes, gaudeo me lucis aliquantum contulisse.

§ 8. Ὀνόματα δήμου σαυτῷ πάντα ἀχάδοις, αἰδήμοσι. | Pravum præfractumque Hominis ingenium vel hinc advertas, qui, quod possunt, respuunt ; quod nequeunt efficere, id summo prosequuntur studio. Speciosa nomina & laudem virtutis immortalem promereri possunt, id utique nolunt : Mereri, inquam possunt, alii verò ut pro meritis Titulos, & laudes tribuant debitas, id efficere non possunt. Huic tamen uni totis viribus incumbunt. Quin & ab aliis si id consequi potuissent, Quid inde capiendum est Commodi ? Siquidem bene merentibus, nec omnibus contingit, nec solis, ut Audiant bene. Hoc interim Nihili, Hoc Incertum in votis est ; Illo & Certo, & vere Magno, neglecto fere, & ubique contemptui habito.

Ibid. Ἐὰν δὲ αἴδῃ, ὅτι ἐκπίπτει, ἅπερ διὰ βάσανοις ἡμιάσματα. | Hoc Istos præsertim mordet, qui quoniam Virtutes se posse assequi universas desperant, ne ulli prorsus omnium studeant. Quo quid à mente sanâ abhorret magis ? Virtutes enim opem sibi mutuò & incrementum ferunt, & aliæ paulatim ex aliis nascuntur. Nec ea est humanæ Naturæ sors, ut ad culmen nobis semel, & per saltum (quod aiunt) perventum fuerit ; sed clivus iste abruptus pedetentim conscendendus ; nec quisquam est Bonus aut Sapiens, quin Is ut esset, multo illi labore, & longo temporis Impendio steterit.

§ 9. Μίμε σῶλεμε, ποία. | Ex his vel una quævis sufficit, animam à Deo abstrahendo, nisi arctissimo illi nexu ut constringatur, operam demus. Quod si fuerit factum, omnia nobis dependendis frustrà erant, cum, testante Apostolo, Nihil prorsus, *Neque Mors, neque Vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Præsentia, neque Futura, neque Ulla alia Res creata separare nos valeat à Charitate Dei, quæ est in Christo Jesu, Domino nostro*, Rom. viii. 38, 39.

Ibid. D'Acer. x. Ὅπως ὁμολογητὸς φανεῖζη καὶ παραίμυθος. | "Casaubonum, ut solet, secutus, qui pro ὅπως legendum πῶς censuit novam hinc orditur Periocham D'Acerius ; Sensu à vulgatis quàm alieno vide sis apud Gatakerum, Nobis interea Nostri vestigiis insistendum." Anceps, "inquit is," & periculosa nimis res est Philosophiæ Naturalis studium, quod, oculos dum in res merè corporeas intentos detinet, Animum interim ab Intellectuali illâ & Incorporeâ Naturâ detorquet, Solo Vero, & Bono, & Uno ; Dei nempe nos facit immemores, & immensis ejus perfectionibus quò minùs immoremur, prohibet : Hinc mirum nì D. Paulus *à Philosophiâ & inani Deceptione cavendum* monuit, *Coloss.* ii. 8. Quanquam nec Antoninum Scientiam hanc in solidum amandâsse existimem. Nam & inde haud parum capitur commodi, Theoriæ modo Praxin adhibeamus comitem ; & Mundi hujus Ornatum atque Ordinem stupendum planè, eâ ratione, eoque contemplemur consilio, ut ad Cultum Deo præstandum ad Sapientiam ejus & Potentiam piè quantum possumus suspiciendam demirandamque aptiores facti, nos inde profecisse plurimum sentiamus.

Ibid. Αὐξάσῃς σεαυτὸν λαθόντον, ἐκ προσδόκου | Recte statuit. Duo siquidem hic loci in se susceperat probanda ; utrumque notatu dignissimum

mum. Primum, Quòd Voluptas à Rerum Physicarum Notitiâ profecta, nec pura esse potest, nec Plena, nisi & Actiones inde enascantur genuinæ, quæ ortum & parentem prodant suum. Cui consentaneum & Secundum, Voluptatem non rectè æstimari, quoties de externis ejus indiciis tantùm fertur Sententia: Externa nimirum ista veram Hominis naturam nec constituunt, nec pertingunt quidem. Tanti proinde habenda sunt singula, quanti ipsum Hominem juvando sunt, Animam scilicet & Mentem veris, solidis & inculpatis perfundendo gaudiis. Hinc sequitur Axioma illud vulgare

Scire tuum nihil est nisi Te scire hoc sciat Alter.
Pers. Sat. 1.

Inanes tantùm & ineptos sapere, qui quod intus reperire nequeunt, id foris incassum requirunt. Voluptatis intereà loci sincere, quæ à Sapientiâ proficiscitur rudes isti sunt prorsus & inexperti. Latet quidem illa, sed eò magis liquida est & intemerata in animo recondita, sed ipsum recondentem mirifico sui sensu demulcet, oblectatque.

Ibid. D'Acer. xi. Καὶ τίνος δύναται αὐτὸ διδάσκειν τι ἢ ἀφαιρεῖσθαι; | Hæc secum animo quisquis recolit à rebus finitis incertisque (cujusmodi omnes ad unam sunt res Creatæ) animum haud magno abstrahet negotio; & ad Deum adjiciet Unum. Illum siquidem penes est unum, & dare omnia, & auferre, pro libitu suo.

§ 11. D'Acer. xiii. Εὐθεῖαν πορεύεται ὁπαδὸς Θεῷ. | Is *rectà proficisci* censendus est, qui nihil non Justum facit, & Legibus *Agens* obtemperat; Is denique *Deum sequi*, qui quicquid decreverit Ille æqui boni consulit, & ad Voluntatem Divinam *Patiens* animum comparat suum. Utrumque conjunxit Antoninus, haud abs re sanè, à se enim quantumvis distantia videantur, aut reverà distent, ità tamen sibi mutuam præstant opem, ut Virtutum alia nunquam non alteri subveniat. Qui verò in Illâ minùs se præbuit strenuum, in Istâ itidem ut se det turpiter necesse est.

§ 12. D'Acer. xiv. Τῆς ἀπονοίας χρεία, μᾶλλον ἀκοπίου τῆ δεῖ περιβόητου. | Nihil Omnibus quidem, at Principibus præsertim, periculosum est magis, quàm leves istæ Suspiciones, quas abundans sæpe solet & anxia nimis Cautela animo subjicere. Siquid agere debemus, satis constat hoc fortiter agendum, nec quid deinde sit futurum, solicitos esse Decet. Sin minus quid expediat per te noveris, consilium ab aliis petendum. Scrupuli verò inanes & superstitiosi, *At ità demum hoc forsan*, vel *illud eveniet* abjiciendi illicò, quippe qui & Animum suspensum teneant, & ab Incepto alieni omnino sint.

Ibid. Ἐπεὶ πᾶν ὑπολείπεται ἀπὸ τούτου. | Quoties animi pendentibus, quod fieri debuit omittitur, aut à justo præ Ignaviâ desistitur incœpto, in gravius multò damnum impingimus, quàm quodvis à rebus profectum externis infligere posset infortunium. Locum hunc ex sensum prorsus existimo, si Codices sequimur vulgatos; Unde ut aliquid saltem erui posset, hactenus eum in me mutandum suscepi, ut de meo βλαβερὸν δὲ adjicerem. Quæ si aliis arriserint minus, superest & illis eadem in Textu depravatissimo, quod è re sit magis excogitandi Copia.

Ibid. D'Acer. xv. Φαιδρὸν ἅμα καὶ αἰσχυντηλὸς ὁ περὶ λόγῳ καὶ πᾶν ὑπόμοχθος. | Articulum ("ità enim seorsim distinxit D'Acerius") habes eximium. Quicquid agitur rerum, si cum tumultu, & strepitu, & animo agas perturbato, rationem tibi deficere, id certo est indicio. Quod enim de Deo Pagina Sacra, illum nec in Turbine, nec in Procellis, sed lene potiùs spirante Zephyro Numinis præsentiam exhibitam voluisse; de Sapientiâ itidem pari potest jure prædicari. Suavis illa per se & placida, turbam fugit, & ab impetu abhorret plurimum; in tranquillo degit, & Animus quo se habet melius, eò minus ut concitatus sit & sui inops, semper facit.

§ 13. D'Acer. xvii. Τοῦτον μὲν δεῖ τῆς κλίνης, τοῦτον δὲ δεῖ τῆς τραπέζης. | Istis sane solenne est morum agere Censores, & de alienâ, ut lubet, famâ decernere, quos si in occulta domûs sequi liceret, & quid illis clam testibus fiat edisscere; vel si Lucerna, (ut olim lusit Lucianus) nocturnas posset Libidines, & quæ suadent Solitudo & Tenebræ inhonesta, verbis explicare, ampla satis inde suppeteret vices referendi materia. Larvâ etenim severæ virtutis detractâ, ita omnibus esset palam, istiusmodi Simulatores, à jus in aliena facta dicendo præ cæteris sibi maximè temperare debuisse.

Ibid. Οἷα δὲ κλέπτουσιν, οἷα δὲ ἁρπάζουσιν. | Idea cumprimis bella & salis plena. Ab iis etenim ex rapto plane vivitur, qui eo processerunt insolentiæ, ut singulis Laudem & Vituperium pro Arbitrio decernant suo. Illud quòd Forum agant nullà authoritate muniti, missum in præsens facio. hoc potiùs advertendum animo, quàm iniquè causas dijudicent, de quibus illos omnino judicare haud est æquum. Solenne scilicet habent, pessimo omnium furto, alienis detrahere laudibus, quo facilius ex harum detrimento, aliquid incrementi accedat Suis. Quin & Prærogativam Deo, siqua alia peculiarem arrogare non verentur sibi, illam nempe quâ cordium is agit scrutatorem & de intimis animi Cogitationibus statuit. Damnant etiam Legem, quod olim à Jacobo notatum memoravimus) & ipsam in jus rapiunt Justitiam. Jam verò Sacræ Literæ rapinæ istum arguunt, qui *se parem cum Deo autumare ausus fuerit*, Phil. ii. 6.

Id autem est se parem, imo vel ipso Priorem Deo æstimare, Proximos ad nostrum Tribunal sistere, & in quos juris nihil nobis est, eorum de factis pro imperio cognoscere & statuere.

Ibid. Μέρει δ' γίνεται, ὅταν δύλη πίστις, αἰδὼς, &c. | Quò nihil argumento deesse potest, quod hominum iniquam simul & vesanam arrogantiam ad vivum depingat, illud etiam visum est Antonino, tanquam ex abundanti, adjicere. Rapina ista, si in manus aut pedes esset admissa, excusatiorem paulò dixeris; Id verò omnium est flagitiosissimum, quâ sui parte egregias sibi & præstantissimas comparare est Virtutes, illius ut ope noxam potius & reatum ingentem Injusti Falsique homines deditâ operâ impingant sibi.

§ 15. D'Acer. xix. Ζῆσον ὡς ἐν ὄρει. | Id ni fallor vult. Ità esse cuique vivendum ac si quocunque degas in loco, is omnium & amœnissimus, & sibi exoptatissimus esset. Editiores enim Loci, & Domicilia in montium verticibus extructa, apud Veteres præ cæteris magno habiti pretio notissimum est. " Quanquam aliter Gatakerum periochen hanc accepisse Lectorem minimè fugit, cui uter ad mentem Antonini propiùs, dijudicandum relinquo.

Ibid. D'Acer. xx. Εἰ μὴ φέρουσι, ἀποκτεινάτωσαν. | Platonis illud Marcum in animo habuisse nullus dubito. Socratem is induxerat, Homines Justitiæ quàm infensi sint, referentem. Tanto nimirum illos odio eam atque adversatione habere, ut si ipsa se Justitia humanam induta figuram, oculis corporeis cernendam exhiberet, ne impune quidem esset factura; Sed Virtutis tam eximiæ impatientes, morte quam poterant atroci & contumeliosâ maximè, homines illam mulctaturos autumat.

§ 19. D'Acer. xxiv. Περὶ ὀλίγου δ' ἐδάλδων πόσις, ἢ δὲ εἶα. | Nobis etiam haud ineptè in eos, qui insolentiùs efferunt sese, & Dominatum sibi vindicant, ista docet Antoninus transferenda, quæ Davus olim ille Horatianus, Imperium Hominis detrectans vitiis irretiti, & sui parum potentis,

Tune mihi Dominus Rerum imperiis hominumque
Tot tantisque minor? quem ter Vindicta quaterque
Imposita haud unquam miserâ formidine privet?
Serm. Lib. 2. Sat. 7.

§ 20. D'Acer. xxv. Τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει | Illorum redarguit errorem qui res olim forsan ex usu futuras fassi, calamitosas tamen in præsens criminantur. Is contrà, ubi primum agere quid decreverit Natura, ex illo nobis esse usui contendit. A Naturâ enim suum cuique tempus præstitui; idoneum apprimè & congruum. Adeò ut nequid unquam sit ab illâ Factum, nisi, & quod fieri debuit, & quando fieri debuit maxime!

§ 23. D'Acer. xxviii. Τὰ τῦ Πλάτωνος, σωὸν ἐν ὄρει | Locum habes in Theæteto, Socratem nempe Commoditates & Prærogativas enarrantem, quibus & Magnates gaudent & Philosophi; & ob quas vel Hi vel Illi potius anteponendi videantur. Ἀγεφίκον δὲ καὶ ἀναίδητον ἐκὰ ἀφολίας ἐδὲν ἧττον ἢ νομέων τὸν τοιῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι σωὸν ἐν ὄρει τὸ τῆς ἀκεδαιμονίου. *Itaque & hujusmodi Philosophum necesse est propter nullam negotiorum exercitationem, non minus rusticum & imperitum esse, quàm Pastores. Utpote qui perinde mœnibus in Urbe, ac illi Cautæ septo in monte circumdetur.* Ad illa verò Marcum idcircò allusisse arbitror, quò nobis inde colligendi locum daret, quòd cum Sapiens in medio Urbis tumultu, ruris sibi delicias, & solitudinem servet integram, Animi Tranquillitas, ab hominum itidem quolibet, qui sibi non ponit obicem, & reperiri possit ubibuis loci, & facilè conservari.. *Edit. Serran. p. 147.*

§ 25. D'Acer. xxx. Κύριος δ' ὁ νόμος | *Lex*, vel quod Marco tantundem est, *Deus*. Is nempe Lex est vivens, immutabilis, & sempiterna. Unde & Legem à Platone *Sapientum Deum*, & à Socrate in Minoe τῦ ὄντος ἐξήγησιν, *Inventionem ejus quod est* nuncupatam auguror.

§ 26. D'Acer. xxxi. Ὡς ἡ τῶν βείδιων καὶ τῶν ἀνωφερῶν ἑρῶσθαι. | Vis illa Naturalis, (Plasticam vocant,) cujus ope stupenda planè ista Fœtûs & generandi, & efformandi, & ad maturitatem usque perducendi mysteria ritè peraguntur, oculos longè fugit corporeos; nec nisi animo eam omninò videndam objicimus: Pariter se habet & illa, quâ corpora sive sursum, sive deorsum feruntur. Unde eruditis haud levis semper animum subiit dubitatio quâ demum de causâ facultas hæc originem traxerit; Ipsa etenim Corpora nec Gravitate per se, nec Levitate prædita satis constat. Videndum itaque, an inde fiat, quod Omnia sui similium appetentia, his præsertim consociare se, & tanquam in amplexus ruere avidè contendant, quod Stoicis placuit magis: An, quod Aliis Verò visum est similius, id omne Terræ circa suum centrum motæ sit potiùs tribuendum; quæ dum rapidissimâ rotatur agitatione, partes suæ molis Universas à Centro abigit quodammodo arcetque. Istæ igitur Particulæ vel longiùs inde absunt vel propiùs, velociùs etiam aut segniùs capessunt fugam, quo se aut fortiùs impulsas, aut placidè magis, motas sentiunt. Quibus Motûs imprimitur minus, illa ab aliis magis motis magnâ vi pulsæ recidunt illicò: & ex casu tam subito, tamque violento, nomen & existimationem Corporum graviorum adipiscuntur. Horum enim peculiare vulgò perhibetur, Centrum versùs descendere, & ab illo ægrè avelli.

§ 29. D'Acer.

§ 29. D'Acer. xxxiv. Ἐρώτα σαυτὸν, εἰ ὁ θάνατος λυπεῖ διὰ τὸ τέτε γίνεσθαι. | Si ſingulis ſeorſim ad examen vocatis, ſuo tantùm unum quodque penderemus pondere, ex iſtis omnibus, quæ moribundos male habent, vix ullum reſtaret, quod tanti apud nos eſſet, ut ejus unius gratiâ, vel vitæ incommoda ſuſtinendas vel mortem moleſtè ferendam exiſtimaremus.

§ 31. D'Acer. xxxvi. Καὶ ἐφ' ἑαυτῷ τὸ ἀνάλογον. | Ad idoneam fragilitatis humanæ recordationem id forſan videatur ſatis, Omnes ut Præclaros præſertim qui antehac è vivis exceſſerunt, animo Viros recolas. Sed cùm ii ſumus, qui nos noſtraque, alienis anteferenda habeamus univerſi, hinc fit, ut iſta fortiùs animum commoveant Exempla, quibuſcum aliqua nobis interceſſit vel neceſſitudo, vel Conditionis, vel Eventuum Analogia. Quod huic locum fecit conſilio, ut in alios ſine delectu quodam, tanquam in ſpeculum inſpicientes, quid nobis & futurum ſit, & facto opus, aptiùs, & veriùs, & faciliùs ediſcamus.

Ibid. Τὸ ἄπαξ μεταβολὴν ἐκεῖ ἴσχει ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ | Viſum eſt Stoicis, Mundum ſæpiùs, vel potiùs ſemper repetitis vicibus refici, & renovari. Imaginem etiam aliquam ſubobſcuram licet, Reſurrectionis à mortuis, animo eos effinxiſſe, inducit ut credam Locus in Chryſippi de Providentiâ Libello in pauciſſimis memorabilis. *Hæc* (inquit ille) *quum ſic ſe habeant, ſatis conſtat id, nec rerum naturæ, nec rationi rectæ repugnare, ut temporum Periochis olim revolventibus, in eandem poſt obitum rurſus, & Formam & Conditionem revertamur.* Ab Stoicis tamen non eadem omninò quæ nunc ſunt renaſcitura, ſed illis ſimilia tantùm; (Non eundem verbi gratiâ, Socratem, ſed huic & virtute & fortunâ geminum) videtur potiùs placuiſſe.

§ 33. D'Acer. xxxviii. Κρείττων γίνεται ὁ ἀνθρώπος ἡ ἀνωτέρω τέχνης, ὁ οἷος χρυσὸς τοῖς βασανίσασιν. | Iſta enim Infortunia, Ignis ad inſtar, quo aurum excoquitur, defæcatiorem virum & nitidiorem præſtant. Sanctior ità demum & auguſtior factus, haud ineptè de ſe dici poſſe ſentit, quod olim de Mario Florus, *Redit ab Africâ Marius clade major, ſiquidem Carcer, Catena, Fuga, Exilioque horrificaverant dignitatem.*

Lib. III. C. 1.

Ibid. Οὐδὲν βλάπτει νόμον | *Legem* Ordinem ſcilicet rerum à Deo conſtitutum nequaquam perturbant aut Univerſi faciem deturpant hominum infortunia. Elegantiæ ſiquidem & ad Bonum commune convenientiæ tantundem habent res adverſæ quantum quæ ſecundæ ſunt maximè. Sunt enim & iſtæ in manu Dei poſitæ & ejus Inſtrumentorum perinde funguntur viæ; ad opera tam Bonitatis quam Juſtitiæ exequenda pariter aptæ; ſive ut his ſpectatâ magis effulgeat Bonorum virtus, ſive Improborum Malitiæ ut aliquis ponatur modus. Præclara ſane, & quæ Animum verè Philoſophicum ſapit Ratiocinatio.

§ 36. D'Acer. xli. Τινες ἀπαυδῶσι τὸ συμβαῖνον κακὸν. | Antoninum iſta locutum cave mortem in Malorum cenſu repoſuiſſe exiſtimes; ſed vulgi potius ingenio Sermonem attemperâſſe, qui Mortem Malorum graviſſimum ſupremumq; rati, quoties Inimicos, aut ſibi Incommodos è medio ſublatos videant, vehementer ſolent gaudere. Quod non Puſilli tantùm, ſed & Malevoli, & Immanis animi certiſſimo eſt indicio.

Ibid. Καλὸς μὲν ὢν ἔστι ἡμῶν ἢν | Is enim eſt vir Bonus, ut Peccata licet damnet, & ſummo habeat odio, ipſi tamen peccanti æquum ſe ſemper & Benevolum præſtet. *Infectatur* nempe *Vitia, non Homines, non caſtigat errantes, ſed emendat.*

Plin. Lib. I. Epiſt. 10.

Ibid. Ἐφ' ἡμῶν δὲ πόσα ἄλλα ἔστι, δι' ἃ πολὺς ὁ ἀπαλλαχτῶν ἡμῶν; | Cum iſta Imperatorem eximium adeò, & ſuis meritò dilectiſſimum ſubierit Cogitatio, quid demum plerique & vulgaribus opinandum? Me vero in hâc Perioche delectant plurimùm, quæ ubique nitent, Ingenii Manſuetudo, & mira in Alios Benevolentia; In Ethnico quidem eò impenſiùs ſtudandæ, quòd etiam apud Chriſti nomen profeſſos occurrant (heu!) parùm frequentes.

Ibid. Μὴ μόνον τοι διὰ τῦτο ἕλκεσθαι ἐυμενῶς αὐτοῖς ἔπεσι. | En quantum Cautelæ, ne quid in Charitatis peccetur Legem; ſi quæ nobis in Mortis ſolatium adhibemus remedia, ad odium vel Inimiciſſimi cujuſvis impulerint.

§ 38. D'Acer. xliii. Ἐκεῖνο, εἰ δῦ, ἄνθρωπος. | Animam dicit. *Mens* enim *cujuſque eſt quiſque*; Corpus autem, ſi accuratè loqui velimus, non tàm Homo eſt, quàm Hominis Inſtrumentum. Huic non illud puto multum abſimile, quod D. Petrus, 1 Epiſt. iii. 4. *Occultum cordis hominem* nuncupat.

In

In Librum Undecimum.

§. 1. Ὁ γε καρπὸν ὃν φέρει αὐτὴ καρπῶται. | Vox iſthæc *Fructus* ubi quid ab Animâ prolatum denotet, eodem prorſus recidit, quo formulæ loquendi Scriptoribus Sacris uſitatiſſimæ. Nam & Illis etiam familiares novimus, *Fructus Lucis*, *Fructus Juſtitiæ*, *Fructus Spiritûs*; quibus ex adverſo opponi ſolent *Fructus Peccati*, & *Affectus Carnis*. Hos etiam Tenebras, Injuſtitiam, & Malitiam audire, haud infrequens eſt aut ignotum. *Spiritûs* autem *Fructus* laudati contrà *hujuſmodi ſunt. Dilectio, Gaudium, Pax, Longanimitas, Benignitas, Manſuetudo, Bonitas, Fides, Juſtitia, Sapientia, Temperantia.* Jam vero inter Hos & Illos intereſt plurimùm, quoad iſta præſertim duo, hîc loci haud abs re notanda. Prius attigit Antoninus, Animam nempe & ſe, & ſuis quos profert Fructibus frui & gaudere; Cùm Corpus Carnis Fructibus haud perinde fruatur; ſed ad ritum Animantium cæterorum ſe habeat, in quibus nec Ovibus ſua profunt vellera, nec mella Apibus. Poſterius, ad Fructûs durationem attinet; Qui carnis ſunt, brevî utique interituri, cum illâ pereunt funditùs; Quos autem carpit Spiritus, perenne; carpit & perpetuos; ipſe omnis Expers interitûs, illis perinde ſempiternis nunquam non gaviſurus. Has utinam Differentias, Eſſentiales quidem illas & Immutabiles, perpenderemus ſeriò. Quod qui ex animo fecerit, illum & Periochen hancce pulcherrimam habiturum & impenſam quantum poterit præſtantioribus navaturum operam, nullus dubito.

Epheſ. v. 9. *Hebr.* xii. 11. *Gal.* v. 22. *Rom.* vi. 21. vii. 5.

Ibid. Τὰ μὲν ἑαυτῆς σκεπάζει. | Ex omnibus hîc terrarum degentibus, Anima humana, & in ſe longè præſtantiſſima & à nobis jure merito maximo habenda eſt pretio. Quoties enim rebus illam Corporeis poſtponimus, (quem quidem Errorem ſæpe ſæpius erramus) in illorum demerſi vanitatem, nobis inurimus maculam. Hanc autem cæteris quod oportet anteferentes, ad Deum accedimus propiùs, cognatione quâdam arctiori illi conjuncti; quin & imperii quodammodo cum Illo conſortes, qui, Terreſtria deſpiciens, univerſa ſubmittit ſibi.

Ibid. Οὗτος ἄρ' ἐδὴν διήνυκε λόγος ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ λόγος δικαιοσύνης. | Miram in hoc loco deprehendere videor Sapientiam ſublimem quidem & reconditam ut Interpretum pleroſque verus fugerit ſenſus. Id vero, ni & mens me fallit mea voluit Antonius; Parem eò uſque & Animæ noſtræ, & Legis eſſe Sortem, & idonea utrique ſuppetere Argumenta, cur ſe cæteris putet præſtantiorem. Utramque nempe nihil eſſe aliud præter *Veritatem*, & *Juſtitiam perfectiſſimam*. Unde cogas licet Animam eandem eſſe cum Lege, cum utriuſque Ratio eadem ſit. Hinc jus & poteſtas omnia judicandi, cum ipſa intereà loci, nullius ſit judicio obnoxia; Quibus etiam prærogativis Lex gaudet, Anima vero niſi & ipſa Lex eſſet, iiſdem gaudere non poſſet. Quod vero Marcus Animæ (à Deo nimirum inſtitutæ) tribuit, idem & D. Paulus Spirituali (quem nuncupat,) *Quòd omnia* ſcilicet *dijudicet, ipſe vero à nemine dijudicatur*, 1 Cor. ii. 15. "Idem utique cum Deo ſentit Vir Spiritu Sancto imbutus, nec illum ſecutus ducem aut errare poteſt, aut ab alio quopiam redargui. Quod Apoſtolis aliiſque Θεοδιδάκτοις contigiſſe exploratum habemus ſatis."

§ 2. Ἐὰν τὸν ἐμμελῆ φωνὴν καταμείσῃς εἰς ἅπαν σῴζεσθαι φθόγγον. | Argumentum ſi accuratùs diſcutias, idoneum ſatis; Gui tamen declinando haud unà ſuppetit Ratio. Quidnî enim Reſpondemus contrà, Muſicæ concinnitatem in Sonis non verti ſingulis, ſed in multorum apto concentu; cùm compluſculi ſimul commiſſi, & juſtis rationibus ad invicem & diſtantiis diſtincti, aurem pertingant ſuaviter demulceantque. Cùm denique Harmonia quam vocant inde conflatur, eâque major, vel minor, quò perfectiores, aut minus perfectæ ſunt iſtæ Sonorum Commiſſuræ, & ab Unitate ſeu numeris ſuis omnibus abſolutâ Concordia, aut longius abſcedant, aut ad eam accedant propiùs. Carminum etiam ſimilem agnoſcis Rationem, quorum venuſtatem, ſingulas aut penſans Syllabas, aut pronunciando diſjunctas fruſtrà eris requirens. Hæc enim à Totâ pariter compage proficiſcitur, cujus numeroſa verborum congruentia variis ex muſis & partibus confecta in amorem ſuî rapit, & mixtâ quâdam perfundit voluptate. Hinc utique efficitur, cum harum Rerum Laus & præſtantia particulis ſeorſim, quantumvis rectè diſpoſitis, minimè conſtet; parum appoſita, quibus Mundi Contemptum ſuadeat, præbuiſſe illas Marco exempla. Huic tamen ità occurretur Objectioni, ſi quod in Muſicâ & Poëſi veriſſimum haud diffitemur,

temur, Antonini tamen Argumenta convellere id pernegemus. Elegantiæ nempe Muſicæ & Poeſi peculiares, cæteriſque quæ ſenſibus corporeis percipiuntur, mancæ ſunt & imperfectæ. Nam & id ipſum quòd elegantes ſint, aut habeantur, non ſuæ habent ditionis ſed à loco, tempore, & aliis quibuſdam inter ſe conſpirantibus, id pendet totum. Accedit, quòd Particulis iſtæ conſtent ſucceſſivis, quæ ſe mutuò propellentes, perficienteſque, exiſtere ſimul nequeant; Hinc Imaginem veræ illius Æqualitatis in quâ unâ Exemplar conſiſtit Venuſti abſolutum, rudem tantùm & debilem Imaginem repræſentare valeant. In illâ igitur Venuſto & Decoro Primo, qui aciem Intellectûs defixerit, breves iſtos & adventitios lepores, quorum Decor omnis in tranſitu eſt, facile contemnet. Nec id tamen præter mittendum, Muſicæ id laudis jure deberi, quod ex omni inferiorum, quæque ſenſibus percipiuntur voluptatum, & leporum cenſu, illi ut primæ deferantur æquum eſt. Nec quævis eſt alia, quæ Animum dulci perinde deliniat & puro voluptatis ſenſu. Adeo ut hanc vel ignorare prorſus, vel non habere in deliciis, &, quo Virum gravem decet, favore & ſtudio proſequi, vitio vel indolis parùm ingenuæ, vel minus liberaliter inſtitutæ, apponi debere exiſtimem.

Ibid. Καιρὸς ἀρετῆς, ἢ περὶ ἀπ' ἀρετῆς. | Inter hæc & antedicta id intereſt diſcriminis, quod Virtutis & Bonarum Actionum Spiritualis quodammodo, & abſtractus ſit Decor, Pulchritudo quæ ſenſus fugit corporeos, & Animo cernitur ſolo. Hinc fieri cenſendum, quòd Verum illud & Unum, unde Venuſtas & Decorum omne proficiſcitur, in his magis ad vivum depingatur, quæ Legibus corporeis ſoluta ſunt. Nec enim nitidam pariter aut Auguſtam Ideam in craſſioribus & Materialibus patitur Natura.

§ 3. Μὴ τί φιλῶ πυρέτταξιν, ὡς οἱ χειμαινοὶ. | Haud facile dictu eſt, quid huic locum dederit cogitando; aut quando obfirmatam adeò patientiam Chriſtianis affinxerit; cùm is eſſet Antoninus, qui Veritatis Profeſſores nunquam non perſequi detrectaverit. Ipſa ſi ſpectes verba, Martyrum exempla cruces & flammas intrepidè perpeſſorum ob oculos illi quotidie verſata dixeris: Nec tamen, illo Imperante, ubi is agebat loci, quenquam accepimus fidei ergò Chriſtianæ Capitis damnatum ſupplicio. At, quantum mihi conjicere eſt, iſtis hæc Cenſura convenit temporibus, cum inteſtinâ diſcordiâ & civili bello expergefactus Ethnicorum furor, & in omne nefas audax, in Chriſtianos Aſiaticos & Gallicos ſæviebat. Horum utique, quos populi veſanæ licentiæ devotos in audiverat Marcus, firma atque imperterrita, etiam inter moriendum & exquiſitiſſimos cruciatus læta & victrix Animi Conſtantia ad illum delata pro merâ obſtinatione habebatur. Quod illis tamen præſertim tribuendum cenſeo, qui, vel unde & qualis eſſet hac vera Animi Magnitudo neſcii, vel Chriſtianis infamiæ notam inurere Studentes, eorum etiam virtutes falsò criminabantur. Hinc itaque is fælicem hominis vicem prædicat, qui mortem contemnere, non temerè, aut præ animi pervicaciâ, ſed rationum momentis & ſano præmunitus judicio poſſit. Dogma ſi per ſe ſpectes veriſſimum, mores autem Chriſtianorum quod attinet, & mortem ab illis ſtrenuè exceptam, injurium admodum & erroneum. Sed ità ſolent, quibus falſis opinionibus præpedita mens, ut ne quid rectè dijudicent, facit. Illa ſiquidem Martyrum immota Conſtantia, & mors placida, validis rationum fundamentis innixa eſt. Ejuſmodi quidem, quæ cum humanum exſuperarent ingenium, minus eſſe debuit mirum, ſi Ethnici divinæ lucis expertes, haud illas erant aſſequendo ſatis.

Ibid. Καὶ σεμνῶς. | Ad veram Gravitatem multa requiruntur. Decorum ſcilicet & Ordinem in omnibus tuendum, Forti agendum animo, nec periculorum appetenti, nec pavore ſegni; Urgens etiam neceſſitas, Finis viro digni intuitus, qualis quidem citrà Utilitatem alienam conſtitui nullus poteſt. Chriſtianis id verti ſæpè vitio notum eſt, quòd ultrò ſe ſuppliciis dederint frequentes, nec mortem tàm excipere, aut etiam contemnere, quàm ſolicitos ambire animum induxerint ſibi. Hinc iſtæ Philoſophorum Contumeliæ, hinc Conſtantiæ vituperia, ſed ab iſtis tantum profecta, qui quid ageretur rerum ignari, ſuo metiri alios modulo non ſunt veriti. Quod enim nullà neceſſitate fit, eo in prudentiam quàm graviſſimè peccatur, nec tanti Animi impetu temerario, & levi factum Incogitantiâ cenſendum. Chriſto vero adſcriptos, quæ tandem urgere potuit neceſſitas gravior, quàm Militiæ ut Munus abſolvant ſuæ, in capitis etiamſi diſcrimen ſeſe eſſet committendum, Morte enim ita, ut decuit, obitâ, incaſſum ceſſit Dæmonis dolus, & quò graviori perculſæ ſunt Res Adverſarii iſtius damno, eâdem etiam operâ ditioni Domini ſui tantò uberius acceſſit incrementum.

Ibid. Ὡς τὸ ἄλλον πάσαν ἀτρεμῆσαι. | Rectè. Nec enim ex illis quæ faſtu facta novimus, exempla nobis ſumere ſolenne eſt. Sed Juſtitia potiùs, & Neceſſitas conſilio ſublevata, & gravis Animi Deliberatio in Imitationem trahunt ſui. Sed Pompæ & Vani faſtûs Chriſtianos poſtulari minimè omnium oportuit, quem ii eſſent præſertim, qui in Animo humili, & ab Oſtentatione abhorrenti plurimùm, laudem & Virtutem ponebant omnem; nec aliter ſe Servos Jeſu Chriſti credebant, ni ſi hominum encomia adeò non captaverint, ut neglexerint quidem & præverint, in illâ ſcilicet gloriâ

riâ quærendâ Toti, quæ ab uno proficiſcitur Deo.

§ 6. Μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν, ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρῆλθε. | Quò meliùs quòd voluit Antoninus, de novo veterique Comœdiæ genere intelligas, vide ſis quæ nos Horatio in Arte Poeticâ adſcriſimus, ad Verſ. 281. & ſequent.

Ibid. Ἡ μέση κωμῳδία. | Comœdia vetus eò uſque perduravit, donec Lyſander Athenis rerum eſſet potitus: Media ad Alexandri Magni tempora pertigit; Nova etiamdum locum obtinet.

Ibid. Ἡ νέα, ἣ ὅσον τὸν ὀκνηρὸν μιμήσεως φιλοτεχνίαν ἐκαρύττετο. | In Comœdiâ quidem tùm Veteri, tùm Mediâ nihil inerat Mimici. Iſta enim nec in Perſonis, nec in Rebus ipſis ficti quid in ſe admiſit. Nominibus quidem confictis uſa eſt, & Civium Præſtantiorum Mores exhibuit populo ſpectandos; ſed has extrà Conditiones, à veritate vel latum unguem deflectere, religio erat. Nova autem, eadem premere veſtigia dedignata, & plus ſibi rata licuiſſe, de Veritate parùm ſollicita, & Nomina & Materiam de integro effinxit ſibi. Juxe igitur in Mimicum hæc delapſa artificium perhibetur, cùm non ſit jam Vitæ communis Narratio, ſed velut Umbra quædam & Species tantùm. Hoc itaque genus veritate ſpoliatum damnandum cenſuit hic loci Marcus.

Ibid. Ἡ ὅλη ἐπίνοια τῆς τοιαύτης ποιήσεως καὶ δραματουργίας πρὸς τίνα πότε σκοπὸν ἀπέβλεψε. | "Iſte finis quis tandem ſit cogitandum ſeriò edixit Marcus. D'Acerius autem his ſeorſim poſitis interrogandi affixit notam atque ita demum Antonini Mentem pergit porrò explicare". Veteri quidem & Mediæ finem nunquam fuiſſe utilem haud diffitetur; cùm iſtius generis Comœdiæ moribus emendandis prodeſſent maximè; Novæ non itidem; utpote quæ populo non tàm corrigendo, quàm oblectando, & inani ducendo ſpecie (Antonino Judice) ſtudeat. Veterum uſque adeò aſperitatem comi mollique recentiorum obſequio antehabendam ſtatuit; illam acerbè utilem, hanc autem nulli prorſus bono jucundam prædicans. Quod Perſarum Rex olim de Ariſtophane, *Illius Conſiliis & fortiores Athenienſes, & hoſtibus Superiores factos*, minoris putandum arbitror, quàm hæc Antonini ſit approbatio. Quo magis illis eſt condonandum, qui id agunt, ut extorrem iſtum, & exoletum dudum Drammatis morem reſtituant denuò. Sed & illud ut animo advertat monendus eſt Lector, quod ſi fecerit minùs, Antoninum forſan Erroris ſibi Authorem ſit habiturus, Comœdiam ſcilicet, nec *Veterem* nec *Mediam* abſolute & per ſe laudari, ſed Comparatione tantùm inſtitutâ, quâ *Novæ* antecellendi manifeſtæ ſint. Nec enim Marci aut Ingenio convenit, aut Diſciplinæ, hominum ut vitia proferantur palàm, & Spectantibus ludo jocoque fiant; Quod & Divinis & humanis legibus adeò repugnare, ut nihil ſupra. Noſtrum minimè omnium fefellit. Id utique ſibi dedit negotî, Novam ut oſtenderet Comœdiam culpæ haud minùs, imò multò magis obnoxiam quam Vetuſtiora Drammatis exempla, quæ tamen ut Theatro indigna, Ætas præſens amandaverat. Quin & ipſam etiam Tragœdiam longè eſt ut ab omni eximat cenſurâ; ſiquidem Marco, affectibus modum poni, parum videbatur, nili & cum Stoicis, eliminandos eos evellendoſque pectoribus humanis, vel (quod eodem ferè recidit) otioſos omninò & inertes eſſe debere decerneret. Quæ huc faciunt plura Lectori occurrant, inter Animadverſiones in Ariſtotelis de Poeſi Libellum.

§ 7. Πῶς ἐναργὴς παρίσταται. τὸ μὴ ἐν ἄλλῳ βίῳ ἀνάγκην εἰς τὸ φιλοσοφεῖν ἐκ ὑπολείπειν. | Pra tot diſciplinis inter ſe diſſentientibus. Multi olim de veritate aſſequendâ deſperantes, omnem Philoſophiæ curam abjiciebant; id ſatius arbitrati in tranquillo conſidere, quam ſi iter magna inſtituant negotio, quam potiſſimum inſiſtendum ſit viam incerti. Huic itaque, quo maturius medeatur malo, ſuæipſius Vitæ inſtituto penitiùs introſpecto, ad Sapientiam ſatis eſſe illud idoneum certiſſimis comperit indiciis. Hunc etenim cum ſibi ſemper Scopum poſuiſſet, Deum & Proximum, ut Charitate quàm potuit maximâ proſequeretur; id unum erat reliquum, ut in illis perſeverans ſe daret præclarè, & Bonorum Operum fructum ampliſſimum curaret indies edendum.

§ 8. D'Acerio ix. Ὁμοδαμοῦν μὲν, μὴ ὁμοδραματῶν δέ. | "De Textu, & perioche ab antegreſſis diſtinguendâ, quin & variis loci interpretationibus, Gatakerus jam fusè ſatis. Noſter verò quid hâc in causâ ſenſerit, docebunt ſequentia. Vulgi de Juſticiâ, Pietate, & Deo, quas animo concipere ſolent Opiniones à Vero ut plurimum abhorrent. Ab his itaque cavendum, cogitando, quòd Charitatis vinculum commune, quantumvis conſtrictos teneat, & in eandem quodammodo Arborem ut univerſi coaleſcant, faciat; Mens tamen, iſtis ſoluta legibus ſui eſſe juris haudquaquam deſinat. Nec id igitur nobis eſt committendum, ut, Rationis Prærogativâ turpiſſimè proditâ, ſententias noſtras alienis ſubjectas, aut obſequio deditas patiamur. Siquidem iſto demum pacto, qui nobis in Salutem & Commodum cedere debuiſſet, graviſſimo futurus eſt damno, & certiſſimo veritatis exitio Amor mutuus, & Benevolentiæ Affectus.

§ 10. D'Acerio xi. Οὐκ ἔστι χείρων ἁπάσης φύσεως τέχνης, ἣ γὰρ αἱ τέχναι τὰς φύσεις μιμοῦνται. | Id omnium eſt Artium commune, ut quæ minùs ſunt perfecta, in perfectiorum gratiam operentur. Natura utique univerſa cujus ad exemplar, Ars omnis ſe ſtudet componere, in id etiam cogitatio-

 nem

nem intendit ſuam. Quod ubi perſuaſum tibi, & perſpectum habeas, en genuinam Juſtitiæ Proſapiam! Quorſum enim illa? aut quid tandem ſibi vult? Hoc unum ſcilicet, ut vilia ſubjiciat Præſtantioribus. Egregium ſanè Capiculum in quo & validiſſimis ſimul, & maximè perſpicuis orationibus evincitur, *Juſtitiam non à Legibus humanis ortam omnem, ſed à Jure Naturali, Divino huic rerum univerſitati coævam, imò potiùs illâ nimium quantum ætate grandiorem, ab ipſo immediate profluxiſſe Deo.*

Ibid. Οὐ γὰρ πρηνίσκεται τὸ δίκαιον ἐπὶ ὕπνου ἀναφερόμενον πρὸς τὸ μέτρον. | Hinc ſequitur minùs perfecta in eorum quæ ſunt magis gratiam fieri, quoniam iſtis ſi primæ deferantur partes, lædituri illicò Natura, & rerum interturbatur Ordo. Mihi quidem magno eſt volupi animo verſare mecum, quot & quanta nobis ſe præbeant, explicita magis & cogitantibus obvia, hujus unius ope (modo rite intellecti) dogmatis, & ad veritates inde deductu faciles accommodati.

§ 12. D'Acer. xiii. Σφαῖρα ψυχῆ ἀνακιδὴς. | Anima quam ob rem Sphæræ comparatur, jam alibi notatum. Elegantem tamen in pauciſſimis Periochen, quin illuſtrando aliquid conferant operæ temperare mihi nequeo. In corpus rotundum ſi lucem intromiſeris, Gibboſæ ejus particulæ Interſtitia quædam efficient ſubobſcura; per hos enim gibbos ſtetit, quo minus per Corpus omne ſe pariter lumen diffunderet. Haud ſecus cum Animâ itidem actum puta, quæ ſi ſibi ſimilis, & rotunda tota, Lumen divinitus ſuffuſum excipit ubique lucida. Sed ex quo vitiis depravata ſibi facta eſt diſpar, & diſformis, obſtruuntur extemplo radii cœleſtis, & caligo paulatim inducitur, donec obruta tandem tenebris oberres, & Rerum aliarum, & Sui notitiâ penitus ſpoliata.

§ 13. D'Acer. xiv. Οἷος ὁ Φωκίων. | "Tribus à Gatakero memoratis, & illud de Phocionis morte adjecit D'Acerius". Cicutæ nempe poculo, à quatuor aliis quibus moriendum erat unâ, eporo, & Carnifice niſi ſoluto venenî pretio miſcere denuò recuſante, ex amicis illum quendam allocutum, Argenti ut id paululum homuncioni numeraret orâſſe, quando Athenis ipſa mors daretur venum. Hæc omnia, ſi placidè, & ex animo dicta, mortem depingunt ab Antonino laudatam. Quid enim aut Benevolentiæ indicium luculentius, quàm id Filio in mandatis dediſſe, à Charitate & Officio ergà populares, ut paternæ indignatus neci, nunquam excidere ſe pateretur? Athenienſibus autem quid magis opportunum, quàm Crudelitatem ſimul & Avaritiam deteſtandam dehortari, quæ Capitis mulctandos ſupplicio ad mortem ſibi propriis comparandam ſumptibus adigebant. Sed iſta ſi Ironicè tantùm & Sceptiçè fuerit effatus, (cujus Antonini Mentem ſuſpicio haud levis inceſſerat) non tàm laude quàm vituperio digna exiſtimat. Morientem utique nil niſi grave & ſincerum decet; &, quibus perraro eſſet condonandum, Simultas, Jocus, & Simulatio, ab extremo vitæ actu abeſſe debent longiſſimè.

§ 15. D'Acer. xvi. Ὡς τοὺς ἀγαθοὺς, &c. | Rectè quidem monuit, iſtas loquendi formulas, quantumvis uſitatas, eſſe tamen Viro honeſto neutiquam dignas: Nec aliter ſentit ſapiens; ſed invaluit conſuetudo, & quæ nulli probamus, præ more recepto, & animi incogitantiâ, facillimè in nos admittimus.

Ibid. Ἐπιθέσεως δ' ἀπόντος σκαλμὸς ὄφις. | Eodem redit, quod vetus illud & bene notum, *Pejor eſt Odio Amoris Simulatio.*

§ 16. D'Acer. xvii. Εἰ ἦν κατ' ἐμὲ, ζήτει τὸ ἀληθὲς κατὰ τὸν ἐμὸν, καὶ ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς. | Id pro comperto ſatis habuit Antoninus, nihil omnino præter Naturam fieri; ſed aliquantum tamen noſtræ concedit imbecillitati, & anticipatis opinionibus. Cum id & ſalvo dogmate ſuo condonari poterat, & præceptis inde deductis obſequium conciliare. Dato igitur, præter naturam obvenire nonnulla, at noſtri id eſſe officii ſtatuit, quod Naturæ ſit congruum, ut id ſummo proſequamur ſtudio. Hoc autem ità tantùm aſſequi poteris, ſi Naturæ univerſali Te Tuaque commendes omnia, committaſque lubens, Quòd perinde eſt, ac ſi Deo in omnibus ſubjectum, & ejus voluntati toto conſentientem conſpirantemque animo dixiſſet.

§ 17. D'Acer. xviii. Ὡς ἐπὶ τὸν κοινὸν ἀνάγειν. | In mortis Remedium id nobis cogitandum vult, Rem nullam in pejus mutari, aut ad nihilum poſſe redigi. Attat Aſia quidem ſunt, eáque omnium graviſſima, à quibus Juſti eximuntur ſoli, quorum ſcilicet peccata Deus non illis deputaverit exitio. Sed iſta Philoſophos latuiſſe non eſt mirum; cum Veritate Chriſtianâ deſtituti, Ideam vel nullam, vel falſam nimis & obſcuram tantùm eorum quæ poſt obitum futura ſunt, animo conceperint.

§ 18. D'Acer. xix. Ἀγχίστροφος γὰρ ἀνθρώπου πρὸς ἀνθρώπους λόγος. | In promptu eſt Ratio. Injuria enim & Ingratitudo cum voluntarium inſinuent Virtutis & Officii defectum; nec homines, ſeſe vel inſciis, vel invitis, ii vel ſint, vel videri nequeant, his ſibi jure objici culpas nemo eſt, qui lubens fateatur. Cui conſentaneum eſt, ut vel ſuſpiciones, vel vituperia præſertim ejuſmodi, & illum qui poſtulatur urant malè, & quod à poſtulante iniquè ipſo actum ſit, nunquam non poſtulato videntur.

Ibid. Πολλὰ γὰρ καὶ ἀναγκαῖα μάθοις. | Appoſitum ſanè, quò plurima priùs edocendos oſtenderet, quam de facto alieno pronunciandi ſimus compotes.

Quæ

Quæ cùm adeò sint impedita, & scitu difficilia, ut vix unquam assequi possis, consultius esse multò, quodque probo & prudenti Viro decet magis, ab omni potiùs hujusmodi in causis Judicio sibi temperare. Observatio huic ferè gemina Virum ex hodiernis celeberrimum, eò usque inpulit, ut multa diceret Instituta & Consilia, quæ risum spectantibus fortean moveant, adeò tamen non absurda esse aut inepta, ut si valida quibus nituntur, rationum fundamenta cernere possemus, Prudentia potiùs Agentis planè demiranda, cogitantes esset in stuporem datura.

Ibid. Φυλακτέον, μ' ὅπως τῷ ὀργίζεσθαι τὸ κολακευτὸν αὐτοῖς. | Ne Lenitas & comis animi Candor in turpem adulationem defluereat, & ignavum in peccantes obsequium, id disertè cavendum haud abs re monuit Antoninus. Hominum enim pleriq; modum servare nescii; dum studiosè nimis vitant Vitia, in contraria præcipites se dare solent. Id ne nobis committatur, quanto in hac causâ fiat periculo cogitandum. Ab Assentatione scilicet perinde ac ab Asperitate nimiâ metuendum; Et illi quicum agitur, & humanæ Societatis in damnum & exitium, utramque cedere pro certo habendum. Et hoc, & illo periimus pacto, nec quid est quod demas discriminis, nisi illud unicum, quod non pariter utrinque pereamus.

Ibid. Ὅσῳ γὰρ ἀκριβείᾳ τῶν οἰκείων ἐχόμεθα, τοσούτῳ καὶ δυνάμει | In solidis id corporibus liquet maximè; quorum quæ fortiora dicuntur, firma magis sunt & in se collecta; & ictibus externis fractu difficilia. Sed Antoninum cave, de Animi hebetudine, aut sensibus obstupefactis intelligas. Nos indolentes, hoc est, adeò tantum Sensus expertes voluit, ut ab externis læsi ne nobis videamur. Quæ quidem animi sententia, & fortiorem Virum & Tutiorem præstabit, quàm potuisset unquam Stupor & mera quam vocant malorum Insensibilitas.

§ 19. D'Acer. xx. Τὰ τοιαῦτα μάλιστα ἔμπλεις τὸ γυναικεῖον πανοῦργον. | Affectiones istæ, quantum ego conjicio, sunt Suspicio, Maledicentia, Dissimulatio sive Mendacium, & Intemperantia. Pluribus huic Articulo non est opus, quem tamen, cum lucis adscititiæ indigeret maximè, obscurum nimis passi sunt Interpretes.

§ 20. D'Acer. xxi. Τὸ πνεῦμα σου καὶ τὸ πυρῶδες. | "A Gatakero adnotatis adjicit D'Acerius sequentia." Oppones forsan, ne Elementa ipsi immorigera esse queant, Deum prohibuisse Creatorem; Rationi verò nostræ cum eligendi potestate, peccandi etiam simul feciſſe Copiam, Illud autem vereor, ne nos adeò culpa non liberet, ut graviori potius Injuriæ obstringat crimine. Noluit ab Hominibus necessitate coactis obsequium sibi præstari Deus, eo nimirum Consilio, ut Amoris attracti delinimentis & lubentiores præstare, & sponte præstantes nostrâ Virtutis adipisci præmium possemus. Nos perditos interea loci atque Ingratos! Si tanti immemores beneficii, quod ad obsequium perfectius stimulare nos acrius debuisset, fure illo in nostrum verso exitium, ad defectionem omnium impiam maximè, & detestandam abutimur; atque illam nobis arripimus gehennam, quàm nisi scientes volentes perpeti non possumus.

Ibid. Μᾶλλον δὲ πεισθῆτε ἅπαν δίκαιον σεσιγημένον. | Causæ utique suis ut sint Effectis priores necesse est. Demptis verò Pietate & Æqualitate, (nam & isthoc Animus redit Æquus) Justitiæ nihil erit super inter homines loci. Ipsa autem si exulet Justitia, Actiones simul justæ, ut amandentur oportet.

§ 21. D'Acer. xxii. Ὑπόλαμψις ἐμοὶ ἅπ' αὐτῶν τῶν, τυτίσι ἅπ' αὐτῶν. | Verissimum illud, ad quod tamen Animum pauci intendimus. De Rebus, quænam Vera Bona dici & existimari potissimùm mereantur, parùm hominibus inter se convenit. Divitias alii, alii Gloriam, hoc cohonestant titulo; Quod verò ad Bonum facit commune, id collaudant ad unum omnes. Nemo enim, etiam Injustorum, est, Societati quæ noverit humanæ expedire, ea vera esse Bona, qui non vel invitus agnoscat. Hinc efficitur, hæc sola Sapientes sibi expetenda arbitrari, hinc etiam suppetit Ratio minimè contemnenda, Charitatem quamobrem cæteris omnibus antehabere virtutibus solerine sit. Nec id prætermittendum, salutaria quæ hinc erui possent Dogmata vel integro si in unum congerantur sufficere Libello.

§ 23. D'Acer xxiv. Σωκράτης τὸ ἅπ' ἀλλῶν δόγματα λαμβάνειν. | Ne eandem sæpiùs cantilenam caneremus satius duximus Lectorem, ad illa quæ nos ad Horatium de Arte Poeticâ, amandare.

§ 28. D'Acer. xxix. Οἷος ὁ Σωκράτης, &c. | Xantippen, quam molesta fuerit marito, omnes nôrunt; Quam ut verberibus castigaret, cùm è familiaribus quidam hortaretur, is se suis & conjugis Jurgiis alienam minimè paraturum voluptatem respondit. Hoc monet Marcus, quò magis id animo recurrat sæpiùs, quàm ridiculum sit & absurdum, Populo si quid in oculos subjiciamus, quod aliis cachinnum moveat, nostro interim impendio. Si igitur domestico aliquo contingat nesciis urgeri incommodo, quanto id alios celare consultius est; quàm proferendo palàm ludibrium debere; ut oneri tamen ne detrahatur quicquam, imò adjiciatur plurimum?

§ 30. D'Acer. xxxi. Δεῦρο πίνωμεν, ἐμπίτνει σοι λόγος. | Versiculum à Tragico quodam defumptum

ptum huc loci idcircò transtulit Antoninus, quò in animum revocaret, Affectibus qui se dedunt, & Virtutem habent neglectui, pristino se Jure spoliare, nec suffragium, aut alia quævis hominum Liberorum privilegia, quæ virtuti competere possunt uni, sibi in posterum vindicare eos debere. Quod fusiùs à nobis tractatum ad Horat. Epist. 6. Lib. 1.

§ 31, 32. D'Acer. xxxii.

——'Εμὸν δ' ἐγέλασον φίλον κῆρ,
Μέμφονται δ' ἀγαθῷ χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσιν.

Versiculum ab Hesiodo petitum Homerico alteri adjunxit Marcus, quò nobis ostenderet, Philosophorum istos fatuos insulsosque, qui Virtuti maledicunt, nihil eam aliud præter nomen inane, & merum esse hominum figmentum contendentes, adeò non ipsi facessere molestias; ut se potiùs suamque stultitiam ludos faciant. Ridendi enim magis, quàm vel audiendi, vel cum stomacho excipiendi sunt istiusmodi Scioli.

§ 33. τοῦτο δ πάλιν ζητῆ ὅτε οὐκ ἦν ἡδύτατα] His forsan locum dederat, Filius ejus Verus, inter Medicorum manus, præmaturâ abreptus morte.

§ 34. Οὐδὲν δύσφημον φυσικῇ τινὸς ἔργου συμπτώσει.] Ultrà etiam proferre pedem possumus, & cum Oreste illo dum mortuum simularet, dicere,

Δοκῶ μὴ οὐδὲν ῥῆμα σοὶ κέρδει κακόν.
Existimo nullum verbum commodum & utile turpe esse.

Morte autem nihil reperias, vel Naturæ magis, vel Utilitati consentaneum. Hominum vulgo quantumvis huic reclamante veritati.

§ 38. Οὐ θέλει τῇ τυχούσῃ ὁ ἀγὼν, ἀλλὰ θεὶ τῇ μαίνεσθαι ἢ μή.] Ita quidem. Vita enim omnis Exercitatio quædam, & Certamen est perpetuum, in quo si à nobis steterit Victoria, Præmium repertamus amplissimum Sapientiam: Sin Hosti succumbimus, Stultitia & Insania nobis in Ignaviæ sunt supplicium. Ita enim res humanæ comparatæ sunt, ut quod socordibus esse possit solatio nihil inter hæc extrema interfit Medii. Verba autem hic laudata loci, ab Epicteto referuntur accepta.

In Librum Duodecimum.

§ 2.
Οὕτω δὲ τὸ ἑαυτῷ νοερὸν μόνον ἀρέσεται ἐὰν ἐξ ἑαυτὸν εἰς πᾶσαν ἐρήμωσιν.] Perioche observatu dignissima. Id utique innuit Marcus, quòd Spiritus Dei quum istiusmodi tantum impertiat sese, quæ suî sunt similia, Immortalia dico & Spiritualia, Materiâ (tanquam Cortice tantùm, aut sordido rerum integumento) insuper habitâ, idem à nobis ut fiat pariter, insigni hoc esse documento. Anima siquidem ad hoc perfectissimum composita exemplar, ut suî gaudeat similibus, Corporea verò & Terrestria dedignetur, æquissimum est. Ita tandem arctissima necessitudine ipsi, unde & originem traxerat, Deo conjuncta, & virtutem in deliciis habere unam, cætera verò negligere & vili pendere, familiare illi futurum.

§ 3. Ὅσα δὲ συνειμαρμένων ἐξηρμένα καθαρὸν τὸ νοερὸν δύναμιν ἀπόλυτον ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν.] Non id voluit, Menti nostræ quò vivat libera, Providentiæ jugum esse excutiendum, & suæ unius ut sit dictionis; sed potius à Rerum materialium vinculis, ut quantum poterit expediat sese; quæ & ipsam etiam Mentem, quantumvis immaterialem, suo solent haud rarò impetu abripere. Donec enim in cœnum demersa in istis hæret omnis, eàdem ut deferatur Tempestate, & in carnales affectus ipsa delabatur necesse est. Ista itaque quò se servitute liberet, & miseriâ; sua sibi vindicanda est Dominatio; quæ ita demum recuperatur, si ad Deum, unde defecerat, reversa, pietatis & Amoris nexu in posterum indivulso adjungat sese, & voluntati ejus in omnibus placido modestoque acquiescat animo.

§ 5. Ἐπειδὰν ἅπαξ ἀποθάνωμεν, μηκέτι ὦσι ἡμῶν ὅτι. | Capitulum cumprimis elegans & grave, in quo Antoninum suspicias, non Providentiæ & Bonitatis incertum, aut minus quàm par erat, Religioni credulum. Sed in Dei potius Consilio & Benignitate summâ fretum fiduciâ, quodcunque is decreverit æquo excipientem animo, & ejusmodi quod omnium fieri debuit maximè existimantem.

Ibid. Ἐκεῖνό γε ἄχαρι ἴσως ἂν ᾖ ἀνατέλλειν. | Æquissimum id esse omnium, Homines de Morte ut aliquando resurgant, idoneis nitiur Argumentis à Paginâ Sacrâ facilè petendis: Justissimo enim Deo convenit, Sceleris supplicium Improbos luere, Bonos autem Virtutis ampla reportare præmia; quæ

in

in hoc rerum quo nunc vivitur ſtatu, neutiquam facta conſtat. Jam verò, dato quod Juſtum ſit, ex Antonini principiis Poſſibile idem eſſe, reſtat colligendum. Qui verò Argumentum ſpiſſis Ignorantiæ Ethnicæ tenebris involutus, ſic tamen inſtituere potuit ; qualem cenſes, & quàm oculatum futurum, Chriſtianâ veritate imbutus, quæ his poſitis inſtrui poſſint Dogmata, quàm latè pateant, & quantum habeant Virtutis, ſi penitùs perſpecta habuiſſet ?

Illud intereà loci cumprimis advertendum, quòd Antoninum minimè omnium prohibuerit Rei ipſius Impoſſibilitas aliqua præſumpta animo, quò minus Mortuorum Reſurrectio fidem illi faceret. Nam nec illa quidem, ad quam ſeſe adjunxerat Philoſophiæ Diſciplinam, ab iſtâ Sententiâ multùm abhorruiſſe cenſenda eſt. Utique D. Paulum hoc Dogmatis Athenis annunciantem quomodo exceperint, memorat S. Lucas, *Diſceptáſſe* nimirum *cum hac in Causâ cum Stoicorum & Epicureorum quibuſdam ; qui, quum audiſſent Reſurrectionem mortuorum ; Alii quidem cavillabantur, alii verò dicebant, audiemus te rurſus de hac re.* Act. 17. 18, 32. Cavillatos quidem Epicureos facilè crediderim, Stoicos autem aliud potiùs, quò hæc ipſis exponerentur fuſiùs tempus opportunum efflagitâſſe ; utpote quorum Placita à doctrinâ D. Pauli abeſſent propiùs, quàm quæ amplexa eſt, vel Epicuri, vel quælibet alia Philoſophorum Schola. Idem etiam Paulus, nihil hâc in re quod natura repugnaret, gnarus ſatis, En quantâ fretus fiduciâ, ſermonem coram Agrippâ & Feſto habuerit ; ad illos nempe delato Cauſæ judicio, *Quid eſt*, inquit, *quod incredibile vobis videatur, Deum mortuos excitare* ? Act. 26. Atat, quantò illos ad hanc Sententiam paratiores vel unius Rationis ductu videre eſt ; eò magis ſui pudeat pigeatque multos fas eſt, qui dum Chriſti in ſe nomen ſuſcipiunt, Reſurrectionis tamen fidem majori à ſe amoliuntur ſtudio, & in dubium revocare ſatagunt vehementiùs, quàm vel ex ipſis Paganis quibuſdam olim erat mos.

Ibid. *Οὐκ ἂν δ' ἔτι διαλεχθείημεν τοῖς θεοῖς, εἰμὴ ἄξιοι ἢ δικάιοπαι θεῶν.* | Ejuſmodi Diſceptationes, quibus quæ vel fiant, vel fieri debeant, ſolicitâ quærimus indagine, Opinionem Juſtitiæ & Bonitatis Divinæ jamdudum animo præſumptam oſtendunt ſatis. Quod ſi aliter viſum fuiſſet, iſtis *Qui fieri poteſt ut Diis* &c. percontandis nil ſupereſſet loci Aliam tamen Interpretationem verba capiunt iſta, eamque nequaquam incommodam. Quid enim ſi illorum loco, *Nos non de jure cum Deo diſceptaremus*, reponatur, *Si ſecus eſſet, ut de jure ſecum diſceptaremus, neutiquam permiſſurus eſſet Deus ?* Atqueità demum iſthoc Marci redibit Argumentatio. Pro ſummâ quâ eſt æquitate & clementiâ, id noſtræ imbecillitati condonandum voluit Deus, cum illo ut dicamus cauſam ; quæ nos male habent dubia ponamus ; de illius denique Providentiâ inquiramus, quo jure fiant ſingula, & quibus is ductus argumentis fecerit, ut cogitando rationes (modeſto modò & minimè procaci animo) exigamus. Iſta verò niſi à Deo ſummoperè Juſto Bonoque neutiquam nobis indulta fuiſſet Copia ; ideò nimirum indulta, quod ſua & rectiſſima & æquiſſima noverit omnia, nos autem quo introſpiciamus propiùs, & dilecturos ejus Conſilia, & demiraturos magis. Ita enim eluceſcit Sapientia, parùm cogitantibus nimis ignota, & illud à Davide pronunciatum comprobatur luculentius, *Fieri* nempe, ut *juſtificetur Deus in ſermonibus, & vincendi manifeſtus ſit, cum judicatur.* Pſal. 51. 4.

§ 7. *Ὁποῖον δεῖ καθαρθῆναι ἀπὸ τῦ θανάτυ καὶ σῶμα καὶ ψυχῆ* | Nec enim officio facit ſatis, qui Animæ cogitationes ut puræ ſint, operam dat, niſi & Corpus etiam mundum, & ab omni peccati labe immune præſtiterit Deo. Namque ita viſum eſt D. Paulo, *ut Corpora etiam noſtra ſiſtamus* adhortari, *hoſtiam vivam, ſanctam, acceptam Deo.* Rom. 12. 1.

§ 11. *Ἡλίκλω ἐξουσίαν ἔχει ἄνθρωπος.* | Ingens quidem eſt Homini Poteſtas, tanta nempe ut optimo res noſtras eſſe loco, modò ritè utamur, fatendum. Hæc verò quanta quanta eſt, non propriis eam viribus aſſecuti ſumus, ſed à Benigniſſimo Adjutore Deo omnem tulimus acceptam.

§ 12. *Τὸ ἐξῆς τῇ φύσει, μήτι θεοῖς μεμπτόν* | Naturam enim Deo in omnibus morigeram, Deum autem nihil non æquiſſimum & optimum, & facere & velle, memineris ſemper oportet.

§ 14. *Ἡ τοιαύτη ἐπίνοια.* | Ejuſmodi nimirum Providentiam, quum & Antoninus, & Stoicorum conſultiores modeſtioreſque crediderunt ; Credunt itidem Chriſtiani, nec tamen Naturæ Divinæ aut detrahi immutabilitatem, aut Conſtantiam & Æquitatem læſam, idcircò quod precibus ſe facilem flexu præbeat, deputandum.

§ 15. *Ἡ ὑ ἐν σοὶ ἀλήθεια, καὶ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη περιποιησάσθω.* | Nos Lucernæ ſumus viventes, Lumen autem quo & accendimur & aliis prælucere debemus non niſi noſtrâ extinguitur culpâ. Noſtri enim eſt Officii, Charitatis & Bonorum operum ſupplemento flammam fovere, & ut indies effulgeat magis curare.

§ 19. *κρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σεαυτῷ ἢ τὰ πάθη ποιοῦντα.* | Affectus in iſtâ Animæ parte, quæ Animalis vulgò audit, naſcuntur. Spiritus nimirum Animales rerum externarum impulſu agitati, animum etiam concitant commoventque unà. Iſtos autem Spiritus, *Fidiculárum* nomine indigitat Antoninus, quoniam his extrà Mentem poſitis, perinde ac nervis ligamm

num mobile, motu non noſtro ducimur, ſed alieno. At præſtantiorem interea loci facultatem vel inde liquet nobis ſuppetere, quòd etiam inter affectus excitandum aliud quiddam Animus ſentiat prætereà, quòd affectus in judicium vocare, exultantes comprimere, rebelles debellare & ſuæ ditionis facere in ſe recipiat. Quæ omnia poteſtatem his Affectibus & ſuperiorem, & quodammodo contrariam à Naturâ nobis inditam liquidò deſignant.

§ 23. D'Acer. xxv. Θεωρητικὸς ὁ προσιὼν καὶ ταῦτα θεῷ. | Nihil aut in ſe verius, aut ad noſmet explorandos efficacius. Hujus enim, tanquam Teſſeræ cujuſdam ope, & quidnam ſimus hominum experiri, & quo tandem ducamur Spiritu, ſemper nobis erit in promptu dijudicare.

§ 24. D'Acer. xxvi. Ἐπὶ τίνος ὁ νοῦς. | Cùm res humanæ variæ ſunt adeò & incertæ, ut omnia temerè obvenire non rarò Sapientum animis inciderit ſuſpicio; Cúmque ſit nihil prorſus, quod vel Terra capit, vel Aeris Regio, vel Æther ſublimis Naturæ aut diverſæ, aut Caſibus iiſdem, & Corruptionis legibus immunis, quid tandem eſt, obſecro, quod te efferas adeò, aut quænam arrogantiæ idonea ſuppetit materia? Hominibus quidem illud potius crediderim dolendum, quod ſe tam valido, tam univerſo Corruptionis & Miſeriæ torrente, implicitos ſentiant, & ſimul abreptos.

§ 26. D'Acer. xxviii. Ὅτι ὁ ἐνὼν τῷ θεῷ. | Animus noſter neutiquam pro Deo habendus, ſed quod Nobis & in honorem, & commodum ceſſerit, quam maximum, & præclarum is Dei Opificium eſt, & Domicilium illi Dilectiſſimum.

§ 27. D'Acer. xxix. Πᾶν οὖν φάσις Καπιτωλῖνος ἐν ἀγρῷ, Λέντλος Λέντος, ἢ Σπερτίνιος, ἢ Τιβέριος ἐν Καπρέαις, ἢ Οὐάλις Ῥοῦφος. | Quicquid aliis viſum fuerit, mihi fateor Tiberius hic loci memoratus, haud levem incuſſit ſuſpicionem, cæteros etiam notatos ſimul ejuſdem fuiſſe farinæ, & ideò ſe contuliſſe rus, ut à Turbâ & oculis ſemoti, turpem degerent & infamem degiſſe vitam, quali ſuas Tiberius nobilitaverit Capreas. Ibi is frænis Libidini ſolutis, & in omne genus ſpurcitiam demerſus, luxum & laſciviam tanto apparatu, & pompâ tam ſolenni inſtituit ut novum quoddam Munus & turpe Miniſterium excogitaret ſibi *Magiſtri voluptatum* Titulo cohoneſtandum.

§ 28. D'Acer. xxx. Οὐδὲ ἡ ψυχὴ ἢ ἑαυτῆς ἐφικτὴ καὶ ὅμως πιθῶ. | Materiæ proprietates ſedulò perpendenti, non eſt quod Animæ Exiſtentia in dubio ſit; utpote quæ ſe oculis animorum exhibeat, vel quovis corpore apertiùs conſpiciendam. Hinc jure optimo à Marco dictum meminimus, *Ecquando futura es, O Anima, Simplex una nuda, & Corpore te ambiente dilucidior?* Pari itidem ratione Animæ Naturam & Facultates ubi ſeriò cogitaveris, aut oculos tibi animi eruas neceſſe eſt, aut Dei illic exiſtentiam & liquido cernas, & firmiter credas. Deus enim animæ ut Anima ferè Corpori præeſt potior. Quorum neutrum licet oculis aſſequi corporeis valeamus, at mentis tamen acie utrumque non poſſumus non videre. Ità demum quod craſſa nequit compages, Proprietates & Operationes conſpicuæ plus ſatis, & tantùm non palpandæ cogitationi videndum ſubjecerunt. *Lib. X. I.*

§ 30. D'Acer. xxxii. Ἐν ᾧ νῦν | Id agit ut Proximi dilectionem ita naturæ conſentaneam oſtendat, ut Appetitus, quo in illam Anima fertur Rationalis, major ſit, & vehementior, quàm cui Impetum poſſis compeſcere niſi & ingenio tuo vim ſimul inferas, & cum Naturâ bellum geras. Nec idoneis deficitur argumentis.

Ibid. Μία γοῦν ψυχὴ κἂν διαιρεῖς δυνῇ. | Ad Placita Stoicorum jam loquentem audis Antoninum; quibus Animæ Rationales divinæ Eſſentiæ Particulæ ſunt viſæ. Iſthoc ii licet aſſeruerint perperàm, id tamen nemo *ibit inficias, Animas omnes ejuſdem prorſus eſſe Naturæ*; nec niſi unam eſſe *Specie*; quantumvis numero plures. Hoc autem poſito, rectà procedit Marci Argumentatio.

Ibid. Μεμιγμένα δὲ ἐν ἀνακεκυκλημένῳ ἀναδύεται, ἐν ἑνοποιήσει ἀλλήλοις. | Perplexum habes & obſcurum in primis locum, cujus an mihi detur nodos expedire tentandum. Per *Formam* itaque in Subſtantiâ Rationali, Animum ſive intellectum; in Rationis experte, Animam Senſitivam; in Vegetantibus & Inanimatis, quod Principium dicitur Unionis, ſeu quo continetur Eſſentia vinculo, voluiſſe Noſtrum arbitror. Jam verò in iſtis, Naturâ nimium quantum diverſis, Formam & Materiam, ſi per ſe tantùm & ſimpliciter ſpectes, nullâ communi cognatione, aut neceſſitudinis vinculo conjunctas narrat; ne mutuæ quidem Societatis capaces. Deum vero quò magis immenſa Numinis emicaret Potentia, invitas quantumvis & *reluctantes*, arctis tamen nexibus, compoſuiſſe, & ut poſteà in Unam Subſtantiam coaleſceret, juſſiſſe. Cæterùm Animæ Rationalis conditionem ab hâc diverſam eſſe plurimùm. Hæc à Communione ſiquidem adeò non abhorret, ut ſe ſimili adjungere ſummopere gaudeat; idque Studio & Affectu vehementi perpetique, quod nihil reſtinguere prorſus poſſit; Naturali vero & congruo, nemo uſpiam hominum ab illo alienus eſſe queat.

§ 32.

§ 32. Πόσον ἡ μέρις τῆς ὅλης ψυχῆς. | Animam hîc loci Universîam, cave illam intelligas Universalem, qualis apud Stoicos audire solet Deus. Huic etenim nullo modo convenit istius portiunculæ (cujus compotes facti sumus singuli) Contemptus, cum illa Augustissimâ Animæ Ideâ, quâ portiuncula isthæc ipsius Dei pars, imò ipsissimus depingitur Deus. Dei utique vel particulam habere despicatui, & læsi Numinis reos facit, & Marci dogmatis neutiquam constare poterit. Anima igitur Universa hîc loci laudata nihil aliud sonat, præter Animam Mundi Vitalem, unde tanquam de Fonte quodam communi perennique, Spiritus omnium Animales hauriri, & ut opus erat cuique fluxisse, Stoicis placuisse accepimus. Eodem recidit, quod jamjam adnotavimus, de *Unicâ tantùm, licet innumerabilibus dispescatur, & in plures dirimi videatur, Animâ.* Sed ut Antonini me minimè fefellerit scopus, Parvi scilicet pendenda, quæ particularum tantùm funguntur vice quæque si ad Totum Hoc componas, ne hili quidem locum obtinent; vereor tamen, ut is parum validis innixus rationibus id in præsens suadeat. Quid enim obstat, quò minùs Animam Sensitivam magni faciam tamen? Ut enim perexigua sit, at mihi sufficit nihilominùs; Nec ullo quod sentiam urgeor incommodo, quia cumulationem impertire Natura non sustinuit. Nonne illud extremæ est dementiæ, (& sane huic prorsus gemina est) lumen ideò aspernari, quod eorum qui quaqua versum diffluunt radios angusta nimis Oculorum foramina perquam paucos capiant? Sed Antonino satis est, si minùs in omni, at uno saltem ut sensu vera sint ista. Et habent sanè verissimum, eumque Authoris menti, & proposito commodum satis.

§ 33. D'Acer. xxxv. Πῶς ἑαυτῷ χαίτεται τὸ ἡγεμονικόν. | Heu quantum nostrî plerisque & quàm meritum incuteret pudorem, quæstio illa, sæpiùs, quæ debuit, singulis diebus repetita.

Ibid. Ἓν γὰρ τοῦτο τὸ πᾶν δεῖ. | Non illud utique aut Primum omnium aut Maximum sed planè Omne ut ipsum habeatur unum fas est. Nobis autem in sequiorem partem omnia. Siquidem quæ suo tantùm Commodo studere debuit, in corpore curando tota est Anima. Et, quod nobis aut dolendum est aut vitio vertendum maximo. Nemo fere hanc aut alloquitur, aut ad agendum stimulat, nisi eo tantùm Consilio, ut Corpori prodèsse possit, & illi molliùs atque lautiùs tractando impigrè magis inserviat.

§ 35. D'Acer. xxxvii. Ὦ, εἰ ἴσα δεῖ τὸ πλεῖον τῆς ἀληθείας, &c. | Rectè quidem. Nec enim interesse quid putandum, Cùm (quod jam alibi monuimus) non quamdiu, sed quales vixerimus in extremo referet die: Et Hominum Fidem Virtutesque, ex Actionum non Numero, sed Qualitate potiùs, & Pondere æstimandas abunde constat.

§ 36. [D'Acer. xxxviii. Ἄνθρωπε, πολίτευμα ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ταύτῃ πολι. | Mundo scilicet; quem magnam nobis exhibet Civitatem cogitandum, in quâ Aliæ quæ vulgò nuncupantur Civitates, Diversoriorum tantùm, seu Domiciliorum tuentur partes; Quò magis illius & Legibus obsequi, & Saluti consulere; jura denique omnia summâ religione servare, colere, tueri, & præ municipalibus quibusvis chara maximè, & sancta existimare debemus.

Finis Annotationum D'Acerii.

Exorandus est Lector, Benevolus, ut pro solito candore Editoris Absentia & Negotiis gravissimis Errata condonet; quæ verò sequuntur, ne inter legendum faceſſant molestiam, ut calamo emendet in Vita M. Antonini.

PAg. 1. lin. 13. post *omnia*, pone; 11. 17. *qui, simul. l.* 44. post *sapientia* dele, 36. post *habuit* dele, *l.* 26. *præmute. l.* 35. *Albeinum.* 5. 9. *etiam. l.* 36. ante *pens* del. 9. 45. *motus est non cure Co.* 10. 35. *copiat.* 13. 10. del. *fi.* 15. 38. post *hæc* del. 16. 33. del. *ut. l.* 50. *accederet.* 17. 3. *antecellunt.* 19. 23. *in se*, ibid. *quorum.* 20. 37. *deposita.* 21. 15. *fecerit.* 23. 15. *ordinat*, del. *est.* 27. 46. *Præter.* 28. del. *ut.* 29. 10. *rigentem.* 11. *aggrederetur.* 24. *Imperatoria.* 26. *fecta.* 32. pro *in* leg. *in.* pro *iri* leg. *in.* 34. 8. *τὸ l.* 13. del. X. 35. 8. *id.* 36. 11. *mordax. l.* ult. *Confidatu.* 37. 38. *in Syriam.* 38. 23. *quam, quotiet.* 39. *&.* 43. 9. *ait.* 42. 12. *Contendas.* 43. *aut.*

Corrigenda in Notis D'Acerianis.

a Notat primam Paginarum columnam, *b* secundam.

PAg. 2. *b* lin. 9. *sermone.* 3. *a* 30. ἰλαίνης. 4. *b* 40. *etiam tum.* 5. *b* 49. *insortunii.* 7. *a* 16. post *sacri* adde *narrant.* 10. *a* 12. dele *quod.* ibid. 25. *saturus.* 16. *a* 45. *deperseuntis.* 18. *a* 13. *inficiendum.* 20. *b* 16. *quem ob.* 21. *b* 32. *experti.* 22. *a* 35. *quam de'ti a notâ.* 23. *a* 37. *sed.* 29. *b* 46. *in nostrâ.* 31. *b* 53. *dilectionis.* 35. *b.* 9. τὸ 36. *b* 31. dele *ut.* 38. *a* 25. dele *comma* post *esse.* 39. *a* 43. *posser.* 43. *b* 43. *Calbulus.* 48. *a* 18. μάλιστα. 57. *b* 46. *amplectatur.* 58. *a* 11. *pelliciat.* 58. *b* 30. lege *vel Rationali nasciturum sit. A quibus autem.* 60. *a* 17. *sincera.* ibid. *b* 4. *exsensum.* 61. *a* 10. dele *imaginem.* ibid. *b* 51. *quum ii.*